AVGVSTINI BARBOSÆ,

I.V.D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTORIS, & insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij maioris,

NVNC VERO EPISCOPI VGENTINI,

& à Consiliis D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

COLLECTANEORVM

Ex Doctoribus tum priscis, tum neotericis, in CODICEM *Iustiniani*

TOMVS SECVNDVS.

LIBRVM QVARTVM ET QVINTVM eiusdem Codicis continens.

Cum Summariis, & sex Indicibus, I. & II. Titulorum, III. Legum, IV. Authenticarum, V. Legum incidenter discussarum, VI. Rerum & Verborum locupletissimus.



LVGDVNI,

Sumpt. PHIL. BORDE, LAVR. ARNAVD, & CLAVD. RIGAVD.

M. DC. LX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

AVGVSTISSIMÆ COELITVM REGINÆ, INTEGERRIMÆ THEMIDI, ILLIBATÆ SVPREMI IVDICIS PARENTI.

MARIÆ,

AVGVSTINVS BARBOSA D. D. D.

QVICUMQVE IESV flectit genu, matri quoque pronus supplicat. Tuus nimirum (mortalium simul ac immortalium Regina) filius ita ius proprium in te transcripsit, vt statuerit quidquid à mortalibus obsequij nomine reciperet, id omne velut in tuis excerptum latifundiis, communitatis iure repeteres: neque repudiare voluit vt alienum, quod esset tuum, quia propriæ sedis, & regij tribunalis ornamentum. Vindicabit igitur ipse filius quas tibi vouemus in scientiam iuris lucubrationes, quando noluit alienas esse censeres quas ipsi nuncupauimus. Neque verò iuris cognitio alteri cuiquam referri debebat accepta, quàm tibi, quæ supremum enixa Iudicem, lucem diuinis & humanis legibus attulisti. Cæcutiet hauddubiè quisquis aliam Themidem consuluerit: damnabitur quisquis aliam patronam adoptauerit; cuius patrocinium adeò præsens sensit humanum genus, vt cùm iam inde à mundi primordiis per tot sæculorum spatia, in eius agenda causa laborasset antiquitas; cecidissent Patriarchæ sanctitatis faces; perspicacibus ac eloquentibus Prophetis post crebras perorationes hæsisset aqua, necdum liqueret: ipsa, iam prolata capitis sententia sic orauerit, vt vno verbo, eóque contracto, vindicias secundùm salutem atque libertatem impetrauerit. Loquentur æternùm (Iustitiæ parens) clientes tui illam in mortalium causa dicenda solertiam, æternæ vitæ municipes, libertatis iure donati quotquot in cœlestes ciues adscripti sunt; in quorum singulorum cordibus exarata sententia, quos capite diminutos, quos aquâ & igni interdictos, quos imminutæ maiestatis reos & perduelles in gratiam supremi Iudicis restituisti: eloquens cùm siletes; vbi videlicet in cœlesti foro, in curiæ diuinæ rostris nudato pectore per filij cicatrices, luculentas pro Republica humana plagas acceptas ostenderes, neque tamen quidquam iuri derogares, cùm reos ampliatos sic immutabas, vt inducto criminibus filij sanguine, pretiosis lituris, Sancto ex flagitiosis efficeres, & aduersarium lynceum quæsitorem productis criminum tabellis vt nefarium calumniatorem refutares. Æmularentur vtinam Iurisperiti tuam illam in interpretandis legibus atque criminibus humanitatem, & sine præuaricatione nullo Reipublicæ damno conuictos reos absoluerent, ea tamen lege, vt eorum innocentiam præstarent. Assequentur, vt & ipse confido, si te, quam certissimam legum Hermathenam proposui, venerentur, si te suam Themidem, si te mecum Patronam adoptent. Anselm.

Approbatio Doctorum.

NOs infrascripti Sacræ Theologiæ Doctores fidem facimus legisse ac perlegisse librum, cui inscriptio est: *Doctoris* AVGVSTINI BARBOSÆ *Collectanea Doctorum in Codicem Iustiniani*, nihílque in eo fidei Catholicæ Apostolicæ Romanæ, aut bonis moribus contrarium reperisse. Lugduni die 13. Maij 1637.

Fr. BERNARDINVS MOLLIASSON.

Fr. BONAVENTVRA DE LA CLOISTRE
Guardianus Conuentûs S. Bonauenturæ.

Consensus D. Vicarij Generalis substituti.

PErspectis à Nobis præfatorum in Theologia Doctorum approbationibus, hoc Opus, cui inscriptio est: *Collectanea Doctorum in Codicem Iustiniani, Authore Doctore* AVGVSTINO BARBOSA, sub prælum mittendi, & in lucem edendi vltrò facimus facultatem. Lugduni Idibus Maij M. DC. XXXVII.

DE VILLE, Vic. Gen. Subst.

INDEX

INDEX PRIMVS
TITVLORVM,
ORDINE LIBRORVM,
ET MATERIARVM.

LIBRI QVARTI,

LIBRI QVINTI,

INDEX

INDEX II.

EORVNDEM TITVLORVM,

SERIE ALPHABETI.

Index III.

LEGVM.

In

Index Legum.

Index Legum.

Si

T

INDEX IV.
AVTHENTICARVM.

INDEX

INDEX V.

Legum & iurium incidenter discussorum, correctorum, conciliatorum.

CODICIS

DIGESTORVM

AVTHENTICA

DECRETALIVM

NOVÆ RECOP.

COLLECTANEA DOCTORVM

IN LIBRVM QVARTVM CODICIS.

De rebus creditis, & iureiurando.

TIT. I.

CREDENDI verbum est generale, & ad omnes contractus pertinet, *l.1 ff. eod.tit.* Itaque etiã verba, *de rebus creditis*, generalia sunt, quibus indicatur agi in præsenti de cõtractibus, quatenus ex eis dantur actiones creditoribus. *Iusiurandum* est, diuini numinis assumptio ad id, quod asseritur, confirmandum. Aristoteli, μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος; Clemẽti Alexandrino, ὁμολογία κατὰ θεοῦ ἐσχάτη μετὰ προσπαραλήψεως θείας; Ciceroni, affirmatino religiosa & sancta. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Donell. *comment. iuris ciuilis lib.24.c.9.cum seqq.* Soar. Bellacomb. Villalob. & alij *to.1.commun.opin.lib.4.tit.1.pag.434.cum seqq.* Anton. Gabr. *tom.3. etiam commun. opin. sub hoc tit.pag.*181.

De iureiurando specialem tractatũ edidit Ioan. de Selua *to.4.tract. Doct.fol.*347. & de iureiurando in litem. Phanuc. de Phanuc. *to.3.part.2 fol.*358. de iuramẽto, & eius priuilegiis, Ant. Corset. *d.to.4.fol.*359. & Seraphinus de Seraphin. de iuramenti virtute & viribus, Marcus Ant. Baueria *eo.tom.4.fol.*364. de iuramẽto, eiusq; vi & effectibus, Vincentius Mãcinus; de iuramenti absolutione, Antonius Corneus, & Ioan. Camill. Bilotta, & Antonius Galliardus de iuramento confirmatorio, Ioan. Gutierrez. Vltra quos ex professo agentes vide Greg. Lop. *tit.11.part.3.* Roder. Xuar. *ad l.4.fori lib.2.tit.de iurament.& in l.post rem iudicatam, à princ.* Marant. *de ordine iudic.part.6. actu 9.* Anton. Gabr. *commun.opin.lib.2.tit. de iureiur.* Couarr. *in c.quamuis pactum*, Gutier. *in auth.sacramẽta puberum, C.si aduersus vendit.* Ioseph. Ludou. *lib.3. commun.tit.de iureiur.* Perez *ad l.1.tit.4.lib.3. Ordin.* Fachinæ. *controuers.lib.1.c.16.cum seqq.& lib.3.cap.6. cũ seqq.* Alex. Trentacinq. *var.resolut.lib.2.tit.de iureiur.* Arimin. Tepat. *var.sentent.tom.1.à tit.231. vsque ad 241.* Camil. Borrel. *in summ.decis.tom.1.tit.60.cum duobus seqq.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo iuramentum*, Brunor. à Sole *in locis commun. eod. verb.* Ex Theologis præter Summistas S. Thom 2.2. *quæst.89. & ibi.* Caietan Sot. *de Iustit.lib.8.* Valent. 2.2 *disp.6. quæst.7.* Sayr. *in claui Regia, lib.5.* Azor. *instit.moral. part.1.lib.11.* Leonard. Less. *de Iustit. lib.2.cap.42.* Soar. *de Relig.tom.2.tract.de iuramento*, Sanchez. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.3.per tot.* Petr. de Ledesma *in summ.tom.2.tract.11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.tom.2.lib.18. de iurament.& periurio.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramento decisam causam non retractari prætextu periurij, & num.2.intellige vt num.3.*

4 *Sententia prolata prætextu iuramenti iudicialis, siue necessarij, an possit retractari ex instrumentis de nouo repertis.*

5 *Iuramentum vbi defertur lege, consuetudine, vel statuto, an retractari possit per veras & proprias probationes.*

6 *Iusiurandum aliud voluntarium, aliud iudiciale, necessarium aliud, &c.*

L. Causa. I.

Imp. ANTONIN. A. *Herculiano.*

IVramento decisa causa non retractatur periurij prætextu. Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Salicet. 1
Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Sebast. Næui Donel. Aloys. Leo *fol.2.* Pert. Gilchen. *tom.2. pag.1.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Ordin. Reg. Lusitan. *lib.3.tit.52.§.3.* & apud Hispanos *lib.16.& 25.tit.11.p.3.* vbi Gregor. Lopez, *& l.8. tit.7.lib.9.noua Recop.* vbi Azeued. Marant. *de ordine indic.part.6.tit.9 num.12.* Boër. *decis.*305. Cassan. *in consuetud. Burgund.rubr.de retract.§.12.n.12.14.16.cum seq.* Tiraquel. *de retract. lign.§.4 gloss.1.n.1.* Cuiac. *lib.18.obs.*35. Perez *l.1. vers. nec obstat, tit.4.lib.3. Ordin.pag.*547. Mascard. *de probat.concl.955.n.17.* Menoch. *cons.117.num.16.* Marant. *de ordine indic.part.6. actu 9.n.23.* vbi intelligit non admitti probationem 3
ad retractandum iuramentum ciuiliter; sed bene admitti ad puniendum criminaliter iurantem de periurio. Soar. de Paz *in pract.tom.4.c.2.§.7.n.20.* Sfort. Odd. *de in integr. restitut.part.2.quæst.74.art.2.* Anton. Hering. *de fideiussor. cap.20.§.2.* Pichard. *ad §. item si quis postulante 11. Instit.de act.num.111. cum seqq.* Donell. *comment.iuris ciuilis lib.24.cap.9.col.1. aliàs cap.17.* Cabed. *Lusit.deci.34.à num.24. part.1.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo iuramentum, num.11.*

4 Vtrùm autem senten tia prolata prætextu iuramenti iudicialis, siue necessarij possit ex instrumentis de nouo repertis retractari? Vide Gurier. *de iurament. confirm. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 10. *cum seqq.* Sfort. Odd. *d. quæst.* 74. *art.* 2. Fachinæ. *controuers. lib.* 11. *cap.* 27. Cuiac. *lib.* 18. *obseru.* 35. Anton. Fab. *decad.* 19. *errore* 5. Osasch. *Pedem. decis.* 61. *num.* 2. Ceuall. *commun. contra communes quæst.* 840. *num.* 7. Caroc. *de iuram. litis dec. quæst.* 2. *quæstionis* 10. *princ.* Seraph. *de priuil. iuram. priuileg.* 38. Pichard. *ad d. §. item si quis postulante, à num.* 107.

5 Et quid quando lex, consuetudo, vel statutum defert iuramentum, an possit retractari per veras, & proprias probationes? Vide Tiraquel. *de retractu lign. §.* 4. *gloss.* 7. *à princ.* Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 915 *à princip.* Azeued. *l.* 7. *à num.* 82. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Thom. Valasc. *allegat. iuris tom.* 1. *alleg.* 72. *num.* 103.

Nisi specialiter hoc lege excipiatur.] Id est, conuentione iurisiurandi delati, vt per Picard. *in d. §. item si quis postulante, à num.* 1 . quamuis Anton. Fab. *dec.* 19. *errore* 5. *num.* 7 Triboniani verba illa esse existimet re picientis iam ad nonam constitutionem, *l. fin. infra hoc tit.*

6 In gloss. *specialiter*. ibi, *item nota quòd iusiurandum aliud voluntarium, aliud iudiciale, aliud necessarium?* &c. Ita *l.* 2. *Hisp. tit.* 11. *part.* 3. Cardos. *in praxi iudicum, verbo iuramentum, num.* 4. *cum seqq.* Menoch. *d. cons.* 217. *ex num.* 1. Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *actu* 9. *à princip.* Soar. de Paz *in practic. tom.* 3. *cap.* 2. §. 8. *num.* 10. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 955. Galganet. *different. iuris lit. I, num.* 81. Pichard. *ad §. item si quis postulante* 11. *Instit. de actionib. à n.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Periurium quondam Deum solum habuisse vltorem, & num.* 2. *intellige vt num.* 3. *&* 4.

5 *Periurii pœna temporalis qua, remissiuè.*

6 *Periurium commissum calore iracundiæ impunibile.*

L. Iurisiurandi. II.

Imp. ALEXANDER A. *Felici.*

1 PEriurium quondam Deum solum habebat vltorem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 113.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, exornántque ad illius intellectũ, Ægid. Boss. *in tit. de periurio, in princip.* Clar. *in §. periurium, n.* 12. Nicol. Boër. *decis.* 305. Iacob. Cuiac. *lib.* 2. *obseru.* 19. *& lib.* 8. *cap.* 7. Francisc. Duaren. *disp. anniuers. lib.* 2. *cap.* 37. Iacob. Concenat. *quæst. iuris lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. Robert. Aurel. *lib.* 1. *sentent. cap.* 20. Iacob. Ræuard. *variorum, siue iuris ambiguit. lib.* 2. *cap.* 3. Padil. *in l. si quis maior, à num.* 1. *C. de transact.* Forcat. *in cupidine Iurisperit. cap.* 18. *num.* 2. Petr. Loriot. *de apicibus iuris, tit. de regulis iuris, axiom.* 189. Couar. *in cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 7. *num.* 2. vbi tẽtat Alexandrum Cæsarem constituere iureiurando cõtempto Deum in primis offendi, idcireo grauissimè ab eo vindicari, ac propterea cùm tam grauis immineat periculo vltio diuina, temperandam esse pœnam humanam, aliquídque taxandum de ea, ac per consequens pœna corporali periurij crimen vendicandum non esse. late Menoch. *de arbitr. casu* 319. *per tot.* vbi *n.* 3 ex Duar. & Cuiac. intelligit supradictam conclusionem de periurio calore iracun-

3 diæ commisso, & ad hec comprobandum præmittit duas esse periurij pœnas, vnam animæ, alteram corporis: animæ pœnam solus Deus infligit, corporis pœnam Princeps, vel illius minister; item præsupponit quòd licet delictum calore iracundiæ perpetratum pœna temporali saltem ordinaria, & corporali non puniatur, attamen apud Deum anima punitur, tum quia irascendo mortaliter peccat, tum etiam, quia delinquit peierando; quod assumptum satis probat ex hoc text. ibi, *iurisiurandi contempta religio satis Deum vltorem habet.* hæc est animæ pœna, quia deinde subiicit ibi, *periculum autem corporis,* quæ dictio, *autem,* aduersatiua est, & ideo ostendit duas esse diuersas pœnas, atque Deum vlcisci periurium ita commissum, etsi mitiori pœna, Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2 *Ordin. pag.* 546. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 24. *cap.* 9. *col.* 5. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 1 eleganter Tiber. Decian. *in tract. crimin. l.* 6. *cap.* 13. *num.* 2. vbi sex intellectus refert ad hunc text. & tamen tanquam veriorem, & magis communem amplectitur quòd lex ista non loquatur de quacunque specie iuramenti, sed tantùm de ea, quæ defertur ad decisionem causarum, quod sibi verum esse suadere ait omnes alias leges in hoc tit. positas, quæ de hac specie iuramenti dumtaxat loquuntur, in qua si periurium committatur, nulla à iure ciuili corporalis pœna est imposita si per Deum iuretur, quòd scilicet imputandum sit inferenti iuramentum, qui fidem aduersarij sequutus est; sed eius vltionem ad Deum, cui iniuria facta est, refert ius ciuile, quo disponitur iniquum esse postquam est iuratum, de periurio quæri; vnde ex hoc periurio duobus tantùm iniuria est illata, primò Deo per quem iuratum est, & propterea ad eum vltio defertur; secundò parti cui nocuit peierando, sed quia de voluntate ipsius fidem aduersarij approbantis delatum est iuramentum, ideo non potest dici iniuria, cùm volenti non fiat iniuria, Camill. Borrell. *in sum. decision. tom.* 1. *tit.* 63. *num.* 30. Vincent. Mancin. *in tract. de iuram part.* 5. *in princ. num.* 7. *&* 8. vbi declarat id, quod dicitur periurium 4
habere vltorem solum Deum, procedere in eo, qui iurauit aliquid non concernens interesse partis, refert Farin. *in praxi crimin. quæst.* 160. *num.* 29. *&* 85. Pichard. *in §. item si quis postulante* 11. *Inst. de action. à num.* 118. vbi *num.* 131. ait dictionem, *satis*, in præsenti malè accipi in eo sensu, vt idem interpretetur quod sufficit, sed potiùs significare idem, quod dictiones *multum*, aut *valde*, vt sit sensus, Deus multum & valde vltor est iurisiurandi contemptæ Religionis, grauissimísque suppliciis solet huiusmodi crimen vindicare.

Vnde si peieratum sit in hoc iuramento litis decisorio non posse fieri querelam, nec accusationem, statuit Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 3 *tit.* 52. §. 3. & apud Hisp. *l.* 26. *tit.* 11. *part.* 3. tenent Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 7. *à num.* 10. Caroc. *de iuram. decisiuo* 3. *part.* 9. *princip. num.* 6. Cald. Pereira *de empt. cap.* 19. *num.* 24. vbi ait quòd delato iudiciali iuramento non admittitur condemnatus ad accusandum de periurio, etiamsi postea reperiatur iurantem peierasse, Melch. Phæbos *Lusit. decis.* 69. *n.* 6. *tom.* 1. vbi *n.* 7. id limitat nisi impetretur à Rege, vt possit fieri querela.

Verùm vltra casum huius l. dubium non est im- 5
minere pœnas etiam temporales coram iudicibus etiam temporalibus, coram quibus de periurio agi potest, etiam per viam iurisdictionis punitiuæ, de quibus pœnis agunt Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 3. *tit.* 52. §. 3. & apud Hispanos *l.* 16. *cum seqq. tit.* 11. *part.* 3. vbi

vbi gloss. 7. & l. 1. & 2. tit. 17. lib. 8 nouæ Recop. Hippol. sing. 297. Bernard. & Salzed. in pract. c. 92. C... n cap. quamuis pactum pars. 1. §. 7. in princip. & ... n 2. Auendan. de exequen. mand. part. 2. c. 17. Perez ad ... 1 verbo positio testis. 4. lib 3. Ordin. & l. 1 tit. 6. l ... 8. & latiùs l. 10 tit 19. eod. lib. Azened. l. 1. num ... 2 cum seq. tit. 7 lib. 4. nouæ Recop. & l. 2. nu ... 4 ... 17 ... lib 8. Anton. Gabr. commun. lib. 2. tit. de iureiur. concl. ... Mascard. de probat. con l. 955. num. 19. Spin. in speculo test. in gloss. 30 princ. n. 68. Ioseph Ludou. commun. lib. 3. ... de iureiur. concl. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 64. Fachinæ. contr. iur. lib. 1 cap. 14 Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 7. ... cap. 13. de pœnis periurij, Bonacos. commun. opin. in part. 2. verbo periurus, Surd. cons. 37. & cons. 424 a num. 10. Sayr. in claui Regia lib. 5 cap. 9. Farinac. prax. crimin. quæst. 160. num. 28. cum seqq. Lelii de iustit. lib. 2. cap. 42. dub. 14. num. 74. Matt. de ... p. 2. cap. 9. num. 27. cum seqq. Camill. Borrel. tit. 63. a num. 32. Christoph. de Paz ad leges styli l. 128.

6 *Quod in calore fuerit periuratum.* &c.] Notatur ad hoc quòd periurium commissum calore iracundiæ est impunibile, vt per Guid. Pap. cons. 89 num. 5. ve ... *si autem quæratur*, Menoch. *de arbitr. casu* 359. *n.* 8. 13. 23. & 31 Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 11 *num.* 9. vbi loquitur, & declarat, dummodo ita proueniat ex iusta causa, & *cap.* 13. *num.* 2. *in* 3. & 6. *intellectu*, Vincent Caroc. *in tractat. de iuram. decisiuo in* 3. *quæst. ... num.* 4. & 5 Farinac. *d. quæst.* 160. *num.* 80 & 81. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum decisiuum litis ex inopia probationum deferri a iudice, & num. 2. non seruari in Gallia, num. 3.*

4 *Iuramentum suppletorium quando actori deferendum, reo quando, num. 5. non defertur in via executiua vbi adest publicum instrumentum de debito, vel confessione partis, si vnus tantùm testis adsit de solutione, num. 6.*

7 *Defunctus probatæ opinionis & famæ, si dicat in testamento quòd Titius debet ei centum, tale dictum operatur semiplenam probationem pro se, vt possit hæres petere sibi deferri iuramentum in supplementum probationis.*

8 *Fugiens in loco delicti facit præsumi contra illum, ita vt sola fuga faciat semiplenam probationem.*

9 *Iuramentum non deferendum infami infamia facti, aut iuris, homicidæ, vsurario, periuro, condemnato actione furti, spurio, concubinario, blasphematori, aut inimico inimicitia graui. nec minori, nec mulieri, nisi fuerit plus quàm semiplenè probatum, num. 11.*

10 *Spurio an & quando deferri possit iuramentum in supplementum.*

12 *Probatio non sufficit per testes singulares, si singularitas sit obstatiua, secus si adminiculatiua. nec vnus testis dicens aliquid non verisimile, & cur, num. 13.*

14 *Iuramentum suppletorium non defertur ei qui poterat plures testes producere.*

15 *Iurare qui debet in supplementum, requiritur vt verisimiliter rei veritatem per sensum corporeum scire possit, vnde non defertur heredi.*

16 *Iuramentum suppletorium defertur in causis modicis, non autem in arduis, & magni valoris. li... mita vt num. 17. & 18.*

19 *Causa ardua quæ, vt excludat petentem à delatione iuramenti suppletiui, remissiuè.*

L. In bonæ. III.

Impp. DIOCLET & MAXIMIAN. AA & CC. *Seueræ.*

IVramentum decisiuum litis in inopia probationum iudex defert. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Petr. Gilchen *fol* 4. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusit. *l.* 3 *tit.* 51 Hippol. *sing.* 461. 2 Duen. *regul.* 100. Emman. à Costa *in l. si ex cautione, fallent.* 4. ... 6 Marant. *de ordin. iud.* 6. *actu* 9. *n.* 2. *cum seqq.* Rebuff *ad leges Galliæ tom.* 1. *proœm. gloss.* 5. *n.* 58. vbi refert non seruari in Francia dispositionem huius text. nec vix deferri iuramentum in supplementum probationum in contractibus stricti iuris, etiam si semiplenè probatum fuerit, sed reum iudex absoluit, nisi hoc à Rege per rescriptum concedatur Menoch. *de arbitr. casu* 164. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 24. *cap.* 11. *col.* 1. Mascard *de probat. conclus.* 952. & 957. Mol. *in emporio iur. ciuil. p.* 1. *tit.* 11, *in prælud. a n.* 23 Bernard. Muscatel. *in sua praxi ciuili Neap. l.* 1 7. *gl. ff. co ... lusse, num* 6. *cum seqq.* latè Camill. Borrel. *in summ. decis. tom.* 1 *tit.* 54. *de iuram. suppletor.*, Cardos. *in praxi iudicum, verbo iuramentum n.* 4. Anton. Fab. *de errorib. pragmat. decad.* 19, *errore* 1. Et de materia, & in quibus casibus iuramentum in supplementum deferri non possit, dixi latè *in collect. ad cap.* 2. *de probat. in Decretalib.* 3

In gloss. *Decidi oportet, fin. ibi, si autem actor semiplenè probauit per scripturam*, &c Actori igitur deferendum est huiusmodi suppletorium iuramentum quando semiplenè intentionem suam probauit, reus verò nihil præstitit, secundùm Crass. *commun. opin. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 110. *pag.* 446. Menoch. *de arbitr. casu* 190. *n.* 10. Mascard. *de probat. q.* 9 *n.* 29. & 50. & *concl.* 954. *n.* 72. Surd *cons.* 135. *n.* 95 Camill. Borrel. *d. tit.* 54 *n.* 51. & 52. Tunc autem deferendum est reo, & non actori, quando actor pro se vnam probationem habet, & reus alteram, quia iudex propensior esse debet ad liberandum, Scap. *de iure non scripto lib.* 3. *cap.* 5 ... *num.* 3. Menoch *d. casu* 190 *n.* 19 Farchinæ *controu. iuris lib.* 1. *cap.* 18 Mascard. *d. q.* 9. *n.* 29. 4 5

In ead. gloss. ibi, *per scripturam*, &c. Nota quòd in via executiua, vbi adest publicum instrumentum de debito, vel confessione partis, si vnus tantùm testis adsit de solutione, non deferet iuramentum suppletorium, vt per Azened. *l.* 1 *n.* 2 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Recopil.* 6 Item si defunctus probatæ opinionis & famæ dicat in testamento quòd Titius debet ei centum, tale dictum operatur semiplenam probationem pro se, vt possit hæres petere sibi deferri iuramentum in supplementum probationis, ita Anton. Gom. *variar. tom.* 1 *cap.* 11. *n.* 81. *vers. ex quo notabiliter vbi infertur.* 7

In ead. gloss. ibi, *vel per fugam rei*, &c Notatur ad hoc quòd fugiens à loco delicti, facit vt præsumatur contra illum, ita vt sola fuga faciat semiplenam probationem, vt per Boër. *decis.* 215. *n.* 10 Mascard *de probat. concl.* 821. Cardos. *in prax. iud. cum, verbo probation. n.* 16. & plures, quos plena manu refert pagens meus *in remiss. ad Ord. Reg. lib.* 5. *tit.* 134. *in princ. n.* 11. 8

In ead. gloss. ibi, *vel per vnum testem*, &c Intellige si sit legalis, ac fide dignus, & persona honesta, secundùm Ias. *in repet. l. admonendi num.* 196. *ff. de iureiur.* lat. §. *periurium num.* 8. Menoch. *d. lo casu* 190 *num.* 12. *cum seqq.* & *casu* 464. *num.* 19.

Mascard. *concl.* 1360. aliàs 1366. *num.* 5. vbi quòd debet esse omni exceptione maior. Seraphin. *de privileg. iuram. privileg.* 1 *num.* 36. *& privileg.* 33. *num.* 114. Marcin. *de iuramen. part.* 2. *art.* 6. *num.* 44. Farin. *frag. crimin. part.* 2 *lit. I. num.* 148. Camill. Borrell.

9 *d. tit.* 54. *num.* 12 Vnde infami infamia facti, aut iuris, homicidæ, vsurario, periuro, condemnato actione furti, spurio, concubinario, blasphematori, aut inimico inimicitia graui, huiusmodi iuramentum deferendum non esse, tenent Mascard *concl.* 954. *n.* 66. *cum seqq.* Menoch *d. casu* 464. *a num.* 13. Seraphin. *dict. privileg.* 33. *a num.* 16 Mancin. *dict. par.* 2. *art.* 6. *num* 45. *cum seqq.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 15. *num.* 14. vbi de spurio. Gemin *de vsur. commento* 4. *in præfat. num.* 5. vbi de vsurario, Surd. *decis.* 326 *n.* 94. *&* 95. vbi de infami infamia facti, Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 97. *&* 98 latè Farin. *d. lit. I.*

10 *num* 1250. *cum seqq.* vbi *a num.* 1259 quoad spurium subdit ei posse deferri iuramentum in supplementum quando esset nobilis, & magnæ conditionis, & excellentiæ, & probatur esse bonæ famæ, & multo

11 magis si esset Religiosus, & *num* 1255. *& seq.* subdit hoc iuramentum non deferri minori, nec mulieri, nisi fuerit plusquam semiplenè probatum.

12 Hinc etiã non sufficit probatio per testes singulares, si singularitas sit obstatiua, secus adminiculatiua, de quo vide Deci. *in cap. licèt causam num.* 10. *de probat.* addit ad Abb. *in cap. licèt ex quadam n.* 8. *lit.* 1. *ad fin. de testib.* Felin. *in cap. si cautio num.* 85. *ad fin. de fide instrument.* Ias. *in repet. d. l. admonendi num.* 256. Socin. *regul.* 152. *vers. fallit.* 67 Rebuff. *de reprob. testium, num.* 525. Foller. *in addit. ad Marant. part.* 6. *actu* 9. *num.* 13. Mascard. *concl.* 954. *num.* 20.

13 Nec vnus testis dicens aliquid non verisimile non potest enim ex illius testimonio deferri iuramentum in supplementum probationis, Tiraquell. *in l si vnquam, in præfat. num.* 45. Mascard. *conclus.* 1364. aliàs 1370. *num.* 5 Bellacomb. *dict. tit.* 1. *num.* 97. *vers. secundo.*

14 Aduertas tamen quòd ei qui poterat plures testes producere, non defertur iuramentum suppletorium, quamuis per vnum testem semiplenè probasset. ita Bart. *in l. admonendi num.* 37. & [illegible] *num.* 192. Roland. *cons.* 50. *num.* 24. *vo um.* 1. Surd. *decis.* 326. *num.* 93.

15 In ead. gloss. ibi, *sed quid si non interfuit facto*, &c. Notatur ad hoc quod iurare debes in supplementum, requiritur vt verisimiliter rei veritatem per sensum corporeum scire possit, vnde non defertur hæredi, de quo vide Bernard. *reg.* 392. *vers. limita*, Hippol. *in marcarit num.* [illegible] *ff. de quæst.* Ias. *in repet. d. l. admonendi num.* 312. *& seq.* Siluan. *cons.* 44. *num.* 9. *in fine*, Tiraq *de retract. lig.* § 1 *gloss.* 2. *num.* 5. Afflict. *decis.* 169 *num* 2. *&* 3. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1 *num.* 97. *pag.* 440. Menoch. *de arbit. casu* 190, *num.* 6. *cum seqq. &* *cons.* 81. *n.* 91. Mascard. *dict. concl.* 954. *n.* 63. *cum seq.* Thom. Valasc. *allegationum iuris tom.* 1. *alleg.* 71. *num.* 11. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 144. *à num.* 46. Camill. Borrel. *d. tit.* 54. [illegible] 19. *& tit* 60. *num* 358.

16 In eandem gloss. ibi. *an modica sit causa*, &c. Notatur ad hoc quod iuramentum suppletorium defertur in causis modicis, non autem in arduis, & magni valoris, vt per Cornazan. *Lucensi decis.* 68. *num.* 14. Surd. *cons.* 12. *num.* 12. *& decis.* 326. *n.* 94. Mascard. *d. conclus.* 954. *n.* 12. Menoch. *de arbitr. casu* 464. *num.* 4 Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 10. *n.* 6. *p.* 2. *& Lucensi decis.* 41 *n.* 18. *p.* 1. Seraphin. *d. privileg.* 33. *n.* 11 Camill. Borel. *d. tom.* 1. *tit.* 54. *num.* 38. Mascatel. *d. gloss. conclusio, num.* 26. Setserin *tract. de iurament. lib.* 4. *cap.* 14 *num.* 1. Mancin. *in simili tract. part.* 2. *art.* 6. *num.* 13. *&* 14.

Limita aliquibus modis, & primò quando fuit plusquam semiplenè probatum, quia tunc iuramentum in supplementum defertur, etiam in causis magnæ quantitatis, vt per Hercul *in tractat. de negat. num.* 235. Benintend. *Bononien. decis.* 67. *n.* 2. Ioseph. Ludou *d. Perus. decis.* [illegible] *num.* [illegible] Mascard *concl.* 944. *num.* 3[illegible] *& concl* 954. *num.* 31. *& seq.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 18. *&* 19. Seraphin *d. privileg.* 33. *num.* 10. *&* 114 Mancin. *de iuram. part.* 2. *art.* 6. *n.* 8. 17

Idem si vltra semiplenam probationem adsit aliqua præsumptio, Foller. *d. Mar. ar. d. p.* 6 *actu* 9. *n.* 14. Ias. *in l.* 3. *n.* 22. *ff. de iureiur.* Gre[illegible] Lopez *l.* 2. *verbo vn testigo, tit.* 11. [illegible] Masc. [illegible] *concl.* [illegible] *& concl.* 030. [illegible] Men[illegible] *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 87. *num.* 3 *cum seq.* [illegible] *decis.* 326. *num.* 94.

Secundò limita vbi non agitur ad fundandam & radicandam totam intentionem agentis, sed solùm ad declarandum obscuritatem fundamenti adiuuantis dictam intentionem, quia tunc iuramentum in supplementum defertur etiam in causa magna, Bald. *cons.* [illegible] *item secundum breuitatem l.* 3. quem refert & sequitur Cardin. Tusch. *verbo iuramentum, concl.* 540. *num.* 82. 18

Quæ autẽ dicatur magna & ardua causa ad hoc vt excludat petentẽ a delatione iuramenti suppletiui, vide Ias. *in d. l. admonendi num.* 61. Rot. Bononien *decis.* 67. *num.* 5. Menoch. *de arbitr.* [illegible] 71 *& casu* 190. *num.* 17. *&* 18 *& casu* 464. *num.* 4. *cum seq.* Perez *ad tit.* 7. *lib.* [illegible] *Ord n. pag.* 105. Mascard *de probat. in proœm. q.* [illegible] *num.* 38 *&* 9. *&* [illegible] 954. *num.* 10 Surd. *decis.* 326. *n.* 94. Camill. Borrel. *d. tit.* 54. *num.* 38. [illegible] Mancin. [illegible] Setser *d. lib.* 4 *cap.* 1 [illegible] *num.* 4. ex quorum dictis illa videtur magis communis opinio, quòd relinquitur iudicis arbitrio quæ dicatur magna, seu parua causa in hac materia. 19

L. Si ad excludendum. IV.

Idem AA. *&* CC. *Maximæ.*

Delatio iuramenti tutori facta à pupillo nullius est effectus, colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. [illegible] *sup. hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen *fol.* 8. *tom.* 1. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Forner. *lib.* 6. *rerum quotid. cap.* 14. Setser *de iuramen. lib.* 4. *cap.* [illegible] *num.* 27. Osvvald. *ad Donell. enucleatum lib.* 24. *cap.* 12. aliàs 4. *lit. B.* 2

SVMMARIVM.

1 *Relicta à tutoribus, censeri relicta à pupillis.*
2 *Tut rem ad iusiurandum super fideicommissis à patre pupilli relictis adigi.*

L. Cùm etiam. V.

Iidem. AA. *&* CC. *Iuliano.*

A Tutoribus relicta, à pupillis relicta censentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *sup. hoc tit.* & post omnes Gilchen *tom.* 1. *fol.* [illegible]

Vide Bart. *in l. cum filio* [illegible] 9. *prope fin. ff. de leg.* 1. Tiraq. *de retract. l. gn* § 1 *gloss.* 2. *num.* 11. vbi quod tutor adigitur ad iusiurandum super fideicommissis à patre pupilli relictis. 2

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum locum habere etiam in causa status.*
2 *Articulum emergentem in causa liberali bene compromitti.*
3 *Arbiter, qui de causa status principaliter nequit cognoscere, rectè cognoscit de ea incidenter.*

L. Cùm proponas. VI.

Iidem AA. *&* CC. *Bessio.*

1 IN causa status iuramentum etiam locum habet Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* post omnes Gilchen *tom. 2. fol. 8.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd articulus emergens in causa liberali bene potest compromitti, vt per Gregor Lopez *l. 24. gloss. 2. verb. e de libertad del tit. 4. part. 3.*

3 In gloss. *Consulat, fin. ibi, vel quod principaliter,* &c. Notatur ad hoc quòd arbiter, qui de causa status principaliter cognoscere nequit, rectè potest cognoscere de ea incidenter, vt per Ias. *in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. num. 23.* vbi Curt. iun. *num. 135.* & Otose. *num. 14.* Roman. *singul. 466.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 2. in praelud. num. 159.* vbi subdit se iudicare de iure nouo post constitutionem Anastasij *in l. fin. C. de transact.* arbitrum rectà posse incidenter cognoscere de causa status, ita vt ante illam legem nullibi hæc sententia reperiretur probata, ac proinde minimè ex hoc text cùm fuerit conditus à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, Tiberiano, & Dione Consulibus, anno Domini 292. *d.* verò *l. fin.* lata ab Anastasio, & concessa à Patritio, & Hipatio Consulibus, anno Domini 503.

SVMMARIVM.

1 *Filius patri obesse non potest litigando, paciscendo, iureiurando.*
2 *Tertius litigando, paciscendo, iureiurando, tertiò obesse nequit.*
3 *Sententia lata contra filium non nocet patri, neque filius, etsi coniunctissimus sit patri, censebitur eius Procurator.*
4 *Res inter alios iudicata non nocet alijs.*

L. Nec filius. VII.

Iidem. AA. *&* CC. *Eutychianæ.*

1 LItigando, paciscendo, iureiurando filius patri;
2 item tertius tertio obesse nequit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Notatur ad hoc quòd sententia lata contra filium non nocet patri, neque filius etsi coniunctissimus sit patri, censebitur eius procurator, vt per Menchaq. *controuers. vsufreq. cap. 23. num. 9. & n. 12. in fine, & 13.* colligit etiam ex hoc text. quòd res
4 inter alios iudicata aliis non nocet, etiamsi coniunctos litiget contra quem lata sententia non præiudicat coniuncto.

SVMMARIVM.

Iuramentum delatum, aut relatum qui præstet, in factum actionem habet.

2 *Iuramenti remissionem impetrans in factum actionem habet.*

L. Actori. VIII.

Iidem AA. *&* CC. *Alexandro.*

IVramentum delatum, aut relatum præstans, item remissionem iuramenti impetrās, vt pro re iudicata, in factum actione habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Gilchen. *tom. 2. fol. 10.* 1 2

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 8. tit. 11. p. 3.* vbi *gloss. 7.* Bart. *in l. miles, §. iudicatis n. 1. & 2. ff. de re iud.* Soar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 2. §. 7. num. 18.* Donell *comment. iuris ciuilis lib. 24. cap. 14. & 16.* Catoc. *de iuram. litis decis. q. 20. princ. n. 3.* latè Pichard. *in §. item si quis postulante 11. Inst. de actionib. ex num. 89.* Parlad. *rerum quotid. c. 5. part. 5. §. 1. n. 12.*

L. Delata. IX.

Iidem AA *&* CC. *Martiano.*

REus, cui iudiciale iuramentum defertur, tenetur iurare, referre, aut soluere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Gilchen. *tom. 2. fol. 11.* 1 2

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 8. tit. 11. p. 3.* vbi *gloss. 2.* Socin. *reg. 225.* Fachin. *lib. 1. controu. cap. 21.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 24. cap. 10. col. 2.* Cuiac. *lib. 9. obseru. 37.* Mascard. *de probat. concl. 954. n. 22. & concl. 955. num. 17.* Catoc. *in tract. de iuram. litis dec. quæst. 32. princ.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti delationem locum habere in actione depositi.*
2 *Iuramento deponentis an, & quibus casibus statur circa damna & interesse eidem deponenti obuenientia ex eo quòd reddere, seu restituere negauit depositum.*

L. In actione. X.

Iidem AA. *&* CC. *Protogeni.*

IN actione depositi iuramenti delatio locum habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* post omnes Gilchen. *tom. 2. fol. 11.* 1

An, & quibus casibus deponentis iuramēto statur circa damna & interesse eidem deponenti obuenientia ex eo quòd reddere, seu restituere depositum negauit? Vide Mancin. *de iuram. p. 2. art. 7. n. 3. & art. 8. num. 3.* Setser. *eod. tract. lib. 5. cap. 5. n. 40. cum seqq.* Catoc. *de deposito p. 1. tit. de in litem iurando,* Farin. *fragm. crim. p. 2. lit. I, n. 985. cum seqq.* 2

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum delatum, antequam præstetur, vel feratur sententia, reuocari potest, & num. 2. secus postquam huius iuramenti delatio fuerit acceptata, nisi ex iusta causa, num. 3.*
4 *Actor si ab initio noluit deferre iuramentum, sed onus probandi assumpsit, & non probauit, tunc reus absolui debet, & non cogitur iurare.*

5 *Renuntians iuri suo non habet ampliùs regressum ad illud.*

6 *Iuramentum decisorium delatum, si ex interuallo acceptetur, non proficit, nisi deferatur de nouo.*

L. Si quis iusiurandum. XI.

Imp. IVSTINIANVS A. *Demosth. P. P.*

1 IVramentum delatum, antequam præstetur, vel sententia feratur, reuocari potest. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* post omnes Gilchen *tom. 2. fol. 12.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 8. tit. 11. part. 3.* Iaf. *in l. 3. §. si neque, num. 1. ff. de iureiur. & in l. quicquid astringenda 99. ff. de verb. oblig.* Padil. *in l. quamuis num. 3. C. de transact.*

3 Verùm postquam huius iuramenti delatio fuerit acceptata, deferens non potest delationem reuocare, nisi ex iusta causa, vt si deferenti superueniant nouæ probationes, vel eis, cui est delatum, sit effectus infamis, Osvvald. *ad Donell. enucleatum lib. 4. cap. 14.* Catoc. *de iuram. litis decisorio, quæst. 10. princ.* Mascard. *de probat. concl. 958. num. 11.*

4 *Satis enim absurdum est*, &c.] Notatur ad hoc quòd si actor ab initio noluit iuramentum deferre, sed onus probandi assumpsit, & non probauit, tunc reus absolui debet, & iurare non cogitur, quia ex quo actor probare non potuit, ad iuramentum redire non debet, ita Boër. *decis. 95. num. 5. vers. secus si ab initio.*

5 *Cui renuntiandum putauit*, &c.] Notatur ad hoc quòd renuntians iuri suo nõ habet ampliùs regressum ad illud, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. glos. 9. num. 121.* & citatos per me *in tract. Axiom. iuris vsu frequent. axiom. 136. num. 12.*

6 Notatur ad hoc quòd iuramentum decisorium delatum si ex interuallo acceptetur, non proficit, nisi de nouo deferatur, vt per Soar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 2. §. 7. num. 16.*

Licere quidem, &c.] Vide Iaf. *in l. item si quis num. 31. & 36. Instit. de actionib.* vbi ampliat, hanc l. procedere non solùm in iuramento, verùm etiam in simplici assertione.

S V M M A R I V M

1 *Iuramentum ad decisionem litis delatum à parte, vel, in defectum probationis, à iudice, ante sententiam definitiuam, vel in ipsa sententia præstandum esse, non postea, & num. 2.*

3 *Iurandi facultas ad hæredes non transit, nec ad Procuratorem habentem mandatum speciale n. 4. secus quando hæres esset informatus de negotiis defuncti, n. 5.*

6 *Sententia in fauorem Titij, sub conditione,* si iurauerit sibi deberi *valida, quid si sub conditione, si* probauerit, *remissiuè, num. 7. lata sub conditione statim grauare partem incipit, & currit tempus ad appellandum, n. 7.*

8 *Iuramento præstito standum præcedente legitima delatione: delatum autem non præstans, nec recusans, pro conuicto, & confesso habetur.*

9 *Grauatus per Iuramenti delationem, à tali grauamine licitè appellari potest.*

10 *Iudex appellationis sententiam iniquam iudicis à quo, delatam super iuramenti recusatione, reformare potest.*

11 *Pars iuramentum deferens, facta relatione frustrà appellat à iuramento relato.*

12 *Actore nihil probante, reo defertur iuramentum, si iudex approbat illius delationem.*

13 *Pars, cui in iudicio defertur iuramentum coram iudice, illud recusare non potest, alias cadet à causa. Deferens iuramentum facta relatione frustrà appellat à iuramento relato, num. 14. secus si sententia non transit in rem iudicatam, num. 15.*

16 *Victus in causa appellationis, si in prima instantia obtinuit sententiam, excusatur à condemnatione expensarum, quasi iustam causam litigandi habuerit.*

17 *Absens ob iuramentum delatum, ad iudicem accedet ob illius præstationem.*

18 *Iuramentum per Procuratorem præstari, deferri, referri potest.*

19 *Iudex rem meliùs percipit præsentibus litigantibus, quàm eis absentibus.*

20 *ad Iurandum speciale mandatum requiri, licèt in eo non sit expressa causa, in quo est iurandum.*

21 *Iuramenta præstantur à nonnullis in iudicio, ab alijs domi, pro qualitate, & arbitrio iudicis, & num. 23.*

22 *disposita de Iuramento calumniæ deferendo, aut referendo firma manent.*

L. Generaliter. XII.

Idem A. Demostheni P. P.

IVramentum ad decisionem litis delatum à parte, 1
vel in defectum probationis delatum à iudice, ante sententiam definitiuam, vel in ipsa sententia est præstandum, non postea. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Gilchen *tom. 2. fol. 13.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. Hispan. 21. in fine tit. 11. part. 3.* vbi *glos. pen. & vlt.* Thesaur. *Pedem. decis. 93.*

Iuramentum hæreditarium, &c.] Notatur ad hoc 3
quòd facultas iurandi non transit ad hæredes, vt per Plot. *in l. si quando, §. 34. num. 4. C. vnde vi,* Ioann. Bott. *cons. 57.* Gail. *lib. 2. obseru. 44* Menoch. *de arbitr. casu 208. num. 12.* Coler. *decis. 116.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 68.* Catoc. *de iuram. litis decis. quæst. 5. nona quæst. princ. num. 80.* Osvvald. *ad Donell. enucleatum lib. 24. cap. 13. in princip. lit. A.* Mari. Giurb. *ad consuetud. Messanens. cap. 2. gloss. 7. part. 1. num. 24.* vbi, talem facultatem iurandi, quæ ex pacto alicui competit, non transire ad hæredes comprobat, Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 3. c. 537. a n. 8.* vbi ait non transire ad hæredes, quia est personale, Fatin. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. num. 98.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. tit. 26. n. 7.*
Garcia Mastrill. *Sicilia decis. 60. num. 8. & 9.* vbi pa- 4
ctum hoc non extendi ad hæredem, nec ad Procuratorem habentem speciale mandatum, ait Rot. Genuen. *decis. 78* Hect. Felic. *de societ. cap. 27. n. 75.* Castill. *quotidian. lib. 5. cap. 181. num. 65. post med. & lib. 6. cap. 183. n. 12.* Guzman. *de euictionib. quæst. 14. num. 9. & 10.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 5. gloss. 8.*
num. 6. Limita quando hæres esset informatus de 5
negotiis defuncti. Menoch. *de arbitr. casu 191. n. 5. cum seqq. & cons. 81. num. 21.* Garc. Mastrill. & Fontanel. *dictis locis.*

Sententia sub ipso, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
valet sententia in fauorem Titij sub conditione, *si iurauerit sibi deberi*, vt per Sarmien. *select. lib. 1 cap. 13. num. 11.* vbi disputat an idem sit dicendum sub ea conditione, *si probauerit.*

Nota-

Notatur etiam ad hoc quòd ſententia lata ſub conditione, ſtatim incipit grauare partem, & currit ſtatim tempus ad appellandum, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſ. 10. num. 52.*

§. Sed iuramento.

8 Iuramento præſtito eſt ſtandum præcedente legitima delatione, delatum autem non præſtans, nec
9 recuſans, habetur pro conuicto, & confeſſo. Item grauatus per iuramenti delationem, licitè à tali gra-
10 uamine appellare poteſt. Iudex appellationis ſententiam iniquam iudicis à quo ſuper recuſatione
11 iuramenti delatam reformare poteſt. Pars deferens iuramentum, facta relatione fruſtrà appellat à relato iuramento. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

12 *Et à iudice approbatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd actore nihil probante poteſt reo deferri iuramentum, ſi iudex approbet illius delationem, vt per Gregor. Lop. *l. 8 in gloſſ. 4. verb. que la ouieſſe, tit. 11. part. 3.*

13 *Neceſſitate ei imponendâ*, &c.] Notatur ad hoc quòd pars, cui in iudicio coram iudice defertur iuramentum, non poteſt illud recuſare, aliàs cadet à cauſa, vt per *l. Hiſpan. 2. in fine, tit. 11. part. 3.* vbi *gloſſ. vlt.*

14 *Nullo loco prouocationi relinquendo*, &c.] Notatur ad hoc quòd pars deferens iuramentum facta relatione fruſtrà appellat à relato iuramento, vt per Marant. *de ordine iudic. part. 6. princ. tit. de appellationib. num. 332.* Oſaſch. *deciſ. 8. num. 7. & deciſ. 61. num. 11.* Menoch *conſ. 117. num. 2. lib. 3.* Caroc. *de iurament. litis deciſor. quæſt. 47. princip.* Seraphin. *de priuileg iuram. priuileg. 102. num. 1. & 14.* Soar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 2. §. 7. num. 21.* Pichard. *ad §. item ſi quis poſtulante 11. Inſtit. de actionib. num. 117.* Narbona *ad 13. gloſſ. 4. num. 32. tit. 8. lib. 5. noua Recopilat.* Limita tamen in omnibus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam, ſecundùm Seraph. *d. priuil. 102. num. 10.* Caroc. *d. quæſt. 47.*

16 In gloſſ. *Diſpendij.* ibi, *vel dic ex prima ſententia*, &c. Notatur ad hoc quòd victus in cauſa appellationis, ſi in prima inſtantia obtinuit ſententiam, excuſatur à condemnatione expenſarum, quaſi iuſtam cauſam litigandi habuerit, vt per Paul. Caſtr. *ſingul. 1.* Guid. Papæ *ſingul. 90.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ tractat. de expenſis art. 1. gloſſ. vnic. num. 39.* D. Barboſ. *in l. eum, qui temere, ff. de iudic. num. 106. & 110.*

§. His de præſentibus.

17 Abſens ob iuramentum delatum, ad iudicem propter præſtationem illius accedet. Iuramentum per Procuratorem præſtari, deferri, aut referri poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

19 Vulgò allegari ſolet ad hoc quòd iudex melius rem percipere poteſt præſentibus litigantibus, quàm eis abſentibus, vt per Couar. *lib. 2. var. cap. 13. num. 5. verſ. nona concluſio.*

20 *Lis fortè per Procuratorem ventilata*, &c.] Ergo ad iurandum requiritur ſpeciale mandatum, licèt non ſit in eo expreſſa cauſa in qua eſt iurandum, de quo vide Anton. del Re Tiburtin. *de iurament. calumn. cap. 16. per totum*, & præcipuè *num. 18.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 105. à num. 21.* Gail. *lib. 1. obſeruat. 83. num. 1.* plures quos plena manu citaui *de clauſul. vſufrequent. clauſul. 35. num. 29. & in collectan. ad cap. 3. de iurament. calumn. lib. 6.*

In gloſſ. *Vel altera.* ibi, *quo caſu condemnatur in expenſis pars, quæ detulit*, &c. Vide Anton. Fab. *de error. pragmaticor. decad. 19. errore 6.*

§. In omnibus autem.

Quidam in iudicio, alij domi pro qualitate, & 21
iudicis arbitrio iuramenta præſtant. Item diſpoſita 22
de iuramento calumniæ deferendo, aut referendo firma manent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem quoad primam eius 23
partem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp. 22. tit. 11. p. 3.* vbi *gloſſ. 6.* latè Farinac. *in praxi crimin. part. 2. tit. de oppoſit. contra exam. teſtium, quæſt. 77. num. 202. cum multis ſeqq.* & commodiùs dicam *in collectan. ad l. ad perſonas, ff. de iureiur.*

SVMMARIVM.

1 *Cauſam vltimæ voluntatis iuramento deciſam retractari veritate repertâ.*
2 *Iuramentum retractari reſpectu inſtrumenti de nouo reperti.*
3 *Sententiam latam ex iuramento in cauſa vltimæ voluntatis retractari poſſe, & num. 5. cur, num. 6. procedere in omni iuramento, etiam voluntario, & iudiciali, num. 4.*
7 *Iuramentum iudiciale quando retractari nequeat per inſtrumenta de nouo reperta, aut per alias probationes, præcipuè quando ſtatim iuratum fuit abſque vlla iudicis coactione, ſeu aſtrictione.*
8 *Inſtrumentorum pluralitas non præſumitur.*
9 *Citatum quem fuiſſe, vel non probatur per acta ipſius cauſæ.*
10 *Inſtrumentorum probatio manifeſta.*
11 *Hæres nemo præſumitur inſtituens, niſi ex ipſo teſtamento appareat in quo quis reperitur ſcriptus.*
12 *de Controuerſiis ex teſtamento proficiſcentibus nec, tranſigi, nec exquiri veritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti.*

L. Cùm quis legatum. XIII. & vlt.

Idem A. Ioanni P.P.

CAuſa vltimæ voluntatis iuramento deciſa re- 1
tractatur veritate reperta. Item iuramentum 2
retractatur reſpectu inſtrumenti de nouo reperti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.* poſt omnes Gilchen. *tom. 2. fol. 17.*

Allegari ſolet hic text. ad hoc quòd ſententia late 3
ex iuramento in cauſa vltimæ voluntatis, poteſt retractari, vt per Boër. *deciſ. 305. num. 4. in princip.* vbi dicit eſſe caſum ſpecialem fauore vltimæ voluntatis, Roman. *ſingul. 195.* Bart. *in l. qui Romæ num. 13. in fine, ff. de verb. obligat. & in l. admonendi num. 6. ff. de iureiur.* Padil. *in l. error. num. 44. C. de iuris & facti ignor.* optimè Maſcard. *de probat. concluſ. 952.* aliàs
955. *num. 12.* vbi addit hanc legem habere locum in 4
omni iuramento, etiam voluntario & iudiciali, Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 102. n. 10.* vbi 5
etiam tradit deciſionem huius text. procedere fauore vltimæ voluntatis. Alij forſan meliùs tenent hic 6
ideo reuocari iuramentum, quia notoriè conſtitit,

rem aliter se habere, extendúntque ad omnes casus in quibus per euidentem scripturam veritas demonstretur, vt per Caroc. *in tract. de iuramento litis decis. quæst. 2. q. 4. princip. n. 9.* Narbona *l. 13. gloss. 4. n. 33 tit. 18. lib. 5. noua Recop.*

7 Vnde iuramentum huiusmodi iudiciale extra illum casum non potest retractari per instrumenta de nouo reperta, aut per alias probationes, præcipuè quando statim iuratum fuit absque vlla iudicis coactione, seu adstrictione, de quo vide Soar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 2. §. 7. num. 19.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. par. 2. quæst. 74. art. 2.* Seraphin. *de privileg. iuram. privileg 102. n. 32. cum seqq.* Caroc. *in d. tract. de iuram. litis decis. quæst. 2. quæstionis 10. princip.*

8 Notari etiam solet hic text. ad hoc quòd pluralitas testamentorum non præsumitur, de quo Hippol. *sing. 439* Afflict. *decis. 23. num. 2.* Ioseph. Ludou. *Lucensi decis. 13. num. 11. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 174. num. 6. & 12.* Farin. *fragm. crimin. par. 1. litt. l. num. 27.* & magis ad propositum Alciat. *in l. 2. num. 31. C. de bonorum possess. secundum tab. & in tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 16. in fine, & lib. 4. paradox. cap. 13. in vers. 524. num. 2.* expendens hunc text. vbi cùm quidam iurasset, ait, sibi in testamento factum fuisse legatum quod ob iuramentum illud præstitum erat consequutus, & cùm repertum esset testamentum, cognitum fuit nihil ei relictum; statuit Iustinianus illum fuisse periurum: nam si præsumeretur pluralitas testamentorum, is periurus dici non potuisset, quia dici poterat duo testamenta fuisse confecta, & ob id legatum censeri factum in eo testamento quod non reperiebatur: nec dicendum est, inquit Alciat. legem istam loqui, cùm constat instrumentum repertum, esse illud, in quo is dixit factum fuisse legatum; quia respondetur, ait Alciat. ex hoc nostram leg. nimis restringi, & præterea non potest dici clarum, quia negatiua, hoc est, aliud instrumentum non esse factum, est improbabilis, *l. 2. ff. de probat.* Verùm Menoch. *de præsumpt. lib 6. præs. 5. num. 10. cum seqq.* resoluit pluralitatem præsumi ad euitandam contrarietatem inter partem & testes, & respondet Iustinianum *in præsenti* præsupponere periurium illius iurantis fuisse detectum, & sic constare de illo inter testamento, super quo fuit iuramentum, & de vno tantùm, aliàs periurium non posset dici detectum.

9 Notatur etiam ad hoc quòd citatum quem fuisse, vel non probatur per acta ipsius causæ. nam quod ibi non apparet, non dicitur factum, & è contra, vt per Mascard. *de probat. concl. 219. à princ.*

10 In gloss. *Manifestum.* Notatur ad hoc quòd instrumentorum probatio dicitur manifesta, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 2. gloss. 1. n. 22.*

11 Notatur etiam ad hoc quòd nemo præsumitur hæres institutus, nisi ex ipso testamento, in quo quis reperitur scriptus, appareat, vt per Mascard. *de probat. concl. 929. à princ.*

12 In gloss. *Lucrum.* Notatur ad hoc quòd de iis controuersiis, quæ ex testamento proficiscuntur, neque transigi, neque exquiri veritas aliter potest, quàm inspectis, cognitisque verbis testamenti, vt per *l. Hi 7. 25. tit. 11. part. 3. & l. 1. tit. 2. part. 6.* Anton. Padill. *in l. sub prætextu la 10. in. C. de transact.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 3. cap. 2. num. 3. cum sequentib.*

Si certum petatur.

Tit. II.

HÆc fuerunt prima verba edicti prætorij. vnde hic titulus sumptus est, & appellatio huius actionis. nam actionem personalem, qua certũ petitur, appellari actionem, *Si certum petatur,* certius est, *l. 1. ff. de condict. tritic. & l. 1. ff. de interrogat. Certum* autem (vt inquit Hegendorphius *in Exegesi*) hic mutuum est, quod peti, id est, repeti dicitur, cùm à debitore mutuum repetimus, pro quo nobis datur condictio, id est, repetitio certi, hoc est, mutui. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia vide Donat à Fina, Fichard. Turzan. & alios *tom. 2. commun. opin. l. 4. tit. 2.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit 8. de rebus creditis, & si certum petatur.*

SVMMARIVM.

1 *Heredes teneri pro portionibus hereditariis ad solutionem debitorum defuncti, nullo respectu habito ad prælegata, & n. 2.*

3 *Actiones actiuas & passiuas dari aduersus heredes secundùm hereditarias portiones, non autem secundùm portiones prælegatas, intellige vt ibi.*

4 *Vsufructuarium omnium bonorum non teneri ad soluendum æs alienum.*

5 *Æris alieni onus spectare ad heredem, & ad legatarios certæ partis hereditatis pro rata suæ partis.*

6 *Æs alienum si est tantum quod ex tota hereditate, neque ex tertio bonorum solui potest, tunc etiam legata pro rata extenuabuntur.*

7 *Obligationem defuncti in solidum transire ad heredes pro portionibus hereditariis, etiamsi testator grauet vnum ex heredibus, nec ipse soluat debitum creditoris, & licèt vnus ex heredibus efficiatur non soluere.*

L. Neque æquam. I.

Impp. SEVERVS, & ANTONINVS. AA. *Modestino.*

HÆredes tenentur pro portionibus hæredita- 1
riis ad solutionem debitorum defuncti, nullo respectu habito ad prælegata. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Bald. Castr. Angel. Fulgos. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *fol. 4.* Gilchen. *tom. 2. fol. 21.* Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Socin. *reg. 140.* Greg. Lop. *l. 5. glos. 9. in fine tit. 3 part. 6.* vbi quòd procedit respectu creditorum. Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 10. num. 5. in princ.* Tiraq. *de iure primogen. quæst. 36. num. 27.* vbi subdit si quid prælegatum vni ex hæredibus, id non pertinere ad onus hæreditarium, neque enim id auget portionem, siue quotam hæreditatis, nec pro maiori parte dicitur hæres qui prælegatum recipit, Molin. *de primog. lib. 1. cap. 10. num. 8.* vbi quòd actiones

actiuas

actiuæ & passiuæ dantur aduersùs hæredes secun-
dùm hæreditarias portiones, non autem secundùm
portiones prælegatas, qood intelligendum asserit
quando portio prælegata solùm quotam bonorum
continet, non autem quando vniuersa bona, seu
certa hæreditaris portio in testamento relinquun-
tur, tunc námque ait actiones actiuas & passiuas
dari sceundùm quantitatem portionis vniuersalis
prælegatæ, & ita intelligendum textum *in præsemi*,
Viui. *tom. 1. comm. opi. lib. 6. tit. 29. de vsufructu a n. 12.*
4 *pag. 156* vbi quòd vsufructuarius omnium bono-
rum non tenetur ad soluendum æs alienom, Spin.
5 *in speculo test. in. gloss. 8. princip. num.* 21. vbi quòd
onus æris alieni spectat ad hæredem, & ad legata-
rium certe partis hæreditatis pro rata suæ partis, &
num. 27. post Cost. Cou. Greg. Lop. & alios tenet
6 quòd si æs alienum est tantum quod ex tota hære-
ditate, neque ex tertio bonorum solui potest, quia
testator plura reliquit debita, tunc etiam legata pro
rata extenuabuntur, vt ex vnoquoque pro sua par-
te soluantur debita, cùm adhuc bona non dicantur
testatoris donec alienum æs solutum sit; si tamen
ex hæreditate sufficiant bona, tunc legatarius quo-
tæ bonorum non tenebitur ad debita creditorum,
sed præcipuum est sibi legatum soluendum. Peralta
in l. 3. §. qui fideicommissam, ff. de hered. inst. n. 151.
vbi adducit resolutionem per quatuor casus in in-
tellectum huius §. consideraram secundùm ius ho-
diernum, quo vigent confectio inuentarij, & illius
effectus, latè Gutier. *practic. lib. 2. quæst. 18. num. 1.* vbi
quòd ius commune hodie corrigitur per *l. Hisp. 21.*
Tauri, aliàs *l. 5. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* dum in ea ca-
netur melioratum teneri ad debita defuncti persol-
uenda, modò melioratio sit in re certa, vel in certa
parte bonorum, & sic hodie tenebitur, & citat *in*
d. l. 21. Tauri. Palar. Rub. *num.* 16 Cifuent. *num.* 2.
Tell. Fernandez *num.* 4. Valasquez *gloss. 1. num.* 8.
& 11. ad fin.

Pro portionibus hæreditariis, &c. Notatur ad hoc
quòd obligatio defuncti in solidum transit ad hæ-
redes pro portionibus hæreditariis, vt per Ioann.
Garc. *rep.* 353. Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 10. n. 4.*
Parlad. *quotid. lib. 2. cap. fin. p. 4. §. 1. num. 23.* Ceuall.
commun. contra commun. quæst. 75 à num. 9 qui am-
pliant, etiamsi testator grauet vnum ex hæredibus
vt ipse soluat debitum creditoris; & licèt vnus ex
hæredibus efficiatur non soluendo, ex eo, quia
hæres non repræsentat defunctum nisi pro quota
in qua hæres est, quoad alias autem partes, seu por-
tiones extraneas censetur, vt per Tiraq. *de retractu*
lig. §. 32. gloss. 1. n. 50. Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater.*
parte. 3. num. 79. col. 4.

L. Quamuis pecuniam. II.

Imp. ANTONINVS A. *Hermogeni.*

1 IN pecunia aliena non consistit mutuum, & ideo
mutuanti, qui rei mutuatæ dominus non sit, certi
condictio ex mutuo non dabitur, nisi is, qui alie-
nam pecuniam credit, eam sibi reddi stipulatus sit.
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1.*
supr. hoc tit. & post omnes Guilchen. *tom. 2. fol. 22.*
Giphan. *tom. 1. pag. 217.*
1 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt
Bart. *in l. 2. §. appellata num. 4. & in l. eius qui n. fin.*
vers. sed dubitatur, ff. hoc tit. de rebus creditis, Morl.
in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 8. in prælud. num. 18.
Vigel. *in methodo iuris ciuilis part. 5. cap. 1. except. 13.*
lib. 17. Petr. Greg *syntagm. iuris lib. 22. cap. 1. num. 21.*
vers. tertio, Nicol. Moz *de contractib. tract. de mutuo,*
tit. de rebus, quæ mutuari possunt, num. 24.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales prohiberi per se, aut tertio cum subditis exercere fœnus.*
2 *Iudicibus non licere intra territorium suæ iurisdictionis emere, seu aliter contrahere, etiam per personam interpositam, num. 3.*

L. Eos, qui officia. III.

Imp. GORDIANVS A. *Sempronio.*

OFficiales probibentur per se, aut tertios cum 1
subditis fœnus exercere. Colligunt ex Ordin.
Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & post om-
nes Gilchen. *tom. 2. fol. 23.*
Allegari solet ad hoc quòd iudicibus non licet 2
intra territorium suæ iurisdictionis emere, seu aliter
contrahere, vt per *l. Hisp. 5. tit. 5. part. 5. l. 2. tit. 6.*
lib. 2. noue Recop. Bart. *in l. principalibus num. 2. ff. hoc*
tit. Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 7. cap. 2. num. 2.*
Auil. *ad cap. 2. Prætorum, in gloss. verbo mercaderia*
num. 1. & 6. Maticns. *in Dialog. relator. part. 2. cap. 27.*
num. 1. Pereg *de iure fisci lib. 4. tit. 7. num. 12.* Boba-
dil. *in sua politica lib. 2. cap. 13. num. 34. & 40.*
Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 8. num. 47. vers.*
sed verius.
Neque interpositas personas, &c.] Notatur ad hoc 3
quòd iudicibus intra territorium suæ iurisdictionis
etiam per interpositam personam emere & contra-
here prohibetur, Maticns. *d. part. 5. cap. 28. num. 14.*
Menoch. *de arbitr. casu 459. num. 1. cum seq. 19.* Pereg.
d. lib. 4. tit. 7. num. 12. in 1. ampl. Ex interpositione
enim personæ maior fraus præsumitur, Auiles *ad*
cap. 2. Prætorum, gloss. in por otro, num. 1. Maticns. *l. 13.*
gloss. 2. num. 5. tit. 11. lib. 5. noua Recop. Menoch. *d. ca-*
su 459. num. 4. cum seqq. & de præsumpt. lib. 3. præs. 80.
num. 15.

S V M M A R I V M.

1 *Mutuanti nomine domini, domino ratum non habente, mandati actio competit, & n. 2.*
3 *Mandante me si quis nomine meo pecuniam suam mutuet, quæritur mihi, & non danti, actio mutui.*
4 *Debitori meo vbi iussero tibi dare pecuniam mutuò, competit mihi condictio ex mutuo.*
5 *Non ratificante eo, cuius nomine res empta fuit, emens sibi acquirit, intellige, vt num. 6.*
7 *Absens ob solam scientiam videtur consentire in sibi fauorabilibus.*

L. Si absentis. IV.

Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Maximo.*

NOmine domini mutuanti si dominus ratum 1
non habet, mandati actio competit. Colligunt
ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*
Aloys. Leo *super 4. fol. 3. verso*, Giphan. *tom. 1.*
pag. 217.
Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Bart.

Bart. *in l. cùm pater*, § *Mænio*, *num 7. opposit. 2. ff. de legat. 2.* Mench. *controuer. ... cap. 58 n. 14. in prim.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuention. lib. 1. ... 26 num. 18* vbi quòd hic æquitas suggerit vt qui alterius pecuniam mutuam dedit, possit repetere, ne damnum patiatur, Vigel. *in methodo iuris ... nilis par. 4. cap. 1. except. 13. lib. 17. vers. quarum certi condictio competit, in prima regula.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 261. num. 17.* vbi quòd si pecunia mutuata fuerit nomine alieno, quæritur actio illi, cuius nomine fuit mutuata. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. quæst. 8. n. 5.* vbi ait quòd licèt mutuans in præsenti primariò & directè acquirere intenderet absenti, & pariter intenderet debitor absenti obligari, & secundariò actum videtur, vt si absens ratum habere nolit, remaneat nomen ipsi mutuanti, & stipulanti nomine suo, quamuis fecerit eum actum nomine alieno; nihilominus tamen ex hac secundaria intentione sustinetur principalis contractus in se, & consequenter hypothecæ, fideiussores, & omnia accessoria; secus de intentione secundaria per quam non sustinetur actus, qui remanet nullus, & sine effectu. nam tunc non remanent hypothecæ, nec fideiussores ad illa accessoria.

3 At verò si mandante me quis nomine meo pecuniam suam mutuet, quæritur mihi, & non danti actio mutui, vt per Vigel. *citato loco.* Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib. 5. quæst. 11. n. 55.* Card. Tusch. *practicar. con. lust. lit. M, con l. 441 num 11.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. l. 8. tit. 1. num. 3. & tit. 2. num. 4.* Pichard. *in princip. Inst. quibus modis re contrahitur obligatio. num. 6.*

4 Hinc etiam si debitori meo iussero tibi dare pecuniam mutuò, competit mihi condictio ex mutuo, Card. Mantic. *d. tit. 1. num. 3.* Azori. *inst. moral. par. 3. lib. 7. tit. de mutuo cap. 2. vers. item si quis.*

Notatur hîc text. ad hoc quod eo nô ratificante, cuius nomine res empta fuit, emens sibi acquirit, vt per Hieron Gabr. *cons. 80. num. 2. lib. 1.* Linglois *decis. ... 96.*

6 quod intellige quando quis emit pro se & nomine alterius. nam tunc si ille, cuius nomine emptio facta fuit, ratum non habuerit, totum acquiretur ementi ratione iuris accrescendi, quod locum habet etiam in contractibus. Fachin. *cons. 9. num. 4. & 7 lib. 2.*

Notatur etiam hic text. ad hoc quòd absens ob solam scientiam videtur consentire in sibi fauorabilibus, vt per Mench. *illustr. controuers. par. 1. c 62. à num. 8* D. Barbos. *in l. quæ dotis, num. 153. in princ. ff. soluto matrim.*

S V M M A R I V M.

1 *plures Rei debendi possunt in solidum tam re, quàm verbis constitui, & plus valere veritatem, quam simulationem.*

2 *Debitor transacto biennio exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non potest. opponens exceptionem intra biennium liberatur si creditor numerationem non probet, n. 3.*

4 *Debitor si confiteatur in priuatina scriptura habuisse, & recepisse decem à Titio, non probatur vera numeratio, sed sola confessio. secus si dixerit, Habui & recepi decem, quæ mihi fuerunt numerata in præsentia testium infrà scriptorum, num. 5.*

L. Si non singuli. V.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aristodemo & Proculo.*

PLures rei debendi possunt in solidum tam re, quàm verbis constitui, & plus valet veritas, quàm simulatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1 supra hoc tit.* 1

2 *Post biennium non posse opponi*, &c.] Notatur ad hoc quòd debitor transacto biennio exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non potest, vt per Duen. *reg. 261.* Rebuff. *ad leg. Galliæ tom. 1. tit. de chirog. & cedul. recognit. art. 2. num. 47.* Coler. *de processib. execut. par. 1. cap. 10. num. 26. vers. fallit tertio.* Mascard. *de probat. concl. 695.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 145. num. 12* Menchaq. *de success. creat. tom. 1. lib. 1. § 9. num. 4.* vbi ait quòd si confessus sum me recepisse pecuniam, quæ alteri numerata fuit, tunc licèt intra biennium possim querelam pecuniæ non numeratæ deferre, post biennium autem non potero. Cardin Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. lib. 17. tit. 1. n. 7.* vbi dicit, si pecunia non sit numerata, exceptionem non numeratæ pecuniæ post biennium non posse opponi, *n. 16.*

3 In glos. *Præ... temp...*, ibi, *id est, biennium*, &c. Ergo intra biennium debitor opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ, liberatur si creditor numerationem non probet, de quo Duen. *reg. 260. in princ.* Gratian. Falcon. *reg. 168.* Emman. Costa *d. l. si ex cautione, fallent. vlt. C. de non numer. pecun.* Mascard. *de probat. concl. 361. num. 14. 16. ...* Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 1. tit. de chirogr. & cedul. recogn. art. 2.* Ranchin. *par. 3. decis. 99.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 60. num. 1.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 38. & 39.* Cardin. Mantic. *d. lib. 18. tit. 1. n. 5.* Alex Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de solut. resol. 20. num. 2.* Cardin. Tusch. *practic. concl. lit. E, concl. 478. & 421.* Mari. Muta *decis. 71. n. 5. & 10.* Nicol. Gizar *decis. 29. num. 8.* Camil. Borrel. *in summa decis. tom. 1. tit. 50. num. 67. & tit. 60. n. 227* Molin. *de iust. tract 2. disp. 312.* Castill *controuers. lib. 5. cap. 111. num. 6* Rebell *de obligation. inst. part. 2. lib. 8. quæst. 1. sect. 3. num. 8.*

4 In gloss. *Si pecun a.* Notatur ad hoc quòd si in priuata scriptura debitor confiteatur habuisse & recepisse decem à Titio, non probatur vera numeratio, sed sola confessio, vt per Alex. Trentacinq. *d. resol. 10. in vers. primus est, el 2.* Cardin. Mantic. *d. lib. 18. tit. 6. num. ...* vbi num 8. tradit quòd si quis dixerit in priuata scriptura, habui, & recepi decem, quæ mihi fuerunt numerata in præsentia testium infrà scriptorum, numerationem probari. 5

S V M M A R I V M.

1 *Debitum non vsurarium conuerti posse cum solemnitate requisita in vsurarium.*

2 *Demonstrationẽ falsam dummodo causa obligationis subsistat, non vitiare actum.*

3 *Debitum si est ex vna causa, & in instrumento confiteatur ex alia, non dicitur instrumentũ simulatũ.*

4 *L. si ex pretio, si certum petatur, cum l. aduersus, de non numer. pecun. conciliata.*

5 *Lex factum infectum facere potest.*

6 *Notarius quando dixit in instrumento, Sempronius centum ducata in mei præsentia, & testium, mutuauit Didaco, qui pro accepto habuit, tunc probatur numeratio, & Didacus non audictur nisi in se onus probandi suscipiat.*

L. Si ex pretio. VI.

Iidem AA. & CC. Nicandro.

1 DEbitum non vſurarium poteſt conuerti cum
2 ſolemnitate requiſita in vſurarium. Falſa de-
monſtratio dummodo cauſa obligationis ſubſiſtat
3 non vitiat actum Debitum ſi eſt ex vna cauſa, &
in inſtrumento confiteatur ex alia, non dicitur in-
ſtrumentum ſimulatum. Colligunt ex Ordin. Do-
ctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* poſt omnes
Aloyſ. Leo *fol. 3. verſo*, Gilchen *tom. 2. fol. 26.* Gi-
phan. *tom. 1. fol. 226.*

4 Text. in præſenti videtur contrariari cum *l. ad-
uerſus, C. de non num. pecun.* dum ſcilicet in *d. l. ad-
uerſus*, probatur debitum ex alia cauſa per con-
feſſionem in ſcriptura contentam in mutui cauſa
conuerti poſſe; at verò in noſtro text. negatur ex
ſimplici confeſſione & nudo pacto conuerti poſſe
in cauſam mutui, ſed per ſtipulationem. Pro quo-
rum iurium concillatione, & aliorum ſimilium *in
l. qui negotia, ff. mandati*, cum *l. ſingularia, ff. hoc
tit.* plura adducunt Robert. *lib. 2. ſentent. cap. 4. in
princ.* Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 7. cap. 1. num.
11.* Mol. *in emporio iuris part. 1. tit. 8. quæſt. 6. num. 1.*
& citati per Nicol. Geno. *in tract. de conciliat. le-
gum iuris ciuilis, fol. mihi 163. cum ſeqq.* Ego tamen
conſiderandum exiſtimo ex huius text. ſpecie
probari quòd ſi debebas mihi centum ex cauſa em-
ptionis, locationis, ſeu mandati, & inter te, & me
fiat nouatio, vt pecuniam crediti nomine habeas,
ſtipulatúſque ſim vſuras, licèt ſimulatè demonſtres
debere ex cauſa mutui, cùm nouata ſit prima obli-
gatio, & in cauſam mutui verſa, legitimas vſuras
petere poſſum. Si verò ſimpliciter inter te, & me,
ſcilicet citra vinculum ſtipulationis, conuenitur
quòd crediti nomine habeas, & vſuras præſtari
mihi tenearis, eas petere non poſſum, nec mutatur
prima obligatio. Ratio eſt, quia licèt nuda pactio-
ne ex omni contractu credita poſſit fieri pecunia,
non tamen nuda pactione poteſt effici, vt in mu-
tuum conuertatur, & ex mutuo vſuræ debeantur,
quia ad hoc vt vſuræ per nouationem ex dicta cauſa
in mutuum [illegible]gi poſſint, ſtipulatio requiritur, *l.
quamuis 3. l. creditor, C. de vſuris*, quare cùm in vl-
timo caſu ipſarum ſtipulatio adeſſet, obligationem
primam non fuiſſe mutatam aſſeritur, & ita Afri-
canus *in d. l. qui negotia*, in mutuum non fuiſſe de-
bitum conuerſum tradit, quia nudo pacto ſimul
facta fuit nouatio, & de vſuris conuentum, & ex
noſtro text. tale pactum nihil de præcedenti obli-
gatione mutat, ſimulatióque debiti in cauſam mu-
tui verſi pro infecta habetur. Secus autem eſſet ſi de
exigendis vſuris non paciſceretur, nam tunc nudo
pacto in mutuum debitum conuerti poteſt, ex *d. l.
ſingularia.* Et ratio eſt, quia quando tractatur de
facienda nouatione cum promiſſione vſurarum, ſi
non valet promiſſio vſurarum, non impletur vo-
luntas contrahentium, & conſequenter à præce-
denti contractu non videtur diſcedere: ſecus autem
quando conuentio in totum valet, quia vt ex mu-
tuo vſuræ debeantur, ſtipulatio requiritur, Pichard.
in princip. Inſtit. quibus modis re contrah. oblig. num. 67.
Cald. Pereira *de emptione cap. 23. num. 5.* latè Gaſp.
Roderic. *de annuis reddit. lib. 3. quæſt. 11. num. 45. &
68. cum ſeqq.*

5 *Pro infectis, &c.*] Ergo lex factum infectum
facere poteſt, de quo Tiraq. *de conſtituto part. 3. li-
mit. 7. num. 74. & ſeq.*

In gloſſ. *Conſcriptum eſt.* Nota quòd quando No- 6
tarius in inſtrumento dixit, Sempronius centum
ducata in mei præſentia & teſtium mutuauit Dida-
eo, qui pro acceptis habuit, tunc probatur numera-
tio, & Didaeus non audietur niſi in ſe onus pro-
bandi ſuſcipiat, vt per Bald. *conſ. 28. incip. In quo-
dam inſtrumento, num. 2. lib. 1.* Emman. Coſta *in repet.
l. ſi ex cautione, C. de non numer. pecun. num. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Contractûs ſubſtantiam, non pecuniæ originem at-
tendi.*

2 *Agentem ex mutuo de neceſſitate non probare ori-
ginem dominij.*

3 *Agenti condictione ex mutuo an, & quando poſſit
obiici exceptio de dominio tertij, remiſſiuè.*

4 *Negotiator ex propria pecunia ſibi quærere, &
lucrari præſumitur.*

5 *Mutuans vnde pecuniam habuerit non opus eſt
quærere, ſed tantùm an fuerit mutuata tanquam
propria, id eſt, ſuo nomine.*

L. Non vnde. VII.

Iidem. AA. & CC. Poſtumeio.

COntractus ſubſtantia, non pecuniæ origo at- 1
tenditur. Item agens ex mutuo, de neceſſitate 2
non probat originem dominij Colligunt ex Or-
din. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* poſt om-
nes Gilchen. *tom. 2. fol. 32.*

An & quando agenti condictione ex mutuo poſ- 3
ſit obiici exceptio de dominio tertij? vide Anton.
Theſaur. *deciſ. 4* Franc. Marc. *part. 1. deciſ. 49. & part.
2. deciſ. 509.* D. Barboſ. *in l. ſi alienam, à num. 6 ff. ſoluto
matrim.* Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 2. c. 261.*
Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. par. 6. collectan. 2408.*

Sed qui contraxit, &c] Notatur ad hoc quòd ne- 4
gotiator ex propria pecunia ſibi quærere, & lucrari
præſumitur, vt per Maſcard. *de probation. concl. 1089.*
aliàs 1094. *num. 1.*

In gloſſ. *Si vt propriam.* Notatur ad hoc quòd non 5
eſt quærendum vnde mutuans pecuniam habuerit,
ſed tantùm an fuerit mutuata tanquam propria, id
eſt, ſuo nomine, quia tunc præſumitur ſua, & ſta-
tim naſcitur condictio, vt per Stephan. Gratian.
d. cap. 261. num. 16.

S V M M A R I V M.

1 *Species æſtimata vbi datur pro pecunia mutuanda,
contrahitur mutuum, vſuram tamen promiſſam
non deberi vltra, nec vitiari intra legitimum mo-
dum, & ſufficientiam pignoris non impedire to-
tius debiti exactionem.*

2 *de Mutui contractus natura eſt vt reddatur alia
res eiuſdem quantitatis, & qualitatis.*

3 *Pecuniam, & aurum, atque argentum vt diuerſa
ponuntur.*

4 *Pecuniam mutuam accipiens, æream monetam pro
aurea & argentea ſoluere nequit.*

L. Si pro mutua. VIII.

Iidem AA. & CC. Proculo.

SI datur ſpecies æſtimata pro pecunia mutuanda 1
contrahitur mutuum, vſura tamen promiſſa
non

non debetur vltrà, nec vitiatur intra legitimum modum, & insufficientia Pignoris non impedit totius debiti exactionem. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* Gilchen *tom. 2. pag. 92.*

2 Aduerte quòd de natura contractus mutui est, vt alia res eiusdem quantitatis, & qualitatis reddatur, de quo Mozz *de contract. tract. de mutuo, cap. de natural. mutui,* Menoch *de præsumpt. lib. 3. præs. 67. num. 1.* Morl. *in emporio iuris ciuilis tit. 8. in prælud. num. 3* Ceual. l. *commun. contra commun. quæst. 621.* vbi tradit inuito creditore vinum vetus pro nouo solui posse, dum non sit deterius nouo, Cald Pereira *de empt. & vendit. cap. 2. num. 13* Ludou. cenci. *de censib. part. 2. cap. 1. quæst. 3 art. 1.* Azori. *inst. mo-ral part. 3. lib. 7. tit de mutuo cap. 6. vers. quarta est obligatio,* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 199. vers. in defi nitione.*

3 *Argentum*, &c] Notatur ad hoc quòd pecunia, atque aurum, & argentum vt diuersa ponuntur, vt per Tiraq. *de retractu leg. §. 1. glos. 10. num. 1.* Vnde qui mutuam pecuniam accepit, æream monetam pro aurea & argentea soluere non potest. Parlad. *lib. rerum quot. cap. fin. p. 5. § 17. num. 17.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 8. qu. 24. num. fin.*

SVMMARIVM.

1 *Plures vbi simul Mutuant, cuilibet queri actionem pro parte, nisi sit conuentum quòd sint plures res credendi re, vel verbis in solidum, & num. 2.*

L. Cùm te in Gallia. IX.

Iidem AA. & CC. *Alexandro.*

1 SI plures simul mutuant, cuilibet pro parte quæritur actio, nisi sit conuentum quòd sint plures rei credendi re, vel verbis in solidum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sub hoc tit.* post omnes Aloys. Leo *in 4. fol. 4.* Gilchen. *tom. 2. fol. 58.*

2 Vide *l. Hisp. 5. in fine tit. 2. part. 5.* vbi statuitur quòd si duobus commodatur res, quilibet pro parte tenetur, nisi fuerint in solidum obligati, cuius opinio de iure communi poterit procedere in re diuidua deposita, seu commodata, Caroc. *de deposito part. 1. tit. de necessitate, num. 11.* vbi ait de re diuidua, puta quantitate, quia diuidi potest, quemlibet teneri solùm pro rata. Aliàs enim eodem iure communi attento quemlibet eorum teneri in solidum, resoluunt Ant. Fab. *de erroribus pragmat. decad. 80. cap. 6. & in l. si vt certo, §. si duobus, ff. commodati.* Caroc. *d. tit. de necessit. num. 10.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 16. tit. 8. num. 10.* vbi dicit quòd si apud duos res sit deposita, aduersùs vnumquemque eorum sine dubio agi posse, nec alterum liberari, si cum altero agatur.

SVMMARIVM.

1 *In vno Instrumento posse contineri obligationes diuersarum personarum, nec vitiari instrumentum, vel probationem.*

2 *Debitum vnum conuerti posse in aliud per stipulationem.*

3 *Multorum Testamenta fieri simul possunt in cadem scriptura, & potest superstes reuocare in parte sua, & num. 5. 6.*

4 *vna Subscriptio, vnúmque sigillum tabellionis, potest authenticos efficere mille contractus præcedentes.*

L. Eo quòd à multis. X.

Iidem AA. & CC. *Crispino.*

IN vno instrumento possunt contineri obligationes diuersarum personarum, nec vitiatur instrumentum, vel probatio. Item vnum debitū in aliud 2 1
per stipulationem conuerti potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Gilchen. *tom. 2. pag. 34.*

Vide Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, super declarat. legis Regni limit. 5. num. 12. vers. primum satis probatur,* vbi per hunc text. tenet multorum testamenta posse simul fieri in eadem scriptura, & posse superstitem reuocare in parte sua, Tiraq. *de retractu lig. § 1. gloss. 11. num. 22* vbi quòd 4 3
vna subscriptio, vnúmque sigillum tabellionis potest authenticos efficere mille contractus præcedentes, *& de iure primog. qu. 68. num. 5.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 11. num. 16. vers. tertio,* vbi quòd si in 5
vna, eadémque scriptura contineantur plura testamenta, vel contractus plurium, & diuersarum personarum, sub vnica tantùm solemnitate, omnia illa testamenta, vel contractus valent, quia illa solemnitas respicit quodlibet testamentum vel contractum de per se, & vnicuique tribuitur, Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q. 3. n. 7.* vbi quòd vnica charta 6
& solemnitate confici possūt plura testamenta, quæ morte cuiusque pro parte sua confirmantur, & pro libito reuocari possunt, citátque in hanc sententiā Mynsing *cent. 1. obseru. 8.* Tell. Fernandez *l. 17. Tauri num. 13.* atque alios.

SVMMARIVM.

1 *Casum fortuitum non liberare debitorem generis, & n. 2. nisi genus deberetur respectu certæ speciei, vel deberetur genus, & casus superueniret culpa creditoris, num. 3.*

4 *Dominium quoties transit in accipientem, generis debitor efficitur.*

5 *Pecunia numerata si casu aliquo fortuito pereat, periculum erit.*

L. Incendium. XI.

Iidem AA. & CC. *Maximiano.*

CAsus fortuitus non liberat debitorem generis. 1
Colligunt ex Ordin. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Aloys. Leo *lib. 4. fol. 4.* Gilchen *tom 2. pag. 35.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. fin. tit. 1. part. 5.* vbi *glos. 2.* Bart. *in l. si quis nec causam, num. 3. & in l. quod te mihi, num. 4. & 11.* vbi 2
Ias. *num. 15. ff. hoc tit.* Marc. Anton. *in §. possunt, num. 7. Instit. de testam* Duen *reg. 176.* Anton. Gom *var. tom. 2. c. 2. num. 32. col. 3. & c. 11. n. 49.* Nau *in man. cap. 17. n. 80.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 2. n. 50. pag. 456.* latè Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de rebus creditis, concl. 1. per tot.* vbi limitat, nisi genus deberetur respectu certæ speciei, vel nisi deberetur genus, 3
& casus superueniret culpa creditoris, Surd. *de aliment. tit. 4. q. 16. cum seqq.*

Notatur

4 Notatur ad hoc quòd quoties dominium transit in accipientem, generis debitor efficitur, & nullo casu fortuito liberatus, vt per Gregor. Lopez *l. 2. gloss. 4. tit. 3. p. 5.* Anton. Gom. *d. tom. 1. cap. 7. num. 3.* Mandel. *cons. 3. n. 3.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 8. in prælud. num. 28.* Card Mant. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 10. tit. 9. n. 23.* Amat. Roder. *de priuil. credit. art. 6. n. 40. vers. quartus effectus.*

5 Vnde si pecunia numerata aliquo casu fortuito pereat, periculum erit accipientis, vt per Petr Gregor. *syntagm. iuris lib. 22. cap. 2. num. 13.* Mozz. *de contractib. tract. de mutuo, tit. de naturalibus mutui n. 15.* Pichard. *ad §. item is qui n. 7. & 31. Inst. quibus mod. re contr. ob. oblig.* Caroc. *de deposito tit. 4. de deposit. restit. num. 2.* Cardos. *in praxi iud. cum, verbo depositum n. 12* Mari Anton. *var. resol. lib. 2. resol. 13. num. 3. cum seqq.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 296. in fine*, Azor. *inst. moral. p. 3. l. b. 7. de mutuo cap. 10. quæst. 9.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 32. n. 67.* Rot. *decis. 102. num. 7 p. 1.* recentiorum.

SVMMARIVM.

1 *Obligatum soluere cum alio siue in totum, siue ex parte, soluendo solidum, partem repetere a correo.*

2 *Quod vnus correus soluit, ab alio pro sua portione repetit.*

L. Si in rem XII.

Iidem AA. & CC. Theophanio.

1 Obligatus soluere cum alio siue in totum, aut pro parte, soluendo solidum, partem repetit à correo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Nota quòd illud quod vnus correus soluit, ab alio pro sua repetit portione, *l. 1* vbi Gloss. *C. de duobus reis*, Natt. *cons. 658. n. 4.* Cephal. *cons. 202. n. 11.* Surd. *decis. 306. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Mutuum obligare contrahentes, non dominos rerum, nisi eorum contemplatione facta sit numeratio.*

2 *mihi quæritur Actio ex mutuo; & non danti, si mandante me quis nomine meo pecuniam suam mutuet.*

L. Eum qui mutuam. XIII.

Iidem AA. & CC Frontoni.

1 Mutuum obligat contrahentes, non dominos rerum, nisi eorum contemplatione numeratio sit facta. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Gilchen *tom. 2. pag. 48.*

2 Nota quòd mihi quæritur actio ex mutuo, & non danti, si mandante me quis nomine meo pecuniam suam mutuet, de quo Vigel. *in methodo iuris ciuilis lib. 17. part. 5. cap 1. vers. quibus certi cond ct. competit, reg. 1.* Gasp. Roder *de annuis redditib. lib. 3. q. 12. n. 55.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 8. tit. 2. n. 4.* Pichard. *ad princip. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. num. 96.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. M. conclus. 441. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Subscribentem instrumento mutui vt testis, ex hac subscriptione non obligari vltra intentionem.*

2 *Subscribens se vt testis alicui scripturæ, ipsam approbare non præsumitur. Idem de Aduocato, vel Procuratore adhibitis de venditore in consilium ineundi contractus, & de aliis personis, qui assistunt ratione officij, n. 3. de Notario rogato qui se subscripserit, n. 4. & 7. nisi se subscriberet sciens tanquam testis, vel tanquam Notarius actus, quem poterat contradicendo impedire, n. 5. vel nisi vltra subscriptionem constaret illum fuisse authorem, & mediatorem contractus, n. 6. de Agnato qui ex dispositione debet auctoritatē suam interponere contractui celebrato ab agnata, d. n. 7. de Fideiussore contractus, quòd ipsum approbare videatur, n. 8.*

L. Mutuæ pecuniæ. XIV.

Iidem AA. & CC. Hadriano.

1 Subscribens instrumento mutui vt testis, ex hac subscriptione vltra intentionem non obligatur. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* post omnes Aloys. Leo *in 4. fol 4. verso*, Gilchen. *tom. 2. pag. 50.*

2 Allegari vulgo solet ad hoc quòd subscribens se vt testis alicui scripturæ, ipsam approbare non præsumitur, vt per Felin. *in cap. quoniam contra num. 47. de probat.* Neguzant *de pignorib. p. 2. in princ. n. memb. 1. n. 6.* Socin. *reg. 385. fallent. 1.* Tiraq *de retract. lig. §. 1. gloss. 9. num. 141. cum seqq.* vbi *à num. 267.*

3 agit de Aduocato, vel Procuratore adhibitis à venditore in consilium ineundi contractus, & de aliis personis, qui ratione officij assistunt, Greg Lop. *l. 60. gloss. 1. & 2 tit. 5. part. 5.* Anton. Gabr. *commun. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 3. num. 23.* vbi *n. 24.*

4 idem tenet in Notario, qui tanquam Notarius rogatus se subscripserit, & *n. 5.* declarat nisi se sub-

5 scriberet sciens tanquam testis, vel tanquam Notarius actus, quem poterat contradicendo impedire; Mascard. *de probat. concl. 341.* aliàs 1347. *num. 24.*

6 vbi limitat, nisi vltra subscriptionem cōstaret subscribentem fuisse authorem, & mediatorem cōtractus. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 66. num. 17.*

7 vbi *num. 18. & 19.* ampliat etiam in Notario, qui tanquam Notarius ratione sui officij subcripsit instrumento, de quo fuit rogatus; & in agnato, qui ex dispositione debet auctoritatem suam interponere contractui celebrato ab agnata. Surd. *decis 153. num. 17.*

8 & de fideiussore contractus, quòd ipsum approbare videatur, tradunt Decian. *cons. 13 num. 17. lib. 1.* Surd. *cons. 15. num. 10. vers. & idem*, Tiraq. *d. gloss. 9. num. 268.* Rot. *decis. 757. num. 2. part. 1.* diuers. *& decis. 362 sub num. 4. p. 1.* recentior. Greg XV. *decis. 473. per tot.* Beltramin. vbi *in annot.* alios adducit, & infert ad alienationem factam per filium, pro quo pater fideiussit.

SVMMARIVM.

1 *Actionem personalem non sequi debitorem pignoris, & inira non mandari inuito.*

2 *Actiones obligationésque debitoris creditorem inuitum in solutum recipere minimè teneri.*

3 *Actio mutui repetendi est personalis, ac proinde cōtra solum debitorem, cui datum est, competit.*

L. Non aduersùs. XV.

Iidem AA. *&* CC. *Charidemo.*

1 PErsonalis actio non sequitur debitorem pigno-
2 ris,& iura non mandātur inuito.Item actiones, obligationésque debitoris crediror inuitus in solutum recipere minimè tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.* 1. *supr. hoc tit.* Gilchen *tom.2.pag.*51.

Vide Bart.*in l.cui fundus,§.si seruum eum, num.* 8. *post med.ff.hoc tit.* Duen.*reg.*8.Donel.*ad l. ei qui* 7. *n.* 2. *C. quod cum eo, pag.* 155. Sanchez *de matrim. lib.*9.*disput.*4.*num.*29. vbi ex hoc text. constare ait actionem mutui repetendi esse personalem,ac proinde contra solum debitorem,cui datum est, competere,cùm in illum verè translatum sit dominium, ac instar veri domini potuerit de illo disponere. Aluarez *de priuileg.pauperum quæst.*48.*a princip.*

SVMMARIVM.

1 *Iudici pecuniam mutuantem, illum corrumpere videri; & propter honorem publicum consequendum iudici mutuum dantem mereri pœnam exilij.*
2 *Iudex corruptus dicitur, si aliquid illi datum fuit mutuo.*
3 *Officialis, qui plura bona acquisiuit, an præsumatur acquisisse de bonis fisci.*
4 *Collectarius,de eo qui aurum argento permutat.*

L. Quisquis iudici. XVI.

Impp. HONOR. *&* THEODOS. AA. *Theodoro P.P.*

1 IVdici pecuniam mutuans illum corrumpere videtur; & propter honorem publicum consequendum iudici mutuum dans, exilij pœnam meretur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*Gilchen *tom.*2.*pag.*51.

2 Vulgò allegari solet hic text.ad hoc quòd iudex corruptus dicitur si aliquid illi datum fuit mutuo, præsumitur enim baratteria & corruptio ex mutuatione pecuniarum iudici facta, vt Paris de Puteo *de syndicatu, verbo baratteria n.* 4. *vers. in officiali, & verbo corruptio cap.* 3.*num.*1. *& verbo præsumptio officialis cap.* 1. *post n.* 2. Gram mat.*cons.* 35. *n.* 8. Matienz.*in dialog.relator.p.*3.*cap.*25.*n.* 1. *vers. quartò si fuerit*,Baiard.*ad Clar.§.fin.q.*73. . 27.Vanti. *de nullitatib.tit.ex defectu process.n.*118.*in fine*,Menoch. *de arbitrar. casu* 342. *n.* 14. Mascard. *de probat. concl.* 164. *n.* 4. *& concl.* 453. *n.* 10. Decian. *in tract.crimin. l.*8. *cap.* 35. *n.* 7. *& cap.* 38. *n.* 14. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 111. *n.* 171. *cum seq.* Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de simonia l.* 4. *cap.*38.*n.* -. vbi subdit quòd mutuum late reputatur moraliter vt sufficiat ad corrumpendum iudicis animum.

3 An officialis, qui plura bona acquisiuit, præsumatur acquisiuisse de bonis fisci: vide Clar. *l.* 5. *§. fin.q.*68.*num.*5. Menchaq *illustr. controuers. cap* 105. *num.*23.Menoch.*de præsumpt.l.* 6. *præs.*28. *num.* 10.

4 *Vel si quis collectarius.*] Idest, qui permutat aurum argento, vt per Panciro l. *variar. lection. l.* 1. *cap.*74.

SVMMARIVM.

1 *Chirographo maiorem summam* 50. *auri librarum continenti non credi, nisi per tres testes bonæ opinionis sit subscriptum,& n.* 2. *duos testes sufficere in scriptura priuata, nisi tractetur de contractu excedente libram auri,n.* 3.
4 *Libra auri septuaginta duos aureos, siue solidos continens.*
5 *Comparatio an probetur per testes qui interfuerunt scripturæ priuatæ, sed non testificantur de ipso actu.*

L. Super chirographariis. VII. & vlt.

Imp. IVSTINIANVS A *Mennæ P.P.*

CHirographo maiorem summam 50.auri libra- 1
rum continenti non creditur,nisi per tres testes bonæ opinionis sit subscriptum Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1.*n.*1. *supr. hoc tit.* post omnes Aloys.Leo *in* 4 *fol.*5.Gilchen *tom.*2.*pag.*52.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Bart.*in l.testium num.* 7. *vers.* 1. *C. de testib. & in l. hæredes palàm in princip num.* 3. *in fine, ff. de testament.* Donell. *comment. iuris ciuilis l.* 25. *ad l. testium,col.*2.*in princip.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis.*7.*num.*1. Surd. *decis.*7*1. num.*1. *&* 2. Couar *practic.cap.* 22. *num.*3. vbi probat in priuata scriptura 3
duos testes sufficere,nisi tractetur de contractu excedente libram auri,latè Mascard.*de probat.concl.* 1300.*à num* 28. vbi dicit quòd ad effectum vt scriptura subscripta,aut scripta à partibus & tribus testibus probet per se quando est negata,necesse est quòd testes recognoscant suas subscriptiones,& dicant se illa fecisse quando debitor,vel alius scripsit, & quòd videtur illum scribere,& quòd illi se subscripserunt & hoc si agit de veritate scripturæ: si autem ageretur de veritate contentorum in scriptura,vtrum scilicet fuerit verum quod in ea deductū fuit,tunc sufficerent duo testes. Aluar. Valasc. *consult.*67.*num.* 12. *cum seq.* vbi dicit receptum quòd quando testes de contentis in scripturis priuatis non deponunt,sed magis de veritate contentorum, tenentur deponere se vidisse illam met scripturam scribi comparatione litterarum,aliàs non probant, deinde attestatur se scire in praxi non seruari illam tam strictam iuris censuram, vt scilicet ad probandam scripturam priuatam manu alicuius scriptam fuisse,vt ex ea possit obligari,necessarium sit quòd testes deponant se vidisse illam scribi à Titio: nam idem videtur sentire Rota dum *in decis.* 582. *in fine part.*4. recentior. censuit scripturæ recognitionem censeri probatam ex testibus dicentibus habere notam manum scribentis, & aliàs vidisse eum scribere.

Supra quinquaginta librarum auri.] Quælibet libra 4
auri habet septuaginta duos aureos, siue solidos, de quo vide Caluin.*in suo Lexic. iurid. verbo libra auri, & verbo solidus est septuagesima secunda pars libræ auri*, Cuiac.*l.* 17. *obseru.* 11. Couar.*de collatione veterum numismatum,cap.*4.*n.*2.

Per eorum subscriptiones,&c.] An cōparatio probetur per testes,qui interfuerunt scripturæ priuatæ, sed non testificantur de ipso actu:vide Afflict.*decis.* 181. *n.* 7. *&* 8. Cumt. *in .adnotandi n.* 114. *ff. de iureiur.*Roland *cons.*26.*à n.*3. Couar.*tract c.*22.*post n.* 1 Vinn.*tom.*1 *commun. opin.* 4.*tit.* 11. *de tabe ionib.pag.*589.Menoch.*de arbitr.casu.*114.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Imperiti litterarum degentes in vrbibus, chirographis conficiendis quinque testes adhibeant; ruri degentes præscriptum legis obseruent.*
2 *in Montibus existentibus, & locis remotioribus, remissæ sunt aliquando iuris solemnitates.*

AVTH. Sed non iure.

1 IMperiti litterarum conficientes chirographa cōtinentia debita vna auri libra maiora, adhibebūt quinque testium subscriptiones, præsertim in vrbibus degentes; ruri degentes præscriptum legis præcedentis obseruabunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol. 5.*

Vide posita *in collect. ad l. præcedentem*, aliàs *vlt.*

2 *In agris autem*, &c.] Notatur ad hoc quòd existentibus in montibus, locis remotioribus remissæ sunt aliquando iuris solemnitates, cùm ibi nō possint facile cōsulere peritiores, vt per Boër. *dec. 124. num. 20.*

De suffragio.

TIT. III.

SVFFRAGIVM, id est, suffragio & intercessio apud Principem alicuius rei impetrandæ causa, *l. vn. in princ. & Nou. 8. cap. 1.* Vel res suffragij nomine data, vel promissa, *d. l. vn. §. vlt. & supra de aduocat. diuer. iud. l. laudabile 4. §. & postquam, l. petitiones 5. in princ. & in fin. de silent. l. vlt. & d. Nouel. 8. cap. 7.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Cosm. *in pragm. verbo suffragium, fol. 74. in fine*, Robert. *lib. 2. sent. cap. 21.* Duaren. *lib. 2. disp. cap. 21.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 198.* vbi dicit quòd suffragium in præsenti vulgò pro Aduocati patrocinio accipitur.

SVMMARIVM.

1 *Salarium Aduocato ex nudo pacto deberi.*
2 *Salarium si in re mobili Aduocato traditum, scripturæ fides non requiritur, dum collatione rei mobilis inita integra fide cumulatur.*
3 *Salarij loco si res immobilis Aduocato, vel Procuratori per partem assignata, conuentio per scripturam probanda est.*
4 *Aduocatus pro salario, inconsulto iudice, occupans res clientis, possessionem restituit, & ius promissione partis acquisitum cum officio amittit.*
5 *Contractus quando est suspectus & reprobatus, requiritur vera & actualis traditio rei.*
6 *Salaria Aduocatorum, remissiuè.*

L. Si qui desideria. Vnic.

Impp. HONOR. & THEODOS. AA. *Ioanni P. P.*

1 EX nudo pacto debetur salarium Aduocato. Sa-
2 larium si in re mobili Aduocato traditum sit, scripturæ fides non requiritur, dum collatio rei mobilis inita integra fide cumuletur. Item salarij loco 3
si res immobilis Aduocato, vel Procuratori per partem est assignata, conuentio per scripturam probāda est. Aduocatus pro salario, inconsulto iudice, in- 4
uadens, & occupans res clientis, possessionem restituit, & ius possessione partis acquisitum cum officio amittit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *in 4. fol. 6* Gilchen. *tom. 2. pag. 52.* Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

De materia & intellectu huius l. vide Zaz. *in l. 2. & ibi* Cagnol. *num. 314. ff. de orig. iuris*, Alciat. *paradoxor. lib. 2. cap. 14* Charond. *lib. 1. verisimil. cap. 4. in fine*, Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 5. cap. 8.* Tiraq. *de nobilit. cap. 29. num. 27.* Pinel *in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. n. 63. n. 61. vers. infertur octauò.*

Sequatúrque traditio corporalis.] Notatur ad hoc quòd quando contractus est suspectus, & reprobatus, semper requiritur vera, & actualis traditio rei, vt cesset suspicio, & præsumptio fraudis. & sic non sufficit clausula constituti, nec alia traditio ficta, vt per Anton. Gom. *l. 9. Taur. n. 36 col. 2.* Tiraquel. *de constitut. p. 3. limit. 9. n. 1.*

Quòd si quis dum soli, &c.] Refert Menoch. *re-* 6
med. 9. recuper. num. 357. hanc legem promulgatam esse aduersùs eos, qui suffragio præstito rem aliquam promissam sponte nondum sibi dari petentes occupant. nam cum restituere teneantur, quod occuparunt, amittunt in primis quod sibi erat promissum, deinde ob vim commissam puniuntur, non tamē declarat qua pœna illata vis coërceatur, quare, ait idē Menoch. intelligere possumus vel lege Iulia de vi priuata, vel alia simili dispositione, non enim constitutione *l. si quis in tantam, C. vnde vi*, dici potest prouisum, cùm post biennium edita fuerit.

De salariis aduocatorum dixi *in collect. ad c. non liceat iudici 71. 11. quæst. 3.* & vide Iacob. Benn. *de priuileg. Iureconsult. part. 3. priu. l. 73.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. consider. 41.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 65. de Aduocat. n. 103. cum seqq.* Stephan Gratian. *discept. forens. cap. 257.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 8. §. 1.*

De prohibita sequestratione pecuniæ.

TIT. IV.

SEQVESTRATIO est rei controuersæ apud sequestrem à contendentibus facta depositio, vt ab eo custodiatur, & lite finita victori reddatur. Est igitur *sequestre* species depositi, & *sequester* species depositarij. *l. 6. & l. licet 17. in princ. ff. depositi. l. sequester 110. ff. de verb. signif.* Prohibetur hoc tit. pecuniam, quæ ex supradictis causis, vt ex mutuo, vel suffragio petitur, sequestrari. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De sequestris speciales tractatus ediderunt Angel. de Perusio *tom. 3. tract. Doctor. par. 2. fol. 142.* Franciscus Curtius *ibid. fol. 143.* Ioances Bauman, & Vincentius Carrocius. De sequestrationibus Iacob. de Arena *d. tom. 3. p. 2. fol. 142.*

De materia tituli & sequestrationum incidenter tractarunt Rebuff. Alciat. & alij *in d. l. sequester 110. ff. de verb. sign.* idem Rebuff. *tom. 3. ad ll. Galliæ tit. de sequestr.* Corras. *lib. 3. miscel. c. 2.* Conan. *comment. iur. ciuilis lib. 7. c. 4. n. 5.* Tiraq. *de retract. tit. 2. §. 4. gloss. 7.*

Mynsing. *cent. 2. obseru.* 11. Gail. *lib. 1. obs. ru.* 148. *n.* 7. *cum seqq.* Ludouic. Gomez *in regul. de annali possess. quæst.* 46. Gam. *Lusit. dec. f.* 331. Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.* 23. *cap.* 3 Menoch. *remed.* 3. *retinendæ n.* 86. *cum seqq. & de arbitr. casu* 457 Leonin. *lib.* 7. *emendat.* 1. Perrenon. *lib.* 1. *animaduers. cap.* 15 Asin. *de exequt.* § 3 *cap.* 12. *cum seqq. & cap.* 1; 2. Vestr. *in pract. Romanæ Curiæ lib.* 7. *cap.* 2. Damhud. *in praxi ciuili cap.* 72. Sigism. Scacc. *lib.* 1. *de iudic. cap.* 38. Gutier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 7. Aluar. Valasc. *cons.* 159. *num.* 18. *cum seqq. & cons.* 19 . *anum.* 33. Cabed. *Lusit. decis.* 35. *num.* 2. *cum seqq. part.* 2. *de patronatib. Regiæ Coronæ cap.* 51. *à princip.* Cardos. *in praxi iud. eum & Aduocat. verbo sequestratio,* Soar. de Paz. *in pract. tom.* 3. *cap.* 6. § 6. Perez. *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordinam.* Azeued. *ad tit.* 11. *lib.* 4. *nouæ Recop.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 523. Christoph. de Paz. *in schol. ad leges styli l.* 40. *& de tenuta cap.* 11. Alexand. Trentacin. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de transact. resol.* 12. Coler. *de process. execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 50. *cum seqq.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 24. *cap.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 19. *cum seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 6. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 7. *lit. S. Conclus.* 201. *cum seqq.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 2. Amat. Roderic. *de priuileg. cred. art.* 6. Galgan. *de iure publico lib.* 2. *tit.* 15. Camill. Borrel. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrationem debitore per iurisdictionem non conuicto minimè instituendam, vel concedendam, & num.* 2.

3 *Pecuniæ appellatione latiùs omnis res petita comprehenditur.*

4 *Pecunia debita non sequestratur si de hoc non fuit conuentum.*

5 *Sequestrum regulariter prohibitum tam de iure ciuili, quàm Canonico, non admittitur, nisi in casibus à iure expressis, num.* 6.

7 *Sequestrum locum habet quando neuter possidet; vel ambo litigantium sunt in possessione, aut vnus alterum impedit, ne deueniatur ad rixam, num.* 8. *non tamen verosimile periculum rixæ, & armorum sufficit, sed illud necessariò probari debet, num.* 9. *Vel quando partium iura ita sunt obscura, vt confusione inuoluantur, & non appareat quis alteri de iure præcedat, n.* 10. *Vel quando quis est in possessione, eáque abutitur fructus dissipando, vel est pauper, & consumit eos, & difficilis est postea eorum exactio, num.* 11. *conceditur in rebus mobilibus probata dilapidatione, vel quòd sint aliqui suspecti de dilapidatione; secus in immobilibus, num.* 12. *timor disputationis sufficit, n.* 13. *quamuis sit modica suspicio, & pars sit soluendo, num.* 14.

15 *ad Sequestrum discernendum ob scandalum, & ad euitandas rixas, an sit necessaria causæ cognitio vocatis partibus, remissiuè.*

16 *Sequestrum tenet factum vigore Regij rescripti, citatis his, quibus interest.*

17 *Sequestrum factum de mandato summi Pontif. tunc fieri potest, quando priùs plenè discussis exceptionibus illud fieri mandauerit.*

18 *Sequestrorum decernendorum praxis in Portugalia.*

19 *Sequestratis bonis an dominus rerum positarum de illis sub sequestro ali debeat, remissiuè. Quid si succumbat in literis, cui alimenta sunt præstita, an illa restituere debeat, & à principio teneatur fideiussionem præstare, num.* 20. *distinguitur num.* 21.

22 *Robertus refellitur.*

23 *Sequestratione prohibita rerum fructuúmque descriptio permitti debet.*

24 *per Sequestrationem an transeat possessio in sequestrum, remissiuè.*

25 *Sequestri officium an sit voluntarium, & compellendus aliquis ad suscipiendam sequestrationem, remissiuè.*

L. Quoties ex quolibet. Vnic.

Impp. Honor. & Theodos. AA. *Ioanni. P. P.*

Sequestratio debitore per iuris ordinem non cõuicto minimè instituenda, vel concedenda Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *in* 4. *f. l.* 6. *verso,* Gilchen *tom.* 2. *pag.* 54. Sebast. Næui. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 125. remissiuè Ximen. *in concord.* & Casal. *in annot. & tom.* 6. *repet.* Franciscus Curtius. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Corras. *lib.* 3. *miscellan. c.* 2. *n.* 6. Mantu. *lib.* 3. *locorum cap.* 43. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 24. *cap.* 4. *in princip.* vbi quòd sequestratio pecuniæ petitæ vetita est, & quòd pecuniæ appellatione hic latiùs omnis res petita comprehenditur, D. Barbos. *in l. in omnibus n.* 6. *ff. de iudic.* vbi quòd pecunia debita non sequestratur, si de hoc non fuit conuentum. 2 4

Vnde vulgata est conclusio sequestrum regulariter esse prohibitum, tam de iure ciuili, quàm Canonico, vt per Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 11. *limit.* 11. *num.* 27. Azeued. *l.* 1. *num.* 1 *tit.* 12. *lib.* 4. *nouæ Recop.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 1. *proœm. num.* 19. Christoph. de Paz. *de tenuta cap.* 1. *num.* 1. Aluar. Valasc. *consult.* 191. *n.* 35. Franc. Milan. *Siciliæ decis.* 11. *n.* 20. Gasp. Cabedl. in *milleloq.* 930. Mari. Muta *Siciliæ decis.* 92. *n.* 31. Valenzuele *cons.* 43. *num.* 168. *tom.* 1. Camil. Borrel. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 46. *n.* 108. *& tom.* 2. *tit.* 37. *num.* 14. *&* 15. & non admitti nisi in casibus à iure expressis, ita vt oporteat eum, qui sequestrationem petit, ostẽdere se petere in casu à iure excepto, resoluunt Socin. *regul.* 458. Alex. *cons.* 163. *num.* 2. *& fin. vol.* 6. Paris. *cons.* 41. *num.* 17. *vol.* 1. Cal. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 31. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 147. *num.* 1. Didac. de Britto *in consilio in causa maioratus Regiæ Coronæ quæst.* 5. *num.* 3. Legitimus enim possessor tuendus est lite pendente in sua possessione, nec admittenda est petitio aduersarij sequestrationem petentis, etiamsi rixæ, vel contentiones timeri possint, ita Paris. *cons.* 41. *n.* 31. *lib.* 1. Guid. Pap. *quæst.* 246. Mantu. *sing.* 20. Hippol. *sing.* 543. Syluan. *cons.* 27. *n.* 1. *&* 2. Capyc. *decis.* 96. *n.* 11. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri n.* 197. Cou. *pract. cap.* 17. *n.* 1. Padil. *in rub. C. de transact. n.* 4. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 71. *&* 72. Matiens. *l.* 9. *gloss.* 1. *n.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Caroc. *in tract. de sequestro p.* 1. *q.* 6 Christoph. de Paz. *de tenuta c.* 10. *n.* 1. *cum seqq.* Amat. Roderic. *d. art.* 6. *num.* 26. Valasc. *cons.* 191. *n.* 38. vbi quòd sequestrum habet locum quando neuter possidet, secus si alter prætendentium possideat, tunc enim possessor in sua possessione tuendus est, alter verò ab inquietatione pœnis, & carceribus exterminandus. 5 6 7

Verùm quando nemo ex litigantibus in actuali possessione existit, vel ambo in ea sũt, aut vnus alterum impedit, ne ad rixam deueniatur, sequestratio necessaria locũ habebit, *l. æquissimum, l. si vsu fruct. §. sed*

§.sed inter duos, ff. de vsufructu, Iacob.de Arena in
tract.de sequest.num.7.Nicol Mont in tract.de treu-
ga & pace quæst. 87. num.7. Menoch. remed.1.recu-
per.num.319.Virgin.Boccac.de interdicto vti possiden-
tis cap.20.num.25.Aluar.Valasc.consult.191 n.37.
vbi quòd sequestrum vt fiat non sufficit verosimile
periculum rixæ.& armorũ,sed illud necessariò de-
bet probari, & num.40. de possidente bona maio-
ratus, Mascard.de probat.concl.1298.aliàs 1304.n.6.
vbi quòd sequestrationem petens debet notum fa-
cere iudici periculum aliquod subesse, vel ne res
consumatur, vel ne debitor efficiatur non soluẽdo.
Camill. Borrell. d.cl.tom.2.tit.37.num.32.cum seqq.
Christoph.de Paz tract.de tenuta cap.10.num.15.
10 Amat.Roderic. d.art.6.num.23. vbi tenet quando
partium iura sunt ita obscura, vt confusionẽ inuol-
uantur, & non appareat quis alteri de iure præce-
dat, saluo iure cuiusque partis, iudicem sequestrum
facere debere.

11 Deuenitur etiam ad sequestrum quando quis est
in possessione, eáque abutitur fructus dissipãdo, vel
est pauper, & cõsumit eos, & difficilis est postea bo-
norum exactio. nã tunc si sententia prima instan-
tia contra eum fuerit lata, etiamsi appellatũ fuerit
ab ea, sequestratio fit nam licèt cùm appellatur à
sententia, nõ fit sequestratio, cap.ab eo, de sequest.
possess. & l.imperatores ff.de appell. tamen quando ti-
metur depopulatio, & oritur præsumptio quòd fru-
ctus dissipentur, etiam appellatione pendente po-
test fieri, cap.dilectus, eod.tit.de sequest.possess. Ordin.
Reg. Lusitan.l.3.tit.73.§.2.vbi, E se pendendo a cau-
sa na appellaçam os Iuizes da alçada acharem que o ap-
pellante condenado en alguna cousa de raiz dissipa e ga-
sta os fruitos, e rendas della, mãdaram sequestrar os frui-
tos, e rendas, &c.l.Hispan.1.tit.9.part.3. ibi, Ca luen-
go deue de ser desapoderado de aquella cosa si fuere ome
de quien aya sospecha que la mal metiera o desgastara
della, &c. Curt.sen. in tract.de sequestr.n.8.Specul.
sub tit. de sequestrat.num.6.Lancell. de attent.part.2.
cap.12.limit.12.num.11.Verall.part.3.decis.158.vbi
12 quòd sequestrum conceditur in rebus mobilibus
probata dilapidatione, vel quòd sint aliqui suspecti
de dilapidatione: secus in immobilibus, quia tunc
decernitur sequestrum, sed fit inhibitio loco se-
questri. Camill.Borrel.d.tom.2.tit.37.num.27. Ma-
scard de probat.concl.148.num.20.Stephan.Gratian
March.decis.63.num.2.& 26 Caroc.de sequestr. p.2.
quæst.2.num.4. vbi ait lite pendente si timor est di-
lapidationis, fieri sequestrationem fructuũ, & multo
magis si à sententia fuerit appellatum, & reus pos-
sessor fructus dilapidat. Mieres de maioratu part.3.
quæst.7.num.36. ibi, & hodie videmus quòd iudices su-
premi Concilij sequestrant bona maioratus, super quibus
est lis durante tenuta maioratus. Christoph.de Paz d.
tract. de tenuta cap.10 num.25. vbi num.26. dicit se
ita decisum vidisse. Allegans dissipationem debet
probare secundùm Bernard.Græu. d.concl.147. con-
sid.1.num.1.

1 Amplia timorem dissipationis sufficere: & quòd
iudex capiat informationem super suspicione con-
sumptionis, seu dilapidationis, Aufrer. in addit.ad
Capellam Tholosan.decis.477.Vestr. in pract.Romanæ
Curiæ lib.8.cap.4 num.3. Herculan. de attent. cap.5.
num.7.Lancell.d.cap.12.ampl.12. num.15. Bernard.
Græue d.concl.147.num.4.Cabed.de patronatib. Re-
giæ Coronæ cap.51.num.2. Stephan.Gratian. March.
14 decis.63.n.2.cum seqq.vbi ampliat quamuis sit modi-
ca suspicio, & pars sit soluendo. Cald.Pereira d.q.21.
num.33.

15 Vtrùm autem ad discernendum sequestrum ob
scandalum, & ad euitandas rixas sit necessaria causæ
cognitio vocatis partibus? vide Hippol. sing. 543.
Menoch.remed.6.adipisc.n.13.& 14.Gam. Lusit.de is.
311.vbi tenet sequestrum etiã factum vigore Re- 16
gij rescripti citatis his, quibus interest, fieri debere,
& n.4 resoluit sequestrũ factum de mandato summi 17
Pontif.tunc fieri posse nemini citata, quando prius
plenè discussis exceptionibus illud fieri mãdauerit.
Sed in nostro Regno Portugaliæ vsus obtinuit vt 18
cùm inuictissimus Rex noster sequestra decernit
quando duo contendunt circa possessionem, seu
proprietatem, alicuius maioratus, capellæ, vel alia-
rum rerum, id fieri solet absque partium, quibus in-
terest, citatione, vt sæpissimè factum fuisse refert
Phœbus Lusitanarum decis.part 2.aresto 86.

An etiam bonis sequestratis de illis domibus re- 19
rum positarum sub sequestro ali debeat, eique litis
expensæ sint subministrãdæ? vide affirmatiuè resol-
uentes Cordub.de Lara in l.si quis à liberis, §.si vel
parentes, n.62.ff.de liber.agnosc. Couar.pract.c.6.n.6.
Surd de alim.tit.1.q.123. per tot. & q.129.n.2.Alex.
Trentacinq.var.resol.lib.1.tit.de alim.resol.1.num.39.
vbi intelligit in eo de cuius possessione, vel quasi
constat, aut pro eo erat præsumptio, & non habet
vnde se alat, Card.Tusch pract.concl.tom.1. lit.A,
concl.309.n.16.Aluar Valasc. consult.n.1.& 2. Cald.
Pereira quæst.forens.lib 1.q.21.n.38. Bernard. Græu.
d.lib.1 concl.148.n.2.& 3. Castill quotid.lib.3.cap.27.
n.34.Mieres de maioratu p.3.q.7.n.57.

Sed quid si succumbat in lite ille, cui alimenta 20
sunt præstita, vtrùm illa restituere debeat, & an à
principio teneatur fideiussionem præstare? vide
Molin de primog.lib.2.cap.16.num.41.vers.& à filiis,
Vincent.de Franchis decis.336.n.5. Anna cons.102.
vbi distinguit inter filium & extraneum, Valasc. 21
d.consult.7 num.7.Caroc.de sequestro part.3. quæst.11.
n.1.Castill.d.lib.3.c.27.n.67.

Pecunia postulatur, &c] Credit Robert. lib. 1. 22
sentent. cap.5. sequestrationem regulariter esse cõ-
cessam in quibuscunque rebus, excepta pecunia, de
qua solùm agitur in hoc text. sed illum reprobat
Cald.Pereira quæst.forens.lib.1.q.21.num.32.vbi re-
spondet ideo in præsenti fieri mentionem pecuniæ,
vt significetur solùm prohiberi sequestrationem in
rebus, quæ sunt in patrimonio nostro, in quibus
tantummodo verificatur verbum pecunia, l.rei appel-
latione, ff de verb.sign. Vel quia ex illo non restringi-
tur prohibitio illa ad pecuniam numeratam, sed de-
claratur vt comprehendat quascunque res sub ap-
pellatione pecuniæ, l.pecuniæ appellatione la 4 ff.de
verb.signif.cum citatis per me de appellatiua verbo-
rum vtriusque iuris signif.appell.196.n.2.

Sequestratione necessitas conquiescis.] Secus in bo- 23
norum descriptione, quæ (prohibita sequestratione)
permissa censetur, vt per Corras.miscel. lib.1.cap.2.
num.7.Rebuff. tom.2. ad leg.Galliæ tit.de sequestrat.
art.1.gloss.2.num.9 vbi expressè tenet quòd in qui-
bus casibus prohibita est sequestratio, poterit ea
pars petere rerum & fructuum descriptionem fie-
ri ad hoc vt quantitas fructuum & rerum facilius
probari possit, Cald.Pereira quæst.forens.lib.1.q.21.
num.41.Camill.Borrel.d.tom.2.tit 37.n.26.

In gloss. sequestrationis ibi, est autem sequester, ille,
&c.Dixi ad rub.sequestrat.possess. & propr. in Decre-
tal.n.4.cum seqq.

In ead.gloss.ibi, interim autem dùm res &c.Vtrum
per sequestrationem transeat possessio in seque- 24
strum? vide Doctores citatos ad cap.1.num.5.illo tit.
de sequest.possess. vbi num.6. an sequester possit præ-
sentare, & beneficia conferre.

In eadem gloss. ibi, *Sponte autem fieri potest sequestratio*, &c. Vtrùm sequestri offi ium sit voluntarium, & an possit aliquis compelli ad suscipiendam sequestrationem? vide Bart. *in l. litibus num.* 14. *C. de agricol. & cens. l. b* 11. Tiraquel. *de retract. tit.* 2. *glos.* 7. *num.* 4. Rebuff. *d. tit. de sequest. art.* 1. *gloss.* 2. *num.* 19. Gregor. Lopez *l.* 1 *verbo deuen, tit.* 9. *part.* 3. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 24. Camill. Borrell. *d. tom.* 2. *tit.* 37. *à num.* 127.

De condictione indebiti.

Tit. V.

INDEBITVM est quod vel omnino non debetur, vel per aliquam exceptionem peti non poterat. *l. si non sortem* 26. *§. indebitum. ff. de condict. indeb.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec De materia vide Donat. à Fioa, Muscul. Suar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 3. Menchaq. *controuers. vsufreq. part.* 2. *cap.* 63. Oliban. *de actionib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 7. *sub hoc tit.* Mozz. *de contractib. tract. de condict. indebiti*, Magon. *Florent. decis.* 42. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 27. *à princ.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 14. *cap.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum per errorem solutum condici sine vsuris nisi sententia refragetur auctoritas, & num.* 2. *secus si sciemter, n.* 3.

4 *Vsuræ non veniunt in contractibus stricti iuris, nec à tempore moræ, nec à litis contestatæ tempore. An debeantur post litem contestatam in contractibus stricti iuris, n.* 5.

6 *Casus excepti à iure extenduntur ex identitate rationis.*

L. Pecuniæ indebitæ. I.

Imp. ANTONIN. A. *Mutiano.*

1 INdebitum per errorem solutum nisi sentẽtiæ auctoritate refragetur condicitur sine vsuris. Colliguot ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 7. Gilchen. *tom.* 2. *pag.* 59. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 234. Sebast. Neui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc. text. desumunt *l. Hispan.* 35. *tit.* 14. *part.* 5. vbi statutum est quòd soluens indebitum per sententiam, non repetit propter auctoritatem rel indebitæ, nisi probet falsis instrumentis, vel allegationibus fuisse latam sed & soluens debitum, de quo fuerat sentẽtialiter absolutus, non repetit, quia licèt non possit compelli soluere, tamen quia remansit naturaliter obligatus impeditur repetitio, Corras. *lib.* 2. *miscel. cap.* 7. *num.* 4. Duaren. *hoc tit. cap.* 11. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 14. *cap.* 15. *prope fin.* & ibi Osvvald. *lit. C*, Mozz. *de contractib. tract. de condict. indebiti, tit. de causis quæ faciant cessare condictionem indebiti num.* 6. Mench. *controuers. vsufrequent. part.* 2. *cap.* 63. *num.* 1. vbi quòd soluens indebitum per errorem repetit condictione indebiti, & *n.* 27. vbi facit reg. quòd scilicet solutum ex causa iudicati repeti non potest, & *numer.* 28. subdit quòd repeti potest condictione sine causa quod vi sententiæ solutum fuit indebitè, Surd. *decis.* 4. *num.* 10. vbi ait Doctores *in præsenti*, tenere condictionem indebiti non dari ad repetendum, quod fuit solutum vigore sententiæ Aluar. Valasc. *consult.* 56. *num.* 6. vbi quòd solutum vigore sententiæ non repetitur per condictionem indebiti, sed per condictionem sine causa, non illa pecunia, quæ soluta est, sed tantundem, quando causa propter quam facta est solutio, redit ad non causam & ideo cautè debet agi ne obstet exceptio rei iudicatæ.

Per errorem, &c] Ergo repetitio cessat vbi scienter resoluitur indebitum, vt per Menchaq. *d. c.* 63. *num.* 10. 3

Vsuras autem eius summæ, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd in contractibus stricti iuris non veniunt vsuræ nec à tempore moræ nec à tempore litis contestatæ, vt per Mench *d. cap.* 63. *num.* 47. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 23. *num.* 42. Doctores aliqui ex hoc text. colligunt vsuras etiam post litem 5
contestatam non deberi in cõtractibus stricti iuris, intelligentes procedere quando vsuræ non fuerunt promissæ, iuxta *l.* 3. *C. de vsuris.* At meliùs alij respondent in hoc text. neutiquam quæstionem versari de vsuris decursis post litem contestatam, has enim deberi Imperator præsupponit, per regul. *l. lite* 35 *ff. de vsur.* solùm enim agit de vsuris decursis ante litem motam à tempore indebiti soluti, & respõdet has non deberi, ita Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 24. *num.* 45. vbi ait id esse verum si consideremus hîc Imperatorem verba in actorem ... volentem, & reposcentem indebitum solutum redigere, & interroganti respondet agere posse ad principale debitum, non autem ad vsuras, quas affectabat, ac proinde hæredi repetenti cum vsuris indebitum aditus præcluditur.

In gloss. *iudicati.* ibi, *nam sufficit si legislator vnum* 6
ponat gratia exempli, &c. Notatur ad hoc quòd casus excepti à iure extenduntur ex identitate rationis, vt per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §.* 16. *num.* 10. Couar. *in cap. alma mater p.* 1. *§.* 31. *n.* 15. *vers. tertiò, etiamsi in his.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatum indebitè vero creditori delegantis condicere à delegante.*

2 *Debitum absque transactione per errorem solutum repeti à delegante, non ab eo, qui ex delegatione debitum soluit.*

3 *Indebitum quidem datur in transactione, sed ab causam futuram, quæ sequitur, vt à lite discedatur, non soluitur.*

L. Si citrà vllam. II.

Idem A. *Secundinæ.*

DElegatus indebite vero creditori deleganti à 1
delegante condicit. Itẽ debitum absque trans- 2
actione per errorem solutum repetitur à delegante, non ab eo, qui ex delegatione debitum soluit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit* & post omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 234.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 3
Bart. *in l.* 1. *num.* 24. *post med. ff. hoc* 11. Mozz. *de contractib, tract. de condict. indebiti, tit. de causis, quæ faciant*

ciant

ciant cessare condictionem indeb. num. 7. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 14. *cap.* 15. *prope fin.* vbi quòd in transactione indebitum quidem datur, sed ob causam futuram, quæ & sequitur, vt à lite discedatur, non soluitur.

Citra vllam transactionem, &c.] Ergo secus si cum illa, vt per Padill. *in l. si non transactionis num.* 6. *C. de iuris & facti ignor.*

SVMMARIVM.

1 *Solutum qui repetit, fortiùs exceptionem opponit contra solutionem.*
2 *Exceptio actione facilior.*
3 *Retentionis libertas atque facultas, remissiuè.*
4 *exclusa Petitione non excluditur retentio.*

L. Cùm & soluta. III.

Impp. DIOCLET. MAXIMIAN. AA. & CC. *Pamphilio.*

1 Solutum qui repetit, fortiùs exceptionem contra solutionem opponit. Colligunt ex Ordin. Do-
2 ctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sub hoc tit.* Facilior enim est exceptio quàm actio, & ideo regulariter qui potest agere, multo magis potest excipere, Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 3. *lit. E. concl.* 374. *per tot.* & citati per me *de Axiom. iuris vsufreq. axiom.* 85. *num.* 1. & 2.
3 De retentionis libertate ac facultate vide Socin. *reg.* 41. Sebast. Medices *de compensat. part.* 2. *quæst.* 16. Menoch. *cons.* 768. *num.* 3. *lib.* 8 Pirrh. Maur. Aretin. *in tract. de retentione*, Petr. Pech. *in tract. de iure sistendi, & manus iniect. quæst. pen.* vbi dicit materiam retentionis esse necessariam, frequentem in vsu.
4 Nota textum ad hoc quòd exclusa petitione non excluditur retentio, vt per Decian. *cons.* 64. *num.* 13. & *cons.* 94. *num.* 28. *lib.* 3. Roman. *cons.* 284. *n.* 3. Honded *cons.* 75. *n.* 13. *vol.* 2. Bec. *cons.* 233. *n.* 24. Capyc. *decis.* 89. *n.* 1. & *decis.* 119. *n.* 8. Magon. *Lucens. decis.* 91. *num.* 5. Surd. *decis.* 255. *num.* 11. Barz. *Bonon. decis.* 108. *num.* 38. Mari. Giurb. *decis.* 60. *n.* 7. Rustic. *de fideicom. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 34. Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 1. *tit.* 118. *cap.* 4. Muscatel. *de appellat. part.* 3. *glos. ad indicantur num.* 69. Ioan. Bapt. Costa *de facti scientia, & ignor. cent.* 2. *dist.* 27. *n.* 13. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 3. *lit. E. concl.* 374. *num.* 28. & *lit. R. concl.* 306. *num.* 1. Castill. *quotid. lib.* 4. *c.* 42. *n.* 113. *cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Solutum, & promissum ex causa quæ per inficiationem crescit, non repeti.*
2 *Solutum ex cautione pecuniæ indebitæ ob inficiationem non repeti.*

L. Ea quæ. IV.

Iidem AA. & CC *Heraclio.*

1 Solutum, & promissum ex causa, quæ per infi-
2 ciationem crescit, non repetitur. Item solutum ex cautione pecuniæ indebitæ ob inficiationē non repetitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Duaren. *hoc tit. cap.* 11. Donell. *commentar. iuris ciuilis l.* 4. *cap.* 15. *in princ.* Mozz. *de contract. lib. tract. de condict. indebiti tit. de causis qua faciunt cessare condictionem indebiti, n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Hæredem putatiuum repetere quod hæreditatis nomine soluit indebitè, & n.* 2.
3 *Possessor hæreditatis bonæ fidei, hæreditate euicta retinet de bonis hæredis debita hæreditaria, quæ nomine defuncti iam soluit de suo, non tamen repetit à recipiente.*

L. Si à patre. V.

Iidem AA. & CC. *Attalo.*

Putatiuus hæres repetit indebitum, quod hære- 1
ditatis nomine soluit. Colligunt ex Ordin. Doctores *ad l.* 1. *num.* 1. *supra hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
l. Hisp. 36. *tit.* 14. *part.* 5. vbi statuitur quòd hæredi- 3
tatis bonæ fidei possessor hæreditate euicta retinet de bonis hæredis debita hæreditaria, quæ de suo iam soluit nomine defuncti, non tamen repetit à recipiente, Cuiac. *lib.* 8. *obseruat.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum alieno nomine solutum repeti ex ratihabitione, & n.* 2.
3 *Datum per errorem repetitur, si is qui dedit, non tenebatur accipienti iure naturali, aut ciuili.*

L. Si per ignorantiam. VI.

Iidem AA. & CC. *Mnaseæ.*

Indebitum alieno nomine solutum repetitur ex 1
ratihabitione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 14. *cap.* 14. Duaren. *hoc tit. cap.* 8. Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo donatio n.* 59. vbi quòd datum per errorem 3
repetitur, si ille, qui dedit non tenebatur accipienti iure naturali, aut ciuili.

L. Fideicommissum. VII.

Iidem. AA. & CC. *Dionysiæ.*

Fideicommissum, vel legatum indebitum per er- 1
rorem facti solutum repeti potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Vide Donell. *comment. iuris ciuilis l.* 14. *cap.* 14. Padill. *in l. si post n.* 6. & *in l. cùm quis n.* 7. 10. & 13. *C. de iuris, & facti ignor.*

SVMMARIVM.

1 *Soluenti falso Procuratori competere condictionem, non liberationem, & n.* 2.
3 *Soluens scienter indebitum falso Procuratori, ab eo non repetit, quia censetur donare.*

L. Creditoris falso. VIII.

Iidem AA. & CC. *Zyparo.*

1 SOluenti falso procuratori condictio, non liberatio competit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Cuiac. *in lib.11.quæst. Papin. ad l. si vendidero, §. si Titius, ff. de furtis, & lib.24 obseruat.18.* Donat. à Fina *tom.1.commun.opin.l.b.4.tit.3.num.8. pag.466.in princ.* vbi dicit quòd soluens scienter indebitum falso Procuratori, ab eo non repetit; quia censetur donare, de quo etiam Menchaq. *controuers. vsufreq. cap. 63.n.12.cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Dominum soluendo ex contractu falsi Procuratoris, siue gestoris sine mandato, videri approbare contractum.*

2 *Soluens scienter indebitum donare videtur.*

L. Indebitum. IX.

Iidem A A. & CC. *Gratianæ.*

1 DOminus soluendo ex contractu falsi Procuratoris, siue gestoris sine mandato videtur approbare contractum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd soluens scienter indebitũ donare videtur, vt per *l. Hisp.30.tit.14.part.5.* vbi *glos.1.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 14. in princ.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo donatio n.59.post med.*

L. Si quis seruum. X.

Imp. IVSTINIANVS A. *Iuliano P. P.*

1 DEbitor alternatiuè ad duo, soluens vtrumque habet electionem quòd repetat, sicut habebat antequam solueret. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1.sup. hoc tit.* post omnes Giphan. *tom.1.pag.140.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Robert. *lib.1.de sentent.cap.14.pag.1.* Duaren. *hoc tit. cap. 9.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 18.* Cuiac. *lib.8.obseruat.35.l. Hispan.39. tit. 14. part. 5.* vbi statuitur quòd debitor alternatiuus vtrumque per errorem soluens, repetit vnum quod malit.

SVMMARIVM.

1 *ratione Dubitationis oriri condictionem indebiti, sicut ratione erroris, & num.2.*

3 *Dubius & ignorans æquiparantur.*

L. Pro dubietate. XI. & vlt.

Idem A. *Iuliano P. P.*

1 RAtione dubitationis oritur condictio indebiti sicut ratione erroris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 30.tit.14. part.5. vers. E otrosy dezimos,* vbi statuitur quòd dubitans an aliquam pecuniam debeat, si eam soluat, probato indebito soluto recuperat, Duaren. *hoc tit.cap.5.* Donell. *comment.iuris ciuilis lib.14.cap.14.* vbi Osvvald. *lit.C.* Mench. *controuers. vsufreq.part.2.cap.63.num.4.* vbi *num.11.* idem esse in eo asserit, qui dolo inductus & persuasus soluerit.

Notatur etiam ad hoc quòd dubius & ignorans æquiparantur, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocan.donat.in præfat.num. 99.* Balb. *de præscript. 2. part.3.princ.q.1.n.9.* Pinel. *in auth.nisi,n.60.col.2.C.de bonis matern.* 3

De condictione ob causam datorum.

TIT. VI.

CAVSA ponitur pro re, id est, pro causa futura, seu finali, cùm propriè loquendo causa vocetur, quo est præterita; res verò dicatur, quæ futura est, *l.1.ff.de cond.ob turpem caus.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. de materia vide Donell. *comment.iuris ciuilis lib.14.cap. 20. & 21.cum seq.l. Hisp.43.tit.14.par.5* Duaren *hoc tit.cap.2.& 3.* Menchaq. *controuers. vsufrequent. part. 2.cap.59.num.20.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus principalis si corruit, pacta adiecta minimè subsistere.*

2 *Datum intuitu matrimonij illiciti per condictionem ob causam repeti.*

3 *Pactum factum de lucranda dote soluto matrimonio non extenditur ad matrimonium putatiuum, & sic ad casum in quo matrimonium dissolutum esset propter eius inualiditatem.*

4 *Matrimonium non lucratur dotem ex pacto, vel statuto.*

5 *Dos data sponso vt nuptiæ sequantur, eis non secutis, repetitioni locus est.*

6 *Pactum de dote lucranda minimè obseruandum in matrimonio putatiuo. secus est in communione bonorum quæ matrimonio constante acquiruntur, num.7.& 8.*

9 *Arrhæ non debentur quando matrimonium non tenet.*

10 *Matrimonio cessante, non erit locus vsucapioni pro dote.*

11 *Contractus principalis quando non valet, similiter non valet confessio, vel alia qualibet clausula posita tali contractu.*

12 *Contractus causa cessante, idem contractus cessat.*

L. Pecuniam I.

Imp. ANTONIN. A. *Callisthenidi.*

COntractus principalis si corruit, pacta adiecta minimè subsistunt. Item datum intuitu matrimonij illiciti per condictionẽ ob causam repetitur. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. 1 2

Bald

ald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *in 4. fol. 7. verso*, Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

3 Vide Roder. Xuar. *in l. 1. tit. de bonis acquisitis n. 5. pag. 231. in noua impress.* vbi quòd pactum factum de lucranda dote soluto matrimonio non extenditur ad matrimonium putatiuum, & sic ad casum in quo matrimonium dissolutum esset propter eius inualiditatem, putà propter consanguinitatem, vel similem causam, & *n. 7.* intelligit quando matrimonium habet perpetuam causam prohibitionis, puta consanguinitatis, affinitatis, vel fragilitatis; sed si temporalem, puta instantes metus, tunc secus esset, metu cessante.

4 Tiraq. *de iure mariti gloss. 8. num. 137.* vbi quòd maritus putatiuus non lucratur dotem ex pacto, vel statuto.

5 Donell *comment. iuris ciuilis l. 14. cap. 20* vbi quòd dos data sponso, vt nuptiæ sequantur, eis nõ sequutis, repetitioni locus est.

6 Cou. *de sponsal. 2. part. 2. cap. 7 § 1. num. 9.* vbi ait pactum de dote lucranda minimè esse obseruandum in matrimonio putatiuo, & citat Hippol. *sing. 129.* Bald. Nouell. *in tract. de dote part. 11. §. hactenus*

7 *num. 23.* & 19. additque ipse Cou. se contrarium existimare in communione bonorum, quæ matrimonio constante acquiruntur.

8 Gama *Lusit. decis. 89. num. 2.* vbi ait quòd stante statuto quòd coniux superuiuens lucretur certam partem dotis, vel si id per pactum conueniatur, non est locus pacto, aut statuto si matrimonium est putatiuum, aut nullum per impedimentum iuris; secus dicit in acquisitionis bonorum diuisione, quia vterque acquirit, alter acquirendo, alter conseruando, ideo rationis est vt quamuis verè coniugati non sint, cùm verè vterque acquirit, vterque partem illorum acquisitorum habeat. Idem Gam. *decis. 155. num. 3.* vbi dicit quòd si impediatur matrimonium iuris auctoritate, & dos promittatur & soluatur, repeti potest condictione ob causam, quia vbi matrimonium non sortitur effectum, ibi neque dotis promissio valet, immo dos data repeti potest.

9 Cardos. *in prax. iudicum & aduocat. verbo sacramentum matrimonij num. 41.* vbi quòd arrhæ non debentur quando matrimonium non tenet.

D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part. 4. num. 6. in med. & in fine*, vbi quòd si cesset matrimonium, non erit locus vsucapioni pro dote, quia scilicet vbi matrimonium cessat, idest, non valuit, ita etiam nec duos esse potest. Idem D. Barbos. *in l. si cùm dotẽ 23. §. fin. num. 8. eod. tit.* vbi tenet quòd priuilegium *l. in rebus 30. C. de iure dot.* transferens dominium dotis ipso iure in mulierem soluto matrim. habet locum in dote putatiua, cùm & hoc pertineat ad faciliorem ipsius dotis exactionem, & respondet textum in præsenti in contrarium facientem procedere attento iure antiquo, secundùm quod dominium dotis veræ non transferebatur in mulierem ipso iure; cæterùm hodie cùm ipso iure transferatur in matrimonio vero, idem erit recipiendum in putatiuo, iuxta reg. *d. ff. l. si cùm dotẽ §. fin.* vnde hodie non competeret condictio ob causam, nisi quando res dotales non extant, & *Idem num. 14.* refert hunc text. loqui in pacto de lucranda dote, respiciente solum commodum mariti, cui non potest esse locus in matrimonio putatiuo, quia cautum in matrimonio vero, locum habet in matrimonio putatiuo in fauorem mulieris, vt obtineat faciliùs dotem, non autem in fauorem mariti, vnde merito quòd vbi matrimonium est putatiuum lucrum non acquiritur matrimonio, nisi sit reciprocum, quodæquè potest tendere in fauorem mariti, & mulieris, & ideo, prædictæ lucrorum communicationi debet esse locus etiam in matrimonio putatiuo, & *num. 18. vers. secund*, per hunc text. tenet quòd quoties in matrimonio putatiuo cessat fauor dotis, disposita in matrimonio vero non obtinebunt locum in putatiuo.

Perinde est ac si interpositum non esset, &c] Notatur ad hoc quòd quando contractus principalis non valet, nec tenet, similiter non valet confessio, vel alia quælibet clausula posita in tali cõtractu, vt per Anton Gom. *l. 45. Tauri n. 30. in princ.* Decian. *resp. 104. num. 3. & vol. 1* Surd. *decis. 7. num. 19.* Valasc. *consul. 85. num. 3* Reinoso *obseru. 45. num. 15.* 11

Notatur etiam ad hoc quòd cessante causa contractus, cessat idem contractus, vt per Tiraq. *in tract. Cessante causa, part. 1. num. 58.* 12

L. Si vt proponis. II.

Imp. ALEXANDER A. *Asclepiadi*

Donatum filiæ vt soluat creditoribus paternis ea non soluente repetitur per hæredem patris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supra hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. f. 18.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Duaren. *hoc tit. c. 2.* Osvvald. *ad Donell. enucleatum lib. 14. cap. 20. lit. B.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum in donatione appositum ne liceat donatario alienare, operari quòd aut pactum seruetur, aut res condicatur donanti, & num. 2.*

3 *Simplex Pactum de non alienando non impedit dominij translationem in tertium, in quem res alienari fuit prohibita, translato titulo venditionis, vel alio legitimo. secus in prohibitione alienationis per viam maioratus, num. 4. & quando bona relinquuntur cum onere anniuersarij, & prohibitione alienationis, num. 5. vel quando in pacto fuit conuentum quòd eo casu, quo deuentum fuerit ad aliquem actum alienationis, res sit inempta, vel venditio habeatur pro non facta, num. 6. vel si dictum fuerit, vendo, vel dono hoc pacto vt non liceat alienare, & si ad aliquem actum alienationis perueneris, tunc dominium ad me reuertatur, & in eum casum ex nunc constituto te possidere meo nomine, num. 7. si simul cum pacto de non alienando, iuramentum interueniat, an impediatur dominij translatio, num. 8.*

9 *Alienationis prohibitio facta per testatorem in vltima voluntate, si iustam causam exprimat valida est. quando cum legis prohibitione, domini directi prohibitio concurrit, res non potest alienari, etiam in casu primæ stante prohibitione: vbi fuit appositum pactum quòd emphyteuta non poterit alienare, tunc interdicta censetur omnis alienatio, num. 10.*

L. Ea lege. III.

Impp. VALER. & GALLIEN. AA. *Aurelio, & Alexandræ.*

Pactum in donatione appositum ne liceat donatario alienare, operatur quòd aut pactum seruetur 1

uerint, aut res donata condicatur. Colligunt ex Ordin. Doct. citati ad l. 1. n. . sup. h. c. t. Aloys. Leo in fol 8 verso.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Robert. lib. 3. sentent. cap. 24 Pileus q. 68 Cassan. in consuet. Burgun. §. 3. gloss. 4. Duen. reg. 27. . limita tertio, Roder. Xuar. alleg. 9. num. 15. vbi ait hanc leg. loqui quando donans stetisset in meris finibus alienationis, & sic quando solummodo donans, seu contrahens apposuit pactum de non alienando, & ad nihil aliud vltrà processum fuit, quo casu hoc pacto non obstante, etiamsi donatarius alienet, transfert dominium licèt ipse teneatur ad interesse pacti non seruati. Idem Roder. Xuar. alleg 19. n. 12. vers. innat, vbi ait in hoc text. statutum esse quòd si donaui alicui fundum sub hoc pacto ne alienaret, quòd si non obstante pacto alienauit, quòd valuit alienatio quoad transferendum dominium, & mihi donanti non competit actio contra tertium possessorem, sed solummodo contra donatarium, eo quia non obtemperauit conditioni, imò contrauenit, habeo conditionem ob causam, quæ est personalis. Greg. Lop. l. 43 verbo non vale, tit. 5 part. 5. vbi quòd prohibita alienatione per pactum dominium transit. Anton Gom. l. 45. Tauri num. 25 vbi dicit haberi quòd si quis donauit alteri aliquam rem hoc pacto vt eam non alienet, non prohibetur alienare, sed tantùm tenetur donatori, vel hæredibus eius ad interesse, Socin. reg. 75. in addit. Donat. à Fina tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 37. de pactis num. 7. pag. 644. vbi quòd non valet pactum quòd quis rem suam propriam non alienet. Donel. ad l. si ita quis 135. §. ea lege num. 6. ff. de verbor. signif. vbi de intellectu. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 81. num. 2. vbi declarat hanc leg.

3 Allegari solet hic text. ad hoc quòd simplex pactum de non alienando non impedit dominij translationem in tertium, in quem res alienari prohibita fuit translata titulo venditionis, vel alio legitimo, vt per Tiraq. de constituto part. 1. num. 31. cum seqq. Bernard. reg. 108. vbi Salzed. Garcian. Falcon. reg. 334 Anton. Gom. l. 40 Tauri à num. 13. Villalob. in erario commun. verbo alienationis prohibitio num. 138. Roland. cons. 61. lib. 2. Menchaq. de success. creat. lib. 1. §. 10. num 82. cum seqq. Ioseph. Ludou. tom. 3. commun. opin. tit. de empt. concl. 3. vers. simplex pactum pag. 576. Menoch. cons. 63. num. 1. cum seqq. Gutier. in l. nemo potest, ff. de legatis 1. num. 57. & 58. & de iuram. confirmat. part. 1. cap. 45. num. 1. Matienz. l. 3. gloss. 8. num. 3. tit. 10. lib. 5. noua Recop. Azeued. l. 11. num. 10. tit. 6. eod. lib. 5. Vincent. de Franchis decis. 355. num. 1. Surd. decis. 254. num. 11. Viui. decis. 471. num. 1. & 2 Flamin. Chartar. decis. 104. n. 5. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 68 num. 10. Magon. Florent. decis. 112 Giurba decis. 79. num. 31. & decis. 92. num. 22. Fontanel. de pactis nuptial. lib. claus. 4. gloss. 25. num. 56. Thesaur. dict. lib. 1. quæst. 81. num. 2. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 30. num. 3. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo prohiberis num 1. & de renou. emphyt. quæst 12. num 16. cum seqq. Bernard. Græuæ. ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 36. . 1. Cardos. in praxi iudicum, verbo alienatio num. 7 Cenall. commun. contra commun. quæst. 673. & quæst. . num. 1. & 2. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 13 Aluarez de priuileg. pauperum part. 1. quæst. 22. num 6.

4 Limita primò in prohibitione alienationis per viam maioratus, etsi maioratus ex tertia & quinta parte bonorum non fiat, sed ex aliis bonis ab eis, qui descendentes, vel ascendentes legitimos non habent, tunc enim alienatio impeditur, & dominij translatio, Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 31. & 36. Mieres eod. tract. part. 4. q. 1. num. 1. & 57. & 65. Surd. cons 399. num. 2. D. Barbos. in l diuortio, in princ. part. 2. n. 11. ff. soluto matr. Castill. controuers. lib. 4. cap. 9. num. 84. Garcian. Falcon. reg. 334. num. 7. & 5 quando bona relinquuntur cũ onere anniuersarij, & prohibitione alienationis, Perez de Lara de anniuers. & capellan. lib. 1. cap. 6. n. 18. Castill. d. cap. 9. à num. 9.

Limita secundò quando in pacto fuit conuentum quòd eo casu, quo deuentum fuerit ad aliquem actum alienationis, res sit inempta, vel venditio habeatur pro non facta, quia istud pactum resolutiuum vim habet pacti legis commissoriæ, ex qua transfertur dominium ipso iure, Salzed. ad Bernard. reg. 108. vers. quartò limita, Viui. decis. 471. num. 9. Cardin. Mantic. d. tit. 30. n. 11. 6

Limita tertiò si dictum fuerit, Vendo, vel dono hoc pacto vt non liceat alienare, & si ad aliquem actum alienationis perueneris, tunc dominium ad me reuertatur, & in eum casum ex nunc constituo te possidere meo nomine, ita Salzed. ad Bernard. reg. 108 limit. ult. Cæpol. caut. 12. Anton. Gom. d. l. 40. Tauri num. 20. vbi num. 21. & 22. latè & subtiliter fundat prohibitionem huiusmodi solum habere locum durante vita prohibiti, & eius, qui se obligauit non alienare, non verò post ejus mortem, Molin. d. lib. 1. cap. 12. num. 32. vers. per quem text. Azeued. d. l. 11. num. 11. Mieres de maioratu part. 4. quæst. 9. n. 4. Thesaur. d. lib. 2. q. 81. n. 6 Cardin. Mantic. d. tit. 30. n. 26. cum seqq. Castill. controuers. lib. 5. cap. 80. n. 21. & 14. 7

Vtrùm autem si simul cum pacto de non alienando iuramentum interueniat dominij translatio impediatur. In hac quæstione quamuis affirmatiuã partem tueantur Roland. cons. 8. num. 15. & 54. Cephal. cons. 41. à num. 18. lib. 1. Menoch. cons. 63 n. 20. Caroc. decis. 117. num. 18. Contrariam tamen negatiuam, immo iuramentum in hoc casu translationem dominij non impedire, defendunt meritò Anton. Gom. l. 53. Tauri num. 58. vers. secundò principaliter, Anton Gabr. commun. tit. de pignoribus concl. 1. num. 8. Hieron. Gabr. cons. 66. num. 10 lib. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priui. 118. Thesaur. d. l. 2. quæst. 81. num. 9 Surd. cons. 399. num 3. & 18. Gutiér. de iuram. confirm. p. 1. cap. 45. num. 4. Cardin. Mantic. d. tit. 30. num. 19. & tit. 32. num. 17. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 266. num. 1. Giurb. decis. 92. num. 23. Fontan. de pactis nupt. claus. 4. gloss. 25. à num. 65. Nisi cum pacto de non alienando & iuramento interueniat generalis hypotheca, quæ in omnibus instrumentis hodie adscribi cõsueuit, quia tunc bene impedietur alienatio, vt resoluunt Roland. cons. 32. à num. 39. & cons 62. num. 34. 39. & 40. lib. 2. Gutier. in repet. d. l. nemo potest num. 45. Fontanel. d. gloss. 25. num. 62. Cardin. Mantic. d. tit. 30. num. 20. & 21. Thesaur. d. q. 81. num 9. vers. à quibus tamen; quicquid teneant Hier. Gabr. d. cons. 66. à n. 10. & Surd. cons. 399. cons. 399. n. 44. vers. nec facit. 8

In gloss. alienet. ibi, item etiam in vltima voluntate, &c. Notatur ad hoc quòd valet prohibitio alienationis facta per testatorem in vltima volũtate si iustam causam prohibitionis exprimat, vt per Anton. Gom. lib. 40. Tauri num. 38. vbi iustam & legitimam causam esse dicit si res erat maiorum suorum, vel si eam habuit à Rege, seu Imperatore, vel . aut legatarius, cui rem reliquit, erat maior, vel si fuerit facta prohibitio fauore alicuius certæ personæ, vt si prohibuit rẽ alienari, quia voluit rem 9

perueniri

peruenit alicui de genere, vel alteri personæ, Molin. *de primog. lib. 1. c. 6. num. 32. & 33.* Spin. *in speculo testam. gloss. 30. princ. num. 79.* Azeued *l. 11. num. 10. tit. 6. lib. 5. nouæ Recop.* Gutier. *practic. lib. 2. quæst. 115. per tot.* Anton. Fab. *de error. pragmat. decad. 87. errore 50.* Perez de Lara *de anniuersar. & capellan. lib. 1. c. 6. num. 1. & 2.*

10 Notatur hæc gloss. ad hoc quòd quando cum legis prohibitione domini directi prohibitio concurrit, res non potest etiam in casu prima prohibitione stante, permisso alienari, vt per Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 6. num. 2. in med. & cap. 7. num. 34.* Per hanc glos. etiam resoluit quòd vbi fuit appositum pactum quòd emphyteuta non possit alienare, tunc interdicta censetur omnis alienatio, etiam necessaria, & aliàs permissa.

SVMMARIVM.

1 *Causà, ob quam obligatio facta est, non sequuta, liberatio condicitur.*

2 *Confessum se plus recepisse quàm reuera receperit, posse non recepti liberationem condicere.*

L. Si cùm exiguam. IV.

Iidem AA. & Valer. C. Æmiliæ.

1 Causa, ob quam obligatio facta est, non sequuta, liberatio condicitur; siue confessus se plus
2 recepisse quàm re vera receperit, potest non recepti liberationem condicere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide Duaren. *hoc tit. cap. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Datum militi, occasione procurationis non sequuta condici, & num. 2.*

3 *Datum ob aliquam causam honestam posse repeti causà non sequuta, aut si in aliqua forma impleatur causa.*

4 *Modus impossibilis adeò reddit causam irritam, vt pecunia data ob id repeti possit.*

L. Si militem ad negotium. V.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. Martiali.

1 Datum militi occasione procurationis non sequutæ condicitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, *l. Hisp. 7. tit. 5. part. 3.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 19. c. 11. col. antepen. vers. cognito* Cardos. *in praxi Iudic. verbo donatio num. 55.* vbi quòd datum ob aliquam
3 causam honestam potest repeti causa non sequuta, aut si in alia forma causa impleatur.

R. Item tibi compertum, &c.]Ergo videtur in præsenti probari quòd modus impossibilis adeò reddit contractum irritum, vt pecunia data ob id repeti possit, & ita nec exceptionem producat, contra certam iuris conclusionem, quòd modus impossibilis non efficit contractum irritum, & Doctores ex glos. deducunt, *in l. cùm donationis, C. de transactionib.* vbi Padill. *num. 8.* pluribus modis respondit ad hunc text. Sarmien *selectar. interpret. lib. 2. cap. 3. à num. 8. vsque ad num. 13.* quinque intellectus præstans, illúdque tanquam verum & omnino tenendum approbat *eodem num. 11.* vt scilicet opinio Doctorum, qui volunt quòd modus impossibilis non reddat inutilem contractum, vera sit in terminis gloss. *in d. l. cùm donationis*, veluti in contractibus, quorum natura est, vt hinc inde obligatio constituatur, alioquin claudicatio in contractibus admitteretur, quæ regulariter est prohibita; ideo in omnibus aliis contractibus modus impossibilis efficit, vt in effectu si non impleatur id, quod conuenit, etiam ex causa impossibili, ille, qui impleuit, nunquam remaneat in damno, & ita qui hominem liberum, vel rem sacram ignoranter emit, non amittet pretium quod dedit, quòd impossibile sit venditorem implere contractum, *l. liberi hominis, l. ade sacra, ff. de contrah. empt.* quod maximè in innominatis contractibus locũ habet, cùm vires, quas de se nõ habent, ex implemento recipiant, ideo impossibile est, vt ille, cui adiectus est modus impossibilis, ex eo contractu agere possit, cùm actio oriatur propter implementum, non alias, vt *in l. ex placito, C. de rerum permut.* nam inter modum adiectum donationi, & inter alios contractus maximè interest, quia in donatione est pars accidentalis, poterat enim sine eo pacto donatio stare, sed in aliis contractibus modus ipse est substantia contractus, cùm nisi hinc inde obliget, stare non possit, vt *in l. in mentis, C. de contrah. empt.*

SVMMARIVM.

1 *Ancillam datam vt dantis manumittatur filia, repeti si non manumittitur; secus si purè donata fuerit, num. 2. & 3.*

L. Cùm ancilla. VI.

Iidem AA. & CC. Cyrioni & Plotini.

Ancilla data vt dantis filia manumittatur, si non manumittitur, repetitur; quod secus est si purè donata fuerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Sarmien. *select. interpr. lib. 1. cap. 3. n. 11. in med.* vbi ait hic probari quòd si Titius dedit ancillam Sempronio, vt Sempronius manumitteret Titij filiam, quam possidebat, si vero ea libera erat, quam existimabat ancillam, locus erit repetitioni, quia tunc impossibilis modus, qui possibilis à contrahentibus existimabatur, locum facit repetitioni.

SVMMARIVM.

1 *Defectum causæ in mente retentum non parere condictionem ob causam, & num. 2.*

3 *Voluntas in mente retenta nihilo vsui est. intellige vt num. 4.*

L. Si repetendi. VII.

Iidem AA. & CC. Gerontio.

Defectus causæ in mente retentus non parit condictionem ob causam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *lib. 46. vers. Mas si quãdo, tit. 14 part. 5.* vbi *gloss. 4.* Menoch. *cons. 178. num. 22.* Cardos. *in prax. iudicum, verbo donatio, num. 50.*

3 Notari solet ad hoc quòd voluntas in mente retenta nihil operatur, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis num. 20. C. de reuocand. donat. & in tract. Cessante causa, limit. 21. n. 1. cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis commun. ib. verb. propositum.* Greg. Lop. *d. l. 46.* 4 *gloss. 4.* vbi intelligit quantum ad commodum ipsius, qui in mente retinuit, Rot. *decis. 354. num. 6. part. 1. recent.* mexipsum *de Axiom. iuris vsufrequent. axiom. 250. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Datum ob causam, cui recipiens non paruit, cùm posset, repeti per condictionem ob causam, & num. 1.*

3 *Datum ob causam impossibilem de iure, vel de facto, sciente dante, non repeti.*

L. Dictam legem. VIII.

Iidem AA. & CC. *Flauiano.*

1 DAtum ob causam, cui recipiens non paruit cùm posset, repetitur per condictionem ob causam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* post omnes Aloys. Leo *in 4. fol. 8. verso.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, *l. 46. in princ. tit. 34. part. 5. vbi glos. 3.* Sarmient *select. lib. 2. cap. 3. sib num. 6.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 14 cap. 14* vbi Osvvald. *lit. C.*

3 In gloss. *Si non 2. ibi, vel distingue an qui dat, &c.* Notatur ad hoc quòd datum ob causam impossibilem de iure, vel de facto, sciente dante, non repetitur, quia tunc dans videtur donare illud quod dedit; quod tamen non præsumitur quando impossibilitatem rei nesciebat, vt per Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo donatio num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Accipientem à libero, non implentem causam, condictione teneri; secus si accipiat à seruo proprio, num. 2.*

L. Si liber. IX.

Iidem AA. & CC. *Bibulo.*

1 ACcipiens à libero non implens causam, con-
2 dictione tenetur; secus si accipiat à seruo proprio Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Causâ non impletâ casu fortuito, vt in Medico, cessare condictionem, & num. 2.*

3 *Famulus seruiens pro mercede, valetudine impeditus operas promissas præstare, salarium pro eo tempore, & sic durante infirmitate, habere non debet. secus quando infirmus alium in sui defectum posuit, num. 5. vel si post recuperatam sanitatem tantum temporis deseruiret, quantum ægrotauit, num. 6.*

4 *Prætori infirmo debetur salarium tempore infirmitatis.*

7 *Facilius cuiuscunque patrisfam. salarium debetur mortuo domino, si per eos non steterit quominus seruirent.*

8 *Famulo seruitium domini deserenti pœna imponitur ex nouiori iure regni Castellæ.*

9 *Datum ob aliquam causam de futuro implendam, etsi stet pro dante quominus adimpleatur, potest ab illo met dante repeti.*

L. Pecuniam. X.

Iidem AA. & CC. *Canonianæ.*

CAusa vbi non impletur casu fortuito, vt in 1
Medico, cessat condictio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. Hist. 9 tit. 8. part. 5.* Duaren. *hoc t. c. 4* Hippol. *sing. 691.* Aym. *cons. 204. n. 25.* Sarmien. *select. lib. 2. cap. 2. num. 6.* Menoch. *consil. 132. num. 2.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 21.* vbi dicit quòd causa hic non significat finem, sed litem & causam agendam, vbi latè Osvvald. *lit. A.* Anton. Fab. *de erroribus pragmat. decade 45. errore 9.* vbi distinguit inter defectum causæ finalis, quæ etsi à casu fortuito repetitioni locum dat, & impulsiuæ, quæ non nisi per eum stet à quo implendum, sic accipit textum in præsenti Arumæ. *in tractat. de mora cap. 8. num. 4.*

In gloss. *Casu.* ibi, *contingente in persona ægri conducentis, &c.* Notatur ad hoc quòd famulus ser- 3
uiens pro mercede valetudine impeditus operas promissas præstare, salarium pro eo tempore, & sic durante infirmitate habere non debet. Ita Bart. *in l. opere, ff. de vsufructu leg.* Capell. Tholos. *quæst. 339.* Abb. *in c. 1. de cleri. ægr. num. 6.* Gregor. Lop. *l. 7. verbo el señor, tit. 2. part. 5.* Natt. *cons. 129 num. 1.* Syluan. *cons. 28. num. 2. & 23.* Anton. Gom *var. tom. 2. cap. 3. num. 3* Couarr. *lib. 3. var. cap. 13. num. 8.* Syluest. *in sum. verbo famulus num. 2.* Villalob. *in suo ærario commun. opin. verbo famulus,* Soar. *in thesauro lit. 1. n. 48.* Bonacos. *in tract. de famulis qu. 103.* Vini. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 44. de iure emphyt. num. 85 pag. 659.* Parlad *quotid. differ. 130. §. 9. num. 2.* Azeued. *l. 9. num. 19. tit. 15. lib. 4. noua Recop.* Surd. *de aliment. tit. 4. qu. 23. num 35.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 3. num. 10.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit 12. qu. 18. num. 11.* D Barbos. *in l. diuortio, §. fin. part. 1. num. 20. ff. soluto matrim.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 39. quæst. 5.* Alfar. *de officio fiscalis glos. 39. num. 6.* Escobar. *de ratiocin. cap. 27. num. 22.* Flores de Mena *var. lib. 1. qu. 8. §. 2. num. 17.* Gutier. *practic. lib. 4. qu. 52. num. 13.* Quamuis contrarium, immo famulum infirmum debere habere ne dum expensas, sed & salarium, minus bene sustineant Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, num. 6 1. ff. de verb. sign f.* Perez *ad l. 1, vers. plerumque tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 38.* Auila *ad cap. 1. Prætor. verbo salario num. 19.* dum tenet 4
quòd Prætori infirmo debetur salarium tempore infirmitatis.

Limita quando infirmus alium in sui defectum 5
posuit, nam tunc integrum salarium ei erit præstandum, Azeued. *d. l. 9. num. 21* Escobar. *d. cap. 27. num. 25.* Gutier. *d. quæst. 52. num. 15.* Vel si post 6
recuperatam sanitatem tantum tempus deseruiret, quantum ægrotus fuit, Escobar *d. cap. 27. num. 24.*

tom. 24 Gutier. dicta quaest. 52. num. 14. Azor. citato loco.

7 Aduerte quòd famulis cuiuscunque patrisfamilias salarium debetur mortuo domino, si per eos non steterit quominus seruirent nam si ipsi in culpa fuerint, nullum eis debetur salarium, l. 8. tit. 4. lib. 4. fori, Morla d. quaest. 28. num. 10. vbi subdit nouiori
8 iure Regni Castellae famulo seruitium domini deserenti imponi poenam, de qua in l. 2. tit. 21. lib. 6. noua Recop.

In gloss. Repeti. Notatur ad hoc quòd datum ob
9 aliquam causam de futuro implendam, etsi stet pro dante quominus adimpleatur, potest ab illomet dante repeti, quando ille, qui dedit, non erat obligatus dare naturaliter, aut ciuiliter, sed antequam donatarius inciperet adimplere, noluit donator vt adimpleretur, puta, Do tibi decem vt eas Romam, si antequam iter arriperes, dico quòd non vadas, possum repetere illa decem, quae tibi dederam, vt per Cardos. in praxi iudicum, verbo donatio num. 54.

SVMMARIVM.

1 per Aduocatum nisi steterit, non reddi salarium. & num. 2.
3 Aduocatis salarium debetur si ante tempus decedant, cùm per illos non steterit quominus patrocinium praestarent.

L. Aduocationis. XI. & vlt.

Iidem AA. & CC. Stratonicae.

Si non stetit per Aduocatum, non reddi salarium.
1 Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.

Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt Duaren. hoc tit. cap. 4. Donell. comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 21. vbi Osvvald. lit. D, Morl. in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 2. q. 28. num. 12. vbi ait Aduocatis salarium deberi si ante tempus decedant, cùm per eos non steterit quominus patrocinium praestarent, & num. 17. respondit in terminis huius text. Aduocatum salarium non percipere, quoniam per illum extiterit.

De condictione ob turpem causam.

Tit. VII.

Etiam hìc causa ponitur pro re, id est, pro causa futura, vt in superiori titulo, l. 1. ff. eod. tit. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide l. Hispan. 47. tit. 14. part. 5. Duaren. hoc tit. Benedict. Capra, & Vezin. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 5. pag. 466. Donell. comment. iuris ciuilis lib. 14. cap. 25. Couar. in reg. peccatum, de regul. iuris in 5. part. 2. § 1. & 3. Cardos. in praxi iudicum, verbo donatio num. 41. Molin. de iustitia tract. 2. disp. 81. cum seqq. Rebell. de obligat. iustit. part. 1. lib. 18. q. 19.

SVMMARIVM.

1 Promissum ex turpi causa non posse repeti.
2 Officiales, & ministri officium suum gratis administrare obligati praemium nisi turpiter non accipiunt.
3 Stipulatio, quae turpitudinem continet, ipso iure non valet.
4 Scriptura de promissione ob turpem causam non obligat.
5 Donatio facta concubinae non valet.
6 Meretricibus an detur actio sui quaestus causa.

L. Si ex cautione. I.

Imp. Antonin. A. Ingenuo.

Promissum ex causa turpi non potest repeti. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo in 4. fol. 9. Sebast. Naeui. remissiuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. 1

Vide Azeued. l. 1. num. 1. tit. 14. lib. 6. nouae Recop. vbi per hunc text. ait quòd officiales, & ministri officium suum gratis administrare obligati praemium nisi turpiter non debent accipere, Pichard. in §. quod turpi ex causa 24. Instit. de inutilib. stipulat. n. 1. vbi resoluit stipulationem, quae turpitudinem continet, siue ex parte stipulantis, siue ex parte promittentis, ipso iure non valet, & n. 6. interpretatur textum in praesenti, vt procedat cùm turpitudo versatur ex parte vtriusque, vt constat ex illis verbis, & quam fieri prohibitum est interpositam cautionem, & tamen praesupponitur ortam fuisse obligationem, vt constat ex aliis verbis, ibi, vt solutio sequatur, iuncta reg. l. d. rem, ff. de verb. oblig. Gam. Lusit. decis. 226. num. 1. vbi dicit quòd scriptura de promissione ob turpem causam non obligat, nec parit actionem contra promittentem. 2 3 4

Vnde donationem factam concubinae non valere, resoluunt Afflict. decis. 102. Gam. Lusit. decis. 226. per tot. Pereg. de iure fisci lib. 2. tit. 9. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 276. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. convent. lib. 21. tit. 3. num. 12. Cabed. Lusit. decis. 116. part. 2. 5

In gloss. Ob turpem causam. ibi, item si promitto meretrici, &c. An in foro exteriori meretricibus sui quaestus gratia detur actio & retentio, & an in foro conscientiae possit petere, & retinere, vide Palat. in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 40. num. 2. & l. 62. Tauri num. 9. & ibi Anton. Gom. n. 3. Mench. lib. 1. controuers. illustr. cap. 48. ex n. 3. Abb. in cap. quia plerique, de immun. Eccles. num. 12. Nau. in man. cap. 17. à num. 34. vers. quartum. Couar. in reg. peccatum part. 2. §. 2. num. 1. & seq. Anton. Cordub. in quaest. Theolog. lib. 1. quaest. 12. Mich. de Palatios de contractib. lib. 5. cap. 11. ex pag. 481. iuxta fin. Mozz. de contractib. tit. de donat. §. de personis inter quas cadere possit donatio, vel non, n. 24. Mich. Salon. 2. 2. q. 62. art. 5. controuers. 4. concl. 1. Gregor. de Valentia tom. 3. disp. 5. q. 6. puncto 5. post dub. 5. Franc. Emman. in sum. p. 4. cap. 40. concl. 3. Domin. Bañes 2. 2. q. 32. art. 7. dub. 2. & q. 62. art. 5. dub. 5. Spin. in speculo testament. gloss. 6. n. 19. cum seqq. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 3. q. 5. num. 12. & q. 6. Sayr. in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 5. n. 26. Molin. de iust. tract. 2. disp. 94. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 11. num. 1. & 2. Card. Mantic. de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 11. tit. 6. n. 13. Valer. Reginald. in praxi fori paenit. lib. 10. n. 191. 6

SVM

SVMMARIVM.

1 *Datum libidinis causa non repetit, & n. 2.*
3 *Datum ob turpem causam non repetit, si ex vtraque parte extat turpis causa.*
4 *in pari causa melior est conditio possidentis.*
5 *Fœmina an detur actio ad pecuniam ob fornicationem promissam.*
Glossa reprobata, ibid.

L. Cùm te II.

Idem A. Longino.

1 DAtum libidinis causa non repetitur, cùm in pari causa turpitudinis melior sit conditio possidentis Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. supra h. tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *H... 5. tit. 14. part. 5.* vbi statuitur quòd mulieri bonæ famæ libidinis causa datū, licèt ipsa, vt promisit, non immisceatur, repeti non posse, quia cùm ex vtraque parte versetur turpitudo, potior est conditio possidentis. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. l. 13. tit. 26. num. 24.* Fortun. Garc. *in l. 1. nisi gestium, §. si ad maleficium, ff. de pactis,* Palat. *in repet. rubr. de don. inter virum & vxor. § 40. num. 9.* Gam. *Lusitan. decis. 223. num. 1.* vbi quòd in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. Cardos. *in prax. iudicum & Aduo. at. 3. c. donat. num. 5.* vbi quòd datum ob turpem causam, non repetitur si ex vtraque parte extat turpis causa, nam in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis; si tamen sit turpitudo ex parte accipientis tantùm, repetitur quod fuit datum ab illo, qui dedit, non tamen si turpitudo sit à parte dantis, vel ab vtraque parte, *l. 1.* vbi Doctor *ff. hoc tit.*

4 *Cùm in pari causa, &c*] Notatur ad hoc quòd in pari causa melior est conditio possidentis, vt per Neuizan. *cons. 79. num. 7.* Osach. *decis. 108. num. 18.* Vincent. de Franchis *decis. 36. num. 13.* Menoch *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 66. num. 7.* metipsum *de Axiom. iuris vsufrequent. axiom. 182. num. 5.*

5 In gloss. *Desideras.* Communiter reprobatur, dum innuit fœminam agere non posse ad pecuniam ob fornicationem promissam, per Palat. *d. §. 40. num. 9* qui respondet ad fundamentum contrarium, quòd ista promissio est turpis, leu ex turpi causa meretrix in eo quòd est meretrix, turpiter facit, sed ex quo talis est, non turpiter accipit, nec turpiter stipulatur, Couarr. *in regul. peccatum, part. 2. §. 2. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Officialem accipientem aliquid per concussionem prætextu officij, accepta restituere, & criminaliter puniri. & n. 2.*
3 *Actio criminalis & ciuilis insimul institui potest coram eodem iudice.*
4 *Iudex an & quando teneatur crimine & pœna concussionis. & ad quid, num. 5.*
6 *Concussio quid.*

L. Quòd euitandi III.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Dizonti militi.*

OFficialis prætextu officij aliquid per concussionem accipiens accepta restituit, & criminaliter punitur Colligunt ex Ordin. Doctores citati *d. l. 1. supra h. tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2 Paul. d. Puteo *de syndic. verbo index, cap. 7. num. 1.* Grammat. *consil. 51. num. 1. in fine,* Robert. *l. 1. sentent. cap. 1.* Anton. Gomez *variarum tom. 3. c. 6. n. 10.* Cardos. *in praxi iud. cum, verbo ... num. 53.* latè Farinac. *in praxi crimin. part. 3. q. 111. n. 39. cum seqq.*

Post restitutionem pecuniæ, &c] Notatur ad hoc 3 quòd insimul coram eodem iudice potest agi criminaliter ad publicam vindictam & ciuiliter pro restitutione, seu damnis rei subtractæ, ita vt veniat restitutio huiusmodi in consequentiam condemnationis criminalis, vt per Marant. *de ord. iud. d. 4. pa. 1. 4. dist. n. 1. num. 20.* Surd. *d. l. num. tit. 7. q. 16. n. 17.* D. Barbos. *in l. si ab hostibus, §. 5. num. 6. & 50. ff. solut. matrim.* Parlad. *sequen. ... quotid. different. 158. n. 10.* Farinac. *in prax. crimin. q. 165. num 24. cum seqq.* Baccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & criminalia, ...*

Indemnes ... et etur] Pœna scilicet extraordinaria, secundùm gloss. *verbo coërcet in l. 1. ff. de concussio.* Paris. de Puteo *de syndic. dictum, in verb. ... c. ...* Anton. Rondinell. *de syndic. officiali. l. 53. versic. extraordinariè punitur,* Menoch *de arbitr. casu 341. num. 1.* Farinac. *d. part. 3. quæst. 111. n. 40* vbi *num. 41* subdit vt crimine concussionis, & illius 4 pœna non teneatur iudex quando à sponte dante & corrumpente nulla præcedente illatione metus recipit, sed tantùm eo in casu, quando aut indebitè vexando pecuniam extorquet, aut quando concutiendo metum pecuniam à subditis extorquet.

Notatur ad hoc quòd vltra pœnam, quam patitur iudex, qui per metum pecuniam extorsit, eandem pecuniam sic ablatam restituere tenetur illi, à quo ablata fuit, vt per Parid. de Puteo *dicto cap. 7. n. 1. & 3 ad med. um,* Anton. Rodinell. *d. num. 53. in princip. versic. & compellitur reddere quod extorsit,* Grammatic *consil. 51. n. 15. in fine,* Decian. *in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. n. 14. versic. quod si simulatio Præsidis iussit,* Farinac. *d. quæst. 111. n. 44.*

In gloss. *Concussionis.* ibi, *crimen concussionis est, &c* Notatur ad hoc quòd concussio aliud non est, quàm aliquos premere occasione dignitatis, vel officij. vel, vt alij dicunt, propriè tunc committitur concussio quando quis in officio constitutus aliquid à subditis per metum extorquet, vt per Iodoc. *in prax. crimin. cap. 139. rubr. de concussion. n. 2.* Grammat. *dict. cons. 51. num. 13. & seq.* Decian. *d. tr. cap. 35. num. 24. verf. propriè autem concussio dicitur,* Farinac. *d. quæst. 111. n. 45.*

SVMMARIVM.

1 *In condictione ob turpem causam non deberi vsuras, & n. 3. intellige vt n. 4.*
2 *Datum turpiter accipientis, non dantis iure tu repeti.*

L. Quoties. IV.

Iidem AA. *&* CC. *Rufino.*

1 IN condictione ob turpem causam non debentur
2 vsuræ Item turpiter datum, accipientis non dantis intuitu repetitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Robert. *lib. 1. sententiar. cap. 11. in fine* Corras. *lib. 2. miscel. cap. 7. num. 1. &* 4 Cald. Pereira *de empt.*
4 *& vendit. cap. 23. num.* 45. vbi ait hunc text. esse intelligendum de vsuris antè decursis, quæ peti omnino debent etiam quando debentur, aliter nisi petantur, remissæ videntur.

S V M M A R I V M.

1 *Promissum marito ob lenocinij crimen non soluendum, solutum vicissim non repeti, & n. 2.*
3 *Lenocinium maritorum in vxores, vide ibi.*
4 *Turpitudinem suam allegans non auditur. intellige vt n. 5.*

L. Mercalem. V.

Iidem AA. *&* CC. *Bichophoro.*

1 PRomissum marito ob lenocinij crimen nō soluendum, solutum vicissim non repetitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. ho. tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. § 40. num. 11. & in repet. ad cap. per vest. ... notab. 3. §. 21. n. 23. pag.* 384 vbi dicit lenonem vxoris suæ mortis pœnam incurrere, Con. *in reg. peccatum, de regulis iuris lib. 8. p. 2. §. ... num. 6* Mench. *illustr. controuers. cap. 48. num. 4.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. q. 5. n. 12.* Pichard. *ad §. quod turpi ex causa, Inst. de inutil. stipulat. ... 7.*

3 *Et confessionem lenocinij, &c.*] De lenocinio maritorum in vxores, vide Ludou. Peguer. *de decis. ... 15.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 36. cap. 11.* Petr. Caball. *resolut. crimin. casu 1 ... 1* Farin. *in praxi crim. ... part. 4. quest. 144. n. 69. cum multis seqq.*

4 Notatur ad hoc quòd turpitudinem suam allegans non debet audiri. Afflict. *in cap ... num. 109. & seqq de feudo dato in vicem legis commiss. lib. 1. fol. 104.* Emman. Costa *in l. si ex cautione, C. de non numer. pecun. fallent. 9. num. 2.* Paul. Fusc. *lit. A, sing. 12.* Mas-
5 card. *de probat. concl. 78. num. 42.* vbi quòd allegans turpitudinem suam non auditur agendo, sed excipiendo. Late Card Tusch. *tom 8. lit. T, concl.* 404. Ego ipse *de Axiomat. iuris vsufr. q. axiom. 22. per tot.* vbi plures ampliationes & limitationes cumulaui.

S V M M A R I V M.

1 *Gratis ad facti præstationem obligatum teneri condictione ob turpem causam, & num. 3.*
2 *Furem restituentem pretio accepto. rem subtractam, vt turpiter re accepta ad restitutionem rei teneri, aut pretij.*

L. Ob restituenda. VI.

Iidem AA. *&* CC. *Eutychiæ.*

GRatis ad facti præstationem obligatus, dum 1 pretio accepto id præstitit, ad restitutionem tenetur condictione ob turpem causam. Item fur 2 pretio accepto rem subtractam restituens vt turpiter re accepta ad restitutionem rei, aut pretij tenetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 3 Pinel *in l. ... C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 4 num. ...* Menchaq *controuer. ... p. 3 cap. ... num. 16.* vbi per hūc text. ait quòd quando dedi aliquid alicui vt rem meam mihi restitueret, quam tenebatur gratis restituere, tunc possum repetere quod dedi, quamuis scienter dederim. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 33.* vbi quòd is, quid aliquid gratis facere debet, si pro eo faciendo præmium accipiat, turpiter atque dolose facere videtur.

L. Eum qui ob restituenda. VII. & vlt.

Iidem AA. *&* CC. *Zenoni.*

REcipiens pecuniam vt pecora per eum occulta ostendat, & consignet, tenetur eam restituere per condictionem ob turpem causam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supra ho: tit.*

De condictione furtiua.

T I T. VIII.

CONDICTIO furtiua est actio personalis, qua rei furtiuæ recipiendæ nomine fures tenentur Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Fac. & VVesenb. De materia vide *l. ... 10. tit. 14. p. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *plures Fures in solidum ob furtum obligatos, re furtiua per condictionem reddita per vnum liberationem impetrare, & n. 2. secus in condemnatis ratione delicti, n. 3.*
4 *Furtum pluribus committentibus, si vnus eorum restituerit solidum, an ceteri teneantur huic satisfacere pro æquis portionibus, remissiuè.*

L. Præses. I.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Vlpio.*

PLures fures in solidum ob furtum obligati, re 1 furtiua per condictionem reddita per vnum, liberationem impetrant Colligunt ex Ordinar ... Salicet. Bart Bald. Castr. Ange. Fulgos. Cuiac. Sichard. Aioys. Leo *in 4. fol. 9. verso*, Sebast. Næui remissiue. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit
2 *l. Hispan. 20. tit. 14. part. 7.* vbi statuitur quòd si plures sunt fures, omnes tenentur in solidum, sed vnius solutum liberat alios Boër. *dec. s.* 1 0. *num. 4.*
3 vbi quòd in condemnatis ratione delicti priuati, aut publici, quilibet tenetur in solidum, & vno eorum soluente cæteri non liberantur, quia soluens erit tantùm liberatus, & cæteri pro eorum parte tenebuntur, & *num.* 8 vbi hunc text. citat Anton. Gomez *variar. tom. 3. cap. 1. num.* 88. quòd in delictis non connexis à pluribus cōmissis vnusquisque principaliter, & de per se tenetur, & tali casu sententia absolutoria, vel condēnatoria lata in persona vnius, nec prodest, nec nocet aliis, nec pœna ab vno soluta corporalis, vel pecuniaria liberat alios, quia in qualibet persona censetur proprium delictum principaliter, & de per se: Nec obstat si dicas quòd quando plures tenentur in solidum ex vno, eodémque facto, vel obligatione, solutio vnius liberat alios, vt *in hoc text.* quia respōdetur quòd hoc procedit in contractibus in quibus omnes tenētur respectu vnius interesse rei, vel summæ deductæ in obligation. facta, vnde solutione facta ab vno, meritò liberantur alij; secus tamen est quando tenentur ex delicto principaliter, ad pœnam, quia tunc solutio facta ab vno, non liberat alios; additque idem Gomez per hunc text. *in 2. part.* quòd si plures teneantur etiam ex delicto, vel dolo ad rem, aut interesse, & non ad pœnam, solutio vnius bene liberat alios. Nauarr. *in man. cap. 17. num. 20. versic. secundò infertur,* Mich. Salon. 2. 2. *quæst. 6 2. art. 7. controuers.* 8. Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 2. cap. 12. num. 2.*

4 Pluribus committentibus furtum, si vnus eorum restituerit solidum, an cæteri teneantur huic pro æquis portionibus satisfacere? vide Sot. *de Iustit. lib. 4. quæst. 7. art. 3. ad 2.* Couarr. *in reg. peccatum, de regul. iur. lib. 6. part. 2. §. 12. num. 3.* Gregor. de Valentia *tom 3. disput. 5. quæst. 6. puncto 5* Medina *in Cod. de rebus restituen. quæst. 8. dub. 2.* Sayr. *d. cap. 12. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Furem, dum non restituit rem furtiuam, moram non purgare, censerique in mora assiduè, & numero 2.*

3 *Fur, seu violentus rei alienæ occupator, tenetur in animæ iudicio restituere rem, etiamsi ea perierit absque eius culpa, modò non fuerit eodem pacto peritura apud dominum.*

L. Ante oblationem, II. & vlt.

Iidem AA. & CC. *Aristæneto.*

1 FVr dum non restituit rem furtiuam, moram non purgat, & in mora assiduæ versari cēsetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionē ex hoc text. desumūt *l. Hisp. 20. tit. 14 part. 7. vbi gloss. 7. & 8.* Couar. *in regul. peccatum, de regul. iur. lib. 6. part. 2. §. 6.*
3 *num. 1.* vbi quòd fur, seu violentus rei alienæ occupator, tenetur in animæ iudicio restituere rem, etiamsi ea perierit absque eius culpa, modò non fuerit eodem pacto apud dominum peritura.

De condictione ex lege, & sine causa, vel iniusta causa.

TIT. IX.

CONDICTIO *ex lege* est actio personalis, competens ex obligatione. *Sine causa* condicitur quod datum est sine causa, vel aliàs ad aliquem sine causa peruenit, aut denique sine causa apud aliquem esse incipit. Ex *iniusta causa*, quod datum est ex stipulatione per vim facta. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVelembec. An autem condictio ex lege sit personalis, vide apud Tiraq. *de retract. lign. §. 8. gloss. 5. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *ob Debitoris fisci inopiam posse debitorem sui debitoris ante tempus exigi, & n. 2.*

3 *Fiscus quando vrget aliqua publica necessitas, potest exigere à debitoribus ante diem, soluto interusurio medij temporis.*

4 *Fiscus si remota iusta causa conueniat debitorem suum ante diem, induciæ sibi sunt duplicatæ. potest debitores primipili cogere vt ante diem soluat deducto interusurio medij temporis, num. 5.*

6 *Soluere ante diem quando quis cogitur, intelligitur detracto interusurio medij temporis.*

L. Licèt ante. I.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Vlpio.*

PRopter inopiā debitoris fisci potest debitor sui debitoris ante tempus exigi. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Castr. Angel. Fulgos. & vtrig. Sichard. Aloys. Leo *in 4 fol. verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concord.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Roder. Suar. *ad lectur. l. post rem iudicatam, in declar. legis Regni, limit. 7. n. 5.* Emman. Costa *lib 2. select. cap. 15. à prin.* Ranchin. *p. 2. decis.* 436. Soar. de Paz *in pract. tom. 1. r. 3. c. 3. n. 17.* vbi quòd executioni locus est termino soluendi elapso, non antea. 2

Allegari solet hic text. ad hoc quòd fiscus, quan- 3
do vrget aliqua publica necessitas, potest exigere à debitoribus ante diem soluto interusurio medij temporis. Ita Hippol. *sing.* 355. Anton. de Trigona *sing.* 7 Roder. Xuar. *d. l. limit. 7. n. 5.* Lucan. de Parma *in tract. de fisco, & eius priuileg. p. 1. post n. 7. vers. secundus casus specialis est in fisco*, Boss. *in tit. de fisco, & eius priuil. n. 33.* Rebuff *in l. eum qui 16. vers. vndecimus, ff. de verb. sign. pag. mihi* 99. Surd. *de aliment. tit.* 8 *priu. l. 77. n. 9. & 10.* Anton Gabr. *commun. lib. 2. tit. de dilationib. concl. 2. n. 27.* Bobadil. *in sua politica lib. 3. cap. c. n. 38.* Peregr. *de iure fisci lib. 6. tit. 7. n.* 21. vbi subdit 4
quòd si remota iusta causa fiscus conueniat debitorem suum ante diem, induciæ sibi sunt duplicatæ. §. *plus autem, Instit. de action. §. temporales, Instit. de except.* Farinac. *fragm. criminal. part. 1 verbo fiscus n.* 204. Ceuall. *commun. contra communes qu. st. 790. num.* 49. Cardos. *in praxi iudicum & Aduoc. verbo debitor. n.* 5. VValker. *l. 2. miscel. c. 37.* latè D. Barbos. *vol. 1. p. 7. n. 1.*

fiscon

ff. soluto matr. vbi ex hoc text. colligit posse fiscum debitores primipili cogere vt ante diem soluant deducto interusurio medij temporis, additque ex Cuiac. *in l. 3. in fine, C. de primipil. lib. 12.* hanc legem specialiter procedere in eo, quod debetur ex causa primipili; ita vt non debeat fieri extensio ad aliud
6 debitum fiscale, neque ad causam dotis.

In gloss. *Exoluatur, fin.* ibi, *remisso interusurio*, &c. Notatur ad hoc quòd quando quis cogitur soluere ante diem, intelligitur detracto interusurio medij temporis, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. gloss. 18. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Creditorem, cui est satisfactum, teneri reddere chirographum debitoris, & num. 2.*
3 *Debitori soluenti reddendum est instrumentum debiti.*
4 *Debitor licèt teneatur conficere creditori instrumentum de debito, id tamen intelligendum de instrumento simplici, nō de guarentigiato, si videat creditorem assertum nolle dare pecuniam, poterit agere super cancellatione instrumenti, vel chirographi, n. 5. tenetur creditori refundere impensas instrumentorum debiti, n. 6.*

L. Dissolutæ. II.

Iidem AA. & CC. Sculatio.

1 Creditor, cui est satisfactum, tenetur reddere chirographum debitoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Aloys. Leo
2 *in 4. fol. 10.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 17. tit. 1. part. 3. vers. e a vn si* vbi statuitur quòd debitori soluenti reddendum est instrumentum debiti, Ias. *in l. huiusmodi §. si ita n. 5. & 18. ff. de legat. 1.* Deci. *in cap. 1. num. 37. de probat.* Tiraq. *de retractu lign. §. 19. gloss. 5. num. 1.* vbi *num. 2.* subdit
4 quòd licèt debitor teneatur conficere creditori instrumentum de debito, id tamen debet intelligi de instrumēto simplici, non autem guarentigiato, quoniam ex hoc efficeretur illius conditio multo deterior ob paratam ex huiusmodi instrumento executionem. Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ tract. de chirog. & cedul. recognit. art. 2. num. 2.* vbi ait quòd poterit debitor si videat creditorem assertum nolle dare pecuniam, agere super cancellatione instrumenti, vel chirographi, deinceps pecuniam non fuisse vnquam numeratam, & sic instrumentum esse apud creditorem sine causa, & ideo cancellandum esse, vel poterit petere quòd cedula sibi restituatur, vt glossa tenet *in præsenti.* Valasc. *consult. 21. n. 1. vers. accedit*, vbi ait quòd prudentes negotiatores apochas,
6 vel instrumenta de debitis solemniter conficiunt.

Reddi oportere, &c.] Nota quòd debitor tenetur creditori refundere impensas instrumentorum debiti, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 29. gloss. 3. n. 1. & de retract. conuent. §. 6. gloss. 2. num. 24.* Auendan. *de exeq. mand. p. 2. cap. 19. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Possessorem malæ fidei partem non facere percipiendo fructus, sed furti actione teneri ob furti consumptionem. Teneri rei vendicatione ad fructus extantes, ad consumptos condictione ex iniusta causa, n. 2.*

L. Mala fide. III.

Iidem AA. & CC. Galatiæ.

Malæ fidei possessor fructus percipiendo non facit furtum, sed ob consumptionem furti 1
actione tenetur. Itē malæ fidei possessor ad fructus 2
extantes tenetur rei vendicatione, ad consumptos conditione ex iniusta causa. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 142.*

Vide *l. Hisp. 21. tit. 14. p. 7.* vbi *gl. 3.* Abb. *in c. Cumana n. 11. de elect.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 5. n. 77.* vbi ait quòd text. in præsēti loquitur quando proprietarius cōuincit possessorem malæ fidei in iudicio, tūc enim priuatur possessor omni commoditate perceptionis, sed ante sententiam non debet priuari ex officio priuato.

SVMMARIVM.

1 *Confessum per scripturam se mutuum recepisse spe futuræ numerationis non sequuta, posse intra biennium condicere cautionem, & etiam postea si intra biennium protestatio facta sit.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuatur, si protestatio facta sit ante biennium elapsum coram iudice. Idem quando is, qui debitum spe futuræ numerationis fuit confessus, intra biennium extra iudicium coram creditore excepit, n. 3.*

L. Si non est numeratum. IV. & vlt.

Iidem AA. & CC. Alexandro.

Confessus per scripturam se mutuum recepisse 1
spe futuræ numerationis non sequutæ, intra biennium potest condicere cautionem, & etiam postea si intra biennium sit potestatio facta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 2

Vel intra hanc diem, &c.] Nota quòd exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuatur, si protestatio facta sit ante biennium elapsum corā iudice, quòd licèt confessus fuerit se recepisse pecuniam, tamen veritas est quòd fuit spe futuræ numerationis inde non sequutæ. Ita Herculan. *in tract. de prebanda negatiua n. 224. & 225.* Mascard. *de probat. concl. 129. n. 11.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 1. tit. 258. de non n. pecun. cap. 4. vers. 1.* Idem quando is, qui debitum spe 3
futuræ numerationis fuit confessus, intra biennium extra iudicium coram creditore excepit; dicens se non recepisse pecuniam, vel tantùm summam, quā recepisse fuit confessus, glos. *verbo querimoniam, in l. si intra, C. de non num. pecun.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 302.*

De obligationibus, & actionibus.

TIT. X.

OBLIGATIO est iuris vinculū, quo ad aliquid dandū, vel faciēdum tenemur. *Actio* est ius persequēdi in iudicio quod sibi debetur. *l. nihil 51. ff. hoc tit. & Inst. de obl. in pr.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesēbec.

De actionibus & eius natura, Baptista de S. Blasio *tom. 3. tract. Doctor. part. 2. fol.* 43. Ludou. Mayn. Anton. Oliban. Arnold. ab Hersolt, Rainaldus Bachon. De actionum cessione, & iuris fienda, Ioann. de Grassis *cod. tom. 3. part. 2. fol.* 72. De actionibus ædilitiis, Gasp. Caballin. *tom. 6. part. 1. fol.* 97. De actionibus personalibus, Placentin. *d. tom. 3. p. 2. fol.* 39. De materia actionũ plura incidenter cumularunt, Forcatul *dialog.* 97. Charond. *lib. 3. verisimil. cap. 1. cum seqq.* Sebast. Medic. *de definit. desin.* 25. Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 19. cap. 1. cum seqq.* Petr. Greg. *syntag. iuris p. 3. lib. 10. & lib. 21. c. 3. de obligationibus, & cap. 8. de actionibus*, Gregor. Lopez Madera *animaduersionum iuris ciuilis cap.* 10. vbi *n. 2. & 3.* quòd actio est correlatiua obligationis & ex animo, & consensu oriuntur, Soar. de Paz *in pract. tom. 3.* Vacun à Vacuna *declar. iuris l. 6. declar. 89 n. 6. cum seqq.* Loriot *de apic. iuris tract. 1. de actionib.* Parlador. *in sesqui centuria quotid. different. differ. 32. cum seqq.* Anton. Fabr. *coniecturar. lib. 20. cap. 9. cum seqq.* Cardin. Tusch *practic. conclus. tom. 1. lit. A. conclus.* 95 Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo Actio.* Anton Gab *commun. l. 2. de actionib.* Bellacomb. Soar Viui & alij *tom. 1. commun. opin. l. 4. tit. 5.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. sub tit. de actionib.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 511. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Mandator actoris si moriatur sine hærede lite non contestata, mandatori vtilem acquiri actionem per mandatarium.*

2 *Actiones directas Procuratori in rem suam mandatas mortuo mandatore absque hærede, iuris artificio in vtiles conuerti.*

3 *Actiones vtiles in contractu innominato sine cessione non transeunt, neque competunt.*

4 *Traditio quantum facit in rebus corporalibus, tantum in rebus incorporalibus facit cessio.*

5 *Actionem cedere aliud est, & mandare aliud.*

6 *Actiones directæ transferri non possunt per cessionem, cum ossibus censeantur inesse.*

L. Data certæ. I.

Imp. GORDIANVS. A. *Valeriæ.*

1 SI mandator actoris moriatur sine hærede lite non contestata, per mandatarium mandatori
2 vtilis acquiritur actio. Item directæ actiones Procuratori in rem suam mandatæ, mandatore mortuo absque hærede iuris artificio in vtiles conuertuntur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Castr Angel Fulgos. Sichard. Cuiac Aloys Leo, Giphan. *tom. 1. pag* 246. Sebast. Næui remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

3 Allegari vulgò solet hic text. ad hoc quòd vtiles actiones in contractu innominato sine cessione non transeunt, neque competunt, vt per Zaz. *l. 2. singul. intellect. c. 5.* Pract. Ferrariens. *in forma vendit. vers. cessit num 4. & 5.* Cuiac. *l. 2. obseru. 3.* Tell. Fernandez *ad l. 17. Tauri n. 50. cum seqq.* Auendan. *resp. 20. num 2. cum seqq.* Molin. *de primog. l. 4. c. 2. n. 33. cum seqq.* latè Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de solution. resolut. 13. à princip.* latissimè Cald. Pereira *de emptio. & vendit. cap. 24. num. 12. cum sequentib.* vbi *n. 20.* ait citra vllam violationem, aut supplementum procedere hunc text. si aduertatur

hìc à principio actiones fuisse mandatas, & sic tam vtiles, quàm directas, quia tamen superstite cedente in iudicium deductæ non fuerunt, constitutum est post eius morte vtiles dumtaxat posse intẽtari, &c.

Et nota quòd quantum in rebus corporalibus facit traditio, tantum in rebus incorporalibus operatur cessio, de quo in præsenti Bart. *num.* 8. & Bald. *num.* 11. Tiraq *de constitutio part. 1. num. 107. cum sequent. & de retract. lig. § 1. gloss. 7. num. 12. & §. 26. gloss. 1. n. 58.* Pelaez *de maioratu p 1. q. 40. n. 1.* Tell. Fernandez *l. 17. Tauri n. 50.* Molin. *d. l. 4. c. 2. n. 15.* Velasq de Auendan. *l. 44. Tauri gloss. 10. num. 3. & gloss. 14. n. 17.* Pereg. *cons. 92. n. 9. l. 4.* Parlador *differ. 37 §. 3. n. 1.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. C. concl.* 205. Cardin Mantic. *de tacitis & ambig. conuent tom. 2. l. 14. tit. 25. num. 14.* 4

In gloss. *Data 1.* ibi, *vel illud in quinque casibus*, &c. Vide pract. Ferrarien *in forma vendit. vers. cessit num. 4.* Iacob. de Arena *de cessione iuris num. 64.* Ioan. de Grassis *cod. tract. §. 1. num. 2.* Alez Trentacinq. *d. tit. de solution. resol. 13. num. 8* remissiuè Gutier. *de iurament. confirmat. p. 1. cap. 68. n. 5.*

In gloss. *Mandatum.* ibi, *aliud est cedere actionem, & aliud mandare*, &c. Vide Parlador. *in sesquicenturia quotid. differ. 17. §. 2.* 5

In ead. gloss. ibi, *quia semper remanent penes eum directa* &c. Notatur ad hoc quòd directæ actiones per cessionem transferri non possunt, cum ossibus inesse censeantur, vt per Pract. Ferrar. *d. vers. cessit num. 3.* Tiraq. *de retractu lig. §. 16. gloss. 1. num 58.* Neguz *de pignorib. p. 2. memb. 3 num. 32.* Duen. *reg. 210. ampl. 12.* Afflict. *decis. 115. num. 13.* Parlad. *rerum quotid. l. 2. c. fin p. 3 §. num. 15. & differ 37. num. 6.* Molin. *de primogen. l. 1. c. 19. num. 14. & 17* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 15. cap. 44. vers. quòd si quis*, Surd. *cons. 444. n. 4.* Anton. Fabr. *l. 12. coniectur. c. 12. col. 2.* Card. Tusc. *tom. 1. lit. A. concl. 97.* D. Barbos. *in l. si alienam, n. 62. ff. soluto matrim.* 6

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris vbi in dotem datur, vel ex causa venditionis, competere actiones vtiles, & n. 2. intellige vt n. 3.*

4 *per Litis contestationem plenum ius acquiritur cessionario, ita vt deinceps reuocari cessio nequeat.*

L. Nominibus. II.

Impp. VALER. & GALLIEN. AA. *Celso.*

VBi nomen debitoris datur in dotem, vel datur ex causa vendicationis, competunt vtiles actiones. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* Giphan. *tom. 1. pag. 246.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Pract. Ferrar. *in forma vendit. vers. cessit n. 4.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 2. n. 6.* Hotoman. *l. 6. obseru. 16.* Donell. *comment. iur. ciuil. l. 15. c. 41. vers. postquam.* Alex. Trentacinq. *var. resol. l. 3. tit. de solut. resol. 13 n. 8 vers. secundò non procedit in dote*, Peregr. *cons. 110. n. 5. l. 3.* D. Barbos. *in l. æstimatis n. 8. ff. soluto matrim.* vbi intelligit hunc text. procedere quando nomẽ debitoris datur in dotem, scilicet pro satisfactione dotis promissæ in quantitate, nam tunc cùm in solutum detur, videtur ius nominis translatum in maritum; & sic quasi illud emerit, *l. si prædium, C. de euict.* conceditur ei vtilis actio suo nomine. 2 3

Nec

4 *Nec litis contestatio*, &c.] Notatur ad hoc quòd per litis contestationem plenum ius acquiritur cessionario, ita vt deinceps reuocari cessio non queat, ita Parlad. *sesquicenturia quotidian. different. differ. 37. §. 3. num. 2.*

L. Ob causam. III.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Rusticano.*

1 PRo debito domini non conuenitur colonus, qui pensionem soluit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Corras. *lib. 2. miscellan. cap. 8 n. 1.* Duaren. *in l. in actionibus n. 2 ff. de in litem iur.* Cuiac. *lib. 8. obseru. 7.* Pechi *de iure sistendi cap. 4. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *in Contractibus bonam fidem exuberare.*
2 *Bonam fidem in quolibet contractu exigi.*
3 *Conuentio qualibet dicitur bona fidei quatenus ab ea fraus, & dolus abesse debet.*

L. Bonam fidem. IV.

Iidem AA. & CC. *Liciniæ.*

1 IN contractibus bona fides exuberat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati. *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Vide Soar. de Paz. *in pract. tom. 3. cap. 6. num. 3.* vbi ait bonam fidem in quolibet contractu exigi, idest, syncerum animum ab omni dolo, fraude, & calliditate separatum. Didac à Britto *in rub. de locato, &*
3 *conducto part. 2. §. 1. num. 2.* vbi dicit quamlibet conuentionem dici bonæ fidei quatenus ab ea fraus, & dolus abesse debet.

SVMMARIVM.

1 *Contractus, qui ab initio in libera voluntate consistunt propter mutuum consensum, postea valere ex necessitate, nec inuita altera parte dissolui, & num. 2. intellige vt num. 4. limit. vt num. 5.*
3 *in Contractibus nominatis non habet locum pœnitentia.*
6 *Contrahere quilibet potest, nisi lege reperiatur prohibitus.*

L. Sicut initio. V.

Iidem AA. & CC. *Camerino & Martiano.*

1 COntractus, qui ab initio in libera voluntate consistunt propter mutuum consensum, postea ex necessitate valent, nec inulta altera parte dissoluuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol. 10. verso.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, *l. 10. tit. 11. part. 1. vbi gloss. fin.* Hippol. *sing. 333. n. 7* Roland. *cons. 30. num. 33 lib. 1.* Afflict. *decis. 280. n. 6.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 42. n. 19. pag. 652.* Ioseph. Ludou. *tom. 3. etiam commun. opin. tit. de empi. concl. 4.* Anton Gom. *l. 40. Tauri num. 30 in princ.* Molin. *de iustic. tract. 2. disp. 258. vers. sexta conclusio*, Rebell. *de obligat. iustit. part. 2 lib. 10. q. 1. à num. 17. & lib. 1. q. 3. sect. 1. num. 5.* Castill *controuers. quæst. lib. 3. cap. 10. num. 51.* vbi dicit hunc text. singularem ex eo quòd non considerat an ex interuallo, vel incontinenti vnus ex contrahentibus velit recedere à contractu, vel aliquo modo innouare eum.

5 Notatur ad hoc quòd in contractibus nominatis non habet locum pœnitentia, vt per Molin. *de iustit tract. 2. disp. 258. num. 10.* vbi extendit ad alios contractus, qui priuilegio iuris ciuilis, aut vinculo iuramenti nominatis contractibus hac in parte æquiparantur, Bened. Ægid *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, part. 2 cap. 12. differ. 2. num. 8. vers. vnde.* Rebell. *de obligat. iustit. par. 2 lib. 1. q. 3. sect. 1. num. 5.*

Ad vulgarem huius text. allegationem, quòd contractus à principio sunt voluntatis, inde verò necessitatis, vt in eis locus non sit pœnitentiæ, vide Ias. *in l. si pecunia num. 12. C. de condict. ob caus. m.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis num. 15 C. de reuocand. donat.* Thom. de Thomasset. *in floribus leg. in*
reg. 6. vbi ait procedere quando contractus iure sunt 4
perfecti, secus verò si superueniat fraus, & dolus, vel ab eis de consensu vtriusque partis recedatur, Perez. *ad tit. 2 lib. 5. Ordin. pag. 127. vers. quæritur vtrùm*, Eugen. *cons. 50. num. 8. tom. 1* Lancellot Gallia *cons. 42. num. 48. & cons. 115. num. 8. & cons. 121. num 25.* Bursat. *cons. 138. num. 14.* Caball. *cons 41. n 4. vol. 2.* Rimi. *cons. 205. n. 54. & cons. 218. num. 20.* Honded. *cons. 40. num. 69. vol. 1.* Amat. *decis. 24. num. 8* Surd. *cons. 179. num. 54. & cons. 291. num. 13. & consil. 205. n. 9. & cons. 484. num. 1. & cons. 531. n. 4. & decis. 261. num. 17. & decis. 253. num. 1.* Aldouin. *cons. 72. num. 2.* Seraphin *de priuileg. iuram. priuil. 75. n. 48.* Magon. *Lucensi decis. 17. & decis. 31. num. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 1. quæst. 13. num. 7.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 43. n. 14* Seraph. *Rota Romana decis. 427. num. 2.* Aloys. Ricc. *in collectan. decis. collect. 957.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo contractus num. 4.* Amatis *decis. 24. n. 8.* Giorb. *decis. 113. num 6.* Card. Tusch. *practic. concl.*
tom. 2. lit. C. concl. 983. per tot. vbi *n. 5.* limitat in 5
contractu nominato conditionali celebrato gratia vnius partis tantùm, quia potest reuocari pendente conditione: metipsum *de Axiomat. iuris vsufrequent. axiom. 58. num. 4.*

6 *Libera potestas vnicuique est*, &c.] Notatur ad hoc quòd regulariter omnis persona potest contrahere nisi lege reperiatur prohibita, vt per Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 1. ante num. 1.*

L. Si in solutum. VI.

Iidem AA. & CC. *Mauricio.*

1 ACtiones personales cessæ hypothecæ ius simul transferunt cum actione hypothecaria. Colligunt ex Ordin. Doctores citati, *ad l. 1. n. 1 supr. hoc tit.* Aloys Leo *in 4. fol. 10. verso.*

2 Hanc eandem enim conclus. ex hoc text. desumunt Boër. *decis. 335.* Neguzant. *de pignorib. par. 6. memb. 1. n. 19.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. c. 2. n. 6. vers. item dare in solutum.*

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria vendita dici quoque vendi actionem rei vendicationis, & num. 3.*
2 *Pignore, aut hypotheca vendita ius potere emptori ius vendendi, nisi priores creditores vendiderint, vel praescripserint emptores.*
4 Comparare, *pro emere.*

L. Si à creditore. VII.

Iidem AA. *&* CC. *Dionysio.*

1 Hypothecariâ venditâ dicitur quoque vendi
2 actio rei vendicationis. Item vend o pignore, aut hypotheca vendita, ius vendendi eu ptori co petit, nisi priores creditores vendiderint, vel emptores praescripserint. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup hoc tit.*
3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Boër. *decis.335.num.1.*
4 *Compara.*] Idest, emisti, vt per Tiraq. *in praefat. retract.lig. num.4.*

Vel longi temporis praescriptione,&c] Vide Balb. *de praescriptione 4.par.quarta princip.q.3.n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Donationem non finiri morte, sed permissionem ordinatam ad donationem de futuro re integra morte finiri.*
2 *Mandatum gratia remunerationis factum morte mandatis censeri solutum, & num.4.*
3 *Mutuum per delegationem nouandi causa factam non sublatum, debitorem eiusdemque haeredes soluere.*

L. Si quidem donationis. VIII.

Iidem AA. *&* CC. *Crescentio.*

1 Donatio non finitur morte, sed permissio ordinata ad donationē de futuro re integra mor-
2 te finitur. Mandatum gratia remunerationis factum
3 morte mandatoris censetur solutum. Item mutuum per delegationem nouandi causa factam non sublatum, debitor & eiusdem haeredes soluunt. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l.1.n.1 sup.hoc tit.*
4 Hanc eandem conclus. quoad secundam eius partem ex hoc text. desumont Sebast. Naevi. *in tract. Mors omnia soluit, verbo mandatum, concl.3.* Tiraq. *in l.si vnquam, verbo donatione largitus num.68. C. de reuocan.donat.*

L. Negantes IX

Iidem AA. *&* CC. *Glyconi.*

Debitum non armata manu à debitore negante exeoriendum, sed iudicialiter petendum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Actione hypothecariâ contra debitores institutâ adhuc locum esse personalibus actionibus contra eosdem pro residuo, & n.1.*
3 *Obligatio personalis ad annui redditus solutionem manet etiam ipsa re extincta, super qua iure pignoris, & hypotheca constituta fuit.*

L. Aduersus. X.

Iidem AA. *&* CC. *Rufino.*

Hypothecariâ actione contra debitores instituta locus adhuc est personalibus actionibus 1
contra eosdem pro residuo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati, *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hane eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Boër. *decis.309.num.1. & 3.* Neguzant. *de pignorib. part.8.memb.1.n.46.* Couarr. *lib.3.var.cap.7.num.5. in fine*, vbi quòd personalis obligatio ad annui red- 3
ditus solutionem manet etiam ipsa re perempta & extincta, super qua iure pignoris, & hypothecae constituta fuit, Ioan. Garc. *de expensis cap.4.num.43.* vbi dicit quòd cōstituto annuo redditu, vbi actioni personali est accessoria hypothecaria, si res perimatur, quae obligata est ad solutionem, durat obligatio personalis ad consequendos redditus annuos, quod etiam aliis citatis tradit Gutier. *practic. lib.1. q.177.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Mutuatum à colono, non potest repeti à domino, etiamsi praesens fuerit.*
2 *Foemina nimiam credula.*
3 *non facilè Credendum assertioni alterius.*

L. Nimia credulitate. XI.

Iidem AA. *&* CC. *Paulo.*

Quod mutatur à colono, non potest repeti à 1
domino, etiamsi castaldi (aliàs vasalli) Domini fuerint praesentes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati, *ad l.1.n.1 sup.hoc tit.*

Notatur hic text. ad hoc quòd foeminae sunt ni- 2
mium credulae, vt per Tiraq. *ad l.9.connub. gloss. 1. part.9.n.117.*

Notatur etiam ad hoc quòd non debemus alte- 3
rios assertioni facilè citóque teneri credere, vt per Tiraq. *de poenis temper.cap.51.n.26.*

SVMMARIVM.

1 *Liberum hominem non teneri seruire ob pecuniarium debitum, & num.1.*
3 *Addictio quaedam olim voluntaria, qua debitores in voluntariam seruitutem addici se patiebantur, donec creditoribus suis satisfecissent, remissiue.*

L. Ob aes alienum. XII.

Iidem AA. *&* CC. *Iouino.*

Ob debitum pecuniarium liber homo seruire 1
non tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, 2
exornantque *l. Hisp. 2.in fine tit.11.p.1.& l.3.tit.13. part.5.*

part.5 vbi glos. 3. Conan. comment.iuris ciuilis l. 4. cap.14.n. 8. Roder. Xuar.l. 2.tit.de los gouernos. in princ.num.7.Guilielm.in cap. Rainutius. verbo testamentum el 3.num.23.Strach.de mercatura part. 3. tit. de decoctor.num 40. Greg.de crimine lesæ maiest.l. 1. quæst.20.num.8.cum seqq.Iacob Reuard. var. siue de 3 iuris ambiguitat. l. 4. cap.18. vbi quòd olim fuit in vsu addictio quædam voluntaria,qua se in voluntariam seruitutem tandiu addici debitores patiebantur,donec suis creditoribus satisfecissent,& deinde de intellectu agit, Anton.Gom.var.tom.1 c. 11. num.51. ad fin.vers. nec obstat. Menchaq. de success. creat.lib.1.§.22.ex n.80. Cou.var. l. 2 cap.1 num. 1. ante fin. vbi ait iure Cæsarum decretum esse ne debitores liberi in seruitium dentur creditoribus, etiamsi bona debitoris defecerint, nec ex eis possit creditoribus satisfieri,Gasp.Baëc. de inope debitore, cap.1.num. 6. Soar de Paz in practic tom. 1. part. 4. cap.5.num.3.& part.5.cap.3.§.3.num. 151. Menoch. de arbitr.casu 183. num.3.Marth. Coler. decis. 135. Ludou. Bender in tract. de remision.concl. 8. num. 3. fol.176. Azeued.l.6.num.1. tit. 16. l. 5. nouæ Recop. Felician.de censib.l. 1.cap.8.num. 8. col. 2. Amescua de potestate in seips.l.2.cap. 14. num. 32.vers.mouentur.D.Barbos.in l. alia, §. eleganter num.53. ff. soluto matr. Cardos. in praxi iudicum, verbo pignus num. 4. Guid.Pancirol.in thesauro var.lection. l. 2. cap. 200. vbi ait quòd olim concessum fuerat vt pro pecunia debita liberi operas suas in seruitutem darent, qui nexi vocabantur,& addit in hac l. liberos,pro liberis hominibus,non pro filiis accipi.

AVTH. Imò.

1 Creditor propria auctoritate in seruitutem trahens debitorem ob debitum,illud amittit, & tantundem dat debitori, & eius parentibus. Colligunt ex Ordin.Doctores citati ad l.1. n. 1. supr. hoc tit. Aloys.Leo in 4.fol.11.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt l.Hisp.15.tit.10.part.7.vbi gloss.5.per tot.& l.3.tit.13. part. 5 vbi glos.4.Abb in cap. 2.num.2.de pignor.Conan.comment.iuris ciuilis l. 4.cap. 14.num 8.Roder. Xuar. l.2.tit.de los gouiernos à num.8.Matth Coler. de processib.execut.l.1. cap.6.a num.43.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum accipientem obligari, non eum, ad quem pecuniam peruenit ex obligatione.*

2 *Actio personalis non datur contra tertium, sed personam sequitur obligatam.*

L. Eum qui mutuam. XIII.

Iidem AA.& CC. Barsumio.

1 Accipiens mutuum obligatur, non is ad quem pecunia ex obligatione peruenit. Colligut ex Ordin.Doctores citati ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit. Aloys. Leo in 4.fol. 11.

2 Notatur ad hoc quòd actio personalis non datur contra tertium, sed personam sequitur obligatam, vt per Afflict.decis.9 .num.6 & decis. 162.num. 5. Surd.decis.90. num.3. Cald.Pereira in l.si curatorem, verbo sua facultate num.80.C. de in integ.restit.minor. Sanch.de matrim.l.9.disp.4.num.29.

L. Est in arbitrio. XIV.

Iidem AA.& CC. Hermedoro & Nicomacho.

Creditor electionem habet,an personalem, vel hypothecariam intentet actionem. Colligunt ex Ordin.Doctores citati ad l.10.1 supr.hoc tit.

Vide posita in collect. ad l. fin. infra de annali except.

SVMMARIVM.

1 *Excussionem principalis & fideiussoris prius fieri, quam pignoratitia contra debitorem intentetur actio.*

2 *Actor antequam agit contra tertium possessorem, excussionem faciat in bonis ipsius debitoris principalis,& minus idoneis repertis, tunc contra tertium possessorem agit.*

AVTH. Sed hodie.

Excussio principalis & fideiussoris prius fiet antequam pignoratitia contra debitorem intentetur actio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l.1.num.1.sup.hoc tit. 1

Notatur ad hoc quòd quando actor agit contra tertium possessorem, prius excussionem facere debet in bonis ipsius debitoris principalis, & minus idoneis repertis,tunc agit contra tertium possessorem,vt per l.Hisp.14.tit.13.part.5. Mayn. de actionib. l. 2. cap. 18.Soar.de Paz in practica tom.1.c. 2. §. 4. num.35.vbi subdit corrigi iura antiqua, quibus electio dabatur creditori, vel agendi contra principalem actione personali,vel contra tertium possessorem hypothecaria,vt dicebatur in l.ea distinctis,C.de pignorit.

Vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant.

TIT. XI.

SANCITVR hoc titulo, actiones quæ non cœperunt à defuncto, vel contra defunctum,ab hæredibus,vel contra hæredes,qui in vniuersum ius defuncti succedunt,initium sumere, abrogatâ regula iuris antiqui, quòd actio quæ aduersùs nos non cœperit, neque aduersùs nostros transeat Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb.De materia vide Azeued.l.6.t.10. tit. 6. l. 5. nouæ Recop. Aluar.Valasq consult.157.num. 14. vbi adducit casum in quo potest verificari hæc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes, & contractus actiuè & passiuè transire ad hæredes,& num.2.*

3 *Hæres repræsentat personam defuncti in his,quæ eius morte non extinguntur.*

5 Venditio

4 *Venditio fieri potest eo pacto vt res, aut dominium in emptorem non transeat nisi post mortem venditoris.*

5 *Bona sua, vel eorum possessionem alij quis donare, vel promittere potest post mortem.*

6 *Re promissa in tempus mortis, non oritur aliqua actio, vel obligatio ante diem mortis.*

7 *Promittentem quando constat nullum habuisse respectum ad mortalitatem, imo ipsi promissio magis censenda est donatio inter viuos, quam donatio mortis causa.*

L. Cùm stipulationes. Vnic.

Imp. Ivstinianvs A *Ioanni* PP.

1 OBligationes, & contractus actiuè, & passiuè ad hæredes transeunt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart Salicet. Bald Castr. Angel Fulgos. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *in 4 fol. 11. verso*, Donell. Sebast. Næui remissiuè Casal *in ann. 1.* & Ximen. *in com*.

2 Hanc eandem concl ex hoc text. desumunt Anton Gom. *var. tom. 1. cap. 5. num. 14 prope fin. & l. 64. Tauri n 5.* Duen. *reg. 2-7.* Matth. Coler. *decis. 8. n. 1.* Cuiac *lib 3. obseru. 34.* Emman. Costa *lib. 1. select. c 16. num 1. & cat. 18. in princip. & col. 3. & cap. 19 num. 1.* D Barbos. *in l. 2. in princ. par. 1. n. 137. ff. soluto matrim. & in l. qua dotis num. 107 ff eod tit.* Cald. Pereira *quæst. forens lib. 1 c 15. num. 6* vbi declarat hæredem
3 repræsentare personam defuncti in his, quæ eius morte non extinguuntur.

Post mortem compositos, &c] Notatur ad hoc
4 quòd venditio fieri potest eo pacto vt res, aut dominium in emptorem non transeat nisi post mortem venditoris, vt per Tiraq. *de retractu lig. § 1. gl. 10. n. 128.* Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, super declar. legis Regni lib. ir. 5. num. 16* vbi quòd
5 bona sua, vel eorum possessionem potest quis alij donare, vel promittere post mortem, Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 11. num. 21. col. 3. in princ.* vbi quòd
6 quando aliquid promittitur in tempus mortis, non oritur aliqua actio, vel obligatio ante diem mortis.
7 D. Barbos. *in d. l. qua dotis num. 107.* vbi subdit quòd quando constat promittentem nullum habuisse respectum ad mortalitatem, sed ideo promisisse cùm moreretur, quia nolebat antea cum effectu obligari huiusmodi promissio magis censenda est donatio inter viuos, quàm donatio causa mortis, quia mors tunc videtur venire per modum dilationis, quæ non efficit donationem causa mortis.

Ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur.

Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Filios & vxorem aequum est teneri pro debito conuerso in eorum commodum.*

2 *Vxorem teneri alere virum in casu necessitatis de bonis paraphernalibus.*

3 Hunc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Francisc. Niconit. *in repet. rub. ff. de oper. nou. nunt. iat. num. 56.* latè Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure part. 2. cap. 3. num. 2.* vbi rationem praestat, quia cùm ipsius seruilis personae eiusmodi incapacitas sit, quòd ciuilem obligationem suscipere nequeat, non potest vtique liber factus illa obligatione teneri ex antegesto contractu, quam contractus ipse ab initio non produxit, nec potuit producere in serui persona.

4 Allegari solet ad hoc quòd conditio nunquã retrotrahatur in praeiudicium alterius, vt per Hip. *in l. Statuliber num. 2. ff. de condit.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 10. n. 68. & de iure constituti p. 2. ampl. 17. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Mutuum capiẽs in seruitute, liber factus non tenetur.*
2 *Seruus non potest mutuare, nisi dominus liberam illi administrationem concessisset peculij, n. 3.*

L. Creditoribus. II.

Imp. ANTONINVS A. *Bexico.*

1 ACcipiens mutuum in seruitute, liber factus non tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati, *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Qui tibi in seruitute mutuam pecuniam crediderunt, &c.*] Ergo seruus non potest mutuare. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 22. p. 2. n. 6.* Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. de personis quae possunt mutuare, vel non, num. 4.* Azor. *inst. moral. p. 3. lib. 7. de mutuo c. 3. q. 1.* nisi quando dominus liberam illi administrationem 3 peculij concessisset. *l. rogasti, §. fugitiuus, ff. de rebus cred.* vbi Ias. *n. 5.* Petr. Greg. Azor. *citatis locis*, Mozz. *d. n. 3.*

L. Promissae. III.

Imp. ALEXANDER A. *Herodi.*

PEcunia ob libertatem promissa petitur per actionem in factum Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text desumit 2 *l. Hisp. 6. tit. 11. part. 5.* vbi sic dicitur, *Fueras ende si el sieruo prometiese alguna quantida de marauedis al señor, e despues que lo ouiese afforrado non gelos quisiesse pagar, ca entoce por tal prometim ento como este fincaria el sieruo obligado, & seria tenudo de lo complir.* Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 2. cap. 3. num. 5. col. 4.* Pichard *§. item inutilis, num. 3. & 16. inst. de inutil. stipul.* in terminis Benedict Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, p. 2. c. 3. n. 3.*

L. Licet seruitutis IV.

Imp. GORDIANVS A. *Hieroni.*

DElictum, quod parit actionem in seruitute, in libertate eandem conciliat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 1. cap. 3. num. 5.* 2 *col. 3.* Gam. *in tract. de sacramentis praestandis vltimo supplicio damnatis, q. 3. n. 8.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de inst. & iure, p. 2. cap. 3. n. 2.*

L. Si vt allegas. V.

Idem A. Chresto.

SEruus, qui coluit praedia domini, liber factus non tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati 1 *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

L. Siue serui. VI. & vlt.

Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Feliciano.*

EX delicto commisso in dominum seruus non tenetur liber factus, nisi post libertatem deliquerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Quando fiscus, vel priuatus debitoris sui debitores conueniri possit.

Tit. XV.

OSTENDITVR interdum contingere, vt creditor debitorem sui debitoris conueniri possit; proinde vt aliquis pro suo creditore conueniatur ab eius creditore. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Peregr. *de iure fisci lib. 6. tit. 7. num. 25. cum seqq.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Rem tutoris non esse inquietandam propter debitum pu[pilli] ... n. 1.*

3 *Tutor habens bona pupilli, in ea non exhibens ut capiantur pignora, ... non tenetur proprio officio, si in ore nomine se obligauit. num. 4. secus si proprio nomine contraxit. num. 5.*

L. Propter æs. I.

Imp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *Valeriano.*

1 Res tutoris non est inquietanda propter debitum pupilli. Colligunt ex Ordin. ... Bart. S... Areti. Fulgos. Bald. Castr. Cuiac. Donell. Amy. Leo ... 4. fol. 3. vers. Sebast. Naui. remissiuè. Calat. ... & Ximen. in ... d.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Du ... 7. vers. limitu 8 Parlador. ... lib. ... fin. artic. 4. § 3. num. 1 vbi per Bald. in pre-

3 ... etiam ten... quem si bona pupill. habeat, atque ea non exhibeat ... pignori capiantur, ... in

4 carcerem detrudi poss... & ... tutorem si ... torio no... ine se oblig... finito officio non te

5 ne..., secus si ... carceri & tod ... si pari. 5.

6 ... quod tutor pro debito sui pupilli in carcerem non est coniiciendus, nisi forsan e... ine detrudatur ... pupilli quæ habere pro... bona ad executionem faciendam exhibeat.

SVMMARIVM.

1 *Debitoris excussi, & condemnati nomina, creditoribus in vim rei iudicatæ in solutum dari, & num. 2.*

3 *Debitor debitoris mei ut possit à me exigi, quæ requirantur.*

4 *Vi... quomodo probare ... esse pauperem.*

5 ... *debitorem debitoris mei ut fiat executio, necessaria est confessio.*

6 *Per Dolum & mendacium negare, idem quod confiteri.*

L. Si in causa II.

Imp. ANTON. A. *Marco.*

1 Debitoris excussi, & condemnati nomina, vel debita credi... oribus in vim rei iudicatæ in solutum dantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati ...

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Perég. ... fisco in. 6. tit. 7. ... num. 1. vbi post Roman.

3 ... dicit quòd vt debitor debitoris mei possit à me exigi, tria requiruntur copulatiue; primum quòd talis debitor debitum ... fateatur debitum; secundum quòd prim... debitor fuerit condemnatus; tertium quòd ... excussus, & non sit soluendo.

4 In gloss. ... Notatur ad hoc quòd ... pauperem si deponant ... quòd ... est pauper, quia non habet nisi tantum in bonis, & si plus haberet, ipsi scirent, vt per Mascard. *de proba.* ... 1354 alias 1 ... 59. n. 25.

5 In gloss. ... &c. Notatur ad hoc quòd necessaria est confessio in debitore d. b... vt alias contra ipsum executio fiat ... vbi n. ... tenet ... sufficere quòd ... ad eff... executionem, quando ... confessio per productionem scripturarum, cum idem sit per dolum & mendacium negare quod con... ter... & respondet ad hanc gloss. quæ probare videtur ... tuationem, dum dicit non fieri executionem ... debitor negat, etiamsi id faceret per calumniam, ... dolum ... reprobatam, quia sufficit prob... continenti, per instrumentum scilicet, quod habet ... paratam executionem, siue aliter, ipsum esse d. bitorem, vt *ibidem* ... pluribus comprobat argumentis, ... *seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Debitores priuati ... loco ... fisco ... ut ... 2. & 4.*

3 *Practica exequendi debitorem debitoris fisci ... insig...*

5 *... fiscus potest incipere ab ex... executione.*

6 *... & ... si me inuito debitor meus creditori meo soluat.*

L. Si debitum. III.

Imp. GORDIANVS A. *P... nio.*

1 Debitores priuati loco debitoris fisci soluunt; si eò, vsq; ... solutionem procurator Cæsareo... Colligunt ex Ordin. Doctores citati ... *fin.* ... *tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ord. Reg. Lusitan. ... *tit.* 52 §. 5. vbi ponit practi-

3 cam exequendi debitorem debitoris fisci, Pereg. *in tract. de iure fisci* ... 6. *tit.* 7. *num* 26. *vers.* ... & *seq.* vbi intelligit hanc l. vt ad consignationem

4 debitoris fiscalis de al quo suo debitore liquido possit fiscus illum executere quod ius singulare est in fisco. Cald. Pereir. ... num. 8.

5 vbi quòd exactor fiscalis ab executione potest incipere. An autem, & quando contingat liberatio si

6 me inuito debitor meus soluat creditori meo, vide D. Barbos. ... 3. *num.* 33. ...

SVMMARIVM.

1 *Debitor principalis ... si non est soluendo, fiscus contra suo debitor ... debitorem actio ... & num. 2.*

3 *Fiscus quando possit agere contra debitorem sui debitoris.*

4 *Fiscus debitorem sui debitoris etiam non condemnatum exigit, quando principalis non est soluendo.*

5 *Dimittas ad aliqua à ... allegans ... probare debere.*

L. Non prius. IV.

Impp. Diocl. & Maximian. AA. & CC. *Zozimo.*

1 PRincipalis fisci debitor si non est soluendo, fisci
contra sui debitoris debitorem actio competit
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1.*
supr. hoc tit.
2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumont
Roder. Xuar. *in l. 1. tit. de arrhu n. 14. in princip. pag*
3 261. *in nouiss. impress.* vbi ait hic esse casum quòd
fiscus, qui vult agere contra debitorem sui debito-
ris, non potest, nisi quando debitor principalis non
est idoneus, nec soluendo, subditque ex Bald. *hic*
in princ. quòd fisco incumbit onus proba di debi-
torem suum non esse idoneum, Pereg. *de iure fisci*
4 *lib. 6. tit. 7. num. 26. vers. primum est*, vbi quòd fiscus
debitorem sui debitoris etiam non condemnatum
exigit, quando debitor principalis non est soluen-
do, Surd. *cons. 4. n. 4.*
5 *Nisi poteris probari*, &c.] Notatur ad hoc quòd
qui diultias ad aliquid obtinendum, aut ad excusa-
tionem allegauerit, eas probare tenetur, vt per Co-
uar. *var. lib. 1. cap. 6. num. 2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor accipiens nomen debitoris in solutum sine cessione, directè non agit, & num. 2. Dato nomine debitoris in solutum citra cessionem, vel delegationem, potest vtiles actiones sui debitoris intendere. num. 3.*
4 *Nomina debitorum quod possint obligari, & veniant in generali obligatione bonorum, remissiuè; & quando ad reales personalésque actiones pertineant, remissiuè, num. 5.*
6 *habens Nomina debitorum quatenus soluendo esse dicatur, remissiuè.*
7 *in Nominibus debitorum rès tradita censetur per cessionem.*

L. In solutum. V. & vlt.

Iidem AA. & CC. Nanidæ.

1 CReditor in solutum accipiens nomẽ debitoris
sine cessione, directè non agit. Colligunt ex
Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*
2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumont
Marant. *in l. is actor num. 1. ff. de procurator.* Peregr.
3 *de iure fisci. lib. 6. tit. 7. num. 25. vers. item dato*, vbi
quòd dato nomine debitoris in solutum citra ces-
sionem, vel delegationem potest creditor vtilis sui
debitoris actiones intendere, Molin. *de primog. lib. 4.*
cap. 2. n. 15.
4 De nominibus debitorum quòd possint obligari,
& veniant in generali obligatione bonorum, vide
5 Surd. *cons. 4. num. 20. & 21.* & quando ad reales,
personalésque actiones pertineant, Surd. *d. cons. 4.*
num. 23. Math. Colet. *in tract. de processib. execut.*
6 *part. 1. cap. 5. num. 237. & seq.* Et quatenus nomina
debitorum habens soluendo esse dicatur, modò
sint certa & exigibilia, & talis non patiatur execu-
tionem qui illa habet, vide eumdem Colet. *d. part. 1*
cap. 6 num. 146.
7 In gloss. *suo autem nomine, fin.* ibi, *nisi accedatur,*
&c. Notatur ad hoc quòd in nominibus debitorum
censetur res tradita per cessionem, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 7. num. 12. & de iure constituti par. 2. ampl. 32. num. 23. & limit. 1. n. 10.* Menoch. *remed. 3. retinen. num. 160.*

De hæreditariis actionibus.

Tit. XVI.

HÆREDITARIA actio est, quæ hæredi, vel in hæredem iure successionis competit: illa actiua, hæc passiua dicitur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia vide Villalob. & Vezin. *tem. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 7.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 515.* Cald. Pereira *in comment. analytico ad l. vnic. C. ex delicto defunct. par. 1. 2. num. 6. vers. quare*, vbi quòd ex hoc tit. omnis actio, quæ ex quasi contractu nascitur, in hæredes transire potest. *part. 1. num. 7. vers. quamobrem iustè Imperator*, præmittit, in iure duo considerari actionum genera, quorum alterum in ciuilibus actionibus versatur, quæ oriuntur ex contractu, vel quasi, de quibus *in hoc tit.* alterum in criminali iudicio positum est ex delictis, de quibus *in tit. sequenti*, & sic hos titulos congrua continuatione collatos & digestos fuisse refert idem Cald. Pereira *ibidem.*

SVMMARIVM.

1 *Creditorem debitori proparte succedentem, pro aliis partibus agere contra heredes.*
2 *alterum ex Cohæredibus posse pro pecunia sibi à defuncto debita conuenire cohæredes pro rata, & persequi pignora.*
3 *Hæredem in quota & parte hæreditatis, vel bonorũ effici hæredem, & dominum in ea; & in illum transire actiones pro illa parte.*
4 *Actio & obligatio regulariter transit ad hæredes tam actiuè, quàm passiuè.*
5 *Hæredes post aditam hæreditatem ipsum defunctum repræsentant.*

L. Pecuniam. I.

Imp. Gord. A. *Hermeroti.*

CReditor debitori pro parte succedens. pro aliis 1
partibus contra hæredes agit. Alter ex cohæ- 2
redibus pro pecunia sibi à defuncto debita potest
conuenire cohæredes pro rata, & persequi pignora.
Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Ful-
gos. Bald. Castr. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *fol. 14.*
Sebast. Naui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen.
in concord.
Vide Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 1.* vbi quòd 3
heredes in quota & parte hæreditatis, vel bonorum,
efficitur hæres, & dominus in ea, & in illum trans-
eunt actiones pro illa parte, & *tom. 1. var. cap. 11.*
num. 17. in princ. & tom. 3. cap. 11. num. 12. in princ.
vbi quòd actio & obligatio regulariter transit ad 4
hæredes tam actiuè, quàm passiuè, quia heredes post
aditionem hæreditatis repræsentant ipsum defun- 5
ctum in totũ, si est vnus solus hæres, vel pro parte
hæreditaria, si sunt plures hæredes. Neguzant. *de*
pignorib.

pignorib.par.5. memb.1. num.14. & part. 8. memb. 1. num.26. Duen. reg.277. Burg.de Paz consl.4. num.4. Menoch.consl.109.n.51.

SUMMARIUM.

1 *Actiones personales inter hæredes passiuè diuidi pro portionibus hæreditariis, reales passiuè sequi possessorem, & n.2. & si quis ex hæredibus efficiatur non soluendo, reliqui eius portione minimè grauantur, nec creditori contra ipsos dabitur actio. num. 3. Datur tamen actio hypothecaria contra hæredem possidentem pignus, vel hypothecam. num.4.*

5 *aduersus Possessorem rei emphyteuticæ, vel censualis, pro canone & annuis redditibus in solidum fit executio.*

6 *in Legato dotis hæredes tenentur in solidum.*

7 *causa alimentorum potest fieri executio in solidum contra plures hæredes.*

L. Pro hæreditariis. II.

Imp. DECIUS A. Thelemachæ.

1 PErsonales actiones passiuè inter hæredes diuiduntur pro portionibus hæreditariis, reales possessorem sequuntur passiuè. Colligunt ex Ordin. Doct.citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusion.ex hoc text.desumunt Tiraq. *de retract.tit.1. § 1.gloss.6. num.41.* Roder. Xuar. *in lectura l.post rem iudicatam, in declarat.legis Regni limit.1. num.14.* vbi ait quòd licèt verum sit quòd hæredes teneantur ad debita defuncti soluenda pro portione hæreditaria, tamen hypothecaria quilibet tenetur in solidum, aut soluere integrum debitum, aut res hypothecatas, quas possidet, restituere, Anton.Gom. *var.tom.2.cap.10. num.6. vers. item etiam*, vbi quòd quilibet hæredum debitoris potest soluere pro sua parte, cùm tunc verè & realiter soluat quod debet, *& cap.11.num.15.* Kirchou. *tom.1.commun.opin.lib.5.tit.19. de vsufructu num.22. pag.156.* Burg.de Paz *consl.4. n.2.* Menoch. *consl.123. num.28.* vbi post Parisi. *consl.69.num.21. lib.2.* quòd plures hæredes solùm pro virili à creditore conueniri possunt, Surd. *decis.90.num.2.* Cald.Pereira *in l.si curatorem, C.de in integ. restit. minor. verbo, sua facilitate num.68. in fine*, vbi quòd omnes actiones, quæ defuncto competunt, transeunt in hæredes, & contra hæredes. Ceuall. *commun. contra commun.qu. 784. num.14.* vbi quòd hæredes debent conueniri pro hæreditariis portionibus, nisi interueniat pignus, vel hypotheca, Vincent.de Franch. *decis.203. n.1.* vbi quòd quando sunt plures hæredes debitoris, est expeditum quemlibet ex hæredibus actione personali teneri pro rata hæreditaria, quod procedere ait etiam quando legatarij agũt pro legatis actione hypothecaria, quia hoc casu actio hypothecaria diuiditur sicut actio personalis, per Negusant. *de pignorib.in 3. p.memb.4. in decimoquinto casu*, & Visconti.*in addit.ad Vincent.de Franchis citato loco*, post Bursat.*consl.6.num.12.& 14.vol.1.* intelligit hanc l.in mero debito personali, non in debito occasione rei, Cardos.*in praxi iudicum, verbo hæredes num.33.* vbi quòd hæredes defuncti conueniuntur pro debito æris alieni, seu legatorum, vnusquisque pro sua parte ex qua hæres est, Perez *ad rub.tit.2.lib.8. Ordinum. pag.35. in vers. quæritur etiam, vtrùm hæres*, vbi quòd hæredes pro ea tantùm persona, quam repræsentant defunctum, conueniendi sunt; quando creditor cõtra illos agit actione personali, latè Parlad.*rerum quotid.lib.2.cap.fin.part.4.§.1.num.11. cum seqq.* vbi ait quòd si plures hæredes extiterint, non in solidum aduersùs quemlibet executio peti debet, sed aduersùs singulos pro hæreditariis portionibus, adeò quidem vt siue defunctus aut testamento contractúve cauerit, siue hæredes inter se conuenerint, vt onus æris alieni alter ex hæredibus sustineat, nihilominus creditor aduersùs hæredes omnes experiri debeat, idem Cæuall. *commun. contra commun. qu.76.à num.9.* vbi quòd omnes actiones passiuè diuiduntur inter hæredes pro portionibus hæreditariis, & quòd licèt defunctus sit obligatus in solidum, tamen in eius hæredibus obligatio diuiditur, etiam inuito creditore, & soluendo partem pro virili remanebit liberatus, & etiam quòd executio non est petenda à creditoribus hæreditariis in solidum aduersùs omnes hæredes, sed aduersùs singulos pro portionibus hæreditariis, cùm hæredes ipso iure scindantur & diuidantur actiones, Stephan. Gratian.*discept.forens.cap.36.num.42. & c.150.n.12. & Marchia dec.246.à n.2.*

Amplia, etiamsi aliquis ex hæredibus efficiatur non soluendo, quia adhuc reliqui non grauantur ad eius portionem soluendam, neque creditori contra ipsos dabitur actio, neque regressus, Franc.Aretin.*in l.2.§.harum.col.2.ff.de verb.oblig.* Anton.Gom. *d.tom.2.cap.10.num.3.* Parlad *d.lib.2.cap.fin.par.4.§.1. num.13.* Ceuall.*d.q.76.n.14.* Stephan.Gratian. *d.dec. 146.n.5.* 3

Limita primò, quando creditores agunt actione hypothecaria contra hæredem possidentem pignus, vel hypothecam, quia tunc creditores solùm possũt actionem exercere aduersùs possidentẽ rem hypothecæ obnoxiam, Perez *citato loco*, Azeued.*ad l.1. num.109. cum seqq.tit.21. lib. 4. nouæ Recop.* Parlad. *d.part.4.§.1.num.15.cum seqq.* vbi dicit quòd quando pro debito pignus, aut hypotheca data est, tunc in creditoris potestate positum erit an pro rata aduersùs singulos hæredes personali actione experiatur, an aduersùs pignus, vel hypothecam habentem in solidum agat, adeò vt si pignus, vel hypothecam plures tenent hæredes, non aduersùs omnes viritim, seu pro rata, sed aduersùs vnum ex eis in solidum agere possit creditor, cùm pignoris ius non personam obliget, sed rem sequatur, tantundem iuris esse ait si non apud hæredes, sed apud plures singulares possessores pignus extet; & tandem *n. 17.* hæc omnia vera asserit quando creditor hypothecaria experitur, quia qui eam intendit, petit rem pignori nexam sibi restitui, vt eam teneat donec debitum sibi exsoluatur; at cùm pro debito executio petitur, non hypothecaria, sed personalis magis actio intenditur, ac proinde aduersùs omnes hæredes pro hæreditariis portionibus, non aduersùs res hypothecæ tenentem, in solidum faciendam executionem esse, Ceuall. *d.qu.76.num.15. cum seqq.* vbi idem tenet quod Parladorus, Stephan.Gratian. *discept.forens.tom.1.cap.16.n.11.cum seqq.& c.36.n.45. & c.150.n.13.cum seqq.* 4

Aduersus autem possessorem rei emphyteuticæ, vel censualis in solidum pro canone & annuis redditibus facienda est executio, cum illud sit onus reale affixum ipsi rei, & sequatur possessorem, ita Valasc. *de iure emphyt.qu.31.num.16.* Perez *vbi suprà pag.35.* Neguzant. *de pignorib.primo memb. 8. partis princip.num.49.* Couar.*lib.3. var.cap. 7. num. 7. & 8.* Parlad. *d.part.4.§.1.n.19. cum seqq.* Gutier. *practic. lib.2.q.148.num.45.* Felician.de Solis *de censib. p.2 lib.1.* 5

lib.1.cap.2.num.6.vers. tertiò infero, *& par.2. lib. 3. cap.vlt.num. 1. cum seqq.* Ceuall.*d.q.*-6 *num.*20.*cum seqq.* Flores de Mena *var.lib.*2.*q.*21. .4 *a num.*234. vbi resoluit quòd talis possessor rei censualis debet in solidum soluere, vel rem dimittere, Steph. Gratian. *d. com.* 1. *cap.* 36. *à num.* 42. *& cap.* 150. *à num.* 14.

6 Limita secundò in legatu dotis, pro quo hæredes in solidum teneri resoluunt Caualcan. *in tract. de vsufructu mulieri relicto post num.*15. Sord. *decis.*90. quamuis *ibidem* asserit senatum contrarium censuisse, Vrsil.*ad Afflict.decis.*332.*in fin.*Amend. *in addit. ad Vincent de Franchis decis.*203.*n.* 1. Ricc. *in addit. ad eundem decis.*581.& Roith*ibidem.*

7 Limita tertiò in causa alimentorum, quorum fauore potest fieri executio in solidum contra plures hæredes, ita Molin. *de prim.gen.lib.*1.*cap.*10.*n.*11. Vincent. de Franchis *d. decis.*203.*n.*3. Thesaur.*decis.*44.*num.*1.Ioseph. Ludou. *Perus. decis.*92.*num.* 1. Ioan. Bapt. Cost. *in tract. de ratione rata quæst.* 31. *num.*4.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote contra hæredes, non contra mariti debitores dirigenda.*
2 *pro Legato dotis hæredes tenentur in solidum.*

L. Hæredem. III.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Maximæ.*

1 ACtio de dote contra hæredes, non contra mariti debitores dirigenda est. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

2 Ad hoc quòd hæredes pro legato dotis in solidum teneantur, vide posita *in collect.ad l.præcedentem, limit.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Ætas debitoris non infringit ius creditoris.*
2 *Creditoris tarditas an & quanto tempore in non petendo faciat præsumere satisfactionem debiti.*

L. Sub prætextu. IV.

Idem AA. & CC. *Crispo.*

1 ÆTas debitoris non infringit ius creditoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

2 An & quanto tempore tarditas creditoris in non petendo faciat præsumere debiti satisfactionem? Vide Deci. *cons.*596 *num.*9. Afflict.*decis.*13.*sub num.* 21.*& decis.*58.*n.*8.Cephal.*cons.*240.*n.*9.*&* 10.*lib.*2. Mascard. *de probat. concl.* 1324.*n.*27. Menoch. *de præsumpt.lib.*3.*præs.*135.*n.*29.*cum seqq.* Hect. Felici. *alleg.*41.*n.*10.*& alleg.*44.*n.*3.*lib.*3.Marescot.*var. lib.* 2.*c.*67.*n.*35.Rot.apud Pacific. post *tract. de Saluiano interd.decis.*185.

SVMMARIVM.

1 *Præpostera petitio non admittitur, & per successionem quam creditor facit debitori, actio extinguitur. de filio creditoris quid, quò legitimam num.*2.

L. Vt debitum. V.

Iidem AA. & CC. *Iulio.*

PRæpostera petitio non admittitur, & per successionem, quam creditor facit debitori, actio extinguitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.* 1

Vide Capyc.*decis.*70.*num.*3. Gutier.*in repet.§.sui. Instit.de hæredum qualit.& differ.num* 96 vbi ait decisionem huius text. dum habet quòd creditor institutus à debitore possit acceptare, & retinere debitum suum, & repudiare hæreditatem, non procedere in filio suo respectu legitimæ, quam non poterit retinere repudiata hæreditate, ex ea ratione, quia cùm ista lex loquatur in vero creditore, extendenda non est ad proprium, prout est filius in vita patris, & *ibi* plures ad hoc refert Doctores. 2

SVMMARIVM.

1 *Actio pro parte hæreditaria, pro qua creditor debitori successit, confunditur, nisi hæredes compensandi animo sit institutus, & num.*2.
3 *Debitum non confunditur hæredi, nisi pro portione hæreditaria, non item pro aliis.*
4 *Pater excludens filium hæredem intelligitur tantùm pro parte hæreditaria.*
5 *Hæres defunctum repræsentat pro portione, pro qua est hæres; pro aliis habetur pro extraneo.*

L. Si adulta. VI.

Iidem AA. & CC. *Domno.*

PRo hæreditaria parte, pro qua creditor debitori successit, confunditur actio, nisi hæres compensandi animo sit institutus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*supr.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Tiraq.*de retractu lig.§.*32.*gloss.*1. *num* 50. vbi quòd 3
debitum non confunditur hæredi, nisi pro hæreditaria portione, non item pro aliis, Pinel. *in l.*1.*C. de bonis maternis part.*1.*num.*79.*vers.eadem conclusio*, vbi quòd pater excludens filium hæredem, intelligitur tantùm pro portione hæreditaria, vt si solus 4
hæres fuerit in totum, excludatur, si cum altero, pro dimidia, si cum duobus, pro tertio, & ita de singulis. Burg.de Paz.*cons.*4.*num.*4.Surd.*decis.*90.*num.* 2. vbi quòd hæres defunctum repræsentat pro ea portione, pro qua hæres est, pro aliis verò portionibus 5
habetur pro extraneo.

SVMMARIVM.

1 *Creditorem non agere contra legatarios, sed hæredes.*
2 *Legatarios non soluere æs alienum hæreditarium, sed hæredes.*
3 *Hæres tenetur soluere debita, non legatarius, nisi hæres non sit soluendo. num.*4.
5 *Legatorum solutio non pertinet ad vsufructuarium quando appareat testatorem voluisse aliter.*
6 *Filius quando alia bona non extant, in quibus possit*

possit habere suam legitimam, tunc potest illam consequi in bonis legatis alij.
7 *Vsufructuarius non tenetur soluere debita, sed hæres.*
8 *Actio personalis cur sic dicta.*
9 *Heres pro debito defuncti conueniendus, licèt non possideat.*

L. Creditores. VII. & vlt.

Iidem AA. *&* CC. *Apolausto.*

1 CReditor non agit contra legatarios, sed hære-
2 des; legatarij non soluunt æs alienum hæreditarium, sed hæredes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt
3 Boër. *decis.* 145. *num.* 4. Vincent. de Franchis *decis.* 246. *num.* 1. dum ait quòd hæres tenetur soluere
4 debita, non legatarius, vbi *n.* 4. declarat nisi hæres non sit soluendo, in quibus terminis dicit procedere, *l. fin. §. etsi præfatam, C. de iure deliber.* Surd. *decis.*
5 193. *n.* 4. vbi tenet quòd legatorum solutio non pertinet ad vsufructuarium quando apparet testatorem
6 aliter voluisse, & *decis.* 316. *n.* 4. vbi resoluit quòd quando alia bona non extant, in quibus filius possit habere suam legitimam, tunc potest illam consequi in bonis alij legatis.
7 Amplia in vsufructuario omnium bonorum, iurium, & actionum alio hærede in proprietate instituto, quia debita non tenetur soluere vsufructuarius, sed hæres, Bero. *quæst.* 13. Franc. Marc. *Delphin. decis.* 813. *part.* 1. Caballin. *in suo milleloq.* 550. Ioseph. Ludou. *Perusina decis.* 5. *par.* 1. quos refert & sequitur Amendol. *in addit. ad Vincent. de Franchis d. decis.* 246. *n.* 8. *&* 9. Villalob. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 7.
8 *num.* 1.

Non habere personalem actionem, &c.] Notatur ad hoc quòd personalis actio ita vocatur quòd personam ipsam obligatam sequitur, non rem, siue singularem successorem, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 8. glos. 5. n. 6.*

9 *Hæredes huic rei faciet obnoxios.*] Notatur ad hoc quòd hæres est conueniendus pro debito defuncti, licèt non possideat, quoniam illud soluere tenetur, licèt hæreditatem vendat, vt per Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat. verbo hæres num.* 32.

Ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.

TIT. XVII.

IN solidum conueniuntur, si lis cum defuncto fuit contestata: alioquin duntaxat in id quod ad eos peruenit. *l. vnic.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia vide, *l. Hisp.* 25. *tit.* 1. *par.* 7. Socin. *reg.* 359. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 196. *&* 298. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 85. Capra, Soar. Bonacos. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 8. *pag.* 475. Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 158. Cald. Pereira post forenses quæst. *in comment. ad l. vnic. hoc eod. tit. part.* 1. *&* 2. D. Barbos. *in l. si filiusfamilias. n.* 126. *cum seqq. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Actiones ex delicto post litem contestatam transeunt ad hæredes; ante verò litem contestatam non, nisi cum commodo deuento ad hæredes, & num. 2. declara, vt n. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
9 *in Furti crimine datur condictio etiam aduersus hæredes pro restitutione rei furatæ, vel eius pretij, si res non extet, etiamsi de furto nihil ad hæredem peruenerit, ac etiam lite non contestata cum defuncto.*
10 *ex dolo commisso in contractu datur actio contra heredes, si dolus iste purgatur per actionem ex eo contractam.*
11 *Hæredibus non datur actio in factum de calumniatoribus.*
12 *Repetundarum crimen etiam post mortem delinquentis durat quoad pœnam bonorum.*
13 *Peculatus crimen durat quoad pœnam bonorum post mortem delinquentis.*

L. Post litis. Vnic.

Imp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Macedoni.*

ACtiones ex delicto post litem contestatam 1
transeunt ad hæredes, sed ante litem contestatam absque commodo ad hæredes deuento non transeunt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Donel. Cuiac. Aloys. Leo *in* 4 *fol.* 14. Sebastian. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* & hanc legem nouissimè doctissimis illustrauit commentariis Cald. Pereira post quæstiones forenses.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, 2
l. Hisp. 25. *tit.* 1. *part.* 7. *vbi glos.* 4. Boër. *decis.* 64. Roder. Xuar. *alleg.* 26. *dub.* 2. *per tot.* Socin. *reg.* 291. *fallen.* 3. Cou. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 84. vbi infert quòd mortuo iudice qui fecit litem suam ante litem contestatam, non teneantur hæredes eius, & quòd si quis stuprauit virginem, & decedat ante litem motam & contestatam, non poterit talis virgo corrupta superueniens agere contra hæredes pro damno & interesse, vel dote de iure ciuili, aliter enim de iure Canonico & eius æquitate, cùm eo attento teneatur hæres exonerare conscientiam ipsius defuncti, & *n.* 85. resoluit quòd mortuo accusatore, & sic offenso, qui passus est delictum, actio, vel accusatio ciuilis pecuniaria sibi competens transit ad eius hæredes indistinctè, modò decedat post litem contestatam, modò antè; quod *ibidem* intelligit quando competit propter rem familiarem, damnum, vel interesse, quod prætendit, & sibi deficit, vt in delicto furti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, & similibus; secus tamen est si competat ad metam vindictam, vt in delicto iniuriæ, & alio simili, quia accusatore defuncto, qui iniuriam passus est, non transit ad hæredes nisi ante mortem eius lis fuerit contestata. Duen. *reg.* 13. *num.* 2. Bened. Capra *reg.* 67. Bossi. *in pract. tit. de pœnis num.* 34. Caballin. *in milleloq. iuris* 83. *par.* 2. Iur. Clar. *§. fin. q.* 51. *num.* 17. *vers. vlterius quæro*, Menoch. *illustrium controuers. part.* 1 *cap.* 96. *num.* 14. *cum seqq.* Osasch. *Pedem. decis.* 149. *à num.* 3. Boër. *decis.* 64. Surd. *decis.* 89. *n.* 14. *cum seqq.* Donat. à Fina *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 30. *n.* 39. *pag.* 545. Sebast.

Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia soluit, p. 2. concl. 32. num. 91. cum seqq* Marc. Anton. Eugen. *tom. 1. cons. 21 num. 14. & 18. cum seq.* Menoch. *remed. 1. recuper. num 158. q. 14. & cons. 99 a num. 150.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo hereditas num. 40. & verbo pœna num. 32. & 34.* Farin. *in prax. crimin. par. 1. q. 20. num. 50. cum multis seqq.* D. Barbos. *in l. 2. in princ. part. 1. num. 133. & 135. ff. soluto matrim. & in l. si filiusfamilias num. 154. cum seqq. ff. de iudic.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 3. n. 30. & in commentar. ad hanc l. par. 3. & 4. per tot.*

3 Primò declara vt idem sit quando lis non fuit contestata, ex eo, quia stetit per reum quominus contestaretur, vt quia reus vadat per subterfugia, & dilationes, nam tunc habetur pro contestata, & operatur illos eosdem effectus, quos operatur litis vera contestatio, & sic facit actiones ex delictis transire contra hæredes, sicut facit litis contestatio, *l. si eum, §. qui iniuriarum, in fine, ff. si quis caut.* Menchaq. *d. cap. 96. num. 25. vers. quarta principalis limitatio*, Farin. *d. q. 10. n. 51.*

4 Secundò declara procedere hanc l. dum probat actionem pœnalem non transire aduersùs hæredes delinquentis, nisi lis fuerit contestata cum defuncto, vt procedat quando aliquid petendum est ab hæredibus delinquentis per viam actionis; nam si hæredes delinquentis aliquem conueniant, potest ille excipere de delicto defuncti ciuiliter, & rem illam retinere pro quantitate pœnæ, quantumcunque lis non fuerit contestata cum defuncto, vt per Roder. Xuar. *alleg. 26. ad finem*, Octauian. *decis. 29. num. 13.* Anton. Gabr. *commun. lib. 7. tit. de criminalib. concl. 35. ad fin.* D. Barbos. *in l. 5. in princ. num. 131. in fine ff. soluto matrim* Farin. *d. quæst. 10. num. 65. vers. limita 14.*

5 Tertiò declara procedere in priuatis delictis, in iis enim lite contestata pœnales actiones transeunt ad hæredes, secus in publicis, in quibus vt actio transeat in hæredes, non sufficit litis contestatio, sed oportet delinquentem post condemnationem decessisse; ita Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 1. num. 81. in princ. & num. 83. in fine*, Sebast. Medic. *d. concl. 32. num. 91.* Phanuc. *de inuentar. par. 7. num. 70.* Volpel. *in suo resp. crimin. 1. num. 3. in fine lib. 1.* D. Barbos. *in d. l. si filiusfam. 15. n. 155. cum seqq. ff. de iudic.* Farin. *d. q. 10. num. 53.* vbi *num. 54.* ait vt nec etiam in delictis priuatis lite contestata pœna transeat ad hæredes, nisi quando ex eo delicto ciuiliter agatur ad pœnam ipsi parti applicandam; secus si criminaliter ad pœnam applicandam fisco, eo enim casu pœna non transit ad hæredes, etiam quòd simus in priuatis delictis.

6 Quartò declara semper transire actionem ex delicto in hæredem delinquentis, quando ex delicto defuncti ad hæredem aliquid peruenit. nam tunc teneebitur pro eo quod ex prædicto delicto ad eum peruenerit, vt probatur *in hoc text.* sicuti enim pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere si quod ex ea re ad eum peruenisset, ita Capra *d. concl. 67. num. 20.* Duen. *reg. 13. in 1. fallent.* Menchaq. *d. cap. 96. n. 26. & 27.* Cou. *lib. 3. var. cap. 3. num. 7. vers. tertiò inquirendum est*; Sebast. Medic *in d. tract. Mors omnia soluit, par. 2. q. 32. n. 87.* Osasch. *Pedem. decis. 151. num. 3.* Phanuc. *de inuentario par. 7. num. 70. & 79.* vbi quòd isto casu hæres non tenetur in plus eo, quòd ad ipsum peruenit, etiam quòd inuentarium non confecerit, Farin. *d. q. 16. num. 59.* D. Barbos. *in d. l. si filiusfam. ex n. 160.* vbi addit quòd si actio nomen habet ex delicto, ac ita infamet, ea non dabitur in hæredem, qui nihil deliquit, sed conuertitur in actionem in factum, quæ non infamat, vel etiam in condictionem, quæ etiam non infamat.

Quintò declara secus esse de iure Canonico, secundùm quod hæres tenetur ex delicto defuncti, 7
etiam quòd ex delicto nihil ad eum peruenerit etiam lite non contestata, atque etiam quòd impœnitens, & non confessus mortuus fuerit, *cap. fin. in fine, de sepultur. cap. in litteris, de raptorib.* cum similibus citatis per Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. n. 85. in fine*, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 63. num. 25.* Hippol. *in rub. de fideiussor. n. 161. & sing. 513.* Duen. *reg. 13. fallent. 12.* Cou. *var. lib. 3. cap. 5. num. 7.* Menchaq. *d. cap. 96. num. 27. vers. sexta limitatio, cum seqq.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 51. num. 17. cum seqq.* Villalob. *commun. opin. verbo hæres num. 1.* Capra *d. concl. 67. num. 1. cum seqq.* Phanuc. *de inuent. part. 7. num. 69. & seq.* Sebast. Medic. *in d. tract. Mors omnia soluit, part. 2. concl. 32. num. 93.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 18. num. 46. & 55.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 464. in princ.* D. Barbos. *in d. l. si filiusfam. num. 148. cum seqq.* Cald. Pereira *in comment. ad hanc l. part. 4. num. 2.* Farin. *d. q. 10. num. 60.* vbi *num. 61.* intelligit procedere quando actiones licèt sint pœnales ex parte hæredum, sunt tamen ex parte actoris rei persequutoriæ, putà quando agitur ad rei restitutionem, vel ad damna & interesse passa ob delictum defuncti, isto enim casu hæres de iure Canonico ex delicto defuncti tenetur; secus si actiones etiam ex parte sint pœnales, quia illæ nec etiam de iure Canonico contra hæredes dãtur; & *à n. 63.* concludit quòd ad refectionem damnorum & interesse per actionem rei persecutoriam hæres ex delicto defuncti compelli poterit in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij, in quibus ius ciuile seruandum est, licèt ibi coram iudice ecclesiastico compelli poterit per denũciationem Euangelicam, quia vbicunque ratione peccati in iudicio seculari quis non auditur, audiendus tamen est in foro Ecclesiæ, si in eadem specie peccati ius Canonicum contradicat ciuili. Intellige etiam hæredem pro delicto defuncti secundùm ius Canonicum compellendum quatenus hæreditariæ vires sufficiant, & non vltrà, etiam quòd inuentarium non confecerit, ita Negusant. *de pignorib. part. 2. memb. 4. num. 154. prope fin.* Phanuc. *de inuentario hæredũ part. 7. num. 71. prope fin. & seq.* Cou. *d. lib. 3. var. cap. 3. num. 8.* Capra *d. concl. 67. num. 10. cum seqq.* Anton. Gom. *d. cap. 1. num. 85. in fine*, Clar *d. q. 51. vers. scias tamen*, Osasch. *Pedem decis. 152. num. 9.* Petr. Nauar. Decian. Segur. Perez & alij, quos refert & sequitur Ceuall. *commun. contra commun. q. 464. vers. sed contrarium.* Farin. *d. q. 10. num. 65.* vbi *num. 66.* aduertit quoad restitutionem vsurarum ne dum de iure Canonico, sed etiam de iure ciuili, & in solidum, licèt lis non fuerit contestata, nec aliquid ad hæredes peruenerit, tenentur ipsi hæredes ad restitutionem vsurarum, quod quidem *ibidem* declarat.

Sextò declara non procedere quando ex delicto 8
imponitur pœna amissionis bonorum, vel pecuniaria ipso facto, vel iure incurrenda, tunc enim etiam mortuo delinquente id crimen tractari potest contra hæredes facinorosi ad finem vt fiscus eius auferat bona delinquentis, vt per Nouell. *de dote par. 12. num. 25.* Anton. Gom. *d. cap. 1. num. 80. vers. sextus casus*, Duen. *d. reg. 13. fallent. 2. & 10.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 7. num. 6. & seq.* Sebast. Medic. *d. concl. 31. num. 88.* Menchaq *controuers. vsufrey cap. 7. num. 15.* Soar. *in thesauro commun. opin. verbo Mors num. 228. & verbo pœna num. 229.* Osasch. *Pedem decis.*

decis. 149. num. 2. in fine, Flamin. Chartar. *de execut. sentent. capto bannito cap. 1. num. 353. & seq.* Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 7. & 16.* Farin. *d. q. 10. n. 68.*

In gloss. *scelere detentur, in fin.* ibi, *sed hoc fallit in*
9 *actione vi bonorum raptorum*, &c. Notà in crimine furti speciale esse propter talis delicti frequentiam, vt etiam aduersùs hæredem pro restitutione rei furatæ, vel eius pretij, si res non extet, detur condictio furtiua, etiàm quòd de furto nihil ad hæredem peruenerit, ac etiam lite non contestata cum defuncto, *l. si pro fure §. 1. ff. de condict. furtiua*, Neguz. *de pignorib. in 4. membr. secunda partis princ. sub n. 124. versic. quæ nota*, Duen. *d. ict. regul. 13. fallent. 9.* Capra *dict. conclus. 67. num. 25.* Menchaq. *d. cap. 96 num. 14.* Anton. Gom. *d. cap. 1. n. 85. prope fin.* Sebast. Medices *d. tract. Mors omnia soluit, part. 2. conclus. 32. n. 91.* Farin. *d. q. 10. n. 72.*

10 In eadem gloss. ibi, *etiam ex doli clausula*, &c. Notatur ad hoc quòd datur actio contra hæredes ex dolo commisso in contractu, si ille dolus purgatur per actionem ex cōtractu, vt per Farin. *d. q. 10. n. 75. vers. limita 15.*

11 In eadē gloss. ibi, *non ita in actione in factum*, &c. Notatur ad hoc quòd hæredibus in factum actio de calumniatoribus non datur, vt per Cald. Pereira *in comment. ad hanc l. p. 3. n. 17.*

In eadem glos. ibi, *primus est legis Iuliæ maiestatis in duobus capitulis eiusdem legis*. Vide Farin. *d. q. 10. ex n. 42.* & dicemus *in collect. ad l. fi. C. ad l. Iul. maiest.*

In eadem gloss. ibi, *secundum est crimen hæreseos*, Vide Farinac *d. quæst. 10. ex num. 37.* & diximus *in coll. ad l. Manichæos 4. C. de hæret. super verb. in mortem quoque inquisitio extendatur.*

In eadem gloss. ibi, *tertium est crimen repetundarū.*
12 Notatur ad hoc quod decisio huius text. non procedit in crimine repetundarum, quādo scilicet iudex durante officio iniustè receperit aliquas pecunias, vel res à subditis, vel litigantibus, quia tūc tale crimen durat etiam post mortem delinquentis quoad pœnam bonorum, vt per Anton. Gom. *d. c. 1. n. 80. vers. tertius casus*, Peregr. *de iure fisco lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. quintus casus*, Farin. *d. q. 10. n. 75. in princ.* Cald. Pereira *in comm. ad hanc l. p. 2. n. 36. & p. 5. n. 16.*

In eadem glos. ibi, *quintus peculatus*. Notatur ad
13 hoc quòd crimen peculatus (quando scilicet quis rem sacram, vel publicam subtraxit) durat etiā post mortem delinquentis quoad pœnam bonorum, vt per Anton. Gom. *d. cap. 1. n. 80. vers. quartus casus*, Peregr. *d. tit. 6. n. 31. in fin. vers. sextus est*, Far. *d. q. 10. n. 75.* Cald. Pereira *in comment. ad hanc leg. p. 2. n. 34.*

De constituta pecunia.

Tit. XVIII.

IS quoque quodam modo pro alio cōuenitur, qui pro alio se soluturum cōstituit. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia latè Duaren. *sub hoc tit.* Card. Mant. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 19. tit. 1. cum seqq.* *l. Hisp. 3. tit. 11 par. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Constituens soluere pro alio, se & hæredes suos obligat.*
2 *Constitutum quibus modis intelligatur contractum, remissiuè, & num. 4.*
3 *Constitutor quādo cōueniatur ex constituto, remissiuè.*

L. Si pro alieno. I.

Imp. Gordianvs. A. *Felici.*

COnstituens soluere pro alio, se & hæredes suos obligat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Cuiac. Donell. Sichard. Aloys. Leò *fol. 14. verso*, Sebast. Neui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Quibus modis constitutum contractum intelligatur? vide Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 29. tit. 4. per tot.* De constitutore quando conueniatur ex constituto, Matth. Coler. *de processib. executiuis lib. 1. cap. 10. n. 254. & 261. in 1. impress. aliàs n. 292. & 299. in vlt. impress.* 2 3

In gloss. *Constituisti.* ibi, *nudo pacto, sine stipulatione.* 4 Ergo quibuscumque verbis ex quibus consensus concipi potest, constitutum intelligitur esse contractum, vt per Roland. *cons. 4. n. 34. lib. 4.* Cardin. Mantic. *d. lib. 29. tit. 4. num. 14.* vbi *num. 17. per l. enim qui, §. item si mihi, & §. Iulianus, ff. hoc tit.* ait quòd si quis constituerit tibi se Sempronio soluturum, obligatur; sed si constituerit Titium pro se soluturum, constitutum non valet, quia factum alienum promittit, quod in obligatione deduci non potest.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum personale tenet quoad constituentem si vnus est in solidum. si plures nominati copulatiuè, pro parte virili tenentur; disiunctiuè, etiam in solidum conueniuntur.*
2 *Constitutum impersonale, inualidum, & num. 3.*

Avth. Si quando.

PErsonale constitutum tenet quoad constituentem si vnus est in solidum: si autem plures sunt nominati copulatiuè, pro parte virili tenentur; disiunctiuè se obligantes in solidum etiam conueniuntur. Impersonale autem constitutum inualidum. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 3. tit. 11. p. 5.* Bart. *in l. fin. § 1. oppos. 1. ff. si cert. pet.* Alciat. *lib. 2. parerg. c. 6.* Flamin. Chartar. *decis. executiua 21. n. 1.* Neguz. *de pign. 5. p. memb. n. 4. in fin.* 3

Sic dicens, sitis faciam tibi, &c.] Dispositionem huius text. hodie cessare ex legis Regiæ *decis. 1. tit. 16. lib. 5. noua Recop.* asserit Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. 3. n. 39.*

Pro rata, &c.] Non æqualiter scilicet, siue pro virili, sed pro portione, vt per Tiraq. *de retract. lign. §. 11. gloss. 8. n. 1.* vbi refert hunc text. Strach. *in tract. de decoctorib. in vlt. p. n. 28.* Bertazol. *in tract. de clausul. instrum. clausul. 37. gloss. 3.* metipsum *de diction. vsufreq. d. 341. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Constitutum præsupponit rem debitam ex quacumque causa.*
2 *Actio constituti ex quacumque causa nota ad instar aliarum personalium 30. ann. spatio præscribitur.*
3 *Constitutum omnes casus complectitur, qui per stipulationem possunt explicari.*

4 *Pecunia nomine res omnes fungibiles, & in pretio conuersu possibiles comprehenduntur. comprehenduntur in constitutis domus, fundi, agri, num. 5.*
6 *Argenti distractores, & negotiatores, qui constituunt, firma sunt.*
7 *Praescripta actione & obligatione principalis debitoris, lapsu temporis censetur etiam praescripta actio fideiussoris. intellige vt num. 8.*
9 *Qualitercumque quis 30. annis possideat rem, praescribit eam.*
10 *Constitutum vt contractum possit intelligi debitum praecedere debet.*
11 *Constitutum ab eo intelligitur contractum, qui pro se, vel pro alio debitum constituit solutorum.*
12 *Receptitiae actioni non poterat opponi quod peteretur indebitum. declara vt num. 13. 14.*
15 *Pecuniae appellatione, largè sumpto vocabulo; comprehenditur omne id, quod pondere, numero, mensura constat, & sic omnia quae ad pecuniam reduci possunt.*
16 *Argenti distractorum munus quod.*
17 *Collibus, pro mercede distractorum argenti.*
18 *Distractores argenti qui.*
19 *Collegia possunt statuta condere inter se. an talia statuta seruentur in alia Curia, quàm mercatorum, num. 20.*
21 *circa Nomen proprium disputatio pertinacibus relinquenda.*
22 *qualibet Vltima voluntas potest dici testamentum.*
23 *Pecunia an & quando consideretur vt res mobilis, seu immobilis.*
24 *Pecunia res appellatione includitur.*

L. Receptitia. II.

Imp. IVSTINIANVS A. *Joanni P. P.*

1 Constitutum praesupponit rem debitam ex qua-
2 cunque causa. actio constituti ex quacunque
causa nata ad instar aliarum personalium 30. anno-
3 rum spatio praescribitur. Constitutum omnes casus
complectitur, qui per stipulationem possent expli-
cari Pecuniae nomine res omnes fungibiles, & in
4 pretio conuerso possibiles comprehenduntur. Pecu-
5 niae nomine comprehenduntur in constitutis do-
mus, fundi, & agri, sensus vanis nominibus praeua-
lent, & pecuniae nomine omnes res fungibiles com-
6 prehēduntur. Argenti distractores & negotiatores,
quae constituunt, firma sunto. Colligunt ex Ordin.
Doctores citati *ad l. 1. nu. 2. sup. hoc tit.* & post omnes
Giphan. *tom. 1. pag. 148.*

7 *Sed siue pro se quis constituat, siue pro alio*, &c.]
Notatur ad hoc quòd praescripta actione & obliga-
tione principalis debitoris, lapsu temporis censetur
etiam praescripta actio fideiussoris, vt per Anton.
Gom. *var. tom. 2. cap. 13. num. 2. vers. tertio*, vbi intel-
8 ligit quando vtraque obligatio fuit orta, & produ-
cta vno, & eodem tempore; secus verò si fideiussor
intercessit, & se obligauit ex postfacto, quia opera-
tur interruptionem praeteriti temporis, & videtur
facta recognitio debiti ab ipso debitore, argum. text.
in l. cùm notissimi, §. sed & si quis, C. de praesc. triginta.

9 *Id est in annorum metis triginta.*] Ergo qualiter-
cunque quis 30. annos possideat rem, praescribit
eam, vt per *l. Hisp. 21. tit. 29. part. 3 vbi gloss. 1. in fine,*
Tiraquel. *de retract. lign. §. 36. gloss. 2. n. 36. cum seqq. &
in l. si vnquam, verbo reuertatur n. 396. C. de reuoc. don.*
Balb. *de praescript. 4. part. quarta princip. q. 1.* Padil. *in
.2. n. 66. cum seqq. C. de seruis.*

10 *Ita tamen vt hoc ei inhaereat*, &c.] Notatur ad hoc
quòd debitum debet praecedere vt constitutum pos-
sit intelligi contractum, vt per Cardin. Mantic. *de ta-
citu & ambig. conuent. tom. 2. lib. 19. tit. 3. n. 1.* vbi *n. 2.*
quòd constitutum ab eo intelligitur contractū, qui 11
pro se, vel pro alio debitum solutum constituit, &
num. 16. quòd constitutum vt valeat sufficit promis-
sorem eo tempore, quo constituit, fuisse obligatum.

Cùm secundùm antiquam receptitiam actionem, &c.] 12
Notatur ad hoc quòd receptitiae actioni non pote-
rat opponi quòd indebitum peteretur, sed prius de-
bebat solui, & postea si indebitum esse solutum, re-
petitioni locus erat, vt per Card. Mantic. *d. lib. 19.
tit. 5. n. 5. in fine,* vbi *n. 18. in fine*, per hūc text. ita hinc
consequēs esse vt si iusta exceptione haec actio pos- 13
sit submoueri, paratam non habeat executionem;
sed ipsemet Cardin. Mantic. *eod. tit. 5 num. 7.* meliùs 14
declarat ideo receptitiam actionem habuisse para-
tam executionem, quia non poterat ei opponi exce-
ptio indebitae pecuniae. nam quamuis erat indebita,
protinus debebat solui, & postea per condictionem
indebiti, vel sine causa repeti, vt in citatis verbis, &
hoc erat singulare, & proprium illius actioni priui-
legium, quod Iustinianus *in praesenti*, tanquam ini-
quum, absurdum, & irrationabile sustulit, vt expres-
sum extitit hic in illis verbis, *cùm satis absurdum,*
&c. quo priuilegio sublato actio receptitia tanquam
superuacua penitus fuit abolita, quia actio de con-
stituta pecunia abundè potest sufficere, ita tamen vt
pro iam debito fiat constitutum, &c.

Et nemo nem... quod sub nomine pecunia, &c] 15
Notatur ad hoc quòd pecuniae appellatione large
sumpto vocabulo comprehenditur omne id, quod
pondere, numero, & mensura constat, & sic omnia,
quae ad pecuniam reduci possunt, vt per Tiraquell.
*de retract. lign. §. 1. gloss. 14. n. 42. & de nobilit. cap. 3.
num. 5.* Rebuff. *in l. pecuniae appellatione la 4 ff. de verb.
signific.* Mozz. *de contract. lib. tract. de empt. tit. quae ve-
niant appellatione rei, § deuenio n. 15.* & alios per me
citatos *de appellatiua verborum vtriusque iuris signifi-
cat appell. 196. à num. 1.*

Quae argenti distractores, &c.] Quorum munus 16
erat non solùm auream argentea, & argenteam au-
rea pecunia permutare, mercedēmque ex ea recipe-
re, quae *Collybus* vocabatur, sed etiam tam suae, quàm 17
alienae pecuniae foenori dandae operam nauare. Ita
Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. cap. 32. de ar-
gentariis*, Conan *comment. iuris ciuilis lib. 4. cap. 15.
num. 5.* Caluin. *in suo Lexic. iuridico, verbo distracto-
res argenti.* vbi dicit illos esse, quos alij mensarios, 18
& argentarios, nūmularios, & à commutandis pe-
cuniis *Collybistas* vocant, quòd pecuniam spectent
an proba sit, an legitima, & locabilis, & cuius pretij.

Constituerint, in sua firmitate, &c.] Ergo collegia 19
possunt statuta constituere inter se, de quo vide
Bart. *in l. omnes populi, quaest. 2.* vbi Ias. *num. 37. & 38.
ff. de iustit. & iure*, Strach. *de mercatura, tit. quomodo
procedendum sit in causis mercatorum 108. in princip.
num. 7. & p. vlt. num. 13.* latè Marant. *de ordine iudic.* 20
part. 4. dist. 9. num. 70. cum seqq. pag. 135. vbi etiam
an talia statuta in alia Curia, quàm mercatorum
seruentur.

In gloss. *Vocabula.* ibi, *controuersiam de nomine* 21
pertinacibus, &c Notatur ad hoc quod disputatio
circa nomen proprium alicuius rei ceruicosis, &
pertinacibus est relinquenda, vt per Ias. *in §. sic ita-
que num. 9. & ibi* Ludou. Gomez *num. 19. Instit. de
actionib.* D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. part. 1.
num. 12.*

In gloss. *In omnes.* ibi, *argum. quòd etiam qualibet* 22
vltima voluntas potest dici testamentum, &c. de quo
vida

vide Gregor.Lopez *l.3.gloss.1.in fine,tit.22. part.6.* Ias.*in rubr.ff.de legat.1.n.15.*

23 In gloss. *Pecunia.* An & quando pecunia vt res mobilis,seu immobilis consideretur? vide Franc. Mignon.*ad consuetud.Andegauens.fol.168.col.1.*Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto n. 82. versic. veniunt etiam*,Gail.*l.2.obseruat.11.*Pinell.*in l.1.C.de bonis maternis part.1.n. 44. cum seqq.*Cardin. Mantic.*de coniectur.vltim.volunt. lib. 9.tit. 3. num.2. & tit.6.num.4.* Menoch.*cons.407.num.5.& 8.*Bernard. Græuæ.*ad practic.Cameræ Imper. lib. 2. conclus.11. num. 2.* Castill. *lib.1. de vsufructu cap. 38. n. 22. cum seqq.*

24 In eadem gloss. vbi,*sed verbum rei*,&c. Aduerte quòd pecunia includitur rei appellatione,Alexand. *cons.185. num.26.lib.2.*Cardin.Tusch.*practic.conclus. tom.8.lit.V. concl. 104. num. 5.* quos refero ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appell.235.n.4.*

SVMMARIVM.

1 *inter Constituentes non minus quàm fideiussores,locum habet beneficium diuisionis,& n.2.*

3 *Clausulæ in contractu appositæ sequuntur naturam contractus principalis.*

L. Diui Adriani. III. & vlt.

Iidem A. Ioanni P.P.

1 INter constituentes nō minùs quàm fideiussores, diuisionis beneficium locum habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor.Lop.*l.8.gloss.5.post princ.tit. 12.p. 5.* Duen.*regul. 334.*Aquilin.*ad rubr. de verb. obligat. n.266.*

3 Allegari solet ad hoc quòd clausulæ in contractu appositæ sequuntur naturam contractus principalis,vnde si contractus rescinditur , vel annullatur,rescinditur etiam,& annullatur pœna, & clausulæ illi adiectæ,vt per Anton.Gom.*l.17.Tauri n.11.* Pinel.*in l.2.C.de rescind.vend.part.2. cap.2. n. 26.* Soar.*in thesauro commun.opin.lit. P. n. 131.* Valasc. *cons.85.n. 2.*

De probationibus.

Tit. XIX.

OSTENSVM est suprà quando alij pro aliis conuenitur : nunc sciendum, interdum contingere vt aliquis pro sua ipsius obligatione frustrà conueniatur, videlicet nisi obligationem actor probet:quoniam actore non probante reus absoluitur. Probatio autem est actus iudicialis, per quē iudici fit fides de re controuersa:vt per instrumēta,& per testes. Scripserūt in hanc rubr. Cuiac. Pac.& VVesembec. De hoc tit.integros tractatus in lucē ediderunt Federicus Schenk *tom.4.tractatuum Doctor.fol.29.*Lanfranc.de Oriano *eod.tom.4.fol.33.* Iosephus,Mascardus,Fuluius Pacianus ; de materia vide Suar.Bonacos.& alios *tom.1.commun.opin.l. 4. tit.9.pag.476.cum seqq.*Anton. Gab. *commun. opin. lib.1.tit.de probat.*Ioseph.Ludou.etiam *commun.opin. sub eod.tit.pag.468.* Arimin.Tepat. *var. sent. tom.1. à tit.200.vsque ad 213.*Alex.Trētacinq *var. resolut. lib.7.sub hoc tit.*Camill.Borrel.*in summ.decis.tom. 2. tit.2.de probationib.* & inter repetentes Hippol. de Marsiliis.

In gloss.rubricæ,ibi, *& est probatio rei dubiæ per argumenta ostensio.* Ita Perez *ad rubr.tit. 1. gloss. 1. lib.3.Ordin.* Sebast. Medices *de definition. part. 2. cap.3.*Soar .de Paz *in practic.tom.1.part.1.tempore 8. in princip.* Mascard. *de probat. lib.1. quæst. 2. n. 8.* Herman. Vulteius *de Iurisprud. Romanorum lib. 2. cap.2.*Hieron.Treutl.*selectar.disput. lib. 2. disput. 4 thesi 1.* Morla *in emporio iuris ciuilis part.1. tit.11.in prælud. n. 21.*Camill.Borrell. *in summ.decis. tom.2 tit.2.num.1.*

SVMMARIVM.

1 *Actor sicut tenetur probare suam intentionem ; ita reus suam exceptionem.*

2 *Debitor solutionem probet.*

3 *Solutionem allegans probare debet.*

4 *Implementum probandi onus adimplere volentem pertinet.*

L. Vt creditor. I.

Impp. SEVERVS *&* ANTONINVS. AA. *Faustino.*

SIcut actor tenetur probare suam intentionem, 1
ita reus suam exceptionem. Debitor solutionem 2
probare debet. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet Bart.Angel.Fulgos.Castrens.Bald. Sichard. Donel. Aloys.Leo *in 4.fol.14. verso,*Petr. Gilchen *tom. 2. pag.100.*Sebast.Neui.Cuiac.Giphan.*tom.1.pag.251.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* qui omnes excepto Giphanio, super omnes leges scripserunt.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ludou.Roman.*singul.164.* Mascard. *de probat. con-
clus.78.num.18.*vbi quòd allegans solutionem pro- 3
bare debet,Donel.*comment. iuris ciuilis lib. 25.c. 1. sub expositione huius l.* Gig.*de pensionibus quæst.16.in fine.*Anton.Gabr.*commun.lib.1.de probationib.concl.6. num.21.*Roland. *cons.87.num.5. vol. 1.* Surd.*de aliment.tit.1.quæst.48.num.54.*Ioan. Garcian. *regul. 7. num.10.* vbi quòd alleganti solutionem incumbit probatio.

Notatur ad hoc quòd is,cui implendum est ,sat 4
est,si neget fuisse impletum , quia onus probandi implementum pertinet ad implere volētem, vt per Natt.*cons.226.num.3.* Bec. *cons. 105.num.11. & seq.* Herculan. *in tractat. quis teneatur probare negat. num.35.*Surd. *d.tit.1.quæst.48. num. 53. & decis. 64. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Agens rei vendicatione dominium probabit. Quid si probauerit semipleuè, num.5.*

2 *Reus possessor dominus præsumitur vsque dum contrarium probetur,& n.2.*

4 *ex Possessione præsumi dominium & titulum.*

6 *ex Possessione præterita vtrùm præsumatur dominiū; si nunc non possideret, remissiuè.quòd non ibid.*

L. Possessiones. II.

Imp. ANTON. A. *Antizano.*

1 AGens rei vindicatione dominium probabit.
2 Item reus possessor dominus præsumitur vsque dum contrarium probetur. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l.1.num.1 sup. ho tit.* ex modernioribus Donell. Cuiac. Aloys. Leo *in 4.fol.15.* Petr Gilchen.*tom.1.pag.102.*

3 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Boer *decis.4 .a princip.* Donell.*comment. iuris ciuilis lib.25.cap.1.col.4. sub exposit. huius leg.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 63. num. 12. cum seqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 3. proœm. num. 54.*
4 vbi quòd ex possessione præsumitur dominium & titulus.& *gloss. 5.§.1.num.55.* idem dicit, & intelligit vtrobique quando de dominio incidenter agitur.

5 *Cum te in tempore cessante*, &c] Quid si semiplenè probauerit? vide Anton Fabr. *de erroribus pragmat. decade 29 errore 1.*

6 An autem ex præterita possessione præsumatur dominium si nunc non possidebat? vide Menchaq. *illustr. controuer. part.1.cap.70.num.22.* vbi non præsumi asserit, & tripliciter limitat.

SVMMARIVM.

1 *Collega, eiusdémque hæres pro collega non soluit, si tempore, quo remotus fuit collega, soluere potuit, & num. 2.*
3 *Paupertas probanda ab illo, qui in ea se fundat.*
4 *Pauper quilibet nascitur.*

L. Ex persona. III.

Imp ALEXANDER. A. *Leonæ & Lupo.*

1 COllega,& eius hæres pro collega non soluit, si tempore, quo remotus fuit collega, soluere potuit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1 sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Boer *decis. 310 n. 1.* vbi quòd si contingat vnum non esse soluendo, alij tenebuntur, & *numeris seqq.* id ad plura conducit notabilia, Donell.*comment. iuris ciuilis lib.15.cap.1.col.5.sub expositione huius legis.*

3 *Soluendo fuisse ostenderis.*] Notatur ad hoc quòd paupertas probanda est ab illo, qui in ea se fundat,
4 cùm quilibet nascatur pauper, vt per Cornel. Benincas. *in tract. de priuileg. paupert. quæst. 3. per totum,* præsertim. *num.6.* Afflict. *decis.377. n. 4. cum seqq.* Couarr.*lib.2.var.cap.6.num.1.* Verall.*decis.293.vol. 2.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 33. in fine, & decis.56.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 2. tit. 2. num.91.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium probari per instrumenta, testes, aliaque indicia.*
2 *Dominium & proprietas differunt.*
3 *Dominium & possessio differunt.*
4 *Proprietas & dominium pro eodem sæpissimè in iure ponitur.*
5 *Proprietatis appellatione dominium intelligi, & è conuer.*
6 *Dominij probatio nemo non fieri per famam.*

L. Proprietas. IV.

Iidem A. Vito.

DOminium probatur per instrumenta, testes, aliaque indicia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1 sup. hoc tit.* 1

De dominij probatione commodiùs dicam *in collect. ad l. in rem, ff. hoc eod. tit.* 2

Proprietatis dominium, &c.] Ergo inter dominium & proprietatem est differentia, de quo vide Gregor. Lopez. *l. 27. verbo tanto quere dezir, tit. 1. part. 4* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mater. 1. part. 2. num.6.* Alexand. Raudens. *de analogis lib. 1. cap. 7. num. 2.* Palladis *rerum quotidianarum lib. 1. cap. 4. per totum,* Robert. *lib. 3. sentent. cap. 18.* Vacon. à Vacuna *declarat. num. iuris lib.2.declar. 44.* Quesada *diuersarum quæst. iur. cap. vlt. num. 14.* Rot. *decis.261. num.1. part.2. recentior.* aliàs *in posthum.* Farinac. vbi quòd dominium & possessio inter se differunt latè Castill. *de vsufructu cap. 75. num 10. cum seqq.* vbi *num. 35* dicit verè innuere hanc leg. in aliud esse 3 proprietatem, & aliud dominium, cum sint diuersa, & *num. 41.* subdit sæpissimè proprietatem & dominium pro eodem poni in iure, non ideo quòd 4 proprietas & dominium sint idem, sed quòd appellatione proprietatis intelligatur dominium, & e contra appellatione dominij proprietas compre- 5 henditur.

In gloss. *Legitimum. ibi: et per famam*, &c Vide ta- 6 men Hippol. *in l. de minore, §. plurimum num. 56 ff. de quæst.* Bald. *in l. Celsus num. 41 ff. de vsucap.* Camill. Borrel. *in summ decis. tom. 1. tit. 2. num. 241.* vbi quòd dominij probatio non fit per famam.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam priuatam sine aliis adminiculis non sufficere ad inducendam plenam probationem, & n. 2. etiamsi talis scriptura sit facta manu Notarij, dummodo non habeat solemnia requisita ad scripturam publicam, n.3. & si agatur de fauore piæ causæ, num 4.*
5 *Scriptura priuata, remissiuè.*
6 *Scripturæ recognitæ vim confessionis habent, & pro eis conceditur executio. intellige et num. 7. recognita à parte operantur eundem effectum, quem operari solet instrumentum publicum, vt per eas possit procedi per assignationem decem dierum, num.8.*
9 *de Scripturis priuatis mercatorum, eorúmque libris, & quomodo probent, remissiuè.*

L. Instrumenta. V.

Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Sertorio.*

SCriptura priuata sine aliis adminiculis non sufficit ad probationem plenam inducendam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.* Giphan.*tom.1.pag.254.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2 Boër.*decis.105.à princ.* Tiraquel.*de retract.tit.2.§.2. gloss.7.*

gloss.7.num.43.cum seqq.& tit.1.§.1.gloss. 18. *à num.* 92.Hippol.*sing.*436. Greg. Lop.*per text. ibi in l.*119. *tit.*18.*part.* 3. Bernard. *reg.* 46. Cou.*pract. cap.* 22. *num.*1.*& var.lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 14. Duen. *reg.* 157. Ioan. Garcian. *reg.* 381. *n.* 1. Mascard. *de probat.*
3 *concl.*11.*&* 1300.vbi *num.* 9. ampliat procedere licèt talis scriptura sit facta manu Notarij, dum-
4 modo non habeat solemnia requisita ad scripturam publicam,& *n.*10.ampliat pariter,etiamsi agatur de fauore causæ piæ,latè Camill.Borrell.*in sum. decis.tom.*2.*tit.*23.*à princip.* Cald. Pereira *post quæst. forens.cons.*33.*num.*58.

5 De priuatis scripturis vide Auendan.*de exequend. mandatis part.*2.*cap.*30. Perez.*l.*5. *tit.* 8. *lib.*3. *Ordin.pag.* 643. Azeued. *l.* 5.*tit.* 21. *lib.* 4. *noua Recopil.*Curi. Philip. *par.* 1. §. 17. *num.* 36. Camil. Borrel. *d. tit.* 23. Cald. Pereira *de emption. & vendit.cap.* 6. *num.* 16. *&* 17. Aluar. Valasc. *cons.* 170.
6 *num.* 7. *cum seqq.* Recognitæ vim confessionis habent, & pro eis conceditur executio.*l.cùm de indebito* 25. §.*fin. ff. hoc tit.* Matth. Coler. *de process. execut. part.* 3.*cap.* 1. *num.* 98. *cum seqq.* Hieron. Magon. *Florent. decis.* 122 *num.* 4. *&* 5 *Lucensi decis.*15.*n.*17.Camill.Borrel.*d.tit.*24.*num.* 42. vbi in-
7 telligit contra ipsum debitorem,non autem contra alios,Stephan. Gratian.*d sept.forens.cap.*183.*n.*10. *&* 11. Rot. *decis.*145. *num.* 3. *part.* 1. *in recentissim.* Vnde apud nostros Lusitanos ex *Ordin. Reg. lib.*3. *tit.* 24. §. 9. & Apud Hispanos per *l.* 119. *tit.* 18.
8 *part.*3.priuatæ scripturæ recognitæ à parte operantur eundem effectum, quem operari solet instrumentum publicum,vt per eos possit procedi per assignationem decem dierum, vt per Cou.*lib.*2.*var. cap.*11.*n.*4.Auiles *ad cap.*30. *Prætor. verbo execution. n.*33.Auendan.*d.cap.*30.*n.* 1. *vers. aliquando tamen,* Soar.de Paz.*in pract.part.* 4. *tom.*1. *cap.* 1.*à num.*21. Azeued.*l.*7.*tit.*21.*lib.* 4. *noue Recop.* Gutier *practic. lib.* 1. *quæst.* 121. & apud Gallos idem obseruari refer Rebuff.*ad leges Galliæ tom* 1.*tit.de chirog.recognit. in præfat.n.*44.*cum seqq.*

9 De scripturis priuatis mercatorum,eorúmque libris,& quomodo probent; vide Gail. *lib.*2. *obseru.* 20. Mascard.*de probation. concl.*975. *cum seqq.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 91. *cum duobus seqq.* Ioseph. Ludou. *commun. concl.* 29. Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5.*tit.* 9.*n.* 173. *pag.* 496. Seraph. *decis.*150. *n.* 4. Greg. XV. *decis.* 468. *num.* 12. Rot. Genuens. *decis.* 16. *n.* 2. *& decis.* 35. *n.* 7. *& deci.*126.*n.*4. Morl.*in emporio iuris ciuili.p.* 1. *tit.*8. *q.*17.Bernard.Græuæ.*ad practic. Cameræ Imper.lib.*2. *conclus.*20. Rot. *decis.* 321. *n.* 2. *cum seqq. & decis.* 540. *à n.* 2. *& decis.*575. *à princip & decis.*646. *&* 653. *n.* 5. *p.*1. *recentissim.* aliàs *in posth.* Farin. *& decis.* 481. *& decis.* 101 *p.* 2. *etiam recentissim.* Boër. *decis.*105. *n.* 1. *& seq.* Mart. *de Iurisdict. par.*4. *cent.* 1.*casu.* 84.Camill.Borrell.*in sum.decis.tom.* 2.*tit.* 22. *n.*40.*cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Rationes priuatas defuncti non probare eius debitum, & n.*4.
2 *Verba enunciatiua à testatore emissa ad commodum hæredis non probare pro hærede.*
3 *Scripturam priuatam non inducere fidem pro scribente.*
5 *Scriptura quomodo probetur per testes,qui interfuerunt, sed non testificantur de ipso actu.*
6 *Testator si confiteatur sibi deberi decem à Titio,cùm tamen* 20. *deberentur, confessio probato errore per hæredem tanquam erronea debitorem nihil releuat.*
7 *Testator si iurauit certam sibi summam deberi per Titium, hæres tenetur stare necessariò iuratæ confessioni testatoris, vide tamen n.*8.*&* 9.

L. Rationes. VI.

Iidem A. & C. Romulo.

Rationes priuatæ defuncti nō probant eiusdem 1 debitum. Item verba enunciatiua à testatore 2 emissa ad commodum hæredis non probant pro hærede. Scriptura priuata non inducit fidem pro scri- 3 bente. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1.*sup. hoc tit.*Giphan.*tom.*1.*pag.*254.

Vide *l. Hisp.*121.*tit.*18.*part.*3.vbi statuitur quòd 4 non creditur priuatæ scripturæ,qua quis iam defunctus dicebat alium in certa quantitate sibi debitorem esse,Bart. *in auth.at si contractus n.*9.*in princ.C. de fide instrum.& in l.emptor,*§.*Lucius, in princ. ff. de pactis,*Ias.*in l.admonendi n.*81.*cum seqq.ff. de iureiur.* Hippol.*sing.*458.Tiraquel.*in l.si vnquam, in prælud. n.*51 Cou.*pract.cap.*22.*n.*8.

Quomodo probetur scriptura per testes, qui in- 5 terfuerunt,sed non testificantur de ipso actu, vide Curti. *in d. l. admonendi n.* 114. Afflict. *decis.* 181. *n.*7.*&* 8.Cou.*d.cap.*22.*post num.*1.& dicit Alberic. *in l.comparationes,C.de fide instrum.*tantam posse esse comparationem vt faciat integram probationem,de quo Ias. *in d. l. admonendi n.*88. *&* 89. Afflict. *decis.*181. *n.* 2. Greg.Lop.*l.*114.*verbo fue fecha tit.* 18. *part.*7.Ioseph.Ludou. *Perus. decis.* 7. *n.* 20. Donat. à Fina *tom.*1.*commun opin.lib.*4.*tit.* 11. *de tabellionib. n.*336. *pag.*589. Marc. Anton.Bellon. *Genuæ decis.* 18. *sub num.* 12. dicens sufficere comparationem & recognitionem scripturæ in litteris, præterquam in scriptura priuata testibus non firmata, & *decis.*84. *num.* 3. vbi dicit de facili errari posse litterarum similitudine,Vincent.de Anna *alleg.*85 *n.* 5. optimè Aluar. Valasc. *cons.* 67.*sub n.*12.*& consult.* 177.*n.*4. *cum seqq.*Camil.Borrel.*in sum.decis.tom.*2.*tit.*23.*n.*8. *cum seqq.*

Eiusdem iuris est, &c.] Notatur ad hoc quòd si 6 testator confiteatur sibi deberi decem à Titio,cùm tamen viginti deberentur,confessio probato errore per hæredem tanquam erronea nisi releuat debitorem,vt per *d.l. Hisp.*111.*vers.otrosi dezimos tit.* 18. *part.*3. Gutier.*de iuramento confirmat.part.* 2. *cap.* 6. *num.*1.

In gloss. *Quantitatem,fin.*ibi,*quia si iurauit defun- 7 ctus,hæres eius plus non potest petere*, &c. Notatur ad hoc quòd si testator iurauit certam summam sibi deberi per Titium,hæres tenetur stare necessariò confessioni iuratæ testatoris, & non poterit residuum petere,licèt id probauerit,aliàs non fruetur hæreditate,vt per Auendan.*de exequend.mand.part.*1.*c.*29. *num.*12.Gutier.*d.cap.*6. *num.* 4. vbi tamen subdit se 8 admittere hæredem quando constasset manifestissimè de errore testatoris aliter quàm per probationem maioris summæ debitæ, probando vlteriùs quòd testator crediderit minorem deberi, & quòd noluit reliquum legare, sed errore minorem summam declarauit.

In ead.gloss. ibi, *aliud si dixit tantùm*, &c. No- 9 tatur ad hoc quòd etiamsi testator dicat sibi deberi decem tantum,cùm tamen plus deberetur in rei veritate, non præiudicat hæredi confessio huiusmodi testatoris probata veritate, quia errore id

videtur dixisse testator, nisi probetur quòd scienter dixit, quia tunc valeret in vim relicti, vt per Gutier. *d. cap. 7. num. 3. vers. secunda opinio*, vbi limitat si manifestissime appareret, & probaretur per hæredem errore ductum fuisse testatorem ad id confitendum, ac proinde non fuisse eius intentionem, vt legaret, vel donaret residuum.

SVMMARIVM.

1 *Actioni iurata satisfacere debent heredes.*
2 *Creditoribus non præiudicant testatores enunciando, iurando.*
3 *Testator qui fatetur se mutuum accepisse, nec accepit, donare videtur.*
4 *Confessio testatoris probat cum iuramento. intellige vt ibid. non nocet creditoribus, sed sibi & creditoribus, num. 5.*

AVTH. Quod obtinet.

1 ACtioni iuratæ hæredes satisfacere debent. Enunciando autem & iurando testatores creditoribus præiudicare non possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Giphan. *tom. 1. pag. 254.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, *l. Hisp. vlt. tit. 18 part. 3.* vbi *gloss. 3.* Menchaq. *de success. tom. 1. lib. 1. §. 9. n. 30.* ad hoc quòd testator qui fatetur se mutuum accepisse, nec accepit, videtur donare, Anton. Gom. *l. 6. Tauri n. 36. vers. neque obstat*, vbi conclusionem desumptam ex hac Auth.
4 quòd confessio testatoris probat cum iuramento, intelligit in præiudicium extranei hæredis, non filij, & *l. 45. Tauri n. 89. prope fin. vers. nono*, vbi dicit in
5 hoc text. haberi quòd confessio etiam iurata testatoris dicentis se debitorem alicuius, non nocet creditoribus, sed bene nocet sibi & creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex propria scriptura creditoris non conuincitur, & num. 2.*
3 *Liberationem nihil omnino probat in his quæ non dependent à mera voluntate scribentis. Valet tamen dispositio, vel statutum disponens quòd ei fides habeatur, n. 5. vbi fidem facit ex dispositione Principis, probat etiam contra tertium, n. 6.*
4 *Scriptura priuata non probat vtilem intentionem scribentis.*
7 *Tabellio non potest facere instrumentum de eo quod ipse facit. nec constituere procuratorem in causa propria per instrumentum publicum à se confectum, num. 8. nec se rogare de mandato procuræ in personam suam, num. 9. potest tamen conficere instrumentum in vtilitatem vxoris, num. 10.*

L. Exemplo. VII.

Impp. GALLIEN. A. *Sabino.*

1 EX propria scriptura creditoris non conuincitur debitor. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, *l. vlt. tit. 18. part. 3.* vbi *gloss. 1.* Bart. *in l. admonendi n. 26. in fine, ff. de iureiur.* Tiraq. *de pœnis tem-*
3 *por. causa 51. num. 104.* vbi quòd liber rationum nihil omnino probat nec pro scribente, nec pro herede in his, quæ non dependent à mera scribentis voluntate, Ioan Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. cent. x. dist. 83. n. 9.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 22. n. 57. cum seqq.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 88. num. 3. cum seqq.* Verall. *decis. 185. num 3.* vbi quòd priuata scriptura non probat vtilem intentionem 4
scribentis, Surd. *decis. 312. num. 1. & 3.* vbi quòd etsi regulariter liber mercatoris non probet pro scri- 5
bente, tamen valet dispositio, vel statutum disponens quòd ei fides adhibeatur, & *num. 5.* quòd liber 6
vbi ex dispositione Principis fidem facit, probat etiam contra tertium. Vide plura de scripturæ priuatæ *ad l. 5. sup. hoc eod. tit.*

Quæ vnusquisque sibi adnotatione propria, &c.] 7
Notatur ad hoc quòd tabellio non potest conficere instrumentum de eo, quod ipse facit, vt per Tiraq. *de iure constituti part. 3. limit. 30. n. 39.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 34. num. 17.* Nec potest 8
constituere procuratorem in sua causa propria per instrumentum publicum à se confectum, Cabed. *Lusit. decis. 128. num. 3.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 66 de procurat. num. 81.* nec potest se 9
rogare de mandato procuræ in personam suam, Flamin. Paris. *de resig. benef. lib. 9. q. 1. num. 1. & 2.*
Potest tamen conficere Instrumentum in vtilitatem 10
vxoris, vt per *l. vxor. ff. ad legem Cornel. de fals.* resoluit Cardos. *in praxi iudicum, verbo instrumentum num. 29.*

L. Frustrà. VIII.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Publico & Optato.*

ACtori incumbit probatio, non reo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1
Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Bart. *in l. ex persona num. 4. sup. hoc tit. & in l. fine possidentis num. 5. inf. hoc eod. tit.* Cornazan. *decis. 85. num. 1.* Donel. *comment. iuris ciuilis lib. 25. cap. 1. col. 9.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 2. tit. 2. ex n. 16.* vide *ad l. actor. inf. hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Ætatem allegantî incumbit onus probandi, & n. 2. cur, num. 3.*
in Tempore se fundans, illud probare debet. ibid.
4 *Ætas probatur multipliciter.*
5 *Ætas probanda per eum, qui se fundat in ea.*

L. Cùm te minorem. IX.

Iidem AA. & CC. *Martianæ.*

ÆTatem allegantî incumbit onus probandi. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*
Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 1
l. Hisp. 4. tit. 14. part. 3. vbi *gloss. 1.* Duen. *reg. 259.* Aleixi. *de præsumpt. reg. 1. præs. 14. in princ.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 25. cap. 1.* Caualcan. *de tutore num. 293.* Menoch. *de arbitr. casu 117. & de præsumpt. lib. 2. præs. 50. num. 18. & cons. 1. num. 26.* Maurit. *de in integ. restitut. ex cap. 315.* Sfort. *in simili tract. p. 1. q. 37. n. 3. cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo ætas.* Mascard. *de probat. conclus. 666.*

666.num.2.& concl. 675. *& concl.* 1059. *num.* 8. *& concl.*1351. Cald. Pereira *in l. si curatorem,verb.minoribus n.*10.*&* 11.*& verb.supra num.*19. Surd. *decis.* 375.*n.*9.vbi *n.*10.rationem reddit,quia qui se fundat in tempore,illud probare debet,Rot.*decis.*525.*n.*3. *part.*1.*recentior.* Mandos.*in tract.de aetate qu.*1. Viui. opin.256.*num.*1.Boui.*de statutar. praescript. gloss.* 19. *num.*38.Pacian.*de probat.lib.*3.*cap.*24. *num.* 4. *&* 14. latissimè Farin.*fragm.crimin.p.*1.*lit.A.n.*72.*cum seqq.* Morl.*in emporio iuris ciuilis part.* 1.*tit.* 5. *quaest.*10. *num.*4.Flamin.Paris.*de resignat.benefic.lib.*3.*quaest.*7. *num.*34.

4 *Et de ea aetate probare*, &c.] Multipliciter probatur aetas, & primò ex libro baptismali Parochi, in quo in dies annotantur nomina per illum baptizatorum,vt per Alciat.*d.praes.*14. *num.* 2. Maurit.*d. tract.cap.*321. Verall.*decis.*314.*part.* 1. Viui. *decis.* 184.*num.*2.Ioseph. Ludou.*Perus.decis.* 55. *num.* 7. §.1.Hieron. Magon. *Lucensi decis.*13.*n.*7. vbi Fabi. Timaeus *in addit.*Menoch.*de arbitr.casu* 116.*num.*2. *&* 3.*& d.lib* 2.*praes.*51.*ex num* 53. Anton. Monach. *Florent.decis.*17.*num.*2.*& Bonon. decis.* 19. *num.* 13. Sfort.*d.qu.*37.*num.* 32. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles.decis.*249.*in* 1.*edit.*aliàs *resol.*218. *num.* 5. *in* 2.*impress.*Seraphin *decis.*1138.*num.* 2. Farin.*fragm. crimin.part.*1.*verbo aetas num.* 141. Franc.Molin. *de ritu nupt.lib.*1.*compar.* 9. *num.* 41. Bellet. *disquisit. clerical.part.*1.*tit.de clerico teste*,§. 1.*num.*10. Genoa *de scriptura priuata lib.*5.*tit.de libris Plebanor.quaest.*1. *num.* 3. *&* 4. Metipsum *de officio & potest. Parochi cap.*7.*num.*4.Rot.*decis.*592.*num.*2.*part.*1.*recentior.& decis.*15.*n.*2.*p.*2.*recent.*

Secundò probatur ex libro patris, in quo annotauit filiorum natiuitates,Alciat.*d. reg.* 1. *praes.* 14. *num.*10.Maurit.*d.tract.cap.*320. Caputaq.*decis.*314. *num.*3.*part.*1. Mandos.*in tract.de aetate qu.*3.*num.*1. *& in reg.*18.*Cancel.qu.*8.*num.* 1. *cum seqq.* Sfort. *de in integ.restit.part.*1.*qu.*37.*n.* 92. Vincent.de Anna *sing.*379 Mascard *de probat. concl.* 669. *num.* 1. *cum seqq.*Farin.*dict.verb.Aetas num.* 145. vbi intelligit quando nulla adest suspicio quòd pater voluerit scribere falsum; secus si aliqua falsitatis vrgeret suspicio tempore scripturae,& allegat Menoch *dict. casu* 116. *num.* 4. *in fine, & d.lib.*2. *praes.* 51. *num.* 10. *vers.existimauerim ego*, Mascard. *dict. concl.* 669. *num.*12.

Tertiò probatur ex aspectu,quod multum relinquitur arbitrio iudicis, maximè quoad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium. Alciat.*d.praes.*14.*num.*4.Mandos.*de aetate minori qu.* 1. *num.*1.Magon. *Lucensi decis.*68.*num.*7. Menoch. *de arbitr.casu* 117.*num.*1.Sfort.*d.qu.*37.*num.*93.*&* 94. Farin.*d.verbo aetas num.*148.*cum seqq.* vbi multipliciter declarant.

Quartò probatur per testes,qui fuerunt praesentes natiuitati illius,de cuius aetate agitur, vt per Mandos.*ad reg.*18.*Cancel. qu.* 4. *num.* 3. Maurit. *in tract.de restit.in integ.cap.*316.*num.* 1. *&* Sfort. *eod. tract.part.*1.*qu.*37.*num.*34.*cum seqq.& num.* 50. *vers. & dic.*Mascard.*de probat.concl.*668. *num.* 1. Pacian. *in simili tract.lib.*2.*cap.*24.*num.*63. etiamsi consanguinei sint, Maurit.*d. cap.* 316. *num.*4.*& cap.* 317. Vincent.de Franchis *decis.*119.*num.* 9. *&* 10. Sfort. *d.qu.*37.*num.*48.Mascard.*d.concl.*668.*num.* 17. Menoch.*d.lib.*2.*praes.*51.*num.*42.*cum seqq.* Farin.*dict.lit. A. num.*175 *cum seqq.* vbi intelligit quando agitur de probanda aetate in totum, non de solo puncto natiuitatis,& nisi cesset praesumptio scientiae oriēs ex consanguinitate,seu vicinitate; & quod magis est,quamuis sint parentes, nam illorum testimonium admittitur ad probandas filiorum aetates, ita *d. tract.cap.* 317. *n.* 1. *vers. mihi verò*, Ordin.Reg. Lusitan. *lib.*3.*tit.*46.§.1.Sfort.*d.qu.*37.*art.*5.*num.*54. Mascard. *d.concl.*668. *à n.*17.*& concl.*1148.*num.*14. Cald.Pereira *in l.si curatorem,verb. minoribus n.* 13. Gutier. *alleg.*11. *n.*10. Morl. *in emporio iuris ciuilis part.*1.*tit.*11.*in prelud.n.*80.*vers.vltimo*,Farin.*in praxi crimin. p.* 2. *q.* 54. *n.*177. *& in fragm.crim.part.*1.*lit. A,n.*168.*cum seqq.*Cardos.*in praxi iudicum,verb.testis num.*10.

Quintò probatur per instrumentum tutelae, & curae, cùm instrumentum tutelae arguat pupillarem aetatem, curae verò arguat pupillum esse adultum, Alciat. *d. praes.* 14. *n.*8. Caualcan. *de tutore n.* 194. Beninten. *Bononien.decis.*82. *num.*1.*in princ.*Simoncel.*de decreto lib.*3. *tit.*7. *num.*43. Sfort. *d. quaest.*37. *n.*90. *in princ.* Mascard. *d. concl.*666. *num.*10. *& seq. & n.*27. *in fine, & num.* 31. *cum seqq.* Menoch. *d. lib.*1.*praes.*50.*n.*28.Pacian *de probat.lib.*2.*cap.*24.*n.*52. *&* 53.latè Farin. *d.lit. A, n.*116. *cum multis seqq.*vbi declarat.

Sextò probatur ex coniecturis,Alciat. *d. praes.*14. *n.*9 .Ioseph Ludou. *Perus. decis.* 55. *num* 16. Menoch.*de arbitr.casu* 116.*n.*1.Fului.Pacian.*d.lib.*2.*c.*24. *num.*51.

In gloss. *Probare* Nota aetatem probandam esse per eum,qui se fundat in ea,siue actor,siue reus sit, 5 & sic siue agendo,siue excipiendo, Alciat.*d.reg.*1. *praes.*14. *num.*3.*vers. idemque tam in actore*,Duen.*reg.* 258.Maurit *d.tract.de restit.in integ. qu.* 315. *num.*1. *vers.hoc autem tam in se verissimum est*,Mandos.*in reg.* 18. *Cancell. qu.*3. *n* 2 *in* 4. *opin. & num.*3. Sfort. *d. qu.* 37. *n.* 8 *&* 9. Pacian. *d. lib.* 2. *cap.* 24. *num.*33. *cum seqq* Et procedit siue aetas proponatur affirmatiuè, siue etiam negatiuè, quia vtroque casu per proponentem probanda est, Mandos. *d qu.*3. *num.*2. *vers.quinta fuit opinio*,Menoch *d.l b.*2. *praes.*50. *n.*5. *cum seqq. & n.* 18. Pacian. *d. lib.*2. *cap.*24. *num.* 14. *&* 5. & eo magis probanda est per fundantem in ea, quando illam allegans agit ad impugnationem alicuius actus iam perfecti, Mandos. *d. q.*3.*num.* 6. Pacian.*d.l.*2.*c.*24.*n.*37.*& seq.& n.*41.*& seq.*Mascard. *d.concl.*66.*n.*19.*cum seqq.*

Et hinc est quòd sicut Clericus ad beneficium electus agens ad admissionem debet probare aetatem requisitam tanquam suae intentionis fundamentum,Mandos. *d. q.*3. *n.*4.Pacian *d.lib.*2.*cap.*24. *num.*19. *vers. & haec est notabilis differentia*, *& n.*21, *&* 22. sic & è contra excipiens & dicens ipsum nō esse legitimae aetatis, debet minoritatem probare, Alciat. *d.praes.*14.*n.*3.*vers.& vbi aliquis*, Mandos. *d. q.*3.*n.*4.*in fine,vers.aut quis instat*,Masc. *d.concl.*666. *n.*6.Pacian.*d.l.*2.*c.*24.*n.*35.

Hinc etiam si quis vult repellere,procuratorem à iudicio tanquam minorem,debet minoritatem probare. Alciat.*d.praes.*14.*num.*3.*vers.& si quis vult procuratorem repellere*, Pacian. *d.lib.*2.*cap.*24. *num.*47. Et qui vult impugnare testamentum,seu possessionem factam ab aliquo propter minorem aetatem, tenetur eandem minorem aetatem probare. Alciat. *d.praes.*14. *num.*6.*vers.& si quis fecit*,Mascard.*d.conclus.*666. *num.*51. Pacian. *d.lib.*2.*cap.*24. *num.*40. Et qui vult impugnare contractum propter non legitimam aetatem, impugnanti incumbit onus illam probandi,Mascard. *d.concl.* 666. *num.* 18. Menoch. *d.lib.*2. *praes.*50. *num.*20. *in fine vers.primus itaque est casus*, *& n.*21.*& seq.*Pacian.*d.lib.*2.*cap.*14.*num.* 39. *&* 32.

SVMMARIVM.

1 *Abesse quod solet, & potest, non probat id esse.*
2 *Libertate matris probata, fili u liber esse censetur.*
3 *Probatio debet concludere de necessitate.*
4 *non probat hoc Esse, quod contingit abesse.*
5 *Probatio, quæ fit per locum à communiter accidentibus, est concludens.*

L. Neque natales. X.

Iidem AA. & CC. Isidoro.

1 ILlud quod solet & potest abesse, non probat il-
2 lud esse Libertate matris probata filius liber esse censetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

3 Allegari solet hic text. ad hoc quòd probatio debet de necessitate concludere, & non probat hoc
4 esse, quod ab hoc contingat abesse, de quo Ias. *cons. 62. Omisso num. 2. vol. 1. & cons. 13. Difficultas, n. 22. vol. 2* Verall. *decis. 11. n. 6. par. 1. & decis. 421. par. 2.* Anton Gabr. *commun. lib. 7. tit. de cr m. concl. 9. n. 2.* Mascard. *de probation. concl. 671. n. 11.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo probatio 10.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 11. in prælud. n. 53.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 1. tit. de seruitut. resol. 1. sub num. 19. vers. hæc prima declaratio,* Aldouin. *cons. 44. num 6. & cons. 51. n. 18.* Surd *cons. 5. num. 46.* Galganet. *de condit. & demonstrat. part. 2. cap. 1. qu. 92. num. 5.* Cæs. Argel. *de contradict. legitimo qu 15. num. 107.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 765.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 46. num. 6.* Rot. *dec. 127. n. 7. par. 1. recentior.*

Natales.] Vide Pined. *in vita S. Ioannis Baptistæ lib. 3. art. 2. cap. 1. pag. 112.*

5 In gloss. *Cum nihil, fin. ibi, & frequenter,* &c. Notatur ad hoc quòd probatio, quæ fit per locum à communiter accidentibus, est concludens, vt per Felin. *in cap. in præsentia n. 17. de probat.* & *ibi* Dec. *num. 31.* Hippol. *sing. 1. 336* Palat. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. § 53. num. 2.* & *in repet. cap. per vestras, illo tit. notab. 1. §. 1. num. 2.* Surd. *decis. 259. num. 8.* plures, quos plena manu citaui *de locis communibus argument. iuris, loco 10. per tot.* vbi habes ampliationes sex, & limitationem vnam.

In ead. glos. ibi, *vel non est sine altero frequenter;* &c. Vide Valasc. *de iure emphyt. qu. 27. num. 25. vers. interdum.*

SVMMARIVM.

1 *Testamento vitium inuisibile obiiciens, illud probare debet.*
2 *Testamentum impugnans causam ostendit quare careat viribus.*
3 *in Dubio sumenda interpretatio, qua sustineatur testamentum.*
4 *asserenti Testamentum, vel contractum nullum, incumbit onus probandi.*
5 *Consanguineum se dicens, satis erit si probet; se fratrem simpliciter, aut patruelem, vel aliter coniunctum.*
6 *Consanguineum proximiorem si quis alicui, veluti testatori, se dixerit, ex hoc solo probare poterit quòd sit illius consanguineus.*

L. si scriptum XI.

Iidem AA. & CC. Antoniæ.

TEstamento vitium inuisibile obiiciens illud 1
probabit. Item testamentum impugnans causam ostendat quare viribus careat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 2

Notatur ad hoc quòd in dubio sumenda est interpretatio, qua sustineatur testamentum, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 10. n. 11. & præs. 21. num. 14.* nam in dubio præsumitur validum. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 9.* Mascard. *de probat concl. 1353. aliàs 1359. num. 1.* 3

Et ad hoc quòd asserenti testamentum, seu contractum nullum, incumbit onus probandi, vt per Vant. *in tract. de nullitat. tit. a quo & à quibus n. 4.* Mascard. *de probat. concl. 1110 aliàs 1115. n. 1.* 4

Et ad hoc quòd ille, qui se dicit consanguineum, satis erit probare se simpliciter esse fratrem, aut patruelem, aut aliter coniunctum, vt per Tiraq *de retractu lig. §. 11 glos. 1. n. 6.* 5

Et ad hoc quòd si quis se dixerit alicui veluti testatori proximiorem consanguineum, ex hoc solo probare poterit quòd sit illius consanguineus absque eo quòd iudici fides fiat nullum alium eo esse proximiorem, vt latè per Mascard. *de probat. concl. 1245 aliàs 1251. per tot.* vbi multipliciter declarat. 6

SVMMARIVM.

1 *Res per instrumenta non geritur, sed probatur; & num. 2.*
3 *Contractum fieri sine scriptura.*
4 *Contractum sine instrumento valere.*
5 *Contractus & instrumentum differunt.*
6 *Modi, quibus proprietas probari debet, remissiuè: quibus dominium, n. 7.*
8 *in acquisitione Dominij nuda & simplex traditio requiritur.*
9 *qui habuit Causam à me, non potest mihi referre quæstionem dominij nisi dominium fuerit quæsitum ex causa noua, num. 10.*
11 *Emptor vt habeatur pro domino rei emptæ, non satis est probare titulum, traditionem, & pretij numerationem, sed opus est etiam probare venditorem fuisse dominum, nisi post emptionem bona fide emptor possederit per tempus sufficiens ad vsucapionem rei mobilis, & præscriptionem rei immobilis. num 12. vide etiam n. 13.*
14 *Vendens rem tanquam suam, non auditur si allegat eam esse alienam, & tanquam talem venderet.*

L. Cùm res. XII.

Iidem AA. & CC. Chroniæ.

RES per instrumenta non geritur, sed probatur. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Neguzant. *de pignor. par. 2. memb. 1. num. 63.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 25. in commentar. ad hanc l.* Surd. *decis. 277. num. 1.* vbi quòd contractus fieri 3
potest sine scriptura, Tiraq *de retractu lig. §. 2. gloss. 1. n. 1.* vbi quòd valet contractus sine instrumento, 4
quia aliud est contractus, aliud instrumentum. 5

Iure

6 *Iure proditū probationibus docere*, &c. Circa modos, quibus proprietas probari debet, vide Boër. *decis.* 4. & quibus dominium probetur, vide Guil-
7 lelm. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem, decis.* 5. *num.* 454. *cum seqq.* Syluan. *cons.* 86. *num.* 2. Afflict. *decis.* 40. *num.* 3. Cherian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *de acquir. possess. num.* 2. & 3. *pag.* 201. Mench. *illustr. cap.* 51. *num.* 16. *cum seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 112. *cum seqq.* & *decis.* 260. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. casu* 42. & *cons.* 361. *num.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 535. Ioan. Bapt. Costa *in tract. de iuris & facti ignorant. cent.* 2. *dist.* 97. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 188. *num.* 7. Rot. *decis.* 49. *num.* 1. & *decis.* 678. *num.* 2. & 3. & *decis.* 420. *num.* 2. & 4. *part.* 1. *recentior.* aliàs *in posthum.* Farin. Et an probetur ex confessione & recognitione? vide Guid. Pap. *dec.* 272. *incipit.* ... *trum domi. sum*, Guillelm. *d. decis.* 5. *num.* 454. Valasc. *de iure emphyt. q.* 8. *num.* 18. Et an probetur per famam? vide Syluan. *cons.* 56. *n.* 13. & 14. Menoch. *cons.* 191. *num.* 73. & *cons.* 395. *num.* 36. Gam. *Lusit. decis.* 88. & *dec.* 290. *num.* 1. Mascard. *concl.* 396. *num.* 3. & *concl.* 546. D. Barbos. *in l. si alienam n.* 86. *ff. soluto matrim.* Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat. verb. probatio n.* 46.

8 In gloss. *In vacuam.* ibi, *Item dixit hic P.* &c. Notatur ad hoc quòd in acquisitione dominij non requiritur possessio, sed nuda & simplex traditio & detentio, vt per Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 15. *col. antepen.* & *l.* 45. *Tauri n.* 90. *in princ.*

9 In ead. gloss. ibi, *vel dic quòd hic agebatur*, &c. Notatur ad hoc, quod ille, qui habuit causam à me, non potest mihi quæstionem dominij referre, vt per
10 Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 6. *n.* 7. Fallit si dominium fuit quæsitum ex noua causa, iuxta tradita per Alu. Valasc. *consult.* 42. *n.* 1.

11 In ead. gloss. ibi, *oportet ergo probare quòd venditor fuerit dominus*, &c. Notatur ad hoc quòd vt emptor habeatur pro domino rei emptæ, non satis est probare titulum, vacuæ possessionis traditionem, & pretij numerationem, sed necesse & opus est probare venditorem fuisse dominum, vt per Neguzant. *de pigno.* 1. *part.* 2. *membr.* 3. *num.* 63. Turzan. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *de acquir. possess. num.* 264. *pag.* 14. Mascard. *de probat. concl.* 609. *num.* 5. & *concl.*
12 613. *per tot.* vbi *num.* 1. limitat si post emptionem bona fide emptor possedit per tempus quòd sit satis ad vsucapionem rei mobilis, & ad præscriptionem rei immobilis. Vnde Menchac. *illustr. controuers. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 17. post Boër. *decis.* 47. *num.* 2.
13 *vers. sed glos.* tenet quòd licèt quis probet se habere alicuius rei possessionem cum legitimo titulo, sicque tanquam dominum fructus illius rei nomine, & & sibimet, non etiam alteri percipere, adhuc non intelligitur se dominium sufficienter probasse, id quod procedere ait quando dominium deducitur in iudicium per modum actionis, & principaliter, quale est in rei vendicatione, & *n.* 10. subdit quòd si cum eo legitimo titulo probaui possessionem longi temporis, tūc sufficienter probatum est dominium, etiamsi in iudicium deduceretur principaliter, quia iam præscriptum intelligeretur.

14 In ead. glos. ibi, *quia si suam*, &c. Notatur ad hoc quòd quando quis vendit rem tanquam suam, non auditur si alleget eam esse alienam, & tanquam talem vendicaret, quia allegaret propriam turpitudinem, & pariter neque audietur eius hæres, qui personam illius repræsentat, vt per Anton. Natt. *cons.* 400. *n.* 4. *lib.* 2. Neguzant. *de pignor. lib.* 3. *membro partis* 8. *n.* 10. Aym. *cons.* 310. *col. fin.* D. Barbos. *in l. Lutius* § 27. *ff. soluto matrim.*

SUMMARIUM.

1 *Consanguinitas per literas assertorias consanguinitatis non inducitur, nec probatur, & n.* 2.

3 *Litteræ missiuæ priuatæ quod probent contra scribentem, si sua manu scripta, & emissæ.*

4 *Epistola scripta tertio non prodest alteri. præsumitur præsentata de manu scribentis. n.* 5.

6 *in Litteris missiuis non requiritur recognitio quod fuerint scriptæ per scribentem, sed comparatio literarum sufficit. probant sine die & consule, num.* 7. *secus si careant nomine, & cognomine. num.* 8. *nisi per testes de visu & interessentia constet fuisse per ipsum scriptas, & missas. num.* 9.

10 *Litteræ amatoriæ inter amantes probant matrimonium contrahendum, non verò contractum. Emanata à viro, & missa vxori alienæ, pensque illam reperti; probant adulterium, n.* 11.

12 *Veritas, & rerum substantia nominum denominationem continent.*

13 *de Nomine contractus non curandum, sed attendendum quod agitur, sicque ad rei veritatem attendendum.*

L. Non epistolis. XIII.

Idem AA. & CC. Iustinæ.

PEr litteras assertorias consanguinitatis non inducitur consanguinitas, nec probatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* ... *num.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Hinc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Titaq. *de retract. lin.* ... § ... *glos.* 9. *num.* 274. vbi quòd consanguinitas non epistolis, vel nudis asseuerationibus, seu confessionibus constituitur, aut probatur, Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. *super hanc l. pag.* 158. 2

De litteris missiuis priuatis quòd probationem faciant contra scribentem si sua manu scriptæ fuerint, tenent Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 1. *tit. de chirograph.* & *schedul. recognit. in præfat. num.* 25 Strach. *de mercatur. de probation. sub num.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 94. *per tot.* Marc. Anton. Bellon. *Genuæ decis.* 14. *num.* 18. & *decis.* 8. *num.* 8. & *decis.* 27. *n.* 10. & *decis.* 51. *num.* 1. & *decis.* 81. *num.* 3. & *decis.* 136. *n.* 1. & *decis.* 175. *num.* 5. & *decis.* 180. *num.* 1. Steph. Gratian. *Marchiæ decis.* 156. *à princip.* vbi *num.* 3. tenet quòd epistola scripta tertio non prodest alteri, & *num.* 22 dicit quòd præsumitur præsentata de manu scribentis. Et quòd in litteris missiuis non requiratur recognitio quòd fuerint scriptæ per scribentem, sed sola comparatio litterarum sufficiat, resoluunt Cæsl. de Vrsill. *ad Afflict. decis.* 18. *num.* 5. & *num.* 12. Anton. Bellon. *Genuæ dec.* 97. *num.* 10. & *decis.* 126. *num.* 2. Ioan. Bapt. Thoro *in compend. decis. Neapolit. in verbo comparatio fol.* 5 & probāt etiam sine die & consule, Marchesin. *sing.* 4 *fin.* . Nota quòd tempus, Bellon. *Genuæ decis.* 26. *num.* 14. & *decis.* 125. *num.* 3. Secus si careant nomine & cognomine, quia tunc non probat contra scribentem. Menoch. *de arbitr. casu* 94. *num.* 15. & 21. nisi per testes de visu & interessentia constet fuisse per ipsum scriptas, & missas, vt censuit Rot. *decis.* 775. *num.* 3. *part.* 1. *recentissim.* aliàs *in posthum.* Farin. 3 4 5 6 7 8 9

Amatoriæ litteræ inter amantes probant matrimonium contrahendum, non tamen contractum. 10

Verall

Verall. *decis.* 212. *num.* 10. *part.* 2. Fane Viui. *dec.* 241. *num.* 19. *part.* 1. vbi *num.* 18. voluit litteras
11 amatorias emanatas à viro, missas vxori alienæ, ac penes illam repertas, probare adulterium, Nicol. Genoa *in tract. de scriptura priuata lib.* 3. *ac litteris amatoriis n.* 7. *pag. mihi* 167. Rot. *d. decis.* 775. *num.* 2. *in fine.*

12 Notari solet hic text. ad hoc quòd veritas, & rerum substantia hominum denominatione mutari non debet, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 12. *gloss.* 1. *num.* 34. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 85. *num.* 1. vbi *num.* 3. post Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 21.
13 *cum seqq.* hinc infert non esse iurandum de nomine contractus, sed illud quod agitur est attendendum, & sic ad rei veritatem aduertendum.

14 Notatur etiam ad hoc quòd ad positionem vnius non continuò sequitur positio alterius, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 36. *gl.* 3. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Assertionem nudam patris, filium esse suum, non sufficere, & n.* 2.
3 *Filiatio mul ipliciter probatur.*
4 *Filiationis præsumptio an nascatur ex similitudine & effigie, remissiuè.*

L. Non nudis. XIV.

Iidem AA. & CC. Municiano.

1 Assertio nuda patris ad probandum filium suum esse, non sufficit. Colligunt ex Ordin. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, multisque exornant, & declarant Duen. *reg.* 34. & *seq.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gl.* 16. *num.* 7. & 8. & §. 1. *gloss.* 9. *num.* 260. Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 3. *num.* 7. Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 23. *num.* 2. Gail. *lib.* 1. *obseru.* 97. *num.* 1. Ranchin. *p.* 4. *concl.* 471. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 43. *à num.* 33 Roland. à Valle *cons.* 22. *à num.* 24. *vol.* 5. Bursat. *cons.* 88. *num.* 6. *vol.* 1. Cæs Barz. *Bonon. decis.* 81. *num.* 9. & *decis.* 92. *num.* 5. Menchaq. *controuers. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. Pereg. *de fideicom. art.* 43. *num.* 66. Mich. Graff. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 113. *pag.* 492. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. vbi de hoc textu, Mascard *de probat. concl.* 789. *num.* 10. & *concl.* 790. *n.* 9. Fului. Pacian. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 10. & *cons.* 1. *per tot.* Surd. *cons.* 1. *n.* 43. & 46. *vol.* 1. & *cons.* 410. *n.* 71. & *decis.* 83. *n.* 4. & 7. & *decis.* 145. *n.* 4. 5 6. & 14. Aldouin. *consil.* 14. *à princ.* Gutier. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 54. *n.* 11. D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 1. *num.* 14. Cald Pereira *in resp. pro Sebastiano Limpo n.* 10. Aluar. Valasc. *cons.* 176. *num.* 9. Cardos. *in praxi iudicum*, *verb. probatio n.* 23. *cum seqq.* Mart. *de iurisd. part.* 2. *c.* 8. *n.* 10.

Pluribus tamẽ modis probatur filiatio. Et primò ex confessione, & nominatione parentum verè & principaliter propter se factâ, accedentibus aliis indiciis, de quo vide posita *in collect. ad c.* 3. *n.* 4. & 5. *qui filij sint legit.*

3 Secundò probatur per publicam vocem & famam, & communem reputationem, qua quis constituitur in quasi possessione filiationis, gloss. *verbo probare*, *in cap. lator*, *qui filij sint legit.* Bursat. *cons.* 17. *num.* 1. & *cons.* 98. *num.* 3. *vol.* 1. Cæs Barz. *Bonon. decision.* 92. *num.* 6. & 9. Sim. de Prætis *cons.* 134. *num.* 11. & *cons.* 136. *n.* 14. *vol.* 1. Viui. *decis.* 212. *num.* 8.

Tertiò probatur ex educatione, vt filio facta, quòd vt talis semper fuerit habitus, & communiter tractatus, Cou. *d.* §. 3. *num.* 6. Paleoth. *d. cap.* 22. *n.* 4. Menchaq. *illustr. lib.* 2. *cap.* 85. *num.* 20. *cum seqq.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *si vel parens*, *n.* 16. *ff. de liberis agnosc.* Hippol. Riminald. *cons.* 383. *num.* 15. & 16. *vol.* 4. Cæs. Barz. *Bonon. decis.* 92. *num.* 3. & 4. Menoch. *de arbitrar. casu* 89. *num.* 69. & *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 15. *num.* 32. & *lib.* 6. *præs.* 53. *num.* 21. *cum seqq.* Surd. *cons* 1. *num.* 41. Franc. Viui. *decis.* 212. *num.* 7. Surd. *de alimentis tit.* 1. *q.* 126. *à num.* 7 Cenall. *commun. contra commun. q.* 80. Rot *decis.* 76. *n.* 3. & *decis.* 195. *n.* 1. *p.* 1. *recentiss.* aliàs *in posthum.* Farinac. Cardos. *in praxi iudicum*, *verb. filius num.* 2. Valasc. *cons.* 176. *num.* 19. Vnde ex supplicatione porrecta pro filio legitimando fit filiationis probatio, si tanquam talis fuerit legitimatus, Paleoth. *d. cap.* 22. *num.* 9. Alex. Raudens. *Pisana decis.* 34. *num* 16. & 17.

Quartò probatur per librum baptismatis, in quo annotantur nomina baptizatorum, & patris, ac matris, Verall. *decis.* 314. *num.* 1. *part.* 1. Lancel. Gallia. *cons.* 15. *sub num.* 91. *vol.* 1. Item per librum, seu scripturam patrum, in quo describere solent natiuitates filiorum, Decian. *cons.* 1. *num.* 115. & *seqq. vol.* 3. Cæs. Barz. *Bonon. decis.* 92. *num.* 10. Franc. Viui. *decis.* 184. *num.* 3.

An ex similitudine & effigie nascatur præsumptio aliqua filiationis? vide Menoch. *de arbit. casu* 89. *n.* 97. & *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 53. *n.* 45. Treutl. *vol.* 1. *select. disp.* 2. *thes.* 5. 4

SVMMARIVM.

1 *Possessionem violentam non releuare aliquam ab onere probandi, & num.* 2.
3 *Seruo fugitiuo an incumbat onus probandi suam libertatem, quando allegat dominum eum violenter possedisse, & num.* 7.
4 *Seruus fugitiuus non potest dici esse in quasi possessione libertatis bona fide.*
5 *Seruo, qui tempore litis ordinatæ est in quasi possessione libertatis causa mala fidei, non obstante quasi possessione, incumbit onus probandi se esse liberum.*
6 *Dominus licet seruum per vim possideat, tamen cùm seruus fugiendo postea furtum sui faciat, vltimum delictum considerandum est. vide & num.* 8.
9 *Possessio pro se habet præsumptionem, & ob id onus probandi in aduersarium reijcit. limita vt n.* 10.
11 *Possessio non est probatio, sed releuat possessorem ab onere probandi. idem de quasi possessione, n.* 12.
13 *Captus iniustè an & quando licitè possit aufugere.*
14 *Fugiens an habeatur pro confesso, remissiuè.*
15 *iniustè Carcerato an & quando liceat occidere custodes carceris, si non possit aliter euadere, remissiuè. quid si post fugam statim ad carceres redijt, num.* 16.
17 *iniustè Detentus si fugiat, an veniat puniendus, quid si relaxetur præstito iuramento de redeundo, an teneatur redire vi iuramenti, num.* 18.

L. Vis

L. Vis. eius. XV.

Iidem AA. & CC. *Antonio.*

1 Violenta possessio nõ releuat aliquem ab one-
re probandi. Colligunt ex Ordin. Doctores
citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*
2 Hanç eandem conclusionem ex hoc text. desu-
munt *l.5. tit.14. part.3. vbi gloss. 1. 2. & 3. & l. 27.*
tit.14. part. 7. vbi gloss. 1. Bart. *in l. naturaliter, §. ni-*
hil commune num.17. post princ. ff. de acquir. possess. la-
tissimè D. Barbos. *in l. si de vi 37. ex num. 251. ff. de*
3 *iudic.* vbi aduersùs decisionem huius text. refert duas
difficultates, & illis respondet, eásque dissoluit.
Prima est, quòd hic probatur seruo fugitiuo non
incumberę onus probandi suam libertatem quando
allegat dominum eum violenter possedisse, nam se-
3 scriptura requiritur ex partium voluntate, & conuentione, non autem ex legis dispositione, Auendan. *ad l. 41. Tauri gloss. 4. in princ. & num.* 29. Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. p. 5. §. 11. n.* 32. Cald. Pereira *de potestate eligendi, cap. 7. n. 15.*

Nisi quinque testes, &c.] Ergo constrictus ad pro-
4 bandum per instrumentum si producat quinque testes probatæ & spectatæ fidei, admittitur de quo Campeg. *de testib. reg.* 371. Nell. *n.* 84. Nep. de Monte Albano *num. 19. & 46.* Ias. *in l. 1. num.* 134. *C. de iure emphyt.* Gregor. Lopez *l. 32. verbo carta de escriuano, tit. 6. part. 3.* Auendan. *d. l. 41. Tauri gloss. 4. num. 26.* Parlador. *d. loco,* Gam. *Lusit. decis.* 372. *per tot.* vbi aduertit quòd licèt ab aliquibus induci soleret hic text. vt generaliter tantundem valeat depositio quinque testium, quantum scriptura, magis tamen ait communiter practicari in suo casu speciali, videlicet quando contractus, qui aliàs per testes probari potest, conficitur in scriptis, quia tunc solutio pecuniæ debitæ per dictum contractum non probatur, nisi per aliam scripturam, aut quinque testes omni exceptione maiores, Mascard. *de probat. concl.* 346. *num.* 23. post Afflict. *decis.* 105. *n* 4. & Ducn. *regul.* 119. *fallent.* 6. tenet per hunc textum, quòd quando confessio tenderet ad rescissionem instrumenti in scriptis celebrari, talis confessio parte præsente facta non inducit plenam probationem contra illud instrumentum, nisi per quinque testes rogatos probetur, idem Mascard. *conclus.* 461. aliàs 462. *num. 4. & conclus.* 1236. aliàs 1242. *num.* 21. vbi quòd prohibita probatione nisi per instrumentum, admittitur tamen probatio per quinque testes, & *dict. conclus.* 1324. *num.* 13. vbi dicit quòd in illis casibus, in quibus requiritur scriptura, probatio fieri potest per quinque testes probatæ & spectatæ fidei.

Notatur ad hoc quòd deperdito Instrumento 5
probari potest contractus per testes, vel alias probationes, etiam quando contractus fuit in scriptis celebratus, dummodo testes sint viri boni, idonei, valde periti: instrumenti defectus, & litteras Notarij cognoscentes, de quo Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 60. §* 6. Felin. *in cap. sicut, sub num. 5. cum seqq. de sentent. & re iudic.* Petr. Folcr. *in practic. cens. verbo tenoris, & continentia, num.* 15. Caualcan. Fiuizan *decis. 38. sub n. 14. part. 1.* Azcued. *l. 1. n. 7. cum seqq. tit. 7. l. 5. noua Recopil.* Mascard. *concl.* 909. *num.* 6. Surd. *decis.* 227. *num. 4. & cons.* 144. *num.* 15. Bonacos. *tom. 1. commun. opin. l. 4. tit. 11. n.* 206 *pag.* 580. Auendan. *d. l. 41. Tauri gloss. 4. n. 41.* Menoch. *de præsumpt. l. 1. præsumpt.* 66. Flamin. Paris. *de resignat. l. 11. quæst. 14. n. 44. cum seqq.* Thoc. *in compend. decis. Regni Neapol. in verbo probatio scriptura deperdita,* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 2. tit. 5. à num.* 28 Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 168. *num. 14. cum seqq* Farinac. *fragment. crim. part. 2. lit. A. num.* 222. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2 tit. de fide instrum. resol. 4 n. 1. vers. secunda,* Cardos. *in praxi iudic. & Aduocat. verbo instrumentum, n. 44.*

Idonei, & summa, atque integra opinionis, &c]Plu- 6
res, qui ex vilitate personæ à testimonio repelluntur, adduxi *in collectan. ad cap. 2. hoc tit. in Decretalibus.*

Vt scientes omnes, &c.] Ergo tenentur referre te- 7
norem Instrumenti, & omnia substantialia illius, vt per Cardos. & Alexand Trentacin. *locis* proxime *citatis.*

In gloss. *Per testes.* ibi, *scilicet duos.* Notatur ad 8
hoc quòd etiam in actibus, ad quorum probationem septem, vel quinque testes requiruntur, veluti in testamentis, & codicillis, sufficiunt duo testes, si agatur de probando testamento amisso, eiúsque tenore, de quo Bald. *in præsenti num. 3. vers. vltimo,* Hippol. *in rubr. de probat. num.* 333. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. l. 12. tit. 16. num.* 15. Mascard. *de probat. concl.* 909. *num.* 4. Auendan. *l. 41. Tauri gloss. 4. à n. 26.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 7. n. 38. vers. ex prædictis,* Cardos. *in praxi iudicum. ver. testamentum, num. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Testes in testamentis præuia rogatione adhibendi sunt, & num. 2. & 4. nedum in testamento in scriptis, sed etiam in nuncupatiuo, num. 3. & probandum quòd fuerint rogati, num. 5. etiam in testamento militis, num. 6. limita in codicillis, testamentis ad pias causas, & inter liberos, num. 7.*

8 *Scholastici in aliqua Vniuersitate an possint esse testes in testamento nuncupatiuo.*

9 *in probatione solutionis, vel confessionis solutionis debiti, Testes debeant esse rogati.*

10 *Testes etsi in testamento debent rogari, sufficit tamen eos rogari vel à Notario, vel à testatore, vel etiam ab extraneo de consensu testatoris.*

11 *Testes in contractu, aut vltima voluntate, excepto testamento, adhiberi, non est necesse quod sint rogati.*

12 *Confessio extraiudicialis an & quando probet, vel faciat indicium ad torturam, remissiue.*

AVTH. Rogati.

1 TEstes in testamentis legitimè præcedente rogatione adhibentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 32. tit. 16. part. 3. vbi gloss. 3.* Boër. *decis. 34. num. 1.* Socin. *reg. 420. in princ.* Clar. *in §. testamentum, quæst. 58. in princip.* Mich. Crass. *in alio simili §. quæst. 58. num. 1.* Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. l. 2. tit. 11. num. 1. & 2.* Donell. *comment. iuris ciuilis, lib. 25. part. 209.* Perez *ad tit. 2. lib. 5. Ordinam. pag. 88.* Mascard. *de probat. conclus. 1354.* aliàs 1360. *à princ.* Sanchez *de matrim. l. 3. disput. 41. num. 7.* Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli l. 64. num. 23.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 6. num. 23.* latè Farinac. *in praxi crimin. tom. 2. tit. de opposit. contra personas testium, quæst. 62. num. 132. cum multis seqq.*
3 vbi *n. 138.* ampliat vt procedat non solùm in testamento in scriptis, sed etiam in nuncupatiuo, & sine
4 scriptis, & *n. 140.* ampliat etiam vt in testamento non sufficiat testes simpliciter esse vocatos, nisi etiam expressè sint rogati ad interessendum vt te-
5 stes, & *n. 143* ampliat vt qui dixerit testes in testamento fuisse rogatos, debeat hoc probare, quia à iure testium rogitus, cùm sit extrinseca qualitas, non
6 præsumitur, & *n. 149.* dicit debere etiam in testaměto militis testes esse rogatos, & à *n. 150. cum seqq.*
7 limitat in codicillis, testamentis ad pias causas, & inter liberos.

8 *Vel transeuntes veniant.*] Quærit Christoph. de Paz *vbi suprà num. 31.* vtrùm in testamento nuncupatiuo scholastici in aliqua Vniuersitate possint esse testes.

9 *Idem est si post solutionem,* &c.] Notatur ad hoc quòd in probatione solutionis, vel confessionis solutionis debiti, quod iam erat in scriptis redactum, testes debent esse rogati, vt per Port. *in §. nihil n. 11. vers. tertius est, Instit. de testament.* Farinac. *d. quæst. 62. n. 147.*

10 In gloss. *Rogati 1. ibi, ab eo, qui introducit eos.* Nota quòd etsi testes in testamento debeant rogari, sufficit tamen eos rogari vel à notario, vel à testatore, vel etiam ab extraneo de consensu testatoris, vt per Clar. *§. testamentũ, quæst. 58. vers. scias tamen,* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 11. num. 4.* Menchaq. *de success. creat. l. 1. §. 13. num. 75 cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. l. 4. præsumpt. 8. num. 13.* Mascard. *d. concl. 1354. n. 7.* Farin. *d. q. 62. n. 154.*

11 In gloss. *Vt in testamentis.* ibi, *aliàs regulariter,* &c. Notatur ad hoc quòd testes in contractu, aut vltima voluntate, excepto testamento, adhibiti nõ requiruntur rogati, vt per Dec. *in c. 1. n. 12. de fide instrum.* Boër. *decis. 118. num. 3.* Anton. Gom *l. 3. Tauri, n. 118.* Menoch. *cons. 45. n. 3.*

12 In gloss. *Confessioni.* ibi, *videtur quòd confessio extra iudicium valeat,* &c. De confessione extraiudiciali an & quomodo probet, vel faciat indicium ad torturam? vide Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. de confessione, n. 2. cum seqq.* Mil. *in repert. in verbo confessio extraiudicialis,* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 55.* Menoch. *de arbitr. casu 33.* Mascard. *de probat. conclus. 350. n. 1. cum seqq. & concl. 497. ex num. 1.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. cap. 54.* latè Farin. *in praxi crim. p. 3. q. 82. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Testes absentes cogi posse vt redeant, & testimonium ferant, & num. 2. præsertim quando veritas aliter haberi non potest, num. 3. secus de testibus priuilegiatis, num. 4. vel absentibus causa Reipubl. num. 5.*
6 *Mulieres an cogi possint venire ad iudicium pro testimonio ferendo.*
7 *Testes per scripturam testificari nequeunt.*
8 *Testes parte citata examinari debent, aliàs non probant.*
9 *ad examinandos Testes sufficit partem rogari, nec est necesse quòd compareat.*
10 *Monitio iudicis vim habet necessitatis.*
11 *Testis iuret parte aduersa præsente. declara, vt num. 12.*
13 *vltrò Deponentes suspecti sunt.*
14 *Testi qui a domo euocatur ad ferendum testimonium præstentur sumptus itineris.*

L. Si quando. XV.

Idem A. Iuliano P.P.

TEstes absentes cogi possunt vt redeant, & testimonium ferant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Allegari vulgò solet hic text. ad hoc quòd testes 2 ad perhibendum veritatis testimonium compelli possunt, de quo Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 55. §. 11. l. Hispan. 23. vbi gloss. 2. in princip. & l. 35. tit. 16. part. 3. l. 6. tit. 6. lib. 4. noua Recop.* Hippol. *sing. 24. & 81.* Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 12. num. 24.* Clar. *§. fin. quæst. 24. num. 22.* Gail. *lib. 1. obseru. 100.* Donell. *comment. iuris ciuilis l. 25. pag. 212.* Menoch. *de arbitrar. casu 487.* Rebuff. *de reprobat. testium num. 69.* Cacheran. *Pedem. decis. 46.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 1. temp 8. num. 16.* Surd. *decis. 190. num. 3.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæst. 24. art. 1. concl. 3.* latè Farin. *in praxi crimin. tom. 2. tit. de opposit. contra examen testium quæst. 28. per tot.* vbi *num. 18.* ampliat multo magis testes ad 3 testificandũ compelli quando veritas aliter haberi non potest. & *n. 55.* limitat in testibus priuilegiatis, 4 & *n. 68.* limitat etiam in absentibus causa Reipubl. 5 per *l. inuiti, l. 1. ff. hoc tit.*

An mulieres cogi possint venire ad iudicium pro 6 testimonio ferendo? vide Marant. *de ord. iudic. tit. de citat. art. 2. n. 35.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de inquis. art. 15. gloss. 1. n. 6.* Cou. *in cap. quamuis pactum, p. 2. in initio num. 8.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo mulier, num. 30.* D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter num. 10. ff. solut. matrim.*

Præsentiam suam testibus, &c.] Ergo testes per 7 scripturam testificari non possunt, de quo vide Boër. *decis. 1. n. 38.* Couar. *lib. 2. var. cap. 13. n. 5.* Rebuff. *de reprobat. testium, n. 541. cum seqq.* Mascard. *de probat. l. 1. in præfat. q. 3. à n. 1. concl. 149. n. 26. & concl. 410. n. 3.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 13. art. 4.* Farinac. *d. tom. 2. q. 80. à n. 27.*

Postquam fuerint admoniti, &c.] Notatur ad hoc 8 quòd testes parte citata examinari debent, aliàs non probant, vt per Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 1. §. 13. & tit. 62. §. 1.* Albert. de Malet. *de testib. cap. 7. num. 1.* Crot. *de testib. num. 245. & 254.* Lanfranc. *num. 13.* Nouell. *reg. 215. in princ.* Campeg. *regul. 164. in princip.* Hippol *singul. 24. in princip.* Roman. *singul. 369. n. 3.* Anton. Gabr. *commun. l. 2. tit. de citat. concl.*

concl. 1. *num.* 105. Octau. Cacher. *conf.* 64. *num.* 22. Lusitan. Correa *ad lib.* 5. *Ordin. Reg. in princ. n.* 18. Mascard. *concl.* 683. *& concl.* 1372. Azeued. *l.* 10. *num.* 48. *cum seqq. tit.* 17. *lib.* 4. *noua Recop.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part.* 1. *tit.* 11. *in prælud. num.* 27. latè Farin. *in praxi crim. tom.* 1. *tit. de opposit. contra dicta testium, quæst.* 72. *à princ.* vbi multipliciter ampliat, & limitat.

9 *Si per executores admoniti*, &c.] Notatur ad hoc quòd ad examinandos testes sufficit partem citari, nec est necesse quòd compareat, & ideo ea non veniente valet receptio iuramentorum testiũ, vt per Alb. de Malet. *c.* 7. *num.* 2. Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 102. *num.* 2. Mascard. *lib.* 1. *in præfat. q.* 5. *num.* 87. Farin. *d. q.* 81. *n.* 77.

10 *Aduersarius moneatur à iudice*, &c] Quæ quidem monitio iudicis habet isto casu vim citationis, Alber. *de testib. c.* 7. *num.* 5. Campeg. *reg.* 164. *in* 1. *fallent.* Marant. *de ordine iud. par.* 6. *memb.* 1. *tit. de citat. n.* 49. Farin. *d. q.* 72. *n.* 76.

11 *Et alterutra parte præsente*]Notatur ad hoc quòd
requiritur vt testis iuret parte aduersa præsente, vt
per Campeg. *reg.* 170 *in* 16. *fallent.* Gail. *lib.* . *ob-*
seru. 101. *num.* 2. *vers. & debent testes*, Vestr. *d. lib.* 6.
c. 2. *num.* 15. Octau. Cacheran. *co f.* 64. *num.* 24.
lib. 1. Farin. *d. tom.* 2. *quæst.* 74. *num.* 41. vbi *n.* 43.
declarat vt partis præsentia in iuramento testium
12 non præsumatur, nisi expresse enũtietur à Notario,
& *n.* 45. dicit quòd sufficit vel partem esse præsentem, vel citatam.

13 *Qua eos introducit*, &c.] Illi enim introducere se non possunt, cùm vltrò deponentes sint suspecti, de quo Hippol. *in l. vnius*, § *seruo*, *num.* 1. *ff. de quæst. & cons.* 12 *num* 9. *& cons.* 18. *num.* 30. *&* 31. *& cons.* 28. *num.* 11. *&* 12. *& cons.* 29. *n.* 22. *& cons.* 35. *num.* 17. *& cons.* 65. *n.* 38. *& cons.* 113. *num.* 16. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 12. *num.* 20. *ad fin.* Lanfranc. *de testib. n.* 12. *in fine vers. interdum testis*, Crot. *n.* 256. Grauat. *ad Vestri in pract. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 25. *lit. A*, Tiraq. *de pia causa priuileg.* 3. Menoch. *de arbitrar. casu* 474. *num.* 47. *& de præsumption. lib.* 1. *præs.* 55. *n.* 2. Perez *ad tit.* 11. *Ordin. lib.* 3 *pag.* 668. Spin. *in speculo testam. par.* 12. *rub. n.* 35. Mascard. *de probat. concl.* 1311. *n.* 44. *& concl.* 1354. *num.* 63. *cum seq. & concl.* 1368. *num.* 4. latè Far. *d. tom.* 2. *tit. de opposit. contra examen testium, q.* 80. *n.* 1. *cum seqq.*

14 *Partis læsa omnem iacturam*, &c.]Notatur ad hoc quòd testi, qui à domo euocatur ad ferendum testimonium, præstantur sumptus itineris, vt per D. Barbos. *in l. eum, qui temere* 79. *in princ. n.* 223. *cum seqq. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Testes quandoque ante litem contestatam recipi, & publicari attestationes parte legitimè citata, talésque attestationes valere ad perpetuam memoriam.*

2 *Testes ad æternam memoriam etiam ante litem contestatam recipi.*

3 *Pars aduersa in testibus recipiendis ante litis contestationem, & ad perpetuam rei memoriam, citanda.*

4 *Testes quando examinantur ante litem cõtestatam, & ad perpetuam rei memoriam, citatio debet esse personalis.*

5 *Pars vbi est præsens in receptione iuramentorum testium, tunc non est opus citatione.*

Avth. Sed si quis.

Testes ante litem contestatam quandoque reci- 1
piuntur, & publicantur attestationes parte legitimè citata, talésque attestationes ad perpetuam rei memoriam valent. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Allegari solet hic text. ad hoc quòd testes æter- 2
nam & futuram rei memoriam, etiam ante litem contestatam recipi possunt vt per *l. Hisp* 4. *tit.* 16. *part.* 3. Anton. Capyc. *decis.* 121. *num.* 6. *&* 7. Gail. *lib.* 1. *obseru.* 92. *num.* 1. Polyd. Ripa *de actis in articulo mortis c.* 39. *num.* 1. *&* 4 Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 68. *in pr.* Camill. Borrel. *in sum decis. tom.* 2. *tit.* 8. *n.* 2. *cum seqq.*

Aduersarius moneatur à iudice, &c.]Notatur ad hoc quòd pars aduersa citanda est in testibus recipiendis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, vt per Honded. *cons.* 101. *num.* 7. *lib.* 1. Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 3. *tit. de causa benef. possess. art.* 2. *gloss. vnic. num.* 4. Ioan. Bapt. Costa *dict. remed.* 68. *num* 4. *vers. tertiò debet adhiberi*, Mascard. *conclus.* 1366. *num.* 3. Camill Borrell. *di. d. tit.* 8. *num.* 6. Farinac. *in praxi crim. tom.* 2. *tit. de oppos.*
contra dicta testium quæst. 72. *num.* 2. vbi *num.* 3. *cum* 4
seqq dicit quòd quando testes examinantur ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam citatio debet esse personalis vbi agitur de magno præiudicio, & examinantur testes ad effectum publicandi eorum dicta.

Eo præsente iudex, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
quando pars esset præsens in receptione iuramẽtorum testium, tunc non est citanda, quia præsentia supplet citationem, Alber de Malet. *de testib cap.* 7. *num.* 1. *&* 26. Campeg. *reg.* 164. *in* 3. *& in* 4 *fallent.* Vestr. *in pract. Romana Curia lib.* 6. *c.* 2. *num.* 1. vbi Grauat. *n.* 28. *lit. B.* Anton. Gab. *commun. tit. de cit. concl.* 1. *n.* 366. *cum seqq* Mascard. *concl.* 628. *n.* 35. Farin. *d. quæst.* 72. *n* 75. Soar. de Paz *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 8. *n.* 54. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iud. q.* 14. *art.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Attestationibus publicatis testes in alia instantia produci possunt, & n.* 3.

2 *perempta instantia cœpta coram arbitris, si iterum agitetur causa coram Ordinario, testes de nouo repeti & examinari debent, si viuunt; si verò sunt mortui, faciunt fidem, & plenam probationem in secunda instantia, & num.* 4.

5 *Testis si culpa iudicis non fuit ritè examinatus, seu omissum illum recipi, an parte petente iterum examinari possit.*

6 *Testes inter alios examinati semiplenam faciunt probationem.*

7 *Testes mortui examinati sine partis citatione, & nõ repeti, nihil probant, nec indicium faciunt, sed tantummodo leuem quandam præsumptionem, vel suspicionem, præsertim in criminalibus.*

L. Cùm apud. XVI. & vlt.

Idem eidem.

Attestationibus publicatis testes in alia instãtia iterum produci possunt. Item perempta instãtia cœpta coram arbitris, si iterũ agitetur causa coram

tam Ordinario, debent repeti & examinari de nouo testes si viuunt. Si verò sunt mortui, faciunt fidem, & plenam probationem in secunda noua instantia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem tenent Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 82. in princip.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. cap. de appellat. num. 147. cum seqq.* Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 308. pag. 549.* Mascard *de probat. concl. 118.* Perez *l. 4 tit. 11. lib. 3. Ordin. pag. 673.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 350 a princip.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 128.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 46. n. 6.* vbi resoluit quòd si in eadem causa allegetur noua circunstantia, vel qualitas respectu loci, temporis, vel personæ, articulum nouum, ac nouam probationem facit, Azeued. *l. 4 tit. 9. lib. 4. noua Recop.* Stephan. Gratian. *disc. ept. forens. c. 58.* Amat. Roder. *in pract. de modo & forma valendi, seu examinan. processum. cap. 8. n. 7. vers. nec etiam,* Mendez à Castro *in praxi seculari Lusitana, l. 3. cap. 19 n. 12.*

4 Eandem conclus. quoad secundam partem ex hoc text deiumunt *l. Hisp. 38. tit. 16. p. 3. vbi gloss. 2. & 3.* Rober. *l. 4. sentent. cap. 3.* Gail. *l. 1. obseru. 104.* Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 1. n. 57.* Donel. *comment. iuris ciuilis l. 25. pag. 219.* Ceuall. *d. q. 350. n. 5.* Menchaq. *controuers. vsufreq. c. 34. n. 5.*

5 *Testes iterum adduci*, &c.] Quid si culpa iudicis testis non fuit ritè examinatus, seu omissum illum recipi, an poterit ad petitionem patris iterum examinari; vide Socin. *reg. 498. vers. primò fall. 1,* Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, limit. 1. n. 1. ff. de verb. signif.* Pin. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. fin. num. 41.* Menoch. *de arbitr. l. 1. q. 34. n. 15.* Clar. *l. 5 §. fin. q 61. num. 5.* Anton Gabr. *commun. l. 1. tit. de testib. concl. 2. num. 19.* Farin. *in praxi crimin. tom. 2. q. 75. num. 358.* Bernard: Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. l. 1. concl. 105. consid. 1. num. 31.* Gutier *pract. lib. 1. quæst. 57. n. 19.* Aluar. Valasc. *cons. 43. num. 14.* Vincent. de Franchis *tom. 2. decis. 371.*

6 *In morientium autem personas*, &c.] Notatur ad hoc quòd testes inter alios examinati semiplenam probationem faciunt, vt per *d. l. Hisp. 38.* & Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 62 §. 1.* Capyc. *decis. 47.* Surd. *decis. 103. per totam,* Mascard. *de probation. concl. 33. num. 13.* Gutier. *practic. lib. 1. q. 58. & cons. 1. num. 45.* Bernard. Græuæ. *d. lib. 1. concl. 103. consid. 1. n. 2.* Farin. *cons. 55. num. 34.* vbi addit. *lit. D. & d. tom. 2. tit. de opposit. contra exam. testium quæst. 72. num. 229.*
7 *cum seqq.* vbi *num. 135.* resoluit quòd testes mortui examinati sine partis citatione, & non repetiti, nihil probant, nec etiam faciunt indicium, sed tantùmmodo quandam leuem præsumptionem, vel suspicionem, præsertim in criminalibus.

De fide instrumentorũ, & amißione eorum, & de apochis, & antapochis, faciendis, & de his quæ sine scriptura fieri possunt.

Tit. XXI.

INSTRVMENTVM latè sumptum significat omnem probationem, quæ iudicem instruit: *Barbos. Collect. in Cod. Tom. I I.* propriè scripturam quæ rei fidem facit. Amisso instrumento res non amittitur, modò aliter probari possit. *Apocha* est rei solutæ professio instrumento collata, quæ si à creditore fiat in gratiam debitoris, vocatur propriè *apocha*: si à debitore in gratiam creditoris, *antapocha. l. plures 19. supr. hoc tit.* Regulatiter actus sine scriptura valet, nisi aut lex scripturam requirat, vt in testamentis arcanis, in contractu emphyteutico, & in multis aliis causis: aut contrahentium consensus *l. contractus 17. hoc eod. tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac & VVesemb. De materia tituli vide Laufranc. de Oriano *in tract. de instrum. fide, & product. tom. 4. tract. Doctor. fol. 29.* Anton de Canario *de instrum. execut. tom. 5. fol. 39.* Parid. de Puteo. *de instrum. reassumpt. eod. tom. 4. fol. 36.* Guid. de Suzaria *de instrum. garantigiato tom. 6. part. 2. fol. 358.* Petr. Dominicum de Mussis *in formulario instrum.* Asini. *in pract. c. 5. cum seqq.* Vezin. Viui. Bellacomb. & alios *tom. 1. commun. opin. l. 4. tit. 11. de tabellionib. & fide instrum pag. 563. cum seqq.* Anton. Gabriel. *tom. 3. etiam commun. opinion. l. 1. pag. 66.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 11. de fide instrumentor.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. l. 2. sub eod.* Iacob. Canceri. etiam *var. resolut. l. 2. tit. 19. de instrument. editione,* Donell. *commentar. iuris ciuilis l. 25. pag. 221. cum seqq.* Couar. *practic. c. 20. & seq.* Mascard. *de probat. concl. 905. cum seqq. & concl. 1295.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. l. 1. c. 26.* vbi de signis veterum Instrumentorum, Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo instrumentum,* Petr. Greg. *syntag. iuris l. 48. c. 4.* Stephan. Ranchin. *ad Guid. Pap. decis. 19.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2 tit. 18. de fide instrument. & tit. 19. de instrumentorum liquidatione & exequutione, & tit. 23. de apocha* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. tit. 217. de fide instrument. in genere de forma, & solemnitatibus eorum, & tit. 220. de fide & effectu instrumentorum in iudicio productorum, & tit. 221. de fide instrum. quibus testis, vel testes contradicunt, & tit. 225. de fide instrumentorum & aliarum scripturarum in antiquis, l. Hisp. 2. cum seqq. tit. 18. part. 3.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 60.*

SVMMARIVM.

1 *Debito per creditorem probato debitor ad solutionem per iudicem compelli debet.*
2 *Instrumenti amissio non praiudicat vbi alia extent probationes.*
3 *Solutio debiti, quod in scriptis redactum, vbi casu fortuito amissa, duo copulatiuè probanda sunt, casus scilicet amissionis, ac debiti solutio.*

L. Debitores. I:

Imp. ANTON. A. *Septimiæ Martiæ.*

DEbito per creditorem probato iudex debitorem ad solutionem compellere debet. Item 1
aliis probationibus extantibus instrumenti amissio non præiudicat. Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Saliect. Fulg Angel. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *in 4. fol. 17. verso,* Donell. Cuiac. Petr. Gilchen *tom. 2. pag. 225.* Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Nec oberit tibi amissio, &c.] Nota quòd quando solutio debiti, quod erat in scriptis redactum, casu fortuito amissa sit, tunc duo copulatiuè probanda sunt; vnum, casus peremptionis, siue amissionis

 scripturæ

scripturæ; alterum verò debiti solutio, & hæc duo probantur duobus testibus, vt per Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 5. num.* 34. declarando cum ipso *ibidem n.* 86. & 87.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob falsum instrumentum contra vnum lata, non obest consorti.*
2 *Fuga indicium facit solummodo contra ipsum fugientem, & non contra alios eiusdem delicti socios.*
3 *Vocatus ad iudicium non videtur ratificare causam, etiamsi aliunde adsit.*
4 *Instrumento falso vtens pari pœna afficitur ac ille qui fecit. intellige vt num.* 5.
6 *de Vtentibus falsis litteris Papæ, vel alterius Principis, remissiuè.*

L. Si vteris. II.

Imp. ALEXANDER. A. *Mabiliano.*

1 SEntentia ob falsum instrumentum lata contra vnum, non obest consorti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Notat hunc text. Boër. *decis.* 215. *num.* 25. ad hoc quòd fuga solum facit indicium contra ipsum fugientem, & non contra alios in eodem delicto socios. & Tiraq. *in retract. Res inter alios acta, in princ.*
3 *num.* 4. vbi per hunc text. dicit quòd is, qui non fuit vocatus ad iudicium, non videtur ratificare causam, etiamsi aliunde adsit.

4 *Eiusdem criminis te reum facere*, &c.] Notatur ad hoc quòd ille, qui vtitur instrumento falso, punitur sicut ille, qui fecit, vt per Anton. Gom. *l. vlt. Tauri num.* 5. Hippol. *cons.* 24. *num.* 19. & *cons.* 51.
5 *num.* 28. Azeued. *cons.* 40. *num.* 61. vbi quòd vtens instrumento falso punitur si cum effectu eo vtatur
6 & sciens falsum esse. De vtentibus falsis litteris Papæ, vel alterius Principis, latè Farin. *in praxi crimin. tit. de falsit. & simulat. quæst.* 150. *à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Renuntians vti instrumento suspecto, videtur fateri instrumentum esse falsum, nec iterum ad productionem admittitur, & n.* 2.
3 *expressè Renuntians appellationi, videtur fateri se malam causam habere.*
4 *Renuntians instrumento, non per hoc videtur renuntiare debito, sed tantùm probationi ipsius instrumenti, & cur, num.* 5. *contrà num.* 6.

L. Si aduersarius. III.

Idem A. *Æliano.*

1 RE nuntians vti instrumento suspecto, videtur fateri instrumentum esse falsum, nec iterum ad productionem admittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1 *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 116. *tit.* 18. *part.* 3. *vbi gloss.* 1. & 2. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. *pag.* 225. Cott. *in memoralib. verbo instrumento, vel testibus*, Tiraq. *de iure mariti gloss.* 7. *n.* 70. vbi quòd expressè renun-
3 tians appellationi videtur fateri se malam causam habere.

Etiam professione eius constitit, &c.] Notatur ad 4 hoc quòd si quis renuntiat instrumento, non per hoc videtur renuntiare debito, sed tantùm probationi ipsius instrumenti, vt per Roder. Xuar. *in rep. l. post rem, super leg. Regni limit.* 6. *num.* 4. *in fine*, Tiraq. *de retract. lig.* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 2. vbi quòd qui renuntiat instrumento non intelligitur renuntiare contractui in eo contento, sed tantùm probationi ipsius instrumenti, Decian. *cons.* 169. *col.* 2. *ante med.* vbi assignat rationem, quia satis est quòd re- 5 nuntiatio in aliquo possit verificari, licèt non verificetur in omnibus, Mascard. *de probat. concl.* 1263. aliàs 1269. *n.* 9. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 1. *q.* 18. *num.* 22. & *lib.* 8. *q.* 1. *n.* 18. & 25. Surd. *decis.* 277. *n.* 4. Contrarium tamen defendit Ferdin. à Mendoça 6 *disput. iuris ciuilis lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. vbi post aliquas responsiones ad hunc text. dicit se illud nouè interpretari, colligens ea ratione ex sola illius instrumenti, & suæ probationis remissione aliis renuntiasse præsumptum non fuisse, & sic nec inductam liberationem, quia actor, qui renuntiauit, id non liberè fecit, sed coactè, id est, non ex animi liberalitate, sed ex timore fecit, arguebatur enim instrumentum de falso, vt patet ex illis verbis, ibi, *cùm fides instrumenti, quod proferebat, in dubium reuocaretur*, cuius comprobationem timens creditor ne puniretur de falso, illo se non vsurum est professus. nam si videret bonum & legitimum esse instrumentum, nec timeret falsitatis pœnam, illi non renunciasset, &c.

SVMMARIVM.

1 *Debitor fisci si amisit instrumentum solutionis, procurator Cæsaris librum rationum cedere tenetur, & num.* 2.
3 *Libri fiscalium probant.*

L. Illatæ. IV.

Imp. GORD. A. *Martiano.*

SI debitor fisci amisit instrumentum solutionis, 1 procurator Cæsaris librum rationum edere tenetur. Colligunt ex Ordin. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2 Donel. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. *pag.* 227. Mascard. *de probat. concl.* 973. aliàs 976. *num.* 46. vbi quòd libri 3 fiscalium probant.

SVMMARIVM.

1 *Amissionem instrumenti casu contingentem allegans probare tenetur.*
2 *Amissio instrumenti, & illius tenor, an & quando probetur per testes. & quot, quales, & quando dicti testes deponant, vt instrumenti amissionem, & illius tenorem plenè concludant, remissiuè, num.* 3.
4 *Testibus deponentibus instrumentum deperditum plena fides adhibita.*
5 *Tenor scripturæ probandus.*
6 *Ex plurium testium dictis simul iunctis perfecta probatio.*
7 *Tò* Vel *nonnunquam pro* saltem *ponitur.*

L. Sicut

L. Sicut iniquum. V.

Idem A. prisco & Marco militibus.

1 AMissionem instrumenti casu contingentem allegans probare tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. supr. hoc tit.*

2 Amissio instrumenti, & illius tenor, an, & quãdo
3 probetur per testes; quot, & quales, & quando dicti testes deponere debeant, vt instrumenti amissionem, & illius tenorem plenè concludant, & generaliter de tota materia probationis instrumentorum, & illius tenore, vide Hippol. *sing. 156. & in rub. C. de probat. num. 323. eum seqq.* Hect. Æmil. *in tract. de testibus, in verbo testis amissionem, à n. 1.* Mascard. *de probat. concl. 908. & seq.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 37.* Surd. *cons. 109. num. 8. cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 18. n. 303. cum seqq.* Mancin. *in tr. de iuram. part. 4. effectu 121. à princ.* Farin. *fragm. crim. par. 1. lit. A, n. 107. cum multis seqq.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 2 sub hoc tit resol. 6.*

4 *Vi ignis consumptis*, &c] Notatur ad hoc quòd testibus deponentibus instrumentum deperditum, plena fides adhibẽda est, probatis sinistris casibus, puta excidij vrbis, vel incendij, vt per Mascard. *de probat. concl. 245. n. 2.*

5 In gloss. *Facile.* ibi, *& ipsi audierunt legi*, &c. & ita requiritur quòd probetur scripturæ tenor, de quo Hippol. *in rub. de probat. num. 39. & num. 333. cum seqq.* Auendan. *l. 41. Tauri glos. 4. num. 17.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 7. à n. 38.* Mascard. *de probat. concl.*
6 *209. à num. 9.* & sufficit quòd ex pluribus testibus alij de vna deponant qualitate, alij de altera, itavt ex omnium dictis simul iunctis perficiatur probatio, Molin. *de primog. lib. 2. c. 6. à n. 34.* Azeued. *l. 1. n. 12. tit. 7. lib. 5. nouæ Rec.*

7 In gloss. *Vel.* ibi, *pro saltem.* Notatur ad hoc quòd dictio, *vel*, nonnunquam ponitur pro, *saltem*, vt per Mandos. *in glos. facul. §. & taxam in verbo, vel fol. 311 col. 1.* Cened. *sing. 29. n. 5.* Metipsum *de dictionib. vsufreq. dict. 415. n. 7.*

L. Statutum tuum. VI.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Lucido.*

1 MAnumissionis instrumento amisso, manumissio adhuc per testes probari potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 25. pag. 229.* Iacob. Reuard. *l. 1. de auctoritate prudentum c. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Militiâ perfunctus, perdito probationis instrumento ad testium allegationem & probationem se conferre potest, & n. 2.*
2 *Possessio, vel quasi, non releuat possessorem ab onere probandi exemptionem, vel priuilegium. Vide num. 5.*
4 *Doctoratus quomodo probari possit.*
6 *Miles solemnibus stipendiis honestè solutus, si instrumenta super huiusmodi re facta amiserit, veteranorum priuilegium vsurpare potest.*

L. Si solemnibus. VII.

Iidem AA. & CC. Zinimæ.

MIlitia perfunctus perdito probationis instrumento ad testium allegationem & probationem per testes se conferre potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Donell *comment. iuris ciuilis lib. 25. pag. 229.* Veget. *lib. 2. de re militari cap. 9.* Cuiac. *ad l. 13. C. de professorib. & medic.* 2

Notatur ad hoc quòd possessio, vel quasi non releuat possessorem ab onere probandi exemptionem, vel priuilegium, secundùm Cyn. *hic*, quem refert Palat *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. notab. 1. §. sed est pulchra dubitatio, n. 44. pag. 435.* 3

Notatur etiam ad hoc quòd Doctoratus probari potest, ne dum per instrumenta publica exhibendo priuilegium, verùm etiam per testes, qui actui interfuerunt, vt per Mascard. *de probat. concl. 528. à princip.* 4

In gloss. *si aliis.* ibi, *cùm non sis in quasi possessione priuilegio um*, &c. Notatur ad hoc quòd adeò præsumitur pro eo, qui est in quasi possessione alicuius qualitatis, vt releuetur ab onere probandi, transferatúrque id onus in aduersarium, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin. 11. num. 21.* vbi ait cum Paulo de Castro hanc glos. procedere etiam in priuilegiis & similibus, Mascard. *de probat. concl. 1194.* aliàs *1200. num. 29.* vbi ait cum eodem Paulo de Castro militem solemnibus stipendiis honestè solutum, qui super huiusmodi re instrumenta facta amiserit, veteranorum priuilegia vsurpare posse, etiamsi aliter missionem honestam non probet, cùm est in quasi possessione illorum priuilegiorum. 5 6

L. Si constiterit. VIII.

Iidem AA. & CC. Alexandro.

FActum fructuarij non præiudicat proprietatio in dominij probatione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 1

L. Instrumentis. IX.

Iidem AA. & CC. Aristeneto.

DIuisio etiam absque instrumento valet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum amissio nil operatur in his, quæ sine instrumento subsistunt.*
2 *Venditio sine scriptura valida.*
3 *in Emptione & venditione, sicut in alio quolibet contractu, scriptura non requiritur.*
4 *Emptio & venditio solo consensu perficitur.*
5 *de Scriptura licet mentio non sit facta inter partes, vna nihilominus alteram compellere potest vt scripturam faciat.*

L. Cùm instrumentis. X.

Iidem AA. *&* CC. *Victorino.*

1 INstrumentorum amissio nil operatur in his, quæ
2 sine instrumento subsistunt. Item venditio valet
sine scriptura, ita vt amisso venditionis instrumento
nihilominus subsistat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd in emptione & venditio-
3 ne, sicut in alio quolibet contractu, scriptura non
requiritur, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 1.
4 Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. *pag.* 143. nam
solo consensu emptio, & venditio perficitur, Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *ex num.* 1. Cardin. Mantic *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 4. *ex num.* 5.
Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 18. *num.* 33. *&*
5 34. Et licèt de scriptura mentio non sit facta inter
partes ante, vel post contractum, vna alteram compellere potest vt scripturam faciat pro faciliori probatione, secundùm Tiraq. *de retract. lig.* §. 29. *gloss.* 5. *num.* 1. Anton. Gom. *d. cap.* 2. *num.* 17. *vers. immo & postea*, Magon. *decis.* 95. *num.* 15. *&* 18. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 94. *n.* 4. Cald. Pereira *d. tract. de empt. cap.* 19. *num.* 21. *&* 22. D. Barbos. *in l.* 2. *ff. soluto matr. part.* 2. *num.* 10. Gizarel. *decis.* 75. *num.* 6. *ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio perditis actis per testes probari potest, & num.* 2. *principaliter probari per scripturam est, cum in scriptis omnino fieri debeat, num.* 3.

4 *Asserenti emancipatum esse, onus probandi incumbit.*

5 *Emancipatio cùm sit facti non præsumitur, sed probari debet. non præsumitur in dubio, n.* 6. *ex cursu temporis quid, num.* 7.

L. Emancipatione. XI.

Iidem AA. *&* CC. *Theagenæ.*

1 PErditis actis emancipatio per testes probari potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
2 munt *l. Hispan.* 17. *tit.* 18. *part.* 4. *vbi gloss. fin.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. *pag.* 234. Mascard. *de probat. concl.* 598. vbi quòd perdita scriptura emancipationis, potest probari emancipatio per testes, subdens necessarium esse probare scripturam confectam fuisse, sed non reperiri. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q.* 7. *n.* 37.

Et si actorum tenor non existat, &c] Ergo eman-
3 cipatio debet principaliter per scripturam probari, cùm omnino in scriptis debeat fieri, vt per Cassan. *in consuet. Burgund. rub.* 6. §. 3. *col.* 2. *vers. iuxta hanc, num.* 1. Afflict. *decis.* 183. *num.* 4. Mascard. *d. conclus.* 598. *num.* 1.

4 *Probari possit*, &c.] Notatur ad hoc quòd si quis
asserat emancipatum esse, ei probandi onus incumbit, vt per Mascard. *de probat. concl.* 597. *num.* 1. vbi
5 *num.* 2. subdit quòd emancipatio cùm sit facti non
6 præsumitur, sed probari debet, & *n.* 3. quòd eman-
cipatio in dubio non præsumitur; & *numeris seqq.*
7 quid ex temporis cursu.

SVMMARIVM.

1 *vacuæ Possessionis traditio per testes, & instrumenta probari potest.*

2 *adeptæ Possessionis publicum instrumentum probat, alio in possessione non existente.*

3 *probatur per testes deponentes aliquem Possedisse talia, & talia bona cum designatione confinium.*

L. Non idcirco. XII.

Iidem AA. *&* CC. *Dionysiæ.*

VAcuæ possessionis traditio per testes, & instru- 1
menta probari potest. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Probat hic text. per publicum instrumẽtum ade- 2
ptæ possessionis illam probari, alio in possessione non existente, vt Rota Romana sæpe sępiùs censuit per hunc text & signanter *decis.* 293. *num.* 5. *& dec.* 960. *num.* 10. *part.* 1. recentior. *& dec.* 56. *num.* 1. *& dec.* 658. *num.* 1. *part.* 2. recentior. *& dec.* 339. *n.* 1. *& dec.* 416. *n.* 3. *& dec.* 448. *n.* 3. *& dec.* 208. *n.* 1. *part.* 2. recentissim.

Et etiam per testes deponẽtes aliquem possedis- 3
se talia, & talia bona cum designatione confinium, eadem Rota *dec.* 131. *num.* 2. *&* 4. *part.* 2. recentior. *& dec.* 425. *num.* 5. *& dec.* 451. *num.* 1. *& dec.* 223. *num.* 1. *in fine par.* 1. recentissim. *& dec.* 462. *n.* 1. *par.* 2. etiam recentissim.

L. Apud eos. XIII.

Iidem AA. *&* CC.

PRotestantis affirmationi extra id, quod apparet, non creditur. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Scripturarum ab eadem parte productarum diuersitas probationis substantiam eneruat, & n.* 2.

3 *stante diuersitate, seu contrarietate Scripturarum præsumi falsitatem.*

4 *per vnam Scripturam derogari fidei alterius, & neutri credi.*

5 *duæ Scripturæ diuersæ si producantur ab eadem parte, neutri statur; quid si producantur à partibus diuersis, n.* 6.

7 *Vxor si stipulatur aliquid cum viro, acquirit sibi partem suam.*

8 *Testes vniusmet partis inter se contrarij nihil probant. nec probat si contradicunt dicto & confessioni partis, sed statur eiusdẽ partis confessioni, quando tendit in eius præiudicium, & n.* 9.

L. Scripturæ diuersæ. XIV.

Iidem AA. *&* CC. *ad Seuerum Comitem Hispaniarum.*

REpugnãtia scripturarum ab eadẽ parte produ- 1
ctarum probationis substantiam eneruat. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. Hisp.* 111. *tit.* 18. *part.* 3. *vbi gloss. fin.* Ordin.

Reg-

Reg. Lusit. *lib.* 3. *tit.* 80 §. 7. Boër. *decis.* 252. *à princ.*
3 Cou. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. Grammat. *cons.* 24.
num. 4. *& seq.* vbi quòd stante diuersitate, seu con-
trarietate scripturarum præsomitur falsitas; & per
vnam scripturam, est derogatum fidei alterius, &
4 neutri creditur, Alb. *cons.* 224. *num.* 8. vbi de scriptu-
ris inter se diuersis, aut contrariis, Donell. *comment.*
iuris ciuilis lib. 22. *pag.* 236. Menoch. *de arbitr. casu*
194. *num.* 57. *cum seqq.* Ceuall. *commun. contra com-*
mun. tom. 4. *quæst.* 901. *num.* 146. latè Farin. *in praxi*
crimin. part. 7. *tit. de falsitate, & simulat. quæst.* 153.
ex num. 121. vbi *num.* 126. agit de instrumento di-
uerso à protocollo, seu ab originali scriptura; Alex.
Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *sub hoc tit. resolut.* 5.
5 *per tot.* vbi *num.* 6. *cum seqq.* resoluit quòd quando
6 duæ scripturæ productæ sunt ab eadem parte, &
indirectè contrariantur, neutri statur; quando verò
productæ sunt à diuersis partibus, putà vna ab acto-
re, & altera à reo, præfertur illa scriptura quæ
continet actum fauorabilem, & pium, & quæ con-
fecta fuit à Notario digniori, & quæ iuuatur ma-
ioribus adminiculis.

7 In gloss. *Scriptura.* ibi, *quòd cum vxore mea emi,*
&c. Notatur ad hoc quòd si vxor stipulatur ali-
quid cum viro, acquirit sibi partem suam, vt per
Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor.* §. 62.
num. 6. & faciunt quæ Tiraq. *de retractu lig.* §. 31. *gloss.*
1. *num.* 4.

8 In eadem gloss. ibi, *an autem idem testibus*, &c. No-
ta quòd si testes vniusmet partis inter se contrarij
sint, nihil probant, quia sic vnus alteri contradi-
cendo se inuicem collidunt, nec constat quis eorum
veritatem dixerit, & sic probatio redditur dubia; vt
per Nell. *in tract. de testib. num.* 2153. Nep. de Mon-
te Albano *num.* 126. *&* 128. Emman. Soar. *in the-*
sauro recept. senteat. lit. T. num. 188. Mascard. *concl.*
1361. *num.* 2. Menchaq. *controu. vsufrequent. cap.* 30.
num. 25. Farin. *in prax. crimin. tom.* 2. *tit. de opposit.*
contra person. testium q. 65. *num.* 1. *cum multis seqq.*
9 Vbi verò testes contradicunt dicto & confessioni
ipsius partis, nihil probant, sed statur eiusdem par-
tis confessioni quando in eius præiudicium tendit,
iuxta resoluta per Mich. Grass. *commun. opin. tom.* 1.
lib. 4. *tit.* 9. *num.* 115. *pag.* 492. & Vezin. *eod. lib.* 4.
tit. 10. *num.* 377. *pag.* 558. *in fine*, Syluan. *cons.* 91.
num. 25. Vrsil. *ad Afflict. decis.* 365. *num.* 5. *&* 6. An-
ton. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit. de testib. concl.* 4. *num.* 75.
Reboff. *de reprobat. testium num.* 112. 412. *&* 443.
Mascard. *concl.* 1361. *num.* 3. Surd. *decis.* 326. *n.* 97.
Farin. *d. quæst.* 65. *num.* 101. *cum seqq.* Amat. Rode-
ric. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinan-*
di processum cap. 7. *num.* 72.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in probatione, testibus æquipollens, &*
num. 2. *etiamsi pacto conuentum sit contrarium,*
num. 3.
4 *Instrumenta in antiquis omni alij probationi præfe-*
runtur.
5 *Antiquum in hac materia decem annos excedens.*
6 *Testibus vtrùm, an verbis instrumenti inaitendum,*
quando inter testes & instrumentum aliquid dis-
sidij deprehenditur.
7 *Instrumentum publicum, cui etiam plures testes in-*
scripti, duobus tantùm fide dignis, omnique exce-
ptione maioribus quoad eius seriem improbari po-
terit.

L. In exercendis. XV.

Imp. CONSTANTIN A. *ad populum.*

INstrumentum in probatione æquipollet testibus. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup.*
hoc tit.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Gregor. Lop. *l.* 115. *gloss.* 7. *tit.* 18. *part.* 3. Ti-
raq. *de retractu l. g.* §. 4. *gloss.* 1. *num.* 10. *&* § 2. *gloss.* 1.
num. 11. *cum seqq. & ad fin. tit.* 2. *num.* 61. Alphan.
collect. 456. Hippol. *sing.* 157. Salzed. *in addit. ad*
Bernard. reg. 156 Ioan. Garcian. *reg.* 460. *in princip.*
vbi ait testes & instrumenta parem vim obtinere, 3
etiamsi pacto contrarium sit conuentum. Surd. *de-*
cis. 71. *num* 6. *& decis.* 277. *num.* 1. Cuiac. *lib.* 80. *ob-*
seruat. 8. Mench. *de success. creat. lib.* 1. §. 7. *num* 10.
Vincent. de Franchis *tom.* 2. *decis* 278. *num.* 1. Me-
noch. *remed.* 1. *recuper. num* 227. Borrell. *cons.* 46.
num. 1. Soar. de Paz. *in pract. tom.* 1. *part*, *temp.* 8.
num. 7. Mascard. *de probat. lib.* 1. *in proœm. quæst.* 6.
& concl. 1095. *num.* 3. *& concl.* 1041. *num.* 8. Cald.
Pereira *in l. si curatorem, verbo minoribus num.* 29.
C. de in integ. restit. minor. Flamin. Paris. *de resignat.*
benef. lib. 8 *quæst.* 2. *num.* 6. Morl. *in emporio iuris ci-*
uilis part. 1. *tit.* 11. *in prælud. num.* 4. Cardos. *in pra-*
xi iudicum, & aduocat. verbo instrumentum num. 11.
& verbo probatio num. 7. Gregor. Lopez. Madera *in*
discursibus montis sancti Granatensis cap. 6. *fol. mihi*
20. *verso.*

Nota quòd instrumenta in antiquis præferuntur 4
omni alij probationi, de quo Roder. Xuar. *alleg.* 6.
num. 11. Mascard. *concl.* 540. *num.* 13. Cabed. *de pa-*
tronat. Regiæ Coronæ cap. 34. *num.* 1. & antiquum in 5
hac materia dicitur quod excedit decem annos.
Burg. de Paz. *cons.* 3. *num.* 76.

Vtrùm testibus, an potius instrumenti verbis in- 6
nitendum sit quando inter testes, & instrumentum
aliquid dissidij deprehenditur? vide Boër. *decis.* 118.
num. 6. Afflict. *decis.* 166. *num.* 5. Bursat. *cons.* 33.
num. 15. *lib.* 1. Pancirol. *cons.* 140. *num.* 8. Tiraq. *in*
tract. de præscript. §. 1. *gloss.* 4. *vers.* 38. Cou. *var.*
lib. 2. *cap.* 13. *num.* 11. Menchaq. *de success. creat. lib.* 2.
§ 8. *num.* 25. Menoch. *de arbitr. casu* 105. *num.* 13.
Mascard. *d. q.* 6. *num.* 43. Camill. Borrell. *in sum. de-*
cis. tom. 2. *tit.* 18. *num.* 137. *cum seqq.*

In gloss. *In exercendis.* ibi, *vt de licèt duo reprobent* 7
priuatum instrumentum, &c. Notat Cou. *practic.*
cap. 20. *sub num.* 6. quòd instrumentum publicum,
etiam cui fuere plures testes inscripti, poterit duo-
bus tantùm fide dignis, omnique exceptione ma-
ioribus quo ad eius seriem improbari, licèt hi testes
non sint ex illis, qui descripti sunt in eodem in-
strumento.

SVMMARIVM.

1 *ex Contractu in scriptis non oriri ius, nisi impleta*
scriptura munda, & sine vitio, in forma fieri
consueta.
2 *in Contractu absoluto interim dum dictatur, locus est*
pœnitentiæ.
3 *à Contractu recedere licèt arrhis saltem ob pœni-*
tentiam amissis.
4 *Donatio est contractus; an sit contractus innomina-*
tus, remissiuè num. 5.
6 *Transactio est contractus.*
7 *Partes tenentur instrumentis subscribere.*

8 Sub

8 *Subscriptio partium, vel testium non requiritur nisi in testamentis.*

9 *Instrumentum confici non potest nisi per Tabellionem.*

10 *Prius, & posterius non dari in eodem instrumento.*

11 *cuiusque Contractus validitatem perfectionem & consummationem consistere in illo vltimo puncto, & instanti conclusionis, à quo contractus & quilibet actus vim capit, & vtraque pars remanet obligata.*

12 *Contractum non valere, si decedat, & mortuus sit contrahens antequam ei legeretur instrumentum coram testibus.*

13 *Arrhis datis perfectâ venditione licet emptori discedere à contractu arrhis amissis; & idem est de venditore, ibid.*

14 *vltra Arrharum amissionem nec emptor, nec venditor teneatur ad interesse, nec agi potest ad implementum contractus.*

15 *per traditionem Arrharum censeri suspensam venditionem quousque traditio facta sit. secus si res vendita iam erat tradita, n. 16. aut arrha fuerint data nomine pretij, num. 17. vel data in signum perfectionis contractus, num. 18.*

19 *in Contractu emptionis & venditionis est locus pœnitentia ante scriptura confectionem. de iure Lusitano quid, n. 20. de Hispano quid, n. 21.*

22 *Contractus statim perfectus dicitur, quando constat ex coniecturis voluisse partes quòd valeret statim contractus, etsi de scriptura facienda mentio fieret.*

24 *Animum & voluntatem contrahentium ex multis coniecturis colligi, & n. 24. 25. 26. 27. 28.*

29 *Mundum in neutro genere, pro instrumento in quo contractus ex scheda redigitur.*

30 *Contracta si sit conditionalis, & pendente conditione dominus tradat ei, cui erat obligatus, sub conditione, tunc dominium etiam in eum transit interim. in dubio propter causam de futuro censeri dominium translatum sequuta traditione, num. 31.*

32 *Traditio operatur translationem dominij: etiam quando contractus est imperfectus, num. 33.*

L. Contractus. XVI.

Imp. IVSTINIANVS A. *Mennæ P. P.*

1 EX contractu in scriptis non oritur ius, nisi impleta scriptura munda, & sine vitio, in forma in
qua consueuit fieri, ex contractu absoluto interim
2 dum dictatur, locus est pœnitentiæ; & licet à con-
3 tractu recedere arrhis saltem ob pœnitentiam amissis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* pòst omnes Giphan. *tom. 1. pag. 265.*

De materia huius text. & an & quando scriptura sit de substantia emptionis & venditionis, seu alterius contractus, possintque partes illum celebrare ita vt non aliàs, quàm in scriptis valeat, & ante scripturam de illo confectam pœnitentiæ locus sit, & quando intelligatur in scriptis celebratus, & quando non; & an in scriptis celebratus dicatur, si inter partes fuerit conuentum vt fiat instrumentum, id dumtaxat dicendo, aliúdve non adiiciendo; an verò necesse sit additum esse vt aliter non valeat contractu? vide Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 19. §. 1.* vbi parens meus, *l. Hisp. 6. tit. 5. part. 5.* vbi Greg. Lopez *l. 2. tit. 16. lib. 5. noua Recop.* vbi Azeued. *n. 29.* & Matiens. *gloss. 7.* Hippol. *sing. 666.* Afflict. *decis. 39. ex num. 4.* vbi Vrsil. & *decis. 105. num. 4.* Hieron. Grat. *cons. 107. ex num. 4. lib. 1.* Gironda *de gabell. part. 5. in princ. num. 14. & 15.* Lazarte *de decima vendit. cap. 3. num. 13.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 17.* Couar. *in cap. relatum el 1. num. 9. in fine de testament.* Ioan. Garcian. *reg. 460. à princip.* Perez. *l. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1054. & seq.* Magdalen. *de numero testium in testam. requisito, part. 2. cap. 5. num. 14.* Anton. Thesaur. *Pedem. decis. 197. num. 4. & 7.* Magon. *decis. 95. num. 19. & decis. 135. num fin.* Salaz. *in tract. de vsu, & consuet. cap. 2. à num. 10.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de pactis concl. 3.* Menchaq. *controuers. illustr. lib. 1. cap. 28. num. 21. cum seqq. & de success. creat. lib. 1. §. 11. ex num. 3.* Tiber. Decian *cons. 64. per tot.* & maximè *num. 5. 12. & 17. cum seqq. lib. 3.* Ludou. Morot. *resp. 96.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. 3. num. 47. & 49.* Menoch. *de arbitr. casu 187. & de præsumpt. lib. 3. pres. 148.* Mascard. *de probat. concl. 435.* Petr. Ioan. Anchar. *famil. quest. lib. 1. quest. 21.* Fachinæ. *controu. lib. 2. cap. 97.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 95. num. 11. cum seqq.* Hodded. *cons. 52. à num. 18. tom. 1.* Cancer. *var. part. 51. cap. 13. de empt. & vendit. num. 5.* Ceuall. *commun. contra commun. quest. 90. & 91.* Guizzard. *decis. 75. num. 8. & 9.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 19. num. 11. & 12.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. tit. 10.* Valasc. *cons. 153. num. 10.* Cabed. *Lusit. decis. 39. num. 10. part. 2.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo contractus num. 28. & verbo instrumentum n. 10.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 18. dub. 6. num. 34.* Castill. *controu. lib. 3. cap. 26.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de instit. & iure, part. 1. cap. 8. n. 84. cum seqq.* Gam. *Lusit. decis. 207. num. 7.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 11. in prælud. num. 6.* Rebell. *de obligat. iustit. lib. 9. de contrah. empt. quæst. 1. sect. 2. à num. 9.*

Donationem.] Ergo donatio est contractus, de 4
quo Tiraquell. *de iure mariti, gloss. 5. num. 48.* Cardin.
Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 3.* 5
Et an sit contractus innominatus; vide eundem Card. Mantic. *tom. 1. lib. 2. tit. 8. num. 3.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo donatio n. 2.*

Transactionem.] Ergo transactio est contractus, de 6
quo vide Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 4. num. 65. cum seqq. & de iure mariti gloss. 5. num. 205.* Cardin. Mantic. *d. tom. 2. lib. 26. tit. 1. num. 9.* Et an sit contractus innominatus, Corras. *lib. 1. miscel. cap. 21. à princ.* Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 5. cap. 6. à princ.* Cardin. Mantic. *d. tit. 1. n. 3. cum seqq.*

Subscriptionibúsque partium confirmata, &c.] Ergo 7
partes in instrumentis tenentur subscribere, vt per
Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 35. num. 5. in*
princip. At verò Anton. Gom. *l. 3. Tauri num. 30. in* 8
princip. ait in illis contractibus, & actibus præter testamenta non requiriri partium, vel testium subscriptionem, quia non reperitur expressum in iure, & subdit quòd hîc text. loquitur in contractu in scriptis redacto in scriptura priuata.

Etsi per tabellionem, &c.] Notatur ad hoc quòd 9
instrumentum confici non potest per alium quàm tabellionem, vt per Cou. *practic. cap. 21. in princip.* Menoch. *de arbit. casu 187. n. 8. & 10.*

Etiam ab ipso completa.] Notatur ad hoc quòd 10
prius, & posterius non datur in eodem instrumento, vt per Surd. *decis. 157. n. 7.*

Et postremo à partibus absoluta sint, &c.] Nota- 11
tur ad hoc quòd validitas perfectio & consummatio cuiusque contractus consistit in illo vltimo puncto, & instanti conclusionis, à quo contractus, & quilibet actus vim capit, & vtraque pars obligata remanet, vt per Rot. *decis. 756. num. 6. cum seqq. part. 1. diuers.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 63. num. 31.* Vnde

si

si decedat, & mortuus si contrahens antequam ei
12 legeretur instrumentum super contractu coram testibus, tunc talis contractus non valet, nec tenet, vt per Anton. Gom. *l. 3. Tauri n. 107. ad fin.*

Si qua arrha super facienda emptione, &c.] Nota-
13 tur ad hoc quòd vēditione perfecta arrhis datis, licet emptori discedere à contractu amissis arrhis; & idem vēditori permissum est, restitutis arrhis acceptis: & tātundem de bonis suis emptori, vt per Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 242. in princip.* Aduerte quòd vltra amissionem arrharum emptor,
14 vel venditor non tenetur ad interesse, nec agi potest ad contractus implemētum, quia tacitè videtur actum inter cōtrahentes, vt arrharum amissione & duplicatione sint contenti, ita Vlder. Zaz. *lib 2. sing. resp. resp. 24* Greg. Lop. *l. 7. gloss. 1. tit. 5. par. 5.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 18. in fine.* Olan. *in antinom. lit. C, n. 107.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 25. c. 17. num. 1.* Lazarte *d. c. 3. num 18.* Perez *l. 1. tit. 7. lib. 5. Ordin. gloss. vnic. col. 30. vers. quid autem 1. pag. 189.* Fachin. *controuers. lib. 2. c. 28. vers. sed mihi magis probatur*, Lingiois *decis. 15. quæst. 11. num. 5.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 338. vers. cæterùm col. 513.* Cald Pereira *de empt. c. 18. n. 35. vers. quamobrem, & in fine*, Pichard. *in princ. Inst. de empt. & vendit. n. 44.* Gutier. *de gabell. quæst. 17. num. 20.*
15 *cum seqq.* vbi *num. 22.* ait per traditionem arrharum censeri suspensam venditionem quousque traditio sit facta, & fas esse vnicuique contrahentium ab ea discedere admittendo arrhæ valorem, & ex eo non dici rescindi cōtractum, sed illū non extari tāquam infirmo, ex illóque non deberi gabellam si ab eo
16 partes discedant. Quæ tamen resolutio multipliciter limitatur, & primò si res vendita erat iam tradita, nam tunc non licet ab emptione etiam amissis arrhis recedere, Petr. Greg. *d. lib. 25. c. 17. n. 1.* Se-
17 cundò quando arrhæ fuerunt datæ nomine pretij, quo casu non est locus pœnitentiæ etiam arrhis amissis, Anton Gom. *d. tom. 2. var. c. 2. n. 18. in fine*, Bertazol *de clausul. instrumental. claus. 41. gl. 8. n. 3.* Perez *l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordin. gloss. vnic. col. 30. vers. quid autem*, Azeued. *l. 2. n. 5. tit. 2. lib. 5. noua Recop.* D. Barbos. *in l. si cùm dotem 23 §. fin. n. 38. vers. vltimò lim ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *dict. c. 18. n. 38.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 242.*
18 *n. 1.* Linglois *dec. 15. q. 11. num 6.* Tertiò si datæ fuerunt in signum perfectionis contractus, quia similiter tunc non licet contrahentibus ab eo discedere, sed ei stare tenentur. Perez *in d. l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 189. col. 1. vers. nisi quis diceres*, Azeued. *l. 2. n. 5. tit. 2. lib. 5. noua Recop.*

19 In gloss. *In scriptis.* ibi, *scilicet vt aliter non valeat nisi scriptura facta*, &c. Notatur ad hoc quòd in contractu emptionis & venditionis locus est pœnitentiæ ante scripturæ confectionem, cùm inter contrahentes conuenitur ex en fieri instrumentum, & expressè dictum est quòd aliter cōtractus non valeat, ita Mench. *de success. creat. l. 1. §. 11. n. 3.* Ioan. Garc. *gul. 460. ante n. 1.* Cæs. Visil. *ad Afflict. decis. 39.* Mascard. *de probat. concl. 435. n. 8.* Anton. Thesaur. *dec. 197. n. 4. & 7.* Magon. *Lucensi dec. 95. n. 18. & dec. 135. num. fin.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 148. n. 4.* Mariens. *in l. 1. gloss. 7. num. 3. tit. 16. lib. 5. noua Recop.* Salaz. *in tract. de vsu & consuetud. cap. 2. a n. 10.* Azeued. *l. 1. n. 125. tit. 17. lib. 9. noua Recopil.* Felician. de Solis *de censib. tom. 2. lib. 3. c. 4. num. 3.* Cald. Pereira *de empt. c. 19. n. 3. 5. & 10.* Fachin. *controu. lib. 2. c. 97.* Cardin. Mantic. *d. lib 1. tit. 10. n. 7. vers. sed diuersam sententiam*, Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 2. lit. C, concl. 990. n. 4. & 5.* Castill. *d. lib. 3. c. 26. num. 3. cum seqq.* Stephan Gratian. *discep. forens. tom. 3. c. 564. n. 29.* De iure tamen Lusitano ex Ordin. Regia *l. 4. tit. 19.* 20
§. 1. in fine, & Hispano *ex l. 6. tit. 5. par. 5.* certum est 21
quòd contractus dicitur imperfectus, & cōditionalis, & est locus pœnitentiæ, quando in contractu, vel ante contractum de scriptura mentio facta est simpliciter, etsi dictum non sit quòd aliter non valeat, Couar. *in d. c. relatum ol 1. n. 9. in fine, de testam.* Menchaq. *controuers. illustr. lib. 1. c. 28. n. 22.* Guizzarel. *dec. 75. n. 5. & 7. vers. ad nostrum*, Calced. *Lusit. dec. 39. n. 10. par. 2.* Castill. *d. lib. 3. c. 26. num. 17.*

In ead. gloss. ibi, *gerentes in animo*, &c. Notatur 22
ad hoc quòd statim erit perfectus contractus quando ex coniecturis cōstaret voluisse partes quòd valeret statim contractus, etsi de scriptura facienda mentio fieret, vt per Lazarte *de gabell. c. 3. n. 14.* Magon. *Lucensi dec. 95.* Perez *l. 3. tit. 8. lib. 3. Ord, col. 618. vers. fallit tamen. & l. 2. vers. quæritur tit. 7. l. 5. etiam Ordin.* Felician. *de censib. tom. 2. lib. 3. c. 4. n. 3. vers. auctores vero nostri*, Menoch. *d. præs. 148. n. 6.* Parlador. *rerum quotid. lib. 2. cap. 3. n. 48. & seqq. differ. 109. § 5. num. 10.* Pichard. *in §. 1. Inst. de empt. & vendit. n. 23.* Card. Mantic. *d. lib. 1. tit. 10. n. 13.* Guizzarel. *d. dec. 75 n. 2. 3. 5. & 6.* Castill. *d. lib. 3 cap. 26. num. 16.* vbi ait boni & discreti iudicis arbitrium multum in proposito valiturum, qui ex testium dictis, & verbis, quibus contractum est, & cæteris circūstantiis diiudicabit an voluerint contrahentes in scriptis contractum celebrare, vel statim habere cōtractum perfectum, & absolutum, Gutier. *de gabell. q. 17. à princ.*

Animus, & voluntas contrahentium quòd fuerit 23
statim efficaciter contrahendi, & quòd valeret cōtractus non spectata scriptura, colligitur ex multis 24
coniecturis. Prima est, quando partes voluerunt cōuentionem suum effectum habere eo tempore quo facta fuit, secundùm Menoch. *d. præs 148 n. 7. & 11.* vbi exemplificat quando venditor in emptorem dominium & possessionem rei venditæ transtulit, vel cùm actū fuit quando ex tunc emptor perciperet fructus, Parlador. & Felician. *dictis locis*, qui exemplum possessionis traditæ referunt, Thesaur. *decis. 197. n. 8. in fine*, Castill. *d. cap. 26. n. 15. vers. prima coniectura, & vers. quinta est*, Cardin. Mantic. 25
d. tit. 10. n. 13. Secunda, quando emptor non spectata confectione instrumenti pretium rei venditæ soluit, Lazarte *d. cap. 3. n. 14.* Ludou Mozoti *resp. 96. n. 12* Felician. *d. cap. 4. num. 3. vers. auctores verò.* Castill. *d. cap. 26. n. 16. vers. quando, inquam, pretium* Tertia, si vnus ex contrahentibus promisit 26
facere instrumentum ad omnes requisitiones alterius, quia tunc contractus iā præsumitur perfectus, alioquin enim esset posita perfectio in sola voluntate alterius contrahentium, quod iure permissa non est, *l. vendentiū, C. de contrah. empt.* Menoch. *d. præs. 148. n. 8.* Cardin. Mantic. *d. tit. 10. n. 13. vers. secundo*, Guizzarel. *d. dec. 75. n. 4.* Castill. *ad cap. 26. n. 15. vers. secunda coniectura.* Quarta, quando 27
contrahentes subscripserunt contractum, Menoch. *d. præs. 148. n. 10.* Cardin. Mantic. & Castill. *vbi supra.* Quinta si vtraque parte præsente gabella so- 28
luta sit gabellario, Lazarte *de decima vendit. c. 17. n. 50* Gutier. *d. q. 17 num. 12.* Molin. *d. tract. 2. disp. 397. vers. sic vt quando.*

In gl. *In mundum.* ibi. *mundum vocat instrumentum.* 29
&c. Dicit Caluin. *in suo Lexic. Iurid. verb. mundum, in neutro genere*, illud verbum significare in hoc text. instrumentū, in quo contractus ex schedis redigitur.

In

30 In gloss. *Vel id quod emptoris.* ibi *item quid si tradat venditor ante mundum completum, an dominium transferatur*, &c. Notatur ad hoc quòd si contractus sit conditionalis, & conditione pendente dominus tradat ei, cui erat obligatus, sub conditione, tunc interim etiam transit in eum dominium, cùm contractus non sit omnino nullus, sed habeat spem validitatis & confirmationis, vt per Anton Gom. *l. 45. Tauri n. 30. col. 3.* D. Barbos. *in l. si ante 6.*
31 *num. 45. in princ. ff. sol. luto matrim.* vbi quòd in dubio propter causam etiam de futuro censetur dominium translatum sequuta traditione. Cald. Pereira *de emptione & vend. cap. 19. n. 13.* vbi dicit dominium transferri in emptorem si ante scripturam celebratam ei res tradatur.

Notatur etiam ad hoc quòd traditio rei operatur
32 translationem dominij, etiam quando contractus est imperfectus, vt per Tiraquel *de retract. tit. 2. ad fin. n. 75. circa med.* Negusant. *de pignor. par. 4. n. 39.* Soar. *recept. sentent. verbo dominium, n. 123.* Surd. *dec. 198. n. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices in ciuilibus possunt committere examen absentium illi iudici, sub quo testes degunt, & n. 1.*
3 *Remissoria non solet denegari quando calumniosa non est.*
4 *in Remissoria concessione requiri partis citationem. declaratur n. 5 & 6.*
7 *Remissoria vt concedatur, iustè peti debet.*
8 *Remissoria non conceditur in materia obiectiua sine fumo. non datur sine fumo quando causa est beneficialis, n. 9. & conceditur in causa decimarum in quacunque instantia etiam sine fumo. n. 10. non conceditur in causa beneficiali, nec solet concedi de stylo Rotæ sine fumo iuris, n. 11. non conceditur quando articuli non sunt releuantes, & quando petitur ad probandum ea de quibus per scripturas constare debeat, n. 12.*
13 *Depositiones testium à iudice delegato examinatorum transmitti iudici deleganti sigillatas. si mittantur non clausæ, non ex hoc vitiari dicta testium, num. 14.*
15 *Remissoria quare concedenda, & n. 16.*

L. Iudices. XVII.

Idem A. eidem.

1 IVdices in ciuilibus possunt committere examen absentium illi iudici, sub quo testes veniunt. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Alber. *de testib. num. 50.* Lanfranc. *num. 19.* Campeg. *regul. 288. in 5. casu*, Socin. *regul. 410. in princ.* Vestr. *in practic. lib. 6. cap. fin. num. 1. & ibi* Gratiat. *in addit. n. 13. in princ.* Carau. *super ritu magna Curia 18. num. 1.* Gail. *lib. 1. obseru. 96. in princ.* Menoch. *remed. 15. recuper. n. 346.* Seuerol. *in tract. de remissionib. cap. 4. n. 1.* Virgil. Boccac. *in tract. de litteris remiss. cap. 4. n. 1.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 25. pag. 251.* Hart Herteman. *in sua practica forensi lib. 2. tit. 15. obseru. 17. n. 8.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 96. num. 2.* late Farin. *in praxi crim. tom. 2. tit. de opposit. contra examen testium q. 77. à n. 1.* vbi multipliciter ampliat, & limitat.

3 Notatur ad hoc quòd remissoria denegari nõ solet quando calumniosa non est, Verall. *decis. 59. p. 3.* Cassad. *dec. 3. de dilation.* Rot. *dec. 304. n. 1. p. 1. recentissim. in posthum. Farin.*

Sub vtriusque partis præsentia factu, &c.] Notatur 4
ad hoc quòd in concessione remissoriæ requiritur
partis citatio, vt per Luc. Pæt. *in pract. Capitol. c. 6.*
n. 4. Seuerol. *in tract. de remission. cap. 11. num. 2.*
& seq. Rot. *decis. 183. num. 3. par. 2.* recentissim.
Farin. *d. q. 77. à n. 115.* vbi *n. 116.* declarat hanc
citationem faciendam esse in loco concessæ remis- 5
soriæ coram iudice illam concedente, & antequam
concedatur, & *num. 117. & seq.* quòd talis citatio
non sufficit generalis, sed debet esse specialis, ad vi- 6
dendum scilicet concedi remissoriam, & ad concordandum de iudice, & de loco vbi testes examinari debeant, & de loco loci, itavt si remissoria contineat vnum locum examinis testium, & testes examinentur in alio loco, examen sit nullum, ead. Rot. *decis 306. n. 2. par. 1.* recentissim.

Et hoc si iustè peti, &c.] Notatur ad hoc quòd vt 7
remissoria concedatur, iustè peti debet hoc est, ex aliqua iusta & rationabili causa, non per calumniam, vt per Benintend. *decis. 74. post n. 1.* Vestr. *in pract. lib. 6. cap. fin. num. 2. vers. quod si natura causæ, & n. 4* Seuerol *in tract. de remission. cap. 5. n. 2. & seq.* Virgil. Boccac. *de litteris remiss. cap. 3. n. 46. & 47.* latè
Farin. *d. quæst. 77. à n. 12.* & sic in materia obiecti- 8
ua sine fumo remissoria non conceditur, Verall *decis. 60. 61. & 63. par. 3.* Pute. *decis. 18. de dilat.* Rot. *decis. 112. n. 5. & 6. par. 1. recentior. & in Cordubem. dimidia portionis 11. Februarij 1628.* coram R. D.
Duran. *& decis. 135. num. 10.* vbi quòd remisso- 9
ria non datur quando causa est beneficialis sine fu-
mo, & *n. 1. ibidem*, quòd conceditur in causa de- 10
cimarum in quacumque instantia, etiam sine fumo,
& *dec. 584. n. 8.* vbi quòd remissoria denegatur in 11
causa beneficiali, nec solet cõcedi de stylo Rotæ si-
ne fumo iuris, *par. 2.* recentissim. Et sic remissoria 12
non conceditur quando articuli non sunt releuantes, & quando petitur ad probandum ea, de quibus per scripturas constare debet, de quo eadem Rota *305. num. 1. & decis. 541. num. 1. & decis. 584. num. 1. & 2. par. 2.* recentissim.

Vt postquam in locis, &c.] Notatur ad hoc quòd de- 13
positiones testium examinatorum à iudice delegato transmittuntur iudici deleganti sigillatæ, vt per Vestr. *in pract. lib. 6. cap. vlt. num. 10. vers. at vbi denique*, Seuerol *de remission. cap. 23. num. 1. & 2. & cap. 28. num. 1.* Farin. *d. quæst. 77. num. 143.* vbi *n. 144.*
subdit quòd si eas mittat non clausas, non tamen 14
ex hoc dicta testium vitiantur.

In gloss. *exiguntur.* ibi, *quia suspecta videntur*, &c. 15
Notatur ad hoc quòd remissoria conceditur examinandis testibus ad comprobationem instrumenti in actis producti, ac etiam ad inspectionem alicuius instrumenti in partibus existentis, vt videatur si est authenticum, vel probè ne, aut non, vt per Far.
d. quæst. 77. ex n. 8. Et conceditur etiam remissoria, 16
ad examinandũ testes pro recognitione instrumentorum, & sigillorum, secundùm Vestr. *d. lib. 6. cap. vlt. num. 2. ante fin.* Seuerol. *in tract. de remission. c. 10. n. 5.* Virg Boccac. *de litteris remissor. cap. 3 n. 8. & c. 4. num. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Receptio testium committi potest in ciuilibus, non verò in criminalibus.*
2 *Remissoriam non concedi in criminalibus.*

3 Crimen

3 *Crimen non probari per instrumentum, cùm tunc testes non præsententur iudici, vt videtur requiri.*
4 *Examen testium & iuramentorum receptio non potest regulariter remitti alicui non habenti iurisdictionem.*
5 *Testes in loco iudicij existentes examinentur à iudice, & non à Notario.*

AVTH. Apud eloquentissimum.

1 Receptio testium in ciuilibus, non verò in criminalibus causis, committi potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd in criminalibus remissoria non conceditur, vt per Franc. Curt. *in tract. de testib. concl. 29. num. 60.* Alberic. *num. 51.* Lanfranc. *num. 19. vers. criminali*, Campeg *reg. 288. in 4. casu, vers. secus in causa criminali.* Bernard. *reg. 417. in princ.* Socin. *reg. 410. in 2. fallent.* Capyc. *decis. 90. num. 15.* Vestr. *in pract. l. 6. cap. vlt. num. 1. vers. finge*, Clar. *in §. fin. q. 26. num. 3. vers. sed quare*, Carau. *super ritu magnæ Curiæ 157. num. 3. cum seqq. & ritu 141. num. 2.* Gail. *l. 1. obseru. 96. num. 10.* Octau. Cacheran. *cons. 64. num. 20. cum seqq. & cons. 65. num. 7.* Sim. de Prætis *cons. 14. n. 1. cum seqq.* Menoch. *remed. 15. recuper. num. 55.* Seuerol. *in tract. de remission. cap. 4. num. 1.* Virgil. Boccac. *in tract. de litteris remissor. cap. 2. num. 5. & cap. 3. num. 16. & 20.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ tit. de litter. requisitor. in præfat. num. 29.* Donell. *comment. iuris ciuilis l. 25. pag. 252.* Azeued. *l. 28. tit. 6. l. 3. nouæ Recopil. pag. 266.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. l. 1. concl. 96. consid. 1. num. 1.* latè Farin. *in praxi crimin. tom. 2. tit. de opposit. contra exam. testium quæst. 77. n. 71. cum seqq.*

3 *Nam in criminalibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd crimen per instrumentum non probatur, cùm tunc testes non præsententur iudici, vt videtur requirere textus, de quo Lanfranc. *in cap. quoniam contra, verbo instrumentorum productiones n. 30. vers. vlterius quæro, de probat.* Anton. Gabr. *commun. l. 1. tit. de probat. concl. 5. n. 12.* Clar. *l. 5. §. fin. q. 54.* Mascard. *de probat. concl. 460. & 499.*

4 In gloss. *Apud eloquentissimum.* ibi. *sed dic habenti iurisdictionem potest demandari*, &c. Notatur ad hoc quòd testium examen & iuramentorum receptio non potest regulariter remitti alicui non habenti iurisdictionem, vt per Beninten. *decis. 74. post n. 4. vers. & licet de iure ciuili*, Luc. Pæt. *in pract. Capitol. c. 6. n. 5.* Octau. Cacheran. *cons. 64. n. 21. ad med.* Seuerol. *in tract. de remissionib. cap. 20. num. 8. & seq.* latè Farin. *d. q. 77. num. 126. cum seqq.* vbi declarat, & à n. 175.
5 regulam firmat quòd testes in loco iudicij existentes examinandi sunt à iudice, & non à Notario, ibique multipliciter eam ampliat, & limitat.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vt tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis, sic è contra debitor creditori facere vnam antapocham, in qua contineatur se soluisse debitum creditori, quod est necessarium annuis, vel menstruis debitis.*
2 *Creditor potest debitorem suum conditionalem, vel in diem compellere vt faciat sibi instrumentum debiti ad faciliorem probationem. limitatur, & intelligitur vt num. 3.*
4 *potest Creditor petere vt debitor recognitionem faciat debiti.*
5 *Apocha quid.*
Quitantia, pro Apocha, ibid.
6 *Apodisis, quæ & Apodisia, idem quod Apocha.*
7 *Litteræ, Apochæ, seu Apodisiæ vocabulo veniunt.*
8 *Antapocha quid. eius formula ponitur, n. 9.*
10 Contra escriptura *pro antapocha.*
11 *Introductum in fauorem alicuius non illi damnum adferat.*

L. plures. XVIII.

Idem A. Demostheni P. P.

Sicut creditor tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis, ita è contra debitor creditori facere vnam antapocham, in qua contineatur se soluisse debitum creditori, quod est necessarium annuis vel menstruis debitis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 1

Vide Anton. Gom. *l. 40. Tauri n. 79. vers. secundo*, 2
vbi citato hoc text. tenet quòd creditor potest debitorem suum conditionalem, vel in diem compellere vt faciat sibi instrumentum debiti ad faciliorem 3
probationem ne postea super debito debeat litigari, quod tamen limitat & intelligit vt debitor teneatur facere simplex instrumentum debiti, non tamen cùm clausula garentigia, vt habeat executionem paratam, quia secundùm hoc grauaretur debitor, quod totum antea dixerat Tiraquel. *de retract. lign. §. 29. gloss. 5. n. 1. & 2.* vide etiam D. Barbos. *in l. in omnibus 41. n. 42. ff. de iudic.* vbi quòd potest creditor petere 4
vt debitor recognitionem debiti faciat.

Apochis.] Schedulæ sunt, quibus fatemur nobis 5
de pecunia satisfactum, vulgò quitantiam vocant, vide Thesaur. *linguæ Latinæ, verbo Apocha*, Alciat. *l. 1. prætermiss. eod verbo*, Caluin. *in suo Lexic. iuridic. eod. verbo*, Camill. Borrell. *in summ. decis. tom. 1. tit. 25. n. 1.* vbi *n. 48.* subdit, quòd apochæ, seu apodisiæ vocabulo veniunt etiam litteræ.

Vel antapocham.] Est exemplum apochæ subscri- 7
ptum à debitore creditori datum, ita accipi in hoc 8
text. hoc vocabulum tenet Caluin. *in suo Lexic. iuridic. verbo Antapocha vlt.* vbi formulam huius anta- 9
pochæ refert his verbis. Ego Lucius Titius fateor C. Seio, aut illi die illa tot soluisse annui redditus nomine, quem ei debeo ob fundum, vel possessionem illam, &c. Sanchez *de matrim. l. 7. disp. 32. n. 5. in princip.* vbi antapochas vulgò *contra escrituras* 10
appellat.

Cùm hoc quod pro quibusdam, &c.] Notatur ad hoc 11
quod introductum in alicuius fauorem, non debet illi damnum adferre, vt per Tiraquel. *de iure mariti, gl. 8. n. 86. in fine*, cum aliis per me adductis *de Axiom. iuris vsufreq. axiom. 96. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Comparatio litterarum ex scriptura priuata priùs approbata, & ex scriptura coram iudice fienda, & num. 2.*
3 *Comparatio litterarum fidem semiplenam facit.*
4 *Comparatio in omni scriptura priuata excepta apocha, plenè probat.*
5 *Comparatio litterarum hodie de iure Authenticorum probat.*
6 *Comparatio litterarum, iuncta depositione duorum ex tribus testibus in chirographo subscriptis, plenè probat.*

7 *Comparatio litterarum facta à peritis nihil valet, nisi ipsi iurauerint, quòd nec lucri causa, nec inimicitiis, nec gratia tenti huiusmodi comparationem faciunt. semel iurasse ante factam comparationem sufficit*, num.8.

9 *Recognitio comparationis scripturam in apocha ad nihil valet, nec aliquam probationem facit.*

10 *Comparatio & recognitio scripturæ in litteris, præterquam in scriptura priuata testibus non firmata, sufficit.*

11 *Litterarum similitudine facilè errari.*

12 *Comparationem litterarum plenè probare quando scriptura priuata est à partibus & testibus subscripta.*

13 *Scriptura si sit subscripta tantùm ab vno teste & partibus, tunc comparatio litterarum subscriptionis partium & testis contra debitorem plusquam semiplenam facit probationem.*

14 *Comparatio litterarum sola facit plenam fidem quando agitur de recognitione libri rationum. plenè etiam probat quando agitur de recognitione alicuius epistolæ, n.15.*

16 *Comparatio litterarum vnà cum recognitione sigilli appositi in scriptura, ad quam fit comparatio, plenè probat.*

17 *Comparatio litterarum quantum probet in recognitione scripturæ publicæ, & publici instrumenti, arbitrio iudicis remittitur. & poterit iudex isto casu dare plenam fidem comparationi litterarum concurrente aliquo adminiculo, n.18.*

19 *quando dubium vertitur super litteris alicuius Scripturæ, & debeat fieri comparatio litterarum ad aliquem effectum, committitur peritis tabellionibus, vel scriptoribus, vt deponant circa similitudinem litterarum. eligantur periti partibus non suspecti, n.10. qui relationem faciant in actis, & in scriptis, n.21. considerent, & inspiciant corpora scripturarum, litterarum tractus, & alia necessaria, stylum & modum dictandi, &c. n.22.*

23 *Comparatio litterarum non nisi in subsidium aliarum probationum facienda. nisi forma obseruetur prædicti iuramenti, comparatio nulla est, n.24. duplex iuramentum calumniæ hoc casu præstandum est, vnum generale ante contestationem litis, aliud speciale post litem contestatam, n.25.*

L. Comparationes. XIX.

Idem A. Iuliano P. P.

1 EX scriptura priuata priùs approbata, & ex scriptura forensi facta coram iudice fit comparatio litterarum, & potentes comparationem iurabunt se desiderare comparationem in nullius fraudem, gratiam, & odium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 262. & tom. 7. repet. Doct.* Petrus de Bellapertica.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. 111. & 118. tit. 18. part. 3. vbi gloss. 8.* Grammat. *decis. 34. num. 15.* Couar. *practic. cap. 22. num. 7.* Menchaq. *controu. vsufrequent. part. 2. cap. 29. num. 1.*
3 vbi quòd comparatio litterarum semiplenam tantùm, non etiam plenam fidem facit. Decian. *resp. 11.*
4 *num. 125. vol. 1.* vbi quòd comparatio in omni scriptura priuata, excepta apocha, plenè probat, quia in apocha correcta est hæc lex, non sic in scriptura priuata. Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 7. n. 7. part. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 114. num. 3. & cons. 94. num. 24. & cons. 199. num. 10. & 25. cum seq.* Farin. *fragment. crim. part. 1. lit. C, n. 495. cum seqq.* Camill. Borrell. *in summ. decis. tom. 2. tit. 23. à n. 8.* Quid hodie de 5
iure Authenticorum comparatio litterarum probet, dicā *in collect. ad auth. at si contractus, infra hoc eod. tit.*

Sine omnimodo duobus, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
comparatio litterarum iuncta depositione & recognitione duorum ex tribus testibus in chirographo subscriptis, plenè probat chirographum esse scriptum manu illius de quo agitur, vt per Afflict. *decis. 181. n. 5. in fine*, Aym. *de antiquit. tempor. par. 1. §. quæritur etiam in hac materia, n. 51. fol. 77.* Roland. *cons. 26. n. 6. lib. 1. & cons. 84. num. 4. lib. 3.* Menoch. *d. casu 114. n. 3.* Ioseph. Ludou. *d. decis. 7. n. 6.* Mascard. *de prob. concl. 3. n. 29.*

Omnes autem comparationes, &c.] Notatur ad hoc 7
quòd comparatio litterarū facta à peritis, nihil valet nisi ipsi iurauerint, quòd neque lucri causa, neque inimicitiis, neque gratia tenti huiusmodi comparationem faciunt, vt per Rip. *in l. admonendi, n. 111. ff. de iureiur.* Ioseph. Ludou. *d. dec. 7. n. 8.* Menoch.
d. casu 144. n. 28. vbi quòd sufficit peritos semel iu- 8
rasse ante factam comparationem, neque propterea esse necesse quòd tempore relationis iurent, latè Farin. *d. lit. C, n. 483.* vbi *n. 484.* ait huiusmodi iuramentum esse de forma comparationis, ita quòd si non præstetur, vel sub alia forma præstetur, comparatio est nulla.

In gloss. *Subscriptiones.* ibi, *vel veriùs hic loquitur* 9
de priuata scriptura, &c. Nota quòd recognitio cōparationis scripturarum in apocha ad nihilū valet, nec aliquam probationem facit, Ioseph. Ludou. *d. decis. 7. num. 20.* Menoch *d. casu 114. num. 21.* Marc.
Anton. Bellon. *Genuæ decis. 18. sub num. 12.* vbi dicit 10
sufficere comparationem & recognitionem scripturæ in litteris, præterquam in scriptura priuata testibus non firmata, & *decis. 84. n. 3.* vbi de facili dicit 11
posse errari litterarum similitudine, plures refert
Camill. Borrel. *d. tom. 2. tit. 23. à n. 9.* Et comparatio- 12
nem litterarum plenè probare quādo scriptura priuata est à partibus, & testibus subscripta, vt per Farin. *d. lit. C, n. 532.* vbi *n. 534.* subdit quòd si scriptura 13
sit subscripta tantùm ab vno teste & partibus, tunc comparatio litterarū subscriptionis partium & testis contra debitorem facit plusquam semiplenam probationē, & propterea quòd erit locus delationi iuramenti in supplementum; contra tertium verò
nec etiam faciet semiplenam probationē. Item cō- 14
paratio litterarum sola facit plenam fidem quando agitur de recognitione libri rationum, & in hoc lex ista correcta est, secundùm Aym. *de antiq. temp. p. 1. §. quæritur etiam in hac materia, n. 65. & 69.* Menoch. *d. casu 114. n. 23.* Mascard. *d. concl. 330. n. 9. cum seqq. & à n. 17.* vbi declarat. Farin. *d. lit. C, num. 524.*
vbi *n. 526.* tenet etiam comparationem solam litte- 15
rarum plenè probare quando agitur de recognitio- 16
ne alicuius epistolæ, & *n. 529.* resoluit comparationem litterarū vnà cum recognitione sigilli appositi in scriptura, ad quā fit cōparatio, plenè probare.

In gloss. *Testium.* ibi, *& videtur committi iudici an* 17
plenam faciat fidem comparatio. Notatur ad hoc quòd comparatio litterarum quantum probet in recognitione publicæ scripturæ, & publici instrumenti, remittitur arbitrio iudicis, vt per Menoch. *d. casu 114.* 18
n. 25. vbi propterea quòd iudex poterit isto casu dare plenam fidem comparationi litterarum concurrente aliquo adminiculo. Mascard. *d. concl. 330. n. 15.* Farin. *d. lit. C, n. 421.*

In gloss. *Ab his.* ibi scilicet *scriptis scriptoribus*, &c. 19
Notatur ad hoc quòd quando vertitur dubium super litteris alicuius scripturæ, & debeat fieri cōparatio

ratio litterarum ad aliquem effectum, committitur peritis tabellionibus, vel scriptoribus vt deponant & declarent circa similitudinem litterarum, vt per *l. Hispan.* 118. *tit.* 18 *p.* 3. Ant. Gom *variar. tom.* 2. *c.* 9. *n.* 5. *ad finem*, *vers. sexto*, Farinac. *d. lit. C*, *n.* 480. vbi dicit iudicem committere debere hanc comparatiooem tabellionibus expertis, vel scriptoribus illius rei habentibus plenam prudentiam, quæ quidem comparatio saltem à duobus fieri debet. Menoch. *d. casu* 114. *n.* 26. & 27. Thom. Triuis. *dec.* 52. *n.* 24. Ioseph. Ludou. *d. dec.* 7. *n.* 7. Farinac. *d. lit. C*, *n.* 481. nisi in loco, vbi facienda est comparatio, non adesset nisi vnus peritus, quia tunc ille solus sufficiet, Menoch. *d. casu* 114 *sub n.* 27. *& remed.* 5. *adipisc. n.* 162. Ioseph. Ludou. *d. decis.* 7. *n.* 9.

20 Farinac. *d. lit. C*, *n.* 482. vbi *n.* 485. subdit quòd comparatio litterarum à peritis facienda non valet, nisi eligantur periti partibus non suspecti, & propterea cautela est, vt de earum consensu eligãtur,

21 & *n.* 486. tenet huiusmodi peritos vt suprà electos debere facere relationem in actis, & in scriptis &

22 *n.* 494. admonet in hac comparatione facienda debere peritos considerare & inspicere corpora scripturarum, litterarum, tractus, & alia necessaria; stylum & modum dictandi, &c.

23 In eadem gloss. ibi, *quod non aliam habentes probation inueniunt ad comparationem*, &c. Notatur ad hoc quòd comparatio litterarum facienda non est, nisi, in subsidium aliarum probationum, & ideo pars, quæ petit fieri comparationem, debet iurare se non habere aliam probationem, & quòd propterea cõparationem petit, circa quam nihil egit quod possit veritatem abscondere, vt per Menoch *d. casu* 114. *n.* 34. Joseph. Ludou. *d. decis.* 7. *n.* 5. Thom. Triuisan. *d. decis.* 52. *n.* 26. & 29. Mascard. *d. conclus.* 330. *n.* 33. Farinac. *dict. lit. C. n.* 491. vbi addit quòd nisi obseruetur forma iuramenti prædicti, comparatio est nulla.

25 In eadem gloss. ibi, *his de calumnia iuratur*, &c. Notatur ad hoc quòd speciale est hoc in casu, duplex præstari iuramentum calumniæ, vnum generale ante contestationem litis, aliud speciale post litem contestatam, vt per Roland. *consil.* 26. *n.* 25. *lib.* 1. Farin. *d. lit. C*, *n.* 491.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio fieri potest ex scriptura ab aduersario producta.*

2 *Scriptura ex archiuo publico prolata vim testimonij habet.*

3 *Comparatio litterarum potest sumi ex scriptura alias producta in iudicio ab eo, qui scripturam manu sua confectam negat, etiam quòd non sit subscripta à tribus testibus. potest fieri ex scriptura desumpta ex archiuo publico, n. 4*

5 *Archiui publici fides quanta, & an, & quibus casibus scriptura reperta in archiuo publico probet.*

6 *Comparatio bene facta valet, non solùm quæ ex scriptura eiusdem speciei, sed diuersa, & sic de priuata scriptura ad publicam, & contra.*

AVTH Ab hæc.

1 COmparatio ex scriptura ab aduersario produ-

2 cta fieri potest. Item scriptura ex archiuo publico prolata vim testimonij habet. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

3 *Ex his literis, quibus aduersarius*, &c. Notatur ad hoc quòd comparatio litterarum potest sumi ex scriptura aliàs producta in iudicio ab eo, qui scripturam manu sua confectam negat, etiam quòd nõ sit subscripta à tribus testibus, vt per Afflict. *dec.* 181. *num.* 6. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 7. *n.* 6. *par.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 114. *n.* 26. *versic. sumeretur etiam*, Farinac. *fragm. crim. par.* 1. *lib.* 6. *n.* 460.

Ex archiuio publico, &c. Notatur ad hoc quòd 4 comparatio litterarum potest fieri ex scriptura desumpta ex publico archiuio, vt per Afflict. *decis.* 181. *n.* 5. *in fine*, Menoch. *d. casu* 114. *n.* 29. *vers. sumeretur etiam*, Farin. *citato loco*, *n.* 462.

Quanta autem sit fides archiuij publici, & an, & 5 in quibus casibus scriptura reperta in archiuio publico probet? vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 61. Osasch. *Pedem. decis.* 69. Syluan. *cons.* 66. *Considerato*, *n.* 30. Hippol. Riminald. *cons.* 686. *num.* 5. & 38. *cum seqq. lib.* 6. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 115. *n.* 19. *cum seqq.* Ranchin. *par.* 4. *conclus.* 274. Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 11. *n.* 104. *pag.* 572. & *ibi* Bellacomb. *n.* 299. *pag.* 585. & Soar. *n.* 308. *pag.* 586. Mascard. *de prob. conclus.* 111. *n.* 9. & 10. & *concl.* 399. & *concl.* 711. *n.* 61. Valasc. *de iure emphyt. quæs.* 9. *n.* 26. *versic. rursus*, & *consil.* 167. *n.* 8. & 9. Stephan. Quarant. *in summ. Bullary*, *verbo Archiuum*, Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 1. *sub hoc tit. de fide instrum. resol.* 6. Stephan. Gratian. *disc. forens. tom.* 3. *cap.* 582. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Liber* 4. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo Instrumentum*, *n.* 7. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 1. *num.* 22. & *cap.* 21 *num.* 19. & 22.

In gloss. *Testimonium, in fine, in addit.* Notatur ad 6 hoc quòd non solùm ex scriptura eiusdem speciei, sed diuersæ, & sic de priuata scriptura ad publicam, & è contra, bene facta comparatio valet, vt per Farin *d. lit. C. n.* 473.

SVMMARIVM.

1 *Contractus si fiat in ciuitate, & excedat libram auri non soli comparationi litterarum creditur, sed alij testes adesse debent.*

2 *Comparatio litterarum iure hodierno non plenè probat. plenè probat quando scriptura priuata, de qua facta comparatio, est recognita à tribus testibus in ea descriptis, n.* 3.

4 *sola Comparatio plenè probat quando vltra comparationem adsunt testes, qui deponant, vidisse illum scribere, licèt non subscripserit.*

AVTH. At si contractus.

SI contractus fiat in ciuitate, & excedat libram 1 auri, non creditur soli comparationi litterarum, sed alij testes adesse debent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hodie de iure Authenticorum, de quo in hoc 2 text. comparatio litterarum nõ plenè probat, vt per Anton de Butr. *in cap.* 2. *hoc tit. col.* 3. *in princ. versic. hodie verò*, Afflict. *decis.* 181. *n.* 7. *ad finem*, Roland. *consil.* 26. *post n.* 9. *lib.* 1. Thom. Triuisan. *decis.* 52. *n.* 21. Menoch. *de arbitr. casu* 114. *num.* 6. Mascard. *de prob. conclus.* 330. *num.* 1. Farinac. *in fragment. crim. par.* 1. *lit. C*, *n.* 499. & ita faciet tantummodo semiplenam probationem, secundùm Natt. *consil.* 632. *n.* 1. Rolaod. *consil.* 26. *num.* 9. 12. *cum seqq. lib.* 1. Triuisan. *dict. decis.* 52. *n.* 22.

Mascard. *dict. conclus.* 330. *num.* 7. Farinac. *dict. lit. C. num.* 500. quia huiusmodi comparatio fallax & periculosa est, cùm multi reperiantur, qui alienas manus imitari solent, ita vt nulla cognoscatur differentia inter veram & fictam manum, sic testantur Hippol. *in rubr. de probat. num.* 317. *versic. teneas tamen pro certo*, Vulpell. *consil.* 135. *num.* 8. Menoch. *dicto casu* 114. *num.* 14. *&* 15. Mascard. *dicta conclus.* 330. *num.* 1. *&* 3. vbi refert coguouisse hominem, qui veloci manu quascunque litteras & characteres effingebat.

3 In gloss. *Soli.* ibi, *ex praedictis autem*, &c. Notatur ad hoc quòd comparatio litterarum plenè probat quando scriptura priuata, ad quam facta est comparatio, est recognita à tribus testibus in ea descriptis, vt per Menoch. *d. casu* 114. *num.* 2. Mascard. *dict. concl.* 339. *num.* 28. Farin. *d. lit. C. n.* 504.

4 Notatur etiam ad hoc quòd sola comparatio plenè probat quando vltra comparationem adsunt testes, qui deponunt vidisse illum scribere, licèt non se subscripserit, vt per Menoch. *d. casu* 114. *num.* 19. Mascard. *dicta conclus.* 330. *num.* 5. Farinac. *dicta lit. C. num.* 505.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura semel in iudicio producta, & ad acta relata fidem meretur, & num.* 2.

3 *Instrumentum de falso redarguere qui velit, iurare debet quòd non facit calumniosè, sed quia credit chartam falsam.*

4 *Si quis originale Instrumentum in iudicio produxerit, & pars petat, vt producatur iterum, si non producat, instrumentum tanquam falsum nullius momenti est.*

5 *Instrumentum originale vt producatur, quando peti possit.*

6 *Quid si mandante iudice Instrumentum quoddam exhiberi in iudicio possessor obedire noluerit.*

7 *Instrumentum partis asserentis instrumentum perditum, in casu textus, an & quando sufficiat. non sufficere nisi aliquae appareant coniecturae, num.* 8.

9 *Instrumentum non productum in iudicio non dicitur iudici cognitum.*

10 *Testibus accusatis de falso in causa homicidij, donec de hoc cognoscitur, ipsa causa silere debet.*

L. Cùm quidam. XX. & vlt.

Idem A. Iuliano P. P.

1 Scriptura semel in iudicio producta, & ad acta relata, fidem meretur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 25. *vbi de hac l.* Bernard. Graeuae. *ad practic. Camerae Imperialis, lib.* 2. *conclus.* 37. *num.* 7. *cum seqq.* Bernard. Muscatel. *in practic. Regni Neapol. part.* 3. *gloss. respondendum, num.* 16. *cum seqq.*

3 *Quasi falsum hoc constitutum*, &c. Notatur ad hoc quòd volens instrumentum de falso redarguere, debet iurare quòd non facit calumniosè, sed quia credit chartam falsam, vt per *l.* 112. *tit.* 8. *part.* 3. *vbi gloss.* 3. *&* 4. Gregor. Lopez. *ibidem l.* 116. *gloss.* 3.

4 Notatur etiam ad hoc quòd si quis produxisset originale instrumentum in iudicio, & pars petat, vt iterum producatur, cùm is contra quem productum est, intendat illud redarguere de falso, si illud iterum non producat, instrumentum tanquam falsum nullius est momenti, vt per Roder. Xuar. *allegat.* 14. *ante num.* 1. Capyc. *decis.* 40. *num.* 2. vbi decidere hunc text. ait, quòd quando produxerit quis pro se instrumentum in iudicio, & reliquerit in actis copiam authenticam, licèt copia illa fidem faciat, si tamen alia pars velit instrumentum illud productum redarguere de falso, pars, quae semel produxit, tenetur iteratò praesentare. Vrsil. *ad Afflict. decis.* 330. *n.* 2. Quando 5
autem peti possit vt originale producatur instrumētum? vide Anton. Gomez *l.* 83. *Tauri n.* 6. Azeued. *l.* 3. *num.* 18. *&* 19. *tit.* 5. *lib.* 4. *noua Recopilat.* Menoch. *de arbitr. casu* 187.

Et inscriptionum pagina, &c.] Ergo loquitur in inscriptione ad poenam talionis, vt per Cabed. *Lusitan. decis.* 53. *n.* 1. *pag.* 1.

Sit penitus euacuata, &c.] Notatur ad hoc quòd si 6
iudex aliqua iusta ratione motus praeceperit in iudicio instrumentum quoddam exhiberi, eius verò possessor obedire noluerit, poterit interloquendo pronuntiare nullam fidem exhibendam fore illi instrumento si quando ab eo contumace fuerit in iudicio productum, vt per Couarr. *variarum lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 1. Vrsil. *ad Afflict. decis.* 330. *n.* 3. Auendan. *l.* 91. *Tauri gloss.* 5. *n.* 9. Vnde per doctrinam Innocentij tenet Anton. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de appell. conclus.* 5. *n.* 5. *cum seq.* quòd quando appellans aliunde habere non posset sententiam & acta, & illa peteret ab appellato, si neget sententiam latam, aut illam latam affirmet, sed neget se habere, aut asserat illam habere, & exhibere nolit, iudex decernere poterit super tali sententia nullum fieri posse fundamentum, neque appellatum ex aliquo modo iuuari.

Et si tale subeat iuramentum, &c.] Ideo in casu hu- 7
ius tex. sufficit iuramentum partis asserentis instrumentum perdidisse, quia agitur vt non cogatur quis exhibere semel exhibitum, & deperditum instrumentum, secus vbi agitur quòd exhibeatur illud quod nunquam fuit exhibitum, quódque asseritur deperditum, nam tunc quòd deperditum sit, non creditur soli iuramento. Praeterea, secundùm alios lex ista procedit quando aliqua praesumptio & coniectura concurrit pro eo, qui asserit se rem illam non habere, sed perdidisse. Vide Afflict. *decis.* 330. *n.* 2. vbi quòd hic text. procedit in eo, qui habet praesumptionem pro se de amissione, eleganter Menoch. *de praesumpt. lib.* 6. *praesumpt.* 61. *n.* 14. *& cons.* 354. *num.* 4. *&* 18. Burg. de Paz. *quaest.* 5. *ciuili, à n.* 16. Auendan. *l.* 41. *Tauri num.* 12. Regulariter enim lo- 8
quendo non sufficit iuramentum partis asserentis instrumentum perdidisse, nisi aliquę appareant coniecturae, ex quibus accedente iuramento perficiatur probatio, Bernard. *regul.* 345. Ioan. Garcian. *regul.* 51. Valasc. *de iure emphyt. quaest.* 7. *n.* 38. *versic. porrò*, Mascard. *conclus.* 909. *in princip.* remissiuè Castill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 15.

Si enim iam plenissimum, &c.] Notatur ad hoc quòd 9
instrumentum non productum in iudicio non dicitur iudici cognitum, vt per Couarr. *variar. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 9. *vers. quinto, prope fin.*

Notatur etiam ad hoc quòd testibus accusatis de 10
falso in causa homicidij, donec de hoc cognoscitur, ipsa causa silere debet, vt per Menoch. *consil.* 301. *num.* 29.

Plus

Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.

Tit. XXII.

Pendet hic titulus à superiore, vt plus valeat quòd *re vera* agitur, quàm quòd simulatè *in instrumẽto* concipitur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli & simulationis contractuum, vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4.tit.71.l. Hispan.fin.tit.11.par.5.* Cæpol. *in tractat. de simulat. contractuu*, Anton. Gom. *l.45. Tauri, num.* 27. Alciat. *l.* 2. *pareg. cap.* 11. Felin. *in cap. si cautio, num.67. cum seqq. de fide instrument.* Tiraquel. *de retract. lign. §.1. gloss.2. num.12. cum seqq. & tit. 2. ad finem ex n.12.* Bened. Capra *tom.1. commun. opin. l. 4. tit.* 12. Ioseph Ludou. *commun. tit. de simulat. contractuum*, Vital. de Cambã. *in tractat. claus. rubr. de simulat.* Menoch *de arbitr. casu* 39. *&* 247. *& de præsumpt. l.3. præsumpt.*125. Mascard. *de probat. conclus.*439. Donell. *comment. iuris ciuilis l.25. pag.*267. Aldouin. *consil.*34. *&* 69. Cardin. Tusch. *practic. conclus. verbo simulatio conclus.* 257. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.2. lib.13. tit.* 35. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.2. tit.*352. latè. Farinac. *in praxi crimin. part.6. tit. de falsitate & simulatione, quæst.*162. *cum seqq.* eleganter Valasc. *consult.* 154. *per tot.* Castill. *controuers. l.* 2. *cap.* 25. *num.* 18. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Veritas scripturæ, & simulationi præualet.*
2 *Veritas præualet, eique cedunt omnia.*

L. In contractibus. I.

Impp. Valerian. *&* Gallien. AA. *Rufino.*

1 Veritas præualet scripturæ, & simulationi. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Donell. Cuiac. Aloys. Leo *in 4. fol.18. verso*, Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Nota veritatem præualere, eique omnia cedere, Roland. *cons.*11. *num.*2. *&* 3. *lib.* 3. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.*31. *num.* 4. Ego ipse *de Axiom. iuris vsufreqq. axiom.*224. *n.*5.

SVMMARIVM.

1 *Simulatio allegata apud iudicem probatione indiget.*
2 *Simulatio cùm non præsumitur in dubio, allegantī eam onus probandi per testes, per indicia & coniecturas incumbit.*
3 *Probatio per indicia & præsumptiones admittitur in iis, quæ sunt difficilis probationis.*
4 *Probatio simulationis non potest fieri nisi per coniecturas vehementes, & quæ vrgeant, si fiat per indicia, quodlibet indicium requirit probationem per duos testes, n.*5.

L. Acta simulata. II.

Impp. Dioclet. *&* Maximian. AA. *&* CC. *Soteriæ.*

Simulatio allegata apud iudicem probatione indiget. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. sup. hoc tit.* 1

Cùm simulatio in dubio non præsumatur, Anton. 2 Burg. *in c. ad nostram, n.1. cum seqq. de empt. & vend.* Cæpol. *de simulat. contract. n.84. in fine, vers. ex quibus videtur concludendum*, Caputaq. *decis.*421. *num.* 5. *par.* 2. Franc. Bec. *cons.*52. *num.* 1. *& seq. lib.*1. Tiraq. *de retract. tit.* 2. *in præfat. n.*19. *& ad finem tit. n.* 125. *&* 133. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.*122. *n.* 2. Mascard. *de probat. conclus.*448. *num.*1. *& concl.* 814. *num.1. & seq.* Surd. *decis.*23. *num. vlt.* Carol. de Grassis *except.*12. *n.*10. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. l.8. tit.* 17. *num.* 1. *& l.* 13. *tit.*35. *num.* 8. Aldouin. *cons.*69. *n.*27. ideo eam alleganti incumbit onus probandi tum per testes, secũdùm Valasc. *consult.*154. *n.*14. Farin. *in praxi crimin. part.*5. *q.* 162. *num.* 120. tum etiam per indicia & coniecturas, vt tenent Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vsur. commento* 2. *§.1. n.*24. *& seq.* Mascard. *concl.* 438. *n.* 7. *& seq. & concl.*815. *n.* 1. *& concl.* 1142. *num.* 6. *cum seqq.* Aldouin. *cons.*34. *num.*7. *& cons.* 69. *num.* 14. *l.*1. Menoch. *remed.* 9. *recuper. num.* 388. *& de arbitr. casu* 2. *n.* 26. *& casu* 247. idem Menoch. *d. lib.*3. *præs.* 122. *num.* 5. *vers. ita pariter, & præsumpt.* 124. *n.* 3. Card. Mantic. *d. l.* 8. *tit.* 17. *num.*8. *& l.* 13. *tit.* 35. *num.* 9. Castill. *controuers. lib.*2. *c.* 25. *num.* 22. Farin. *in praxi crimin. p.*5. *tit. de falsitate & simulat. quæst.*162. *n.* 97. vbi *num.* 105. ait, vt quænam sint coniecturæ sufficientes ad probãdum simulationem iudicis arbitrio remissum esse, latè Valasc. *d. cons.*154. *num.* 16. *cum seqq.* vbi *num.*18. quòd probatio admittitur per indi- 3 cia, & præsumptiones in iis, quæ sunt difficilis probationis, & *n.* 19. quòd probatio simulationis non 4 potest fieri per leues coniecturas; sed per vehemẽtes, & quæ vrgeant, & *n.* 21. quòd simulationis 5 probatio si fiat per indicia, quodlibet indicium requirit probationem per duos testes, de quo etiam Ioseph. Ludou. *tom.3. commun. opin. tit. de simulat. contract. concl.*1. *vers. coniectura*, Mascard. *concl.*447. *la* 2. *n.*2. *d.* Farin. *q.*162. *n.*130. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo adiectum contractui emptionis, pignoris causa adiectum censetur.*
2 *Iuramentum non firmat contractum simulatum, amplia vt n.3. & limita vt n.4. & 5.*

L. Emptione. III.

Iidem AA. *&* CC. *Maximæ.*

Pactum de retrouendendo adiectum contractui emptionis, pignoris causa adiectũ censetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.* 1

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 7. tit. 1. par. 5.* vbi statuitur quòd præpositus mercantiæ meæ, vel officio, non tenetur de mutuo, meo mandato cōtracto per eum, sed ego teneor. idem si sine mandato in meam conuertitur vtilitatem, sed si non conuertitur, ipse solus tenetur, Rot. Genuens. *dec. 14. num.* 14. 94. 100. 101. *&* 102 Nicol. Genoa *in tract. de scriptura priuata, l. 4. cap. 11. de libro rationis institoris, n.* 33.

3 *Si cum eum officio alicui, vel negotiationi,* &c.] Declara, expresse, vel tacitè. nā expresse quis præponitur negotiationi quando dominus negotij dicit, Facio Titium meum institorem, vel præpono eum tali negotiationi meę. Tacitè verò quis præpositus dicitur cùm se publicè gerit pro institore domino sciēte & patiēte, & pro tali publicè habetur, Ronchegal. *in l. eadem, in princ. ff. de duob. reis, n.* 153. *cum seq.* Rot. Genuens. *d. dec.* 14. *n.* 39. *cum seqq.* Nicol. Genoa *d. cap.* 11. *à num.* 10. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 677. n.* 26. Cancer. *var. p. 3. c. 1. n.* 81. *pag.* 12.

Ei permissum à te probetur, &c.] Ergo institor mutuum sumere non potest, quando ei non fuit manda-
4 tum, de quo vide Rot. Genuens. *d. decis.* 14. *num.* 90. vbi cum Bald. *in præsenti,* ait mutuum hoc loco dupliciter considerari, vel tanquam negotiatio de per
5 se distincta, cuius exercitatio est in mutuādis pecuniis, tunc præpositus mensæ mutuum debito procul sumere potest. nā satis de mutuo egisse videtur præponens, aut consideratur mutuum tanquam deseruiens merci exercendæ, & tunc institori licebit accipere quatenus ex necessaria consequētia mercis exercitatio illud requirit, vt cùm præpono aliquem emendis pannis, tunc si non trado pecunias, censeor eo ipso præposuisse ad accipiendam pecuniam mutuo pro illa re emenda.

6 *Si quid in rem tuam versum probetur,* &c.] Ad hoc vt quis teneatur institoria, requiritur quòd mutuū, siue contractus, sit pro vtilitate præponentis, & in causam negotiationis, cui præpositus est, & pro ea se accipere exprimat, Paris. *cons. 95. num. 50. cum seqq. vol. 1* Gail. *lib. 2. obseru. 20. n.* 8. Rot. Genuens. *d. decis.* 14. *n.* 100. *&* 101. Surd. *cons.* 326. *n.* 14. Cardin. Tusch. *pract. concl. verb. Institor. concl.* 224. *n.* 36. Nic. Genoa *d. c.* 11. *à n.* 38. Stephan. Gratian. *Marchia dec.* 178. *à n.* 1. vbi notat quòd requiritur ad hoc vt quis teneatur institoria quòd non fuerit mutuata maior quā- 7
titas pecuniæ, quàm esset necessarium, & quòd mutuans illam dedisset pro causa dictæ negotiationis, & ad hunc finem fuerit accepta, & *n.* 8. subdit quòd ad hoc vt tacitè præponentes obligarentur ex mutuo, debebant concurrere ea, de quibus *in l. vlt. ff. hoc* 8
tit. videlicet causæ veritas, præpositionis & causæ scientia, & credulitas, cōgrua quantitas, & in loco, vbi vigebat causa necessitatis, celebratio cōtractus.

SVMMARIVM.

1 *ex Contractu serui dominus de peculio tantùm tenetur, nisi proposuerit seruum, & seruus contractum domini cum lucro celebrârit.*
2 *Dominium obligari ex facto institoris.*
3 *Institor si à pluribus negotiationi præpositus, quilibet eorum in solidum tenetur.*
4 *Institores si à duobus, vel pluribus communi nomine ad negotiationem aliquam sint destinati, inter eos contracta societas præsumitur.*

L. Ex contractibus. II.

Imp. ALEXANDER A. *Callisto.*

EX contractu serui dominus de peculio duntaxat 1
tenetur, nisi præposuerit seruum, & contractum domini cum lucro seruus celebrauit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Vel cum institore, &c.] Notatur ad hoc quòd do- 2
minus ex institoris facto obligatur, vt per Surd. *cons.* 326. *n.* 1. Anton. Pichard. *in §. eadem ratione, n.* 18. *Inst. quod cum eo,* Steph. Grat. *disc forens. cap.* 677. *n.* 25.

Etiam in solidum conueniri posse, &c.] Notatur ad 3
hoc quòd si institor fuit à pluribus præpositus negotiationi, quilibet eorum tenetur in solidū, vt per Mynsing. *in §. si igitur, n.* 16. *Inst. quod cum eo,* Anton. Pichard. *in d. §. si eadem ratione, n.* 19. Capyc. *dec.* 180. *n.* 3. Rot. Genuens. *dec.* 14. *n* 1. *&* 2. Surd. *cons.* 326. *n.* 2.

Notatur ad hoc quod si duo, vel plures institores 4
communi nomine ad negotiationem aliquam præficiendam destinauerint, inter eos præsumitur contracta societas, vt per Mascard. *de prob. concl.* 130. aliàs 1315. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *ex Deposito facta penes institorem dominus tenetur.*
2 *Institor, accipiens pecuniam mutuam ex causa ad quam fuit deputatus, dominium obligat, licèt pecuniam illam non conuerterit in vsum.*
3 *Cambia sunt licita.*

L. Institoria. III.

Idem A. Martiæ.

EX deposito facto penes institorem, tenetur do- 1
minus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Si

2 *Si eius negotij causa*, &c] Nota quòd institor, qui accepit pecuniam mutuam ex causa, ad quam fuit deputatus, obligat dominum, licèt pecuniam illam in vsum non conuerterit, vt per Surd. *decis.* 156. *n.* 1. Gutier. *allegat.* 1. *num.* 11. Nicol. Genoa *de scriptura priuata*, *l.* 4. *cap.* 11. *de libro rationum institoris*, *num.* 28.

3 In gloss. *Potest probari.* ibi, *cùm postea cambire secum proponebat*, &c. Ergo cambia sunt licita, de quo vide Menthaq. *controuers. vsufrequent. par.* 2. *cap.* 60. *num.* 7. Burg. de Paz *cons.* 49. *num.* 7. Sigism. Scacc. *de cambijs*, §. 1. *quæst.* 7. *part.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Institoria actione conueniri mulieres.*

2 *Mulierem nuptam publicè mercantem obligare maritum per mercantia in qua negotiatur publicè.*

3 *Patrem, vel eius hæredem teneri pro debitis contractis per filium, si permiserit filio negotiari ipso patre sciente & patiente, vel etiam administrando bona patris in domo, vel aliter.*

L. Etsi à muliere. IV.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Antigoniæ.*

1 INstitoria actione mulieres conueniri possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 De muliere nupta publicè mercante quòd obliget maritum pro illa mercantia in qua publicè negotiatur, vide Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. *tit. des droicts*, §. 1. *gloss.* 11. Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 520. *cap.* 5. *vers. omnia.*

3 Pater, vel eius hæres tenetur pro debitis per filium contractis si permiserit filio negotiari ipso patre sciente & patiente, vel etiam administrando bona patris in domo, vel aliter, quia tunc præsumitur tacitum mandatum præcessisse. Afflict. *decis.* 308. Arimin. Tepat. *d. tit.* 520. *cap.* 6. *in princ.* Iul. Pac. *in tractat. de mutuo, cap.* 7. *num.* 31. Vigel. *in methodo iuris ciuilis part.* 5. *l.* 21. *cap.* 8. *causa* 3. *except.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Institoria vtilis datur contra dominum ex contractu facto cum procuratore speciali.*

2 *Procurator licèt procuratorio nomine contraxerit, obligatus manet, quando expressè fidem suam adstrinxit. vel quando procuratorio nomine contrahit, & se obligat etiam ad obseruantiam, num.* 3. *vel quando se facit procuratorem, cùm non esset, num.* 4. *vel quando obligauit & se, & hæredes suos, & bona, num.* 5. *vel etiam quando contractus est celebratus contemplatione procuratoris, num.* 6.

L. Si mutuam. V.

Idem AA. *&* CC. *Caio.*

1 EX contractu pacto cum procuratore speciali datur contra dominum vtilis institoria. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Nota quòd procurator licèt procuratorio nomine contraxerit, manet obligatus, quando expressè fidem suam adstrinxit. Cardin. Mantic. *d. tacitis & ambiguis conuent. l.* 1. *tit.* 18. *num.* 4. Cardin. Tusch. *practic. conclus. verbo institor, conclus.* 224. *num.* 19. Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. *versic. limitatur tamen, & num.* 17. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 15. *num.* 57. *versic. septima conclusio.* Vel quando contrahit procuratorio nomine, & se etiam obligat ad obseruantiam, Cardin. Mantic. *dicto tit.* 11. *num.* 5. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 224. *num.* 15. *&* 22. Gutier. *d. cap.* 13. *n.* 18. Vel quando facit se procuratorem, cùm non esset. Cardin. Mantic. *d. tit.* 11. *n.* 6. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 224. *num.* 21. Gutier *dict. cap.* 13. *num.* 19. Cald. Pereira *d. cap.* 15. *num.* 58. Vel quando procurator se obligauit, & suos hæredes, & bona, Cardin. Mantic. *d. tit.* 11. *n.* 7. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 224. *n.* 22. Gutier. *d. cap.* 13. *n.* 20. Mari. Muta *decis.* 81. *n.* 15. Gasp. Anton. *thesaur. quæst. forens. lib.* 3. *quæst.* 27. *n.* 9. *&* 10. Vel etiam quando contractus est celebratus contemplatione procuratoris. Cardin. Mantic. *d. tit.* 11. *n.* 8. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 224. *n.* 23. Gutier. *d. cap.* 13. *n.* 21. Cald. Pereira *d. c.* 15. *n.* 58. *vers. nona conclusio.* 2 3 4 5 6

L. Qui seruus. VI. & vlt.

Idem AA. *&* CC. *Onesimæ.*

EX contractu serui, si domini voluntas intercessit, obligatur dominus in solidum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, gestum esse negotium dicitur; vel de peculio, siue quod iussu, aut de in rem verso.

TIT. XXVI.

HÆc sunt verba edicti, quo ex negotio gesto cum filiofamil. vel seruo nostro dominij, aut vsus, aut vsusfr. iure, vel cum libero homine, aut seruo alieno, quem bona fide seruorum numero habemus, dantur in nos actiones de peculio, quod iussu, aut de in rem verso. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli, vide Bonacos. Soar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. l.* 4. *tit.* 16. *pag.* 591. Petr. Gregor. *syntagm. iuris*, *l.* 29. *cap.* 8. Afflict. & *ibi* Cæs. de Vrsillis *Neapol. decis.* 308. Arimin. Tepat. *variorum sentent. tom.* 2. *tit.* 521. Benedict. Ægid. *in repetit. l. ex hoc iure*, *par.* 2. *cap.* 2. *num.* 92. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *ex Tutela per filium administrata pater peculio tenus tantùm tenetur, & n.* 2.

3 *Pater præsens filio assumenti tutelam, vel curam non præsumitur consentire. intellige vt n.* 4.

5 *Filiusfamil. minor* 25. *annis potest esse officialis Reipubl. & ei dari tutor pater si approbauit, tenetur pro eo Reipubl. & minor.*

L. Cùm filiusfam. I.

Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Ælio.

1 EX tutela per filium administrata pater peculiotenus duntaxat tenetur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrigat. Fulgos. Angel. Bald. Castrens. Sicbard. Donell. Cuiac. Aloys. Len *in* 4. *fol.* 21. Sebast. Næui. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Boët. *dec.* 221. *num.* 19. Cuiac. *lib.* 11. *obseru.* 34 Mascard. *de prob. conclus.* 1218. aliàs 1224.
3 *n.* 13. vbi quòd pater præsens filio assumenti tutelam, vel curam, non præsumitur consentire, adeò vt
4 videatur fideiubere, quod *num.* 12. intelligit procedere in officio publico auctoritate tantùm, administratione verò priuato, prout est tutela nam in officio publico auctoritate & administratione secùs dicendum, cùm pater præsens & tacens filio assumenti huiusmodi officium, videatur consentire, & pro illo fideiubere. Cardos. *in praxi iudicum, verbo fi-*
5 *lius, n.* 51. vbi quòd filiusfam. minor 15. annis potest
6 esse officialis Reip. & dari tutor, & si pater approbauit, tenetur pro eo Reip. & minori.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. nomine proprio, & ex patris voluntate contrahens, si à patris hæreditate se abstinet, tenetur in quantum facere potest, & n. 2. amplia vt n. 3.*

4 *Filiusfam. cum patre obligatus, licèt habeat beneficium huius tit. nihilominus si renuntiat, tenet renuntiatio, n. 5. vide n. 6.*

7 *Filius vt habeat priuilegium huius l. abstinere debet ab hæreditate patris.*

8 *Exhæredari, abstinere, vel hæreditatem capere cum beneficio legis, & inuentarij idem sunt.*

9 *Filiusfam. simul cum patre obligatus, cū sui iuris factus possit impedire censualem executionem ad formā Bullæ opposita huius tit. exceptione, remissiuè. An ad sororis dotem obligatus cum patre, renuntiato priuilegio deducto ne egeat, sui iuris factus gaudeat beneficio huius tit. num.* 10. *si cum patre se obligauit vel pro eo fideiussit, conueniendus est in id quod potest, nec carceratur, dummodo sui iuris factus paternam non adierit hæreditatē, num.* 11. *pro gestis dum erat sub patria potestate non conuenitur postquam factus est sui iuris, nisi in quantum facere potest, quamuis creditor sit pauperior, n.* 12.

13 *Filiusfam. licèt fuissent conuenti & condemnati viuis parentibus, tamen gaudent huiusmodi priuilegio.*

14 *Filiusfam. potest renuntiare beneficio huius l. ne conueniatur nisi in quantum. requiritur autem renuntiatio specialis, & expressa, n.* 15.

16 *Clausula renuntians omni legum auxilio, an operetur vt filiusfam. censeatur renuntiasse huic beneficio.*

17 *Iuramentum non tollit beneficium huius text.*

18 *Filiusfam. si dolo versatus est dum contraheretur cū eo, vel sit in aliqua culpa, non gaudet priuilegio huius leg.*

19 *Filius vt priuetur priuilegio huius l. dolus & culpa debent esse præordinata.*

L. Eius rei nomine. II.

Iidem AA. Annio.

FIliusfamilias nomine proprio, & ex patris volun- 1
tate contrahens, si ab hæreditate patris se abstineat, tenetur in quantum facere potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Carthar. *decis. excentina* 7. *n.* 1. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure par.* 1. *cap.* 2. *num.* 97. Vincent. de Franchis *decis.* 7. vbi quòd ex dispositione huius l. prouisum est filiumfam. qui se obligauit vnà cum patre, sui iuris effectum, vel per emancipationem, vel patre mortuo, & ipso non adeunte hæreditatem, non teneri nisi in quantum fa- 3
cere potest deducto ne egeat. Subditque filiusfam. huiusmodi factum sui iuris non habere hoc priuilegium in bonis castrensibus, seu quasi, vel aduentitiis, quæ habebat tempore contractæ obligationis, quia creditores quando contraxerunt, videntur cōtraxisse contemplatione istorum bonorum tūc pos- 4
sessorum per filiumfam. & *decis.* 164. *n.* 7. vbi tenet quòd filiusfam. qui se cum patre obligauit, licèt habeat beneficium huius tituli, nihilominus si renuntiat, tenet renuntiatio, & *decis.* 181. disputat an re- 5
nuntiatio generalis filij obligantis se cum patre 6
contineat renuntiationem beneficij huius tit. de quo etiam Vrsill. *ad Afflict. decis.* 308. *n.* 10. *cum seq.* 7

Si paterna hæreditate, &c. Notatur ad hoc quòd abstinere debet filius ab hæreditate patris vt habeat priuilegium huius l. quæ quidem abstentio dicitur probata si adiuerit hæreditatem patris cum beneficio legis, & inuentarij, vt in specie concludunt Monticul. *de inuent. cap.* 8. *in princ.* Minad *d. cons.* 17. *num.* 5. Anna *alleg.* 30 *num.* 13. Ponte *cons.* 37. *num.* 3. Molfes. *cons.* 41. *num.* 19. *post tom.* 1. *super consuet. Neapol. fol.* 92. Amendol. *in addit. ad Vincent. de Franchis decis.* 70. *in fine*, vbi quòd exhæredari, 8
abstinere, vel hæreditatem capere cum beneficio legis, & inuentarij, idem sont. Giurba *d. dec.* 43. *n.* 15. vbi quòd non est verus hæres qui cum beneficio inuentarij hæreditatem adiit.

Vtrùm filiusfam. sui iuris effectus, qui simul cum 9
patre se obligauit, censualem exequutionem ad formam Bullæ præueniendo possit impedire, opposita huius tituli exceptione? vide Giurb. *decis.* 44. *per tot.*

An filiusfam. qui cum patre ad sororis dotem se 10
obligauit, renuntiato priuilegio deducto ne egeat, sui iuris effectus beneficio huius tit. gaudeat, si pro non soluta dote conueniatur? vide Giurbam *decis.* 45. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 799. *à num* 47. vbi tenet quòd si filiusfam. se obligauit cum patre pro soluenda dote sororis, & renuntiauit in specie beneficio ne egeat, non tamen ex hoc censebitur renuntiasse priuilegio huius l. quia satis est renuntiationem verificari posse in vno, ac ideo non censebitur renuntiatum alteri, maximè quia ista priuilegia sunt diuersa, & habent separatam causam, nam illud, quod competit filio ex dispositione huius l. fuit datum ex quadam æquitatis ratione, & iure quodam speciali, & status mutatione, cùm aliud cōpetens dotanti ne egeat sit ob causam miserationis & reuerentiæ, adeò vt ex vno ad aliud non sit inferendum, præsertim quia talis renūtiatio ne egeat facta tēpore dotationis sororis non potest comprehendere nisi priuilegium illud, quod tunc aderat ad fauorem fratris; non autem illud, quod

poltea

postea superuenit filio ex noua causa, tūc non sub-
sistente, tanquam mutato statu mandata sint om-
nia, cum dispositio quædam etiam iurata intelliga-
tur rebus sic stantibus. *cap. breui, de iureiur.*

Nisi in id quod facere possit, &c]Notatur ad hoc
11 quòd filiusfam. qui se cum patre obligauit, vel pro
eo fideiussit, conueniendus est in id, quod facere
potest, nec carceratur, dummodo sui iuris effectus
paternam non adierit hæreditatem, vt per Minald.
cons. 17. *num.* 4. Carthar. *decis.* 5. *n.* 1. Brunor. *de
cessione bonorum quæst.* 4. *n.* 7. & 8. Cæpol. *caut.* 14.
Giurba *decis.* 41. *n.* 1. latè & eleganter Stephan.
Gratian. *discept forens. tom.* 4. *cap* 799. *n.* 6. vbi *n.* 7.
12 quòd pro gestis dum filiusfam. erat sub patria po-
testate, non poterit conueniri postquam est factus
sui iuris, nisi in quantum facere potest, quamuis
13 creditor sit pauperior, & *num.* 11. quòd licèt filij-
fam. fuissent conuenti & condemnati viuis parenti-
bus, tamen gaudent huiusmodi priuilegio, si tem-
pore executionis sui iuris reperiantur, tunc enim
possunt opponere tale beneficium, & impedire
actionē iudicati, per *l. si filiusfam.* 5. *in princ. ff. hoc tit.*

Potest filiusfam. renunciare beneficio huius l. ne
14 conueniatur nisi in quantum facere posset, vt per
Carauit. *ritu* 166. *num.* 79. Giurba *decis.* 44. *num.* 7.
Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 511. *cap.* 5. *vers.
filiusfam. potest renunciare*, Stephan. Gratian. *d. c.* 799.
num. 15. Et non sufficit quòd huiusmodi beneficio
15 generaliter renuntietur, sed requiritur renunciatio
specialis, & expressa, Minad. *cons.* 17 *ad fin.* Vin-
cent. de Franchis *decis.* 181. *à num.* 4. Molfes. *cons.* 4.
num 1. & 2 Giurb. *d. decis.* 42. *num.* 19. & 20. Ste-
phan. Gratian. *d. cap.* 799. *num.* 17. vbi *num.* 24.
agit an claus. renuntians omni legum auxilio ope-
16 retur vt filiusfam. censeatur renuntiasse huic be-
neficio.

Iuramentum non tollit priuilegium huius text.
17 nam illo non obstante poterit filius excipere quòd
non conueniatur nisi in quantum facere potest, vt
per Vrsill. *ad Afflict. decis.* 208. *num.* 2. *vers. etiamsi
fuisset iuratum*, Bard. *de present. instrum. part.* 5. *de-
clar.* 3. Canar. *de execut. instrum. quæst.* 28. Minad.
cons. 17. *num.* 6. Vincent de Franchis *d. decis.* 181.
num. 13. Molfes. *d. cons.* 4. *num.* 2. Giurb. *d. decis.* 41.
num. 26. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *dict. cap.* 799.
num. 29.

Si dolo versatus est filiusfam. dum contrahere-
18 tur cum eo, vel si in aliqua culpa, non gaudet pri-
uilegio huius l. vt per Paris. *cons.* 94. *num.* 8. 13. 42.
& 54. *lib.* 1. Ferr. *caut.* 24. Vrsil. *ad Afflict. decis.* 308.
num. 20. Vincent. de Franchis *decis.* 164. *num.* 11.
& 16. & *decis.* 221. *num.* 13. Giurb. *d. decis.* 43. *num.* 1.
& 2. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 799. *à num.* 36. vbi
num. 39. post Giurb. *citato loco num.* 27. subdit quòd
19 dolus & culpa debet esse præordinata ad finem ne
soluatur, & vt creditores fraudentur ad effectum vt
filius priuetur priuilegio, de quo agimus.

SVMMARIVM.

1 *ex Contractu celebrato cum seruo, domino etiam inscio, tenetur dominus de in rem verso.*

2 *Seruus extra causam peculiarem nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur, acquirit domino ignoranti ex causa peculiari possessionem, & vsucapiendi conditionem, num.* 3.

L. Etiamsi. III.

Imp. ANTONINVS A. *Artemoni.*

EX contractu celebrato cum seruo etiam domi- 1
no inscio tenetur dominus de in rem verso. Col-
ligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*
Vide Soar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 5. 2
pag. 591. vbi quòd seruus extra causam peculiarem
nec ciuiliter, nec quoad obligationis naturalis effe-
ctus, naturaliter obligatur, & *n.* 6. Villalob *ibid.* te-
net quòd seruus acquirit domino ignorāti ex causa 3
peculiari possessionem, & vsucapiendi conditionē.

SVMMARIVM.

1 *Filius vt patris nuntius recipiens pecuniam patri debitam, vel creditam, non obligatur.*

2 *Nuntius, seu procurator contrahens vt minister, & domini solius contēplatione finito officio nō tenetur.*

3 *Contrahens facta mentione officij, intelligitur contrahere contemplatione illius, & non tenetur vt ipse, nec finito officio.*

L. Si ex contractu. IV.

Idem A. Lucio.

FIlius vt patris nuncius recipiens pecuniam patr.
debitam, vel creditam, non obligatur. Colligunt 1
ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1 *sup. hoc tit.*
Notatur ad hoc quòd nuncius, siue procurator
contrahens vt minister, & domini solius contem- 2
platione, finito officio non tenetur, vt per Card.
Tusch *pract. concl. verbo institor, concl.* 223. *num.* 12.
Gutier. *de tutel. p.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. Cald. Pereira *de
empt. & vendit. cap.* 14. *n.* 55. & 56. Contrahens enim
facta mentione officij, seu ministerij, intelligitur 3
contrahere contemplatione illius, & nō tenetur vt
ipse, nec finito officio, vt per Boër. *decis.* 71. *n.* 1. Ma-
scard. *de prob. concl.* 1234. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3.
præs. 49. *n.* 17. & 27. Caroc. *decis.* 77 Marta *in votis no-
uissim. decis. voto* 103. *n.* 27. Cabed. *Lusit. dec.* 80 *n.* 4.
p. 2. Anton. Hering. *de fideiussor. part.* 1. *cap.* 27. *n.* 136.
cum seq. Hieron. Laurent. *Auenion. dec.* 76.

SVMMARIVM.

1 *Filius in ætate legitima constitutus pro alio fideiubere potest, & n.* 2. *in patria potestate potest in solidum conueniri, &, nisi bonis cedat, carcerari, donec soluat, n.* 3. *si conueniatur solutus à potestate patria, suique iuris factus, potest exequi quatenus facere potest, non in solidum, n.* 4. *cautio erit quòd emancipetur à patre, vt possit vti beneficio ne conueniatur nisi in quantum potest, num.* 5. *licet viuente patre fuisset condemnatus, num.* 6.

L. Nulla res. V.

Imp. ALEXANDER A. *Asclepiadi.*

FIlius in ætate legitima constitutus pro alio fide- 1
iubere potest. Colligunt ex Ordin. Doctores ci-
tati *ad l.* 1. *n.* 1 *sup. hoc tit.*
Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
l. Hisp. 12. *tit.* 12. *lib.* 5. *noua Recop.* Bertachin. *in repet*

part. 2. verbo filius famil. pag. 509. Hippol. in rubr. de fideiussorib. num. 307. Nicol. Vigel. in methodo iuris ciuilis lib. 21. tit. de fideiussorib. cap. 1. causa 2 in 4. exceptione, latè Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. alleg. 57,
3 à princip. & praecipuè num. 5. vbi num. 6. dicit quòd dum fuerit in patris potestate, potest in solidum conuenire, & nisi bonis cedat, carcerabitur donec
4 soluat; & si conueniatur solutus à patria potestate, & factus sui iuris, potest exequi quatenus facere potest, non in solidum, & citat l. 2. & vlt. ff. hoc tit. Brun. de cessione bonorum, part. 1. num. 2. Gasp. Baeç. de inope debitore, cap. 4. num. 21. Vincent. de Franch.
5 decis. 181. num. 5. Cautela erit quòd emancipetur à patre filius, vt possit vti beneficio ne conueniatur, nisi quatenus facere potest, Caepol. caut. 13. Paris. cons. 94. à n. 47. lib. 1. Strach. de mercatura, p. 3. tit. de
6 decoctor. l. n. 12. vbi ampliat licèt viuente patre fuisset condemnatus, quia si tempore executionis reperiatur sui iuris factus, potest implorare dictum beneficium, & euitare capturam.

SVMMARIVM.

1 *Seruus non transfert possessionem rei dominicae in praeiudicium domini, & de facto dominus immissum expellit.*
2 *per solam constitutionem Precariae possessionis censeri datam potestatem ingrediendi illam auctoritate propria.*
3 *Dominus & possessor rei, in qua quid immissum, illud tollere propria potest auctoritate.*

L. Si seruus. VI.

Impp. Valerian. *&* Gallien. AA. *&* Valer. C. *Matrono.*

1 SEruus in praeiudiciũ domini non transfert possessionem rei dominicae, & de facto immissum dominus expellit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.

2 Notatur ad hoc quòd per solam constitutionem precariae possessionis censetur data potestas ingrediendi illam propria auctoritate, vt per Bald. in l. 1. C. de seruo pign. dato man. Tiraquell. de iure constituti, p. 1. num. 44. Roderic. Xuar. tit. de aditione haereditatis, in princip. n. 4.

3 Notatur etiam ad hoc quòd dominus, & possessor rei, in qua quid immissum est, potest illud propria auctoritate tollere, vt per Anton. Gomez l. 46. Tauri, num. 19. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Serui contractu dominus tenetur actione de peculio.*
2 *ex Contractu cum libero non obligatur dominus nisi pecunia in eius vtilitatem sit versa, vel ratum habuerit.*
3 *Actio de in rem verso locum habet in quocunque contrahente, etiam cum negotiorum gestore, & datur contra dominum, in cuius vtilitatem versum est.*
4 *Dominus quatenus teneatur tam ex delicto, quàm ex contractu serui, remissiuè.*
5 *Mutuum dans libero homini alieno nomine mutuum accipienti, si non respicit accipientem, sed mandantem, hunc conuenit.*
6 *Dominus tenetur ex mutuo institoris, si contractum sit pro vtilitate praeponentis, & in causam negotiationis, cui praepositus est. ratificans factum institoris, tenetur, num. 7.*
8 *Actus factus nomine alterius adscribitur illi, cuius nomine factus est.*

L. Ei qui. VII.

Impp. Dioclet. *&* Maximian. AA. *&* CC. *Crescenti.*

EX contractu serui tenetur dominus actione de peculio, quae post mortem serui, vel eius statu 1
mutato durat anno, & si aliquid est versum in vtilitatem domini, datur de in rem verso, quae durat perpetuò; ex contractu verò cum libero gesto non 2
obligatur dominus, nisi pecunia in eius vtilitatem sit versa, vel ratum habuerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.

Quapropter siquidem, &c] Notatur ad hoc quòd 3
actio de in rem verso locum habet in quocunque contrahente, etiam cum negotiorum gestore, & datur contra dominum in cuius vtilitatem est versum, vt per Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 48. num. 5.

Quatenus dominus tam ex delicto, quàm ex serui 4
contractu teneatur? vide Amatis Marchia decis. 8. Moller. in semestrib. lib. 4. c. 18 Bened. Aegid. in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. p. 7. cap. 3.

§. Alioquin si cum libero.

Mutuum dans libero homini alieno nomine ac- 5
cipienti mutuum, si non respicit accipientem, sed mandantem, hunc conuenit. Item ob rem versam in tertij vtilitatem, & ratificationem, actio contra tertium competit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.

Nisi vel in rem eius, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
dominus tenetur ex mutuo institoris si contractum sit pro vtilitate praeponentis, & in causam negotiationis, cui praepositus est, vt per Paris. cons. 95. n. 50. cum seqq. vol. 1. Gail. lib. 2. obseru. 10. num. 8. Rot. Genuens. decis. 14. num. 100. & 101. Surd. cons. 316. n. 14. Catdin Tusch. practic. conclus. lit. I. concl. 124. n. 56. Nicol. Genoa in tract. de scriptura priuata, lib. 4. tit. de libro rationis institoris, num. 38. cum multis seqq.

Vel hunc contractum ratum habuit.] Notatur ad 7
hoc quòd dominus ratificans factum institoris, tenetur, vt per Stephan. Gratian. Marchia decis. 178. num. 3.

In gloss. *Ratum habuit in fine.* Notatur ad hoc 8
quòd actus factus nomine alterius adscribitur illi, cuius nomine est factus, vt per Surd. decis. 182. n. 17.

SVMMARIVM.

1 *Pater in solidum tenetur ex contractu filij, quando mandauit, aut pro filio fideiussit, & num. 2. & 3. & è cõtra filius pro patre fideiubere potest, & tenetur ex fideiussione, num. 4.*

L. Si mandator. VIII.

Iidem. AA. *&* CC. *Diogeni patri.*

PAter tenetur in solidum ex contractu filij, quan- 1
do mandauit, aut pro filio fideiussit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.

Hanc

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Boër. *decis.* 221. *num.* 13. *in princip.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de instit. & iure, part.* 2.
3 *cap.* 2. *num.* 111. vbi quòd pater pro filio, quem habet
4 in potestate, fideiussor intercedere potest; sicut ecôtra filius famil. pro patre fideiubere potest, & ex fideiussione tenetur, de quo etiam Hippol. *in rubr. de fideiuss. quæst.* 41. *num.* 307.

SVMMARIVM.

1 *Filius famil. ex contractu licito tenetur in solidum, & liberatus à potestate per emancipationem ex illo conuenitur solùm in quantum facere potest, nisi sit hæres patris.*
2 *Emancipatus beneficio tit.* Quod cum eo, *gaudet, ac proinde viuo patre, non nisi in quantum facere potest, conuenitur. nisi dolo emancipetur, num.* 3.

L. Si ex alio. IX.

Iidem AA. *&* CC. *Isidoro.*

1 Filius fam ex cõtractu licito tenetur in solidum, & liberatus à potestate per emancipationem ex illo conuenitur solùm in quantũ facere potest, nisi sit hæres patris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.*
2 *Sed & si per emancipationem, &c.* Notatur ad hoc quòd emancipatus filius famil. beneficio tit. *Quod cum eo*, gaudet, ac proinde viuo patre non in solidum, sed in quantum facere potest, conuenitur, vt per Cæpol. *caut.* 14. Carpan. *ad statut. Mediolanens.*
3 *cap.* 416 *num.* 280. Mari. Giurba *decis.* 43. *n.* 23. nisi dolo emancipetur, Socin. *regul.* 16. Caroc. *decis.* 1. *num.* 15. Paris *cons.* 94. *num.* 47. *l. b.* 1. vbi subdit faciendam esse à patre emancipationem post contracta debita per aliquod temporis spatium, nõ autem incontinenti vt tollatur omnis fraudis suspicio, quæ allegari posset, refert Giurba *d. decis.* 43. *n.* 24. vbi à *n.* 31. disputat an quoad hunc effectum sufficiat filium vxorem ducere, ita vt ipso iure emancipatus, & à patria potestate liberatus sit. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de inst. & iur p.* 2. *cap.* 2. *n.* 92.

SVMMARIVM.

1 *Administrationem habens liberam alienare potest res domini, & in primis peculiares.*
2 *ad Vendendum, speciale mandatum requiritur.*
3 *pro Immobilibus non fit furtum.*

L. Si liberam. X.

Iidem AA. *&* CC. *Diogeni & Aphrodisio.*

1 Habens liberam administrationem potest alienare res domini, & in primis peculiares. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*
2 Notatur hic text. ad hoc quòd ad vendendum requiritur speciale mandatum, vt per Gregor. Lopez *l.* 61. *gloss.* 1. *tit.* 18. *part.* 3. Fabian. de Monte *de empt. quæst.* 3. *princ. num.* 22. Mozz. *de contract ib. tit. de empt. & vendit. cap. de personis quæ possunt emere, num.* 28. Bertazol. *de claus ul. instrument. claus* 5. *gloss.* 1. *num.* 1. *& gloss.* 2. *num.* 4. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 15. *num.* 1.
3 In gloss. *Etiam furti, fin. ibi, nam pro immobilibus non fit furtum.* Ita Cardos. *in praxi iudicum, verbo furtum, num.* 36. Farinac. *in praxi crimin. part.* 7. *de furtis, quæst.* 174. *num.* 65.

L. Cùm ancilla. XI.

Iidem AA. *&* CC. *Attalo.*

Ex contractu inito cum seruo, vel ancilla impubere, non tenetur dominus simpliciter de peculio sed eatenus, quatenus peculium est locupleratum Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

In gloss. *Locupletius.* Dicit signandam Ias. *in* §. *actiones, n.* 20. *&* 60. *Instit. de actionib.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus iure ciuili non obligari ex contractu serui, sed prætorio iure ob versum in rem suã, & serui peculium conueniri, an & quando ex serui facto & contractu teneatur tum de iure ciuili, quam prætorio, num.* 1.

L. Dominum. XII.

Iidem. AA. *&* CC. *Victori.*

Dominus iure ciuili non obligatur ex cõtractu 1 serui, sed prætorio iure ob versum in rem suam, & serui peculium, conuenitur. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1 *sup. hoc tit.*

An & quando dominus ex serui facto & contractu tam de iure ciuili, quàm prætorio obligetur; vide 2 Rot. Genuens. *decis.* 121. *n.* 4. Moller. *in semestrib. lib.* 4. *cap.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ commodatitiæ, vltra intentationem commẽdandi non obligant, & num.* 2. *non dant actionem quod iussu, si ij quibus commendatur, harum intuitu non contraxerint cum illis, num.* 3.
4 *de Litteras recipiente, & non contradicente, quòd videatur fateri, contenta in eis vera esse, & illis consentire, remissiuè.*
5 *Expressum dici quod sub generalibus verbis continetur.*

L. Dominos. XIII. & vlt.

Impp. HONOR. *&* THEODOS. AA. *Ioanni.*

Commẽdatitiæ litteræ vltra intentionem commendandi non obligant. Colligunt ex Ordin. 1 Doctores citati. *in l.* 1. *num.* 1. *suprà. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Boër. *decis.* 282. *n.* 2. Neguzant. *de pignoribus,* 2 *part.* 5. *membr.* 3. *part.* 2. *num.* 16. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 29. *cap.* 8. *num.* 7. vbi quòd commendatitiæ 3 litteræ domini, vel patris pro seruo & filiofam non dant actionem *quod iussu*, si ij, quibus commendantur, harum intuitu contraxerint cum illis, quia ea non fuit mens scribentis. Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. tit.* 22. *de contrah. stipul. n.* 192. *pag.* 370. Anton. Gomez *variarum tom.* 2. *c.* 13. *num.* 5. Azeued. *l.* 13. *n.* 9. *tit.* 9. *lib.* 3. *noua Recopil.*

De recipiente litteras, & non contradicente, quòd
4 videatur fateri contenta in eis vera esse, & illis cõ-
sentire, tradunt Ias *in repetit. l. admonendi, num.* 138.
ff. de iureiur. & in l. qua dotis, num. 91. *ff. soluto matri-
monio*, Paris. *cons.* 47. *num.* 15. *& cons.* 91. *n.* 4. *cons.* 127.
num. 32. *lib.* 1. Cæpol. *caut.* 9. *num.* 1. Anton Gabr.
commun. tom. 3. *lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 2. *num.* 1.
Rot. Genuens. *dec.* 91. *num.* 1. Mascard. *de probat. con-
clus.* 481. Menoch. *de arbitr. casu* 21. *& de præsumpt.
lib.* 3. *præsumpt.* 65. *per tot. & lib.* 6. *præsumpt.* 99. *n.* 25.
D. Barbos. *in l. qua dotis* 34. *num.* 148. *versic. item secun-
dò limita, & num.* 159 *ff. soluto matrimonio*, Vincent.
Caroc. *in tractat. de deposito, in rubr. depositum per te-
stes, num.* 8. *cum seqq. pag.* 224. Sigism. Scacc. *in tract.
de commerc. & camb.* §. 2. *gloss.* 5. *quæst.* 11. *num.* 139.
qui omnes, & præcipuè Anton. Gabr. Mascard. Me-
noch. & Caroc. dicunt esse elegantem modum, &
cautelam extorquendi confessionem à debitore, &
creditori consulunt quòd scribat litteras debitori
pro recuperatione pecuniarum coram testibus, qui-
bus legat, & per vnum ex testibus litteras transmit-
tat, qui recipiens si nihil dicat, nec protestetur, &
tacuerit, censetur consentire, & per huiusmodi taci-
turnitatem firmissima emergit debiti probatio, adeò
vt ex hoc ad soluendum & satisfaciendum creditori
compelli possit.

Cùm nisi specialiter, &c.] Notatur ad hoc quòd
5 expressum dicitur illud, quod sub generalibus verbis
continetur, vt per Tiraquell. *de iure mariti, gloss.* 7.
num. 86. Mascard. *de probat. conclus.* 1136. aliàs 1141.
num. 21.

Per quas personas bonis acquiratur.

TIT. XXVII.

HVIVS tituli duo sunt capita prius caput est de seruis, qui quidem aut nostri sunt, aut alieni, aut communes. Posterius caput est de hominibus liberis: qui vel nostro iuri subiecti sunt, vt filij, vel à nobis bona fide possidentur, vel sunt extranei. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Villalob. Suar. Vezin. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 17. *pag.* 591. Arimin Tepat. *variar. sentent. tom.* 2. *tit.* 544. *l. Hispan.* 5. *tit.* 17. *part.* 4. Donell. *comment. iuris ciuilis, lib.* 9. *cap.* 6. *&* 7.

SVMMARIVM.

1 *per Procuratorem quæri causam possessionis, non obligationem personalem.*
2 *ex Pacto legis commissoriæ & addictionis in diem inito per procuratorem nullam acquiri actionem domino.*
3 *Seruos per acceptam rerum traditionem dominis acquirere.*
4 *Possessio domino transfertur per constitutum factum procuratori.*
5 *per Procuratorem non acquiri absenti actionem personalem sine cessione.*
6 *per Liberam personam acquiritur nobis & possessio, & dominium.*
7 *Dominium, quod est ius reale, acquiri per alium sine cessione.*
8 *Actiones reales, & personales in quibus differant.*

L. Excepta I.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Marcellæ.*

PEr procuratorem quæritur causa possessionis, 1
non obligatio personalis. Ex pacto legis com- 2
missoriæ & addictionis in diem inito per procura-
torem, nulla acquiritur domino actio. Serui per ac- 3
ceptam rerum traditionem dominis acquirunt. Col-
ligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig. Salicet. Fulgos.
Angel. Castrens. Bald. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys.
Leo *in* 4. *fol.* 22.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
munt Robert. *lib.* 2. *sentent. cap.* 2. *pag.* 2 Neguzant.
de pignorib. part. 3. *membr.* 1. *n.* 39. Guid. Panciról.
in thesaur. variarum lectionum lib. 2. *cap.* 221. *in princ.*
Nicell. *in concordant. gloss.* 17. Tiraquell. *de iure con-
stituti, part.* 2. *ampl.* 26. *à princ.* vbi quòd possessio 4
transfertur domino per constitutum factum procu-
ratori. Couarr. *var. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 13. *versic.
quantum verò*, vbi hunc textum singularem dicit ad 5
probandum quòd per procuratorem nõ acquiritur
absenti actio personalis sine cessione, Menchaq.
controuers. vsufrequent. part. 2. *cap.* 58. *n.* 13. vbi quòd 6
per liberam personam acquiritur nobis & posses-
sio, & dominium, & quòd dominium, quod est ius 7
reale, acquiritur per alium sine cessione. D. Barbos.
in rubr. ff. soluto matrim. p. 3. *n.* 80.

In gloss. *Nulla*. ibi, *item nota hic personalia iura*, id 8
est, *personales actiones*, &c. Actiones reales & perso-
nales in quibus differant? vide Conan. *comment. iuris
ciuilis lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 2. Petr. Gregor. *syntagm. iuris
lib.* 46. *cap.* 7. *n.* 2. Donell. etiam *comment. iuris ciui-
lis l.* 19. *cap.* 1. *vers. rectè*. Anton. Oliban. *de action.
part.* 1. *l.* 2. *ad* §. *omnium ex num.* 39. *& à n.* 44. *&
à num.* 67. *Inst. de action.*

SVMMARIVM.

1 *per Liberam personam ob pecuniam solutam nomine alterius, quæri domino actionem personalem, & hypothecariam sine cessione.*
2 *Reprobatur Bartolus.*

L. Cùm per liberam. II.

Imp. IVSTINIANVS A. *Iuliano P. P.*

PEr liberam personam ob pecuniam alterius no- 1
mine solutam quæritur domino actio persona-
lis, & hypothecaria sine cessione. Colligunt ex Or-
din. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Vide Neguzant. *de pignoribus, part.* 2. *membr.* 4.
n. 60. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 22. *n.* 4. D. Bar-
bos. *in l. Gaius* 46. *n.* 6. *ff. soluto matrim.* vbi reprobat 2
Bartolum *ibi n.* 4. existimantem text. *in l. si ita sti-
pulatus* 126. § *Chrysogonus, ff. de verborum obligat.*
correctum esse per decisionem huius text. subditq;
hîc tãtùm probari quòd prout ex mutuo facto no-
mine absentis ei quæritur actio, ita etiam quæreretur
actio hypothecaria pro securitate mutui facta, quia
est accessoria ad obligationem principalem, & de-
bet sequi eius naturam.

S V M M A R I V M.

1 *Iussus specialis nominationi praeualet, & vicissim iussui generali praeualet nominatio.*

2 *Seruus communis dominis suis acquirit pro dominicis portionibus.*

3 *Mandatum habens emendi domum, si eam simpliciter emat, censetur emisse secundùm mandatum, id est, procuratorio nomine mandantis.*

L. Si duo, vel plures. III. & vlt.

Idem A. eidem

1 IVssus specialis præualet nominationi, vicissim
2 iussui generali præualet nominatio. Item seruus communis acquirit dominis suis pro dominicis portionibus Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Quod enim sæpe, &c.] Notatur ad hoc quòd si quis
3 mandatum habuit emendi domum, & eam postea simpliciter emat, censetur emisse secundùm id mandatum, id est, procuratorio nomine mandantis, vt per Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. 117.*

Ad Senatuscons. Macedonianum.

T I T. XXVIII.

Q V O D odio Macedonis fœneratoris factum, denegat actionem ei, qui filiofamil pecuniam credidit, siue contra ipsum filiumfam. siue contra eius fideiussorem, vel patrem, vel hæredẽ agere velit. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli, vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. ti. 50. §. 2. cum seqq. & l. Hispan. 4. 5. & 6. tit. 1. part. 5. & l. 22. tit. 11. lib. 5. noua Recopilat.* Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 7. cap. 8.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 6. num. 2.* Mozz. *de contractib. tractat. de mutuo, tit. quomodo deficiat seu quomodo resoluatur, n. 14. cum seqq.* Donat. à Fina, Chærian. Mich. Grass. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 19. pag. 592.* Guid. Panciroll. *in thesauro var. lection. lib. 2. cap. 36.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 301. cum seq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 8. tit. 7.* Rebell. *de obligat. iustit. part. 1. lib. 8. quæst. 2. sect. 2. num. 12. cum seqq.* Ceuall. *commun. contra communes, quæst. 776.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 7. c. 3. quæst. 4. cum seqq.* Arimin. Tepat. *varia. sentent. tom. 1. tit. 157.* Vigel. *in methodo iuris ciuilis part. 5. lib. 17. c. 2.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de solutionib. resolut. 19.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, p. 2. cap. 2. ex n. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Filio mentienti & prætendenti se patremfamil. Senatusconsulti auxilium non prodest, & num. 2. secus si creditor cognoscat filiumfam. esse, cui credit pecuniam, num. 3. vel si duo crederent eandem pecuniam, & alter sciat esse filiumfamil. alter verò non, n. 4.*

5 *vt Filiusfamil. dicens falsò se patremfamil. aut publicè & communi æstimatione sui iuris se reputans teneatur ex mutuo, quid requiratur.*

6 *Mutuans filiofamil. habenti Regia vectigalia, seu tributa conducta, indicando eum esse patremfam. iusta excusationis causa iuuatur.*

7 *Ignorantia probatur ex eo quòd non probatur scientia.*

L. Si filiusfamilias. 1.

Imp. ÆLIVS PERTINAX. A. *Atilio.*

FIlio mentienti & prætendenti se patremfam. Se- 1
natusconsulti auxilium non prodest. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Cuiac. Donell. Sichard. Ai. ys. Leo *in 4. fol. 22.* Petr. Gilchen. *tom. 2. pag. 285.* Sebast. Næui. remissiuè Cala. *in annot.* & Ximen. in concord.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text desu- 2
munt Gregor. Lopez. *l. 4. gloss. 7. tit. 1. part. 5.* Anton. Gomez *var. tom. 2. cap. 6. num. 2. versic. quartò limita, & l. 76. Tauri num. 4.* Tiraquel. *ad leges connub. glos. 8. num. 135. & 143.* Mynsinger. *ad §. illud propriè, n. 11.* vbi Pichard. *n. 5. & 6. Instit. quod cum eo, qui in alien.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 22. cap. 3. n. 11. vers. tertius,* Azeued. *l. 12. num. 6. tit. 11. lib. 5. noua Recopil.* vbi Matiens. *gloss. 3. num. 4.* Vigel. *in meth. iuris ciuilis part. 5. lib. 17. cap. 2. replic. 8.* Mozz. *de contract. tract. de mutuo cap. quomodo deficiat, vel finiatur mutuum, num. 22.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 8. tit. 7. num. 28.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. tit. de resolutio. resolut. 19. in princ. & n. 8. & 11.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tit. 362. cap. 5. versic. mutuans filiofamil.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 301. versic. in sequentibus,* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 7. de mutuo, cap. 3. versic. quartò quando tempore contractus,* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 8. tit. de vsuris, q. 2. sect. 2. num. 14. versic. quartò,* quorum plures à contra- 3
rio sensu secus esse aiunt si creditor cognoscat filiumfamil. esse, cui credit pecuniam, & expressè Gutier. *in repetit. authent. sacramenta puberum, C. si aduersùs vendit. à num. 55.* quod procedit etiamsi duo cre- 4
derent eandem pecuniam, & alter sciat esse filiumfam. cui pecunia creditur, alter verò non, scientia enim creditoris nocet creditori ignoranti. *l. sed Iulianus, §. non solùm, versic. proinde, ff. hoc tit.* vbi Anton. Fab. *in suis rational. ad Pandectas,* Vigel. *vbi sup. repl. 2.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 19. n. 8. ad fin.*

Te iusta ratione, &c.] Ergo vt filiusfamil. dicens 5
falsò se patremfamil. aut publicè & communi æstimatione sui iuris se reputans, teneatur ex mutuo sibi facto, requiritur quòd creditor habuerit iustam causam ignorandi illum esse filiumfam. ita Mynsing. *in d. §. illud propriè, num. 11.* & *ibi* Pichard. *num. 6.* Vigel. *d. part. 5. lib. 17. cap. 2. replicat. 7.* Mozz. *in d. cap. quomodo deficiat, seu fin. mutuum, num. 22.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 20. dubit. 2. num. 11.* Azor. *dict. lib. 7. cap. 3. col. 2. vers. quartò,* Rebell. *d. quæst. 1. sect. 2. num. 14. versic. quintò,* Iul. Pac. *tractat. de mutuo, cap. 6. num. 28. requis. 4.*

Nota quòd iusta iuuatur excusationis causa mu- 6
tuans filiofam. habenti Regia vectigalia, seu tributa conducta iudicando eum esse patremfamil. Gregor. Lopez *l. 4. gloss. 9. tit. 1. part. 5.* Gutier. *in repet. d. auth. sacramenta puberum, num. 52. cum duob. seqq.*

In gloss. *Edocere.* ibi, *& hoc quia præsumitur igno-* 7
rantia, &c. Notatur ad hoc quòd ignorantia probatur eo ipso quòd non probatur scientia, vt per Seb. Medic. *de casibus fortuitis, part. 1. quæst. 3. num. 16.* Viui. *opin. 8. 5. num. 1. cum seqq.* Honded. *cons. 41. num. 50. & cons. 55. num. 75. lib. 1.* Menoch. *remed. 16. recuper. num. 28.*

*num.*28. Mascard. *de probat. concl.* 880. *num.* 3. Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. n.* 93.

In eadem gloss. ibi, *item nota hic propter mendacium*, &c. Contra mendaces plura tradunt Bernard. *regul.* 485. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 31. *n.* 41. *cum seqq. & priuileg.* 74. *num.* 8. Ceuall. *commun. contra commun. quaest.* 129. Collantes *in pragm. agricol. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 169. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Macedonianum cessat vbi filius patre consentiente contrahit. cessat quando quis publicè se gerebat pro homine sui iuris, num.* 2. *vel vbi filiusfamil. de voluntate patris pecuniam accepit mutuo, num.* 3. *aut sequatur patris voluntas, vel is sciat, & non contradicat, n.* 4. *& non solum si à principio patris consensus interuenit, sed etiam si postea ipse pater ratum habuit contractum, & illum approbauit, n.* 5. *ratihabitio secuta sufficit, num.* 6. *non solum expressè, sed etiam tacitè, num.* 7. *recipiendo pater epistolam filij consentire videtur, & ad solutionem obligari, num.* 8. *idem erit si pater soluere cœperit partem mutui, n.* 9.

10 *Macedonianum cessat si filius mutuum conuertat in vtilitatem patris. veluti si filius mutuatam pecuniam conuertat in alimenta suis, vel ipsius patris; num.* 11. *quid si pater, vel maritus pecuniam mutuatam accepit, & cum ea filios aluit, vel vxorem, vel domum conduxit, in qua filius & vxor habitarunt, & pater, vel maritus non sit soluendo, num.* 12. *&* 13.

14 *Filiumfamil. non teneri ex mutuo, etiam sui iurisfactum, nisi nouatione facta fidem suam obligârit, vel aliàs agnouerit debitum. nec fideiussores illius ex mutuo, vel aliter pecunia credita, num.* 15. *licèt ipsi fideiussores pro eo res proprias obligarint, vel tanquam principales promiserint, n.* 16. *nisi donandi animo intercesserint, n.* 17.

18 *Filiusfamil. non tenetur de mutuo extra casus, in quibus Macedonianum cessat, scilicet efficaciter. casus in quibus præter expressos in hac l. cessat exceptio SC. Macedoniani, qui, num.* 23. *& seqq. vsque* 33.

19 *Macedoniani exceptio non tollit actionem ciuilem & naturalem, sed eas eneruat.*

20 *Filiusfamil. an ex conscientia teneatur ad solutionem mutui, & num.* 21. *authoris mens, n.* 22.

23 *Frater an teneatur dotare sororem, remissiuè.*

24 *Partem soluens debiti, videtur totum agnoscere debitum.*

L. Zenodorus. II.

Imp. SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Sophiæ.*

1 MAcedonianum cessat vbi filius patre consentiente contrahit, & in aliis casibus in hac l. expressis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* post omnes Gilchen. *tom.* 2. *pag.* 286.

2 *Cùm sui iuris esse publicè videtur.* Notatur ad hoc quòd Macedonianum cessat quando quis publicè se gerebat pro homine sui iuris, vt per Cæs. de Vrsil. *ad Afflict. decis.* 183. *num.* 8. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 32. Matiens. *l.* 22. *gloss.* 3. *num.* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recopilat.* Tiraquell. *ad leges connub. gloss.* 8. *à num.* 135. *& de iure primogen. quaest.* 17. *opin.* 11. *n.* 27. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 55. *num.* 28. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 21. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 301. *vers. in sequentibus euentibus, num.* 6. *in princ.* Fontanel. *de pactis nupt. clausul.* 4. *gloss.* 7. *part.* 3. *num.* 55. *&* 56. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de solut. resol.* 19. *n.* 12.

Aut patris voluntate contraxit.] Notatur ad hoc 3
quòd Macedonianum cessat vbi filiusfamil. de voluntate patris mutuo pecuniam accepit, vt per Gregor. Lopez *l.* 6. *gloss.* 1. *tit.* 1. *part.* 5. Petr. Rauena *singul.* 228. Mynsing. *ad §. illud propriè, num.* 11. vbi Pichard. *num.* 12. *Instit. quod cum eo*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris. lib.* 22. *cap.* 3. *num.* 11. *vers. quintus*, Anton. Gomez *variar. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. *in* 7. *limit.* Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat mutuum, n.* 24. *versic. nam si pater*, Vigel. *in methodo iuris ciuilis par.* 5. *lib.* 17. *cap.* 2. *replic.* 18. *&* 21. Matiens. *d. l.* 22. *gloss.* 4. *num.* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 28. Alex. Trentacinq.
d. resolut. 19. *num.* 13. vbi id procedere ait, siue sequa- 4
tur patris voluntas, aut quamuis sciat, & non contradicat, Arim. Tepat. *var. sentent. tom.* 1. *tit.* 157. *cap.* 2. *versic. si filius*, Molin. *d. disp.* 301. *n.* 6. *vers. septimus*, Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *tit. de mutuo, cap.* 3. *versic. secundo cum patre*, Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 8. *tit. de vsuris, quæst.* 2. *sect.* 2. *n.* 13. *versic. secundo.* Iul. Pac. *de mutuo, cap.* 6. *n.* 28. *requis.* 7.

Quòd quidem procedit non solùm si à principiò 5
patris consensus interuenit, sed etiam si postea ipse pater ratum habuit contractum, & illum approbauit, Anton Gom. *d. cap.* 2. *n.* 2. *limit.* 7. Vigel. *vbi supra, replic.* 28. Petr. Gregor. *d. lib.* 22. *cap.* 3. *num.* 11. *vers.* 9. Perez *l.* 1. *vers. tamen videtur secundum, tit.* 8. *lib.* 3 *Ordin. pag.* 607. vbi quòd sufficit ratihabitio sequuta, 6
Cardin. Mantic. *d. tit.* 7. *n.* 29. Anton. Hering. *de fideiussorib. cap.* 10. *num.* 205. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 2039. *limit.* 3. Azor *d. c.* 2. *vers. octauò si filiusfam.* Non solùm expressè, sed etiam tacitè, 7
veluti si certior factus per litteras continuò non interposuit protestationem contrariæ voluntatis, *l. Hisp.* 6. *tit.* 1. *par.* 5. Vigel. *vbi supra, repli.* 29. Menoch. *de arbitr. casu* 21. *num.* 3. Anton. Fab. *in suo Cod. sub hoc tit. definit.* 3. *num.* 3. *versic. sed & interuenisse, & definit.* 4. *vers. multo minus*, Arimin. Tepat. *var. sentent. tit.* 362. *cap.* 9. *versic. fallit, & cap.* 10. *versic. fin.* Lingl. *decis.* 1. *quæst.* 1. *num.* 3. Ceuall. *commun. contra communes tom.* 3. *quæst.* 775. *num.* 18. *cum seqq.* vbi quòd recipiendo pater epistolam filij consentire videtur, & ad solutionem obligari, ob *l. si filiusfam.* 18. *ff. hoc tit.*
Idémque erit si pater soluere cœperit partem mutui, 9
tunc enim videtur tacitè mutuum approbari à patre, *d. l. Hisp.* 6. *tit.* 1. *part.* 5. Mynsing *d. num.* 11. Vigel. *d. replic.* 28. Anton. Gom. *d. limit.* 7. *versic. vel etiam si tacitè.* Matiens. *d. l.* 22. *gloss.* 4. *num.* 2. Cardin. Mantic. *d. tit.* 7. *num.* 29. *versic. idémque*, Fontanel. *de pactis nuptial. clausul.* 4. *gloss.* 13. *par.* 1. *num.* 145. latè Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 424. quem vide *à num.* 27. vbi alia tradit ex quibus approbatio præsumitur.

Aut in eam rem, &c.] Notatur ad hoc quòd Ma- 10
cedonianum cessat si filius in vtilitatem patris mutuum conuertat, *l. sed & Iuliano* 9. *§. proinde. ff. hoc tit. l. Hisp.* 4. *tit.* 1. *par.* 5. vbi Gregor. Lopez *gloss.* 1. Mynsing. *ad §. illud propriè, n.* 11. *versic. si vertit*, vbi Pichard. *num.* 12. *Inst. quod cum eo*, Petr. Greg. *d. lib.* 22. *ca.* 3. *num.* 11. *versic.* 6. Vigel. *d. part.* 5. *lib.* 17 *cap.* 2. *replic.* 16. 17. *&* 32. Mozz. *d. tit. quomodo deficiat, seu finiatur mutuum, num.* 25. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.*

preſumpt. 68. *n.* 1. Matth. Coler. *de proceſſionib. execut.part.*1.*cap.*10.*num.*28 Cardin.Mantic.*d.lib.* 8. *tit.*7.*num.*26.*&* 27.Leſſi.*de Iuſtit.l.*2.*cap.*26. *dub.* 2. *num.*11.Azor.*d.cap.*3. *verſic.ſecundò cum patre*, Gutier.*in authent.ſacramenta puberum,C.ſi aduersùs vendit.num.*84.& *de iurament confirmat.par.* 1. *cap.* 43. *num.*6.*verſic.itaque ſciendum*,Anton. Gom.*d.tom.* 2. *cap.*9.*num.*2.*verſic. octauò limita*, Matienſ.*d. l.* 22. *gloſſ.*3.*num.*2.P.Molin.*d.diſput.* 301. *n.* 6. *verſic.* 9. Arimin.Tepat.*variarum ſentent.tit.*36 2.*cap.*7.*verſic. fallit*,Rebell.*d.lib.*8.*tit.de vſuris,quaeſt.*1.*ſect.*2.*n.* 14. Hect.Felici.*in tractat.de ſociet.cap.*6.*n.*37.*cum ſeqq.*

11 Iul.Pac.*de mutuo,cap.*6.*num.*28.*requiſ.*8. Veluti ſi filius mutuam pecuniam conuertat in alimentis ſuis,vel ipſius patris,Anton.Gom.*d.cap.*9.*n.*2.*verſic. nonò limita*,Azeued.*d.l.*22.*num.*3.Gutier.*in d. auth. ſacramenta puberum*,*n.*84.Iul.Pac.*d.loco.*

12 Quid autem è conuerſo,ſi pater,vel maritus pecuniam mutuatam accepit,& cũ ea filios, vel vxorem aluit,ſeu domum conduxit,in qua filius,& vxor habitarunt,& pater,vel maritus nõ ſit ſoluendo,an creditori detur actio contra filios, vel vxorem pro mutuo, vel penſione domus? Negatiuam partem, immo quòd filius & vxor non teneantur ad vllam pecuniæ ſolutionem, licèt pater non ſit ſoluendo, tuentur Flores de Mena *ad Gam.deciſ.*186.Sanchez *de matrim.l.* 9. *diſput.*4. *num.* 28. *&* 29. Fontanell. *de pactis nupt.par.*1.*clauſ.*4.*gloſſ.*9.*par.* 5. *n.* 71. *cum ſeq.& par.*2. *clauſ.*7.*gloſſ.*2.*part.* 10. *num.* 34. *&* 35. Ioan.Bapt.Coſta *de quota,& rata,quaeſt.*25.*& de remed.ſubſid.remed.*12.*illat.vnic.pag.*48.

13 Contrariam opinionem,ſcilicet quòd filius, & vxor teneantur ad ſolutionem pecuniæ mutuatæ, quam pater & maritus in illorum alimentis conſũpſit,ſi ipſe ſoluendo non ſit,meritò tuentur Bart *in l.his ſolis,ff.de condict.indebit.* licèt cogitandum relinquat Roman.*ſingul.*213.*incip.Pater pauper*, Cremenſ.*ſing.*56. Cæpol.*caut.*246.Azeued. *l.* 9.*num.*31. *cum ſeqq. tit.* 3. *lib.* 4. *noua Recopilat.* vbi Matienſ. *gloſſ.*4.Corduba de Lara *in l.ſi quis à liberis,§ ſi quis ex his,à num.*83.*& à num.* 101.*ff. de liberis agnoſcen.* Gaſp.Baëç.*de inope debit.cap.*1.*n.*53. *&* 54. Parlad. *in ſeſquicent differ.*2.§.2.*num.*2.*&* 3.Surd.*de aliment. tit.*8.*priuileg.*48.*num.*5.*&* 6.*& conſ.*367. *num.* 28. *& conſ.*420. *per tot.* Ceuall. *commun. contra communes quaeſt.*723.*à num.*41.*& tom.*4.*quaeſt.*900. *num.* 41. *cum mult.ſeqq.* D.Barboſ.*in l. ſi conſtante* 25.*in princ.n.*52. *ff.ſoluto matrim.*Mari.Giurb.*in conſuet. Senatus Meſſanen.cap.* 9. *gloſſ.* 3. *n.* 10. *par.*1. Stephan. Gratian. *d.diſcept.forenſ.tom.*1.*cap.*107.*à n.* 2.*& cap.* 108. *n.* 29. *& tom.*4.*cap.*713.*à n.* 6. Vincent. Caroc. *deciſ.ſeu caſu* 118.Gabr.Aluarez *de priuileg.pauper.p.*1.*q.*48. *n.*8.*&* 9.

Quæ quidem opinio in puncto iuris verior & receptior eſt, illáque ampliatur vt procedat quamuis filius patris hæreditatem repudiauerit,quia obligatio hæc non conſurgit ex hæreditatis aditione,Cremenſ.*d.ſingul.*36.Baëç.*d.cap.*1.*n.*54. Sanchez.*d.diſp.* 4.*n.* 28. *verſ. & retenta hac ſententia.*Et quamuis in alimentis pater non erogaſſet,ſed in factis ad ſtatus conſeruationem,ſecundùm Gam. *Luſit. deciſ.* 367. *num.*6. Gabr. Valaſc. *d.quaeſt.*48.*num.*10. Limitatur tamen & reſtringitur,ne locum habeat quando tẽpore contractus mutui,vel conditionis domus, pater,vel maritus erant diuites.nam tunc,licèt poſtea in paupertatem inciderint,filij & vxor non tenentur,quod enim ſuum erat,acceperunt,Cordub. de Lara *dicto loco,n.*30.*&* 42.Surd.& Sanch.*citatis locis,* Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*713.*n* 10. *&* 11. Gabr.Aluarez *d.quaeſt.*48.*num.*14. Intelligitur principalis reſolutio, dummodo probatum ſit in filiorum,& vxoris vtilitatem pecuniam mutuatam verſam fuiſſe,in quo aſſertioni parentis,vel mariti non eſt ſtandum,ſed qui agit probare debet, Stephan. Gratian.*d.tom.*1.*c.*107.*num.*17.Surd.*conſ.* 367. *n.*28. vbi ſatis conſtare dicitur ſi maritus eſt pauper, & redditus tenues, qui ad ſuſtentationem eius & familiæ non ſufficiebant,maximè ſi erat nobilis,Gam. *Luſit.deciſ.*367.*n.*6.

Vel ſuæ poteſtatis conſtitutus, &c.] Ergo filiuſfamil.non tenetur ex mutuo, etiamſi factus ſit ſui iuris niſi nouatione facta fidem ſuam obligauerit, vel aliàs agnouerit debitum, de quo vide Theophil.*in d.§. illud propriè,Inſtit. quod cum eo*, Anton. Gom.*d.tom.*2.*cap.*6.*n.*2.*verſic.quintò extende*,Vigel. *in methodo iuris ciuilis,par.*5.*lib.*17.*cap.*2.*cauſa* 2. *regul.*1.Petr.Gregor.*d.lib.*22.*cap.* 2. *n.* 8. Matienſ. *in dict.l.*22.*gloſſ.*6.*tit.*11.*lib.*5.*noua Recopilat.* Cardin. Mantic.*d.lib.*8.*tit.*7.*n.* 2. Arimin. Tepat. *variarum ſentent.tom.*1.*tit.*157.*cap.*3.*verſic. exceptio huius SC.* Petr.Franc.Linglois *deciſ.*1.*quaeſt.*1.*n.*5.Leſſi. *de Iuſtit.lib.*2.*cap.*20.*dub.*2.*n.*6. Rebell. *de obligat. iuſtit. part.*2. *lib.* 8.*tit. de mutuo & vſura, quaeſt.* 1.*ſect.* 2. *num.*12.Azor.*d.part.*3.*lib.*7.*de mutuo, cap.* 3. *quaeſ.* 4. Molin.*de Iuſtit.tractat.*2.*diſput.* 301. *verſic. priuilegium hoc.* 14

Simili modo fideiuſſores filiorumfamil. qui mutuam pecuniam acceperunt,vel aliter pecunia credita contraxerunt,non tenentur,Nicol. Vigel. *d.p.* 5. *lib.*17.*cap.*2.*cauſa* 2.*regul.*4.Perez *l.*1.*verſic. præterea,tit.*8.*lib.*2.*Ordin.pag.*708.Matienſ.*d.l.*22.*gloſſ.* 7.*n.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recopilat.* Pichard. §. *illud propriè,num.*11. Cardin.Mantic.*d.lib.*8 *tit.*7.*n.*7. Arimin. Tepat.*d.tit.*157.*cap.*3.*verſic.exceptio*,Leſſi. *d.lib.*2.*cap.*20.*dub.*2.*num.*10.Rebell.*d.quaeſt.*1.*ſect.* 2. *num.*15.licèt ipſi fideiuſſores pro illis res proprias obligauerint,vel tanquam principales rei promiſerint,Anton.Gom.*d.tom.*2.*cap.*6.*num.*2.*limit.*6. Cardin.Mantic.*d.tit.*7.*num.*8.*&* 9.Pichard.*d.loco,n.* 10. Arimin.Tepat.*d.cap.*3.Alexand.Trentacinq. *variarum reſolut.lib.*3.*tit.de ſolution. reſol.*19. *num.* 6.niſi donandi animo interceſſerint,*l.ſed ſi paterfam.§.non ſolum,ff.hoc tit.*Cardin.Mantic.*d.tit.*7.*n.*7.Rebell. *d. q.*1.*ſect.*2 *n.*13 15 16 17

Intellige filiumfam ex mutuo ei facto non teneri extra caſus in quibus Macedonianum ceſſat, ſcilicet efficaciter. nam actio naturalis,& ciuilis ex eo oritur,Bart. *in l.*1. *n.* 28. *ff. de condict. indebit. & in l. frater* 38.*n.* 15. *ff. eod.* vbi tradit exceptionem Macedoniani non tollere actionem ciuilem,& naturalem,ſed eas eneruare,Anton.Gom.*d.tom.*2.*c.*6. *num.*2.*& in l.*3. *Tauri, num.*124. *verſic. quid autem è contra*,Matienſ.*d.l.*22.*gloſſ.*1.*num.*1. *tit.*11.*lib.*5 *noua Recopilat.*Pichard.*in d.§. illud propriè,num.* 2. Mozz. *dict.tit.quomodo deficiat,reſoluatur, ſeu fin. mutuum, num.*14.Arimin.Tepat.*d.tit.*157.*cap.* 4. *verſic. exceptio Macedoniani non tollit*,Rebell.*d.quaeſt.*1.*ſect.* 2. *num.*16.*verſic.veriſimilius.* Attenta verò *d.l.* 22. *tit.* 11. *lib.*5.*noua Recopilat.* contractum non valere,nec ex eo obligationem naturalem,aut ciuilem oriri,tenent Olan.*in antin.lit. M.n.*47. Perez *l.*1. *verſic. his etiam adſtipulantur,tit.*8.*lib.*3.*Ordin. pag.* 603. Azeued.*d.l.*22. *num.* 2. & *ib.* Matienſ.*gloſſ.* 8. *num.* 20. Ceuall.*commun. contra communes,tom.* 3. *quaeſt.* 775. *num.* 13.*&* 14. Sanch.*de matrim.lib.* 6. *diſputat.* 38. *n.*29. 18 19

Verùm autem filiusfamil.in foro conſcientiæ teneatur ad ſolutionẽ mutui, quæſtio dubia, in qua vna ſententia illum teneri aſſerit,quam defendunt Menchaq.*de ſucceſſ.creat.part.*3.§.28. *num.* 55. Fortun. 20

tum. Garc. *in l. veluti, col.* 8. *ff. de inst. & iure*, Anton. Menes *in l. cùm quis, num.* 31. *C. de iuris & facti ignor.* Couar. *in cap. quamuis pactum*, §. 3. *num.* 4 *par.* 2. Felician. de Solis *de censib. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. *versic. quæ extensio mutui, col.* 3. Fachinæ. *controuers. iuris lib.* 2. *cap.* 65. *quæst.* 3. Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. *ff. de iust. & iur.* Sigism. Scacc. *in tract. de commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 532. *& quæst.* 7. *par.* 2. *ampl.* 19. *num.* 89. Alexand. Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de solution. resol.* 19. *num.* 18. vbi quòd potest compelli per denunciationem Euangelicam, & *in versi. prima opinio*, hanc dicit veriorem, & tutiorem propter periculum animæ, Arimin. Tepat. *d. tit.* 157. *c.* 2. *versic. an filius*, Rebell. *d. quæst.* 1. *sect.* 2. *num.* 16. *vers. verisimilius.*

21 Altera sententia ex diametro contraria tenet in foro conscientiæ filiumfamil. ad solutionem mutui non teneri, quã sustinent Ias. *in* §. *actiones, n.* 34. *Inst. de actionib.* Adrian. *quodlib.* 6. *versic. primò infertur*, Gregor Lopez *l.* 4. *gloss.* 2. *tit.* 1. *par.* 5. Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap* 6. *num.* 2. *versic. ex quo inferas, & l.* 3. *Tauri num.* 124. *versic. quid autem*, Azeued. *d. l.* 22. *num.* 1. vbi Matiens. *gloss.* 1. *num.* 2. *& gloss.* 7. *num.* 1. Gutier. *in d. authent. sacramenta puberum, num.* 83. *& de iuram. confirm. par.* 8. *cap.* 43. *num.* 6. Perez *d. loco*, Parlad. *in sesquic. quotid. differ.* 12. *num.* 7. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 40. *&* 41. Ceuall. *commun. contra communes, tom.* 3. *quæst.* 775. *num.* 18. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 301. *num.* 2. *versic. habet verò locum*, Lessi. *d. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 8. & videtur sequenda apud Hispanos attenta *d. l.* 22. secundùm quam, nec ciuilem nec naturalem oriri obligationem suprà aduertimus.

22 Verùm sequendo æquitatem mihi videtur has duas contrarias opiniones facillimè componi posse, vt scilicet prima procedat quando filiusfamil. in suam vtilitatem mutuam pecuniam sine aliqua læsione & fraude conuertit, ne cum iactura aliena locupletetur, secunda verò quando mutuum accepit cum periculo & læsione, ex his quæ lex præsupponit ex huiusmodi mutui datione contingere, & videtur esse de mente Ias. *in d.* §. *actiones, n.* 35. Anton. Gom. *d. l.* 3. *Tauri. num.* 124. Perez *d. l.* 1. *versic. fallit tamen, tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 603. *col.* 1. Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *c.* 44. *n.* 6. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 42. Parlad. *differ.* 12. §. 1. *n.* 7. *&* 8. Azor. *d. cap.* 3. *vers. re vera.*

23 Præter casus in hac l. expressos cessat Senatusconsulti Macedoniani exceptio, primò si ex causa legationis & studiorum mutuum filiofamil. datum fuerit, de quo commodiùs *in coll. ad l. Macedoniani* 4. *infr. hoc tit.*

Secundò, si filiusfamil. sit miles quando mutuum suscipit, de quo dicemus *ad l. vlt. inf. hoc eod. tit.*

Tertiò, si filiusfamil. matrimonio consummato recipiat mutuum, *l.* 47. *Tauri*, quæ est *l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Perez *l.* 1. *versic. item fallit tertiò, cum duobus seqq. tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 603. Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 41. *num.* 14. Nulla tamen dignitas, quamuis sit de his per quas filius à patria potestate liberatur, tollit quin filius vti possit exceptione Macedoniani, Nicol. Vigel. *d. par.* 5. *lib.* 17. *cap.* 2. *replic.* 10. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 11. *cap.* 10. *n.* 9. *versic. nec vlla dignitas*, Cardin. Mantic. *d. l.* 8. *tit.* 7. *n.* 5. Molin. *d. disp.* 301. *n.* 4. Iul. Pac. *de mutuo, c.* 6. *n.* 29. *vers. cuiuscunque sit dignitatis, & n.* 30.

24 Quartò si filiusfam. mutuatam pecuniam soluisset alij creditori quẽ nulla alia exceptione, nec alio modo posset submouere, nec aliter posset ab eo credito excusari. *l. si filiusfamil.* 8. *& l. sed Iulianus*, §. *si filius accepit, ff. hoc tit.* Mynsing. *ad d.* §. *illud propriè, num.* 11. *Inst. quod cum eo*, Nicol. Vigel. *d. p.* 5. *lib.* 17. *cap.* 2. *replic.* 33. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 25. Alexand. Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de solution. resol.* 19. *num.* 15. Molin. *d. disp.* 301. *num.* 5. vbi ait quòd si filiusfamil. soluat eiusmodi debitum ex mutuo, aut pater, seu fideiussor loco illius solutio est valida, neque potest repeti quod ita persolutum est, quia re vera erat debitum, esto dum exigebatur, locum haberet exceptio.

Quintò, si filiusfamil. sit maior, & minor ei mutuet, quia tunc magis ætatis, quam Senatusconsulti ratio habenda est, de quo Nicol. Vigel. *d. p.* 5 *lib.* 17. *cap.* 2. *replic.* 2. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 31. *in* 1. Arimin. Tepat. *variarum sent. tom.* 1. *tit.* 157. *cap.* 4. *versic. filiusfam. maior*, Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib.* 1. *tit. de rescr. resol.* 1. *num.* 7. *vers. hinc etiam*, Iul. Pac. *in tract. de mutuo, cap.* 6. *n.* 33. Petr. Franc. Linglois *dec.* 1. *quæst.* 1. *num.* 3. *versic. declaratur*, Rebell. *d. quæst.* 1. *sect.* 2. *n.* 14. *in fine*, Perez de Lara *de vita hominis, c.* 21. *n.* 26. 25

Sextò, si filiofamil. mutuet libertus in fraudem patroni, Nicol. Vigel. *d. p.* 5. *lib.* 17. *c.* 2. *replic.* 4. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 27. *in posteriori*, quia est duplicatus. 26

Septimò, si filiusfamil. sit Princeps, Conan. *comment. iuris ciuilis l.* 1. *c.* 6. *n.* 2. *col.* 2. 27

Octauò, quando mutuum non erat in pecunia, sed in aliqua alia re, vt in tritico, vino, oleo, &c. quia Senatusconsultum de sola pecunia mutuo data loquitur; nisi quando in fraudem mutuum datum esset in re, quę non est pecunia, vt re illa vendita pecunia inde compareretur, *l. sed Iulianus*, §. *mutui ff. hoc tit.* Molin. *d. disp.* 301. *n.* 6. *vers. quartus.* 28

Nonò, si filiusfamil. fideiussor sit eius pecuniæ, quam alius sui iuris accepit mutuo, tunc enim si alius mutuum non soluat, cogitur filiusfamil. illud soluere, nisi in fraudem Senatusconsulti id effectum sit, *d. l. sed Iulianus, in princ.* Anton. Pichard. *in d.* §. *illud propriè, n.* 10. Mozz *d. tract. de mutuo, c. fin. n.* 23. Molin. *d. disp.* 391. *num.* 6. *vers. sextus*, Azor. *d. lib.* 7. *de mutuo, cap.* 31. *vers. quarto quando filiusfam.* Rebell. *d. q.* 1. *sect.* 2. *n.* 13. *vers. octauò.* 29

Decimò, si filiusfamil. cui mutuatur, castrense, vel quasi castrense peculium habeat. Ita Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 29. *cap.* 3. *num.* 11. *versic. vel si castrense*, Matiens. *in l.* 22. *gloss.* 3. *num.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Gutier. *in repet. authent. sacramenta puberum, num.* 49. *cum seqq* Pichard. *in d.* §. *illud propriè, num.* 7. *versic. nisi fortè castrense, Inst. quod cum eo*, Vigel. *d. par.* 5. *lib.* 17. *cap.* 2. *replic.* 12. Molin. *d. disp.* 301. *n.* 6. *versic. secundus est*, vbi id etiam in peculio aduentitio tradit, Azor. *d. lib.* 7. *de mutuo, c.* 3. *versic. quare in multis*, vbi quòd filiusfam. obligatur ex peculio castrensi, vel aduentitio si in eo pater vsumfructum non habeat, Lessi. *d. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 2. *n.* 11. Rebell. *d. quæst.* 1. *sect.* 2. *n.* 13. Perez de Lara *de vita hominis, cap.* 22. *de adulto, & qua gerat sine curatore num.* 18. Iul. Pac. *in tract. de mutuo, c.* 6. *de his, qui mutuantur, n.* 28. *requis.* 5. Bened. Ægid. *in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. p.* 2. *c.* 2. *n.* 7. 30

Vndecimò, si filiusfam. mutuo pecunias acceperit ab alio filiofamil. easque in eius vtilitatem conuerterit, locupletiórque ex illis inueniatur tempore litis contestatæ. secus verò è contra. Ita Nicol. Vigel. *d. p.* 5. *lib.* 17. *cap.* 2. *replic.* 2. *versic. huius replicationis, & replic.* 3. Ant. Pichard. *in d.* §. *illud propriè, n.* 5. Azeued. *l.* 10. *num.* 15. *&* 24. *tit.* 3. *lib.* 5. *nouæ Recop. & l.* 2. *num.* 247. *tit.* 10. *lib.* 8. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 26. *in* 2. Morl. *in emporio iuris ciuilis par.* 1. *tit.* 5. 31

tit.5.in premiss.num.27.vers.neque his, Anton. Fab. *in suo Codice sub hoc tit. defin.12.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.2. collect.348. vers. infertur tertio*, Steph. Gratian. *Marchiæ decis.196. num.20.* vbi ponit casum in minori, qui alteri minori mutuauit, & mutuum perdidit, & dicit vnum aduersùs alium non restitui, qui vterque æquè agit de damno vitando, Ioan. Maria Nouar. *de electione & variat. fori q.25.n.5. sect.2.* Parens meus *in remiss. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib.4 tit.50.§.2.n.5.*

32 Duodecimò, si filiusfam. mercator fuerit, *l. sed Iulianus*, aliàs *item filiusfam.§. nunquam, vers. interdum ff. hoc tit.* Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4. tit.50.§.3.* vbi parens meus, Cardin. Mantic. *d.lib.8. tit.7.n.19.* Molin. *d. disp.301.n.6. versic. decimus*, Rebell. *d.q.1.n.15. in fine.*

33 In gloss. *Incumberet* ibi, *vt decet sororem suam.* De fratre an teneatur sororem dotare, vide Gutier. *de tutel.p.2.cap.3.n.34.*

34 In gloss. *Agnouit debitum.* ibi, *soluendo partem debiti*, &c. Notatur ad hoc quòd si quis soluat partem debiti ex contractu aduersùs quem exceptionem tutus erat, videtur solutione partis agnoscere totum debitum, de quo commodiùs dicam *in collect. ad l. 1. cum pridem, C. de non num. pecun.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Macedoniani non habet locum nisi in mutuo.*

2 *Filiusfamil. ex quocumque contractu obligatur, excepto mutuo.*

L. Si filiusfamilias. III.

Iidem AA. *Macrino.*

1 IN alio contractu quàm mutui, non habet locum exceptio Macedoniani. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.* post omnes Gilchen. *tom.2. pag.188.*

2 Notatur ad hoc quòd ex quocunque contractu filiusfamil. obligatur, excepto mutuo, vt per Mynsing. *in §. illud propriè seruatur, n.10. Inst. quod cum eo, qui in alieno*, vbi Pichard. *n.9.* Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.22. cap.2. num.8.* Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat, seu resoluatur & finiatur mutuum, n.21.* Gutier. *in repet. authent. sacramenta puberum, n.34. in fin. C. si aduersus vendit.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. p.2. c.2. num.3.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.8. tit.7. num.16.* Sigism. Scacc. *in tractat. de commerc. & camb. §.1. quæst.2. n.579. & quæst.7. ampl.10. num.35.* Linglois *decis.1. quæst.1. num.5.* Less. *de Iustit. & iure, lib.2. cap.20. dub.2. n.11. vers.4.* Azor. *instit. moral. part.3. lib.7. de mutuo, cap.3. vers. tertiò non habet locum*, Vigel. *in methodo iuris ciuilis, part.5. lib.17. cap.2. replic.23. & 24.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom.1. tit.157. cap.3. vers. exceptio huius S.C.* Rebell. *de oblig. iustit. part.2. lib.8. quæst.1. sect.2. num.12. vers. quartò, filius, & vers. sextò.*

SVMMARIVM.

1 *Filius mutuam pecuniam permissu patris accipiens non releuatur Macedoniano, & num.3. patre permittente mutuum accipiens tam ex contractu, quàm hæreditate patris, pignorum persecutionem, saluis potiorum creditorum iuribus, pati tenetur, num.2.*

L. Si permittente. IV.

Iidem AA. *Cyrillæ.*

FIlius ex permissu patris mutuam accipiens pecuniam Macedoniano non releuatur. Item filius patre permittente mutuum accipiens tam ex contractu, quàm hæreditate patris, pignorum persecutionem saluis potiorum creditorum iuribus pati tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt. Anton. Gom. *variar. tom.2. cap.6. num.2. limit.7.* Matiens. *l.22. gloss.4. n.2. tit.11. lib.5. nouæ Recopil.* Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat mutuum, n.24.* Petr. Rauenna *sing.228.* Arimin. Tepat. *var. sent. to.1. tit.157. cap.2. vers. si filius*, Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. tit. de solut. resol.19. n.13.* Rebell. *de obligat. iustit. p.2. lib.8. q.1. sect.2. n.13. vers. secundò*, Iul. Pac. *in tract. de mutuo, cap.6. n.28. requis.7.* 3

SVMMARIVM.

1 *Mutuum ex causa legationis, & studiorum ad licitum modum datum, patrem & filium obligat. patris iussu datum, actio in patrem sine inquisitione de in rem verso datur, n.2.*

3 *Macedoniani exceptio cessat quando filiofam. studij causa absenti mutuatur.*

4 *Filius, qui est in studio cum consensu patris, & mutuam pecuniam accepit ad suos vsus necessarios, patrem vsque ad eam quantitatem, quam ei præstare consueuerat, obligat. quamuis filius studeat contra voluntatem patris, num.5. dummodo filius sit habilis ad studendum, & mutuum fiat consideratis facultatibus, & familiâ patris, num.6. nisi mutuaretur illi intra limites illius quantitatis, quam cum eo domi expendisset pater; etsi habilitas deficiat, n.7. vel nisi pater prouideret filio de rebus necessarijs, & qui mutuauit, hoc sciret, n.8.*

9 *Filius patrem obligat quando addiscit Grammaticam, & dat operam humanis litteris, & artibus liberalibus.*

10 *Intellectus l.4. tit.7. lib.7. nouæ Recop.*

11 *Macedoniani exceptio cessat quando filiusfam legationis causa erat absens, eique pecunia vsque ad debitum modum mutuata.*

12 *Pater tenetur ex mutuo filiofamil. facto legationis causa intra eam summam, quam solebat administrare filio.*

L. Macedoniani. V.

Imp. ALEXANDER. A. *Septimæ. Musæ.*

EX causa legationis, & studiorum mutuum filiofam. datum ad licitum modum obligat patrem & filium. Item vbi patris iussu filio pecunia mutuo data est, actio in patrem sine inquisitione de in rem verso datur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.* & post omnes Gilch. *tom.1. pag.289.* 1 2

Quæ filiofam. studiorum, &c.] Notatur ad hoc quòd cessat exceptio Macedoniani quando filiofam. causa studij absenti mutuatur, tunc enim ipse & pater ad eius solutionem tenentur si debitam moderationem non excessit, vt per *l. Hisp.6. tit.1. p.5.* vbi Greg. Lop. *gloss.7.* 3

gloss. 7. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 50. §. 4. vbi parens meus, Socin. *regul.* 137. *limit.* 2. Duen. *reg.* 370. *in princ.* Petr Greg. *syntagm. iuris, lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11. *versic. secundus*, Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat, seu finiatur mutuum, n.* 26. Menoch. *de praes. lib.* 3. *praes.* 68. *num.* 3. *&* 8. Perez *l.* 1. *vers. fallit septimò. tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 605. *& seq.* Matth Coler. *de processib. exec. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 28. Parlador. *in sesquicentur. differ.* 11. § 1. *num.* 9. *&* 13. Alexand. Trentacinq. *variarum resol. l.* 3. *tit. de solut. resol.* 19. *num.* 14. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 60. *num.* 23. *&* 25. Molin. *de Iust. tractat.* 2. *disp.* 301. *n.* 6. *versic. octauus*, Rebell. *de obligat. inst. par.* 2. *lib.* 8. *quaest.* 1. *sect.* 2. *num.* 13 Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. l.* 8. *tit.* 15.
4 *n.* 18. *&* 19. vbi quòd filius, qui est in studio cum consensu patris, & mutuam pecuniam accipit ad suos vsus necessarios, obligat patrem vsque ad eam quantitatem, quam ei praestare consueuerat.

5 Intellige primò procedere, quamuis filius studeat contra voluntatem patris, gloss. *verbo soluit*, *in l. sed Iulianus*, §. *quod dicitur*, *ff. hoc tit.* Gregor. Lopez *dict. gloss.* 7. Duen. *regul.* 370. *n.* 2. Bald. Nouell. *de dote*, *par.* 6. *priuileg.* 46. *n.* 1. Gutier. *in repetit. auth. sacramenta puberum*, *num.* 72. *C. si aduers. vend.* Fab. Anna *ad Vincent. de Anna singul.* 184. Stephan. Gratian *d. c.* 60. *n.* 23.

6 Intellige secundò, dummodo filius sit habilis ad studendum, & mutuum fiat consideratis facultatibus, & familia patris. Duen. *d. regul.* 370. *limit.* 2. *&* 3.
7 nisi mutuaretur illi intra limites illius quantitatis, quam cum eo domi expendisset pater, etsi habilitas deficiat, idem Duen. *d. loco ampl.* 7. Gutier. *d. num.* 74.
8 vel nisi pater prouideret filio de rebus necessariis, & qui mutuauit hoc sciret, Duen. *ibid. lim.* 4. Gutier. *vbi proximè n.* 78.

9 Intellige tertiò, quando filius addiscit Grammaticam, & dat operam humanis litteris, & artibus liberalibus. nam pro istis disciplinis addiscēdis pater praestare debet expensas; non verò pro maioribus facultatibus, nisi pater semel incepit filium erudire. Anton Gom. *l.* 29. *Tauri*, *n.* 18. Auendan. *resp.* 17. Anton. Menes *in authent. res quae, num.* 92. *C. communia de leg.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 18. *num.* 79. *versic. quid autem dicemus*, Pichard. *in* §. *quadam actiones*, *in tract. de collat. act.* 3. *num.* 55. *Inst. de action.* D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matr. par.* 7. *num.* 26. *vers. pro concordia & n.* 27. Ioan. Anton. Magil. *in tract. de imput. q.* 31.

10 Neque aduersùs praedicta facit *l.* 4. *tit.* 7. *l.* 1. *noua recopilat.* quae illa videtur corrigere, dum probat mutuanti, vel alium contractum facienti cum filio pecunia credita denegari actionem aduersùs patrem, & ei solùm aduersùs filium concedi, quia intelligitur quando filius expenderet in superflua, de quo vide Perez *l.* 1. *versic. sextò fallit, tit.* 8. *l.* 3. *Ordin. pag.* 605. Azeued. *l.* 22. *n.* 3. *tit.* 11. *l.* 5. *noua Recopilat.* Gutier. *in repet. d. authent. sacramenta puberum*, *n.* 71. 74. 76. *&* 81. Parlador. *in sesquicent. differ.* 12. §. 1. *à n.* 9. Valdes. *in addit. ad Roderic. Xuar. in l. post rem indicatam, not.* 12. *lit. A. pag.* 600. *in noua impress.*

11 *Vel legationis causa*, &c.] Notatur ad hoc quòd exceptio SC. Macedoniani cessat quando filiusfamil. legationis causa erat absens, & fuit pecunia mutuata vsque ad debitum modum, vt per Gregor. Lopez *l.* 6. *gloss.* 6. *tit.* 1. *par.* 5. Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 68. *n.* 3. 4. 5. 8. *&* 9. vbi quòd tenetur pater ex mutuo filiofamil. facto legationis causa intra eam summam, quam solebat filio administrare etiā patre inuito dato, Card. Mantic. *de tacitu & ambiguis conuent. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 22. Pichard. *in* §. *allud propriè, n.* 13. *Instit. quod cum eo.*

SVMMARIVM.

1 *Macedoniani beneficium patrem liberat ab actione de peculio, & dispositia in legibus de filio extenduntur ad nepotem.*
2 *Declaratur l. filius, ad SC. Maced.*
3 *l. item si filiusfamil. vers. interdum, ad SC. Maced. declaratur.*
4 *Macedoniani beneficium extenditur ad filios, nepotes, neptes, & pronepotes.*

L. Si filius. VI.

Imp. PHILIPPVS A. *&* PHILIPPVS C. *Theopompo.*

Macedoniani beneficium liberat patrem ab actione de peculio, & disposita in legibus de filio extenduntur ad nepotem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.* post omnes Gilchen. *tom.* 2. *pag.* 291. 1

Circa intellectum huius text. vide Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure*, *ff. de iustit. & iur. part.* 2. *cap.* 1. *sub num.* 12. vbi ait textum *in praesenti* expressè loqui in filio peculium habente, & contra Senatusconsultum mutuum accipiente, quod euenit quando extra peculiarem negotiationem à patre sibi permissam accepit, idcirco neque ille de mutuo efficaciter obligabitur, neque pater de peculio, vt hîc probatur. At verò text. *in l. item si filiusfamil. vers. interdum*, *ff. hoc tit.* loquitur in filio, qui rem peculiarem sibi à patre concessam mutuo sumpsit, quo casu voluntate patris contractum intelligitur, vt *ibi* dicitur, ac proinde & ille de peculio, & filius de mutuo tenebitur cessante Senatusconsulto, iuxta illud textum. & *n.* 14. subdit se existimare quòd onus probandi filium in peculiare negotium mutuum sumpsisse, creditori non incumbet, cui satis erit probare peculium filium habuisse, & cum eo negotiari solitum, quandiu è diuerso in alias quam in peculiares causas mutuum acceptum fuisse non edoceatur. 2 3

Et ad nepotes, &c.] Notatur ad hoc quòd Macedoniani beneficium extenditur ad filios, nepotes, neptes, & pronepotes, vt per Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 22. *cap.* 3. *num.* 9. Nicol. Mozz. *de contract. tractat. de mutuo, tit. quomodo deficiat mutuum*, *n.* 27. *in fine*, Nicol. Vigel. *in methodo iuris ciuilis*, *lib.* 17. *part.* 5. *cap.* 2. *replicat.* 13. *&* 14. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tit.* 157. *cap.* 3. *tom.* 1. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 4. *&* 5. Lessi. *de iusti. & iure, lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 2. *num.* 10. Rebell. *de obligat. instit. part.* 2. *lib.* 8. *tit. de vsuris, quaest.* 1. *sect.* 2. *n.* 15. 4

SVMMARIVM.

1 *Mutuum filiofamil. datum reconciliatur per patris ratihabitionem, & n.* 4.
2 *Ratihabitio patris Macedonianum excludit.*
3 *Filiusfam. miles Macedoniano non iuuatur.*
5 *Consensus alicuius vbi requiritur propter praeiudicium quod ei inferri potest, sufficit iustum consensum interuenire ex postfacto, nisi consensus requiratur formalis, seu authorizabilis, n.* 6.

Rati

7 *Ratihabitio, siue ratificatio retrotrahitur ad tempus actu gesti.*

8 *Filiusfam. miles, si mutuum recepit, efficaciter manet obligatus. idem de filio Clerico, vel Notario, remissiuè, n.9. & cur, num.10. & de Aduocato, n.11.*

12 *Miles non præsumitur expendisse pecuniam mutuatam in alios vsus, quam militiæ.*

13 *Filiusfamil. non potest renuntiare Macedoniani exceptioni. quamuis huic exceptioni renuntietur cum iuramento, n.14.*

15 *Renuntiationem Macedoniani non firmari iuramento.*

L. Si filiusfam. VII. & vlt.

Imp. IVSTINIANVS A. *Iuliano P.P.*

1 MVtuum filiofam. datum reconciliatur per pa-
2 tris ratihabitionem. Item ratihabitio patris
3 Macedonianum excludit, & filiusfam. miles Macedoniano non iuuatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1. supr. hoc tit.* post omnes Gilchen. *tom.2.pag.292.*

4 *Postea autem pater ratum contractum,* &c.] Notatur ad hoc quòd mutuum filiofam. datum reconciliatur, si patris voluntas post illud accedat, & ratum postea habeat, vt per Anton. Gom. *tom.2. var.c.6.n.2. limit.7.* Perez. *l.1. versic. tamen videtur dicendum, tit.8. lib.3. Ord. pag.607.* vbi quòd sufficit ratihabitio sequuta, Vigel. *in methodo iuris ciuilis, q.5. lib.17. cap.2. repl.28.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris ciuilis, lib.22. cap.3. n.11. vers.9.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. tit. de solut. resol.19. n.11.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.8. tit.7. n.29.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.5. collect.2039. limit.3.* Anton. Hering. *de fideiussor. cap.10. n.205.*

5 Notatur ad hoc quòd vbi consensus alicuius requiritur propter præiudicium, quod ei inferri potest, sufficit istum consensum ex postfacto interuenire, vt per Tiraq. *post leges connub. gloss.6. à num.37* Hieron. Gabr. *cons.2. num.1. cum seqq. lib.1.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.8. quæst.10. num.5. cum seqq.* D. Barbos. *in l.2. §. fin. n.19. ff. soluto matrim.* Gonzal. *ad regul.8. Cancel. gloss.47. n.33.* vbi *n.34.* limitat, nisi consensus
6 requiratur formalis, seu authorizabilis, quia tunc si non concurrit in ipso actu, est actus à principio nullus, & quamuis postea consensus sequatur, actus non conualescit.

7 *Generaliter omnis ratihabitio,* &c.] Notatur ad hoc quòd ratificatio, siue ratihabitio retrotrahitur ad tempus actus gesti, vt per Tiraq. *de retractu lign. §.1. gloss.10. n.64. cum seqq. & n.87. cum seqq. & de iure primog. q.34. n.35.* Auendan. *ad l.42. Tauri, gloss.2. num.3.* Verall. *decis.180. n.1. p.2.* Surd. *decis.245. n.1.*

8 *Sin autem miles filiusfam.* &c.] Notatur ad hoc quòd si filiusfam. sit miles, quando mutuum recepit, efficaciter manet obligatus, vt per Ord. Reg. Lusit. *lib.4. tit.50. §.4. l. Hisp.4. tit.1. part.5.* vbi Gregor. Lopez. *gloss.11.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.22. cap.3. num.10.* Vigel. *in methodo iuris ciuilis, part.5. lib.17. cap.2. replic.11.* Perez. *l.1. versic. fallit. quintò, ad med. tit.8. lib.3. Ordin. pag.603.* vbi etiam de filio Clerico,
9 vel Notario, Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.68. num.10.* vbi ait eam esse rationem, quia præsumitur
10 in causam castrensem vertisse, & nonnullos adducit dicentes hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, sed verius existimat non esse, admittíque probationem in contrarium, Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. tit. de solution. resol.19. n.10.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.8. tit.7. n.18.* Gutier. *in authent. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. n.52. cum seqq.* Molin. *de iustit. p.2. disp.301. n.6. vers. tertius,* Rebell. *de oblig. iustit. p.2. lib.8. q.2. n.14. versic. septimo, & n.15. in fine,* Iul. Pac. *in tract. de mutuo, c.6. n.28.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.121. n.1. & 2.* vbi
hoc etiam in Clerico filiofam. & Aduocato proce- 11
dere ait, ex eo quòd valet argumentum de milite ecclesiastico ad terrestrem.

Et ex præsumptione omnis miles, &c.] Notatur ad 12
hoc quòd miles non præsumitur expendisse pecuniam mutuatam in alios vsus, quàm militiæ, vt per Anton. Gom. *d. tom.2. cap.6. num.2. vers. nonò limita,* Molin. *d. vers. tertius,* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. p.2. cap.7. n.14.*

In gloss. *Ex præsumptione, vlt.* ibi, *an autem possit* 13
renuntiare filiusfam. &c. Notatur ad hoc quòd filiusfamil. huic Macedoniani exceptioni renuntiare non potest, de quo vide Anton. Gom. *var. tom.2. c.6. n.2. vers. quod primò extende,* Petr. Gregor. *d. lib.22. cap.2. n.9.* Couar. *in c. quamuis pactum, p.2. §.3. n.4. versic. ego verò,* Mynsing. *in §. illud propriè, n.9. Instit. quod cum eo,* Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. de personis, quæ possunt mut. n.26. & in cap. fin. n.19.* Gutier. *de iuram. confirm. p.1. cap.43. n.5.* Fachinæ. *controu. iuris, lib.2. cap.61.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.1. tit.157. cap.5.* Azeued. *l.2. n.2. tit.11. lib.6. nouæ Recopilat.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. tit. de solutionib. resol.19. n.19.* Molin. *d. disp.301. n.4. vers. præterea,* Less. *de iustit. lib.2. cap.20. dubit.2. n.8. vers. vnde,* Rebel. *d. quæst.1. sect.2. n.15.*

Quæ resolutio ampliatur procedere, quamuis 14
huic exceptioni cum iuramento renuntietur, vt per Azeued. *d. l.22. n.6.* vbi Matiens. *gl.8. num.8.* Mozz. *dict. cap. fin. n.15. & d. tit. de personis quæ possunt mut. n.26.* Alex. Trentacinq. *d. resol.19. num.20.* latè Ceuall. *commun. contra commun. quæst.562. versic. solet tamen,* vbi dicit hanc opinionem, videlicet talem re-
nuntiationem non firmari iuramento, esse verissi- 15
mam, ac in iudicando & consulendo ab ea non esse recedendum, idem asserit *tom.3. quæst.775. num.8.* Quamuis contrarium, immo talem renuntiationem firmari iuramento, teneant Perez. *d. l.1. versic. fallit tamen, in fine, tit.8. lib.3. Ordin. pag.603.* Gutier. *dict. part.1. cap.43. n.2. versic. rursus, & num.5.* Parlad. *quotid. lib.2. cap.4. n.2.* Cardin. Mantic. *d. lib.8. tit.7. num.32.* Azor. *instit. moral. part.3. lib.7. de mutuo, c.5. quæst.5.*

Ad Senatusconsultum Velleianum.

TIT. XXIX.

QVOD factum in gratiam mulierum, eas pro aliis intercedētes obligationi eximit, nisi in dolo reperiatur, vel legitimo modo huic beneficio renuntiārint. Scripserunt in hanc rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli, vide Ordin. Reg. Lusitan *lib.4. tit.61. l. Hispan.2. cum seqq. tit.12. part.5.* Anton. Gom. *l.61. Tauri, & tom.2. var. cap.13. n.16. cum seqq.* Viui. Kirchou. Bellacomb. & alios *tom.2. commun. opin. lib.4. tit.19.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.3. collect.295.* Mastrill. *Siciliæ decis. 151.* Surd. *cons.367.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.3. tit. de fideiussor. resolut.2.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.1. tit.156.* Molin. *de Iustit. tract.2. disput.540.* Less. *in simili tract. lib.2. cap.28. dubit.2. num.12. cum seqq.*

seqq. Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib. 16. quæst. vnic. de fideiussorib. num. 7. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib. 25. num. 210.* Bened. Æ. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, part. 2. cap. 7. n. 1. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Mulieri intercedenti, aut fideiubenti succurritur, pro alio autem non obligato, repetitio non datur, & num. 2.*

3 *Mulier non iuuatur Velleiano quando incipit à solutione. non iuuatur si animo decipiendi fideiubeat, num. 6. vel decipiat creditorem vestibus virilibus induta, num. 7.*

4 *Viduæ, nuptæ, virgines sub mulieribus comprehenduntur. dummodo non sint hæreticæ, ibid. aut Reginæ, num. 5.*

8 *Mulierum genus auarissimum.*

L. Mulieribus. I.

Imp. ANTONINVS. A. *Lucillæ:*

1 MVlieri intercedenti, aut fideiubenti succurritur, pro alio autem non obigato soluenti, repetitio non datur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig. Salicet Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac Donell. Aloys. Leo *in 4. fol. 23.* Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in eot. cord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 3. tit. 12. part. 5. vbi gloss. 11. & l. 17. tit. 14. par. 5. vbi gloss. 2.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. c. 13. n. 16 post med.* vbi intelligit hunc text. quando esset facta solutio post sententiam definitiuam, in qua plenè cognitum est de causa, vnde subdit quòd si mulier soluerit ante illam creditori, poterit repetere per condictionem indebiti, & attestatur sic vidisse practicare in quadam vidua, quæ fuit obligata instrumento garentigio tanquam fideiussor alterius cuidam mercatori, & facta sibi executione soluit, & tamen cùm postea de eius consilio egisset côdictione indebiti ad repetitionem pecuniæ, obtinuit, quia ad solutionem faciendam virtute instrumenti garentigij nulla præcedit cognitio. Alex. Trentacinq.
3 *var. resolut. lib. 3. tit. de fideiussorib. resol. 2. num. 12.* vbi quòd mulier non iuuatur Velleiano qoando incipit à solutione, Rebell. *de obligat. instit. p. 2. lib. 16. quæst. vnic. de fideiussor. num. 7. & 8.*

4 *Mulieribus.*] Siue sint viduæ, aut nuptæ, vel virgines, vt per Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. p. 2. cap. 7. num. 18. in princ.* Vincent. de Franchis *decis. 613. n. 8. & 9.* dummodo non sint hæreticæ, Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum &*
5 *uxor. §. 35. num. 5.* Neque Reginæ, hæ enim auxilium Velleiani non petunt aduersùs creditorem, apud quem pro alio intercesserunt. Conan. *comment. iuris ciuilis l. 1. cap. 16. col. 2.*

6 *Si id contrahentes non ignorent, &c.*] Notatur ad hoc quòd mulier non iuuatur Velleiano si animo decipiendi fideiubeat, vt per Alex. Trentacinq. *d. resol. 2. n. 8.* nam hoc beneficium non debet esse causa decipiendi creditores, Papon. *lib. 2. tit. 5. aresto 5.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 1. tit. 156. cap. 5. vers. hoc beneficium.* Et Velleianum subuenit deceptis, & non decipientibus. Vincent. de Franchis *tom. 2. decis. 623. n. 14.* Benedict. Ægid. *d. p. 1. cap. 7. sub n. 3. vers. quare.*

In gloss. *Si non ignorent.* ibi, *quia fuit vestita veste virili,* &c. Notatur ad hoc quòd mulier non gaudet Velleiano, si decipiat creditorem vestibus virilibus induta, vt per Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 61. §. 3.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 540. n. 15. vers. quintus,* Rebel. *d. l. 16. quæst. vnic. de fideiuss. num. 12. vers. quintò,* Tiraq. *de iure mariti, gloss. 8. n. 135.*

In gloss. *Nulla.* ibi, *est enim auarissimum genus,* &c. 8
Notatur quòd mulierum genus auarissimum est, vt per *l. Hisp. 3. tit. 11. p. 4.* ibi, *porque son las mugeres naturalmente codiciosas e auariciosas,* Tiraq. *ad leges connub. p. 9. gloss. 1. num. 43.* Burg. de Paz *cons. 3. n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1076. n. 29.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 71. n. 13.* Aldouin. *cons. 79. n. 10.*

L. Frustrà. II.

Idem A. Nepotianæ.

MVlieri conuentæ ex debito proprio cessante 1
intercessione, vel fideiussione, Velleiani exceptio. & allegatio parum prodest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
l. Hisp. 3. tit. 12. p. 5. vbi gloss. 12. Mozz. *de contractib. tract. de mandato, tit. de personis inter quas cadere potest mandatum, n. 10.* Rebell. *de obligat. instit. p. 2. l. 16. quæst. vnic. de fideiuss. n. 12. vers. vltimo, in fine.*

L. Si Cùm ipse. III.

Iidem A. Seruato.

ETiamsi pro filio mater intercedat, iuuatur Velleiano. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Mulieri succurrit Velleianum, si præcedente obligatione tertij pretium soluit, non autem vbi nulla præcessit obligatio.*

2 *Mulier non iuuatur Velleiano, quando rem suam in solutum pro marito debitore dat creditori mariti.*

L. Senatusconsultum. IV.

Imp. ALEXANDER A. *Alexandriæ.*

MVlieri succurrit Velleianum, si præcedente 1
obligatione tertij pretium soluit, nnn autem vbi nulla obligatio præcessit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide Alex. Trentacinq. *var. resol. l. 3. tit. de fide-* 2
iuss. resol. 2. n. 6. vbi quòd mulier non iuuatur Velleiano, quando rem suam in solutum pro marito debitore dat creditori mariti, & respondet *ad l. fin. §. item si mulier, ff. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus uxoris bona sine speciali ipsius consensu non obligat.*

2 *Mulieri dolosè tacenti, & ad decipiendũ prompta, Velleiano non succurritur.*

3 *Maritum cum consensu uxoris res dotales alienare posse.*

4. *Grauamen licèt imponi non possit nominato ad emphyteusim, valet tamen si pars consentiat, & n. 5.*

6 *Mulier non iuuatur Velleiano si viro alienanti bo-*

na

na, in quibus habeat hypothecam, tacuerit animo decipiendi eum, à quo maritus accipiebat mutuum.

7 *vt Taciturnitas noceat, machinatio exigitur, & dolus.*

8 *Dolus mulieris non præſumitur ex ſola præſentia & taciturnitate, niſi aliter conſtet de fraude.*

9 *Intellectus l. ſi ſine voluntate, verſ. decipere voluiſti, ad SC. Velleian.*

10 *Præſens alienationi rei prohibitæ alienari, ſibi præiudicat ſi doloſè venerit.*

11 *Taciturnitati ſi fraus coniuncta, & dolus, tacens conſentire præſumitur.*

12 *Mulier in alienatione rei dotalis eam rem non dotalem aſſerens, non auditur huiuſmodi alienationem impugnatura.*

L. Si ſine voluntate. V.

Idem A. *Popiliæ.*

1 MAritus vxoris bona ſine ſpecialis ipſius con-
2 ſenſu non obligat. Item mulieri doloſè tacenti, & ad decipiēdum promptæ. Velleian. beneficium non ſuccurrit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* Aloyſ. Leo *in 4. fol. 23.*

3 *Quòd ſi conſenſiſti obligationi*, &c.] Nota quod per argumentum à contrario ſenſu deſumptum ex Ordin. Regia Luſitan. *lib. 4. tit. 60. in princip.* videtur dicendum poſſe maritum cum conſenſu vxoris res dotales alienare, contra *l. ſi prædium, C. de iur. dotium*; & quamuis nonnulli eam reſtringendam eſſe aſſerant ad ſpeciales euentus, quibus res dotales alienare licet; verius tamen dici poteſt argumentum à contrario ſenſu ex prædicta ordinatione ita eſſe accipiendum, vt ſi ſine conſenſu vxoris maritus fideiubeat, pars vxoris ipſo iure remanebit illæſa; ſi verò conſentiat vxor marito fideiubenti, tunc etiam eius pars ipſo iure remanebit obligata, ita vt ſtante iure noſtro Regio, quo generalis bonorum ſocietas, & communicatio inter coniuges inducta eſt, quando aliter non contraxerunt, ſi vxor viro pro alio fideiubenti in ipſo fideiuſſionis inſtrumento aſſentiat, ſéque pariter obliget cum marito, non tenebit fideiuſſio quod ad mulierem attinet, nec pro parte bonorum communium, quæ ad illam pertinet. Ita Gam. *Luſit. deciſ. 131.* vbi Flores de Mena, D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſolut. matrim. p. 3. n. 60.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure, part. 2. c. 7. n. 18.* Parens *in remiſſ. ad Ord. Regiam d. tit. 60. in princ. n. 2.*

4 Nota quòd licet grauamen imponi non poſſit nominato ad emphyteuſim, Aretin. *conſ. 53. n. 1.* Grat. *conſ. 32. n. 8. lib. 1.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæſt. 18. n. 13. & de renouat. q. 16. n. 23. & de poteſtate eligendi, cap. 16. num. 3. & 19.* Valaſc. *conſult. 27. n. 8.*
5 *& conſ. 132. n. 37.* nihilominus tamen ſi pars conſentiat, valet grauamen. *l. ſicut, §. venditionis, ff. quibus modis pignus*, Iaſ. *conſ. 13. num. 2. ad fin. & n. 4. vol. 1. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum, n. 37. ff. de legat. 1.* Cald. Pereira *de nominat. q. 2. n. 9. & de poteſt. eligendi cap. 16. n. 23.* Surd. *conſ. 598. n. 12.*

6 *Quòd ſi patientiam præſtitiſti*, &c.] Notatur ad hoc quòd ſi mulier viro alienante bona, in quibus habebat hypothecam, tacuerit animo decipiendi eum, à quo maritus mutuam pecuniam accipiebat, ex illa taciturnitate inducetur pignoris remiſſio, & SC. Velleiano non iuuabitur, quo infirmitati, non calliditati mulierum conſulitur, vt per Neguz. *de pign. p. 6. membr. 3. n. 25. verſ. quartò reſtringitur*, Maſcard. *de probat. concl. 1173. aliàs 1178. n. 29.*

Decipere voluiſti, &c.] Ergo exigitur machinatio, 7
& dolus vt taciturnitas noceat, vt per Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæſt. 16. num. 55.* Vnde ex ſola 8
præſentia & taciturnitate dolus mulieris non præſumitur, niſi aliter conſtet de hac fraude, ſicut reſoluit D. Barboſ. *in l. quæ dotis 34. num. 163. in princ. ff. ſoluto matrim.* vbi dicit hunc textum poſſe intelligi de 9
muliere diſſimulante animo doloſo, ſubdítque dolum præſumi quando mulier præſens negauit res eſſe ſuas, cùm eſſent, vel quando probaretur quòd inter maritum & vxorem conuenit quòd ipſa diſſimularet, quando maritus res illius hypothecaret tanquam proprias, ſecus aſſerens quando mulier propter reuerentiam mariti diſſimulauit, vel ſcientiā mulieris contingit poſt iam factam hypothecam, vel alienationem, quia tunc non præſumitur dolus, neque conſenſus.

Notatur ad hoc quòd præſens alienationi rei pro- 10
hibitæ alienari in fauorem ipſius ſibi præiudicat, ſi doloſè tacuerit, vt per Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 9. num. 156.*

Notatur etiam ad hoc quòd quando taciturnitati 11
coniuncta eſt fraus, & dolus, tacens præſumitur conſentire, vt per Cap. *reg. 56. num. 16.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 99. n. 39.*

Notatur etiam ad hoc quòd ſi mulier in aliena- 12
tione rei dotalis eam rem non eſſe dotalem aſſerat, non auditur ſi velit huiuſmodi alienationem impugnare, vt per Tiraquel. *de iure mariti, gloſſ. 8. n. 35.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. part. 5. à n. 43.* Baēça *de non meliorandis filiab. cap. 30. n. 12. & de inope debitore, cap. 16. n. 94. in fine.*

L. Si mater. VI.

Idem A. *Torquato.*

MAter quæ indemnitatem tutoribus filiorum promiſit, etiamſi eis fideiuſſores dederit pro adminiſtratione conſequenda, Velleiano non iuuatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier conſentiens fundum ſuum pro alio obligari, inutiliter conſentit.*

2 *Rem matris inutiliter venditam filius ſine pretio reddito recuperat.*

3 *Filius vt hæres matris poteſt infringere factum patris illegitimum.*

4 *Mulier dicetur eſſe in dolo ſi dum erat præſens, paſſa fuit maritum obligare rem ſuam tanquam propriam.*

L. Si ſciens. VII.

Imp. Gordianvs A. *Viuiano.*

MVlier conſentiens fundum ſuum pro alio 1
obligari, inutiliter conſentit. Rem matris, 2
inutiliter venditam filius ſine pretio reddito recuperat. Filius vt hæres matris poteſt infringere factum illegitimum patris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 3

Aduertit D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſolut. matrim. p. 5. n. 47.* 4
quòd in terminis huius text. dicetur mulier eſſe in dolo ſi dum erat præſens paſſa fuit maritum obligare rem ſuam tanquam propriam.

SVMMARIVM.

1 *Plures suscipientes in se obligationem alterius, obligari in viriles.*
2 *Mulier quatenus iuuatur per Velleianum, catenus aduersùs pristinum debitorem restituitur actio.*
3 *Filios, non filias, ob S.C. Velleianum teneri ex nouatione paterna obligationis.*

L. Si paternam. VIII.

Idem A. Triphoni.

1 PLures suscipientes in se obligationem alterius,
2 obligantur in viriles. Et quatenus mulier per
Velleianum iuuatur, eatenus aduersùs pristinum de-
3 bitorem actio restituitur. Ex nouatione obligationis
paternæ filij, non filiæ ob Senatusconsultum Velleianum tenentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

L. Quamuis. IX:

Idem A. Proculo.

MVlier per errorem soluens, Velleiani beneficio solutum condicit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.num.1.sup.hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Mulierem ex propria prædiorum conductione, non per maritum facta obligari.*
2 *Velleiani exceptio non habet locum in negotio principaliter pertinente ad vxorem.*
3 *Mulierem vxoratam validè solam contrahere, visum.*

L. Si aduersarius. X.

Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. Triphonæ.

1 MVlier ex propria præditorum conductione,
2 per maritum facta, obligatur. In negotio principaliter ad vxorem pertinente Velleiani exceptio non habet locum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

3 Præsupponere videtur hic text. mulierem vxoratam valide solam contrahere, de quo Tiraquel. *de iure marit. gloss.8.num.5.* Corduba de Lara *in l.si quis à liberis, § si quis ex his, num.236 ff. de liber. agnosc.* D. Barbos. *in l.1.ff. soluto matrim. part. 1. n. 28. prope fin.* vbi intelligit super paraphernalibus.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem iuri hypothecarum renuntiare posse, & num.2.*
3 *Vxor potest renuntiare iuri hypotheca, quam habet in bonis mariti pro securitate dotis, & num.7. intellige vt num.4.*
5 *Donare prohibitus, non prohibetur remittere pignus, vel hypothecam.*
6 *Mulier licet renuntiare possit hypotheca generali, non tamen potest speciali, qua censetur fortior.*

L. Etiam constante. XI.

Idem A. Eboræ.

MVlier iuri hypothecarum renuntiare potest. 1
Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Anton. Gom. *l.56. Tauri, n.10. col.2.* vbi quòd 3
vxor potest renuntiare iuri hypothecæ quam habet 4
in bonis mariti pro securitate dotis, & intelligit quando in aliis rebus maritus est soluendo, vel quando fit remissio hypothecæ generalis inductæ à lege; secus verò si fiat remissio hypothecæ specialis & expressæ factæ per maritum, Neguzant. *de pignorib. membr.4.n.84. & part.6. membr.3.n.14. & 48.* Molin. *de iustit. tract.2. disp.438. num.11.* vbi principalem tenet conclusionem, sed reprobat supradictam distinctionem inter tacitam & expressam hypothecam, necnon resolutionem, quam defendit Gutier. *de iure confirmat. part.1. cap.46. num.11.* dum existimauit mulierem tempore, quo dat dotem, non posse pacisci quòd res viri non sint obligatæ pro dote, & sic renuntiare huic tacitæ hypothecæ, quæ à lege inducitur in sui fauorem, dicens textum in præsenti procedere in hypotheca voluntaria ex alia causa contracta, quàm dotis.

Notatur ad hoc quòd qui donare prohibetur, non 5
prohibetur remittere pignus, vel hypothecam, vt per Tiraquel. *in l.si vnquam, verbo donatione largitus, n.109. C. de reuocan. donat.*

In gloss. *Hypothecarum.* ibi, *exceptis iis, quæ speciali-* 6
ter ob dotem obligantur. Notatur ad hoc quod licèt mulier generali hypothecæ renuntiare possit, non tamen speciali, quæ censetur fortior, vt per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem. §.17. n.19. ad fin.* Anton. Gom. *d.l.50. Tauri n.10. col.2.* D. Bar-
bos. *in l.1.ff. soluto matrim. part.5. num.66.* vbi etiam 7
per hunc text. tenet mulierem posse renuntiare hypothecæ, quam habet in bonis mariti etiam in fauorem ipsius mariti, ita vt apud eum maneant bona libera à prædicta hypotheca, quia huiusmodi renunciatio non potest dici intercessio pro alio, sed mera liberalitas, pro qua non competit Velleianum, tum etiam, quia hæc liberalitas prohibita non est inter coniuges, & *num.67.* colligit ex hoc text. posse fieri pactum quòd bona mariti non sint hypothecata pro dote. Sed de veritate huius resolutionis à glossa præstita, vide posita *in l.iubemus, infr. hoc eod. tit.*

In quo autem differat decisio huius text. à decisione *l.iubemus, infr. hoc eod. tit.* commodiùs dicemus *in collectan. ad eandem l.iubemus.*

SVMMARIVM.

1 *Mulierem non iuuari Velleiano in dote promissa, & num.2. procedit non solùm in sola muliere dotante, sed etiam insimul cum marito, num.3.*
4 *l.1.ff. sol. mat. & l.fin. C. ad SC. Velleian. conciliatæ.*

L. Si dotare. XII.

Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Sepidutæ.

IN dote promissa per socerum genero, & filiæ, Vel-
leiani beneficium mulieri non succurrit. Colli- 1
gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.*

Alle

1 Allegari solet hic text ad hoc quòd mulier in dote promissa non potitur Velleiano, vt per Vincent. de Franchis *tom.1.decis.*182. *num.* 1. Aluar. Valasc. *consil.*127.*num.*2. Calder. Pereira *post.quæst. forens.*
3 *consil.*1. *num.*24.& citato infrà *ad l.1, fin.hoc eod. tit.* Quod procedit non solùm in muliere sola dotante, sed etiam insimul cum marito, secundùm Baëc. *in tractat.de non meliorandis ratione dotis filiabus,c.* 11. *num.* 37. Anton.Gom.*l.*50.*Tauri,n.*25. Valasc.*d.consil.*127.*n.*3.
4 Aduertit D.Barbos.*in l.1.ff.soluto matrim.part.*1. *num.*11.*versic.non obstat,& num.*16.decisioni huius text. apertè repugnare *l.fin.inf. à hoc eod.ti.* vbi Iustinianus dicit se nouè constituere quòd mulier promittens dotem non iuuetur Velleiano, & sic significat mulierem promittentem dotem ante illam nouam legem iuuari Velleiano, quod apertè repugnat decisioni huius text. & reprobato conciliandi modo, quem adducit Neguzant.*de pignorib.*1.*membr.* 8. *partis,n.*25.& Ruin.*cons.*195.*n.*3.*l.*1. Longè meliùs respondendum asserit idem D.Barbos. textum *in præsenti*, non probare generaliter mulierem promittentem dotem non iuuari Velleiano, sed tantùm id probare in casu particulari, quando scilicet mater pro filia dotem promittit; hunc enim casum prudentes interpretati sunt nō includi sub dispositione generali Velleiani, ex ratione, quam ibi adducit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier obligatur ex mutuo, nec refert qualiter vtatur, sed qualiter contrahat, & n.*2.

3 *Mulier potest pecuniam mutuò recipere, & soluere pro alio, etiam quòd is, qui eam illi mutuat, sciat velle mulierem pro alio soluere.*

L. Si fœnebris. XIII.

Impp. Dioclet. *&* Maximian. AA. *Condianæ.*

1 MVlier accipiens mutuum obligatur ex eo, nec refert qualiter vtatur, sed qualiter contrahat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1.*n.*1.*sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
3 mit Vincent. de Franchis *decis.*179. *ex num.*1. vbi quòd mulier potest mutuò pecuniam recipere, & pro alio soluere, etiam quòd is qui eam illi mutuat, sciat quòd mulier vult pro alio soluere, quia censetur tunc mulier velle donare, quo casu cessat Velleianum, quod inductum fuit ad tollendas obligationes, & intercessiones mulierum, quas facilè faciunt, non autem ad tollendum donationes, ad quas difficulter mulieres inducuntur, cùm earum genus sit auarissimum, & *n.* 8. subdit hunc text. non procedere vbicunque est color quæsitus ratione fraudis, in qua creditor particeps est, sed procedit text. *in l. Seia, §.fin.ff.hoc tit.*& addit quòd dicitur color quæsitus quando sub velato contractu venditionis sit contractus intercessorius.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Velleiani fideiussori, & mandatori mulieris prodest, & n.*2.

3 *Fideiussores mulierum Velleiano potiuntur, restituta creditori actione aduersùs priorem debitorem.*

4 *Mandatum inter mulierem, & eius fideiussorem quando non sit obligatorium.*

L. Mulierem. XIV.

Iidem AA. *&* CC. *Basilissæ.*

EXceptio Velleiani fideiussori, & mandatori mulieris prodest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text desumit à Bened. Ægid. *in repet.l.ex hoc iure, ff.de iustit. & iure, part.2.cap. 7. num.*2. vbi dicit quòd fideiussores 3 mulierum Velleiani auxilio adiuuantur restituta creditori actione aduersùs priorem debitorem, cùm generale sit exceptiones debitoribus principalibus competentes illorum fideiussoribus quoque competant, etiam debitore ipso principali inuito, & *n.*3. hinc colligit non esse obligatorium mandatum in- 4 ter mulierem & fideiussorem eius in casu isto celebratum, cùm fideiussor creditorem, apud quem pro muliere intercessit, Senatusconsulti auxilio excludere rectè possit; quinimo nec tali mandato mulier tenebitur etiam in casu, quo fideiussor efficaciter creditori obligaretur, qui casus euenit cùm mulier mandat alicui, vt pro alio fideiubeat, & ille implens mandatum apud creditorem hac de re ignarum intercedit, quo casu fideiussor, qui contemplatione & mandato mulieris intercessit, efficaciter obligatur. *l.si fideiussores, l.fin.§.si mulier.*2.*ff.hoc tit.*& tamen si ob eam causam aduersùs mulierem mandati iudicio contendat, exceptione repelletur, *d. §. si mulier*; & tandem *n.*4.*prope fin.* cōcludit mulierem, quæ alteri mandat in alienam causam, & vtilitatem, efficaciter non obligari, ideo siue fideiubere pro alio mandet, siue mutuare, siue quodcunque aliud alienæ causæ, & vtilitatis negotium mandet non obligabitur ex mandato, sicut nec ex alio contractu aliorum in se suscipere obligationem, *l.*2.*§.fin.ff.hoc tit.*

L. Si vxor. XV.

Iidem AA. *&* CC. *Agrippino.*

EX mandato mulieris pro alio promittens ab ipso initio efficaciter non tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.*

Vide posita *in collect.ad l.præcedentem.*

L. Si mulier. j. XVI.

Iidem AA. *&* CC. *Rufino.*

SI mulier alienam obligationem animo nouandi in se transtulit, creditori per exceptionem Velleiani exclusio contra debitorem restituitur vtilis actio prima. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vxoris nomen simulate appositum instrumento locum non facit obligationem nullam ratione simulationis, nec contractus per Velleiani exceptionem rescinditur ob nullitatem notoriam.*

2 *Contractus simulatus quòd sit ipso iure nullus, remissiuè.*

L. Si cùm pater. XVII.

Iidem AA. *&* CC. *Alexandro & alijs.*

1 VBi nomen vxoris simulatè est appositum in instrumento loco viri obligatio est ipso iure nulla ratione simulationis, nec contractus per Velleiani exceptionem rescinditur ob nullitatem notoriam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1. sup. hoc tit.*

2 De contractu simulato quòd sit ipso iure nullus, tenent Tiraquel. *de retractu lign. §.1 gloss. 2. num. 12. cum seq.* Franc. Bec. *cons. 51. num. 35. & seqq. lib. 1.* latè Farin. *in praxi crim. tit. de falsitate & simulatione, q. 162. n. 9. cum seqq.*

L. Fœminis alienas. XVIII.

Iidem AA. *&* CC. *Zotico.*

1 MVlieri creditorem decipienti non succurrat Velleiani exceptio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 61. §. 3. L. Hispan. 3. tit. 12. par. 5.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 540. num. 15. vers. quintus*, Rebell. *de oblig. iust. par. 2. lib. 16. quæst. vnic. de fideiussorib. num. 12. versic. quinto*, & alij citati *ad l.1. suprà hoc eodem tit. in verb. si id contrahentes.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier ab initio debitricem se constituens, Velleiano gaudet.*

2 *Mulieribus non minus subueniri Velleiano, si à principio alienum debitum in se suscipiant, quàm si fideiussores existant; secus si non suscipiendo in se debitum alienum, illud quasi donando loco alterius soluant, n. 3.*

4 *Mulierem, siue soluta, siue coniugata fideiubeat, Velleiano potiri, etiam in foro conscientiæ, & n. 5.*

L. Cùm ad eas. XIX.

Iidem AA. *&* CC. *Faustinæ.*

1 MVlier ab initio debitricē se constituens, gaudet Velleiano. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Nota non minus subueniri mulieribus priuilegio Velleiani, si à principio alienum debitum in se soluere loco alterius suscipiāt, aut nouatione alienum debitum in se transferant, quàm si fideiussores existant, vt per Molin. *de iust. tract. 2. disp. 540. num. 2.*

3 *in fine*, vbi secus dicit si non suscipiendo in se debitum alienum, illud quasi donando loco alterius soluant.

4 Cuius quidem Senatusconsulti Velleiani exceptione vti possunt mulieres in suscipientes alienam obligationem etiam in conscientiæ foro, iuxta sententiam Bartoli *in Extrauag. ad reprimendum, verbo denuntiationem, col. 2. num. 13.* Abb. *in cap. quia plerique, quæst. 8. num. 27. de immun. Eccles.* Tiraquel. *ad leges connub. gloss. 4. num. 16.* Azeued. *l. 9. num. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ Recop.* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 13. num. 16. &* Tanri *num. 124.* Gutier. *de iurament. confirm. par. 1. cap. 12. num. 5* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 540. num. 2. in princ.* Lessi. *eod. tract. lib. 2. cap. 18. dub. 2. num. 15.* Sanchez *de matr. lib. 4. disp. 9. num. 14. versic. dixi consultò*, vbi tenet quòd siue mulier soluta siue coniugata, secluso omni metu liberè 5 fideiubeat, sicut in foro externo eius fideiussio nulla est, ita in foro conscientiæ non obligat, potéstque non soluere, & si soluerit, repetere vtendo beneficio Velleiani.

SVMMARIVM.

1 *Velleianum transit ad heredes mulieris, & n. 2. cur, n. 3.*

L. Hæredes. XX.

Iidem AA. *&* CC. *Theodosiano.*

VElleiani beneficium ad hæredes mulieris transit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 21. cap. 14. versic. enim verò*, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. num. 18.* vbi ait quòd hoc beneficium ideo transit ad hæredes, quia personale non est, ex quo priuilegij causa non est immediatè persona mulieris, sed ipsa deceptio, D. Barbos. *in l. quia tale, ff. soluto matr. num. 52.* vbi dicit hunc textum procedere ex ratione, qua procedit illa resolutio de restitutionis beneficio transmittenda ad hæredes, videlicet, quia licèt constitutio competens maioribus, sit etiam remedium mixtum, quod datur considerata persona absentis & iusta causa, tamen quoad effectum transmissionis assumit naturam simplicis realis. 2 3

SVMMARIVM.

1 *Mulieres iuribus suis, in primis iuri hypothecarum, renuntiare possunt.*

2 *omnis Renuntiatio restringitur ad contractum, personam, & causam, super qua interponitur, & non extenditur ad aliam.*

3 *Renuntiatio vnius, non inducit renunciationem alterius, etiam in eadem re.*

4 *Renuntiatio insurgens ex consensu præstito venditioni rei hypothecatæ, solum ius hypothecarium in ea re extinguit, & ad aliam non extenditur.*

5 *Velleiani beneficium, quo mulieri succurritur, si iuri suæ hypothecæ renuntiauit, restringitur quoad personas, pro quibus immediatè consensit, & renuntiauit.*

6 *Mulier iuri hypothecæ, quam habet pro dote sua in alijs rebus mariti, renunciare potest. amplia vt n. 7. siue hypotheca sit generalis, siue specialis, n. 8. & 11. procedit in renuntiatione tam expressa, quàm tacita, n. 9. secus si tempore, quo fit hæc renunciatio hypothecæ, non supersunt marito bona sufficientia ad dotis solutionem, n. 12.*

10 *Mulierem iuuari Velleiano aduersus tacitam hypothecæ renuntiationem.*

13 *Mulier renuntiare potest hypothecæ conuentionali, non verò tacitè. displicet D. Carbosa, num. 14. nocere hanc renuntiationem mulieri tantùm in ea causa, in qua facta inuenitur, & tantùm quoad eam personam, cuius contemplatione facta fuit num. 15.*

16 *Mulier an possit renuntiare priuilegio Velleiani, ita vt*

vt ſi cum illius priuilegy renunsiatione. fideiuſſor
alicuius exiſtat, omnino obligetur, at ſi mulier non
eſſet, neque tunc illi proſit exceptio Velleiani, re-
miſſiué.

17 *Mulier gaudet priuilegio Velleiani, etiãſi ei renun-*
ties in ind cin. modò ſciens ſe in eo euenten gaudere
Velleiano, illi poſt eam ſcientiam renuntiet, n.18.

19 *Mulierem in foro exteriori non preſumi ſciuiſſe pri-*
uilegium, aut de ipſo fuiſſe certioratum ante re-
nuntiationem, niſi probetur, non ſufficere renuntia-
tionem in genere priuilegiorum, vt cenſeatur etiam
renuntiatum Velleiano, ſed neceſſariam eſſe renun-
tiationem illius etiam in particulari, n.10.

21 *Mulier cum iuramento fideiubens pro aliquo non*
potitur Velleiano.

L. Iubemus licere. XXI.

Imp. Anastas. A. *Celeri Mag. Offic:*

MVlieres iuribus ſuis, in primis iure hypothe-
1 carum renuntiare poſſunt. Colligunt ex Ord.
Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup. hoc tit.*
2 *Pro vno contractu, &c.*] Notatur ad hoc quòd om-
nis renuntiatio reſtringitur ad contractum, perſo-
nam, & cauſam, ſuper qua interponitur, & non ex-
tenditur ad aliam, vt per Anton Gom. *l.22. Tauri n.*
13. ante med. Roman. *conſ.132. in fine*, Deci. *conſ.379.*
n.6. & conſ.551 num.9. Iaſ. *conſ.159. n.1. l.2.* Tiraqoel.
3 *de retract. lign. §.1. gloſſ.9. num.163.* vbi quòd renun-
ciatio vnius non inducit renunciationem alterius,
etiam in eadem re, Menoch. *conſ.329. n.17. cum ſeqq.*
4 vbi quòd renuntiatio inſurgens ex conſenſu præſti-
to venditioni rei hypothecatæ, ſolum ius hypothe-
carium in ea re extinguit, & ad aliam rem non ex-
tenditur, & *de præſumpt. lib.3. præſumpt.119. n.3.* vbi
5 quòd beneficiũ Velleiani, quo mulieri ſuccurritur,
ſi iuri ſuæ hypothecæ renuntiauit, reſtringitur quo-
ad perſonas, pro quibus immediatè conſenſit, & re-
nuntiauit. Surd. *dec.109. n.10* vbi quòd renuntiatio
prodeſt ſolùm ei, cui facta eſt, non aliis.
6 *Iuri hypothecarum, &c.*] Notatur ad hoc quòd li-
cèt res dotales nec alienari, nec obligari poſſint
etiam mulieris accedente conſenſu, poteſt tamen
mulier renuntiare iuri hypothecæ, quam habet pro
dote ſua in aliis rebus mariti, vt per Afflict. *dec.311.*
n.1. Neguzant. *de pig. or p.6. n.14.* Palat. *in rep.*
rub. de donat. inter virum & vxor. §.17. n.14. ad fin.
Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.1. q.18. à n.55.* vbi hanc
tenet concluſionem, & ampliat procedere non ſo-
7 lùm in muliere expreſsè renuntiante hypothecæ,
quam habet in bonis mariti, ſed etiam quando cõ-
ſentit eum rem ſibi hypothecatam alienare, quia
hoc caſu tacitæ hypothecæ videtur renunciare, &
reſpondet ad text. *in l. vir vxori, §.1. ff. hoc tit.* & *n.56.*
8 tenet mulierem hypothecarum iuri renuntiare poſ-
ſe, ſiue hypotheca generalis ſit, ſiue ſpecialis, & ideo
cauendum admonet *à gloſſ.2. in l. etiam 11. ſup. hoc*
eodem tit. quæ voluit mulierem ſpeciali hypothecæ
non poſſe renuntiare: ſubdit que limitandam hanc
legem vt non procedat quãdo maritus tempore re-
nuntiationis non habeat bona ſufficientia ad ſol-
uendam dotem, tunc enim renuntiatio mulieris cir-
ca hypothecam in effectu includit renuntiationem
repetitionis dotis, quæ renuntiatio inualida eſt, *l. de*
die, ff. de pactis dot. latè D. Barboſ *in l.1. ff. ſoluto matr.*
p.5. à n.59. cum ſeqq. vbi *num 66 verſ. amplia ſecundò*,
extendit vt etiam in fauorem ipſius mariti poſſit
mulier renuntiare hypothecæ, quam habet in eius
bonis, quia huiuſmodi renuntiatio non poteſt dici
interceſſio pro alio, ſed mera liberalitas pro qua
competit Vellcianum *l. quamuis 8 in prin. ff. hoc tit.*
& *n.57.* aduertit deciſionẽ *l. etiam 11. hoc eod. tit.* dif-
ferre à deciſione huius l. nam ſi mulier renuntiat
generaliter hypothecæ, quam habet in bonis mari-
ti, iuxta terminos *d. l. etiam*, omnia bona mariti, re-
manent liberata ab hypotheca, & conſequenter
mulier hypothecaria indiſtinctè vti non poteſt: cæ-
terùm in ſpecie huius l. cùm contemplatione certi
creditoris renuntiatum videatur, quoad alios ius
hypothecæ ſaluum manebit.
Amplia concluſionem procedere tam in expreſſa, 9
quàm in tacita renuntiatione, ita vt ſi mulier con-
ſentiat vt res mariti ſibi hypothecatæ alienentur, &
ſic liberentur ab hypotheca vxoris, huiuſmodi con-
ſenſus, ſiue tacita renuntiatio valebit, vt per Negu-
zant. *de pignorib. 4 memb. 2. p. à n. 84* Marta *in totis*
nouiſſim. deciſ. vero 181. n.1. cum ſeqq latè D. Barboſ. *in*
d. l.1. ff ſoluto matrim. p.5. n.59. in fine, & *n.60.* oppo-
nit *d. l. vir vxori. §.1. ff. hoc tit.* ex qua conſtat mulie- 10
rem aduersùs tacitam renuntiationem hypothecæ
iuuari Velleiano, & conſequenter attento effectu
eam renuntiationem ſibi non præiudicare; & repro-
batis reſponſionibus Caſtrenſis, Salic. Bart. Baldi,
Fulg. Aretin Croti, & aliorum tam *in præſenti*, quàm
in d. l. ſi vir vxori, tandem *n.61. in fine*, aduertit quòd
in terminis *d. l. ſi vir vxori*, res illa erat hypothecata
mulieri, ex duplici cauſa, ſcilicèt ratione dotis, & ra-
tione mutui, vt conſtat ex littera illius textus, &
quamuis mulier renuntiauerit hypothecæ ratione
dotis, immo fuerit extincta, cùm eo nomine ei ſa-
tiſfactum fuerit per maritum, tamen quoad hypo-
thecam ratione mutui nihil dictum fuit, neque ei
fuit renuntiatum tacitè, vel expreſsè, vnde ſi res
vxori erat obligata ex duplici cauſa, & limitatiuè
vni renuntiat, alteram videtur tacitè conſeruare, in
quibus terminis loquitur *d. l. ſi vir vxori*, at verò ſi
res erat hypothecata vxori ex vna tantùm cauſa, &
ex conſenſu vxoris maritus eandem rem alienaue-
rit, vel alteri obligauerit, videtur mulier tacitè re-
nuntiaſſe ſuæ hypothecæ, ſaltem in fauorem illius,
cui res obligata fuit de eius conſenſu: & in his ter-
minis procedit text. *in præſenti*.
Amplia deinde hanc legem procedere non ſolùm 11
in hypotheca generali, quam mulier habet in rebus
mariti, *l. vnic. § & vt plenius, C. de rei vxoria action.*
ſed etiam in hypotheca ſpeciali, nam & huic mulier
renuntiare poterit, vt colligitur ex generalitate hu-
ius text. vt cõtra *gloſſ.2. in d. l. etiam*, Palat. & Anton.
Gom. *ibi* citatos, reſoluunt Boër. *deciſ.23. n.9.* Cald.
Pereira *quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.18. n.56.* D. Barboſ.
in d. l.1. part.5. num.66. vbi reſpondet ad Authent.
ſine à me, ſupr. hoc eod. tit. in contrarium allegari ſoli-
tam, vt loquatur in rebus donatis propter nuptias,
quarum mulier habet dominium, & maritus admi-
niſtrationem, *auth. donationem, C. de iure dot.* & ideo
vt mulier in his rebus ſibi præiudicet, requiritur ſo-
lemnitas expreſſa *in d. auth. ſine à me*; nos autem agi-
mus de rebus mariti, in quibus mulier tantùm ha-
bet ius hypothecæ, ad cuius renuntiationem ſufficit
ſimplex conſenſus vxoris, vt ſuprà dictum eſt.
Limita primò concluſionem ex hoc text. deſum- 12
ptam vt non procedat ſi tempore, quo fit hæc re-
nuntiatio hypothecæ, non ſuperſunt marito bona
ſufficientia ad dotis ſolutionem, nam cùm tunc per
eam renuntiationem videatur facta deterior condi-
tio dotis, ſuccedit *regul. l. de die ff. de pactis dot.* & quia
tunc in effectu videretur renũtiare petitioni dotis,
quod ipſa facere nõ poteſt, *l. vnic. §. & cùm lex C. de*
rei vxor. act. Ita Afflict. *deciſ.313. n.3.* Boër. *deciſ.23.*
num.9.

num.9. Palat. *in repet. rub. de don. inter virum & vxo-*
rem,§.17.num.19. Alex. *conf.83.num.6.lib.6* Negu-
zant. *de pignor. 4. membr. 2. partis num.85.* Anton.
Gom. *l. 50. Tauri num.10.* Cald. Pereira *d.quæst.18.*
num.56. D. Barbos. *in d.l.1.par.5.num.67.verf. deci-*
sionem d.l. iubemus, qui duo vltimo loco citati contra
alios tenent in terminis huius text satis esse tempo-
re renuntiationis maritum habere bona sufficientia
ad dotem soluendam, licèt postea efficiatur non sol-
uendo, quia legitimè factum ex eo quod postea eue-
nit, rescindi non debet, *l.2.ff.de itin.actúque priuato,*
13 Limita secundò hunc text. procedere in hypothe-
ca conuentionali, huic enim mulier renuntiare po-
terit, non sic tacita hypotheca inducta ex deposi-
tione legis, iuxta *d.l.vnic.§.& vt plenius,* huic enim
mulier renuntiare non poterit, vt per Greg Lopez
l.23.gloss.1.tit.13.p.5. Bald. Nouell. *de dote par.6.pri-*
uileg.68.num.2. Neguzant. *de pignoribus, 4 membr. 2.*
partis, num. 88. Gutier. *de iuram. confirm. par. 1.*
14 *cap. 46. n.11.* Sed hanc limitationem sibi non pla-
cere asserit D. Barbos. *in d.l.1.par.5. n. 69. in princ.*
dicẽs per eam nimis restringi generalitatem huius
text. & absurdum esse plus operari tacitum, quàm
expressum.
15 Limita tertiò, vt hæc renuntiatio tantùm noceat
mulieri in ea causa, in qua facta inuenitur, & tantùm
quoad eam personam, cuius contemplatione facta
fuit, vt vtrumque probat text. *in præsenti,* quamuis
extra hunc casum simpliciter renuntians hypothe-
cæ quoad omnes causas & personas sibi præiudicare
soleat, *l. Paulus, in princ. ff. de quibus modis pignus soluit.*
quod igitur in hoc text. disponitur, fauore dotis vi-
detur inductum. Ita Cald. Pereira *d.quæst.18. n. 57.*
Sed D. Barbos. *in d.l.1.par.5.num.69.in fine,* aduertit
textum *in præsenti,* non restringi ad hypothecam
contractam ex causa dotis, sed generaliter loqui in
omni hypotheca, atque ob id illud magis videtur
inductum in fauorem mulierum propter earum fra-
gilitatem: subditque *num.70. in princ.* quòd in hac
l. nullum videtur contineri speciale, quia generale
est vt renuntiatio facta in certa re, vel causa, ad di-
uersa non extendatur.
16 *Per consensum proprium renuntiare,* &c.] Vtrum au-
tem mulier renuntiare possit priuilegio Velleiani,
ita vt si cum illius priuilegij renuntiatione fideius-
sor alicuius existat, omnino obligetur, perinde ac si
mulier non esset, neque tunc illi prosit exceptio
Velleiani? vide Gregor. Lop. *l.4. verbo nuntiando, tit.*
12.p.5. Couar. *in cap. quamuis pactum p.2. §.3. n. 5.*
versic. septima conclusio, Anton. Gom. *variarum tom. 2.*
cap.13.n.17. Matiens. *l.9.gloss.1.num.3.tit.3. l.5. noua*
Recop. Fachinæ *controuers. lib.8.c.19.* Surd. *cons.367.*
num.2. Valentin. Franc. *in tract. de fideiussor. cap. 2.*
num.188. Hering. *eod. tract. cap.7.num.512.* Ceuall.
commun. contra communes, quæst. 515.num.1 Gutier.
de iuram. confirm. par.1. cap.20. n.7. Bernard. Græ-
uæ. *ad pract. Cameræ Imperialis lib. 2. conclus. 77.*
Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 546.num.5. cum seqq.*
Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib.3. tit. de fi-*
deiussor. resol. 2. num. 14. cum seqq. Arimin. Tepat.
variarum sent. tom.1.tit.156. cap.1. Rebell. *de oblig.*
iust. par.2. lib. 16. quæst. vnic. de fideiussor. num.10.
Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. lib. 25. num.220.*
vers. tertium. Benedict. Ægid. *in rep. l. ex hoc iure, ff.*
de iust. & iure, par.1.cap.7.num. 9. Attento iure Re-
17 gio Lusitano per Ordin. *lib.4.tit.61.§.9.* mulier gau-
18 det priuilegio Velleiani, etiamsi ei renuntiet in iu-
dicio. Idem de iure Hispano per *l.3.tit.13.p.5.* dum-
modo mulier sciens se in eo euentu gaudere priuile-
gio Velleiani, illi post eam scientiam renũtiet, quo
in loco Gregor. Lopez *verbo sabedora,* & Gutier.
d.cap.20.num.3. & Molin. *d.disp.540. num.8.* adno- 19
tarunt in foro exteriori non præsumi mulierem sci-
uisse priuilegium, aut de ipso fuisse certioratũ ante
renuntiationem, nisi probetur. quoniam præsumitur
mulieres ignorare iura, nisi Tabellio instrumento
renuntiationis, fidem faciat mulierem certioratam
de priuilegio illi renuntiasse, & idem Molin. *d.disp.*
540.n.9. post Gutier. *d.loco n.8.* rectè ait nõ sufficere 20
renuntiationẽ in genere priuilegiorum, vt cẽseatur
etiam renũtiatum priuilegio Velleiani, sed necessa-
riam esse renũtiationem illius etiam in particulari.
Cum iuramento autem fideiubens mulier pro ali- 21
quo non iuuatur beneficio Senatuscõsulti Velleia-
ni, de quo vide Guillelm. Bened. *in rep.c. Raynutius,*
verbo testamentum, el 3.num.26. Tiraquel. *in l. si vn-*
quam, C. de reuocan. don. in præfat. num. 136. & 151.
Mench *de success. creat. §.18.num.158. & §.18.n.61.*
Duen. *reg.335.limit.20.* Anton. Gom. *d.tom.2.cap.13.*
num.8. Couar. *in d.cap. quamuis pactum, pag.2.§. 3.*
num.5. Anton. Gabr. *commun. lib.2. tit. de iureiurand.*
concl.3. Anton. Scap. *de iure non scripto lib.4. c. 12.*
num.3. cum seqq. Gutier. *de iuram. confirm. par. 1.*
cap.10. Bonacos. *tom.1.commun. opin. l.2. tit.14.n. 19.*
pag.338. Thesaur. *Pedem. dec.222. sub n. 11.* Ma-
scard. *de prob. concl.1076. ex n. 21.* Cened. *ad De-*
cretal. collect.74.n.1. Seraphin. *de priuileg. iuram. 63.*
& 69. Fachinæ *controuers. lib.2.cap.60.* Dalner *tract.*
de varijs iuris renunciat. cap.6.num.52. Bapt. Costa *de*
facti scientia & ignor. inspect.57.num. 3. Ceuall. *dict.*
quæst. 515. Gasp Roderic. *de annuis reddit. lib. 2.*
quæst.5.n. 39. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ*
Imper. lib.2. conclus.77. à n.17. Cald. Pereira *de empt.*
cap.10.num.10. & 19 Molin. *d. disp. 540. n. 12. cum*
seqq. Valer. Reginald. *d.lib.25.num.220.vers. primum,*
Rebel. *d.quæst. vnica de fideiussor. n.11.* Alex. Trenta-
cinq. *d.tit. de fideiussor. res.2.n.3. cum seq.* Arimin. Te-
pat. *d.tit.156.cap.1.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier non renuntiat donationi propter nuptias, & iuri hypothecæ, nisi post primam renuntiationem elapso biennio iterum renuntiet. procedit hæc renuntiatio quoad ius hypothecæ, quando vir habet alia bona, de quibus possit consuli vxori pro dote sua, num.2.*

3 *Vxor excluditur quando renuntiauit iuri hypothecæ. si renuntiauit iuri hypothecæ cum iuramento in venditione facta per virum, non iuuatur Velleiano, num.4.*

5 *Maritus etiam de consensu vxoris donationem ante, vel propter nuptias alienare nequit.*

6 *Mulier non potest venire contra iuramentum.*

7 *Res dotalis immobilis alienari nequit, etiam cum consensu vxoris, & n.8.*

9 *Denuntiationes propter nuptias licèt non possint alienari, consentiente etiam vxore, facta tamen cum illo alienatione, si mulier post biennium alienationem iterum ratificauit, ex hoc valida censebitur.*

10 *Vir si constante matrimonio alienauit donationem propter nuptias in vxoris præiudicium, illa etiam consentiente, non valet alienatio, nisi supersint viro alia bona æquiualentia, aliàs mulieri actio in rem contra possessorem competit.*

11. *Arrhæ mulierum an, & quatenus alienari possint.*

12 *Res dotales mobiles iure nouissimo non posse alienari etiam de consensu vxoris, non probatur D. Barbosa, n.13.*

AVTH.

AVTH. Siue à me.

1 MVlier non renuntiat donationi propter nuptias,& iuri hypothecæ,nisi post primam renuntiationem elapso biennnio iterum renuntiet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1. sup.hoc tit.*

2 Vide Greg.Lop.*l.58.gloss.1.part.3.*vbi quòd procedit hæc renuntiatio iuri hypothecæ, quando vir habet alia bona,de quibus possit consuli vxori pro
3 dote sua,& quòd attenditur tempus renuntiationis Afflict.*decis.311. num. 2.* vbi refert hîc decidi quòd vxor excluditur quando renuntiauit iuri hypothecæ,vt non possit pro dote agere hypothecaria super illa re quando maritus habet alia bona super quibus vxori potest esse consultum super dote recuperanda, & *n. 3.* disputat vtrùm dispositio huius auth. habeat locum in ciuitate Neapoli, Vincent.de
4 Franchis *decis.84.per tot.* vbi quòd mulier,quæ cessit & renũtiauit iuri hypothecarum cum iuramento in venditione facta per virum,non iuuatur Velleiano,
5 Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 10. vers. quinto,* vbi per hunc text.tenet quod maritus etiam de consensu,& licentia vxoris non potest donationem ante nuptias, vel propter nuptias alienare , Roderic. Xuar *in tit de arrhis num.43.* Mich. Grass. *tom.1.*
6 *commun.opin.lib.4 tit. 10.n.7.* vbi tenet dispositionem huius auth.non habere locum in renuntiatione iurata,ac proinde mulierem non posse venire contra iuramentum.Donat.à Fina *eod.tom.1.commũ.*
7 *lib.5.tit.7.n.25. pag.271.*vbi quòd alienari non potest res dotalis immobilis, etiam cum solemnitate
8 huius auth.& Viui.*ibid.num.57.pag.725.* vbi quòd alienari non potest res immobilis in dotem data, etiam cum consensu vxoris, & consequenter cum solemnitate huius auth.D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto*
9 *matr.part.5.num.48.vers.limita secundo,*vbi quòd licèt donationes propter nuptias non possint alienari etiam cum consensu vxoris , tamen si alienatio cum illo facta sit,& post biennium mulier iterum ratificauerit alienationem,ex hoc valida cẽsebitur,
10 Ceuall.*commun.contra commun.quæst.3.à.num.17.*vbi per hunc text.dicit quòd si vir constante matrimonio alienauit,seu obligauit donationem propter nuptias in præiudicium vxoris etiam consentientis, non valet alienatio nisi supersint alia bona æquiualentia viro aliàs mulieri contra possessorem competit actio in rem,subdítque ex huius text. decisione profectò non posse procedere opinionem Afflict. quando bona supersunt tempore renuntiationis,licèt deficiat tempore exactionis dotis , cùm initium fuerit perfectum, & renuntiatio facta tempore habili,Cald.Pereira *quæst.forens. lib.1.quæst.18.num.57.* vbi refert quòd quamuis aliqui arbitrentur , hunc text.corrigi per *auth.si qua mulier,C.hoc eod.tit.*tamẽ vtraque Auth.in suo casu intelligẽda est, quia hæc, de qua *in præsenti,* loquitur quando mulier tantùm consentit marito alienanti, illa verò quando pro contractu mariti obligat se vel bona sua,tunc enim etsi millies consentiat,sibi non præiudicabit. Cardos.*in praxi iudicum,verbo maritus n. 22.* vbi quòd maritus non potest alienare bona dotalia vxori,nec etiam illa consentiente.Rebell.*de obligat.iustit.part. 2.lib.5.quæst.7.sect.1.num.14.*

Ad duo circa materiam huius text.aduertendum esse admonet D.Barbos.*d l.1.part.5.num.53. & 54.* Primum quòd licèt decisio huius text.sit fundata in ratione *l.si mulier in 2. inf. hoc eod tit.* quæ in Regno Portugaliæ inuenitur correcta,nõ ob id sequitur in prædicto Regno correctam esse hanc auth. neque enim deficiente causa ob id deficit effectus iam productus in esse. *l.fin.ff.vnde liberi.*Secundum quòd licèt aliqui existimauerint decisionem huius auth. videri hodie correctam per dispositionem *auth.si qua mulier,inf.hoc eod.tit.*nihilominus contrarium est verius,& pro huiusmodi veritate assequẽda duos casus in hac materia distinguit.Primus est, quando contractus fit principaliter super alienatione rei in donationem propter nuptias datæ,& vxor huic alienationi cõsensum præstitit, quo casu procedit text.*in præsenti,*qui in his terminis non inuenitur correctus.Secundus casus est quando maritus aliquem contractum celebrat, in quo directò non agitur de alienatione rerũ donatarum propter nuptias,sed potiùs de obligatione personali mariti,cui ipse ex bonis propriis tenetur satisfacere,& pro securitate eiusdem debiti obligat res donatas propter nuptias,vel etiam aliàs ad vxorem pertinentes de illius consensu,vel etiam ipsa vxor obligat se , vel res suas pro contractu inito per maritum,& in his terminis loquitur d.auth. *si qua mulier* , disponens hanc obligationem vxoris ipso iure non valere,neque postea aliquo casu confirmari.

Notatur idem D.Barbos.*d l.1.part.5. n. 49. vers. itẽ secundo,*hanc auth.procedere in donatione propter nuptias,quam ratione pacti mulier poterat lucrari,vt enim in prædicto lucro mulier sibi præiudicet,requiritur geminatus consẽsus,& citat *gloss.1. in præsenti,*& Bart. *hic num.2.* Roder. Xuar. *d. tit. de arrhis n.43.*Nouell.*de dote par.7.spec.9 n.4.ad fin.* vnde colligit arrhas(quas secundùm consuetudinẽ 11
Hispaniæ vxores lucrantur) non posse alienari etiam de consensu vxorum , nisi interueniant expressa in hoc text.

Addit idem D. Barbos. *loco* proximè *citato* quòd hæc auth. vltra geminatum consensum requirit etiam quòd maritus habeat bona sufficientia ad dotem soluendam tempore, quo præstantur prædicti consensus,& quo dos est restituenda,itavt non sufficiat tempore primi, vel secundi consensus maritum habere bona sufficientia,ad dotis solutionem, nisi illa etiam habeat tempore,quo dos restituitur. nam aliàs non obstante geminato consensu poterit mulier res alienatas vendicare , ac si non fuissent alienatæ,& in hanc sententiam citat Panor.Anton. de Bulgos,Afflict.Paris.Palat.Xuar.de Pace *q. iuris 7. num.58.*quicquid cum aliis teneat Cald. Pereira *d.quæst.18.num.58.*

In gloss. *Et multo magis.*ibi,*in dote ergo , etsi mu-* 12
lier consentiat, &c. Notatur ad hoc quòd iure nouissimo maritus non potest alienare res dotales mobiles,etiam de consensu vxoris, vt per Petr. Greg. *syntagm.iuris lib.9.cap.22 num. 14.* Cald. Pereira *d. quæst.18.num.54.* Sed contrarium probat D.Barbos. 13
in d.l.1.part.5. num 86. vbi ait nullo modo admittendum hanc authent.inducere,maritum hodie nõ posse alienare res dotales mobiles,cùm id clarè expressum nõn sit,& correctio iuris antiqui semper euitanda sit : subdítque differentiam , quæ in hoc text.sit inter res donatas propter nuptias,& res dotales, illud respicere, quòd res immobiles donatæ propter nuptias poterunt alienari interuenientibus solemnitatibus hîc expressis,dotales autem immobiles nullo modo:ergo non probat etiam res mobiles dotales non posse alienari per maritum , vt ex aduerso præsupponitur.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Secunda mulieris intercessio iterate elapso post primam biennio mulieri beneficium tollit Velleiani, & num. 2. secus si intra biennium pignus dedit, aut obligationem innouauit. num. 3.*

L. Si mulier. ij. XXII.

Imp. IVSTINIANVS A. *Iuliano. P. P.*

1 SEcunda intercessio mulieria elapso post primam
biennio iterata tollit mulieri Velleiani benefi-
cium. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1.*
n. 1. sup. hoc tit.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
munt Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit* 6·. §. 10. *l Hisp.*
3. versic. la quarta, tit. 12. par. 5. vbi gloss. 4. in fine, 7.
& 8. Duaren. *sub hoc tit. cap. 2. prope fin.* Conan. *com-*
ment. lib. 6. cap. vlt. num. 9. Anton. Gom. *l. 61. Tauri n. 1.*
in fine, & var. tom. 2. cap. 14. num. 17. vers. secundò fa-
cit, Donel. *comment. iuris ciuilis lib. 12. cap. 32.* Gutier.
in authent. sacramenta puberum, C. de in integr. restitut.
min. num. 98. *&* 99. Menoch. *de presumpt. lib. 3. præ-*
sumpt 21. *n.* 1. vbi quòd quando mulier pro altero
intercessit, & post biennium eam obligationem cō-
firmauit, præsumitur non alterius causa, sed sua pro-
pria intercessisse; & se obligasse, subditque hanc es-
se iuris, & de iure præsumptionē, & neque hoc ca-
su requiri quòd mulier sit certiorata de hoc Velle-
iani beneficio, Morl. *in emporio iuris, part. 1. tit. 3.*
quest. 1. n. 8. *&* 13. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 540.*
num. 16. versi. tertiò, vbi per hunc text. tenet quòd
si postquā mulier se obligauit pro alio, aut fideius-
sor alterius extitit, elapso integro biennio à prima
obligatione, pignus dedit, aut eandem obligationē
3 innouauit, non gaudet priuilegio Velleiani; secus
autem si intra biennium pignus dedit, aut obligatio-
nem innouauit, & subdit ex Gregor. Lop. quòd cùm
lex in ea præsumptione fundetur, non haberet lo-
cum ea dispositio si à principio initum esset pa-
ctum quod elapso biennio pignus traderetur, aut
innouaretur obligatio: quoniam tunc traditio pi-
gnoris, aut confectio iterum eiusdem obligationis
non tam esset innouatio, quàm exequutio primi
contractus, eaque de causa locum haberet Velleia-
num. D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matr. par. 5. n. 53. prope*
fin. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. l. 3. tit. de fideius-*
sor. resol. 2. num. 1. Rebell. *de obligat. instit. par. 2. l. 16.*
quest. vnic. de fideiussorib. n. 12. vers. tertiò.

SVMMARIVM.

1 *Intercessio & obligatio mulieris pro marito est inualida, nisi obligatio fiat ob mutuatum pretium in rem suam conuersam, & n. 2. nisi maritus & vxor tanquam duo rei debendi simul sint constituti, num. 3. & 4.*

5 *potest Mulier cum iuramento fideiubere pro marito séque obligare cum eo, nisi ageretur de magno præiudicio mulieris.*

6 *Obligatio facta à muliere pro viro, ipso iure nulla est.*

7 *Mulier in eodem instrumento se obligans cum marito non tenetur, nisi quatenus in eius vtilitatem versum.*

8 *Vxorem ipso iure non obligari, si intercessit pro obligatione mariti. idem si consentiat marito obliganti bona vxoris pro proprio debito, num. 9. simul cum marito se obligans pro eo ad quod maritus principaliter erat obligatus, ipso iure non valet obligatio vxoris, num. 10. siue consentiat obligari res proprias per maritum, siue etiam consentiat maritum res obligatas vxori alteri obligare ipso iure consensus non preiudicat, num. 11. etiam quando vxor vnà cum viro se obligans faciat se principalem debitricem vnà cum solitis renuntiationibus, num. 12. & etiam mulier si principalis, & vir fideiussor, quamis etiam secundo caueat, & ex interuallo, num. 13.*

14 *Mulieri pinguius remedium cōpetere pro marito intercedenti, quàm pro extraneo.*

15 *Maritus & vxor si simul promittant dotem pro filia, quemlibet teneri pro sua virili; si verò cum dictione in solidum, esse duos reos debendi.*

16 *Mulier si se obligauit pro marito vt illum liberet à carcere, quid.*

17 *Vxor obligans se pro debito mariti, ipso iure non tenetur, siue debitum sit priuatum, siue publicum. in regno Castellæ si maritus & vxor simul intercedant pro debito publico, potest in eorum bona in solidum fieri executio, n. 18. secus quando maritus & vxor simul aliquid promiserunt ex causa donationis, num 19. vel maritus se & bona sua pro debito vxoris obligare poterit, n. 20. aut mulier se obliget cum viro pro sua, vel communi vtilitate, n. 21. vel obligetur saluæ dotis, n. 22. aut vir & vxor fideiubeant simul in fauorem tertij erga alium, n. 23.*

24 *Maritum & vxorem non prohiberi obligari in eodē instrumento, sed tantùm vxorem intercedere, & cur, n. 25.*

26 *τὸ* Nullatenus *nullitatem ipso iure importat.*

27 *Mulier si obliget bona sua pro marito, & iuret non contrauenire, tenebitur obseruare iuramentum. Illimita vt n. 28. sublimita vt n. 29.*

AVTH. Si qua mulier.

INtercessio, & obligatio mulieris pro marito in- 1
ualida est, nisi se obliget ob mutuatum pretium
in rem suam conuersum Colligunt ex Ordin. Do-
ctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. Hisp. 3. tit. 12. part. 5. vbi gloss 6. & l. 9. tit. 3.*
l. 5. nouæ Recop. quæ tamen non ita indistinctè limi-
tationem admittit, nisi quoties maritus, & vxor si- 3
mul tanquam duo rei debendi constituuntur, Tira-
quel. *de iure marit. gloss. 8. num. 285.* Roland. *cons. 64.*
l. 1. Anton. Gom. *l. 61. Tauri, num. 2. in princ.* vbi
quòd quando mulier intercessit, & se obligauit pro 4
marito, tunc ipso iure indistinctè non tenetur, etiāsi
ex interuallo post biennium se obligauerit, nisi pre-
tium, vel debitum contentum in contractu, pro quo
fideiussit, sit cōuersum in vtilitatem eius, quia tunc
efficaciter tenetur. Honded. *cons. 29. & 45. num. 16.*
l. 1. Serophin. *de priuileg. iuram. priuil. 65. num. 3.*
Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 54. à princ.* vbi 5
n. 6. & 7. resoluit posse mulierem cum iuramento
fideiubere pro marito, vel se obligare simul cum eo,
nisi ageretur de magno præiudicio mulieris, quia
tūc propter enormē læsionem præsumeretur metus
reuerentialis mariti, & iuramentū esset relaxandum,
Surd. *consil. 513. & decis. 164. num. 11.* vbi quòd facta 6
à muliere pro viro, est ipso iure nulla, quia cùm mu-
lieres facilè inducantur à viris ad se obligandū pro
eis, facile etiam spoliarentur dotibus, & aliis bonis,
Menoch. *de præsumpt. l. 3. presumpt. 22. num. 2.* vbi

quòd

7 quòd mulier in eodem instrumento se obligans cũ
marito, nõ tenetur nisi quatenus in eius vtilitatem
versum est, Garc. Mastrill. *Sicilia decis.* 140. *num.* 1.
cum seqq. D. Barbos. *in l.* 1. *ff soluto matr. p.* 3. *num.* 59.
8 *in fine*, tenet per hũc text. quòd vxor, quæ intercesſit pro obligatione mariti, ipso iure non obligatur,
ita vt eo casu non sit ei necessaria exceptio Velleia-
9 ni; idem si consentiat marito obliganti bona vxoris
pro proprio debito, & *par.* 4. *num.* 101. *in princ.*
10 dicit per hunc textum quòd si vxor obliget se simul
cum marito pro eo ad quod maritus principaliter
erat obligatus, ipso iure nõ valet obligatio vxoris,
& part 5. *num.* 65. vbi cum aliis ex hoc text. colligit
11 quòd siue mulier consentiat obligari res proprias
per maritum, siue etiam consentiat maritum res
obligatas vxori alteri obligare, ipso iure consensus
non præiudicat, ac ob id non est necessaria exceptio
Velleiani, quamuis si in fauorem alterius, qui non
sit maritus, is præstaretur consensus, mero iure mu-
lier sibi præiudicet, & necessaria sit replicatio Vel-
leiani. Idem D. Barbos. *ad l.* 1. *in princ. par.* 1. *n.* 11. *ff.
solut. matr. & in l. si cùm dotem*, §. *transgrediamur*,
n. 38. *ff. eod. tit.* Ceuall. *commun. contra communes*, *to.* 4.
quæst. 901. *num.* 4 Less. *de Iust. lib.* 2. *cap.* 18. *dubit.* 2.
num. 12. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de fi-
deiussor. resol.* 2. *num.* 2. & latissimè *resol.* 3. *per tot.* vbi
12 *num.* 2. ampliat procedere etiam quando vxor vnà
cùm viro se obligans faciat se principalem debitri-
cem vnà cum solitis renuntiationibus, & *n.* 5. pro-
13 cedere, ait etiamsi mulier sit principalis, & vir fide-
iussor, & quamuis secundò caueat, & ex interuallo.
Molin *de Iust. tract.* 2. *disp.* 540. *n.* 3. *vers. dubitant,
in fine*, Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2.
concl. 89. *& concl.* 90. *num.* 10. Rebell. *de oblig. inst.*
14 *par.* 2. *lib.* 6. *quæst.* 9. *à num.* 7. *&* 12. latè & eleganter
Benedict. Ægid. *in rep. l. ex hoc iure*, *ff. de iust. & iur.
par.* 2. *cap.* 7. *num.* 22. vbi aduertit pinguius reme-
dium mulieri competere pro marito intercedenti,
quàm pro extraneo; cùm enim pro extranea inter-
cedit, exceptione vti necesse est, sed cùm pro marito
intercedit, ipso iure obligatio non tenet, nisi mani-
festè probetur in mulieris vtilitatem rem versam
fuisse, & rationem præstat.

Vtrùm per hanc auth. sit correcta auth. *siue à me*,
sup. hoc eod. tit, vide *ibi* posita.

Consentiat proprio viro, &c.] Aut eius patri, vel fi-
lio, seu socero, qui maritum habet in potestate, de
quo vide Palat. *in rep. rub. de don. inter virum &
vxor.* §. 42 *n.* 4 Greg. Lop. *l.* 3. *verbo renuntiando*, *tit.* 12.
par. 5. Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 55. *num.* 5.
D. Barbos. *in l. variarum*, *num.* 61. *ff. soluto matr.* vbi
de socero, *& in l.* 1. *ff. eod. tit. p.* 5. *n.* 57. *in fine*, vbi ait
conclusionem huius text. non solùm procedere
quando vxor obligat se pro marito, sed etiam quã-
do obligat se pro filio, vel aliis, quos maritus habet
in potestate. Alex. Trentacinq. *d. tit. de fideiuss. resol.* 3.
n. 7. vbi ait hunc text. procedere non solùm quando
mulier se obligat pro marito, sed etiam quando se
obligat pro patre, fratre, vel filio mariti. Menoch.
cons. 12. *n.* 3. vbi de socero Thesaur. *dec.* 223. *n.* 5.

Nullatenus valere, &c.] Non procedit quãdo mu-
lier obligauit se simul cum marito ex causa dotis,
nam textus iste illud tantùm inducit, vt in quibus
casibus iure antiquo mulier obligata habebat exce-
ptionem Velleiani, hodie ipso iure tuta sit si simul
cum marito se obliget; sed quando mulier erat obli-
gata ex causa dotis, iure antiquo non habebat ex-
ceptionem Velleiani, *l. fin. inf. hoc eod. tit.* ergo dispo-
sitio huius authent. ad hunc casum minimè perti-
net: ita Bald. Nouell. *de dote*, *part.* 6. *priuil.* 3. *ad finem*,
& priuil. 12. *num.* 2. Palat. *in rep. rubr. de donat. inter
virum & vxorem.* §. 66. *num.* 11. Gregor. Lopez *l.* 3.
tit. C, *tit.* 12. *par.* 5. Azeued. per textum *ibi in l.* 8.
num. 10. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recopil.* Gasp. Baëc. *de non
meliorandis filiabus*, *cap.* 11. *à num.* 37. *& à num.* 44.
D. Barbos. *in d. l.* 1. *ff. soluto matrim. par.* 5. *num.* 101.
vbi *n.* 103. resoluit; quòd si maritus & vxor simul 15
promittant dotem pro filia, quilibet pro suo virili
tenetur; si verò addita dict. *in solidum*, esse duos reos
debendi.

Non procedit etiam quando mulier obligauit se 16
pro marito, vt ille liberetur à carcere, nam licèt non
defuerit, qui propter generalitatem huius text exi-
stimauerit non valere huiusmodi obligationem, ni-
hilominus tamen hanc limitationem optimo iure
tenent Gam. *Lusit. dec.* 318. *n.* 1. Vincent. de Fran-
chis *dec.* 237. *num.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 578. *à n.* 10. quos
refert & sequitur D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matr. in
princ. p.* 2. *n.* 11. Ant. Fab. *in suo Cod. sub hoc tit. diffin.* 16.
Surd. *cons.* 367. *n* 10. *&* 17. Steph. Grat. *disc. forens. c.*
108. *n.* 24. Alex. Trentacinq. *d. res.* 3. *n.* 8.

Siue priuatum, siue publicum sit debitum, &c.] No- 17
tatur ad hoc quòd vxor obligans se pro debito ma-
riti, ipso iure non tenetur, siue debitum sit priua-
tum, siue publicum, vt per Castr. *hîc n.* 2. D. Barbos. *in
d. l.* 1. *ff. soluto matr. par* 3. *num.* 61. vbi dicit per ex-
pressam legem Regiã Lusit. obseruari in eo Regno
decisionem huius text. At verò in Regno Castellæ 18
si maritus & vxor simul intercedant pro debito pu-
blico, potest in eorum bonis in solidum fieri exe-
quutio, vt est expressum *l.* 1. *Tauri*, quæ hodie est *l.* 9.
tit. 3. *lib.* 5. *noua Recop.* vbi Matiens. *gloss.* 3. & An-
ton. Gom. *d. l.* 61. *Tauri*, *n. fin.* D. Barbos. *d. l.* 1. *p.* 3. *n.* 61.
in fine.

Multipliciter limitat decisionem huius authent. 19
D. Barbos. *in d. l.* 1. *ff. soluto matrimonio*, *par.* 5. *num.* 58.
in fine, *&* 59. vbi primò ait non procedere quando
maritus & vxor simul ex causa donationis aliquid
promiserunt, nam cùm in his terminis cesset ratio
huius text. inducitur regul. *l. reos*, §. *cùm in tabulis*, *ff.
de duobus reis.* Secundò limitat, quòd è contra mari- 20
tus se & bona sua pro debito vxoris obligare pote-
rit, quia hoc iure non inuenitur prohibitum, quini-
mo & ipsa vxor potest se obligare marito dum inde
non resultet donatio, quia tantùm prohibetur obli-
gare se pro marito, non autem obligare se marito:
tertiò limitat si mulieri obliganti se pro marito de-
tur in cambium aliquid æquiualens. nam tunc va-
lebit obligatio. Tribus aliis modis limitat Alexand.
Trentacinq. *d. tit. de fideiussor. resol.* 3. *à num.* 15. Et 21
primò quando mulier obligat se cum viro pro sua,
vel communi vtilitate; secundò si obligetur fauore 22
dotis; tertiò quando vir & vxor fideiubent simul in 23
fauorem tertij erga alium.

Siue semel, siue multoties, &c.] Aduertit D. Barbos. 24
in d. l. 1. *ff. soluto matrimonio*, *par.* 5. *num.* 55. *post prin-
cip.* in hac Authent. non prohiberi maritum & vxo-
rem obligari in eodem instrumẽto, sed tantùm vxo-
rem intercedere, vel se obligare pro cõtractu mari-
ti, intelligens verba illa, *si qua mulier cõsentiat instru-
mento mariti*, id est, obligationi mutui, quam mari-
tus contraxit nomine proprio. Addit præterea idem
Barbos. posse etiam prædicta verba accipi in eo sẽ-
su vt maritus & vxor nõ possint se obligare in eo-
dem instrumento, quia quamuis fateantur se æquè 25
principaliter mutuum accepisse, & ea ratione prin-
cipaliter se obligauerint, tamen vxor nõ obligabi-
tur nisi probetur re vera versum fuisse in eius vtili-
tatem, quia præsumit ius colorẽ fuisse quæsitum, &
cùm maritus solus mutuum acceperit, vxorem pro

eo intercessisse, falsò, siue simulatè confessam fuisse sibi quoque mutuum fuisse factum, & testatur ita intellexisse hunc text. Bart. *hic, num.* 2. Nouell. *de dote, part.* 7. *spec.* 1. *n.* 15. *ad fin. lib.* 1. Afflict. *decis.* 209 *n.* 3. Tiraquell. *de retractu lign.* §. 31. *gloss.* 1. *n.* 5. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, num.* 57. Thesaur. *decis.* 223. *num.* 4. Octauian. *decis.* 48. *à num.* 5.

26 In gloss. *Nullatenus* 1. ibi, *ipso iure.* Notatur ad hoc quòd dict. *nullatenus* importat nullitatem ipso iure, vt per Pute. *decis.* 254. *num.* 3. *lib.* 2. *in correctu*, Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst.* 8. *num.* 53. *& lib.* 9. *quæst.* 12. *num.* 2. Mandos. *in regul.* 7. *Cancellar. quæst.* 4. *num.* 2. *& regul.* 15. *quæst.* 5. *num.* 8. Boui. *in tractat. de stat. vrbis, gloss.* 17. *num.* 1. *fol.* 54. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 527. *n.* 10. *& quæst.* 900. *num.* 5. Cened. *post quæst. practic. singul* 69. *num.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *n.* 18. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss. vlt. num.* 65. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 32. *num.* 7. quos refero ego ipse *de dictionib. vsufreq. dict.* 226. *num.* 4. vbi *num.* 5. plures refero afferentes hanc dictionem habere vim decreti irritantis.

In eadem gloss. ibi, *etiamsi iurauit.* Notatur ad hoc quòd dispositioni huius text. neque cum iuramento renuntiari potest, vt per Bart. Salic. & Bald. *in præsenti*, Bolognin. *consil.* 45. *à num.* 7. Verùm contrarium de iure canonico est tenendum, propter dispositionem *cap. cùm contingat, de iureiur.* vt docent Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxor.* §. 17. *ad finem*, Thesaur. *decis.* 223. *à num.* 8. Azeued. *l.* 9. *n.* 9. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua Recopilat.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de fideiuss. resolut.* 3. *num.* 9. D. Barbos. *in d. l.* 1. *ff. soluto matrim.*

27 *part.* 5. *num.* 58. vbi aduertit quòd si mulier obliget bona sua pro marito, & iuret non contrauenire, tenebitur obseruare iuramentum, iuxta *d. c. cùm contingat*, dum tamen certificata sit de beneficio iuris sibi competente, & quamuis contra iuramentum non audiatur, tamen adhuc durabit præsumptio huius auth. quòd totum ad maritum peruenerit, quæ quidem præsumptio cessaret, si mulier iurasset pecuniam fuisse conuersam in sui vtilitatem.

28 Limita tamen, si mulier ob huiusmodi renuntiationem cum iuramento indotata remaneret in totũ, vel in maxima parte, quia seruare huiusmodi iuramentum est contra præiudicium publicum, & contra publicam vtilitatem, ita Palat. *d.* §. 17. *n.* 33. *vers. poteris limitare*, Afflict. *decis.* 311. *n.* 4. Anton. Thesaur. *Pedem. decis.* 223. Alex. Trentacinq. *d. resolut.* 3. *n.* 11.

29 vbi sublimat, si mulieri remaneret dimidia pars dotis, vel plus, & *n.* 13. resoluit quòd quando mulier enormiter fuit læsa, tunc à renuntiatione iurata huius authent. omnino concedenda est absolutio à iuramento, immo & absque illa agere posset, secus si enormiter, vel enormissimè non sit læsa.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pecuniâ acceptâ intercedens, conuicta legitimis probationibus quòd pecuniam acceperit, Velleiano non gaudet, & num.* 2. *non gaudet Velleiano si certum pretium recipiat pro fideiussione præstanda alteri, num.* 3. *& talis receptio per testes probanda est, vel per confessionem factam in instrumento, num.* 4.

5 *Mulier si intercedendo pro altero rem aliquam accepit, non iuuatur Velleiano. summa quanta esse debeat, qua accepta mulier ex sua intercessione obligatur, iudicis arbitrio relinquitur, num.* 6.

7 *Mulier quando pretium, aut rem æstimabilem accepit, vt obligationem alterius in se susciperet, vel fideiussor pro illo existeret, non gaudet priuilegio.*

8 *Præsumptio iuris, & de iure quæ.*

9 *Mulier pretium accipiens pro fideiussione, amissa Velleiani exceptione conuenitur, & creditor facta excussione pristinum debitorem vicissim conuenit.*

10 *Mulier intercedens pro alio non gaudet Velleiano, quando animo nouandi se obligauit.*

11 *Mulieres fideiubentes hodie indemnes seruari, nisi super intercessione factum sit instrumentum publicum, testibus tribus præsentibus subscriptum, & num.* 12. *hodie satis est si Tabellio in eo instrumento fidem faciat eos esse adhibitos, num.* 13.

L. Antiquæ. XXIII.

Idem A. Iuliano P. P.

MVlier pecunia accepta intercedens, conuicta 1 legitimis probationibus quòd pecuniam acceperit, Velleiano non iuuatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2 munt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 61. §. 6. vbi statuitur quòd mulier non gaudet Velleiano, si certum 3 pretium recipiat pro fideiussione alteri præstanda, *l. Hispan.* 3. *tit.* 12 *par.* 5. ibi, *la quinta razon es si la muger recibiesse pre io por la fiadura que fiziesse*, vbi Gregor. Lopez *gloss.* 6. tenet quòd debet probari ta- 4 lis receptio pretij per testes, vel per confessionem factam in instrumento, & quòd recipiatur tantum pretium, & tale quod homo discretus pro illo præmio se obligasset. Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præs.* 21. *n.* 4. vbi quòd si mulier intercedendo pro altero rem 5 aliquam accepit, non iuuatur hoc Senatusconsulto, cùm præsumatur in sua causa intercessisse, additque hanc esse præsumptionem iuris, & de iure, *& de arbitrar. casu* 234. *per tot.* vbi *num.* 4. tenet iudicis arbi- 6 trio relinqui quanta esse debeat summa, qua accepta mulier ex sua intercessione obligatur. Gam. *Lusit. decis.* 121. Azeued *l.* 9. *à num.* 17. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua Recopilat.* vbi Manciens. *gloss.* 2. *n.* 4. Aloys. Ricc. *in collect. decis par.* 2. *collect.* 295. *versic. nunc limita primò*, Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disput.* 540. *n.* 17. vbi ait quòd quando mulier pretium, aut rem æstimabilem acce- 7 pit vt obligationem alterius in se susciperet, vel vt fideiussor pro illo existeret, siue verbo, siue scripto obligationem suscipiat, aut fideiussor existat, & siue à principio id accipiat, siue postea, non gaudet priuilegio Velleiani; debet tamen constare vel instrumento publico tribus adhibitis in eo testibus, vel legitima alia probatione pretium accepisse, alioquin gaudet priuilegio, additque constare debere quòd accipitur esse tantum, vt non reputetur pro nihilo, & vt non censeatur factum ad decipiendam mulierem, vt ita maneat omnino obligata, quæ iudicis arbitrio relinquenda sunt num talia sint censenda, necne. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. l.* 25. *n.* 220. *vers. secundum*, Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *l.* 16. *quæst. vnic. de fideiuss. num.* 12. *vers. quarto*, Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, par.* 2. *c.* 7. *num.* 15. *&* 16. *cum seqq.* vbi disputat, an sufficiat quodlibet pretium, siue rem parui valoris dare mulieri in causam magnam fideiubenti?

Omnimodo esse credendum, &c. Notatur ad hoc 8 quòd præsumptio iuris, & de iure illa est, quæ à lege introducta super eadem lex firmum sancit, vt

per

per Mascard. *de prob. concluſ.* 1222. aliàs 1228. *à princ.* Et notatur etiam ad hoc quòd contra præſumptionem iuris,& de iure oon admittitur in contrarium probatio,ſecundùm eundem Maſcard. *concluſ.*1325.aliàs 1331. *n.* 4. vbi ſubdit id locum non habere vbi parte non reſiſtente probationes factæ fuerint in contrarium. Alciat. *de praſ. part.* 2. *num.* 3. *cum ſeq.* Couarr. *de ſponſalib. par.* 1. *c.*4.§.1. *num.* 3. *cum ſeqq.* Menoch. *de praſ. lib.* 1. *quaſt.* 3. *per tot.*

§. Sed ſi minus.

9 Mulier pro fideiuſſione pretium accipiens Velleiani exceptione amiſſa conuenitur, & excuſſione facta creditor priſtinum debitorem viciſſim conuenit.Colligunt ex Ord.Doctores citati *ad l.*1.*n.*1. *ſup. hoc tit.*

10 Vide Alexand.Trentacinq. *var.reſol.lib.* 3. *tit. de fideiuſſor reſol.*2.*n.*5 vbi quòd mulier pro alio intercedens non gaudet Velleiaoo , quando animo nouandi ſe obligauit.

§. Ne autem.

11 Hodie mulieres fideiubentes indemnes ſeruantur , niſi ſuper interceſſione inſtrumentum publicum in præſentia trium teſtium ſubſcriptorum ſit factum.Colligunt ex Ord.Doct.citati *ad l.*1. *n.*1.*ſup. hoc tit.*

12 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. deſumunt Leſſ. *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 28. *dub.* 2.*n.*13. Molin. *eodem tract. diſp.* 540. *num.* 3.vbi cum Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 6. admonet hodie de communi conſuetudine neceſſarium oon
13 eſſe vt tres teſtes ſubſcribant in publico instrumēto,ſed ſatis eſſe ſi Tabellio in eo inſtrumento fidem faciat adhibitos eos eſſe. Alexand.Trentacinq.*var. reſol.lib.*3.*tit.de fideiuſſor.reſol.*2.*n.*4.*verſ.ſecunda*, vbi ait quòd iſte §.non habet locum quando mulier intercedit pro dote.

SVMMARIVM.

1 *Libertatis fauore ceſſat Velleiani exceptio , & n.*2. *idem quando quis ſe obligauit pro cauſa concernente pietatem,n.*3.

L. Veterum ambiguitatem. XXIV.

Idem A. Iuliano P.P.

1 LIbertatis fauore ceſſat Velleiani exceptio. Colligunt ex Ordin.Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan* 3.*tit.*12.*par.*5.ibi,*la primera es quando fiaſſe alguno per razon de libertad* , Vincent. de Franchis *tom.*2. *dec.*578.*num.*6.Bruckman.*de different. vtriuſque ſexus , par.* 2. *art.* 15. *n.* 31. *fol.*265. Alexand.Trentacinq.*variarum reſol. lib.* 3. *tit. de fideiuſſor. reſol.* 2. *num.*7. Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 540. *n.* 14. *verſic. in ſequentibus* , Rebell. *de oblig. iuſt. par.* 2. *lib.* 16. *quaſt. vnic. de fideiuſſoribus , n.* 12. *verſic. primo* , Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 61 §. 1.

3 Idem quando quis ſe obligauit pro cauſa concernente pietatem , de quo Tiraquell. *in tract. de pia cauſ. priuileg.*113.Gregor. Lopez *d.l.*3.*gloſſ.*1.Vincent.de Franchis *dec.*237.*n.*1.*& dec.*578.*n.*8.Steph. Grat.*diſc.forenſ.c.*108.*n.*23.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ætate maior intercedens pro dote , etiam nudo pacto efficaciter obligatur , & Velleiano non gaudet , & num.* 2. *non ſolùm quando promiſit principaliter , ſed etiam quando acceſſoriè ad aliam obligationem , num.*3. *etiam ſi interceſſerit pro perſona extranea ad dotis reſtitutionem , num.* 4. *& in obligatione ex cauſa antefati, n.* 5.

6 *Mulier promittendo dotem non obligatur efficaciter ſi minor ſit 25.annis.*

7 *Dos ſimplici pollicitatione promiſſa efficaciter peti poteſt.vide tamen vt ibi.*

8 *Fideiuſſio pacto nudo celebrata , fauore dotis valida eſt.*

9 *Vxor ob dotem non ſolutam à viro repellitur.*

10 *Mulier non gaudet Velleiano cùm pro aliquo fideiuſſor extitit , cuius poſtea heres facta: vel , cùm hereditatem alicuius emiſſet, fideiuſſor extitit pro defuncti debitis.*

L. Generaliter. XXV. & vlt.

Idem A. ad pop: vrbis Conſtantinop. & vniuerſ. prouinciales.

MVlier ætate maior pro dote intercedeos, pro 1
dote etiam nudo pacto efficaciter obligatur,
&Velleiano non gaudet. Colligunt ex Ordin.Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*ſup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. deſu- 2
munt Ordin.Reg Luſit.*lib.*4.*tit.*61.§.2.*l. Hiſpan.* 3.
*tit.*12.*par.*5.*verſ.la ſecunda es ſi fiaſſe a otro por razon de dote*,vbi Gregor.Lopez *gloſſ.*2.intelligit non
ſolùm quando mulier promiſit principaliter, ſed 3
etiam quando acceſſoriè ad aliam obligationē, Tiraquell.*de retractu lign.*§.1.*gloſſ.*14.*num.*100.Couan. *comment.iuris ciuilis lib.*6.*c.*8. *num.* 8. Nouell. *de dote , par.*6.*priuil.*12.*num.*2. Anton. Gom. *l.*50.*Tauri, num.*26.Cephal.*conſ.*408.*num.*10.*vol.*3.Neguzant.*de pignorib.*1.*par.*8. *partis , num.* 32. *verſ. nec obſtat in quantum* , Vincent.de Franchis *dec.* 132.*per tot.* vbi
*n.*12.ampliat deciſionem huius l. procedere etiamſi 4
mulier interceſſerit pro pœna extranea ad dotem
reſtituendam , & *num.*15. ampliat etiam in obliga- 5
tione mulieris ex cauſa antefati ; tutius tamen eſſe conſulit ad euitandas lites impetrare diſpenſationem ſuper illa obligatione à Proregibus , Surd *deciſ.*164.*n.*4.D Barboſ.*in l.*1.*ff.ſolut. matr. par.*1.*n.*15. *& n.*16.*in fine,&* 17.*& p.*3.*n.*53.vbi verius eſſe affirmat hanc l.loqui in muliere iotercedente pro dote, & non generaliter, Alex.Trentacinq.*var.reſol. lib.*3. *tit.de fideiuſſor.reſol.*2.*n.*4.vbi diſputat an deciſio huius text.procedat quando mulier in eodem inſtrumento pro filia communi in inſtrumento pro dote vnà cum marito ſuo obligauerit ſe, Ant. Fab. *in ſuo Cod.ſub hoc tit.diffinit.*14.Aloyſ.Ricc. *in collect.deciſ. p.*2.*collect.*295.*limit.*4. Aluar. Valaſc. *conſ.* 127. *n.*2. *cum ſeqq.*Bruckman.*de differ.vtriuſque ſexus , par.* 2. *art.*15.*num.*29.*&* 30.*fol.*265. Molin. *de Iuſt. tract.*2. *diſp.*540.*n.*15 *verſ.ſecundus*, Rebell.*de oblig.iuſt.par.*1. *lib.*16.*quaſt.vnic.de fideiuſſor.n.*12. *verſ. ſecundo* , Benedict. Ægid.*in rep.l.ex hoc iure,ff de iuſt. & iur p.*2. *c.*7.*n.*4.*in princ.*

6 *Maior vigintiquinque annis*, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier promittendo dotem non obligatur efficaciter si minor sit vigintiquinque annis, vt per D. Barbos. *in d. l. par. 1. n.* 24. vbi *num.* 25. tenet inhabilitatem ad se obligandum, propter quam propriorum bonorum administratio denegatur, non tollit propter fauorem dotis, vt sunt minores, mente capti, & prodigi, subdi-que quòd si quis propter aliquam aliam causam inhabilitatur ad se obligandum, & nihilominus bonorum suorum administratio ei conceditur, non obstante inhabilitate, ille fauore dotis efficaciter obligabitur, vt de fœmina dotem promittente ostendit textus *in præsenti*.

7 *Pollicitus sit, vel spoponderit*, &c.] Ergo dos simplici pollicitatione promissa efficaciter peti potest, de quo tamen vide D. Barbos. *in d. l. 1. ff. soluto matr. par. 3. n. 11. cum seq.* Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lectionum, l. 1. cap.* 201. vbi ait se credere hanc legem velle ex pollicitatione dotis quemlibet obligari, etsi aliàs ex pollicitatione nemo obligetur, exceptis casibus relatis *in l. 1. in fine, de pollicitat.* videlicet vbi promittitur ob honorem Reipubl. vel quando promissum incipit impleri, nisi pollicitus Reipubl. decedat, vel pauper efficiatur.

8 Notatur ad hoc quòd fauore dotis valet fideiussio celebrata per pactum nudum, vt per Alciat *l. 1. parerg. cap.* 1. Tiraquell. *de priuilegijs piæ causæ, priuileg.* 110 Corras. *in l. qui liberos, n.* 184. *ff. de ritu nupt.* Nouell. *de dote, par. 6. priuil. 2. n.* 11. D. Barbos. *in d. l. 1. par. 3. n. 54. ff. solut. matr.*

9 *A viro forsitan repelli*, &c.] Notatur ad hoc quòd maritus ob dotem non solutam vxorem expellere potest, de quo vidè Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. § 23. num.* 14. Socin. *regul.* 315. Boër. *dec.* 22. *à princ.* Palat. *in rep. c. per vestras, de don. inter virum & vxorem, post not. 1. versic. tertio sequitur in textu, n. 2. pag.* 339. Anton Gom. *l. 50. Tauri n.* 31. Couarr. *de sponsalib. par. 2. cap 7. n.* 1. Gasp. Baëc. *de non meliorand. cap. 32. n.* 20. vbi *num.* 21. limitat, nisi dos sit modica, Bonacos. *tom. 1. commun. opin. l. 5. tit. 6. de dotis promissione*, Viui. *eod. lib. 5. tit. 12. soluto matrimonio, n. 89. pag.* 747. Felician. *de censib. lib. 2. cap. 5. num.* 20. Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 17. num.* 2. *&* 11. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 9. cap. 19. num.* 3. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 5. ff. de liber. agnosc.* Gutier. *alleg. 11. num.* 16. D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrimonio, par. 3. num. 55. cum seq. & par. 4. num.* 28. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imperialis, l. 2. conclus.* 87. Stephan. Gratian. *disc. forens. tom. 1. cap. 65. num. 23. cum seqq.* Castill. *controuers. lib. 3. cap. 23. num. 11. 13. &* 14. Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 5. num.* 11. fallit si soluat quantum facere potest, secundùm Surd. *de aliment. tit. 7. q. 17. n. 28. &* 29. D. Barbos. *in l. maritum, n. 58. ff. soluto matr.*

10 In gloss. *Cessante*. Plures casus, in quibus mulier Velleiano non gaudet, refert hæc gloss. & addo cùm pro aliquo fideiussor extitit, & hæres illius postea fuit: vel cùm hæreditatem alicuius emisset, fideiussor extitit pro debitis defuncti. *l. sed si eum. & l. aliquando, in fine in princ. & l. si mulieri, ff. ad Velleian.* Ordin. Reg. Lusit. *l. 4. tit. 61. §. 4. & 5. l. Hisp. 3. tit. 12. p. 5. vers. la ottaua razon*, Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 540. n. 19. vers. si xeiu*, Rebell. *d. par. 2. l. 16. quæst. vnic. de fideiussor. n. 12. vers. vltimo.*

De non numerata pecunia.

Tit. XXX.

Hæc exceptio datur ei, qui sperans se accepturum, cauit se accepisse, quod non accepit: nec tantùm datur intra biennium, sed etiam perpetuò, dummodo contestatio intra biennium facta sit. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli, vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 5. l. Hisp. 9. tit. 1. par.* 5. Afflict. *decis.* 110. Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 2. cap. 6. n. 10. cum seqq.* Duen. *regul.* 260. Anton. Gom. *variar. tom. . cap. 6. ex n.* 2. Couar. *var. lib. 1. cap.* 7. Kitchou Viui Soar. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 20. pag.* 194. Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 3. lib. 24. cap.* 13. Hippol. Riminald. *cons. 40. l. 1. & cons. 191. lib. 2. & cons 272. l.* 3. Ioan. Garcian *regul.* 168. Cacheran. *decis.* 134. Stephan. Gratian. *Marchiæ dec.* 164. Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 38. 39. &* 365. Rebuff. *ad leges Galliæ, tractat. de chirog. & cedular. recogn. in præfat. art. 2. à num.* 20. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 7. num. 15. cum seqq.* Parlador. *quotid. quæst. l. 2. cap. fin. §.* 5. Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap.* 37. Fachinæ. *controuers. lib. 8. cap. 81. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect.* 250. Arimin. Tepat. *variar. sentent. tom. 1. tit.* 158. Emman. à Costa *in repet. l. si ex cautione, infr. hoc eod. tit.* Marta *de iurisdict. part. 4. casu* 161. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib.* 18. Molin. *de iust. tract. 2. disp.* 302. Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli l.* 184 Ioan. Martin. à Costa *in addit. ad tract. libellorum, annot. 10. per tot.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. ti. de solution. resolut.* 20.

In gloss. rubr. ibi, *hic ciuiliter tantùm*, &c. Vide Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 6. num. 2. in princ. & cap. 13. num. 16. & l. 3. Tauri num. 7. &* 129. Menchaq. *de success. creat. §. 12. num.* 49. Ioan. Garcian. *d. reg.* 168. *num.* 3. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. l. 19 tit. 1 num. 14. &* 15. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 20. à num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio non præsumitur nisi probetur per creditorem.*

2 *Debitor non tenetur si intra biennium opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, nisi creditor probet numerationem, etiamsi confitens mutuum recepisse, dedisset pignus, & n. 3. etiamsi talis confessio facta fuisset cum iuramento, num. 4.*

L. Si pecuniam. I.

Impp. Severvs *&* Antoninvs AA. *Hilario.*

Nvmeratio non præsumitur nisi probetur per creditorem. Colligũt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in 4. fol. 23. verso*, Sebast. Naui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Probat hic text. debitorem non teneri si intra 2
biennium opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, nisi creditor probet numerationem, etiam si

con-

confitens mutuum recepisse, dedisset pignus, vt per Emman. à Costa *in rep. l. ex cautione, in princ. versic. licèt hypotheca data conuenire cœperis*, *n.* 4. Duen. *regul.* 260. *n.* 3. Rebuff. *ad leges Galliæ, tract. de chirograph. & cedul. recogn. in præfat. art.* 2. *num.* 22. Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib.* 3. *tit. de solutionib. resol.* 20. *num.* 9. Mascard. *de prob. conclus.* 261. *n.* 25. vbi citato hoc text. ait quòd si con-
3 fessus recepisse pecunias mutuas dedisset pignus, non probat quominus possit opponere hanc exce-
4 ptionem, & *n.* 26. ampliat, etiamsi talis confessio facta fuisset cum iuramento, Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat, n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quoad totum, & partem debiti, opponi potest.*

2 *Debitor probat sibi non numeratam pecuniam, opponendo exceptionem pecuniæ non numeratæ, donec probetur contrarium.*

L. Minorem. II.

Imp. ANTONINVS A. *Maturio.*

1 EXceptio non numeratæ pecuniæ quoad totum, patrem debiti, opponi potest. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd debitor probat sibi non numeratam pecuniam eo ipso quòd opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, donec contrarium probetur, vt per Roderic. Xuar. *ad lect. l. post rem iudicatam, in declarat. leg. Regni, in §. sed pro euidentia, n.* 13. *pag.* 649.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus ex confessione mutui confessati opponens actori exceptionem non numeratæ pecuniæ absoluetur, vbi actor numerationem non probat.*

2 *compelli Petitorem probare pecuniam sibi esse numeratam, intellige vt n.* 3.

4 *Pecunia quando constet fuisse numerata, & n.* 5. 6. 7.

8 *Debitor si confessus est recepisse pecuniam, eámque soluere promisit instrumento garentigio, an nihilominus possit opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ.*

9 *Mutuatarius, confessus se mutuum recepisse, si renuntiauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, potest nihilominus excipere pecuniam non fuisse numeratam, vt reijciat onus probandi in mutuantem, pecuniam fuisse numeratam, vel si probet numeratam non fuisse, vt liberetur à solutione, num.* 10.

11 *Renuntiatio exceptionis pecuniæ non numeratæ vt sit valida, an satis sit fieri in eodem instrumento, in quo facta fuit confessio, & n.* 12. *an istiusmodi renuntiatio iuramento firmata in eodem instrumento facta sit valida, num.* 13.

L. Si ex cautione. III.

Iidem A. Demetrio.

1 REus conuentus ex cautione mutui confessati opponens actori exceptionem non numeratæ pecuniæ absoluendus, vbi actor numerationem nō probat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Super hanc leg. doctissimam edidit repetitionem Lusitanus noster Emmanuel à Costa, vir mehercle acri & subtili iudicio, variáque eruditione præditus, quem iure optimo laudant Couatr. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *num.* 12. Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 43. Gam. *Lusit decis.* 253. *n.* 16.

Compellitur petitor probare pecuniam sibi esse numeratam.] Intellige quando ex tenore instrumenti, seu scripturæ non constat pecuniam fuisse numeratam; 2 3
si verò constiterit, tunc opponenti onus probandi non numerationem competit; dicetur autem constare ex instrumenti, seu scripturæ tenore pecuniam fuisse numeratam quando Notarius certificat mutuatarium habuisse & recepisse decem in sua præsentia, & testium in scriptura scriptorum, vt per *l. Hisp.* 8. *tit.* 15. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Emman. à Costa *in præsenti, vers. decimò fallit, n.* 1. Rebuff *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tract. de chirog. & cedul. recog. in præfat. art.* 2. *n.* 54. Mascard. *de probat. concl.* 17. *n.* 30 *& concl.* 1112. aliàs 1117. *à princip.* Auendan. *de censib. cap.* 44. *num.* 1. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de solut. resolut.* 20. *num.* 17. *vers. primus*, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 1. *&* 3. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 22. *num.* 37. Fontanell. *de pactis nuptial. b. tom.* 2. *claus.* 14. *gloss. vnic. p.* 1. *num.* 14. *&* 15. Rota apud Ludou. Cenc. *post suum tract. de censib. decis.* 95. *num.* 11. *& decis.* 98. *n.* 5. *& decis.* 102. *n.* 1. *& decis.* 110. *n.* 4. *& decis.* 123. *num.* 1. *& decis.* 125. *n.* 4. *& decis.* 127. *n.* 2. *& decis.* 133. *n.* 5. *& decis.* 135. *n.* 2. *& decis.* 137. *n.* 1. Et in hoc casu si constiterit quod confitens nihil habuit, Notarius pœna falsi punietur; quia dicta verba non referuntur ad confessionem partis, sed ad ipsum Notarium, secundùm Farin. *in praxi crim. tit. de falsit. & simulat. q.* 154. *n.* 67. Item à crimine falsi non potest defendi Notarius si scripsit pecuniam fuisse numeratam, & testes aliud deponant, Cardin. Mantic. *d. tit.* 6. *n.* 14 Farin. *d. q.* 154. *n.* 12. 54. *&* 64 Mari. Muta *decis.* 71. *n.* 26. vbi ait excusari à falso si ita de consuetudine poterat scribere. Nota quòd notarius debet dare fidem de præsenti numeratione vt prædictum effectum operetur; nam si dicat, Heri in mei præsentia, atque talium testium, pecunia numerata fuit, fidem non facit, quia hoc casu de actu traditionis pretij, cùm de actu præcedenti non fuisset rogatus, non dat fidem tanquam Notarius, & persona publica, sed tanquam persona priuata, secundùm Hipp. *sing.* 461. Cott. *in memorab. verbo Notarius*, Boër. *decis.* 57. *n.* 3. Surd. *cons.* 440. *n.* 9. Auendan. *d. cap.* 44. *n.* 4. Cardin. Mantic. *d. tit.* 6. *n.* 5. Steph. Gratian. *Marchiæ dec.* 166. *n.* 16. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 22. *n.* 37.

Dicetur etiam constare pecuniam fuisse numeratam, quando Notarius ita diceret in instrumento, *Mutuatarius confessus fuit habuisse & recepisse centum, quæ habuit, & recepit*, non adiiciens, *in præsentia mei Notarij, & testium*, &c. Rota apud Cencium *decis.* 102. *num.* 4. Alex. Trentacinq. *dict. resolut.* 20. *num.* 17. *versic. contra*, Cardin. Mantic. *d. tit.* 6. *num.* 4. vbi subdit Notarium non posse opponere prædicta verba, nisi facta sit vera numeratio eo loco, & tempore, & præsentibus testibus, quia non potest attestari de eo, quòd non vidit, testibus præsentibus, & intelligentibus. Emman. à Costa *d. vers. decimo fallit, num.* 4. Cald. Pereira *dict. cap.* 22. *num.* 38. *paulo ante fin.* quicquid dicat Farin. *d. quæst.* 154. *num.* 59. Et ampliùs in hac materia aduertunt Matiens. & post illum Cald. Pereira *dict. cap.* 22. *num.* 39. & Farinac. *d. quæst.* 154. *n.* 55. quòd Notarius & testes debent cogno-

cognoscere quanta sit pecunia, aperiẽdo sacculum, de quo etiam Mascard. d. concl 1117. n. 5. & 6.

5 Similiter numeratio probatur quando Notarius in instrumento dicit, Didacus confessus fuit recepisse à Titio dando & numerando decem, quia gerundij sonat in actu, qui oculis subiicitur, l. vim facit, ff. de vi & vi armata, Emman. à Costa vbi supra n. 8. Cardin. Mantic. d. tit. 6. num. 11. Alex. Trentacinq. d. resol. 20. num. 17. versic. quartus & vlt. Farinac. dict. quæst. 154. n. 73. secus si Notarius scripserit, recepisse à Titio dante & numerante decem, Acosta d. loco, Cardin. Mantic. d. tit. 6. n. 10. Alex. Trentacinq d. n. 17. vers. tertius casus.

6 In gloss. Si ex cautione. ibi, in qua continetur, Confiteor me debere decem, &c. Sic etiã probatur pecuniam fuisse numeratam ex cõfessione facta in vltima voluntate, vt si testator in testamento, vel codicillo confiteatur recepisse certam quantitatem ex causa mutui, & iubeat solui, vt per Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de chirog. & cedul. recogn. artic. 2. n. 43. & 44. Emman. à Costa in rep. huius l. versic. duodecimò fallit, Anton. Gom. variarum tom 2. cap. 6. n. 5. Menchaq de success. creat. lib. 1. §. 6. n. 29. Mascard. de prob. conclus. 359. n. 20. & concl. 361. n. 34. Alexand. Trentacinq. dict. resol. 20. num. 8. Cardin. Mantic. d. lib. 18. tit. 6. n. 19. Cardos. in praxi iudicum, verbo exceptio, n. 30. versic. hac regul. Molin. dict. disp. 302. n. 9. in fine, Sigism. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloss. 9. num. 13. Mancin. in tract. de confess. cap. 2. limit. 7. n. 167. & cap. 8. n. 11. quod intelligitur si facta sit huiusmodi confessio per existentem in extremis, vt declarant Mancin. d. cap. 8. n. 41. Mascard. Acosta, Card. Mantic. & Alexand. Trentacinq. dictis locis. Idem in confessione facta in iudicio per modum contentiosæ iurisdictionis, vt per Emman à Costa versic. vndecimò fallit, n. 1. Rebuff. vbi supra, n. 32. Duen. d. regul. 260. limit. 11. Osasch. Caeberan. dec. 134. Mascard. dict. conclus. 361. n. 29. Alexand Trentacinq. d. resol. 20. n. 5. Cardin. Mantic. d. t. 6. n. 35. Et in confessione geminata ex interuallo, Emman. à Costa versic. decimoquartò fallit, n. 1. Rebuff. d. loco, n. 26. Grammat. dec. 103. num. 31. Roland. à Valle consil. 17. num. 11. lib. 1. Camill. Bottell. cons. 56. n. 43. Aloys. Ricc. in collect. dec. par. 2. collect. 250. Anton. de Amatis Ferrar. dec. 45. n. 3. Ioan Aloys. Catalan. in tr. de abolit. & indult. c. 1. n. 141. Card. Mantic. d. tit. 6. n. 26.

7 In gloss. Probare. ibi, sed die loqui in priuata debitoris, &c. Notatur ad hoc quòd numeratio pecuniæ quoad hunc effectum constat ex confessione facta tam in Instrumento publico, quam in scriptura priuata, vt per Duen. d. reg. 260. n. 2. Rebuff. d. tract. de chirog. & cedul. recogn. art. 2. n. 20.

8 Vtrùm si debitor confessus est recepisse pecuniã, eámque soluere promisit instrumento garentigio, quod nulla expectata sentẽtia paratam habet executionem, opponere nihilominus possit exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, vel intra biennium antequam conueniatur, vel postquam iuxta instrumenti formam conuenitur intra decem dies eodem biennio comprehensos, datósque solùm in Regno Castellæ ad excipiendum postquam debitor exequutioni opponit, quæ vi talis instrumenti contra eum fit, iuxta l. 1. 2. & 3. tit. 21. lib. 4 noua Recop. In hac quæst. communis omnium ferè resolutio tenet posse eam intra illud tempus opponere, eóque ipso reiicere in creditorem onus probãdi pecuniam fuisse numeratam, vt per Prosper. Catauit. super ritibus magnæ Curiæ, ritu 166. n. 46. Emman. à Costa in rep. huius l. versic vndecimò fallit, n. 2. Roder Xuar. in l. post rem iudicatam, post limitationes in versic. sed pro euidentia. n. 12. Anton. Gom. tom. 2. variarum, cap. 6. n. 3. Auendan. de exequen. mandat. par. 1. cap. 16. n. 11. Perez in l. 4. gloss. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. Azeued. l. 1. num. 82. tit. 21. lib. 4. noua Recopil. Soar. de Paz in pract. tom. 1. par. 4. cap. 3. num. 3. vbi quòd opposita intra biennium onus probandi transfert in creditorem, Alexand. Trentacinq. d. tit. de sol. resol. 20. n. 7. & 8 ampliat, etiamsi esset statutum in ciuitate quòd contra instrumenta publica non possit opponi aliqua exceptio, Cardin. Mantic d. lib. 18. tit. 6. num 18. Fachinæ. controuers. lib. 2. cap. 84. Mari. Mura dec. 71. n. 15. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 39. Sigism Scacc. de commerc. & camb. §. 1. gl. 8. n. 4. Molin. d. disp. 302. n. 11. vers. dubium est.

9 In eadem gloss. ibi, sed si renuntiauerit exceptioni, &c. Notatur ad hoc quòd si mutuatarius, qui confessus est se mutuum recepisse, renũtiauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, potest nihilominus excipere pecuniam non fuisse numeratam ad effectum vt in mutuantem reiiciat onus probandi pecuniam fuisse numeratam, ita l. Hisp. 9. tit. 1. par. 5. vbi Gregor. Lopez gloss. penult. & vlt. ait admitti exceptio- 10 nem ad effectum, vt si ipse probet numeratam non fuisse, liberetur à solutione. Aufrer. in addit. ad Capell. dec. 375. n. 2. sequuntur omnes Regnicolæ, vt per Roder Suar. in d. l. post rem iudicatam, post limitationes, versic. sed pro euidentia, num. 26 Duen. regul. 360. n. 4. Couarr. lib. 2. variarum, cap. 4 n 3. Anton. Gom. l. 53. Tauri, n. 32. Olan. in antinomia iuris, lit. R, n. 9 Ioan Garcian. regul. 168 num. 4. Auendan. de censib. cap. 43. num. 5. Emman à Costa in repet. huius l. in verbo compellitur, ante fallentias n. 2. 3. & 4. Mich. Grass. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 20. n. 10. pag. 594. Arimin. Tepat. var. sent. tom. 1 tit. 158. c. 7. Azeued l. 1. tit. 21. lib. 4. noua Recop. Ceuall. commun. contra commun. q. 365. Mart. de iurisd. p. 4. casu 61. n. vlt.

11 Vtrùm autem vt renunciatio sit valida, prædictúmque effectum habeat, satis sit fieri in eodem instrumento, in quo facta fuit confessio? Communis opinio ait non sufficere, sed oportere fieri in alio, & sic ex interuallo, non verò incontinenti, tanta est enim facilitas debitoris inquirẽtis pecuniam quod facit instrumentum qualitercunque creditor vult, & quæ facilitate, spe, & desiderio mutui adduceretur ad conferendum mutuum, adduceretur quoque ad renuntiandum huiusmodi exceptioni; ita Gregor Lopez dict. gloss. vlt. Anton. Gom. d. l. 40. Tauri, n. 31. Roderic. Xuar. & Couarr. locis proximè citatis, Petr. Ferrariens. in praxi Papiens. tit. de forma libell. in act. hypothec. gloss. 16. num. 16. Duen. regul. 260. n. 4. Emman. à Costa in præsenti, fallent. 1. Tiraquell. in tract. de iure constituti, par. 3. num. 30. & 31. Petr. Rebuff. dict. tract. de chirog. & cedul. recogn. in præf. art. 2. n. 17. Mascard. concl. 361. num. 18. Coler. de processib. execut. par. 1. cap. 10. num. 194. Cardin. Mantic. d. lib. 18 tit. 4. D. Barbos. in l. 1. ff. soluto matr. par. 6. n. 17. in fine, & 28. Aluar. Valasc. consult. 5. n. 12. & 13. Mari. Muta decis. 81. per tot. Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. E, conclus. 421. n. 7. Benechend. in addit. ad Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 60. n. 11. Molin. d. disp. 302. num. 3. ante med. vbi tamen subdit d. l. Hisp. 9. statuere satis esse si in eodem instrumento fiat.

12 Meritò tamen iure Lusitano in ordin. Regia lib. 4. tit. 5. in princ. statutum fuit, vt si renuntiatio eiusmodi exceptionis fiat, sit ipso iure nulla, pœnáque amissionis officiorum decernitur tabellionibus, &

aliis ministris publicis, qui instrumenta confecerunt, in quibus ea renunciatio apponatur, ita D. Barbos. *in d.l.1.par.6.n.27.* Aluar. Valasc. *d.cons.5.n.12.* & 13. vbi eam Ordin. intelligit quando renuntiatio fit tempore contractus in instrumento quo celebratur contractus, secus si fiat postea ex interuallo, refert. Molin. *d.disp.302.n.3.prope fin.*

13 Controuerti solet de iure communi, an renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ iuramento firmata in eodem instrumento facta valida sit: Vide *infr. in collect. ad l.vlt. hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ non opponit qui ex interuallo cautionis præteritæ agnoscit debitum, & num. 2. agnouisse fidem cautionis is dicitur qui soluit partem debiti contenti in cautione, num. 3.*

4 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere amplius nequit, qui bis ex interuallo confitetur dotem recepisse, vel pecuniam. intellige, vt num. 5. item soluens scienter partem totius debiti confessati, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ pro residuo, num. 6.*

7 *Debitor si post confessionem factam soluat partem debiti, aut debitum recognoscat, non conceditur illi deinceps exceptio non numeratæ pecuniæ.*

8 *Soluens partem debiti ex contractu, aduersus quem exceptione tutus erat, videtur solutione partis in reliquam approbasse contractum, & renuntiasse exceptioni.*

9 *ob Solutionem partis debiti in dubio præsumi agnouisse debitum, & præiudicari sibi in omnibus, donec non probet se errasse. contrarium vide n. 10.*

11 *Voluntas facto declarata, & verbis expressa differunt, remissiuè.*

12 *in Soluto licet quis sibi præiudicet, non tamen cogi potest ad soluendum reliquum.*

13 *Solutio gratuita vnius partis non grauat in solutione alterius. intellige, vt num. 14. authoris mens, num. 15.*

16 *an ex Annua præstatione redditus, non expressa causa, obligatio inducatur in futurum, remissiuè. An qui tenebatur ex censu soluere decem quolibet anno, non soluit nisi quinque, per longissimum tempus præscribat quoad partem, non solùm quoad præteritas, sed etiam quoad pensiones futuras, num. 17.*

L. Cùm fidem. IV.

Idem A. Bassano.

1 Ex interuallo cautionis præteritæ debitum agnoscens exceptionem non numeratæ pecuniæ non opponit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Rebuff. *ad leges Galliæ tom.1. tract. de chirog. & cedul. recog. in præf. art. 2. num. 57.* Socin. *reg. 97. vers. quartò fallit*, Natt. *cons. 7. num.* Hieron. Magon. *Lucen. decis. 24. num. 11.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. tit. 158. cap. 12. prope fin.* D. Barbos. *in l. 1. ff solute matr. part. 6. num. 58.* vbi etiam post Afflict.

3 *dec. 510. in fine*, subdit quòd dicitur quis agnouisse fidem cautionis si soluit partem debiti contenti in cautione, sed si tantùm pro eodem debito sæpius caueat, vel etiam sæpiùs extra iudicium fateatur se accepisse, non dicetur agnouisse fidem cautionis, & consequenter non excludi à querela non numeratæ pecuniæ.

Notatur ad hoc quòd si quis bis ex interuallo 4 confitetur dotem, vel pecuniam recepisse, non amplius posset opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel dotis, quia confitens ex interuallo debitū ex causa præcedenti videtur agnoscere, & non est credendum quòd deceptus eadem facilitate denuo decipiatur, de quo vide Rebuff. *vbi sup. n. 62.* Emman. à Costa *in repet. huius l. vers. decimoquartò fallit, n. 1.* Anton. de Amatis *Ferrarien. decis. 45. n. 3.* Mascard. *de probat. concl. 347. n. 5. & 53.* D. Barbos. *d. n. 58.* vbi intelligit quando constat secundam cau- 5 tionem, vel confessionem fuisse factam eo animo vt debitum agnosceretur, non verò quando de hoc non apparet, & sumus in dubio. nam tunc non præsumetur secunda cautio, vel confessio facta animo agnoscendi debitum, sed potiùs causa ostendendi primam confessionem fuisse factam spe futuræ numerationis.

Etiam solutione portionis debiti, &c.] Notatur ad 6 hoc quòd soluens scienter partem totius debiti confessati, non potest pro residuo opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt per Ordin. Reg. Lusit. *l. 4. tit. 51. §. 4.* Rebuff. *vbi sup. num. 5.* Mascard. *de probat. concl. 1261. num. 56.* Alexan. Trentacinq. *var. resolut. l. 4. tit. de solutionib. resol. 20. num. 22. vers. secunda conclusio*, Cardin. Mantic. *d. l. 18. de tacitis & ambig. conuent. tit. 6. num. 18.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 302. num. 8.* vbi quòd si debitor post 7 confessionem factam partem debiti soluat, aut debitum recognoscat, non conceditur illi deinceps exceptio non numeratæ pecuniæ, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 514. n. 40.*

Notatur etiam ad hoc quòd si quis soluat partem 8 debiti ex contractu, aduersùs quem exceptione tutus erat, videtur solutione partis in reliquum contractum approbasse, & exceptioni renuntiasse, vt per Rimin. *cons. 135. n. 13. vol. 1.* Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. l. 8. tit. 27. de solut. n. 66. pag. 395.* Martam *in votis nouiss. decis. voto 103. n. 4.* Fontanel. *de pactis nuptialib. claus. 4. gloss. 8. part. 1. num. 145.* Anton. Hering. *in tract. de fideiussorib. cap. 5. n. 176.* vbi *n. 179.* respondit ad iura, quæ pro contraria opinione faciunt, Pyrrh. Maur. *in tract. de solut. ob. t. cap. 24. n. 2. pag. 69.* vbi dicit in dubio ob solutionem partis de- 9 biti præsumi agnouisse debitum, & præiudicari sibi in omnibus, donec non probet se errasse.

Verùm contrariam opinionem, quòd scilicet sol- 10 uens partem debiti non ideo videatur agnoscere totum debitum, vt teneatur alteram partem soluere, sequuntur Salicet. *in princip.* Paris. *cons. 79. num. 11. vol. 3.* Nat. *cons. 446. num. 19.* Hieron. Magon. *Florent. decis. 143* vbi tradit differentiam inter voluntatem 11 facto declaratam, & verbis expressam, Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 16. & decis. 33. num. 22. & cons. 212. num. 25.* vbi quòd licèt sibi præiudicet in 12 soluto, non tamen potest cogi ad soluendam aliam partem, Pyrrh. Maur. Aretin. *in d. tract. de solut. oblat. & recent. cap. 15. num. 3. cum seqq.* vbi ex Surd. dicit 13 gratuitam solutionem vnius partis non grauare in solutione alterius, nec soluentem partem indebiti cogi aliam partem soluere, posseque soluentem partem debiti confessati pro alia non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere, Castill. *quotid. l. 4. c. 60. n. 61. cum seqq.* quæ quidem opinio magis communis & vera videtur, côtra quam minimè facit text. *in præsenti* pro prima adductus, cui cū Bart. Butrig. & Ias. respōdet Emman. Acosta *in præsenti fallent. 7.*

num.4. quòd intelligi debeat quando ille qui soluit
14 refert se euidenter ad maiorem quantitatem in cautione, seu contractu contentam; secus verò si simpliciter partis debiti solutionem fecisset, & in hunc casum dictam opinionem procedere ait, esséque communem. Menoch. verò *de præsumpt. lib.3. præs. 131. n.1. vers. secundò adduxit*, cum Fulgos. & Butr. ait id ideo hic contingere, quia per subsequentes solutiones, & præstationes lex præsumit præcessisse pecuniæ numerationem.

15 Ego verò vtramque opinionem facillimo negotio componi posse existimo, vt scilicet prima procedat quando partis debiti solutio fit ab ipsomet qui contraxit, quia sciens in maiorem quantitatem teneri ex contractu, pro cuius implemento summam soluit, totum agnouisse videtur; secunda verò quando quis nomine alterius soluit, quia nunc partis solutione non videtur totum agnouisse, *l. vlt. C. ne vxor pro marito*. Ita conciliat Hering. *d. .5. n.177. cum duobus seqq.*

16 Vtrùm ex annua præstatione redditus, non expressa causa, obligatio in futurum inducatur? vide Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.1. quæst.15. à n.1.* Flores de Mena *var. quæst. lib.3. quæst.23. ex num.12.*

17 Vtrùm ille, qui tenebatur ex censu decem soluere in quolibet anno, & non soluit, nisi quinque, per longissimum tempus præscribat quoad partem, non solùm quoad præteritas, sed etiam quoad futuras pensiones? vide Fontanel *de pactis nupt. claus.4. glos.18. part.2. num.144. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Negans scripturam & numerationem acceptam, vltra expensas in duplum damnatur. & num 2. & 4. dictam pœnam dupli non seruari in Gallia, sed pro arbitrio iudicum mulctari debitorem, n.3.*
5 *Authentica contrà qui, habet locum nedum in negante cedulam à se scriptam, sed etiam in negante cedulam à se subscriptam.*
6 *Confitentem non puniri nisi in expensas.*

Avth. Contrà qui.

1 NEgans scripturam & numerationem acceptã, vltra expensas in duplum damnatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. supr. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *in 4. fol.23. versõ.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor. Lop. *l.8. gloss.6. tit.7. part.3. & l.2. gloss. 7. post med. tit.1. p.5.* Ias. *in §. item si quis num.79. post med. Instit. de action.* Rebuff. *tom.1. ad leges Galliæ, tract. de chirog. & cedul recog. art.2. num.73.* vbi re-
3 fert in Francia dictam pœnam dupli non seruari, sed pro arbitrio iudicum debitorem mulctari, Emman. Acosta *in repet. l. ex cautione, sup. hoc eod. tit. ante*
4 *fallentias, vers. tua quam*, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.18. tit.16. num.33.* vbi etiam tenet conuictum duplici pœna puniri, nisi iuramento illato confiteatur.

5 Nota hanc auth. non solùm habere locum in negante suam cedulam à se scriptam, sed etiam in negante cedulam à se subscriptam, vt per Balc. *hic col.1.* Ias. *in l. cùm antiquitas, n.13. C. de testament. & in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, ff. de verbor. oblig.* Cott. *in memorab. verbo subscriptio, pag.833.* Rebuff. *d. tract. de chirogr aph. & cedul. recognit. in præf. num.54. pag.113.* Emman. Acosta *in repet. l. si ex cautione, ante fallentias vers. tua quam, num.2.*

Tunc enim non punitur, &c.] Ergo non punitur 6
qui confitetur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 30.* Donat. à Fina *tom.2. commun. opin. lib.7. tit.9. de confessis num.273. pag.295.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ frustrà opponitur obligationi aliunde trahenti originem, quam ex numeratione. Non habet locum quando petitur pecunia vt numerata, n.2. Nec in spe futuræ numerationis, num.3.*
4 *Confessio mutui quando facta esset ex alia causa, licèt verè non sit mutuum, non opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ.*
5 *Declaratur l. si ex pretio, C. si certum petatur.*
6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum etiam in confessione facta sine scriptura.*
7 *Confitens recepisse pecunias, vèl res alias aliá ex causa, quàm mutui, incontinenti sibi præiudicat.*

L. Aduersus V.

Imp. ALEXANDER A. *Haustiano.*

EXceptio non numeratæ pecuniç frustrà opponi- 1
tur obligationi aliunde trahenti originẽ quam ex numeratione. Item exceptioni nõ numeratæ pe- 2
cuniæ locus est quando petitur pecunia, vt numerata. In spe futuræ numerationis non numeratæ 3
pecuniæ exceptio minimè locum habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

Allegari solet hic text. ad hoc quòd quando con- 4
fessio mutui facta esset ex alia causa, licèt verè non sit mutuum, veluti si quis deberet centum ex causa emptionis, seu venditionis, & confessus fuerit se illa debere ex causa mutui, tunc non opponitur exceptio, non numeratæ pecuniæ, vt per Rebuff. *tom.1. ad leges Galliæ, tract. de chirog. & cedul. recognit. art.2. num.54.* Riminald. *cons.69. num.34.* Roland. *cons.4. num.15. & 16. lib.4.* Emman. Acosta *in repet. l. si ex cautione, sup. hoc eod. tit. vers. tertiò fallit*, Fachin *lib.2. controuers. cap.83.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.18. tit.6.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.3. tit. de solution. resol.20. num.23.* vbi notabiliter dicit quòd quãdo debes mihi decem ex causa venditionis, & confessus fuisti solemniter illa decem te debere ex causa mutui, si ago contra te ex cõfessione, non poteris opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia illa habet locum vbi origo petitionis fundatur in numeratione, sed vbi fundatur in causa præcedentis debiti, debet probare an illa causa sit iusta, vel non; vbi tamen subdit id locum non habere si debitum non ex præcedenti causa, sed ex futura conuertatur in mutuum, & illa non sequatur. nam tunc habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, & causæ non sequutæ quando fieret confessio spe futuræ numerationis, & illa non sequeretur, *l. si sub specie, C. de postulando*, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.2. cap.321. num.12.*

Videtur tamen contrariari text. *in præsenti cum* 5
l. si ex pretio, C. si certum petatur, cùm in hoc nostro text. probetur debitum ex alia causa per confessionem in scriptura contentam in mutui causam conuerti posse; at verò *in d. l. si ex pretio*, negetur ex simplici confessione & nudo pacto conuerti posse in causam mutui, sed per stipulationem: in primis Cyn. quem refert & sequitur Emman. Acosta *vbi suprà*, existi-

existimauit *in d.l.si ex pretio*, non agi de redigenda quantitate ad literarum obligationem,sed de transferenda quantitate ad mutui naturalis obligationem,quæ re contrahitur:at in hoc nostro text. mutuum ciuile fuisse contractum. Alij verò,& rectiùs, tenent pacto nudo debitum ex vna causa posse in causam mutui conuerti, vt *in hoc text.* & ideo *in d. l.si ex pretio*, ideo stipulationem requiri, quia non agitur solùm de conuertendo debitum in causam mutui,sed de præstando fœnore ex illo mutuo,quod nudo pacto effici non potest, & latiùs vide *in collect.ad l.si ex pretio.*

6 *Vbi quasi credita*,&c.] Notatur ad hoc quòd exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum etiam in confessione facta sine scriptura,vt per Rebuff.*d. art.2.n.12.*

In gloss.*Præcesserit*.ibi, *vel hic fuit confessus*, &c. Notatur ad hoc quòd si alia causa, quàm mutui, quis confiteatur recepisse pecunias, vel alias res,incontinenti sibi præiudicat, & quamuis conuentus hanc exceptionem opponat, non transfert onus probandi in creditorem, vide posita *ad l.generaliter, inf.hoc eod.tit.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ frustrà opponit constituens se pro alio debitorem principaliter, aut accessoriè, & n.2.*

3 *Exceptione non numeratæ vti non posse campsores, sine mercatores, qui in litteris cambij confessi sunt mutuam pecuniam accepisse, & n. 4. vel quando proprio nomine promiserunt soluere propter publicam fidem, n. 5. secus si promiserunt se soluentes pro alio qui confessus est mutuam pecuniam accepisse, n.6.*

7 *Exceptioni non numeratæ locum esse in cambiis.*

L. Frustrà opinaris. VI.

Idem A. Iustino.

1 CONstituens se pro alio debitorem principaliter,aut accessoriè, exceptionem non numeratæ pecuniæ frustrà opponit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Hippol.*in rub. de fideiussorib. num.*8. Osasch. *decis.2.num.6.* Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lection.lib.2 cap.202.* vbi de ratione decidendi, dicens quòd si Citius confessus est in chirographo se centum mutuò à Sempronia accepisse, postmodum Iustinus Sempronio promisit se illa centum restituturum, cùm verò à Sempronio conueniretur, opposuit exceptionem non numeratæ pecuniæ, hoc casu credit nullam Titio principali debitori pecuniam fuisse numeratam,sed Iustinum, qui eius loco promisit se centum soluturum, hanc exceptionem amittere, quia debitum agnouit.

3 Salyc.& Bald.per text. *de præsenti*, tenent campsores, siue mercatores,qui in litteris cambij confessi sunt mutuam pecuniam accepisse, non posse vti exceptione non numeratę pecunię,vt per Duen. *d.regul.160.limit.9.*Foller.*ad Marant.de ordine iudic. part.6. actu 6. num. 53.in fine vers.sed finge campsorem*, Rebuff.*tom.1.ad leges Galliæ,tract. de chirog.& cedul. recognit. art. 2. num. 27.* Mascard. *de probat.*

4 *concl.361.num.*40. vbi quòd confessio mercatorum, vel campsorum de recepto propter publicam fidem probat,& eis non competit hæc exceptio non numeratæ pecuniæ,vbi *num.*42. intelligit,vt non procedat quando campsor promisit soluere pro huiusmodi confitente.Cardin.Mantic.*de tacitis & ambig. conuent.lib.18.tit.6.num.36.*vbi hoc restringit quando proprio nomine promisit soluere propter publicam fidem; quando verò promisit se soluturum pro alio,qui confessus est mutuam pecuniam accepisse, tunc ex persona illius non prohibetur vti hac exceptione,Rota coram eodem Mantic. *decis.77.num.3.* vbi tamen ex Afflict. tradit in cambiis huic exceptioni esse locum, & idem videtur sentire Sigism. Scacc *de commerc.& camb.§.2. gloss. 8. num. 1.* dum ait, Si fecerim tibi litteras cambij scutorum decem soluendorum à Ioanne in ciuitate Venetiarum, & tu illas defers, & requiris,& Ioannes non acceptat,venisque ad me vt restituam tibi scuta decem, me posse exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere. 5 6 7

SVMMARIVM.

1 *Chirographum traditum spe pecuniæ impetrandæ, pecunia non numerata condicitur, & n.3.*

2 *Confessus accepisse pecuniam, biennio elapso condicit obligationem si contra eum non agatur.*

4 *Exceptio non numeratæ potest proponi principaliter petendo se liberari à promissione mutui, & chirographum rumpi, vel cancellari, & n.5.*

6 *Actor etsi nihil petat, potest reus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere.*

7 *Debitor si videat creditorem assertum nolle dare pecuniam, poterit agere super cancellatione instrumenti, vel chirographi.*

8 Cauisti, id est,reddere promisisti; *vel meliùs, te debitorem in scriptis confessus es.*

L. Si quasi. VII.

Idem A. Iuliano,& Ammiano.

CHirographum traditum spe pecuniæ impetrandæ, pecunia non numerata condicitur. Confessus accepisse pecuniam, biennio elapso condicit obligationem si contra eum non agatur.Colligunt ex Ordin.Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text desumunt Ias *in §.præterea n.41. Instit.de actionib.*Padil.*in l.si non transactionis,num.1, C.de iuris & facti ignor.*Anton. Gom.*var.tom.2.c.14. num.* 8. vbi quòd exceptio non numeratæ pecuniæ potest proponi principaliter petendo se liberari à promissione mutui, & chirographum rumpi, vel cancellari, Emman. Acosta *in repet.l.si ex cautione, sup.hoc tit ante limitationes, vers.condictio sine causa,* Alex. Trentacinq.*var.resolut.lib.3. tit. de solution:b. resol.20.num.15.* Cal.Pereira *quæst.forensium lib.1. quæst.22. num.23* vbi tenet exceptionem non numeratæ pecuniæ posse proponi principaliter petendo se liberari à promissione mutui, & chirographum rumpi, vel cancellari, vel incidenter per viam exceptionis si à creditore petatur mutuum proponendo huiusmodi exceptionem. 3 4 5

Notatur ad hoc quòd etsi actor nihil petat, potest reus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere,vt per Anton. Gom.*var.tom.2.cap.6.num.2. vers.si d obstat si dicas*, Rebuff.*tom.1.ad leges Galliæ, tract. de chirog. & cedular. recognit. art. 2. num.*50. vbi ait quòd poterit debitor si videat creditorem asser- 6 7

assertum nolle dare pecuniã, agere super cancellatione instrumenti, vel chirographi dicens pecuniam non fuisse vnquam numeratam, & sic instrumentum esse apud creditorem sine causa, & ideo cancellandum, Emman. Acosta *in repet. d. l. si ex cautione, super verb. seu non numerata pecunia, n. 1. & in § antepen. incip. absolutio sequitur, num. 1. & super verb. seu non numerata pecunia, num. 2.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. tit. 158. cap. 4.* Pichard. *in princip. Instit. de litter. obligat. num. 28.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 8. tit. 1. num. 10. cum seqq.* Alex. Trentacinq. *citato loco.*

8 In gloss. *Cavisti* ibi, *id est, reddere promisisti.* vel melius, te debitorem in scriptis confessus es, secundùm Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib. 1. cap. 77.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ad heredem transmittitur, nisi tempore sit sopita. Illius oppositio cœpta per defunctum prodest heredi, num. 1. Heres & omnes illi, quorum interest quocunque modo, possunt hanc exceptionem opponere, ex persona scil. rei, non ex propria, num. 3. hac exceptio heredi, & adversùs heredem perpetuò competit, num. 4. & fideiussori, n. 5.*

6 *Debitor quando intra biennium decessit, & exceptionem non numeratæ pecuniæ non proposuit, huiusmodi exceptio ad heredem transmittitur, qui eam proponere debet intra tempus quod restabat defuncto, si decessit post lapsum biennij, nec intra illud tempus hanc exceptionem proposuit, tunc heredi etiam pupillo dicta exceptio non competit, num. 7.*

L. Si intra VIII.

Idem A. Materno.

1 Exceptio non numeratæ pecuniæ ad hæredem
2 transmittitur, nisi tempore sit sopita. Item oppositio pecuniæ non numeratæ cœpta per defunctum prodest hæredi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin Regia Lusit. *lib. 4. tit. 51. §. 3.* Baldi. *de præscript. 5. part. sexta num. 36.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ tract. de chirogr. & cedul. recogn. art. 2. num. 40.*
3 vbi ait quòd hæres & omnes; illi, quorum interest quocunque modo, possunt hanc exceptionem opponere, ex persona scilicet rei, non ex propria, quia debituri, & non opponenti debet pecunia numerari, Emman. à Costa *in repet. l. si ex cautione, supr. hoc cod. tit. in §. incip. hoc autem biennij tempus, num. 4. cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 45. num. 10. & 11.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent.*
4 *lib. 18. tit. 1. num. 10.* vbi quòd hæc exceptio hæredi, & adversùs hæredem perpetuò competit. Molin. *de*
5 *Iustit. tract. 2. disp. 302. num. 7. vers. si debitor,* vbi extendit ad fideiussores, Alex. Trentacinq. *var. resolut.*
6 *lib. 3. de solutionib. resol. 20. num. 36. vers. tertiò,* vbi dicit quòd quando intra biennium debitor decessit, & absque eo quòd exceptionem non numeratæ pecuniæ proposuerit, tunc exceptio huiusmodi transmittitur ad hæredem, qui debet eam proponere intra tempus, quod restabat defuncto.

Omnimodo heres eius, etiamsi pupillus sit, &c. No-
7 tatur ad hoc quòd quando ille cui competebat exceptio non numeratæ pecuniæ, decessit post lapsum biennij, nec intra illud tempus hanc exceptionem proposuit, tunc hæredi etiam pupillo non competit dicta exceptio, vt per Eman. Acosta *vbi supra n. 6.* optimè resoluentem textum *in prœmio*, & dictam Ordin. Regiam Lusit. procedere in his terminis, & sic quando tempus illud fuit lapsum viuente defuncto: secus autem, si consommatum esset adversùs ipsum pupillum, vel probabiliter ignoravit defuncti confessionem, Duen. *reg. 260. vers. amplia decimò*, Menoch. *citato loco*, Cald Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, num 94. C. de in integ. restit. minor.* Cardin Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 18. tit. 2. num. 8. 9. & 27.* Flores de Mena *var. l. 1. quæst. 5. num. 15.* vbi ait hunc text. loqui de tempore legali, & non conventionali, Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 6. §. 1. num 17.* vbi citato hoc text. tenet quòd tempus conventionale assignatum à defuncto vbi nullum factum intercessit minoris, currit minori sine spe restitutionis, optimè Alex. Trentacinq. *d. resol. 20 n. 36 vers. primus*, vbi tenet cum Eman. Acosta textum istum, vt *supra* diximus, esse intelligendum & pro clariori explicatione tres assignat casus; primus est quando ille, cui competebat hæc exceptio, post biennij lapsum decessit, nec intra biennium eam opposuit, & hoc casu ait prædictam exceptionem ipsi non competere, scilicet cum priuilegio transferendi onus probandi in creditorem. Secundus casus est, quando debitor intra biennium decessit, & opposuit non numeratæ pecuniæ exceptionem, & concludit perpetuò competere hoc casu minori hanc exceptionem cum suo priuilegio. Tertius casus est, quando debitor intra biennium decessit absque eo quòd exceptionem non numeratæ pecuniæ proposuerit, & concludit hanc exceptionem transmitti ad hæredem, & debere eam opponere intra tempus, quod restabat defuncto, & illud tempus semper currere, sed dari minori in integrum restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia non numerata exceptio competit ob promissionem factam vltra numerationem pecuniæ, & num. 2. competit ei qui testibus præsentibus confessus est se accepisse pecuniam, non aliter quàm si chirographo esset obligatus, num. 3. chirographo non apparente, & constito solùm de confessione per testes, exceptio non numeratæ pecuniæ vltra biennium opponi potest, num. 4. 5. sed excipiens post biennium debet probare negatiuam, num. 6. distingue, vt num. 7.*

L. Cùm vltra. IX.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Zoilo.*

Ob promissionem vltra numerationem pecuniæ factam competit non numeratæ pecuniæ exceptio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Eman. Acosta *in repet. l. si ex cautione, supr. hoc cod. tit. in cap. incip. seu non numerata pecunia num. 5. & in alio incip. Est & in factum exceptio, num. 1.* late Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 20. num. 13.* 2

Nota

3 Notatur ad hoc quòd exceptio non numeratæ
pecuniæ cmupetit ei, qui testibus præsentibus con-
fessus est se accepisse pecuniam, non alitet quàm si
chirographo eiset obligatus, vt pet Gregor. Lop. *l. 9. gloss. 2. tit. 1. part. 5.* Bertazor. *de clausulis instrument. part. 2. claus. 32. gloss. 1. num. 6.* Alex. Trentacinq. *d.*
4 *resol. 20. num. 14.* Vbi verò chirographum non appa-
ret, & solùm constat de confessione vt pet testes, nō
numeratæ pecuniæ exceptio vltra biennium oppo-
ni potest, secundùm Felin. *in cap. si cautio n. 63. de fide instrum.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 145. num. 17* Fachinæ. *controuers. lib. 2. cap. 75. vers. vtrumque*, Catdin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuention.*
5 *lib. 18. tit. 5. num. 1.* vbi ait quòd si confessio facta
sit sine scriptis, hæc exceptio semper potest opponi;
6 sed excipiens post biennium debet probare negati-
uam, & *n. 5.* distinguit quòd si nec cautio publica,
nec priuata, sed tantùm stipulatio intercessit, & ex ea agitur, exceptio potest opponi; sed si stipulatio non intercessit, & pecunia vt credita petatur, & ad eius probationem confessio inducatur, eáque testibus probetur, tunc exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi, sed onus probandi intra biennium incumbit actori, non sic post biennium, cùm tunc ille debeat obtinere, nisi reus conuentus probauerit pecuniam sibi non fuisse numeratam.

SVMMARIVM.

1. *Excipiendo aliquid asserens ad probationem adstringitur.*
2. *Exceptio negatiua non requirit probationem, sed affirmatiua.*
3. *Pecunia non numerata exceptionem allegans post biennium, ad illius probationem adstringitur.*
4. *Debitor non potest vti exceptione pecunia non numerata post biennium, sed tenetur soluere debitum, ac si verè numerata esset.*
5. *Exceptio doli, vel in factum non excluditur biennio, si excipiens probare velit.*
6. *Negatiua probatu difficilis, & per rerum naturam improbabilis.*

L. Asseueratio. X.

Iidem AA. *Mezantio.*

1 EXcipiendo aliquid asserens ad probationem ad-
2 stringitur. Item exceptio negatiua non requirit
3 probationem, sed affirmatiua. Post biennium exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ allegans ad illius probationem adstringitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Querela priùs euanescat, &c.] Notatur ad hoc quòd transacto biennio debitor exceptione non numeratæ pecuniæ vti non potest, sed tenetur soluere debitum, ac si verè numeratum esset; vsque ad biennium enim debitor potest excipere de pecunia non numerata, & tunc creditoribus incumbit onus probandi numeratam, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Gallia tract. de chirog. & cedul. recog. art. 2. num. 47.* Duen. *reg. 261. vers. amplia 1.* Eman. Acosta *in repet. l. si ex cautione. hoc eod. tit. fallent. vlt. n. 2.* Card. Mant. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 18. tit. 2. n. 10. & 28.* vbi ait
hunc text. loqui de exceptione non numeratæ pe-
5 cuniæ, quæ si intra biennium non sit proposita, que-
rela euanescit, sed exceptio doli, vel in factum non excluditur si excipiens velit probare, Coleri *de processibus execut. p. 1. cap. 10. n. 216. vers. fallit tertiò.*

Cum naturali ratione probatio nulla est.] Notatur 6
ad hoc quòd negatiua est difficilis probationis, & per rerum naturam improbabilis, Mandos. *ad reg. 14. Cancel. de infirmis resignant. quæst. 6. num. 4.* Herculan. *in tract. de negat. probanda n. 124.* Anton. Gabr. *communium lib. 1. tit. de probat. concl. 6.* Mascard. *de probat. concl. 191. num. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 55. num. 7.* Farin. *in praxi crimin. tom. 2. tit. de opposit. contra dicta testium, quæst. 65. n. 206.*

SVMMARIVM.

1. *Exceptio non numerata pecunia non opponitur contra transactionem, & n. 2. etiamsi controuersia esset de pecunia credita, & de cautione à debitore scripta si lis sit transactione finita, & agatur ex transactione, dummodo transactio non sit facta in fraudem vsurarum, n. 3.*

L. Si transactionis. XI.

Iidem AA. *Eutychiano.*

EXceptio non numeratæ pecuniæ contra transa- 1
ctionem non opponitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Duen. *reg. 260. num. 4.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Gallie, tract. de chirogr. & cedul. recognit. art. 2. n. 63.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. metabr. 9. num. 35. vers. ita præterquam in contractu transactionis.* Vcain. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 21.* vbi *num. 22.* limitat
nisi transactio facta sit in fraudem vsurarum, Car- 2
din. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 18. tit. 6. num. 18.* vbi *num. 19.* ampliat, etiamsi controuersia 3
esset de pecunia credita, & de cautione à debitore scripta, si lis sit transactione finita, & agatur ex transactione, dummodo transactio non sit facta in fraudem vsurarum.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio non numerata pecunia tam mandatori quàm fideiussori opponitur, & n. 2.*
3. *Procurator exceptione huius tit. vtitur.*
4. *Fideiussores, mandatarij, vel creditores, confitentes mutuum receptum, non ita plenè probant, quin etiam ipsi possint opponere exceptionem non numerata pecunia.*
5. *in Mutuo competere exceptionem pecunia non numerata etiam fideiussori, qui releuandus, vt non teneatur quando pecunia non fuit numerata, tolli, seu auferri fideiussore si appareat numerata pecunia, num. 6.*

L. Tam mandatori. XII.

Iidem AA. *Seueriano.*

EXceptio non numeratæ pecuniæ opponitur 1
tam mandatori, quàm fideiussori. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. fin. tit. 13. par. 3. vbi gloss. 4.* Duen. *reg. 260. vers. est imò amplia*, Hippol. *in rub. de fideius. n. 267. & 284* Sarmien. *select. lib. 3. cap. 11. num. 7.* vbi quòd procurator exceptione huius tit. vtitur. Mascard. *de probat. concl. 361. num. 31.* vbi quòd si ie-
iusso

iussores, mandatarij, vel creditores, confitentes de
recepto mutuo non ita plenè probant, quin etiam
ipsi possunt opponere dictam exceptionem non nu-
meratæ pecuniæ. Ant. Hering *de fideiuss. c. 27. n. 49.
& 30* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 497.*
5 *num. 24* vbi resoluit in mutuo competere exceptio-
nem non numeratæ pecuniæ etiam fideiussori, qui
debet releuari, vt non teneatur quando pecunia
6 non fuit numerata, & *n. 25.* tradit, si appareat postea
fuisse pecuniam numeratam, prædictam exceptio-
nem tolli, seu auferri fideiussori.

SVMMARIVM.

1 *Confessio debiti ex alia causa quàm mutui, vel dotis, ad probandum efficax est, admittit tamen probationem in contrarium.*
2 *Stipulatio, promissio, seu quilibet alius contractus, confessio item, & fideiussio sine causa facta, licèt mero iure valeat; si tamen ex ea agatur, potest obijci exceptio doli mali, ita quod sic obligatus soluere non tenetur.*
3 *Instrumentum faciens mentionem de alio precedenti, tanquam de sua causa principali, & capiens substantiam de primo producendum est.*
4 *de Confessione facta parte præsente, remissiuè.*
5 *Scriptura priuata probat contra scribentem.*
6 *contra Instrumentum in scriptis non admittitur probatio in contrarium, nisi per scripturam. nisi quis vellet probare simulationem ac fraudem aduersus instrumentum, num. 7.*
8 *Clericus tractus coram iudice suo, compelli poterit confiteri quæ confessus fuit coram non suo iudice.*
9 *Error, quam donatio, potius præsumitur.*
10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ post biennium competit, dummodo debitor probationis onus in se suscipiat.*

L. Generaliter sancimus. XIII.

Imp. IVSTIN. A. *Theodoro P. P.*

1 COnfessio debiti ex alia causa quàm mutui, vel
dotis, est efficax ad probandum, eadem tamen
admittit probationem in contrarium. Colligunt ex
Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post
omnes Giphan. *tom. 1. pag. 269.* & inter repet. *tom. 7.*
Petr. de Bellapertica.

2 Vide Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 47. n. 1.
& 2.* vbi quòd stipulatio, promissio, seu quilibet
alius contractus, confessio & fideiussio sine causa
facta, licèt mero iure valeat, si tamen ex ea agatur,
potest obiici exceptio doli mali, ita quòd sic obliga-
tus soluere non teneatur. Cald. Pereita *post quæst. fo-
3 rens. consil. 33. n. 59.* vbi per hunc text. ait quando
vnum instrumentum facit mentionem de præceden-
ti, tanquam de sua causa principali, & capit substan-
tiam à primo, debet produci.

4 *Cum suis confessionibus acquiescere debet,* &c.] De
confessione facta parte præsente, vide Bald. *consil. 92.
col. 2. ad fin. vol. 2.* Aym. *cons. 61. num. 3. & cons. 171.
num. 4.* Syluan. *cons. 62. num. 2.* Roland. *con. 71. n. 41.
vol. 2.* Mascard. *de probat. in proœm. quæst. 7. num. 3. &
conc. 146.* Menoch. *remed. 1. recup. num. 217. & seq. &
cons. 21. num. 14.* Surd. *decis. 10. n. 12.* Cardin. Mantic.
de tacitis & ambig. convent. lib. 8. tit. 19. n. 2.

Notatur ad hoc quod scriptura priuata probat
5 contra scribentem, vt per Tiraq. *de retractu tit. 2. §.
1. gloss. 7. n. 49.* Cou. *lib. 3. var. cap. 10. ad fin.*

Scriptis inferta, &c.] Notatur ad hoc quòd contra 6
instrumentum in scriptis non admittitur probatio
in contrarium, nisi per scripturam, vt per Rod.
Xuar. *in l. post rem iudicatam, super leg. Regni, ampl. 2.
n. 4.* Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probat. n. 75.
pag. 486.* vbi subdit hoc non procedere vbicunque 7
quis vellet probare simulationem, ac fraudem ad-
uersùs instrumentum, quia tunc posset per testes
probare talem solutionem, Cald. Pereita *de potest.
eligendi, cap. 7. n. 15.*

Nimis enim indignum, &c.] Notatur ad hoc quòd 8
Clericus tractus coram iudice suo, poterit compelli
ad confitendum quæ confessus fuit coram non suo
iudice, vt per Roder. Xuar. *in l. post rem iudicatam, no-
tab. 3. n. 11. pag. 590.*

In gloss. *Eamque causam.* Notatur ad hoc quòd 9
potius præsumitur error, quàm donatio, vt per Ma-
scard. *de probat. concl. 555. num. 5* Flamin. Paris. *de re-
signat. benefic. lib. 9. quæst. 16. num. 5.* Cardin. Mantic.
de tacitis & ambiguis convent. tom. 2. lib. 13. tit. 9. n. 3.
vbi intelligit etiam de errore facti proprij, & de er-
rore iuris, quæ dicitur culpa lata.

In gloss. *Religionem.* ibi, *etiam post biennium admit-* 10
titur debitor ad probandum, &c. Notatur ad hoc quòd
post biennium competit exceptio non numeratæ
pecuniæ, dummodo debitor probationis onus in se
suscipiat, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de
chirograph. & cedular. recognit. art. 2 num. 47.* Anton.
Gom. *tom. 2. variar. cap. 6. num. 7.* vbi Eman. Suar. *in
addit.* Menchaq. *de success. resol. §. 9. num 21.* Mascard.
de probat. concl. 695. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præ-
sumpt. 45. num. 13.* Christoph. de Paz *in schol. ad le-
ges styli 1. 84 schol. 2.* Rot. Genuens. *decis. 26. num. 1.
2. & 3.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 164. num. 9.
cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis con-
uent. lib. 18. tit. 2. num. 17.* Anton. Fab. *in suo Cod. sub
hoc tit. diffin. 1.* Nicol. Mozz. *de contractib. tract. de
mutuo, in princip. num. 9.* Pichard. *in princip. Instit. de
litter. oblig. num. 12. & 15.* Ceuall. *commun. contra com-
munes quæst. 38. & 39.* Alex. Trentacinq. *var. resolut.
lib. 3. tit. de solut. resolut. 20. num. 30. vers. secunda est
opinio.*

SVMMARIVM.

1 *Querela non numeratæ pecuniæ intra biennium opponenda est, finito biennio per ætatem, vel absentiam læsus, querelam adhuc per restitutionem recuperat.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ solùm procedit in mutuo: alia appellantur rei non traditæ, vel pretij non soluti.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an agnita de iure Digestorum, vel à Iustiniano, incertum.*
4 *Confessio successoribus confitentis indistinctè nocens, non ita creditoribus.*
5 *Exceptio non numer. pecun. intra biennium opponenda est. per Ordinationem Regiam Lusitan. hoc biennium ad sexaginta dies restringitur, n. 6. de æquitate Canonica etiam post biennium opponi potest, n. 7. & omni tempore, dummodo debitor in se suscipiat onus probandi, num. 8.*
9 *Ecclesia potest perpetuo tempore opponere exceptionem non num. pecun.*
10 *contra Piam causam non currit biennium.*
11 *contra Clericos non currit biennium.*
12 *Debitor quando molestatus misericorditer implorat officium iudicis, admittitur ad exceptionem non num. pecun. post biennium.*

13 Debitor

13 *Debitor census potest aduersus suam confessionem de receptione capitalis census opponere exceptionem non num. pecun. post biennium, & transferre onus probandi in creditorem, seu emptorem census.*

14 *Tertius perpetuò allegat, & opponit exceptionem non n. pecun. & ipsius priuilegio vtitur.*

15 *Protestans ante biennium coram iudice, exceptione non n. fruitur.*

16 *Excipiens intra biennium extra iudicium coram creditore, se non recepisse pecuniam, vel tantam summam, quam recepisse fuit confessus, potitur exceptione non num pecun.*

17 *Pupillus, minor, ciuitas, seu in quacunque vniuersitate gaudens priuilegio minorem, exceptione non num. pecun. fruitur.*

18 *Confessione creditoris probatur pecuniam non fuisse numeratam, etiamsi confessio facta fuerit extra iudicium, & antequam lapsum fuerit biennium, num 19.*

20 *Probatio per confessionem eius, pro quo ius præsumit, recipienda est.*

21 *Probari poterit pecuniam non numeratã per instrumentum, ex quo apparet, post confessionem creditorem promisisse soluere, non obstante cõfessione. probabitur pecuniam non fuisse numeratam, per testes qui interfuerunt, & dicunt nullam numerationem sequutam fuisse eo tempore, aut loco, quo asseritur, num. 22.*

23 *Causa antecedẽtis debiti in instrumentum confessionis mutui redacta, per contrarium instrumentum reprobanda est.*

24 *Instrumentũ dotale si præcessit, in quo dos fuit promissa marito, & postea maritus confitetur se accepisse dotem, & de hoc præstat securitatem, siue apocham, præsumetur vera confessio, neque audietur maritus si velit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

25 *in Deposito non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ.*

26 *in reliquis contractibus quàm mutui, non est locus Exceptioni non num. pecun.*

27 *contra Confessionem ad liberandum contraria scriptura ad probandum admittitur intra 30. dies, & num. 28.*

29 *Creditor ex quocumque contractu confessus fuerit sibi factam debiti solutionem, post intra 30. dies opponere exceptionem non num. pecun. & hoc casu tenetur debitor probare solutionem, alias non liberatur, & num. 30. & 31.*

32 *elapso termino ad Iurandum de iure præfixo, iuramentum oblatum turpiter nemo recusat.*

33 *Creditor non potest cogi iurare, nec respondere positionibus.*

34 *Iurare non cogitur qui plenè probauit suam intentionem.*

35 *Debitor conuictus super chirographo elapso biennio dato ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, non potest compellere actorem ad iurandum quod pecunia fuerit numerata. contrarium num. 36. & 37.*

38 *Querela non num. pecun. coram iudice loci contractus proponenda est, & sola positio absente aduersario interrumpit præscriptionem.*

39 *Exceptio non numeratæ pecuniæ coram iudice allegando est.*

40 *in loco Contractus agi ad illius rescissionem, & n. 41 non debere agi de hoc in foro contractus, sed potius actorem debere sequi forum, quomodo intelligendum sit num. 42.*

L. In contractibus. XIV.

Imp. IVSTIN. A. *Memnæ. P. P.*

QVerela non numeratæ pecuniæ intra biennium opponenda est, finito biennio per ætatem, vel absentiam læsus, querelam adhuc per restitutionem recuperat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

In quibus pecuniæ, &c.] Ergo exceptio non numeratæ pecuniæ solùm procedit in mutuo, aliæ autem 2
appellantur rei non traditæ, vel pretij non soluti, de quo Rebuff *tom. 1. ad leges Galliæ tract. de chirogr. & cedul. recognit. art. 2. num. 34.* Anton. gom. *var. tom. 2. cap. 6. in fine,* Afflict. *decis.* 105. Roland. *cons. 4. num. 1. vol. 1.* Rodet. Xuar. *in l. post rem iudicatam, in declarat. legis Regni post limit. q. 1. incip. sed pro euidentia n. 38.* Mascard. *de probation. concl. 361. num. 15. & concl. 695. num. 19.* Azeued. *l. 1. num. 81. cum seqq. tit. 21. lib. 4. noua Recopil.* Berraz. *de clausulis instrum. claus. 22. gloss. 1. num. 3.* Ludou. Cassan. *cons. 4. num. 42.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de solut. resol. 20. n. 20. vers. prima, & vers. non est recedendum,* Cardin. Mantic *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 18. tit. 6. num. 42.* Cardin. Tusch. *practic. concl. verb. exceptio, concl. 418. num. 11.* Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 302. num. 2. vers. dixi supra,* Rebell. *de obligat. instit. part. 1. lib. 8 de vsuris, quæst 1. n. 24* qui etiam in confessione dotis limitant.

Non intra quinquennium quod constitutum erat, 3
&c.] Vtrùm exceptio non numeratæ pecuniæ de iure Digestorum fuerit agnita, an à Iustiniano inuenta? vide Felician de Solis *in tractat. de censib. lib. 2. c. 1. num. 11.* Pichard. *in princip. Instit. de litter. oblig. n. 19.* Ceual. *commun. contra communes, tom. 2. quæst. 625.* vbi duas communes opiniones contrarias refert, & affirmatiuam sequitur.

Vel successor eius.] Notat D. Barbos. *in l. 1. ff. solut.* 4
matrim. part. 6. num. 35. in fine, ideo Imperatorem *in præsenti,* se restrinxisse ad successores confitentis, quia his indistinctè nocet confessio, creditoribus autem non ita indistinctè nocet.

Sed intra solum biennium.] Notatur ad hoc quòd 5
exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium opponenda est, vt per *l. Hispan. 9. tit. 1. part. 5.* Duen. *regul. 260. & seq.* Cald. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 18. tit. 2. num. 20.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. tit. 1. quæst. 22. num. 23.* Mart. *de iurisdiction. part. 4. cent. 2. casu 161. num. 1.* Christoph. de Paz. *in schol. ad leges styli, l. 184. num. 1.* Molin. *d. disp. 302. num. 1.* Per Ordin. Regiam Lusit. *lib. 4. tit. 51. in princ.*
biennium hoc ad sexaginta dies restringitur, & re- 6
ferunt Eman. Acosta *in repet. l. si ex cautione, in cap. incip. secundum habet,* Cald. Pereira *d. num 25.* Ioan. Martius à Costa *in addit. ad tract. libellorum, annot. 10. num. 8.*

Primò limita de æquitate Canonica, secundùm 7
quam etiam post biennium huiusmodi exceptio opponi potest, vt per Ioan. Andr. Card. Abb & Imol *in cap. fin. de solutionib.* Duen. *regul. 261. num. 1.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 27. pag. 496.* Marant *de ordine iudic. part. 6. membr. 9. sub num. 35.* ibi, sed de æquitate Canonica etiam post biennium opponitur. Alex. Trentacinq. *d. tit. de solut. resol. 20. n. 33.* vbi duos casus distinguit, Fachin. *controuers. lib. 2. cap. 8.* Benechend. *in addit. ad Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 60. num. 7.* Rebuff. *dicto tractat. de chirograph. & cedular. recognit. art. 2. num. 48.* Mart. *de* 8
iurisdict. p. 4. casu 161. n. 14. vbi ait posse de æquitate

Canonica huiusmodi exceptionem opponi omni tempore, dummodo debitor in se assumat onus probandi exceptionem ipsam, videlicet pecuniam non fuisse numeratam; quam distinctionem videntur amplecti Menoch. *cons.* 47. *n.* 9. Arimin. Tepat. *var. sentēt. tom.* 1. *tit.* 158. *c.* 8. *in princ.* Steph. Grāt. *Marchiæ decis.* 165. *n.* 9 vbi cum Dec. ait hoc esse de iure Canonico & ciuili, quia potest probare post biennium cùm militet contra rationem quòd locupleterur cum aliena iactura. Et cum hac modificatione hæc sententia recipienda est, quamuis absolutè contrarium existimauerint verius Hipp. *sing.* 463. Soar. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 11. *pag.* 594. Cald. Pereira *d. q.* 22. *n.* 23. Ceuall. *commun. contra comm. q.* 38. Mascard. *concl.* 361. *a n.* 32.

9 Secundò limita in Ecclesia, quæ potest perpetuo tempore opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, de quo Felin. *in cap. de quarta, ad fin. de praescript.* Ias. *in l. cùm quis n.* 17. *C. de iuris, & facti ignor. & in l. qui pecuniam n.* 8. *ff. si certum petat.* Decn. *reg.* 261. *vers. limita* 1. Soar. *tom.* 1. *commun. opin. tit.* 1. *de sacrosf. Eccles. n.* 81. *pag.* 153. Valasc. *de iure emphyt. q.* 7. *n.* 5. *ad fin.* Marta *d. casu* 161. *n.* 3. Tiraq. *de priuil piæ*
10 *causæ priu.* 174. vbi ait contra piam causam biennium non currere. idem tenet Card. Mantic. *d. lib.* 18. *tit.* 6. *c.* 25. Mascard. *concl.* 361. *n.* 32. Alex Trentacinq *d. tit. de solut. resol.* 10. *n.* 33. vbi duos casus distinguit.

11 Tertiò limita in Clericis, quia ius ciuile non potuit eis præiudicium afferre, vt per Menoch. *cons.* 47. *n.* 9. vbi dicit, præsertim si ipsi Clerici suscipiant in se onus probandi pecuniam numeratam non fuisse, Cardin. Mantic. *d. l.* 18. *tit.* 6. *num.* 24. Marta *d. casu* 161. *n.* 11. *cum seqq.*

12 Quartò limita, quando debitor molestatus misericorditer imploraret iudicis officium. nam tunc post biennium admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt per Hipp. *sing.* 277. Felin. *in cap. si cautio n.* 65. *de fide instrum.* Eman. Acosta *in repet. l. si ex cautione, vers. officium iudicis*, vbi tradidit hoc maximè locum habere in iudice ecclesiastico, quia ad ipsum pertinet conscientias hominum purgare, Guid. Pap. *decis.* 291. *n.* 1. Rebuff. *d. tit. de chirograph... & cedul. recognit. art.* 2. *n.* 21. Roland. à Valle *cons.* 1. *n.* 57. & 58. *l.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 145. *n.* 18. & *cons.* 47. *n.* 8. Alex. Trentacinq. *d. tit. de solut. resol.* 20. *n.* 35. vbi declarat hoc esse intelligendum sumendo in se onus probandi; sed omnes alij Doctores contrariū videntur sentire. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 2. *num.* 18. Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 1. *tit.* 158. *n.* 8. *in princ.*

13 Quintò limita in debitore census qui aduersùs suam confessionem de receptione capitalis census post biennium potest exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, & transferre onus probandi in creditorem, seu emptorem census; ex ea ratione, quia per Pij V. cōstitutionem super forma creandi census, requiritur in eius creatione vera & realis numeratio: ita Cassan. *cons.* 63. *n.* 19. & 20. *in* 2. *dub. quintæ partis, & cons.* 75. Franc. Milanens. *Siciliæ decis.* 6. *n.* 19. *l.* 2. Felic. *de censib. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 14. & *c.* 9. *n.* 4. & *tom.* 2. *l.* 3. *c. fin. n.* 5. *vers. per confessionem*, Auendan. *eod tract. c.* 45. *per tot.* Ludou. Cenci. *in simili tract. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 8. *n.* 27. *cum seqq.* Gasp. Roder. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 13. *sub n.* 4. Quod adeò verum est, vt procedat quamuis venditor renuntiasset in confessione exceptionem non numeratæ pecuniæ, secundùm Franc. Milanens. *d. decis.* 6. *n.* 11. Felic. *d. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 15. *vers. alle a, & tom.* 2. *gloss.* 7. *cap fin num.* 5. *vers. & licet*, Auendan. *d. c.* 45. *n.* 8. & 9 Cenci. *d. art.* 8. *n.* 37. Gasp. Roderic. *d. q.* 13. *num.* 4. *vers. ex quo.* & quamuis huius confessio venditoris census esset corroborata iuramento, quia licèt iuramentum habeat vim solutionis, illud tamen non verè, sed fictè procedit, & numeratio in censu requiritur verè & realiter, & ita debet probare emptor nō per probationes præsumptiuas, sed per euidentes, & necessarias; ita Felician. *d. l.* 3. *cap. fin. n.* 5. *vers. & licet*, Auend. *d. c.* 45. *n.* 20. Cenci. *d. art.* 8. *n.* 33.

Sextò limita in tertio, qui perpetuò potest allegare, & opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & ipsius priuilegio vti, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 18. *n.* 81. & *seq* Anton. Gom. *tom.* 1. *var. c.* 12. *n.* 8. *vers. item infertur quod si pater, & l.* 50. *Taurin.* 52 Azeued. *l.* 1. *num.* 90. *tit.* 21. *l.* 4 *noue Recop.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito p.* 1. *rub. de depositi probat. n.* 5. Auendan. *de censib. cap.* 45. *n.* 22. Felician. *eod. tract. tom.* 2. *l.* 3. *cap. fin. n.* 5. *vers. quam resolutionem*, vbi tradit creditorem, si aduersùs tertium pignoris possessorem agat ex confessione de recepto mutuo, opponente tertio exceptionem non numeratæ pecuniæ, teneri numerationem probare. 14

Septimò limita, si protestatio facta sit ante biennium coram iudice, licèt enim cōfessus fuerit se recepisse pecuniam, tamen veritas est quòd fuit spe futuræ numerationis inde non sequutæ, quo hæc exceptio perpetuatur, vt per Herculan. *in tract. de probanda negat. num.* 224. & *seq. vol.* 2. Arimin. Tepat. *var. sent. tom.* 1. *tit.* 158. *cap.* 4. *vers.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1114. aliàs 1119 *n.* 11. 15

Octauò limita quando is, qui debitum spe futuræ numerationis fuit confessus, intra biennium extra iudicium coram creditore excepit, dicens se non recepisse pecuniam, vel tantam summam, quam recepisse fuit confessus, Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 51. §. 2. *gloss. verbo querimoniam in l. si intra, C. hoc tit.* Molin. *d. disp.* 302. *n.* 6. 16

Nonò limita in pupillo, minore, ciuitate, seu in quacunque vniuersitate minorum priuilegio gaudente, his enim priuilegium exceptionis nō numeratæ pecuniæ semper conceditur, ita vt creditoribus incumbat probare pecuniam fuisse numeratam, vt per Bertaz. *in tract. de claus. instrum. clas.* 32. *glos.* 4. *n.* 5. Mozz. *de contract. tit. de mutuo, c. de personis quæ pos. n.* 18. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, n.* 94. Menoch. *cons.* 47. *n.* 11. Andr Fachinæ. *controu. lib.* 2. *c.* 7. vbi de Republica, & ciuitate loquitur. Osvvald. *ad Donell. enucleatū l.* 14. *c.* 38. *lit. A.* Mari. Muta *decis.* 71. *n.* 7 Alexand. Trentacinq *d. tit. de solut. resol.* 20. *n.* 36. vbi ait iuramentum non supplere minorem ætatem si iurasset spe futuræ numerationis se recepisse, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 18. *tit.* 2. *num.* 32. vbi ex Alber. Salic. Bald. Felin. Menoch. tradit hoc priuilegium minoribus concessum in eo consistere vt tempus opponendi hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ non incipiat currere nisi à die perfectæ ætatis 25. annorum, Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. E. concl.* 418. *num.* 15. generalem constituit conclusionem, exceptionem scilicet non numeratæ pecuniæ perpetuò opponi posse. quando contractus est nullus ipso iure, & exemplificat in deposito facto apud Ecclesiæ Prælatum, & in mutuo, & in alienatione bonorum Ecclesiæ dum non constet de numeratione, & versione in vtilitatem Ecclesiæ, & in omnibus casibus, in quibus creditor tenetur probare versionem in vtilitatem mutuatarij. 17

In gloss. *Nullo modo ibi, nec si vellet probare non numeratam pecuniam, secūdùm quosdam*, & c. Notatur ad hoc quòd per confessionem creditoris probabitur non numeratā fuisse pecuniam, vt per Roder. Xuar. 18

in

in rep. post rem iudicatam, in declar. Regni post limitationes l.1.n.28. Eman. Acosta *in rep.l.si ex cautione, ... cap.ius. Sed cum placeat, num.1.& 2.* 19 vel amplius etiamsi confessio facta fuerit extra iudicium,& antequam fuerit lapsum biennium,& nō solum confessionem prodesse si confessus fuerit se aduersario nunquam numerasse, sed etiam si agnouit se actionis tempore non numerasse pecuniam, nā hoc casu licèt dicat se postea numerasse,& biennium esse elapsum, nihilominus creditor tenebitur numerationem probare,& *n.2.* explicat quomodo, per numerationes factas diuersis temporibus probetur negatiua,& idem Acosta *in vers. quartò fallit, 2.* vbi agit an requiratur quòd debitor acceptet confessionem, vel nō, Fontanell. *de pactis nupt. claus. 4. ... 8.p.2.n.29.cum seq.* vbi plures Doctores refert disputantes quomodo probabitur hæc negatiua quòd pecunia non fuerat soluta. Mascard. *de prob. concl.1114. alias 1119 à princ.* vbi *n.4.* intelligit quòd diximus hanc negatiuam probari per confessionem, procedere in confessione facta præsente debitore, nam ... eo absente, huiusmodi confessio non præiudicaret creditori, Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. l.18.tit.1.n.40.*

20 Notatur etiam ad hoc quòd contra præsumptionem iuris,& de iure probatio per confessionē eius, pro quo ius præsumit, recipienda est, vt per Ias. *in l. qui p... n.7.ff.si cert.pet.* Hippol. *in rubr.de prob. n.25.* Alciat. *de præsump. præs.2.n.3.cum seqq.* Cou. *de sponsalib.p.1.cap.4. § 1.n.3. cum seq.* Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. ... tit.2. n.3.* Mascard. *de probat. in proœm.q.10.num.51.* Menoch *recuper. rem. 1. à n.219.& de præs. l.1. præs.1.* Valasc. *de iure emphyt. q.7.n.27.* Cald Pereira *in l.si curatorem, verbo sua facilitate, num.44.C.de in integr. rest. minor. & de potest. eligendi c.7.n.21.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo præsumptio, n.4.*

21 In ead gloss. ibi, *vt ex sola scriptura obligatio,*&c. Notatur ad hoc quòd probari poterit non numeratam fuisse pecuniam per aliud instrumentum, quo appareat, post confessionem creditorem promisisse soluere non obstante confessione, ita Hercul. *de negotiis, n.29.& 32.vol.2.* Rom. *sing.26. ad fin. & cons. 445.& 447.* Mascard. *d.conc.1119.n.8.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. l.18.tit.2.n.40.vers.præ-*
22 *terea.* Item non numeratam fuisse pecuniam probabitur per testes, qui interfuerunt, & dicant nullam numerationem sequutam fuisse eo tempore, aut loco, quo asseritur. Mascard. *d.concl.1119.n.6. cum seqq.* Card Mantic. *d.n.40.vers.item subiungit.*

§. Sed quoniam.

23 Causa antecedentis debiti in instrumentum confessionis mutui redacta per contrarium instrumentum reprobanda est. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

24 *Illis etiam securitatibus,*&c.] Notatur ad hoc quòd si præcessit instrumentum dotale, in quo dos fuit promissa marito & postea maritus confitetur se accepisse dotem, & de hoc præstat securitatem, siue apocham, præsumetur vera confessio, neque audietur maritus si velit opponere exceptionem non numeratæ dotis, ita hunc §. intellexerunt Baptista *de prim l.dotal.cent.1.n.8* Quemeda *q.4.n.5.* Couar. *l.1. var.c.7.n.6* vbi hunc text. dicit insignem Ant. Gom. *l.50.Tauri, n.52.* Ant. Gab *commun. l.3.tit.de iure dot. concl.4.* Menoch. *de præs. lib.3 præsump. 12. n.55.* vbi expendit verba huius text. & subdit quòd licèt illa, *dotalium instrumentorum,* possint intelligi secundùm gloss. Bart. Bald. & Alber. *hic,* quòd maritus semel confessus fuerit recepisse dotem, atque ita geminatam esse confessionem, quæ exceptionem non numeratæ dotis excludat, attamen intelligi etiam possint vt significent dotis promissionem præcessisse, Aluar. Valasc. *cons.5.n.9.* Fichard. *commun. opin. lib.5.tit.7.de iure dot.n.34.pag.227.* Surd. *dec.116.n.1.* Mascard. *de prob. concl. 566.n.7.& concl 695.num.10.* Molin. *de Iust.tr.2.disp.439.n.6.* vbi subdit non refragari text. *in l.vlt. in prin. vers. in dot. C. de dote causa, non numerata,* quinàn eo textu non est sermo de confessione receptæ dotis ex interuallo promissionis eiusdem dotis, sed de confessione, quæ ob solam dotis promissionem simul facta est quando dos promittebatur, vt ex ipsismet verbis liquet, & deinde reprobat gloss. Bart. & quosdam alios, quorum sententiam refert ac sequitur Eman. Acosta *in rep. l. si ex cautione, sup. hoc tit. fallent.14.* exponentes textum *in præsenti,* de geminata confessione facta à marito dotis receptæ ex interuallo vnius post aliam, quasi tunc denegetur exceptio non numeratæ dotis, latè & eleganter D Barbos. *in l.1.ff.solut.matr.p.6.n.52.in fin.& n.53.cum seqq* vbi ex generalitate huius text. colligendo asserit quòd licet confessiò facta constante matrimonio secundùm magis communem opinionem præsumatur simulata, & facta animo donandi, ac ob id neque præiudicet marito, neque creditoribus, tamen si constat præcessisse instrumentum dotale, in quo dos promissa fuit, tunc confessio etiam facta constante matrimonio præsumetur vera, ita vt aduersùs eam minimè concedatur querela non numeratæ dotis; subditque ex eadem generalitate id procedere etiam quando promissio dotis,& confessio dotis receptæ factæ fuerint constante matrimonio.

Depositionis certarum rerum,&c.] Notatur ad hoc 25
quòd in deposito non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt per Tiraq *de retractu conuent. §.4.gl.6.n.8.& 15.* Duen. *reg.260.lim.5.* Eman. Acosta *in rep.d.l.si ex cautione, fallent.2.col.pen.* D. Barbos. *in l.diuortio 8.§.ob donationes, n.14.in princ. ff.sol. matr.* Alex. Trentacinq. *var. resol. l.1. tit. de sol. resol. 20. n.25.* Fachinæ. *controu. l.2.c.93.ver.præterea,* Caroc. *de oppos.p.1.q.2.n.19* Morl. *in emporio iuris titulis, p.1. tit.8.in prælud.n.26.* Cancer. *var. resol.p.3.c.8.de deposito, n.46.* Suar. *tom.1.commun. opin.l.4.tit.21.n.1. pag. 596.* Molin. *de Iust. tract.2.disp.560.n.10.*

Notatur ad hoc quòd in reliquis contractibus 26
quàm mutui, non est locus huic exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt per Rebuff. *tom.1.ad leges Galliæ, tract.de chirogr.& cedul.recogn. art.2. ex n.54.* Duen. *reg.260.lim.5.* Eman. Acosta *in d.l.si ex cautione fallent.2.ex n.1.* Alex. Trentacinq. *var.resol.l.3. tit. de sol. res.20.n.20.* Card. Mantic. *de tacitis & amb.conu.l.18. tit.6.n.42.*

In gloss. *Penitus.* ibi, *solue, hic sunt duæ confessiones,* &c. Hunc text. in geminata confessione ex interuallo receptæ dotis intelligunt Anton. Gom. *l.52. Tauri, n.52.vers.quintò,* Eman. Acosta *d.fallent.14.n.4.* Valasc. *d.cons.5.n.9.* D. Barbos. *in d.l.1.ff.sol. matr.p.6. n.57.*

§. Super cæteris.

Contra confessionem ad liberandum, contraria 27
scriptura ad probandum admittitur intra triginta dies. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.2.n.1. sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 28
mant Gregor. Lopez *l.65.gloss.4.tit.18.par.3.& glos.*

1.*in fine,in l.9.tit.1.part.5*.Bertaz.*de clausul. instrum. clausul.32.gloss.1.n.5*. Rot.Genuens.*decis.26.num.27. vers.sed responsum fuit*,Barz.*decis.15.num.8.& 9*.Magon.*Lucensi decis.25.n.17*.Anton.de Amatis *Ferrar. decis.54 num.3.cum seqq*.Anton. Gom.*tom.2. variar.*
29 *c.6.in fine,vers.aduertendum*, vbi tenet quod si creditor ex quocunque contractu confessus fuerit sibi factam solutionem debiti,potest intra triginta dies opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,& hoc casu tenetur debitor probare solutionem, aliàs non liberatur, & *cap.13.n.13.col.* 2. vbi ait in præsenti disponi quòd in liberatione debiti & confes-
30 sionis solutionis tantùm habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ infra triginta dies, non verò postea.Eman.Acosta *in repet.l.si ex cautione, in cap. incip.sexta & vltima differentia,in princ.* Mascard.*de probat.concl.361.n.15*.Ceuall.*commun.contra communes q.38.a num.6*.Rebuff.*tom.1.ad leges Galliæ,tract. de chirograph.& cedul. recognit.art.2.num.* 14.Fontanell.*de pactis nuptial.claus.4.gloss.18.part.2.num.* 16. 18.& 20. Alex. Trentacinq: *var resolut.lib.3.tit.de solut.resol.20.num.20.vers. inter confessionem, in fine,*
31 vbi ait quòd transactis illis triginta diebus non potest opponi illa exceptio per creditorem,etiamsi velit probare contrarium,scilicet numerationem non fuisse factam, & *in versic.nota bene*, subdit hunc §. procedere in confessione continente numerationem eius, quod debetur, vel solutione eius, quod debetur.

§. Illo videlicet.

32 Elapso termino ad iurandum de iure præfixo,iuramentum oblatum turpiter non quis recusat.Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.*

Allegari vulgò solet hic text.ad hoc quòd credi-
33 tor non potest cogi iurare,nec positionibus respondere,vt per Capye.*decis.15.num.1.& 2*.Franc. Cremens.*singul.155*.Ferr.*cant.16.num.15*.Gregor.Lopez *l.9.gloss.6.in fin.tit.1.part.5*.Duen.*regul.n.261.versic. amplia 1*.Anton. Gom. *variar. tom. 2.cap.6. num. 7. versic.vnum tamen est*. Tiraquell. *de retract.lign.§.2.*
34 *gloss.2.num.1*. vbi dicit quòd qui plenè probauit intentionem suam,non cogitur iurare.Arimin.Tepat. *variarum sentent.tom.1.tit.158.cap.8. num.* 2. vbi ait quòd debitor conuictus super chirographo lapso
35 biennio data ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ,non potest compellere actorem ad iurandum quò fuerint pecuniæ numeratæ.

Contrarium verò, immo creditorem teneri re-
36 spondere attenta æquitate Canonica, nisi ex iusta causa recuset, tenent Eman. Acosta *in repet.l.si ex cautione,post fallentias, in cap.incip.sed quam placeat, n.1.versic.illud obseruandum est*,Franc.Marc.*Delphin. decis.698.num.5* latè Menoch. *cons.47.num.* 8. *& 9.* Cardin. Mantic.*de tacitis & ambiguis conuent.lib.18. tit.2.num.25*.Mascard.*de probat.conclus.1119.num.3.* quæ opinio videtur tenenda in hoc Hispaniarum regno, stante, *l.184.styli*, vbi Christoph.de Paz.*in schol.vlt.* Pro qua facit quòd in causis executionis, in quibus lapsis decem diebus non admittuntur probationes,admittitur reus postulans vt actor positionibus respondeat, secundùm Soar. de Paz. *in pract.tom.1.p.4.c.3.n.49*. Olan.*in concord.iuris, lit.C. n.77*.Mexi.*in tract.tassæ panis,concl.1.num.43.& seqq.* Perez.*l.5.tit.8.lib.3.Ordin*.Monteros.*in sua praxi ciuili,in 3.tract.fol.43.col.2*.Azeued.*l.1.n.13.tit.21.lib.4. nouæ Recop*.Parlad.*rer.quotid.lib.2.c.fin.p.5.§.10.n.25*. Gutier.*in pract.lib.1.q.120.per tot*.Ceuall.*d.q.18.n.4.*
37 Neque obstat text.*in præsenti*,illi enim multipliciter respondet Gardin.Mantic.*d.tit.2.n.25*. vbi ait ideo hîc non potuisse iuramentum deferri creditori,vel quia hoc est intelligendum si iustam habeat causã recusandi,vel quia non tenebatur creditor ad iurandum parte deferente,sed ex officio iudicis cogi poterat,iuxta *cap.cùm clamor,de testib.* vel denique, quia loquitur quando quis recusat onus probandi suscipere, sed per iuramentum vult se exonerari, quod lex omnino prohibet trans. cto biennio,quia intra biennium habet hoc priuilegium, cui videtur lapso tempore renuntiasse.

§. In omni. fin.

Querela non numeratæ pecuniæ in scriptis est 38
proponenda coram iudice loci contractus, & sola positio absente aduersario præscriptionem interrumpit.Colligunt ex Ordin .Doctores citati *ad l.1. n.1.sup.hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd exceptio non numeratæ 39
pecuniæ debet allegari coram iudice, vt per Gregor.Lopez *l.9.gloss.4.tit.1.p.5*.Eman.Acosta *in l.si ex cautione,supr.hoc tit.in c.incip.exceptione opposita,n.* 1. Card.Tusch.*pract.concl.lit. E.concl.418.n.27*.Arimin. Tepat.*var.sent.tom.1.tit.158.c.4*.Cardin.Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.tom.2.lib. 18.tit.1.n.* 10. *in fine*,Molinæ *Iustit.tract.2.disp.302.n.6.in fine.*

Dum in hoc text.dicitur quòd confessus recepisse 40
mutuum,potest in loco contractus opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, videtur probare quòd in loco contractus potest etiam agi ad rescissionem illius,vt per Rom.*sing.470*.Felin.*in cap.fin. n.24.ad fin.de foro compet*.Matth Coler. *de processib. execut.p.2.c.1.n.24.ad med.*qui ad hoc textum istum dicit vnicum & singularem,Tiraquell.*de iure mariti, gloss.5.num.8*.Stephan.Gratian.*discept.forens.cap.14. num.22*.D.Barbos.*in l.hæres absens,§.proinde,in princ. n.16 ff.de iudic.*

Quod indubitabile esse videtur si partes inueni- 41
antur in loco ipsius contractus,ex Felin.*d. loco*, & Couar.*l.1.var.c.4.n.1*.vbi ex mente aliorum respon-
det *ad l.2.C.vbi & apud quem*,probantem,eùm tra- 42
ctatur de dissolutione contractus, non debere de hoc agi in foro contractus,sed potiùs actorẽ debere sequi forum rei,cui conuenit,esse intelligendum quando partes non inueniuntur in loco contractus. nam si in eo reperirentur,admitteretur ille,qui agit ad rescissionem contractus, quod etiam confirmant Cald.Pereira *in l.si curatorem,verbo implorandum. n.* 30.*C.de in integr.rest.minor.* Math.Coler.*d.c.1.n.24. & 44*.Steph.Gratian.*d.c.15.n.23*.Sed meliùs D.Barbos.*vbi supr.n.25*.sub distinctione hæc iura componit, quòd aut contractus est perfectus ex vtraque parte,& postea propter aliquam qualitatem extrinsecam prætenditur rescindi,& procedit decisio *d.l. 2.* quia cùm perfecto contractu sublata sit actio oriens ex contractu,*princ.Inst.quib.modis toll.oblig.*in consequentiam sublatus videtur forus ad eius implementum inductus.*l.cùm principalis,ff.de regul.iur.* Sed si contractus non fuit perfectus ex vtraque parte,quia cessat ratio de qua suprà, adhuc durat forus contractus,& consequenter in eodem loco poterit agi de eius rescissione,nisi contractus perficiatur à contrahentibus,& in terminis procedit text.*in præsenti*.nam exceptio non numeratæ pecuniæ in effectu importat contractum non fuisse impletum ex vtraque parte,& ideo in loco contractus de hoc defectu,necnon de nullitate contractus in eodem loco agendum est,quia prætenditur contractum non fuisse perfectum,quod colligitur ex *d.l.2.*

vt

Avth. Hanc autem.

1 QVerela non numeratæ dotis debet fieri in ſcriptis,& ita ſi vult maritus eam opponere, vocare debet mulierem, quæ dotem dedit, vel eum, qui pro ea dotem conſtituit ſuam exceptionem ſibi in ſcriptis offerens. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup.hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem quoad primam eius partem ex hoc text. deſumunt Gregor. Lop. *l. 9. gloſſ. 4.tit.1.part.5.* Eman. Acoſta *in repet. l.ſi ex cautione, ſup. hoc tit.in cap. incip. exceptione oppoſita, n.1.& 2.*vbi ait querelam huiuſmodi in ſcriptis proponi debere.

SVMMARIVM.

1 *verus Creditor, vel quilibet iuſtus poſſeſſor & petitor poteſt ciuili tàtùm creditori opponere exceptionem non n.pec.debitore etiam abſente, & contradicente. habens bona debitoris obligata, ex perſona debitoris, poteſt opponere exceptionem, n. 2. Non ſolùm debitori competit exceptio non num.pec.verum etiam eius creditori contra alium creditorem ſui debitoris, n.3.*

4 *Creditores poſſunt opponere exceptionem pro ſuo intereſſe, tempore quo poſſet debitor, qui confeſſus eſt recepiſſe mutuum, & ſic intra biennium à die ſuæ confeſſionis, non vltrà, & num. 5. poſſunt vti exceptione non numeratæ pec.aduersùs alium creditorem, etiamſi debitor ea vſus non fuerit, num.6.*

7 *Exceptio non num.pec.poteſt opponi contra creditorem non ſolùm ab ipſo debitore principali, ſed & ab eius debitoris fideiuſſore, & etiam creditore ipſius debitoris, &c.*

8 *Renuntiatio mariti dotis cautæ, & non numeratæ, vel tranſcurſus temporis opponendæ ipſius exceptionis, præiudicat non tantùm ipſi marito, ſed etiam eius creditoribus.*

9 *Confeſſio debitoris facta in fraudem poteſt, ſicut & alienatio, reuocari ab ipſo creditore.*

L. Si cui. XV.

Idem A. Mennæ P.P.

1 VErus creditor, vel quilibet iuſtus poſſeſſor & petitor, poteſt ciuili tantùm creditori opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam de-
2 bitore & abſente, & contradicente. Item obligata habens bona debitoris, ex perſona debitoris exceptionem opponere poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup. hoc tit.*

3 Vide Roder. Xuar. *in l.poſt rem indicatam, ſuper declarat.legis Regni limit. 2. num.5. pag. 619.* vbi hunc text. ſingularem dicit ad hoc quòd non ſolùm debitori competit exceptio nõ numeratæ pecuniæ, immo eius creditori contra alium creditorem ſui debitoris, Anton.Gom.*l.45.Tauri num.86.in princip.* vbi ait quòd licèt hic text.videatur probare confeſſionem mutui nocere & præiudicare ipſi debitori principali lapſo biennio, non verò nocere, nec præiudicare aliis creditoribus eius, & talem confeſſionem in præiudicium eorum non probare etiã lapſo
4 biennio; nihilominus tamen verum intellectum & ſeſum illius quem ſequitur, eſſe ait quòd creditores poſſint opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ pro ſuo intereſſe, ſcilicet intra tempora, quibus poſſet opponere debitor, qui confeſſus eſt mutuum recepiſſe, & ſic intra biennium à die ſuæ confeſſionis, non vltrà, & *l.50.num.52. in med.* vbi dicit hîc haberi quòd ſicut debitor, qui confeſſus eſt ſpe futuræ numerationis, poteſt opponere exceptionem 5
non numeratæ pecuniæ, vel dotis; ita creditores eius, etiamſi debitor prædicta exceptione nunquam vſus eſſet. Cou.*l.1.var.cap.7.n.6.verſ. quod præterea,* vbi ait hîc cautum eſſe creditores poſſe vti exceptione non numeratæ pecuniæ aduersùs alium creditorem, etiamſi debitor ea vſus non fuerit, Bellacomb. 6
tom.1.commun.opin.l.4.tit.20.num. 15.pag. 595. vbi 7
quòd exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra creditorem non ſolùm ab ipſo debitore principali, ſed & ab eius debitoris fideiuſſore, & etiam à creditore ipſius debitoris, qui contra alium creditorem ſe poterit tueri ea exceptione, & intelligit habere locum etiamſi debitor eam exceptionem oppoſuiſſet, vel non potuiſſet eam exceptionem opponere ob lapſum temporis, vel aliter, Roland. *conſ.74.col.pen.ad fin. num. 13. verſ. nec obſtat text. lib.4.* D.Barboſ.*in l.1.ff.ſoluto matrim.par.6. num. 37. in princ.* vbi ait mentem huius text. eſſe quòd licèt regulariter me inuito non poſſit quis vti iure in meum fauorem introducto ad ſuum proprium commodum, *l.ſi index circumuento, ff. de minorib.* tamen creditoribus mariti propter proprium intereſſe permittitur opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam inuito debitore confitente; ſubditque non inde inferri creditores prædicta exceptione vti poſſe, etiamſi debitor ab ea ſit excluſus per lapſum temporis legalis; ſi enim finis huius l.coniungatur cum principio, apertiſſimè colligetur creditoribus non licere ea vti exceptione, niſi intra tempus intra quod principalis debitor ea vti poterat; Card.Mantic.*de tacitis & ambig.conuent.tom.1.l.11.tit.27.n.17.* vbi ait quòd licèt in hac l.dicatur creditores mariti poſſe huiuſmodi exceptionem opponere, quamuis maritus nunquam ea vſus fuerit, tamen non dicitur quòd marito lapſum ſit tempus opponendi talem exceptionem, imò dicitur quòd creditores poſſint ſe, intra ſtatuta tamen tempora, ea exceptione tueri.

Notatur ad hoc quòd renuntiatio mariti dotis 8
cautæ, & non numeratæ, vel tranſcurſus temporis opponendæ ipſius exceptionis præiudicat non tantùm ipſi marito, ſed etiam eius creditoribus, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, & dotis non numeratæ, per hunc text.reſoluit Gutier. *alleg. 11. num.14.*

Notatur etiam ad hoc quòd debitoris confeſſio 9
facta in fraudem, poteſt ſicut & alienatio reuocari ab ipſo creditore, vt per Tiraq. *de iure mariti gloſſ.5. num. 116.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus ſpe futuræ numerationis, addito etiam iuramento, ſolutione, aut numeratione non exiſtente, poteſt adhuc prætendere exceptionem non num.pec.& num. 2. de iuramento intellige, vt num.3.*

3 *Debitor licèt non poſſit opponere ipſam exceptionem, poterit tamen allegare inſtrumentum ſimulatum. diſtingue, vt n.4.*

6 *Iuramentum ſortitur naturam actus, cui adijcitur, nec auget effectum obligationis, ſed ſolùm addit vinculum religionis. intellige, vt num.7.*

8 *Iuramentum interpositum in aliquo actu, vel contractu, habet tacitam conditionem vt reguletur secundùm istius naturam & qualitatem, deficiente consensu & voluntate iurantis.*

L. Indubitati. XVI. & vlt.

Idem A. Ioanni P.P.

1 Confessus spe futuræ numerationis, addito etiã iuramento, solutione, aut numeratione non existente, exceptionem nõ numeratæ pecuniæ prætendere adhuc potest. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. tit. 1. part. 5. & l. 27. tit. 11. part. 3. vbi gloss. 13. prope fin.* Ias. *in l. si conuenerit, num. 8. & 16. ff. de iurisdict. omn. iud* Gerard. *singul. 14. col. 6* Grammat. *decis. 103. num. 64. cum seqq.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. par. 3. cap. 1. num. 3.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 47.* Anton. Gom. *l. 53. Tauri, num. 52.* vbi in causa dotis loquitur, & *tom. 2. variarum cap. 6. n. 2. in fine, & cap. 11. num. 3. col. 2.* vbi hic haberi asserit quòd si quis confessus est spe futuræ numerationis mutuum recepisse. & iurauit soluere, poterit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, si pecunia non sibi numerata fuit, quia aliàs non habuit animum, & intentionem obligandi, & iuramentum non firmat talem contractum, & promissionem tãquam sine causa, & fomento obligationis, Alphan. *collect. 101.* Couarr. *in c. quamuis pactum, p. 1. §. 3. n. 10. & 11.* Gasp Baeç. *de inope debitore, cap. 16. num. 76.* Emman. Acosta *in repet. l. si ex cautione, fallent. 9. sup. hoc tit.* Menchaq. *de success. creat. lib. 1. §. 9. num. 19. & §. 18. num. 69. & controuers. vsufrequent. p. 2. cap. 47. num 1.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 1. tit. 158.*
3 *cap 4. vers. Renuntians*; vbi quòd licèt debitor non possit opponere ipsam exceptionem, poterit tamen allegare instrumentum simulatum, Valasc. *consult. 5. n. 20.* vbi distinguere communiter Doctores ait, vel quis fatetur adhibito iuramento se mutuam pecuniam recepisse, & tunc non iuuatur exceptione non numeratæ pecuniæ, vel fateatur se recepisse, & promittat cum iuramento se soluturum, & tunc iuuatur dicta exceptione, subditque hoc vltimo casu tantùm procedere textum in præsenti, Menoch. *consil. 84. num. 38.* Mascard. *de probat. concl. 695. n. 2.* optimè D. Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. p. 6. n. 46.*
4 vbi *n. 48.* resoluit quòd licèt maritus non possit opponere exceptionem non numeratæ dotis quando iurauit omnia contenta in instrumento esse vera, non tamen ob id impedietur opponere simulationem confessionis ad quam iuramentum non referebatur, nec potuit referri, Gutier. *de iurament. confirm. p. 1. cap. 37. à princ.* Pichard. *in tract. de mora, n. 46.* Cald. Pereira *in comment. ad §. sed hac, n. 35. Instit. de inoffic. testam.* Coler. *de process. lib. exec. p. 1. c. 10. n. 213.* Mancin. *de iurament. par. 4. effectu 155. n. 2.* Anton. Corneus *in tract. de absolut. iurament. par. 3. quæst. 5. n. 101.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 60. n. 3. & 11.* vbi Martin. Benechend. *in addit. etiam n. 3.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 3. tit. de solut. resol. 20. n. 4.* latè Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 18. tit. 4.*

5 Et attende quòd istud iuramentum intelligitur quando iurat quis soluere; secus verò si iurauerit se recepisse pecuniam, quia tunc non potest opponere exceptionem, vt per Anton. Gom. *d. tom. 2. cap. 6. n. 2. in fine, vers. attende,* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de chirog. oph. & cedul. recognit. art. 2. num. 23.* Caballin *milleloq. 670.* citati per Valasc. *cons. 5. n. 19.* Eman. Acosta *in repet. d. l. si ex cautione, fallent. 9. n. 6. in fine,* vbi ex Felin. ait attentis rationibus iuris Canonici iuramentum in proposita specie efficere debitorem amittere priuilegium huius exceptionis, sed non ipsammet exceptionem si velit probare negatiuam, Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. E. concl. 421. n. 5.* D. Barbos. *in d. l. 1. ff. solutio matrim p. 6. n. 46. propè fin.* Bauer. *de virtute iurament. num. 46. versic. 31.* Gutier. *d. p. 1. cap. 37. num. 8.* Hieron. Zetzer *de iurament. l. 1. cap. 26. num. 14.* Alexand. Trentacinq. *d. resolut. 10. vers. secunda conclusio,* Benechend. *vbi suprà num. 9.* Cardin. Mantic. *d. l. 18. tit. 4. num 4.* Quicquid contrarium, immò in vtroque casu non debere audiri debitorem ex quòd directò contradiceret iuramento, teneant Auster. *ad Capell. Tholoss. decis. 375. num. 3.* Tiraquell. *in l. si vnquam, in praefat. n. 72. & ad leges connub. gloss. 5. in 4. genere expressi,* Mari. Anton. *var. resol. l. 2. resol. 60. casu 31.*

Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd iuramentum sortitur naturam actus, cui adiicitur, nec auget effectum obligationis, sed solùm addit religionis vinculum, vt per Cott. *in memorab. verb. fideiussor. il 2.* Bernard. *regul. 390.* Socin. *regul. 254.* Ioan Garcian. *regul. 275.* Couar. *in cap. quamuis pactum, p. 1. §. 4. num. 1. & in rubr. de testam. p. 2. num. 9. & var. lib. 3. cap. 17. n. 5.* Tiraquell. *de iure constituti, part. 3. limit. 7. num 37. & in præfat l. si vnquam, n. 165.* Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap. 10. num. 22. col. 3.* vbi intelligit quando actus, vel contractus non habet effectum propter defectum voluntatis animi & consensus contrahentis, & *cap. 14. num. 20. in princip.* vbi ait iuramentum interpositum in aliquo actu, vel contractu habere tacitam conditionem vt reguletur, & intelligatur secundùm naturam & qualitatem eius, quando deficit voluntas, & consensus iurantis, Menchaq. *d. §. 9. à n. 19.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin l. 4. tit. 1. de rebus credit. num. 72. pag. 438.* Anton. Gabr. *commun. tom. 3. l. 2. tit. de iureiur. concl. 10* Hippol. *singul. 216.* Ioan. Matiens. *in dialog. relator. part. 3. c. 32. num. 5.* Mieres *de maioratu par. 1. q. 21. n. 9.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. parens, num. 85. ff. de liber. agnoscen.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 56.* Gutier *in authent. sacramenta puberum, num. 26. C. si aduersus vendit. & de iurament. confirm. part. 1. cap. 37. num. 2.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuil. 73. num. 28.* Menoch. *consil. 24 num. 7. & consil. 17. num. 49. cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo iuramentum 19.* Cald. Pereira *de potest. nominandi, cap. 2. num. 35. & in responso pro Duce Pastrana, versic. quæ sententia,* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 8. num. 14. & l. 13. quæst. 1. num. 21. & quæst. 5. num. 17. cum seqq.* Valasc. *consult. 5. num. 19.* Morla *in emporio iuris ciuilis, part. 1. tit. 5. quæst. 1. num. 51. versic. qua de causa,* Mancin. *de iuram. part. 4. effectu 8. num. 1. cum seq. & effectu 66. num. 5.* Fachinæ. *controuers. lib. 2. cap. 17* Giurba *decis. 42. num. 27.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. l. 4. tit. 32. num. 89.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 151. vers. ad quartum dicendum,* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 799. num. 30.* Soar. *de relig. tom. 2. tractat. de iuramento, cap. 32. n. 2. cum seq.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 506. per tot.* Camill. Borrell. *in summ. decis. tom. 1. tit. 60. num. 302.* Bertazol. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. num. 281. 651. & 710.*

De

De compensationibus.

Tit. XXXI.

COMPENSATIONEM est debiti,& crediti inter se contributio, *l.1.ff.hoc tit.* à *pendendo* dicta, quia veteres, antequam nummi cuderentur, pecuniam, vt aurum,& argentum, appendebant. Scripserunt in hāc rubr. Cuiac. Pac.& VVesembec. De titulo integros tractatus in lucem ediderūt Sebastianus Medices *tom,6.tract.Doct. part.1. fol.*258. & Tyndarus *eod,tom.6.par 2.fol.*250. item Ioan. Borcholt, & D. Leont. Coppelius *in repetitione singularium legum tit.4. de compensat.* De materia Ordin. Reg. Lusitan. *l.3.tit.78.l. Hispan.20.cum seqq.tit.14. part.5.* Roland. à Valle *cons.76. ex n.26. lib.1.* Fab. Turret. *cons.94. ex num.12.* Bernard. *reg.99.* Ioan. Garcian. *reg.77.* Hector. Felici. *allegat. 26. par.3.* Suar. Vezin. Villalob.& alij *tom.1.commun.opin. l. 4. tit.21.pag.596.* Cuiac. *l.8. obseru. 16. & lib. 15. obseru.12.* Afflict. *dec.163.& 381.* Osasc *dec.92.* Hieron. de Laurent. *Auenionens. dec.111.* Ioseph. Ludou. *Perus. dec.15.* Magon. *Florentina dec.5.& 44.* Petr. Gregor. *syntagm.iuris, l.21.c.22.* Peguer. *dec. 175.* Vincent. de Franchis *dec.53.* Gam. *Lusitan. dec.91. ex num.2.* Surd. *dec.17.& 191.& cons.246.* Ioan. Bapt. Costa *de rat.rata,quæst.61.* Menoch. *de arbitr.casu 14.* Flamin. Cathar. *dec.62.& 93.* Eschobar *de ratiocin.c.36,* Vincent. Catot. *de locato, part.4. except.4.de compensat.* Mascard. *de probat.concl.333.& seq.* Gasp. Roder. *de ann.reddit.lib.2.quæst.18.* Azeued. *l.1.num.128.tit.21.lib.4.noua Recopilat.* Parlad. *lib.2. rerum quotidian.cap.fin.par.5. §.11. num. 30.* Gutier. *de iuram.confirmat.par.3.cap.6.* Aloys. Ricc. *in collect. dec.part.2.collect.305.* D. Barbos. *in l. diuortio, §. ob donationes, num. 3. cum seqq. ff. soluto matr.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 560.cum seqq.* Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat.verbo compensatio.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.1.tit.160.* Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib.3. tit. de compensationibus*, Cancer. *variarum resol.tom.2.c.3.n.55.cum seqq.* Card. Tusch. *pract.conc.tom.2 lit.C,conc.487.cum seqq.*

L. Et Senatus. I.

Imp. ANTONINVS A. *Dianensi.*

1 COmpensatio fisco non opponitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in 4.fo.24.verso,* Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.26.tit.14.par.5.* Afflict. *dec.192.* Viui. *to.1. commun.opin.lib.4.tit.21.in fine.vers. item,pag.598.* Petr. Gregor. *syntagm.iuris,lib.21.& 22.n.6.* Monet. *de decimis,cap.9.num. 173.* Peregr. *de iure fisci, l. 6. tit.8.num.15.* Cardos. *in praxi iud.cum,verbo compensatio, num. 10.* Alexand. Trentacinq. *variarum resol. l.3.sub hoc tit.de compensat.res.1.n.11.* Molin. *de Iust. tract.2.disp.560.n.25.*

SVMMARIVM.

1 *Compensatio indebiti soluti non admittitur, & n.3.*

2 *Compensationis exceptionem non admitti ex causa iudicati.*

4 *Indebita soluens per sententiam non repetit, nisi probet falsis instrumentis, vel allegationibus fuisse latam.*

5 *Compensationis habens exceptionem si soluat per errorem, non poterit repetere.*

L. Ex causa. II.

Impp. ANTONINVS & SEVERVS AA. *Lucio.*

INdebiti soluti, cuius repetitio non datur, compensatio etiam non admittitur. Item ex causa iudicati sicut non condicitur, ita compensationis exceptio non admittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. supr.hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit *l. Hisp. n.23.tit.14.part.5.* vbi statuitur quòd soluens indebitum per sententiam, non repetit propter authoritatem rei iudicatæ, nisi probet falsis instrumentis, vel allegationibus fuisse latam, Petr. Greg. *syntagm.iuris, lib.21.cap.22.n.7.versic.sexto ex causa iudicati,* D. Barbos. *in l.diuortio.§.fin.var.2.n.22. in princ.ff.soluto matrim.* vbi dicit quòd si habens exceptionem compensationis soluat per errorem, repetere non poterit. 3 4

SVMMARIVM.

1 *Debitum Reipubl. non admittit compensationem in vectigalibus, debito frumenti, olei, pecuniæ publicæ, tributi, alimentorum, operarum, mercede, & in fideicommissis ciuitati debitis, & num.2.*

3 *Debitum quod pro muris, pontibus, galeis, armis, victualibus exercitui Regis, vel communis debetur, non compensatur cum alio debito, & num.8. idem de debito censûs Regis, vel communis, & de pedagiis, vel vectigalibus, num.4.*

5 *in Tributis fisco debitis non est locus compensationi.*

6 *Debitum annonæ non potest compensari cum alio.*

7 *Reipubl. debitrici quando compensatio possit obijci, & num.9.*

10 *in Collectarum exactione non admitti compensationem fauore Reipubl.*

11 *Debitum frumenti non potest compensari cum alio.*

12 *Debitum alimentorum non recipit compensationem, idem est in pensionibus, quæ Clerico reseruantur, pro alimentis, num.13. in stipendiis, vel alimentis scholasticorum, num. 14. in Doctoribus petentibus sua salaria, num.15. in decimis, num.16. etiam in decimis futuris, num.17.*

L. In ea. III.

Imp. ALEXANDER. A. *Capitoni.*

DEbitum Reipublicæ non admittit compensationem in vectigalibus, debito frumenti, olei, pecuniæ publicæ, tributi alimentorum, operarum, mercede, tandem in fideicommissis ciuitati debitis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.20.tit.14.part.5.* vbi statuitur quòd debitum, quòd pro muris, pontibus, galeis, armis, victualibus exercitui Regis, vel communis debetur 2 3

non compensatur cum alio debito; idem de debito census Regis, vel communis, & de pedagiis, vel vectigalibus. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 78. §. 5. Sal-
5 zed. *ad Bernard. reg.* 99. *vers. secundò limita*, vbi quòd in tributis fisco debitis non est locus compensationi. Robert. *lib.* 3. *sentent. c.* 16. Sebast. Medic. *in tract. de compensat. part.* 1. *quæst.* 14. Mendez à Castro *in*
6 *tract. de annonis ciuilib. in princip. num.* 17. vbi quòd debitum annonæ non potest cum alio compensari, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 21. *cap.* 22. *n.* 6. *vers.*
7 *tertiò*, vbi quòd Reip. debitrici eius debitor obiicere potest compensationem, si neque ex Calendario, neque ex vectigalibus, neque ex frumenti, vel olei publici pecunia, neque alimentorum, neque eius, qui statutis sumptibus seruit, neque fideicommissi ciuitatis debitor quis sit. Cardos. *in praxi iudicum, verbo compensatio num.* 10. Molin. *de iustit. tract.* 2. *di-*
8 *sput.* 560. *num.* 15. *vers. in sequentibus*, vbi quòd quando debetur aliquid deputatum ad reparationem, aut constructionem murorum, fontium, pontium & similium, vel ad munitiones, victualia, stipendia militum, & res alias bellicas, aut in tributum quodcunque, vel debetur fideicommissum, aut res alia relicta, vt postea ad Principem, aut ad communitatem oppidi deueniat, locum non habet compensatio, cum alio debito, quod fiscus, Princeps, vel communitas Reipubl. aut oppidi debeat eidem debitori; subditque *in d* §. 5. *eiusdem Ordin. Reg. Lusit.* quòd hoc priuilegium videtur extendi ad omne vniuersum debitum, quod debetur Regi, Cameræ, aut fisco ipsius; solùm enim quando aliquid debetur communitati ciuitatis, aut oppidi alicuius, excipitur in eo §. vt fiat compensatio in euentibus, in quibus de iure communi compertum fuerit posse fieri cum debitis, quæ eædem communitates suis debitoribus vicissim debent. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3.
9 *sub hoc tit. de compensat. resol.* 1. *num.* 12. vbi ait quòd licèt debitor Reip. possit compensationem obiicere, tamen in aliquibus non potest, videlicet si debitor sim eius in Calendis, si debeam frumentum, vel si debeam pedagium, aut tributum eis vel alimentum alicui seruienti, vel si tale debeam, quod in certas res, vt putà ad emendum frumentum, deputatur, vel si debeam fideicommissum aliquod, aut legatum, in his enim casibus non admittitur compensatio, subditque quòd licèt quidam dicant hanc l. loqui in republ. Romanorum, tamen veritas est quòd habet locum in qualibet alia ciuitate, Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 164. vbi tenet quòd in exactio-
10 ne collectarum non admittitur compensatio fauore Reipubl.

11 *Neque ex frumenti*, &c.] Notatur ad hoc quòd debitum frumenti annonarij non potest cum alio compensari, vt per Rip. *in tract. de peste, tit. de remed. ad conseruandam vbert. num.* 33. *cum seq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.* 3. *lib.* 36. *cap.* 30. *num. vlt.* Mendez à Castro *in tract. de annonis ciuilib. in princ. num.* 17. Cardos. *in praxi iudicum, verbo compensatio num.* 9. Bobadil. *in sua politica lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 50. *in princip.* vbi plura priuilegia refert quæ conceduntur annonario frumento. Peregr. *de iure fisci lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 15. *vers. cessat.*

12 *Neque alimentorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd debitum alimentorum non recipit compensationem, vt per Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 4 *tit.* 78. §. 3. Pereg. *de iure fisci lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 15. *in fine*, Anton. Fabr. *in suo C. sub hoc tit. diffinit.* 7. Bapt. Pontan. *de aliment. quæst.* 19. *num.* 2. Surd. *eod. tract. tit.* 8. *priuil.* 53. *num.* 5. *& tit.* 7. *quæst.* 10. *num.* 8. Aloys. Ricc. *in collect. decis.*
13 *part.* 2. *collect.* 305. *vers. limita* 12. Quòd idem in pensionibus, quæ Clerico reseruantur pro alimentis, agnoscit Gig. *de pensionib. quæst.* 92. *num.* 4. & in stipendiis, vel alimentis scholasticorum, resoluit Re- 14
buff. *de priuileg. scholast. priuil.* 168. Et in Doctori- 15
bus petentibus sua salaria, Alexand. Trentacinq. *d. resol.* 1. *num.* 9. Cardos. *d. verbo compensatio num.* 9. Ac demum in decimis procedere tenent Ludouic. 16
Roman. *sing.* 551. *incip. An sacerdoti*, Rebuff. *in tract. de decimis q. fin. num.* 19. vbi ampliat etiam lo- 17
cum habere in decimis futuris, Salzed. *ad Bernard. reg.* 99. *addit.* 1. *vers. adde & limita primò*, Perez. *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 124. *in fine*, Castill. *l.* 64. *Tauri fol.* 194. *col.* 1. *vers. adde, fallit in causa.* Nouar. *in addit. vlt. ad Franchu decis.* 53. Pereg. *d. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 16. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *n.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio fit ad portiones concurrentes æqualiter, & cursum vsurarum impedit.*

2 *Quantitas vbi debetur, compensatio hinc inde ipso iure fit ad concurrentem quantitatem, & pro tali rata impeditur cursus vsurarum.*

3 *Compensatio de quantitate ad quantitatem, & sic de debito pecuniario ad debitum pecuniæ, admittitur.*

4 *Compensatio quando propriè locum habeat.*

5 *Compensatio debiti ex pari specie & causa dispari admittitur. Admittitur de genere ad genus quando idem in genere debetur, & genus est eiusdem qualitatis, n.* 6. *secus si diuersa, num.* 7. *an admittatur de fructibus ad fructus, num.* 8.

9 *Compensatio non admittitur de specie ad speciem, neque etiam de specie ad quantitatem, vel è contrà.*

10 *Compensatio fit ipso iure, ita vt non sit necesse de ea opponi per hominem, & num.* 11. *non induci ipso iure, nisi allegetur & opponatur per partem, num.* 12. 14. 17. *intellige, vt num.* 13. 15. 16. 18. *&* 19

20 *in Delictis fit compensatio ipso iure, etiamsi à parte non opponatur, veluti de negligentia ad negligentiam, de culpa ad culpam, & de dolo ad dolum.*

21 *Compensatio fit ipso iure, etiamsi à parte non opponatur, quando volumus impedire cursum vsurarum. generaliter fit omni casu, in quo infertur præiudicium creditori si compensatio ipso iure non esset inducta, n.* 22. *fit quando tractatur de liberatione pignoris, n.* 23.

L. Si constat. IV.

Idem A. Luciano.

Compensatio fit ad concurrentes æqualiter 1
portiones & impedit vsurarum cursum. Vbi 2
quantitas debetur, hinc inde compensatio, fit ipso iure ad concurrentem quantitatem, & pro tali rata impeditur cursus vsurarum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd com- 3
pensatio de quantitate ad quantitatem, & sic de debito pecuniario ad debitum pecuniæ admittitur, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 78. *in princ. l. Hisp.* 20. *tit.* 14. *part.* 5. Bernard. *reg.* 98. Kirchou. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4 *tit.* 21. *num.* 6. *&* 9. & ibi Donat. à Fina *num.* 18. Sebast. Medic. *in tract. de compensat. p.* 1. *quæst.* 5. Hippol. Riminald. *cons.* 451. *num.* 36. *lib.* 4.

Petr.

Petr.Gregor. ſyntagm iuris lib.21. cap. 22. num.3. D.
Barboſ. in l diuortio, §. ob donationes, n. 8. ff. ſoluto
matrim. Nouar. in addit. ad Vincent. de Franchis de-
ciſ. 53. in verſ. & compenſationi locus eſt. Cardoſ. in
praxi iudicum, verbo compenſatio num. 3. Alexand.
Trentacinq. var. reſol. lib. 3. ſub hoc tit. de compen-
ſat. n. 1. & 4. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 297. n. 8.
4 verſ. quoad tertium, vbi inquit compẽſationem pro-
priè locum non habere niſi quando res ſunt eiuſ-
dem rationis, & ſpeciei, ſiue ſubſtantiæ, & qualitatis
eiuſdem, & conſiſtunt in pondere, numero, & men-
ſura, vt quando debitum eſt pecunia, & res, in qua
fieri debet compenſatio, eſt ſimiliter pecunia, aut
quando debitum eſt triticum, vinum, oleum, aut
aliud ſimile, & res in qua fieri debet compenſa-
tio, eſt eiuſdem ſpeciei: quando verò ſunt diuerſa-
rum ſpecierum, vt quando vnum eſt pecunia, aliud
verò equus, vinum aut oleum, non eſt propriè com-
penſatio: neque item eſt propriè compenſatio quã-
do ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed non conſiſtunt in pon-
dere, numero & menſura, vt quando debetur vnum
mancipium, & compenſatio intenderetur in alio
equo, idem ferè reſoluit eod. tract. 2. diſp. 560. num. 19.
verſ. habet autem locum, Thom Corneri. lib. 19. iuris
ciuilis, Romani Gallicique tit. 6. cap. 3. par. 1. ad fin.
5 verſ. compenſatio debiti fol. 724. vbi ait quòd com-
pẽſatio debiti ex pari ſpecie & cauſa diſpari admit-
titur, veluti ſi pecuniam tibi debeam, & tu mihi pe-
cuniam debeas, aut frumentum, aut cætera huiuſ-
modi, licèt ex diuerſo cõtractu, vt ſi tibi debeam ex
vendito, tu mihi ex mutuo, compenſare, vel deduce-
re poteſt.
6 De genere ad genus compenſatio admittitur,
quando idem in genere debetur, & genus eſt eiuſ-
7 dem qualitatis: ſecus verò ſi diuerſę; habet enim ge-
nus functionem quandam, & res fungibilis com-
penſationem recipit: Ita Sebaſtian. Medices d. tract.
de compenſat. par. 1. quæſ. 2. Petr Gregor. d. lib. 21. c. 22.
num. 5. in fine. D. Barboſ. in d. l. diuortio §. ob donatio-
nes n. 8. verſ. ex qua quidem, & num. 23. in fine,
24. & 25. vbi tenet quòd quando quis debet frumẽ-
tum, & illud extat, non poteſt pro eo ſoluere pecu-
niam, quia de pecunia ad frumentum non poteſt
admitti compenſatio, neque vnum pro alio inuito
8 creditore ſolui poteſt, & ibidem idem D. Barboſ. in
eo dubio, an de fructibus ad fructus admittatur
compenſatio? concludit quòd licèt pro fructibus
non poſſit obiici compenſatio de pecunia, poterit
tamen obiici compenſatio de aliis fructibus, ſiue
frumento. nam compenſatio non ſolùm habet lo-
cum in quantitatibus, ſed etiam in omnibus conſi-
ſtentibus pondere, & menſura, dummodo ſint eiuſ-
dem ſubſtantiæ, & qualitatis.
9 De ſpecie verò ad ſpeciem non admittitur com-
penſatio, neque etiam de ſpecie ad quantitatẽ, vel
e contra, l. quod dicitur, ff. hoc tit. l. ſi conuenerit, ff. de
pignor. act. l. ſi ex pecunia, C. de rei vendic. l. 2. Hiſp.
tit. 14. par. 5. Sebaſt. Medic. in tract. de compenſat.
par. 1. quæſt. 3. & 4. Petr. Gregor. d. lib. 21. cap. 22.
num. 5. Surd conſ. 246. num. 11. & 13. & dec. 184.
num. 7. Menoch. conſ. 341. num. 6 Aloyſ. Ricc. in col-
lect. dec. par. 2. collect. 305. verſ. limita ſexto, Ioſeph.
Ludou. Peruſ. dec. 15. num. 5. Donel. comment. iuris
ciuilis lib. 16. cap. 15. col 6. verſ. non minus res in com-
penſationem verſantur, Alexand. Trentacinq. d. tit. de
compenſat. reſol. 1. num. 1. in princ. D. Barboſ. in d.
l. diuortio, §. ob donationes ex n. 8. vſque ad num. 12.
qui reddit rationem d. n. 8. ad fin. quia compenſa-
tio ſolutio eſt. & in ſpeciebus poteſt prætendi affe-
ctio, & probabile intereſſe, & ideo nõ poteſt æqua-
litas conſiderari. Et ad illud quòd compenſatio eſt
ficta ſolutio, & compenſans dicitur ſoluere, l. ſi debi-
tor. ff. qui potior. in pign. habeantur l. 1. ff. hoc tit. Tiraq.
de retractu lig. §. 3. gloſſ. 3. num. 6. Cou. in cap. quam-
uis pactum par. 1. §. 4. num. 9. Donell. comment. ad
l. ne creditores 10. num. 3. C. de pignor. act. & com-
ment. iuris ciuilis lib. 16. cap. 15. in princ. Sebaſt. Me-
dices in præfat. tract. de compenſat. num. 2. Menoch.
de arbitr. caſu 13. num. 3. Cacheran. dec. 92. n. 11.
& 14. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 4. & tit. 7. quæſt. 11.
num. 14. & 15. Caſtill. lib. 3. quotid. cap. 23. num. 90.
Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 3. num. 59. vbi num. 65.
quòd eſt realis ſatisfactio, D. Barboſ. in d. §. ob dona-
tiones n. 8 prope fin.
Ipſo iure proſoluto, &c.] Notatur ad hoc quòd 10
cõpenſatio ita fit ipſo iure, vt de ea opponi per ho-
minem neceſſarium non ſit, vt per Tyndar. in tract.
de compenſat. art. 6. per tot. Afflict. dec. 121. num. 1.
& 2. Donell. d. lib. 16. cap. 15. col. antepen. verſ. ter-
tium illud ad vim compenſationis, Rot. Genuenſ. de-
ciſ. 4. a princ. & præcipuè num. 22. cum ſeqq. Alex.
Trentacinq. d. lib. 3. ſub hoc tit. de compenſat. reſol. 1.
n. 24. verſ. ſecunda opinio, & in verſ. mihi placet, vbi 11
probat hanc partem, quòd ſcilicet compenſatio fiat
ipſo iure abſque facto hominis, ex verb. huius text.
ibi, ipſo iure, quæ referuntur ad alia verba, ex eo tem-
pore, ex quo ab vtraque parte debetur.
Contrarium tamen, immo quòd compenſatio 12
non inducatur ipſo iure, niſi allegetur & opponatur
per partẽ, & ita requiratur hominis factum, ſtatuit
Ordin. Reg Luſit. lib. 4. tit. 78. in princ. ibi, com
tanto que ſe allegue, defendunt Cæſ. de Vrſillis ad Af-
flict. dec. 121. num. 1. Fab. Turret. conſ. 44. num. 16.
lib. 1. Vincent. de Franchis dec. 53. num. 2. vbi quòd
compenſatio oppoſita ab homine, ipſo iure fit à le-
ge, Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur n. 15. &
de retractu lig. §. 3. gloſſ. 3. à num. 8. Gama Luſ. de-
ciſ. 91. à n. 2. D. Barboſ. in d. l. diuortio, §. ob dona-
tiones n. 31. intellige, vbi ait ita fieri compenſatio- 13
nem ipſo iure, vt tamen debeat opponi per homi-
nem, aliàs enim non videtur inducta niſi in quibuſ-
dam caſibus relatis per gloſſ. in præſenti, & in ead. l.
diuortio, §. fin. par. 2. n. 24. Viui. tom. 1. commun.
opin. lib. 4. tit. 22. n. 34. pag. 598. Gaſp. Roderic.
de annuis redditib. lib. 2. quæſt. 8. num. 10. & 13.
Thom. Corneri. lib. 19. iuris ciuilis, tit. 7. de compen-
ſat. cap. 3. in fine, & c. 4. in princ. fol. 725. Surd. de
aliment. tit. 7. quæſt. 11. n. 14. cum ſeqq. & conſ. 246.
n. 27. & 28. lib. 2. vbi quòd compenſatio non in- 14
ducitur ipſo iure, ſed parte opponente, & quòd
operatur effectum ſuum quando opponitur, nõ an-
te, & deciſ. 118. ex n. 1. vbi quòd compenſatio fit 15
ipſo iure parte opponente, ad impediendum tamen
curſum vſurarum compenſatio procedit ipſo iure, &
antequam opponatur à parte, & dec. 191. num. 13.
cum ſeqq. vbi num. 18. intelligendum ait textum 16
in præſenti, parte volente, non autem ea tacente,
aut etiam inuita. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ.
56. num. 66. Aloyſ. Ricc. in collectan. dec. par. 4.
collectan. 1185. Cardoſ. in praxi iudicum, verbo
compenſatio n. 5. Cald. Pereira de reſol. emphyt. c. 17.
num. 17. Ioan. Vincent Honded. conſ. 38. num. 15.
cum ſeqq. lib. 2. vbi quòd compenſatio fit, ac debi- 17
tum extinguit ipſo iure parte de ea opponente,
Molin. d. diſp. 560. in princ. num. 1. vbi quòd petens 18
compenſationem, ipſo iure eam conſequitur ante-
quam ei à iudice cõcedatur, ac proinde ſtatim ipſo
iure liberatur à quantitate debiti quã compenſari
petit, ad effectum verò vt vſuræ ex debito nõ vlte-
riùs progrediatur, ſtatim ac eſſe incipit aliud debi-

tum eum priore compensabile, censetur ipso iure facta esse compensatio, esto non petatur, neque vlla fiat protestatio compensationis, Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus.* 493. Anton. Fab. *in suo Codice sub hoc tit. definit.* vbi quòd compensatio fit ipso iure: sed ita tamen si opponatur à parte.

20 In gloss. *Ipso iure.* ibi, *hoc tamen fallit in debitis*, &c. Notatur ad hoc quòd in delictis compensatio fit ipso iure, etiamsi à parte non opponatur, veluti de negligentia ad negligentiam, de culpa ad culpam, & de dolo ad dolum, ita Alexand. Trentacinq *d. resolut. 1. num. 24. versic. primo declara.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 21. cap. 22. num. 2.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 1. lib. 2. quæst. 18. num. 8.* Cardos. *in praxi iudicum, verb. compensatio, num. 8.*

21 In eadem gloss. ibi, *item ad inhibendum cursum vsurarum*, &c. Notatur ad hoc quòd compensatio fit ipso iure etiamsi à parte non opponatur quãdo volumus impedire cursum vsurarum, vt per Alexand. Trentacinq. *d. num. 24. vers. secundò*, Surd. *decis.* 117. *num. 2.* Molin. *d. disp.* 560. *num. 1.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 3. gloss. 3. num. 5. &* 8. Sebast. Medices *d. tractat. de compensat. part. 1. quæst. 50.* Petr. Gregor. *dicto lib. 21. cap. 22. num. 1.* D. Barbos. *in d. l. diuortio, §. ob donationes, n. 33.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo compensatio, num. 5.*

22 In eadem gloss. ibi, *vel pœnam committendam*, &c. Notatur ad hoc quòd generaliter fit compensatio ipso iure, etiamsi à parte non opponatur, in omni casu, in quo infertur præiudicium creditori si compensatio ipso iure non esset inducta, vt quia ea non inducta compensans teneretur ad pœnam vel interesse, & sic ad pœnam, vel commissum euitandum ipso iure compensationem fieri, tenent Alexand. *consil. 45. num. 4. lib. 4.* Paris. *cons. 111. n. 20. lib. 1.* Tiraquell. *d. §. 1. gloss. 3. n. 5. & 9.* Sebast. Medices *in tractat. de compensat part. 1. quæst. 21. num. 3.* Gig. *de pensionibus, quæst. 92. num. 7.* Gam. *Lusit. decis. 91. num 2.* vbi Flores de Mena, Alex. Trentacinq. *d. num. 24. vers. tertiò non procedit*, Surd. *d. decis. 191. num. 3.* D. Barbos. *in d. l. diuortio, §. ob donationes, n. 31. & in §. fin. p. 2. n. 23. & 24.* Cardos. *d. n 5.*

23 In eadem gloss. ibi, *vel pignus liberandum*, &c. Notatur ad hoc quòd ipso iure fit compensatio quando tractatur de liberatione pignoris, vt per Alex. Trentacinq. *d. n. 24. vers. quartò.*

SVMMARIVM.

1 *Debitum ex testamento compensari potest.*
2 *quod compensari potest immune est ab vsurarum solutione.*
3 *Compensationi quatenus sit locus in vltimis voluntatibus.*
4 *si debeo tibi centum aureos cum vsuris, tu mihi quinquaginta sine fœnore, vsque ad concurrentem summam fit Compensatio.*

L. Etiamsi. V.

Idem. A. Honoratæ.

1 Debitum ex testamento compensari potest. Item quod compensari potest, immune est ab
2 vsurarum solutione. Colligunt ea Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Compensationi quatenus in vltimis voluntatibus
3 locus sit: vide Sebast. Medic. *in tract. de compensat. part. 1. quæst. 31. num. 1. & 2.* Castill. *de vsufruct. cap. 46. num. 6. & 7.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2.* Menoc. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 142. *& lib. 4 præsumpt. 109. & seq.*

Vsurarum excludit compensationem.] Notatur ad hoc 4
quòd si debeo tibi centum aureos cum vsuris, tu mihi quinquaginta sine fœnore, vsque ad concurrentem summam fit compensatio, vt per Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 21. cap. 22. num. 2.* & alios citatos *in l. 4. gloss. ipso iure, super verb. Item ad exhibendum,*

SVMMARIVM.

1 *Cauta, sed non recepta minimè compensantur: nec quis tenetur soluere, vbi potest compensare.*
2 *in compensationem tantum veniunt quæ debita sunt, altero etiam inuito.*
3 *In dotis causa opponi potest compensatio.*

L. Neque scriptura. VI.

Idem A. Pollidenti.

Cauta, sed non recepta minimè compensantur, 1
nec quis tenetur soluere, vbi potest compensare. Colligunt ea Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 21. cap. 21. n. 3.* 2
lit. O. vbi quòd in compensationem etiam inuito altero veniunt tantùm, quæ debita sunt.

In gloss. *Neque scriptura* ibi, *vel quartò de etiam* 3
in dotis confessione hîc loqui, &c. Notatur ad hoc quòd in causa dotis opponi potest compensatio, vt per Hippol. Riminald *cons. 451. n. 38. lib. 4.* Sebast. Medic. *in tractat. de compensat. part. 1. quæst. 17.* D. Barbos. *in l. diuortio 8. §. ob donationes, num. 5. & 7. in fine, & num. 8. in princ.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 3. sub hoc tit. de compensat. resolut. 1. num. 18.* vbi subdit textum *in l. vnic. §. taceat. C. de rei vxor. action.* loqui in retentione, & non in compensatione, & sic per dictum textum non corrigi iura per quæ permittitur contra dotem compensatio. Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. C. concl. 490. num. 5. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor, fisco tamen excepto, petens pretium, compensationis exceptionem patitur.*
2 *Fisco agenti contra debitorem quando & quomodo possit opponi ab ipso debitore exceptio compensationis.*

L. Si ex venditione. VII.

Idem A. Eurosio.

Venditor, fisco tamen excepto, petens pretium 1
compensationis exceptionem patitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Quando & quomodo fisco agenti contra debitorem possit opponi ab ipso debitore exceptio com- 2
pensationis: vide *l. si ff. hoc tit.* Paul. de Castro *in l. fi. num. 5. in 14. priuileg.* & *ibi* etiam Saliceт. *n. 16. C. de priuileg. fisci*, Alex. *cons. 61. lib. 3.* Tiraquell. *de retractu lign. gloss. 3 §. 3. num. 11. cum seqq.* Peregr. *de iure fisci, lib. 6. tit. 7. num. 15. & 16.* Alex Trentacinq. *var. resol. lib. 3. sub hoc tit. de compensat. resolut. 1. num. 14.* vbi conclusionem huius text. intelligit in fisco, propriè loquẽdo, id est Reipublicæ Romanæ, hoc est, Papæ,

Imperatoris,vel Regis,nó in quaſi.fiſco alterius ciuitatis,niſi præſcripſiſſet iura fiſcalia,vel haberet ea ex conſuetudine , Molin. *de Iuſt. tract.2. diſp.560. n. 25. in fin.* vbi ait quòd licèt quando aliquis vendit aliquid,poſſit emptor in pretio cõpenſare quod venditor ei aliunde debet;ſi tamen fiſcus ſit,qui aliquid vendit,non poteſt emptor compenſare in eo pretio id,quod fiſcus ei vieiſſim ex alio capite debet,& ad hoc citat textum expreſſum *in præſenti.*

SVMMARIVM.

1 *Æſtimatio fructuum debita ab eo , cui legatum quantitatis eſt relictum,poteſt cum illa quantitate compenſari.*
2 *Vitricus percipiens fructus ex rebus priuigni , tenetur ad reſtitutionem.*
3 *Vxor marito legare poteſt.*
4 *Compenſatio contra petentem legatum opponi poteſt.*
5 *Legatum factum creditori an & quando præſumatur factum animo compenſandi cum ipſo debito neceſſario.*

L. Si propter. VIII.

Imp. GORDIAN. A. *Emerito.*

1 ÆStimatio fructuum debita ab eo,cui legatum quantitatis eſt relictum,poteſt cum illa quã-
2 titate compenſari. Vitricus percipiens fructus ex re-
3 bus priuigni tenetur ad reſtitutionem. Vxor marito
4 legare poteſt. Compenſatio contra petentem legatum opponi poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup.hoc tit.*

5 . *Ei legatum eſt , &c.*] An & quando legatum factum creditori præſumatur factum animo compenſandi cum ipſo debito neceſſario?vide Gualdenſ. *de arte teſtandi , tit. de leg. caut.* 5. Anton Gom. *tom.1. variarum,cap.12.de legatis,n.27.& 28.* Eman. Acoſta *in cap.ſi pater , de teſtam.in 6. verbo legan. n.17. cum ſeqq.* Phanuc. *de lucro dotis , gloſſ.8.* Hippol. Rimin. *conſ.393.lib.4.* Couarr. *in cap.officij num.2. de teſtam.* Burſat. *conſ.60.à princ. vol. 1.* Sim. de Prætis *de interpr. vltim. vol. lib.4. dub. 6. per tot. fol. mihi 293.cum ſeqq.* Maſcard. *de prob. concluſ. 333.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 2. à princ.* Mich. Craſſ. *rec. ſent. §. legatum , quæſt. 22. ex n. 4.* Pereg. *de fideicom. ar. 33.num.41.& 42.* Fab. Turret. *conſ. 10. in princ. vol. 1.* Menoch. *de præſ. lib. 4. præſ. 109. & 210.* Atchil. de Pedrocha *conſ. 25. n. 1. cum ſeqq.* Surd. *conſ.7.& 112.* Vincent. Honded. *conſ. 63.num.81.& 82.lib.1.* D. Barboſ. *in l.ſi cùm dotem,§. ſi pater,ff.ſol.matr.*

SVMMARIVM

1 *Indebitum,& illiquidum non deducitur in compenſationem.*
2 *Procurator non compenſat ſuum debitum cum debito domini,niſi de voluntate domini.*
3 *Compenſatio quæ poterat obijci contra cedentem , non poteſt obijci contra ceſſionarium.*
4 *Compenſari non poteſt quod debetur ſub onere præſtandæ ſatiſdationis ante eam præſtitam. non poteſt compenſari quod tutor debet , cum eo quod pupillo debetur , nec è contra;poteſt tamen tutor pro pupillo conuentus compenſare quod ſibi proprio nomine debetur,n.5.*
6 *Compenſari non poteſt quod non poteſt ſolui.*
7 *proprio nomine conuentus an poſſit obijcere Compenſationem eius quantitatis , quæ ſibi tanquam alterius procuratori debetur.*

L. Eius quod. IX.

Idem A. Eumenidi.

INdebitum , & illiquidum in compenſationem 1
non deducitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1 ſup.hoc tit.*

Vide *l.H.Hiſpan.24.tit.14.part.5.* vbi quòd procu- 2
rator non compenſat ſuum debitum cum debito domini , niſi voluntate domini , Anton. Fab. *in ſuo*
Cod.ſub hoc tit. definit. vbi quòd compenſatio, quæ 3
poterat obiici contra cedentem , non poteſt obiici contra ceſſionarium,ſiue cauſam habeat ille oneroſam,vel habuerit ſui debitoris bona omnia obligata
ante natum ius opponendæ compenſationis, & *de-* 4
finit.6. vbi quòd compenſari non poteſt quod debetur ſub onere præſtandæ ſatiſdationis ante eam
præſtitam , & *definit. 8.* vbi quòd compenſari non 5
poteſt,quod tutor debet , cum eo quod pupillo debetur,nec è contra ; poteſt tamen tutor pro pupillo conuentus compenſare quod ſibi proprio nomine
debetur , & *definit.11.* vbi quòd compenſari non 6
poteſt,quòd ſolui non poteſt , & *definit.17.* vbi an 7
quis proprio nomine conuentus poſſit obiicere compenſationem eius quantitatis , quæ ſibi tanquam alterius procuratori debetur.

De illiquido quòd in compenſationem non deducatur,dicam commodiùs *ad l.vlt.infr. hoc cod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Soluens quid pro liberando prædio empto , illud venditori compenſat cum pretio.*
2 *petenti pecuniam opponitur Compenſatio de debito poſt contracto.*

L. Quoniam liberum. X.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Nicandro.*

QVi pro liberando prædio empto aliquid ſoluit, 1
illud venditori compenſat cum pretio. Petenti 2
pecuniam opponitur compenſatio de debito poſt contracto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſupr.hoc tit.*

L. Si tutores. XI.

Iidem AA. & CC. *Iuliano & Paulo.*

PVpillo etiam compenſatio obiici poteſt. Item in ſubſidium conuento poteſt obiici compenſatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1.n.1.ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio & compenſatio inducunt actionem pigneratitiam.*
2 *partem debiti Compenſans,aliam autem offerens, ac deponens pignus vendicare poteſt , & num. 3.*

L. Inuicem

L. Inuicem debiti XII.

Iidem AA. & CC. Corneliano.

1 SOlutio & compensatio pignoratitiam actionem
2 inducunt. Partem debiti compensans, aliam autem offerens, ac deponens, pignus vendicare potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem quoad secundam eius partem ex hoc text. desumunt Neguzant. *de pignorib. p. 3. membr. 2. part. 5. num.* 8. Caroc. *de obligat. q. 7. §. de obligatione, num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ quod debetur non potest compensari cum eo, quod officialis debet vt priuata persona, & singularis, & num. 1.*

3 *Debitum Reipublicæ compensari nequit cum eo, quod administrator, vel curator eius debet nomine proprio, & num. 4.*

L. Si velut. XIII.

Iidem AA. & CC. Basso.

1 REipublicæ quod debetur non potest compen-
2 sari cum eo, quod officialis debet vt priuata & singularis persona. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm iuris lib. 21 c. 21. n. 6. in fine*, vbi quòd debitum Reipublicæ non potest compensari à debitore cum eo, quod administrator, vel
4 curator eius debet debitori nomine proprio, Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib. 3. sub hoc tit. de compensat. resolut. num. 15* vbi quòd illud, quod debetur Reipubl. non potest compensari cum eo, quod debet officialis, vel Reipubl. administrator.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio locum habet tam in realibus, quàm personalibus actionibus, & num. 5. maximè si compensatio est voluntaria, num. 6.*

2 *Compensationem in debitis liquidis sine ambagibus manifestam iudex admittet, indaginem requirentes ad aliud iudicium referuet.*

3 *Compensationis exceptionem non admitti in deposito.*

4 *Inuadentes, & occupantes possessiones alienas non iuuari compensationis exceptione.*

7 Ipso iure, *parte scilicet volente, & opponente.*

8 *Liquidi ad liquidum, non verò ad non liquidum, fit compensatio.*

9 *Debitum controuersum non compensari cum liquido, licèt controuersum possit exigi iuris auctoritate prouisionaliter, cautione præstitâ.*

10 *Creditum liquidum quod, & num. 11.*

12 *Compensatio de debito etiam nō liquido, immo & de litigioso, opponi potest si tamen liquidari potest intra breue tempus statuendum à iudice, & n. 17.*

13 *Regula generalis, quòd de debito liquido ad liquidū fit compensatio; non verò de liquido ad non liquidum, num. 14. limita vt nu. 15. & 36.*

18 *Liquidandum de proximo pro liquido habetur.*

19 *Liquidatio intra quod tempus fieri debeat iuxta leges Lusitaniæ, & Castellæ, & num. 20.*

21 *Compensatio debiti liquidi, aut in termino præfixo liquidandi, quando opponi possit, & num. 22. vbi verò, num. 23.*

24 *Compensationē exceptio non admittit in deposito ad retardandam eius restitutionem, etsi quantitas, quam depositarius compensare commendat, sit liquidissima non admittitur in deposito, ne quod bona fide gestum, trahatur ad perfidiam, num. 25.*

26 *Occupantes, & inuadentes possessiones alienas non iuuari compensationis exceptione.*

27 *Compensatio non tenet in re possessa per violentiam.*

28 *Commenius ratione commodati, an possit obiicere compensationem, remissiuè.*

L. Compensationem XIV. & vlt.

Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni P. P.

COmpensationes tam in realibus, quàm perso- 1
nalibus actionibus locum habent. Compensa- 2
tionem in debitis liquidis sine ambagibus manifestam iudex admittet, indaginem requirentes ad aliud 3
iudicium reseruet. In deposito non admittitur compensationis exceptio. Inuadentes, & occupantes 4
alienas possessiones compensationis exceptione minimè se tuentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus.] No- 5
tatur ad hoc quòd compensatio locum habet in actionibus realibus, & personalibus, vt per D. Barbos. *in l. diuortio 8. §. ob donationes, n. 25. in princ. ff. soluto matrim.* vbi subdit id sine dubio procedere in 6
compensatione voluntaria, quæ videtur induci quando actor tacet in iudicio. Mulin. *de Iust. tract. 1. disp. 560. n. 18.*

Ipso iure.] Parte scilicet volente, & opponente, vt 7
per Doctores, quos plena manu citaui *ad l. si constat 4. sup. hoc eodem tit. super verb. ipso iure pro soluto.*

Si causa ex qua compensatur liquida sit. &c.] Nota- 8
tur ad hoc quòd liquidi ad liquidum, non verò ad non liquidum compensatio fit, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 78. §. 4. l. Hispan. 20. tit. 14 par 5.* Sebast. Medices *de compens. par. 1. quæst. 13.* Octau. Cacheran. *Pedem. dec. 91. num. 35.* Tiber. Decian. *cons. 94. num. 13. in fine lib. 4.* Turret. *cons. 44. n. 13.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 3. quæst. 6. num. 2.* Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib. 3. sub hoc tit. de compens. num. 5. & num. 20. cum seq.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 11. num. 19. & n. 34. in fine*, D. Barbos. *in l. diuortio 8. §. ob donationes, n. 30. & 31. ff. sol. matr.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. quæst. 18. num. 10.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo compensatio, num. 3.* Petr. Gregor *syntagm. iuris, lib. 21 cap. 22. num. 3. prope fin.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 560. num. 17.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 1. lit. C. conclus. 489. & concl. 490. num. 54. & 56.* Thom. Corner. *lib. 19. iuris ciuilis tit. 6. de compensat. part. 2. cap. 3. in fine*, Donell. *comment. iuris ciuilis, lib. 16. cap. 15. col. 10. versic. hac de rebus ad compensationem*, Surd. *decis. 84. num. 6.* Anton. Fab. *in suo Cod. sub hoc tit. defini. 10.* vbi quòd compensari non potest debi- 9
tum controuersum cum liquido, licèt controuersum possit ex iuris auctoritate prouisionaliter, vt aiunt, exigi præstita cautione.

Liquidum creditum vt in compensationem de- 10
duci possit, dicitur quando constat per instrumentum, per sententiam, vel per alias probationes similes, ita Sebast. Medices *dict. tract. part. 1. quæst. 13.*

Cæs-

Cæſ. de Vrſill. *ad Afflict. deci.* 121. *n.* 5. Cacheran. *d. deciſ.* 92. *num.* 36. Eſcobat. *de ratiocin. cap.* 36. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſu* 14. *per tot. & præcipuè num.* 6.
11 vbi quòd arbitrio iudicis relinquitur quando dicatur creditum liquidum, Azeued. *l.* 1. *n.* 134. *tit.* 11 *lib.* 4. *noua Recopil.* Molin. *d. diſput.* 560. *n.*... Surd. *conſ.* 246.
12 *n.* 4. vbi quòd compenſatio etiam de non liquido debito, immo & de litigioſo allegari & opponi poteſt, ſi tamen liquidari poteſt intra breue tempus ſtatuendum iudicis arbitrio, Alexand. Trentacinq *d. re-*
13 *ſolut.* 1. *ex num.* 8. *vſque ad num.* 10. vbi facit regulam generalem quòd de debito liquido ad liquidum ſit compenſatio, & vndecim modis eam limitat; & de-
14 inde ex *num.* 10 *vſque ad n.* 24. aliam facit regulam quòd de debito liquido ad non liquidum nõ admit-
15 titur compenſatio, & primò limitat eam quando incontinenti offeruntur probationes, & quando incontinenti dicatur, ait quòd relinquitur arbitrio iu-
16 dicis; deinde limitat quando debitum eſt liquidum per confeſſionem partis, & non per teſtes, vel inſtrumenta; tunc namque etſi contrariæ extent ſententiæ, & opiniones, ipſe exiſtimat confeſſum admitti debere, ſi intra breue tempus debitum ſibi, cuius compenſationem obiicit, probare velit.

17 Sufficit igitur vt creditum ſit liquidum, vel ſtatim liquidabile, vt per Cæſ. Vrſil. *d. num.* 5. Bellacomb. *[illegible] commun. [illegible]* 4. *t.* 12. *num.* 27. *pag.* 598. Ioſeph. Ludou. *Peruſ. [illegible]* 15. *num.* 15. Decian. *conſ.* 94. *num.* 23. *lib.* 3. D. Barboſ. *in d. l. diuortio, §. ob donationes, num.* 27. *in princip. verſic. quibus tamen addendum eſt*, vbi quòd poteſt obiici compenſatio ad debitum liquidum de non liquido, quod tamen de proximo
18 liquidari poteſt. Liquidandum enim de proximo habetur pro liquido. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 158. *n.* 40.

De iure verò Luſitano per Ordin. Reg. *d. lib.* 4. *tit.* 78. §. 4 excipiens compenſationem tenetur probare debitum intra nouem dies, alioquin non admittitur compenſatio, vt refert Molin. *d. diſp.* 560. *n.* 17. *pro-*
3 Vtrùm vsura sit mutuo dare triticum, aut aliquid aliud vt tantundem reddatur quando plus valebit? vide Molin. *de inst. tract.2. disp. 311.* Azori. *instit. moral.part.3.lib.5. de vsuris, c.7. quæs. 5. post med.* Rebell. *de oblig.instit.par.2.lib. 8. de vsuris quæst. 8. num.2,* Sigism. Scac. *de commerc.§.7.quæst.1.num. 415. & 416.& quæst.7.part.1. num. 32.* Aduertit parens meus *in remiss.ad Ordin. Reg. Lusitan. lib. 4.tit.69. in princip.* solere agricolas nostræ regionis Interamnensis extorquere pecuniam ab aliquibus personis ad emendos boues certi pretij, vt ex illis quotannis soluant certas frumenti mensuras nomine locationis, & prædictam pecuniam in alios vsus conuertũt nullis emptis bobus, locatorique mensuras soluunt, quibus curæ non est scire boum colores, & an boues pingues sint, vel macilenti, quos vulgus appellat *boues sine cornibus*; expediréque lege lata prohiberi has locationes fieri nisi traditis bobus conductori confecto de locatione contracta per chirographum, vel scripturam cum colore, vel signis boum, & cum obligatione renouandi contractum singulis annis, vt sic fraudibus, & simulationibus occurratur; refert esse super istis cõtractibus aliquas synodales cõstitutiones in Conimbricensi Episcopatu *tit.39. constit.1.§.11.* & in Portucalensi *tit.3 constit. 5. §. 6.*

SVMMARIVM.

1 *PRo Mutuo agricolæ per frumentum, aut triticum dato, octaua pars vltra mutuatam quantitatem in stipulatum vsurarum loco deduci potest.*
2 *in Frumento, & tritico, sub quouis velo illicitas vsuras affectans, actionem amittit.*
3 *Agricolæ, quibus aridi fructus dati sunt mutui octauam tantùm modij pro vno modio vsurarum nomine soluunt. & n.4.*
5 *ob Moram aliquid vltra sortem tanquam interesse petitur.*
6 *ante Moram nunquam interesse debetur. quid si pactum fiat de soluenda certa summa ratione lucri cessantis in casu, quo mora committatur, num.7.*
8 *Leges, quæ vsuras concedebant, abrogatæ.*

AVTH. Ad hæc.

PRo mutuo agricolæ per frumentum, aut triticum dato octaua pars vltra mutuatam quantitatem in stipulatum vsurarum loco deduci potest. In 1 frumento, & tritico sub velo quouis illicitas vsuras 2 affectans, & extorquens, actionem amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Per hunc text. tenet Henric. Bocer. *disput. iuris 3 vniuersi tom.1.classi 4.disput.20.num. 34.* quòd agricolæ, quibus aridi fructus dati sunt mutui, octauam tantum modij pro vno modio vsurarum nomine soluunt.

Permittit hic text. ab agricolis exigi annuatim 4 octauam modij partem in singulos modios mutuatos vsurarum nomine, quæ vsura nimis grauis est centesima; in qua singulis annis duodecima tantùm pars sortis pendebantur iuxta text. & ibi posita *in l. eos 26.§. super vsurarum, inf. hic eod.tit.* ex quo colligitur Iustinianum nunquam permisisse vsuram grauiorem centesima, & adhuc centesimam non permisit, nisi in traiectitiis; vnde videtur difficilis hic noster text. in huiusmodi permissione, si cũ iudicio aduertatur quòd octaua pars annua sortis excedit centesimam, vna siliqua quolibet mense (quæ est 24. pars solidi) & quolibet anno excedit centesimam dimidio solido, id est, duodecim siliquis: cùm non sit verisimile Iustinianum permisisse ab agricolis, quibus magis fauere volebat, exigi centesimam, nec multò minus centesima grauiorem, qualis est illa octaua pars annua.

Quare Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vsuris comment. 1.§.3.n.57.* affirmat octauam illam partem redactam ad pecuniam non excedere vsuram vnius siliquæ pro solido, quasi velit quòd octaua illa modij pars valeat ad rationem vnius siliquæ; sed in hoc hallucinatus est, qui si octaua modij pars valet vnam siliquam, consequitur modium valere octo siliquas, & sic reincidimus in eandem difficultatem, quia in fructibus aridis agricolæ mutuatis permitteret Iustinianus vsuram centesima grauiorem, cum in pecuniis eidem creditis leuissimam permiserit ad rationem vnius anni in 24. & secundùm eundem. Ioan. Bapt. Lup. in vtrisque debuit vsura pariformiter limitari.

Hoc igitur interpretandi modo reiecto existimat 5 Gasp. Roderic. *de annuis redditib l. 3.quæst.4.num.48.* postquam rem sæpiùs & maturè cogitauit, hunc textum mendosum esse in vno verbo, videlicet *octauam*, subditque non esse dicendum vim fieri litteræ multis seculis receptæ, ibi, *in vnoquoque anno pro modio octauam partem modij*, quia nulla vis fit veræ, & natiuæ litteræ Nouellarum, quam multis rationibus probat non sic haberi potuisse, vide apud illum.

Notari solet hic text. ad hoc quòd potest aliquid vltra sortem peti tanquam interesse ob moram, vt per Gam. *Lusit. decis.110 n.3.* Surd. *de aliment.tit.1.q. 45 n.28.cum seqq.& decis.245.n.10.* Aym. Crauet. *cons. 189.col.vltima,* Roland. à Valle *cons.35.num 1.3.& 4. lib.4.* Tiraq. *de retract. lig.gloss.18.§.1.n.71.* Gail. *lib.2. obseru.5. num.15* Mynsing. *cent.4.obseru.56.per totam,* Ioan Bapt. Lup. *in tract.de vsuris commento 1.§.6.num. 103.cum seq.* Honded. *cons.50.num.1.lib.1.* Garc. Falcon. *reg.243.* Mohedan *decis.4.n.1.de vsuris,* Olalch. Pedem *decis 142.n.3.& 5.* Marc Anton. Bellon. *Rota Genuens.decis.1.num.43.& decis.19.num.10.& decis.30.num.6.& decis.34.num.5.& decis. 42. num. 6. & decis.78. num.12. & decis.81. num.8. & decis.86. num.1.& decis.89.num.3.& decis.134. num. 3.* Hieron. Magon. *Florent.decis. 3. num. 5.* Marc. Anton. de

de Amatis *dec.* 124. *num.* 2. Marta *in veris nouissim. dec. voto* 265. *num.* 5. Sot. *de iust. & iure lib.*6. *q.*1. *art.* 3. Petr. Nauar. *in tract. de restitut. lib.*3. *cap.* 2. *num.*278.& 284.& 287. Petr. Rebuff. *in rep. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest, in pref. num.*3.& *in gloss. vlt. num.*3.& 4. Menoch. *de arbitr. casu* 119. *num.*1.& 2. Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 2. *num.*4. Vincent. Caroc. *in tract. de locato & conducto par.* 1. *tit. de lucro cessante moroso num.* 4. & 72. Leonard. Lessi. *de Iust. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 10. *num.* 68. & 69. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb.* §.1. *quæst.*7. *par.* 2. *ampl.*8. *n.* 96. Cardin. Tusch. *practic. conclus. verbo lucrum concl.*454. *n.* 1. Castill. *quotid. l.* 2. *c.* 1. *n.*14. *cum seqq.* Gab. Aluarez *de priuil. pauper. p.*1. *q.*16. *n.*7. Alex. Trentac. *var. resol. l.*1. *tit. de interesse resol.*1 *n.*18. & 25.

6 Quod in tantum verum est vt ante moram nunquam debeatur interesse tam in exteriori, quàm in interiori foro, secundùm Sot. *d. l.* 6. *q.* 1. *art.* 3. *concl.*3. Nau. *in man. cap.* 17. *num.*211. Cou. *var. lib.*3. *cap.*4. *num.*2. *vers. dein de.* Ioan. Bapt. Lup. *dict. commento* 1. § 6. *num.*109. Menoch. *d. casu* 119. *n.*13. Mascard. *de prob. concl.*934. *num.*34 D. Barbos. *in l.*2. *in princ. par.* 1. *num.* 48. *ff. soluto matr.* Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.*7. *par.* 2. *ampl.*8. *n.* 100. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 314. *n.* 11. & 12. Rebell. *de oblig. iust. par.* 2. *lib.* 8. *de vsuris quæst.* 5. *n.* 2. Castill. *d. cap.* 1. *n.* 7. Gabr. Aluarez *d. q.* 26. *n.*19.

7 Si verò ante vllam moram pactum fiat de soluenda certa summa ratione lucri cessantis in casu, quo mora committatur, valet absque eo quòd contractus vsurarius & palliatus videatur, iuxta tradita per Cou. *lib.*3. *var. cap.*4. *vers. item & illud*, Nauar. *in man. c.*17. *num.*111. Card. Tolet. *in sum. lib.* 5. *cap.* 33. *num.*4. Solon. *de iust. tom.*2. *controu.*9. *in* 2.2. S. Thom. *quæst.*78. *art.*2. Ban. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 10. *num.*82. & *dub.*11. *num.*97. Parlador. *rerum quotid. lib.*2. *cap. fin. par.*1. §.13. *limit.*4. *num.* 36. Cæs. Vrsill. *ad Afflict. decis.*20. *num.*7. Gutier. *de iuram. confirm. par.*1. *cap.*2. *num.*5. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 3. *cap.* 71. *num.* 2. Surd. *dec.* 259. *num.*16. & 17. & *de aliment. tit.* 1. *quæst.*45. *num.* 76. Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 22. & *cap.* 8. *per tot. maximè num.* 12. D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. par.* 1. *num.*48. *ff. soluto matrim.* Felician. *de censibus lib.*1. *cap.*9. *num.* 14. Vincent. Caroc. *de locato tit. de lucro cessante conuent. quæst.* 2. *num.* 2. Card. Tusch. *pract. conclus. verbo interesse concl.* 308. *n.*1. & *num.*29. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.*4. *tit.* 24. *num.* 21. Stephan. Gratian. *disc. forens. cap.*387. Molin. *d. tract.* 2. *disp.*315. *in vers. contraria tamen*, Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 20. *num.* 22. *vers. ex quorum verbis suadetur*, Rebell. *d. quæst.* 5. *num.*4. *vers. nihilominus*, Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.*7. *par.* 2. *ampl.*8. *num.* 1. *cum seqq.* Cancer. *var. resol. par.* 3. *cap.* 7. *num.*73. Fontanell. *de pactis nupt. claus.*5. *gloss.*8. *p.* 1. *num.*19. Gabr. Pereira *Lus. dec.* 84. *num.* 1. Castill. *dict. cap.* 1. *n.* 67. *cum seqq.* Alphons. Narbona *in l.*15. *gloss.*4. *n.* 15. & 19. *tit.* 18. *de los cambios lib.*5. *noua Recopil.* Gabr. Aluarez *d. quæst.*26. *num.*22. *cum seqq.* vbi dicit veram hanc sententiam, dummodo fraus, & dolus absit. Potest enim interesse iustum, aut quid aliud æquiualens in pactum deducere, qui pecunias accommodat, maximè quando id facit inuitus, Sot. *de Iust. l.*6. *quæst.*1. *art.*3. Nauar. *in man. cap.*17. *n.*211. *vers. & quod*, & *in cap.*1. 14. *quæst.* 3. *num.*46. Mercad. *de contract. tit. de los prastamientos cap.* 10. *vers. lo primero*, Ioan. Baptist. Lup. *de vsuris comm.* 1. *n.* 111. & 112. Mench. *de success. creat. lib.* 1. §. 6. *num.* 22. & *illustr. controu. par.* 1. *cap.*6. *n.* 8.

Intellige dummodo secundùm communem vsum regionis præstandæ summæ taxatio fiat, in Hispania enim proportionabilis, & legitima taxa erit quinque pro centenario, de quo vide Cou. *d. cap.*4. *n.* 6. Cæs. de Grassis *dec.*2. *de vsuris*, Rot. Lucens. *dec.*17. *in fine*, Fachinæ. *controu. l.*2. *cap.*31. Carol. de Grassis *in tract. de except. except.* 32. *n.* 62. Fab. de Anna *cons.*15. *n.* 15. Cardin. Mantic. *de tacitu & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 21. Stephan Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 187. *n.* 26. vbi ait sex pro centario mercatori posse taxari, Ioan. Bapt. Costa *in tract. de ratione rata quæst.*19. *n.*5.9. & 20. & *quæst.*231. *n.* 5. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 25. *n.* 20. Fontanel. *de pactis nuptial. claus.*5. *gloss.* 8. *par.* 1. *n.* 17. Sigism. Scacc. *de commerc.* §.1 *quæst.*7. *par.*2. *ampl.* 10. *n.*33. Narbona *d. l.*15. *gloss.*4. *num.* 17. Gabr. Aluarez *d. quæst.*26. *n.*25. vbi pactum valere ait quando taxatur interesse secundùm formam statutorum, seu quando per viam annui redditus, vel census taxa facta est.

In gloss. *Cadat.* ibi, *id est, ipso iure*, &c. Ita Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur n.* 186. *C. de reuoc. don.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 17. *n.* 12. Monet. *de distribut. quotid. par.* 3. *quæst.* 7. *n.*29. *cum seqq.*

In ead gloss. ibi, *vnde iam quasi pœnituisse videtur*, 8 &c. Notatur ad hoc quòd Iustinianus Imp. leges Cæsareas abrogauit, quæ vsuras cōcedebant, de quo vide Cou. *lib.*3. *var. cap.*1. *num.*6. Molin. *d. tract.*2. *disput.*304. *n.*17. *vers. Doctores controuertunt.* Vide posita *in collect. ad l. eos* 26. *inf. hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus maiores solitis vsuris creditori fundum loco fructuum possidenti percipere licitum, & n.* 2.
3 *incertus Fructuum euentus tollit suspicionem vsurarum.*
4 *Contractus fit iustus propter incertitudinem lucri & damni.*
5 *Contractus valet ratione incerti euentus.*
6 *ratione Incertitudinis vltra duplum exigi posse, intellige vt ibi.*
7 *Contractus census ad vitam, iustissimus.*
9 *Incertitudo vitæ, ex qua iustificatur census ad vitam an aliquo modo assecurari possit.*

L. Si ea lege. XVII.

Imp. Philip. A. *Euxeno:*

Fructus maiores solitis prouincialibus vsuris ob 1 incertitudinem ex antichretica conuentione creditori loco fructuum possidenti fundum percipere licitum est. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.*1. *n.*1. *sup. hoc tit.*

Vide Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 61. *vers. se-* 2 *cundo*, vbi quod hìc habetur pactum inter debitorem, & creditorem, cui fundus fuit obligatus, vt creditor ipse fructus fundi consequeretur in vicem vsurarum, non rescinditur, etiamsi maius emolumentum ex dictis fructibus proueniat. Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. num.*135. vbi citat nunc 3 text. ad hoc quòd incertus fructuum euentus tollit suspicionem vsurarum, Neguzant. *de pignor. par.*5. *membr.*10. *num.*10. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 3. Cou. *l.* 3.

var.

4 *var. cap. 7. num. 3. in princ.* vbi quòd propter incertitudinem lucri & damni iuſtus fit contractus, Brunor. à Sole *in locu communib. verbo contractus* 34. vbi quòd contractus ratione incerti euentus valet.
5 Gam. *Luſ. dec.* 110. *n.* 33. *verſ. ſeptimò*, vbi ait quòd
6 permittit text. ratione incertitudinis vltra duplum exigi poſſe, & intelligit id procedere quando datur omnimoda incertitudo; ſi verò à principio ſecundùm communem hominum opinionem aliquali certitudine cõſtaret de iſto futuro exceſſu vltra duplum ſortis, tunc non poterit vltra duplum aliquid exigi, concludit.
7 Notatur ad hoc quòd contractus cenſus ad vitam iuſtiſſimi ſunt, vt per Cou. *d. cap. 7. num. 1. verſ. item, & cap. 9. ex num. 7.* Ioan. Lup. *de vſuris comm. 3. §. 4. num. 96. & 97.* Laſarte *de decima vend. cap. 10. ex num. 38.* Gail. *lib. 3. obſeru.* 8. Brunor. à Sole *in quaſt. legal. lib. quaſt. 1. per tot.* maximè *ex n.* 41. Felician. *de cenſib. lib. 1. cap. 7. num. 10. verſ. quo circa*, Auen-
8 dan. *eod. tract. cap. 10. ex num. 4.* vbi *cap. 21.* diſputat an incertitudo vitæ ex qua iuſtificatur cenſus ad vitam, poſſit aliquo modo aſſecurari. Zerol. *in praxi Epiſcop. par. 1. verbo contractus cenſualis §. 6.*

L. Indebita. XVIII.

Idem A. Caſtori.

VSuræ indebitæ ſolutæ priùs ſorte ſoluta, cùm in ſortem cedere non poſſint, vt indebitæ condicuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, conſignatio, diſpoſitio legitimo modo facta, curſum vſurarum impedit.*
2 *Oblatum per ſe, vel per alium, nihil intereſt.*
3 *Mandatum, non ſufficit haberi niſi oſtendatur.*
4 *Oblatio an ſit neceſſaria quando certum eſt quòd creditor illam ſit recuſaturus, vel quando dubium ſi ſit profutura, vel non.*
5 *Parte recuſante recipere ſolutionem, pretium conſignandum, & apud iudicem deponendum eſt.*
6 *Oblatio præcedat conſignationem, & depoſitionem.*
7 *Cenſûs redemptio vt illius ſortem principalem extinguat, & reddituum ſuorum curſum impediat, concurrere debet oblatio, depoſitio & conſignatio.*
8 *Conſignare & deponere non eſt ſoluere.*
9 *Depoſitum debet fieri purè, & liberè, ſine aliqua conditione extrinſeca. & deponi ſumma integra, aliàs deficiente vno nummo, impeditur curſus redditum, n. 10. faciendum eſt ſortis principalis, & redditum decurſorum vſque ad diem depoſitionis, & conſignationis, n. 11.*
12 *Redditus vſque ad tempus decurſi ſoluendi ſunt, ſimul cum ſorte principali, etiam in quacumque perſona priuilegiata, num. 13. & ſi per errorem vnus nummus deficiat, depoſitum non cauſabit plenam liberationem, nec redditus vſurarum extinguentur, n. 14. & licèt error ſufficiat quoad excuſationem pecuniæ, non tamen ſufficit ad redditum extinctionem, n. 15. nec erroris admittitur excuſatio etiam mulieri, & ruſtico, quamuis illis eſſet concedenda reſtitutio, n. 16. vide tamen vt n. 17.*
18 *Depoſitum in moneta currente faciendum. nec refert quod moneta de proximo veniret reprobanda, vel minuenda, ſi debitor talia ignorabat, & iuſtam cauſam recuſandi non haberet creditor, n. 19. debitor ſi ſciebat quòd moneta de proximo erat reprobanda, vel minuenda, nullum eſt depoſitum, creditórque iuſtè poteſt recuſare recipere, num. 20. vel ſi rumor erat conſtitutionem mutationis, ſeu deteriorationis monetæ, de proximo eſſe promulgandam, n. 21.*
22 *Offerri, ſeu deponi nequit pecunia quæ adhuc non eſt reprobata, ſed de proximo reprobanda ſciente ipſo debitore.*
23 *Depoſitio eſſet licita ſi in longiori tempore promulganda veniret conſtitutio mutationis monetæ.*
24 *Depoſitum debet eſſe verum & reale, non confeſſatum.*
25 *Depoſitum confeſſatum quòd.*
26 *Debitum vbi illiquidum, liquidum offerendum eſt, & pro liquidando dandi fideiuſſores.*
27 *Depoſitio fiat parte citata, & talis citatio fiat perſonis legitimis, quæ liberè poſſint recipere ſolutionem, n. 28.*
29 *Depoſitum fiat auctoritate iudicis vt impediat curſum vſurarum. iudicis vbi non ſit copia, offerendum & proteſtandum eſt coram honeſtis perſonis, num. 30 fieri debet de mandato illius iudicis, qui de cauſa illa aliàs poteſt cognoſcere, num. 31. pro non facto habetur ſi fit coram iudice incompetenti. vel perſona non legitima, num. 32, dependet hoc à conuentione contrahentium, n. 33. ſi inter contrahentes nihil actum ſit, ſufficit ſi depoſitum fiat auctoritate iudicis venditoris, redimentis nempe cenſum, n. 34.*
35 *iudicis auctoritate Deponere licèt ſit tutius, in puncto tamen iuris verius eſt debitorem à debito liberari depoſito extraiudiciali, dummodo apud idoneam & honeſtam perſonam fiat depoſitio.*
36 *facto Depoſito concurrentibus requiſitis, periculum caſus fortuiti pertinebit ad creditorem, ſi iuſtam cauſam non habeat recuſandi. in depoſito verò eorum, quæ conſiſtunt in pondere, & menſura, periculum pertinebit ad depoſitarium, n. 37.*
38 *Debitor qui depoſuit poteſt liberè reuocare depoſitũ, & voluntatem mutuare. ſecus vbi creditor acceptauit depoſitum, illique conſenſit, vel vbicumque intimatum eſſet creditori, vt depoſitum reciperet; vel depoſitum factum fuiſſet ex conſenſu tam debitoris, quàm creditoris, n. 39.*
40 *Depoſitum non reuocari niſi iuſſu iudicis.*
41 *Oblatio verbalis ſufficit quando debitum non eſt liquidum.*
42 *Depoſitum vt impediat curſum vſurarum, loco congruo fienda eſt. fienda in loco expreſſo in citatione, num. 43. locus congruus eſſet ſi oblatio fieret creditori peregrinanti, vel in loco non conuento, vel non deſtinato ſolutioni expreſsè, vel tacitè. n. 44.*
45 *Depoſitio vt creditorem liberet, debet fieri congruo tempore.*
46 *Oblatio & depoſitio tempore incongruo facta, quæ.*
47 *Oblatio realis impedit curſum vſurarum, quæ nondum cœperunt currere; ſed ſi iam cœperunt currere, vt curſus earum impediatur, oblatio & depoſitio vera & realis requiritur.*
48 *Actionem vtilem contra depoſitarium non dari creditori, ſi ad illius fauorem fecit depoſitum, niſi in depoſito iudiciali facto de mandato iudicis, & per eum electo.*
49 *Debitor ſi reuocet depoſitum, perindè eſt ac ſi nunquam illud feciſſet, & ideo reuiuiſcit actio creditoris, quæ propter fictam ſolutionem videbatur ſublata.*

L. Ac

L. Acceptam XIX.

Idem A. Hyerniæ.

1 OBlatio, consignatio, & depositio legitimo facta modo impedit cursum vsurarum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *in 4. fol.* 26. Giphan. *tom. 1. pag.* 271. *& tom. 7. repetit. iuris ciuilis.* Petr. de Bellapertica.

De materia vide Boër. *dec.* 124. *num.* 27. *cum seqq.* Palat. *in rep. rub. de don. inter virum & vxor* §. 16. *num.* 14. vbi hunc text. dicit singularem, & mirabilem. Cassan. *in consuet. Burgund. rubric.* 10. §. 1. *in versi. aduerte quia*, Duen. *reg.* 158. Negusant. *de pignorib. par.* 5. *membr.* 3. *par.* 2. *num.* 26. Menoch. *de arbitr. casu* 232. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 16. *cap.* 13. Felician. *de censib. lib.* 4. *cap. vnic. à princ.* D. Barbos. *in l. si mora* 10. *num.* 79. *cum seqq. ff. soluto matr.* Surd. *cons.* 331. *à num.* 39. *& cons.* 385. Anton. Fab. *decad.* 22. *error.* 5. Gasp. *ad eundem lib.* 2. *tract.* 26. *q.* 1 & cæteros in discursu citandos, & posita in collect. *ad l.* 2. *& l. ex prædijs* 11. *super hoc tit.*

Sortem cum vsuris, &c.] Intellige offerendo id, quod verè debetur, non autem aliud diuersum nam si est debita pecunia, non potest offerri tot de bonis immobilibus, vel mobilibus. Roman. *consil.* 163. *n.* 1. 3. *&* 4. Anton. Thesaur. *dec.* 153. Menoch. *de arbitrar. casu* 232. *num.* 23. Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 29. *n.* 1. *& practic. l.* 1. *q.* 148. *num.* 16. Castill. *controuers. l.* 4. *c.* 10. *n.* 47.

Post contestationem offeras, &c.] Per te, vel per
2 alium, secundùm Tiraq. *de retractu lig.* § 1. *gloss.* 9. *n.* 158. *cum seqq.* & *num.* 164. tenet non sufficere ha-
3 bere mandatum nisi illud ostẽdatur Et quid si obla-
4 tio non sit necessaria quando certum est, quòd creditor illam est recusaturus, vel quando est dubium si sit profutura, vel non? vide Surd. *cons.* 86. *n.* 16. *& dec.* 6. *n.* 2.

At si non suscipiat, &c.] Notatur ad hoc quòd
5 quando pars solutionem recipere recusat, tunc pretium consignandum, & apud iudicem deponendum est, vt per Tiraquell. *de retractu lign.* §. 7. *gloss.* 3. *à princ.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 16. *n.* 92.

Consignatam in publico depone, &c.] Notatur ad
6 hoc quòd oblatio præcedere debet consignationem, & depositionem, vt per Neguzant. *de pignor.* 2. *p.* 3. *membr.* 5. *par. princ. n.* 12. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 9. *gl.* 3. *num.* 1. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 160. *num.* 5. Burg. de Paz *cons.* 30. *num.* 2. Cancer. *variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 17. D. Barbos. *in l. si mora* 10. *num.* 82. *ff. solut. matr.* Cott. *in memoralib. verbo oblatio. pag.* 611. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. l.* 8. *tit.* 27. *de solution. n.* 1. *pag.* 390. & *ibi* Viui. *n.* 27. *pag.* 394. Gemin. *de vsuris*, *comm.* 2. §. 3. *n.* 107. Vn-
7 de census redemptio vt illius sortem principalem extinguat, & redditũum suorum cursum impediat, tria simul concurrere debent, oblatio, depositio, & consignatio, Cenc. *de censib. p.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 9. *n.* 22. *&* 30. Rot. apud Pacific. *de Saluian. interd. dec.* 270. *n.* 2. Consignare enim & deponere non
8 est soluere, Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. vnic. n.* 12. Gutier. *d. quæst.* 160. *n.* 3. Alexand. Trentacinq. *variarum resol. l.* 3. *tit. de sol. res.* 22. *n.* 2. *versic. tertiò*, Sigism. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 265.

Quod quidem depositum debet fieri purè, & li-
9 berè, sine aliqua conditione extrinseca, vt per Roland. *cons.* 63. *vol.* 1. Crauet. *consil.* 502. *num.* 9. Turret *cons.* 8. *num.* 2. *vol.* 5. Pancir. *cons.* 40. *num.* 24. Peregr. *cons.* 75. *n.* 55. *vol.* 4. Aldouin. *cons.* 34. *num.* 55. *& cons.* 37. *n.* 65. *& cons.* 38. *num.* 4. Rot. Roman. *decis.* 71. *n.* 9. *part.* 2. *diuers.* Rot. Genuens. *decis.* 144. *n.* 15. Magon. *Lucens. decis.* 31. *n.* 19. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 105. *num.* 3. Giurba *Siciliæ decis.* 87. *num.* 1. *& decis.* 98. *n.* 4. *cum seqq.* Neguzant. *de pignorib. in* 2. *part.* 3. *membr.* 5. *par. princ. n.* 10. Mozz. *de contract. tract. de deposito, tit. de substantial. seu essential. n.* 20. Petr. Gregor. *de vsur. quæst.* 5. *num.* 91. Felician. *d. lib.* 4. *cap. vnic. n.* 3. Boccac. *de censibus part.* 2. *num.* 121. Menoch. *de arbitr. casu* 232. *num.* 32. Caroc. *in tractat. de deposito, par.* 2. *quæst.* 5. *num.* 3. Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 3. *tit. de solutionib. resolut.* 22. *num.* 2. *versic. quartò requiritur*, Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 172. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 260. *n.* 1. Auendan. *de censib. cap.* 102. *n.* 13. Ludou. Cenci. *eod. tractat. par.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. *n.* 28. Rot. apud eundem *decis.* 173. *num.* 4. *& decis.* 238. *n.* 1. *& decis.* 296. *n.* 2. *& decis.* 267. *n.* 8.

Et debet deponi summa integra, aliàs deficiente 10
vno nummo non impeditur cursus redditũum, vt per Baëç. *de decima tutor. cap.* 28. *n.* 4. Ioan. Bapt. Lup. *in l.* 2. *comment.* 2. §. 3. *n.* 2. *C. de pactis inter empt.* Couar. *l.* 1. *variarum, cap.* 15. *n.* 7. *&* 10. Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto*, *n.* 248. Caroc. *de deposito part.* 2. *quæst.* 5. Mastrill. *Siciliæ decis.* 148. *n.* 16. *&* 25. Alexand. Trentacinq. *dict. tit. de solution. resolut.* 22. *n.* 2. *vers. vndecimo* Milanen. *Siciliæ decis.* 18. *num.* 31. Rot. apud Cenci. *post suum tract. de censib. decis.* 84. *num.* 13. *cum seqq. & decis.* 215. *n.* 2. *& de-* 11
cis. 297. *num.* 5. Gregor. XV. *decis.* 480. *à n.* 4. Et integrè depositum est faciendum sortis principalis, & redditũum decursorum vsque ad diem depositionis & consignationis, Caroc. *d. q.* 15. *num.* 9. Felician. 12
d. lib. 4. *cap. vnic. num.* 3. vbi *num.* 7. defendit quòd redditus vsque ad id tempus decursi soluendi sunt simul cum sorte principali, Baeç. *d. cap.* 28. *n.* 14. Caualcan. *d. num.* 248. Vrsill. *ad Afflict. decis.* 205. *num.* 15. Mich. Solon. *de contractib. tit. de censib. art.* 3. *controu.* 18. *num.* 11. Auendan. *de censib. cap.* 10. *num.* 12. Foller. *eod. tract. gloss. instrumentum gratiæ num.* 59. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 19. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 76. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *num.* 171. Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. Ludou. Cenci. *de censib. par.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. *num.* 41. Rota Roman. apud eundem Cenc. *decis.* 84. *n.* 14. *& decis.* 295. *n.* 5. Franc. Milanen. *d. decis.* 18. *n.* 31. *& decis.* 4. *num.* 124. *l.* 2. Thesaur. *decis.* 56. *num.* 3. Rot. Genuens. *decis.* 149. *num.* 14. *& seq.* Monter à Cueua *decis.* 18. Mari. Muta *decis.* 39. *n.* 3. Giurba *decis.* 98. *num.* 16. *cum seqq.* Greg. XV. *d. decis.* 480. 13
n. 2. *&* 6. Et procedit in quacunque persona priuilegiata, Intrigl. *super Bull. de censib. quæst.* 79. *num.* 1. *cum seqq.* Felician. *in append. ad d. lib.* 4. *cap. vnic. sub num.* 3. Milanen. *d. decis.* 18. *num.* 35. Cenc. *d. art.* 9. 14
num. 40. Quod in tantum est verum, vt si per errorem vnus nummus deficiat, depositum non causabit plenam liberationem, nec redditus vsurarum extin- 15
guentur, Felician. *vbi sup.* qui addit quòd licèt error sufficiat quoad excusationem pœnæ, non tamen ad redditũum extinctionem, Pereg. *cons.* 75. *n.* 2. *vol.* 4. Giurb. *d. decis.* 98. *num.* 18. Cenci. *d. art.* 9. *n.* 38. *cum* 16
seqq. vbi *n.* 40. *&* 41. tradit nec erroris admitti excusationem etiam in muliere, & rustico, quamuis 17
illis esset concedenda restitutio. Verùm licèt hæc sentẽtia vti cõmuniter recepta verior mihi visa sit, nihilominus tamen contraria, benignitate quadam

niti

niti videtur, & ideo in praxi aliquando ſequuta,
eamque defendunt Azeued. *l.9.num.17.tit.11.lib.5.*
noua Recop. vbi Matienſ. *gloſſ 4 num.*12. Didac. Perez
ad Segur. in l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum n. 9. in
fine, ff. de legat. 2. vbi refert ita fuiſſe obtentum Sal-
manticæ in iudiciali controuerſia.
18 Deinde requiritur quòd depoſitum fiat in moneta
currente. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 20. *num.* 11.
Menoch. *de arbitr. caſu* 232. *num.* 24. Ioſeph. Ludou.
Peruſ. deciſ. 105. *num.* 3. Caroc. *de depoſito part.* 2.
quaſt. 5. *num.* 5. Caualcan. *deciſ.* 16. *num.* 40. *part.* 2.
Alexand. Trentacinq. *d. tit. de ſolutionib. reſol.* 22. *num.*
2. *verſ. ſeptimo*, Sigiſm. Scacc. *d.* §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 176.
19 Nec refert quòd moneta de proximo veniret re-
probanda, vel minuenda, ſi debitor talia ignorabat,
& iuſtam cauſam recuſandi non haberet creditor,
quia depoſitum vtique valeret, ſecundùm Menoch.
caſe 22. *n.* 6. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.*
20 *lib.* 10. *tit.* 5. *n.* 16. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 21. *verſ.*
octauò requiritur. Si verò debitor ſciebat, vel fumum
habebat quòd de proximo moneta erat reprobanda,
vel minuenda, tunc nullum eſt depoſitum, cre-
21 ditorque iuſtè poteſt recuſare recipere; vel ſi rumor
erat quòd conſtitutio mutationis, ſeu deteriorationis
monetæ de proximo eſſet promulganda, negari
enim non poteſt depoſitum fuiſſe factum animo de-
cipiendi. Ita Hippol. *in rub. de fideiuſſ n.* 48. *verſ. & li-*
cet, Strach. *de mercat. rub. de ſponſion. verſ. item Vincen-*
tius num. 1. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 20. *num.* 11.
Anton. Gabr. *commun. tit. de legib. concl.* 4. *n.* 3. *& tit.*
de ſolut. concl. 2. *num.* 23. & 24. Menoch. *de arbitr. ca-*
22 *ſu* 232. *num.* 26. ibi, quinimò nec etiam offerri, depo-
nive poteſt pecunia, quæ adhuc non eſt reprobata,
ſed de proximo reprobanda ſciente ipſo debitore.
Vrſil. *ad Afflict. deciſ.* 90. *in fine*, Caroc. *de depoſito p.*
2. *q.* 5. *n.* 5. ibi, octanò non debent deponi pecuniæ,
quæ ſtatim reprobabuntur, & *deciſ.* 63. *n.* 2. ibi, quòd
licet conſtitutio in loco non eſſet promulgata, ta-
men ſi debitor habet aliquem fumum quòd de pro-
ximo erat promulganda, dicitur depoſuiſſe in frau-
dem; Mar. Anton. de Amatis *in repet. l. ſi emancipati,*
C. de collat. reſp. 15. *n.* 48. ibi, & paria ſunt quòd nunc
ſit reprobata, vel de proximo reprobanda, Stephan.
Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 160. *n.* 19. ibi, Imò
neque valeret depoſitum, aut oblatio pecuniæ, quæ
licet adhuc non ſit reprobata, tamen de proximo
eſſet reprobanda ſciente ipſo debitore, Giurb. *deciſ.*
87. *n.* 17. ibi, tertiò in fraudem depoſuiſſe cenſetur
debitor ſi aliquem ſaltem habeat fumum, aut rumor
erat, quòd mutatæ monetæ conſtitutio de proximo
23 fuerit promulganda. Vnde ſi in longiori tempore
promulganda veniret conſtitutio huiuſmodi muta-
tionis monetæ, tunc licita eſſet depoſitio, vt per Ro-
man *ſing.* 286. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. p.* 3. *c.* 2.
n. 22. Caroc. *d. deciſ.* 63. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 952. *n.* 22.
cum ſeqq. Giurba *deciſ.* 84. *n.* 33. vbi exemplificat ſi
poſt duos menſes, aut multos dies.
Debet etiam depoſitum verum & reale eſſe, non
24 confeſſatum, quia tunc prædictum effectum non
operabitur, nec debitorē à debito liberabit, nec an-
nui redditus impedientur, vt per Montalu *in l.* 3. *ver-*
bo el precio a. 10. *lib.* 3. *fori*, Ciſuentes *l.* 70. *Tauri col.*
pen. Cephal. *ciuili conſ.* 44. Rimin. iun. *conſ.* 152. *n.* 32.
Ioan Bapt. Lup. *de vſuris comment.* 2. §. 4. *n.* 5. Maſcard.
de probat. concl. 509. *num.* 3. *& concluſ.* 1111. *num.* 17.
Surd. *conſ.* 326. *num.* 12. Matienſ. *l.* 9. *gloſſ.* 4. *num.* 3.
25 *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* vbi ait depoſitum confeſſa-
tum eſſe cùm iudex iuſſit pretium conſignari in ma-
nibus alicuius, qui poſtea coram tabellione fateatur
id pretium à deponente fuiſſe numeratum prædi-
ctúmque depoſitum ad retrahendam rem non ſuf-
ficere, nam vera & realis numeratio requiritur;
Auendan. *de cenſib. c.* 103. *n.* 10. Boccac. *p.* 2. *n.* 117. Be-
ned. Bon. *eod. tr. art.* 96. *n.* 129 Azeued. *d. l.* 9. *n.* 14. Ca-
roc. *de depoſito p.* 1. *tit. de probat. depoſiti n.* 5. Mart. *in*
votis nomiſſ. deciſ. voto 137. *n.* 1. Giurba *deciſ.* 87. *n.* 35.
Hinc etiam requiritur, ſi debitum eſt illiquidum, 26
quòd offeratur liquidum, & pro liquidando dentur
fideiuſſores, Neguzant. *de pignorib.* 2. *part.* 3. *memb.* 5.
part. num. 4 Cæpol. *caut.* 27. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 164.
num. 23. Surd. *conſ.* 248. *num.* 5. Eſcóbar. *de ratiocin.*
cap. 6. *num.* 89. D. Barboſ. *in l. diuortio*, §. *fin. part.* 2.
num 33 *ff ſoluto matrim* Felician. *de cenſib. tom.* 2 *lib.* 4.
cap. vnic. num. 3. Milanen. *d. deciſ.* 18. *n.* 18. 19. & 30.
lib. 2. Ludou. Cenci. *de cenſib. p.* 3. *cap.* 1. *queſt.* 3. *art.* 9.
num. 18.
Requiritur denique quòd parte citata fiat depoſi- 27
tio, Tiraq. *de retractu lig.* §. 9. *gloſſ.* 3. *num.* 3. Anton.
Gabr. *commun. tit. de citat. concluſ.* 1. *num.* 256. Ioan.
Bapt. Lup. *in tract. de vſur.* §. 4. *num.* 4. Carpan. *ad ſtat.*
Mediolanen. cap. 417. *num.* 610. Roland *conſ.* 63. *n.* 31.
vol. 1. Menoch *de arbitr. caſu* 272. *n.* 27. Vincent. de
Franchis *deciſ.* 462. *num.* 2. & 3. Caroc. *d. q.* 5. *num.* 3.
Sord. *conſ.* 86. *num.* 21. Gaſp Roderic. *de annuis reddit.*
lib. 2. *q.* 15. *n.* 53 Auend *de cenſib. cap.* 12 *a.* 11. Giurba
deciſ. 98. Ludou. Cenci. *d. art.* 9. *num.* 13. & 14. Alex.
Trentacinq. *d. tit. de ſolution. reſol.* 22. *n.* 2. *verſ. tertio*,
Felician. *d. lib.* 4 *c. vnic. n.* 2. Rota Roman. apud Pacif.
de Saluiano interdicto, deciſ. 146. *num.* 4. & apud Cen-
ci. *poſt d. tract. de cenſib. deciſ.* 295. *n.* 1. & *deciſ.* 297.
num. 6. Et quòd talis citatio fiat perſonis legitimis, 28
quæ liberè poſſint recipere ſolutionem, Alex. *conſ.*
120. *col* 2. *lib.* 5. Petr. Gregor. *de cenſib. queſt.* 5. *n.* 393.
Auendan. *eod. tract. cap.* 106. *n.* 1.
Vel vbi competens iudex &c.] Notatur ad hoc quòd 29
requiritur vt depoſitum auctoritate iudicis fiat ad
hoc vt impediat curſum vſurarum, vt per Panorm.
conſ. 56. *col. fin. lib.* 1. Tiraquell. *de retractu conuent.* § 4.
gloſſ. 7. *num.* 11. Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vſuris com-*
mento 2. §. 4. *n.* 12. Surd. *conſ.* 385. *n* 4. Matienſ. *l.* 9. *gl.* 4.
num. 14. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Menoch. *de arbitr. ca-*
ſu 232. *n.* 18. vbi ſubdit, ſi iudicis non ſit copia, de-
bitorem offerre, & proteſtari debere coram honeſtis 30
perſonis, Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 16. *num.* 3. & 5.
Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 23. Felician. *de cen-*
ſib. tom. 2. *lib.* 4. *c. vnic num.* 3. *verſic. quintò requiritur*,
Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 260. *num.*
25. Et fieri debere de mandato illius iudicis, qui de 31
cauſa illa aliàs cognoſcere poteſt, reſoluunt Bald.
hic, queſt. 14. Capyc. *deciſ.* 18. Boër *deciſ.* 14. *num.* 9.
Ioan. Bapt. Lup. *dicto loco*, Caroc. *de oblation. part.* 2.
queſt. 70. Auendan. *de cenſib. cap.* 102. *num.* 14. Ludou.
Cenci. *eod. tract. part.* 3. *cap.* 1. *queſ.* 3. *art.* 9. *num.* 26.
Cancer. *d. cap.* 8. *n.* 23. vbi ait haberi pro non facto 32
ſi fiat coram iudice incompetenti, vel coram non le-
gitima perſona Vnde à conuentione contrahentium 33
dependet, ex Auendan. *d. cap.* 102. *num.* 15. *in fine*;
quòd ſi inter contrahentes nihil actum ſit, ſufficit ſi 34
fiat depoſitum auctoritate iudicis venditoris, redi-
mentis nempe cenſum, ſecundùm Ioan. Bapt. Lup.
d. §. 4. *num.* 12. Felician. *d. lib.* 4. *c. vnic. n.* 3. *ver. ſed co-*
ram; in quo ego conſidero quòd cùm cenſuarius agat
de diſtrahendo contractu, reſoluendóque cenſu, de-
bet ſequi forum creditoris, Gaſp. Roder. *de annuis*
reddit. lib. 1. *q.* 18. *n.* 54. *verſ. vltimo notabis*, Auendan.
d. cap. 102. *n.* 14. Cenc. *d. art.* 9. *n.* 6. Alex. Trentacinq.
d. tit. de ſolut reſol. 22. *n.* 2. *verſ. primò*.
Verùm licèt tutius ſit iudicis auctoritate depone- 35
re, tamen in puncto iuris verius ex depoſito extraiu-
diciali debitorem à debito liberari, dummodo apud

idoneam & honestam personam debitor deponat præsentia honestorum virorum, ex *l. creditor*, *C. de pignor. l. obligatione*, *C. de solution. l.* H *Spa.* 8. *tit.* 14 *p.* 5. Matth. Prun. *cons.* 109. Tiraquel. *de retractu conuent.* §. 4. *gloss.* 7. *num.* 34. Roland. *cons.* 17. *num.* 7. Decian. *cons.* 47. *num.* 9. & 10. *lib.* 4. Neguzant. *de pignor.* 2. *p.* 3. *membr.* 5. *p. num.* 12. *ad fin.* Cornazan. *decis.* 76. *num.* 27. Foller. *de censib. gloss. instrumentum gratia*, *n.* 48. & *gloss. vt cùm des*, *num.* 51. Caroc. *de deposito*, *p.* 2. *q.* 69. Menoch. *d. casu* 232. *num.* 28. D. Barbos. *in d. l. si mora* 10. *num.* 81. *ff. soluto matrim.* Marescot. *lib.* 1. *variarum cap.* 7. *num.* 6. & 7. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 10. *tit.* 5. *num.* 16. Card. Tusch. *pract. conclus. lit. D. concl.* 204. Scacc. *d.* §. 1. *gloss.* 5. *num.* 176. Giurba *decis.* 98. *n.* 3.

36 *Quo subsequuto etiam periculo debitor liberabitur.*] Notatur ad hoc quòd facto deposito supradictis concurrentibus requisitis, periculum casus fortuiti pertinebit creditori, si iustam recusandi causam non habeat, vt per Tiraquell. *de retract. lign.* §. 4. *gloss.* 6. *n.* 34. Afflict. *decis.* 172. Foller. *in praxi cons. verbo instrumentum gratia*, *n.* 10. Felician. *d. lib.* 4. *cap. vnic. n.* 6. Alex. Trentacinq. *d. tit. de solut. resol.* 12. *n.* 2. Marescot. *d. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. Boccac. *de censib. p.* 1. *num.* 116. Intrigl. *eod. tract. quest.* 76. *per tot.* Ludou. Cenci *d. art.*

37 9. *num.* 63. Rot. apud eundem *dec. s.* 298. Si autem depositum sit rerum, quæ in pondere, & mensura consistunt, & ad numerum, seu mensuram deponuntur, periculum pertinebit ad depositarium, Anton. Gom. *to.* 2. *var. c.* 7. *n.* 3. Anton. Gabriel. *commun. tit. de rebus creditis*, *concl.* 2. *n.* 18. Honded. *cons.* 43. *n.* 15. *vol.* 2. Card. Mantic. *d. lib.* 10. *tit.* 9. *num.* 23. Morl. *in emporio iuris ciuilis*, *p.* 1. *tit.* 8. *de rebus creditis in pralud. n.* 28. Castill. *controu. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 33. Amat. Roderic. *de preuil. creditit. p.* 1. *art.* 6. *n.* 40.

38 *Nisi fortè eas receperit*, &c.] Notatur ad hoc quòd debitor, qui deposuit, potest liberè depositum reuocare, & voluntatem mutare, vt per Felician. *de cen-*

39 *sib. tom.* 1. *lib.* 4. *c. vnic. n.* 4. vbi ait non procedere vbi creditor acceptauit depositum, illique consensit, vel vbicunque intimatum esset creditori vt depositum reciperet, vel si ex consensu vtriusque, debitoris scilicet, & creditoris depositum factum fuisset, Auendan. *de censib. cap.* 102. *num.* 16. D. Barbos. *in d. l. si mo-*

40 *ra*, *n.* 88. Surd. *cons.* 385. *num.* 28. vbi ait non posse deponentem reuocare depositum, nisi iussu iudicis, ea præcipua ratione, quia eadem requiritur solemnitas in distrahendo, quæ in contrahendo.

In gloss. *Cum vsuris* 2. ibi, *non est liquidum*, &c. Tunc enim non dicitur, in mora, de quo Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 19. *num.* 1. Neguzant. *de pignorib.* 5. *p. membr.* 3. *p.* 2. *num.* 27. Caroc. *de oblationib. p.* 1. *tit. de oblat. verbali*, *quæst.* 1. *num.* 14. Surd. *cons.* 331. *n.* 42.

41 D. Barbos. *in d. l. si mora*, *n.* 63. vbi tenet sufficere oblationem verbalem quando debitum non est liquidum, quia id, quod non est liquidum, non potest verbaliter offerri.

42 In gloss. *Post contestationem*. ibi, & *hoc congruo loco*, &c. Notatur ad hoc quòd vt depositio impediat cursum vsurarum, debet loco congruo fieri, vt per Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 4. *gloss.* 7. *num.* 2. Afflict. *in cap.* 1. *n.* 21. *ex quibus causis feud. amit.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 2. *cap.* 23. *in fine*, Menoch. *de arbitr. casu* 232. *num.* 21. & *cons.* 756. *n.* 12. Foller. *de censib. gloss. vt vides*, *n.* 51. Caroc. *de deposito*, *part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 8. Giurba *decis.* 98. *num.* 1. Ludou. Cenci *de censibus*, *p.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. *num.* 30. vbi subdit debere

43 fieri in loco in citatione expresso; locus incongruus

44 erit, si oblatio fieret creditori peregrinanti, vel in loco non conuento, vel non destinato solutioni expressè, vel tacitè, vt tenet Neguzant. *de pignor.* 2. *p.* 3. *memb.* 5. *p. n.* 9.

In eadem gloss. *ibi*, & *tempore*, &c. Notatur ad 45 hoc quòd vt depositio creditorem liberet, debet fieri congruo tempore, vt per Neguzant. *d. num.* 9. Menoch. *d. casu* 232. *num.* 31. Caroc. *de deposit. part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 2. Alexand. Trentacinq. *d. tit. de solution. resol.* 12. *n.* 2. *versic. secundò.* Dicitur autem oblatio & 46 depositio facta tempore incongruo, quando est facta ante tempus adiectum solutioni fauore creditoris, Neguzant. *d. n.* 9. Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum cap.* 17. *num.* 27. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 14. *tit.* 40. *num.* 6. Morl. *in emporio iuris ciuilis*, *part.* 1. *tit.* 8. *quæst.* 21. *num.* 5. Pyrrh. Maur. *in tractat. de solutionib. cap.* 92. *num.* 2. & tunc dicitur tempus adiectum gratia creditoris, quando debitor est obligatus soluere bladum, vel vinum, vel quid aliud, quod potest cursu temporis deteriorari. nam tunc talis rei depositio nihil valet, vt declarat Morla *d. quæst.* 21. *n.* 4. & 5.

In gloss. *Inhibeatur*. ibi, *quæ nondum cœperunt cur-* 47 *rere*, &c. Notatur ad hoc quòd oblatio realis impedit cursum vsurarum, quæ nondum cœperunt currere; sed si iam cœperunt currere, vt rursus earum impediatur, oblatio, & depositio vera & realis requiritur, vt per Rauen. *sing.* 792. Cassan. *cons.* 41. *num.* 3. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 4. *gloss.* 6. *num.* 4. Neguzant. *de pignorib.* 3. *part.* 3. *memb.* 5. *part. num.* 2. Azeued. *l.* 9. *num.* 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *noue Recopilat.* Caroc. *in tractat. de oblationib.* 1. *part. quæst.* 7. § *de oblat. reali*, & *de deposito*, *part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 1. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 163.

In gloss. *Actione*. Notatur ad hoc quòd actio vti- 48 lis contra depositarium creditori non datur si ad illius fauorem fecit depositum, nisi in deposito iudiciali facto de mandato iudicis, & per eum electo, cùm secus sit in extraiudiciali, vt per Surd. *cons.* 485. *num.* 4. *lib.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. vbi ait textum in præsenti loqui in deposito iudiciali.

In gloss. *Eas receperit*. ibi, & *fingitur non facta de-* 49 *positio*, &c. Notatur ad hoc quòd si debitor reuocat depositum, perinde est ac si nunquam illud fecisset, & ideo reuiuiscit actio creditoris, quæ propter fictam solutionem videbatur sublata, vt per Cassan. *cons.* 41. *num.* 20. Tiraquel. *d.* §. 4. *gloss.* 10. *num.* 1. Neguz. *de pignor.* 2. *memb.* 3. *partis* 5. *principalis*, *n.* 27. D. Barbos. *in l. si mora* 10. *num.* 87. *prope fin. ff. soluto matrimonio.*

SVMMARIVM.

1 *Mandator, & fideiussor vltra legitimum vsurarum modum conuenti, sunt ipso iure tuti, sicut ipse reus principalis.*

2 *Oblatio & depositio sicut debitorem liberat, vsurarúmque cursum impedit, ita eius fideiussorem, ne ampliùs possit molestari, quamuis debitor pecuniam semel depositam recipiat, nisi incontinenti pecuniam repetierit, num.* 3.

L. Constitutionibus. XX.

Idem A. Ælio.

Mandator, & fideiussor conuenti vltra legitimum vsurarum modum, sunt ipso iure tuti, sicut ipse reus principalis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Si

Sic etiam ſicut oblatio & depoſitio debitorem li-
2 berat, impedit que vſurarum curſum, ita eius fideiuſſorem ne amplius moleſtari poſſit, quamuis debitor recipiat pecuniam ſemel depoſitam, Caroc. *de depoſito, part. 2. quæſt.* 136. Surd. *conſ.* 145. *num.* 22. Flamin. Cathar. *deciſ.* 89. Anton. Hering. *de fideiuſſorib. c.* 20. §. 35. niſi debitor incontinenti pecuniam repetierit;
3 ſecundùm Aret. *de fideiuſſ. ſect.* 10. §. 34. *fol. mihi* 614.

SVMMARIVM.

1 *Simpliciter ſolutum, creditore volente, in vſuras potius, quàm ſortis numerationem factum cenſeri.*

2 *Solutio ſemper cenſetur facta pro debito priori grauiori, & odioſo; & ſic pro fructibus & vſuris.*

3 *Solutio cenſetur potius facta pro eo, quod debetur loco vſurarum, quàm de eo quod debetur pro ſorte.*

4 *Solutio præſumitur facta in duriorem cauſam durior cauſa quæ ſit, num.* 5.

L. Si vſuras. XXI.

Idem A. Chreſino.

1 Simpliciter ſolutum, creditore volente, in vſuras potius, quàm ſortis numerationem factum cenſetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

Vide poſita *in collect. ad l.* 1. *ff. de ſolutionib.*

2 Nota quòd ſolutio ſemper cenſetur facta pro debito priori grauiori, & odioſo, & ſic pro fructibus, & vſuris. Rot. *deciſ.* 373. *n.* 5. apud Farin. *part.* 1. *recentior. & deciſ.* 536. *n.* 6. *ead. part.* 1. *& deciſ.* 74. *n.* 5. *p.* 1. *recentiſſim.* vbi quòd ſolutio cēſetur potius facta pro
3 eo, quod debetur loco vſurarum, quàm de eo quod debetur pro ſorte, & reſpondet ad text. *in l. fideiuſſores, §. Aurelio, ff. de fideiuſſor.* quòd in caſu illius fiſcus haberet obligata bona debitoris pro toto debito, necnon pro vſuris, fideiuſſores verò acceſſerint ſimpliciter pro certa ſumma tantùm, neque ſeſe obligaſſent in omnem conductionem, vt inquit text. decreuit Imp. eos ad vſuras non teneri.

4 Aduerte quòd ſolutio præſumitur facta in duriorem cauſam, *l.* 1. *&* 4. *ff. de ſolut.* ead. Rot. *deciſ.* 795. *num.* 1. apud Farin. *part.* 2. *recentior. & deciſ.* 74. *num.* 1. *part.* 1. *recentiſſim. & deciſ.* 74. *n.* 1. *& deciſ.* 368. *n.* 2. *part.* 2. *recentiſſim.* vbi quòd durior dicitur ea, quæ eſt antiquior, & quæ habet inſtrumentum, & hypothecam, ac ea propter quam debentur vſuræ.

L. Pignoribus. XXII.

Idem A. Carino.

1 Pignus pro ſorte, & vſuris obligatum, pro vtroque retineri poteſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Roman. *conſ.* 507. *incip. In caſu*, Cuiac. *lib. obſeruat.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio, vt ex oleo mutuato tantundem reddatur in fine anni, cum acceſſione, valida eſt, licèt hæc acceſſio excedat legitimum modum vſurarum.*

2 *Solutionem retardatam vtrùm carius vendere licitum.*

L. Oleo quidem. XXIII.

Idem A. Iaſoni.

1 Conuentio valet, vt ex oleo mutuato tantundem cum acceſſione in fine anni reddatur, licèt hæc acceſſio excedat legitimum modum vſurarum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Vtrùm autem liceat ob retardatam ſolutionem cariùs vendere? vide Sot. *de iuſtit. lib.* 6. *q.* 4. *art.* 1. Couar. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *& lib.* 3. *cap* 2. *n.* 5. Gemin. *de vſuris comment.* 3. *à princ.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 39. Bañes *de Iuſtit. quæſt.* 78. *de vſur. art.* 2. *verſic. denique licitum eſt, & verſic. ad* 4. *argumentum*, Valaſc. *conſ.* 18. *num.* 4. Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 355. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo emptio, n.* 57. Caſtill. *controu. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 44. Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 11. *per tot.* Cened. *ad Decretal. collect.* 47. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. tom.* 2. *lib.* 25. *à num.* 305.

SVMMARIVM.

1 *Mater gerens negotia filij tenetur ex adminiſtratione ad vſuras pecuniæ. idem eſt in quocunque Procuratore alienas pecunias exigente, qui vnà cum intereſſe tenebitur reſtituere, n.* 2.

3 *Tutor, curator, ſeu adminiſtrator pupilli, vel Eccleſiæ, quando pecuniam ſuorum principalium accipiunt, vel accipere debent, &c. tenentur ad vſuras, id eſt, ad redditus & intereſſe huiuſmodi pecuniarum.*

4 *Tutor condemnandus eſt ratione intereſſe ad vnum pro quatuordecim. In regno Valentiæ condemnatur ad intereſſe pupillare, nulla facta probatione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, n.* 5. *& quod plus eſt, ad intereſſe, alterius intereſſe, ſiue ad vſuras vſurarum, n.* 6.

L. Si mater tua. XXIV.

Idem A. Glauciæ.

Mater gerens negotia filij tenetur ex adminiſtratione ad vſuras pecuniæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Amplia in quocunque Procuratore alienas pecunias exigente, qui vnà cum intereſſe tenebitur reſtituere, vt per Eſcobar *de ratiocin. cap.* 15. *n.* 2. *cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 67. *à n.* 6. Et multo magis in tutore, curatore, ſeu adminiſtratore pupilli, vel Eccleſiæ, quãdo pecuniam ſuorum principalium accipiunt, vel accipere debent, qui ſi eas non collocauerint in honeſtum lucrum, vel in annuos redditus, ſeu in emptionem prædiorum, ſed eas in ſuos vſus conuertant, ſeu otioſas habeant, tenentur ad vſuras, id eſt, ad redditus, & intereſſe pecuniarum huiuſmodi, vt per Couar. *lib.* 3. *variarum, cap.* 2. *n.* 1. Baëc. *de decima tutor. c.* 2. *à n.* 92. Ayora *de partit. part.* 1. *cap.* 4. *à num.* 22. Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 16. *cum ſeqq.* Muños de Eſcobar. *d. tract. cap.* 14. *n.* 3. Felician. *de cenſib. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 11. *poſt med. verſi. ex eodem fonte, & n.* 13. *verſic. ex eadem reſolutione*, latè Franc. Hieron. Leo *Valent. deciſ.* 18. *lib.* 1. vbi *num.* 4. ait quòd tutor condemnandus eſt ratione intereſſe ad vnum pro quatuordecim, & *num.* 5. quòd tutor in Regno Valentiæ ad intereſſe pupillare con- 4

demnatur, nulla facta probatione damni emergentis, vel lucri cessantis, Gasp. Roderic. *de annuis redditibus lib. 3. q. 1. n. 12. cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variarum resol. l. 1. tit. de interesse, resol. 1. num. 12.*

6 Et quod plus est, ad interesse alterius interesse, siue ad vsuras vsurarum, vt in specie resoluũt Caualcan. *in tract. de tutore & curat. num. 116.* Fab. de Anna *cons. 48. n. 22.* Petr. Gregor. *de censib. quest. 3. in addit. n. 37.* Caualcan. *decis. 26. n. 64. par. 2.* Franc. Hieron Leo *decis. 13. n. 6. & 7. lib. 1.* Quamuis Gasp. Roderic. *d. lib. 3. quest. 10. à n. 51.* pluribus fundamentis defendere nitatur solùm vsuras currere pro rata sortis prioris vsuræ, & sortis principalis primùm in vsus tutoris conuersæ, non verò pro rata vsurarum diuersarum ex vsuris primis in vsus tutoris conuersis.

SVMMARIVM.

1 *Species æstimata recipit vsuras.*
2 *Facta speciei æstimatione conuertendæ in mutuum, vsuræ petuntur ex stipulatione.*

L. Pro auro. XXV.

Imp. CONSTANTIN. A. *ad populum.*

1 SPecies æstimata recipit vsuras. Item facta æsti-
2 matione speciei in mutuum conuertendæ vsuræ peti ex stipulatione possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor tutus præscriptione in principali debito, est etiam tutus in vsuris cum fructibus, & n. 2.*
3 *Præscripta re principali, videntur præscripta eius accessoria, vt fructus & similia.*
4 *Vsurarum moles ad legitimam quantitatem reducenda.*
5 *Vsurarum fraudulenta pacta ipso iure illicita.*
6 *Vsuræ an iure Cæsarum prohibitæ, remissiuè. de iure canonico quid, n. 7.*
8 *Vsura centesima quid, remissiuè.*
9 *Apud Romanos non fuit certus vsurarum modus vsque ad Iustinianum.*
10 *Ergasterium quid.*
11 *Besses vsuræ quid.*
12 *de Vsuris vncialibus, sextantibus, quadrantibus, triennalibus, semicibus, septantibus, dodrantibus, dextantibus, & deuncibus, remissiuè.*
13 *Vsurarum centesimarum moderamen Iustiniani in præsenti.*
14 *Mercatori concedi stipulari posse vsuram duabus vncijs maiorem communi.*

L. Eos qui à principali. XXVI.

Imp. IVSTIN. A. *Mennæ P. P.*

DEbitor tutus præscriptione in principali debito, est etiam tutus in vsuris cum fructibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ferrand. *lib. 12. explic. cap. 8.* Marc. Anton. de Amatis *March. dec. 142. n. 4.* D. Barbos. *in l. quæ dotis 34. num. 47. ff. soluto matrimonio*, vbi ait hîc exigi per triginta annos vsuras non fuisse exactas, vt per præscriptionem videantur sublatæ, cùm tamen vt vsura omnino videatur remissa, oportet quòd saltem per decennium non fuerit petita, ex text. *in l. cùm quidam 17. §. diuus. ff. hoc tit.* & Bald. *de præscrip. par. 3. principalis quæst. 10. n. 14. ad finem*, Menoch. *de præsump. l. 3. præsump. 25. n. 1.* respondet autem idem D. Barbos. *vbi suprà n. 48.* textum in præsenti loqui in præscriptione vsurarum, quæ exigit triginta annos, iuxta *l. sicut, C. de præs. r. 30. annorum*, dictum verò *§. diuus*, in præsumpta remissione, inter quæ maxima est differentia. nam aduersùs præscriptionem, in qua maius tempus requiritur, nihil allegari potest, sed aduersùs dictam præsumptam remissionem multa allegari possunt, per quæ præsumptio legis tollatur, vt in specie aduertit Alciat. *de præsump. regul. 1. præsump. 23. n. 4.*

Notatur hic text. ad hoc quòd præscripta re prin- 3
cipali, censentur præscripta accessoria eius, vt fructus, & similia, vt per Anton. Gom. *l. 45. Tauri, n. 42. col. 2. & tom. 2. variarum, cap. 11. n. 45. col. 2.* Anton. Gabr. *commun. tit. de præscription. conclus. 2. n. 28.*

§. Super vsurarum.

Vsurarum moles ad legitimam quantitatem redu- 4
cenda. Olim illustres certam partem centesimæ ergasteriis præpositi ad bessem centesimæ, nautæ centesimas, alij dimidiam centesimarum vsurarum stipulabantur. Vsuræ vltra expressam, & permissam à lege quantitatem in sortem computantur, nec exiguntur. Fraudulenta vsurarum pacta ipso iure illici- 5
ta sunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

De materia & intellectu huius §. & an iure Cæ- 6
sarum prohibitæ sint vsuræ? vide S. Thom. *2. 2. quæst. 78. ar. 1. ad 1.* Alciat. *l. 6. parerg. cap. 20.* Cott. *in memorabil. verbo vsura, pag. 932.* Couar. *lib. 3. variarum, cap. 3. n. 6.* vbi tenet vsuras legibus Iustiniani permissas & approbatas, vt licitas fuisse, eásque leges improbas esse censet, cùm iure naturali & diuino refragentur, Menoch. *de arbitrar. casu 82. n. 10.* Clar. *§. vsura, n. 4.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, l. 22. cap. 3. n. 19. & 20.* vbi putat iure Romanorum ciuili scripto, potissimum nouissimo, vsuras prohibitas, sed aliquando permissas in certis rebus, & causis, & personis, & modis negotiandi. Gasp. Roderic. *de annuis redditibus, l. 3. quæst. 4. n. 54.* vbi dicit verius videri leges ciuiles non prohibuisse vsuras, nec approbasse, immo permisisse vsurarios nullis plectandos pœnis. Cardin. Baron. *annal. Ecclesiæ, tom. 7. anno Christi 565. pag. 486.* D. Barbos. *in l. Titia 35. n. 50. versic. non obstat. ff. soluto matrimonio*, vbi quòd vsuræ iure ciuili fuerunt permissæ, licèt taxata fuerit quantitas, quam non posset excedere, & ex Bald. & Neguzano dicit quòd vsuræ iure gentium videntur permissæ propter hominum necessitates, & subdit S. Thomam & Sotum *citatis locis*, excusare Principes Christianos, qui eas non prohibuerunt, & tandem concludit quòd vsuræ 7
incœperunt prohiberi per ius canonicum.

Vltra tertiam partem centesimæ, &c.] Centesima 8
vsura quid? vide Prate. *in suo Lexico iuris, verbo vsura centesima*, Caluin. *in suo Lexico iuridico. eod. verbo, pag. 960.* vbi ait quòd dicitur cùm pars sortis centesimæ singulis mensibus, id est, singulis annis duodecies penditur, Brisson *antiquarum lection. lib. 3. cap. 1.* Tiraquel. *de retractu lign. §. 1. gloss. 6. n. 18.* Vacon. à Vacuna *nouarum declarationum, lib. 1. declarat. 14.*

vbi

vbi centeſimas vſuras ex eo dictas exiſtimat quòd vnoquoque menſe cẽteſimum nummum,& conſequenter duodenos nummos ſingulo anno redderent,vſuræ enim ſingulis Kalendis exigebantur, *l. vxorem,§.item quæſitum,ff de legat.3.l.qui filium,*& *ibi* gloſſ *verbo cedere,ff. eod.* Quamobrem ſi Kalendis cuiuſque menſis centum nummi reddebant vnum, vnoquoque anno centum reddebant;duodecim itaque nummi pro centum toto anno erat centeſima vſura, Alciat.*l.3.diſpunct.c.1.*Guibert.*lib. 1.quæſt.c.1. p.2.*Cott.*in memorabilib.verbo vſura,pag.925.*Cuiac. *l.7.obſeru.35.*Cordub.de Lara *in l.ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius.n. 118.de liber.agnoſc.*Petr.Gregor.*ſyntag. iuris, l. 22.cap. 3.num.28.*vbi dicit quòd centeſimæ vſuræ non ſunt,vt exiſtimant vulgares interpretes, quæ æquent ſortẽ intra annum,& vt dicunt,quando centum pro cẽtum ſingulis annis creditor lucratur,nuſquam enim iura tam execrabiles vſuras permiſerunt ; ſed centeſimæ ſunt, quæ intra centum menſes æquant debitum,videlicet quando ex centum denariis duodecim ſingulis annis penduntur, Salon.*in 2.2.S.Thomæ tom.2.quæſt.78.art.1.controu.3. num.4.*Villag.*de vſuris,quæſt.7.num.4.*Gemin. etiam *de vſur.commem.1.§.3.num.40.* Caſtill.*lib. 3. quotid. cap.23.num.67.cum ſeqq.* Gaſp. Roderic. *de annuis reddiribus lib.3.quæſt.4.num.8.cum multis ſeqq.*vbi de vſura centeſima drachmali,& *num.21.*centeſimam, ſeu drachmalem vſuram dicit,cùm pro centum aureis ſingulis annis duodecim penduntur,& idem repetit *num.29.*Cald.Pereira *de empt.& vendit.cap.29. num.5.*vbi idem dicit,ſubditque de hac vſura centeſima pulchrum libellum ſcripſiſſe Ægidium Donſanum.

9 Aduerte quòd apud Romanos non fuit certus,& conſtans vſurarum modus vſque ad Iuſtinianũ, qui certos & perpetuos fines conſtituit in hac leg. ſed ante pro temporum,& locorum varia conſuetudine,vel conſtitutione,modò grauioribus, modò leuioribus fœnerabantur,ſemper tamen infra centeſimam exceptis traiectitiis negotiationibus,vt patet ex iuribus citatis per Gaſp. Roderic.*d.lib.3.quæſt.4. n.22.& 23.*vbi *n.55.cum ſeq* quærit an vſuræ ſaltim moderatæ ſecundùm Iuſtinianum in præſenti exigi poſſint in foro conſcientiæ?& *n. 41.* circa hanc leg. etiam quærit,quid ſi mercator,qui ad rationem beſſalis vſuræ fœnerabat,cederet nomen alij nõ negotianti,an poſſet ceſſionarius beſſes vſuras exigere, vel ſemiſſes;Et *n.105.*poſt Alciat.*l.6. pareg. cap.20. in fine,*Gregor.Lopez *l.22.in gloſſ.verbo à alguñ Iudio, tit.12.part.5.*Couar.*d.lib.3.cap.1. num.* 8. Villag. *de vſuru,quæſt.9.num.4.* & Perez *ad tit. 2. l. 8. Ordin. pag.24.col.1.*aſſerit non eſſe dicendũ potuiſſe Iuſtinianum vſuras moderare,& moderatas permittere, cùm Summus Pont.*in c.ſuper eo,de vſur.*dicat etiam pro bono publico , & captiuorum redemptione ſe non poſſe aliquam in exigendis vſuris diſpenſationem facere : quaſi dicat in nulla , quantumcunque moderata quantitate, ex illa dict.*aliquam* , quæ eſt diminutiua, iuxta tradita per me *de diction. vſufrequent.d. 21.in fine.*

10 *Illos verò qui ergaſterijs,*&c.] *Ergaſterium* dicitur locus,ſeu taberna,in qua merces venduntur,Alciat. *ad lib.11.Cod.pag.* 118. Caluin. *in ſuo Lexic. iuridic. verb.ergaſteria,pag.334.*

11 *Vſque ad beſſem.*]Beſſes vſuræ ſunt cùm acceptis centum poſt annum octo præſtantur, aut menſtrui denarij ſinguli,ſi ſors 150.ſit,de quo Anton.Auguſtin.*emendat.lib.2.c.10.*Guibert.*l.1.quæſt.cap.1.n.12. p.2.*Caluin.*in ſuo Lexic.iuridic.verbo beſſium,pag.115.* Petr.Gregor.*d.l.22.cap. 3. num.40.*vbi à *num.33.* de

vſuris vncialibus,ſextantibus,quadrantibus , trientalibus,ſemicibus,ſeptuncibus , dodrantibus , dextantibus,& deuncibus. 12

Illuſtribus quidem perſonis, &c.] Refert Vacon. à Vacuna *d.l.21. declar.14.n.6.poſt med.* Iuſtinianum *in præſenti* centeſimas vſuras ita moderaſſe, vt illuſtres ſoluant tertiam partem centeſimæ,& ita quatuor nummos pro centum pro toto anno præſtãt,& hæc dicitur vſura triennalis,triens enim eſt tertia pars ex duodecim.Alij verò,aliquam licitam exercent negotiationem , beſſem centeſimam , id eſt, octauam partem ex duodecim ſoluunt : at in fœnetatitiis,ac traiectitiis negotiationibus ſoluitur centeſima vſura pro centum vnoque anno,de quo etiã Petr.Greg.*d.lib.22.cap.3. à n.44.* & aduertit Gam. *Luſit.deciſ.110.n.33.*in hoc text. mercatori concedi ſtipulari poſſe vſuram duabus vnciis maiorem communi.Et notat Tiraquell.*de nobilitate, cap.37.n.44.* quòd dum hic text. ſtatuit modum exigendarum vſurarum,nobilibus tertiam partem centeſimæ tantùm conceſſit cæteris maiores, tanquam ſcilicet indecorum ſit nobilibus magis , quàm cæteris fœnus,præſertim graue exercere, cùm illos magis deceat liberalitas. 13 14

In traiectitijs autem, &c.] Notat Cald.Pereira *de empt.& vendit.cap.26.num.7.*quòd dum Iuſtinianus docet hîc leges veteres toleraſſe intraiectitiis pecuniis vſuram vltra centeſimam permittentes,referẽdum eſt ad leges antiquiores,quarum hodie in Pandectis nulla extat,nec vlla lex alia ad hoc citatur. 15

SVMMARIVM.

1 *Lex noua trahitur ad præterita quatenus tractum habuit pro tempore futuro.*

2 *Vſuræ vltra dupli quantitatem non currunt, nec debentur.*

L. De vſuris XXVII.

Idem A. Mennæ P.P.

Lex noua trahitur ad præterita quatenus tractũ 1 habuit pro tempore futuro. Item vſuræ vtra 2 dupli quantitatem non currunt,nec debentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n.1.ſup. hoc tit.*

Refert impius auctor Molinæ. *in ſuo tractatu de vſuris,n.46.*ante Iuſtinianum conſueuiſſe tolerarĩ exactionem vſurarum vltra duplum iis,qui pignora acceperant ſibi obligata non ſolùm pro ſorte , ſed nominatim etiam pro vſuris, quam nimis rigoroſã exactionem ſuſtulit Imper.*in præſenti text. verſ. curſum,*vt tenet Surd.*conſ.302. num. 12.lib.3.* aſſerens textum loqui de vſuris vnius anni, præcipuè cùm ille circa duplum tollat antiquam diſpoſitionem, per quam vnius anni vſuræ vltra duplum exigebantur à creditoribus,qui ſibi per dationem pignorum cauerant.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ in ſortem conuerti non poſſunt , & vſurarum vſuræ regulariter non petuntur,& num.2.*

3 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur.ſecus ſi petitur non acceſſoriè ad ſortem , ſed tanquam vera ſors principaliter , & per ſe, tunc enim poſt moram debetur intereſſe illius intereſſe,n.4.niſi debitoris,*

toris, & crediteris persona sit mutuata; quo casu interesse alterius interesse, etiamsi sorti coniungatur, non debetur, nec exigi potest, num. 5.

6 *Censum non valere de nouo constitutum ex redditibus alterius census.*

7 *Tutor tenetur ad interesse alterius interesse, quia vsuræ efficiuntur sors.*

8 *Interesse alterius interesse ritè exigi, quando agitur de interesse damni emergentis.*

L. Vt nullo. XXVIII. & vlt.

Idem A. Demosthení P.P.

1 VSuræ in sortem conoerti non possunt, & vsurarum vsuræ regulariter non petuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

2 Probat hic text. quòd vsuræ vsurarum peti non possunt, vt per Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 7. n. 31.* Menoch. *consil. 1181. num 6.* Mari. Giurb. *decis. 14. n. 15.* Gasp. Rodcric. *de annuis redditibus, lib. 3. quæst. 7. n. 37.* Aueodan. *de censibus, cap. 38. num. 11.*

3 Vnde interesse alterius interesse non deberi, resoluunt Alciat. *lib. 6. paregr. c. 15.* Strach. *de mercat. tit. de contractib. mercat. n. 4.* Ioan. Baptist. Lup. *in l. curabit, §. 6. sub n. 20. versic. sed aduertendum, C. de action. empti,* Rebuff. *in repet. l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, in gloss. verbo dupli, n. 2.* & *ibi* Cagnol. *n. 46.* Bursat. *consil. 68. n. 42.* Roger. *consil. 57. num. 5. & consil. 60. n. 44. vol. 1.* Vincent. de Anna *singul. 261.* Bec. *consil. 122. num. 10.* Cephal. *consil. 85. n. 7.* Azeued. *consil. 35. n. 41.* Villag. *de vsuris, quæst. 7. concl. 1. n. 13. & 14. quæst. 18. n. 34.* Antoo. Gabr. *commun. tit. de solutionib. concl. 10. n. 77.* Petr. Gregor. *de censib. quæst. 3. n. 9.* Menoch. *de arbitr. casu 119. n. 21. & 22. & cons. 1181. per tot.* Rot. Genoens. *decis. 78. n. 16. & decis. 87. n. 9. & decis. 134. in fine.* Vincent. de Franchis *decis. 11. & decis. 254. n. 14.* Franc. Milanens. *decis. 8. n. 347. cum seqq. lib. 1.* Gasp. Roderic. *dict. l. 3. quæst. 7. n. 27. cum seq.* Alexand Trentacinq. *variarum resolut. l. 1. tit. de interesse, resolut. 1. n. 34.* Hect. Felici. *de societ. cap. 24. n. 60.* Anton. Fab *in suo Cod. lib. 4. tit. 24. de vsuris, definit. 4.* Francisc Hieroo. Leo *Valent. decis. 13. n. 15.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. I. concl. 310. n. 3.* Mart. *in votis nouiss. decis. voto 195. n. 16.* Mari. Giurb. *decis. 24. n. 13.* Alphons. Narbona *in l. 13. gloss. 1. n. 32. gloss. 18. lib. 5. nouæ Recop.* Castill. *controuers. l. 3. cap. 1. num. 55.*

4 Quod limita quando interesse nõ petitur accessoriè ad sortem, sed postulatur, & debetur principaliter per se tãquam vera sors; nam tunc post moram debetur interesse illius interesse, Rot. Genouens. *decis. 68. n. 16.* Gasp. Roder. *dict. cap. 7. n. 27. in fine,* Alexand Trentacinq. *d. tit. de interesse, resolut. 1. n. 35.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 224. n. 48.*

5 *& 52.* Nisi debitoris, & creditoris persona sit mutata, quo casu interesse alterius interesse, etiamsi sorti coniungatur, nõ debetur, nec exigi potest, Alphons. Narbona *in d. l. 13. gloss. 1. num. 43. tit. 18. lib. 5.* vbi refert Vincent. de Franchis *decis. 254. n. 15.* Fabium de Anna *controu. 48. n. 28* & Aoton. Fab *de errorib. pragmatic. dec. 20. errore 1. ad fin.* & idem Narbona *citato loco, num. 45.* assignat rationem, quia mutata conditione personarum & debiti, facit, vt quæ in personam primi creditoris fuerunt vsuræ, seu interesse, cœperint in persona eius, qui pro alio soluit,

6 vicem sortis obtinere. Ex quo inferunt Doctorca non valere censum de nouo constitutum ex redditibus alterius census, vt per Nauarr. *in com. de vsuris num. 94.* Magist. Lopez *in suo tract. negotiat. lib. 1. cap. 56. vers. præterea licet,* Mich. Palatios *in praxi Theolog. contrauers. lib. 4. cap. 6.* Vincent. de Franchis *decis. 254. n. 14.* Viui. *decis. 369. num. 13.* Pereg. *de iure fisci lib. 6. tit. 7. num. 37. in fine,* Vgolin. *de vsuris cap. 51. num. 2.* Madi. *de censib. requis. vers. ad decimum septimum,* Felician. *de censibus tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 16. vers. septimam conditionem, & lib. 2. cap. 8. n. 7.* Intrigl. *eod. tract. quæst. 48.* Boccac. *in simili tract. part. 1. num. 10. & part. 3. num. 36.* Ludou Cenci. *part. 2. cap. 1. art. 1. num. 16. cum seqq.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 12. dub. 12. num. 87.* Rebell. *de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. 6. num. 4. vers. non poterit tamen,* Azot. *institut. moralium part. 3. lib. 10. cap. 8. quæst. 1.* quicquid dicant Petr. Gregor. *de censib. quæst. 5. num. 252. in addit.* Franc. Milanen. *dict. decis. 8. num. 356. lib. 1.* Auendan. *de censib. cap. 38. num. 11. cum seqq.* Mari Giurb. *decis. 27. num. 24.* Ioan. Griuel. *decis. 103.*

Limita secundò in tutore, qui tenetur ad interes- 7
se alterius interesse, ea præcipua ratione, quia vsuræ efficiuntur sors, vt per Caualcan. *de tutore n. 116.* Petr. Gregor. *de censib. q. 3. in addit. num. 37.* Franc. Hieron Leo *Valent. decis. 13. n. 6. & 7. l. 1.* Fab. de Anna *cons. 48. n. 22.*

Limita tertiò quando agitur de interesse damni 8
emergentis, nam tūc interesse alterius interesse ritè exigi potest, Roman *sing. 101.* Afflict. *decis. 21. n. 2. & 5.* Vrsill. *ad ipsum decis. 291. num. 6.* Rot. Genuens. *decis. 87. num. 9.* Caualcan. *decis. 26. num. 25. part. 3.* Honded. *cons. 50. num. 16. lib. 1.* Hect. Felici. *de societ. cap. 24. num. 59.* Castill. *controu. lib. 1. cap. 5. num. 81.* Sigism. Scacc *de commerc. & camb. §. 7. gloss. 2. num. 62.* Alphons. Narbona *in d. l. 13. gloss. 2. n. 42.* Guzman *de euiction. q. 58. n. 13.*

De nautico fœnore.

Tit. XXXIII.

FOEnus nauticum est vsura pecuniæ traiectitiæ. Pecunia traiectitia est, quæ trans mare vehenda creditur, *ff. hoc tit. l. 1.* periculo creditoris, *l. 1.* id est, vt si debitor eam ad locum destinatum perferre nõ potuerit, sed amiserit, liberetur. Quod cùm sit contra naturam mutui, non obtinet, nisi ita inter partes cõuenerit. *l. vlt. vers. fine.* Proprium igitur huius pecuniæ traiectitiæ est, vt periculum ad creditorem pertineat. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Brisson. *l. 5. sel. cap. 1.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 22. cap. 3. num. 47. & 48.* Ioan. Boreholten *in hunc tit.* & Iustum Zinzerling. *ad l. periculi pretium, 5. ff. de naut. fœn.* Calnin. *in suo Lexic. iuridic. verbo nauticum fœnus,* vbi dicit quòd nauticum fœnus est quod propter nauticam pecuniam, vel quasi nauticam exigitur, cùm enim qui nauticam exercent negotiationem, se suáque ventis, & vndis committunt, fœneratores maiorem vsuram exigebant.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ centesimæ currunt, ac debentur tempore, quo periculum nauigationis creditor sustinet, & n. 2.*
periculi causâ cessante, cessat quod eius causa statutum est, n. 3.
4 *Conuentio valet, qua datâ pecuniâ quis volenti pecuniam traijcere, promittit eam saluam fore, aut certo suo periculo perituram.*
5 *Tò* Quandiu *notio, remissiuè.*

L. Traiectitiam. I.

Impp. Dioclet. *&* Maximian. AA. *Honorato.*

1 PRo tempore, quo periculum nauigationis sustinet creditor, vsuræ centesimæ currunt, ac debentur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Butrig. Bart. Angel. Fulg. Bald. Castr. Salic. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 27. Sebast. Næui. remissiuè Ximen. *in concordant.* & Casal. *in annotat.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 22. *cap.* 3. *num.* 47. *vers. quare non debentur vsuræ*, Padil. *in l.* 2. *num.* 25. *C. de rescind. vendit.* Salon. *in* 2. 2. *S. Thomæ tom.* 2. *q.* 78. *art.* 1. *controu.* 3. *n.* 6.

3 Notatur ad hoc quòd periculi causa cessante cessat quod eius causa statutum est, aut permissum, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa*, *p.* 1. *n.* 204.

4 Notatur etiam ad hoc quòd valet conuentio pecunia data, qua aliquis volenti pecuniam traiicere, promittit eam saluam fore, aut certo suo periculo perituram, vt per Auendan. *de exequen. mand. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 12. *col.* 3. Sot. *de Iustit. lib.* 4. *quæst.* 5. *art.* 2. Anton. de Padil. *in l.* 2. *num.* 25. *C. de rescind. vendit.* Matiens. *l.* 1. *gloss.* 8. *num.* 92. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 142. *n.* 2.

5 *Quandiu nauis*, &c.] de hac dict. *quandiu*, vide citatos per me *de dictionib. vsufreq. d.* 306.

L. Cùm dicas. II.

Iidem AA. *Chosmaniæ.*

1 DEbitor pecuniæ nauticæ sustinet periculum nisi aliud conuentio ostendat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 22. *cap.* 3. *n.* 47. *vers. quare non debentur vsuræ*, *lit.* O.

SVMMARIVM.

1 *Periculum nauigationis in se suscipiens, fortunæ periculum, non culpa debitoris in se recepisse censetur.*
2 *Periculum nauigationis in se suscipiens, tenetur de dolo, nisi alterius partis culpâ contingat.*
3 *Per Renuntiationem generalem omnium exceptionum non præsumi renuntiatum exceptioni, quæ habet ortum ex facto aduersarij.*
4 *Casum fortuitum suscipiens non tenetur de eo, qui culpa stipulatoris siue promissoris euenit.*
5 *Conductor suscipiens casum fortuitum, non includit illum qui euenit culpa locatoris.*
6 *Conductor si renuntiauerit casibus fortuitis; talis renunciatio non includeret casus fortuitos prouenientes ex proprio facto ipsius locatoris. quamuis casus iusti fuerint, & à culpa remoti, n.* 7.
8 *Casus fortuitus si euenit ob factum Regis, & bellum ab eo motum, nulla conductori fit remissio.*
9 *Prædium si culpa possessoris est effectum deterius, detrimentum est possessoris.*
10 *Iter vbi tenditur per insolita itinera, fraus præsumitur.*
11 *Impositio sola sufficit, nec requiritur exportatio.*
12 *Merces prohibitæ, & aliqua alia non prohibita si portentur extra territorium, omnes confiscatæ remanent. intellige vt n.* 13.

L. Cùm proponas. III.

Iidem AA. *Iuniæ.*

SVscipiens in se periculum nauigationis, fortunæ 1
periculum, non culpæ debitoris in se recepisse censetur. Vel, periculum nauigationis in se suscipiens, tenetur de dolo, nisi ex culpa alterius partis 2
contingat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Allegari vulgò solet hic text. ad hoc quòd per re- 3
nuntiationem generalem omnium exceptionum non præsumitur renũtiatum exceptioni, quæ habet ortum ex facto aduersarij, vt per Hippol. *sin.* 96. Roland. à Valle *cons.* 95. *num.* 38. *vol.* 1. Decian. *resp.* 19. *num.* 53. *vol.* 3. Mascard. *de prob. concl.* 2264. aliàs 1270. *n.* 34. D. Barbos. *in l. si ab hostibus §. fin. n.* 5. *ff. soluto matr.* Hinc etiam notatur hic text. ad hoc 4
quòd suscipiẽs casum fortuitum, non tenetur de eo, qui culpa stipulatoris, siue promissoris euenit, vt per Roman. *sing.* 441. Rip. *de peste tit. de priuileg. contractuum causa pestis pag.* 5. *à num.* 87. Surd. *dec.* 3. *n.* 27. *& dec.* 326. *num.* 56 vbi quòd conductor suscipiens 5
casum fortuitum, non includit illum, qui culpa locatoris euenit. Et demum quòd si esset renuntiatum 6
casibus fortuitis à conductore, talis renunciatio non includeret casus fortuitos prouenientes ex facto proprio ipsius locatoris, vt per hunc text. resoluunt Anchar. *cons.* 414 *Viso instrumento venditionis*, *n.* 14. Crauet. *cons.* 95. *num.* 8. Alex. *cons.* 84. *n.* 3. *lib.* 6. Corne. *cons.* 12. *ex n.* 9. *lib.* 4. Alciat. *respons.* 689. *n.* 4. Paris. *cons.* 40. *num.* 6. *lib.* 1. Grammat. *cons.* 9. *n.* 1. inter consilia ciuilia, Paul. de Monte Pico *cons.* 76. *n.* 18. Natta *cons.* 360. *num.* 1. *lib.* 2. Roland. *cons.* 69. *n.* 14. *lib.* 4. Renat. Chop. *lib.* 3. *de domanio Franciæ tit.* 13. *n.* 10. Gozadin. *cons.* 27. *n.* 20. Socin. sen. *cons.* 156. *in fine l.* 2. Ruin. *cons.* 23. *n.* 5. *& cons.* 63. *num.* 5, *& cons.* 85. *num.* 4. *& cons.* 147. *per tot. lib.* 1. *& cons.* 59. *num.* 15. *l.* 4. Neuizan. *cons.* 91. *n.* 9. Rip. *in tract. de peste tit. de priuileg. contractuum n.* 88. *cum seqq.* Ioan. Bolognet. *cons.* 30. *n.* 33. Menoch. *cons.* 27. *num.* 32. *cum seqq. & cons.* 55. *à n.* 13. *& cons.* 119. *num.* 2. *& cons.* 671. *n.* 23. Caroc. *de locato par.* 4. *de casibus quæst.* 5. *in princ.* Surd. *cons.* 12. *num.* 63. Morl. *in emporio iuris ciuilis par.* 1. *tit.* 10. *in prælud. num.* 23. *vers. quæ conclusio*, eleganter Castill. *controuers. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 56. vbi *num.* 57. intelligit cum aliis id procede- 7
re etiam quando facto locatoris casus proueniat, quamuis casus iustus fuerit, & a culpa remotus, vt putà si locator iustè bellum mouet, vel ei mouetur iniustè, cuius belli, vel alterius casus de se iusti occasione conductor damnum patitur, & *à num.* 59. agit de intellectu, *l. Hisp.* 1. *tit.* 9. *lib.* 9. *nouæ Recop.* in qua expressè statuitur quòd quamuis casus fortuitus 8
eueniat ob factum Regis, & bellum ab eo motum,

O 4 nulla

nulla conductori ſit remiſſio; quòd ſanè obuiat communi Doctorum reſolutioni, quæ habet conductori vectigalium faciendam eſſe remiſſionem quãdo impeditur facto Principis locantis ea exigere, vel ex impoſitione nouæ vectigalis illi damnum fuit illatum, vt tenent Alex. *conſ.* 84. *lib.* 6. Ioan. de Anania *conſ.* 47. *num.* 2. Crauet. *conſ.* 95. *num.* 8. Berot. *conſ.* 144. *num.* 12. *lib.* 1. Hippol. Riminald. *conſ.* 282. *num.* 16. *lib.* 3. Bertachin. *de gabell. part.* 2. *quæſt. de gabell. n.* 41. Renat. Choppin. *d. tit.* 13. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 55. *à num.* 1. *& conſ.* 671. *n.* 1. Surd. *conſ.* 24. *à princip. & deciſ.* 326. *num.* 18. Marc. Anton. Eugen. *conſ.* 50. *n.* 58. *lib.* 1. Alex. Raudenſ. *lib.* 1. *var. c.* 29. *n.* 44. *verſ. confirmabam.*

9 Hinc etiam notatur text. iſte ad hoc quòd ſi culpa & negligentia poſſeſſoris prædium eſt effectum deterius, detrimentum eſt poſſeſſoris, vt per Rip. *vbi ſuprà num.* 81. Menoch. *conſ.* 26. *num.* 21. *& conſ.* 34. *num.* 4.

10 Et notatur ad hoc quòd præſumitur fraus quando quis tendit iter per inſolita itinera, vt per Maſcard. *de probat. concl.* 815. *n.* 28.

11 *Nec loco quidem*, &c.] Ergo ſola impoſitio ſufficit, nec requiritur exportatio, vt per Boër. *deciſ.* 178. *n.* 9. *cum ſeq.*

12 *Illicitis comparatis*, &c.] Notatur ad hoc quòd portans extra territorium aliquas merces prohibitas, & aliquas alias non prohibitas, omnes publicatæ & confiſcatæ remanerent, taliter quòd ratione
13 illicitorum publicentur etiam licita, vt per Boër. *deciſ.* 1 8. *num.* 24. *& deciſ.* 300. *n.* 5. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 17. *de legib. n.* 268. *verſ. ampliatur etiam quartò*, *pag.* 237. vbi *in verſ. ſeq.* cum Guid. Pap. *deciſ.* 572. *poſt princip.* id intelligit procedere quando quis exportaret ſcienter, & doloſè, quia tunc perderet omnes merces tam prohibitas, quàm non prohibitas, ſecus ſi ceſſante dolo ipſo & fraude, quia tunc amitteret profectò prohibitas tantùm.

Sed ex præcipiti auaritia, &c.] Et ſi ignoranti per factum aduerſarij ſuccurritur, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *gloſſ.* 4. *n.* 30. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor generis liberatur per interitum ſi creditor periculum in ſe ſuſcipit.*
2 *Pecuniæ traiectitiæ periculum ad debitorem pertinet, niſi aliter ſit conuentum.*
3 *Pecunia depoſita, ſeu mutuò data, cuius periculo pereat, remiſſiuè.*

L. Traiectitiæ. IV. & vlt.

Iidem AA. *Encharisto*.

1 DEbitor generis liberatur per interitum ſi cre-
2 ditor periculum in ſe ſuſcipit. Item periculum pecuniæ traiectitiæ pertinet ad debitorem, niſi aliud ſit actum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

3 Pecunia depoſita apud aliquem, ſeu mutuò data, cuius periculo pereat, latè dixi *in votis deciſiuis Canonicis tom.* 1. *voto* 13. *à n.* 8. *vſque ad fin.*

Depoſiti, vel contra.

Tit. XXXIV.

DEpositum eſt contractus, quo res grauis conſtituenda, ac repoſcenti reſtituenda traditur. Scripſerunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſembec. De materia tit. vide *l. Hiſp.* 1. *cum ſeqq. tit.* 3. *part.* 5. Vincent. Caroc. *in ſpeciali tract. de depoſito*, Briſſon. *lib.* 4. *de verbor. ſignificat. verbo depoſitum*, Conan. *comment. iuris ciuilis lib.* 7. *cap.* 4. Tiraq. *de retractu conuent.* §. 4. *gloſſ.* 6. *n.* 15. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 7. Rebuff. *in tract. de except. num.* 769. *cum multis ſeqq.* Kirchou. Donat. à Fin. Suar. & alios *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 23. Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris part.* 3. *lib.* 43. *cap.* 3. Soar. de Paz. *in pract. tom.* 3. *cap.* 6. §. 6. Azeued. *ad rub. tit.* 11. *lib.* 4. *nouæ Recop.* Mozz. *de contract. lib. tit. de depoſito*, Fachinæ. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 92. D. Barboſ. *in l. mora*, *n.* 82. *cum ſeqq. ff. ſoluto matrimon.* Pradil. *in ſumm. legum pœnal. part.* 2. *caſu* 37. Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 522. *cum ſeqq.* Leonard. Leſſi. *in ſimili tract. lib.* 2. *cap.* 27. *dub.* 1. *cum ſeqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuention. lib.* 10. *tit.* 1. *cum ſeqq.* Ioan. Martin. Acoſta *in addit. ad tract. de forma libellorum annot.* 12. Rebell. *de obligation. iuſtit. part.* 2. *lib.* 16. *quæſt. vnica*, Amat. Roderic. *de priuileg. creditor. part.* 1. *art.* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 25. *cap.* 45. *n.* 456. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *de depoſito.* Bonacin. *de contract. lib. diſp.* 3. *quæſ.* 14. Caſtill. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 16. *per tot.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *tit.* 364. Henric. Bocer. *in diſput. de vniuerſo iure part.* 1. *claſſi* 2. *diſput.* 10. *de depoſito.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de depoſito pag.* 347. *cum ſeqq.* Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæſt.* 11. Cancer. *var. reſol. part.* 3. *cap.* 8. *de depoſito.*

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius de dolo, latáque culpa, non de cauſa tenetur.*
2 *Depoſiti periculum caſu, non dolo, vel culpa depoſitarij contingens, pertinet ad debitorem.*
3 *Caſus fortuitus quis, remiſſiuè.*
4 *Depoſitarius non tenetur ſi caſu fortuito pereat depoſitum, onus verò probandi rei amiſſionem ipſi depoſitario, ſeu alienam rem detinenti, incumbit, num.* 5. *maximè ſi allegauerit caſu fortuito rem deperditam, n.* 6. *nec creditur aſſertioni ipſius iuratæ, dicentis rem amiſiſſe, num.* 7. *niſi officio iudicis petatur rem exhiberi, n.* 8. *ſi verò non probetur rem perueniſſe ad depoſitarium, creditur illius aſſertioni iuratæ, num.* 9. *niſi eſſemus in caſu, quo ius in præſumit rem eſſe penes depoſitarium. num.* 10. *præſumi ſi probatum fuerit apud ipſum ſemel rem fuiſſe, num.* 11. *probato caſu fortuito amiſſionis, ſi probetur rem quæ prætenditur, amiſſam fuiſſe de recenti ante caſum in loco, vbi caſus euenit, tunc aſſertioni depoſitarij creditur de amiſſione ipſius cum aliis, n.* 12.
13 *Depoſitarius ſi recipiat in ſe periculum caſuum fortuitorum, tunc tenetur de caſu fortuito. tenetur ſi eius dolo, vel lata culpa res perierit, n.* 14.
15 *Culpa lata quæ.*

16 *De*

16 *Depositarium præsumi in dolo, si rebus suis saluis existentibus, depositas ait perdidisse. intellige tamen vt num.17.*

18 *Depositarium non teneri de culpa leui: nisi actam sit inter partes vt de leui teneatur, n.19. vel nisi depositarius deposito se obtulisset, num.20. vel mercedem recepisset pro custodia, num. 21. non teneretur de culpa leui, si salarium esset modicum, n.22. nec de leuissima num.23.*

24 *Nautam, cauponem, stabularium teneri de leuissima quando aliquid recipiunt.*

25 *Depositarius de leuissima teneatur quando depositum sit tantùm gratia accipientis.*

26 *Latrocinium, seu rapina per vim commissa reputatur casus fortuitus, & is qui rem sic furatam detinebat, non teneatur ad aliquid illius domino.*

L. Si incursu. I.

Imp. ALEXANDER A. *Mesteno:*

1 DEpositarius de dolo, latáque culpa, non de ca-
2 su tenetur. Periculum depositi contingens casu, non dolo vel culpa depositarij, ad deponentem pertinet. Colligunt ex Ordin Cyn Butrig. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr Sichard Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 27. *verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concordant.*

Vel alio fortuito casu, &c.] Quis dicatur casus
3 fortuitus, vide posita *in collect. ad l.* 1. *sup. C. commodati.*

Notatur ad hoc quòd depositarius non tenetur
4 si casu fortuito pereat depositum, vt per Anton. Gabr. *commun. tit. de rebus credit. concl.* 2. *num.* 4. *cum seq.* Moz *de contract. lib. tit. de deposito cap. de naturalibus depositi num.* 3. Caroc. *in tract. de deposito par.* 1. *tit. de casu, & ti. de depositi restit.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de deposito resol.* 2. *n.* 3. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuens, l.* 10. *tit.* 9. *num.* 7. Pichard. *in* §. *præterea num.* 8. & 34. *Instit. quibus modis re contr. oblig.* Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 527. *n.* 1. Mari Antonin. *var. resolut. l.* 2. *resol.* 13. *num.* 1. Azor. *instit. moral. part.* 3. *l.* 7. *de proposito, cap.* 7. *vers. quarto*, Rebell. *de obligation. iustit. lib.* 16. *de deposito quæst. vnic. num.* 55. & sic Regia lege cautum est *in l.* 4. *tit.* 3. *part.* 5.

5 Sed onus probandi rei amissionem incumbit ipsi depositario, seu alienam rem detinenti, vt resoluunt Mascard. *de probat. concl.* 829. *num.* 1. & 9. Felici. *de societ. cap.* 24. *num.* 6. 18. & 26. Surd. *cons.* 109. *num.* 9. Mari. Antonin *d. lib.* 2. *resol.* 41. *num.* 19. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 162. *num.* 49.
6 maximè si allegauerit casu fortuito rem deperditã, quia tenetur plene probare casum, Honded. *consil.* 39. *num.* 62. *lib.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 87. *num.* 1. & *concl.* 27. *num.* 2. Menoch. *lib.* 6. *præs.* 61. *num.* 30. Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 37. *num.* 2.
7 Mari. Antonin. *d. resol.* 41. *num.* 20. Felici. *d. cap.* 25. *num.* 6. itavt non credatur assertioni etiam iuratæ ipsius, dicentis rem amisisse, ex Mascard. *d. concl.* 87. *num.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 61. *num.* 9. Seraphin. *de priuileg. iuram priuil.* 37. *num.* 3.
8 Mari. Antonin. *d. resol.* 41. *num.* 20. Farin. *fragm. crimin. par.* 1. *lit. A. num.* 210. Gratian. *d. cap.* 162. *num.* 24. Felici. *d. cap.* 15. *num.* 6. vbi limitat quando officio iudicis rem exhiberi petitur, tũc enim debet iudex considerare personæ iurantis qualitatem, & secundùm illam iuratæ assertioni fidem præstare. Mancin. *de iuram. part.* 4. *effecta.* 120. *num.* 5. Felici. *d. cap.* 25. *num.* 13. Stephan. Gratian. *d. cap.* 162. *n.* 24. Farin. *d. lit. A. num.* 209. Si verò non fuerit pobatum 9
rẽ peruenisse ad manus depositarij, licèt iure actionis in ipsum agatur; nihilominus tamen creditur illius assertioni iuratæ dicentis rem ad se non peruenisse, nec eam habere, Mascard. *d. concl.* 87. *num.* 6. & 7. Menoch. *d. lib.* 6. *præs.* 61. *num.* 4. Mari. Antonin. *d. resol.* 41. *num.* 19. Felici *d. cap.* 25. *num.* 18. nisi 10
essemus in casu, quo Ius præsumit rem esse penes depositarium, quia tunc ipse depositi amissionem tenetur probare, nec eius assertioni iuratæ creditur, Menoch *d. l.* 6. *præs.* 61. *n.* 13. & *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 77. Felici. *d. cap.* 25. *num.* 20 & 21 vbi *num.* 22. subdit præsumi si probatum fuerit apud ipsum se- 11
mel rem fuisse, ex illa vulgari regula, *Qui semel habuit, semper præsumitur habere.*

Quando probato casu fortuito amissionis probe- 12
tur rem, quæ prætenditur amissa, fuisse de recenti ante casum in loco, vbi casus euenit, tunc assertioni depositarij creditur de amissione ipsius cum aliis, per ea quæ tradunt Menoch *d. l.* 6. *præs.* 61. *num.* 26. Mascard. *concl.* 819. *n.* 5. Felici. *d. cap.* 25. *n.* 34. & 35. vbi ait quòd probato casu, erit etiam probatũ rem fuisse in loco casus si ibidẽ erant de recenti, & ante casum, & quòd testes domestici & familiares sũt idonei testes ad probandum quòd res erat in loco, vbi casus euenit.

Quæ omnia limitanda veniunt si depositarius re- 13
cipiat in se periculum casuum fortuitorum, tunc enim teneretur de casu fortuito, vt per Mozz. *d. tract. de deposito t. de naturalib. depositi num.* 10. Caroc. *de deposito tit. de culpa depositi a num* 4. Pichard. *in* §. *præterea n.* 8. & 34. *Instit. quibus modis re contrah. obligat.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. deposito resol.* 2. *num.* 13. Molin. *d. disp.* 525. *n.* 1. Cardin. Mantic *d. lib.* 10. *tit.* 9. *n.* 10. Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 7. *de deposito cap.* 7. *quæs.* 4. Rebell. *d. lib.* 16. *de deposito quæst. vnic. num.* 16.

Qui dolum solum, & latam culpam, &c.] Nota- 14
tur ad hoc quòd depositarius tenetur si eius dolo, vel lata culpa res perierit, vt per *l. Hispan.* 3. *tit.* 3. *par.* 5. vbi Gregor. Lop. *gloss.* 7. Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 7. *num.* 2. Ludou. Lop. *in instruct. conscient. cap.* 197. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 23. *cap.* 3. *num.* 17. Caroc. *in tract. de deposito part.* 1. *tit. de culpa depositarij num.* 1. & 3. Moz. *d. tract. de deposito tit. de naturalibus depositi num.* 6. Pichard. *in dict.* §. *præterea num.* 2. *instit. quibus modis re contrah. oblig.* Cardin. Mantic. *d lib.* 10 *tit.* 9. *num.* 2. & 8. Alexand. Trentacinq. *d. tit. de deposito resol.* 2. *num.* 1. Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. Farin. *in praxi crimin. tit. de furtis quæst.* 169. *num.* 14. *cum seqq.* Molin. *d. disp.* 525. *num.* 1. Lessi. *de iustit. l.* 2. *cap.* 27. *dub.* 3. *n.* 3. Rebell. *d. lib.* 16. *quæst. vnic. de deposito num.* 4. Azor. *d. p.* 3. *lib.* 7. *de deposito.*

Nota culpam latam esse deuiationem ab ea dili- 15
gentia, quam communiter habent homines, qui sunt eiusdem professionis, & conditionis, vt per *d. l. Hisp.* 3. *tit.* 3. *par.* 5. & *l.* 11. *tit.* 33. *part.* 7. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 22. *cap.* 11. *num.* 4. Rebuff. *ad l. lata culpa* 223. *col.* 1. *ff. de verb. signif.* Parlad. *differ.* 172. *num.* 9. Pichard. *in* §. *item is cui num.* 63. & 64. *Instit. quibus modis re contr. oblig.* Farin. *in praxi crimin. tit. de pœnis temper. quæst.* 88. *num.* 67. D. Barbos. *in l. si mora* 10. *num.* 3. *ff. soluto matrim.* quicquid dicat D Gregor. Lop. Madera *in suis animaduersionibus iuris cap.* 17. *num.* 10. Et sic in hoc sensu culpa à dolo separatur, ex adductis per Rebuff. *in d. l. lata culpa col.* 2. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *à num.* 1. *vsque ad n.* 7. D Barbos. *in d. l. si mora n.* 8. Farin. *d. q.* 88. *n.* 87.

16 Depositarius autem præsumitur in dolo, si rebus suis saluis existentibus, depositas dicit se perdidisse, vt per Alciat. *in d.l. lata culpa n.* 3. Paris. *cons.* 131. *n.* 4. *vol.* 4. Hippol. Rimin. *cons.* 273. *num.* 75. *l.* 3. Alex. de Neuo *cons.* 84. *n.* 9. Caroc. *d. tract. de deposito par.* 1. *tit. de casu n.* 99. Cardin. Mantic. *d. l.* 10. *tit.* 9. *n.* 40. Mascard. *concl.* 508. *num.* 1. *&* 4. Farin. *in praxi crim. tit. de furtis quæst.* 169. *n.* 37. Cardos. *in praxi iudicum verbo commodatum*, *n.* 18. sed quòd magis culpæ, quàm dolo id attribuatur,
17 tenet D. Barbos. *in d.l. si mora n.* 16. quod intelligo verum, quando non constiterit potuisse saluare & suas, & res alienas; ad not. per Caroc. *d. tract. par.* 1. *quæst.* 2. *num.* 6. *&* 7. nam vbi earum rerum vnam tantùm saluare posset, & res depositæ erant æquè pretiosæ, vel saltem æquales cum suis, non tenetur depositarius si prætulit suas, prius enim debet quis sibi subuenire, quàm aliis ex Mascard. *concl.* 509. *n.* 4. Cardin. Mantic. *d. tit* 9. *num.* 41. *&* 42. Cardos. *d. verbo commodatum, num.* 18. D. Barbos. *in d.l. si mora num.* 28. Caroc. *d. par.* 1. *quæst.* 2. vbi *num.* 2. inquit quòd aut quis tenetur de dolo, & potest res suas viliores præponere, aut de leui culpa, & tunc æquales, aut de leuissima, & tunc solùm pretiosiores, nam præferre debet quis rem commodatam pretiosiorem suæ propriæ.
18 Vnde depositarium de culpa leui non teneri, re-
19 soluit Greg. Lop. *l.* 3. *gloss.* 9. *tit.* 3. *par.* 5. nisi inter partes actum sit vt de leuiori culpa teneatur, Petr. Greg. *d. lib.* 23. *cap.* 3. *n.* 16. Caroc. *d. p.* 1. *tit. de culpa depositar. n.* 40. Cardin. Mantic. *d. lib.* 10. *tit.* 9. *n.* 9. Greg. Lop. *d. l.* 3. *gloss.* 10. *tit.* 3. *par.* 5. Cardos. *in praxi iudicum, verbo depositum num.* 7. Pichard. *in d. §. præterea num.* 8. *&* 34. Alex. Trentacinq. *d. tit. de deposito resol.* 2. *n.* 13. Azor. *d. lib.* 7. *de deposito c.* 7. *q.* 2.
20 Vel nisi depositarius deposito se obtulisset, quia tūc de leui culpa teneretur, secundùm Soar. *recept. sentent. lit. D, n.* 58. Nauar. *in man. cap.* 17. *num.* 181 Greg. Lop. *d. l.* 3. *gloss.* 11. *tit.* 3. *par.* 5. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 18. *sub num.* 16. Villalob. *in ærar. commun. opin. lit. D*, *num.* 63. Moz. *d. tract. de deposito tit. de diuisione deposit. num.* 3. Caroc. *d. p.* 1. *tit. de culpa depositarij num.* 11. Cardos. *in praxi iudicum, verbo depositum, num.* 6. Alexand. Trentacinq. *d. resol.* 2. *num.* 8. Pichard. *in d. §. præterea num.* 31. Cardin. Mantic. *d. lib.* 10. *tit.* 9. *num.* 19. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 527. *num.* 7. *vers. quando quis se obtulit*, vbi ait quòd tenetur quis de culpa etiam leuissima quando se obtulit in depositarium diligentissimum, Farin. *d. tit. de furtis q.* 169. *num.* 18. Rebell. *d. lib.* 16. *de contractu depositi q. vnica num.* 14. Azori. *d. lib.* 7. *de deposito cap.* 7. *vers. tertiò*
21 *quando*. Vel denique si pro custodia mercedem recepisset, quia tūc de leui culpa teneretur, Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 11. *num.* 39. Gutier. *practic. lib.* 4. *q.* 47. *num.* 7. Caroc. *vbi sup. num.* 19. Pichard *in d. §. præterea n.* 32. Cardin Mantic. *d. lib.* 10.
22 *tit.* 9. *n.* 12. *&* 13. vbi limitat quando salarium esset modicum, quia tunc de leui culpa non teneretur, cùm eo non obstante depositum gratia deponentis factum esse dicatur, Alex. Trentacinq. *d. tit. de depo-*
23 *sito resol.* 2. *num.* 11. vbi quòd in hoc casu non tenetur de leuissima culpa; & restringit de leuissima te-
24 neri nautam, cauponem, & stabularium, quando aliquid recipiunt, Amat. Roderic. *de priuileg. creditor. p.* 1. *art.* 6. *n.* 8. Rebell. *d. lib.* 16. *de contractu depositi, cap. vnic. num.* 12. Azor. *d. l.* 7. *de deposito cap.* 7. *vers. secundo*, Far. *d. q.* 169. *n.* 24. *cum seqq.* Alex. Raudens. *Pisan. dec.* 6. *n.* 27. 28. 41. *&* 57. *r.* 1.
25 Sed quando depositū fit tantùm gratia accipientis, depositarius tenetur de leuissima culpa, Eman. Soar. *commun. opin. lit. D*, *num.* 57. Viui. etiam *commun. opin. verbo depositum num.* 1. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 7. *in fine*, Mozz. *d. tract. de deposito, tit. de diuis. depositi num.* 3. Nau. *in man. cap.* 4. *num.* 3. Caroc. *d. tract. de deposito tit. de culpa depositarij*, *num.* 17. *& tit. si depositarius aliam rem, quam accepit, restituat. n.* 5. *&* 6. Pichard. *in d.* 8. *præterea n.* 33. Rebell. *d. l.* 16. *de contractu depositi q. vnic. n.* 13.

Quòd si prætextu latrocinij commissi, &c. Nota quòd 26 latrocinium, seu rapina per vim commissa reputatur casus fortuitus, & is, qui rem sic furatam detinebat, non tenetur ad aliquid illius domino, vt resoluit Farinac. *d. tit. de furtis quæst.* 169. *num.* 22. Aliàs enim furtum semper censetur fuisse commissum ob culpam saltim leuissimam, vt per Grammat. *cons.* 110. *num.* 15. *lib.* 2. Petr. de Vbald. *de duob. fratrib. par.* 8. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. casu* 390. *& de præsump. lib.* 5. *præs.* 3. *num.* 128. *& lib.* 6. *præs.* 61. *num.* 50. Masc. *de prob. concl.* 467. *&* 829. Felici. *de soc. c.* 21. *n.* 45. Farin. *d. q.* 169. *n.* 33.

SVMARIVM.

1 *in Deposito, sicut ex alio bonæ fidei contractu debentur vsuræ.*
2 *Interpellatiō in mora debitori constituendō sufficiens est.*
3 *Interpellatio iudicialis in quibus casibus sit necessaria remissiuè.*
4 *Interpellatio iudicialis per litis contestationem necessaria est in casibus stricti iuris. intellige, vt n.* 5.
6 *an sufficiat non Interpellatio, vel plures requirantur extraiudiciales ad constituendum debitorem in mora, remissiuè.*
7 *Depositum statim reddendum, quamuis datum sit ad tempus. Quid si iudicis auctoritate fuerit factum depositum, remissiuè, n.* 8.

L. Vsuræ. II.

Imp. GORDIAN. A. *Celso.*

IN contractu depositi vsuræ sicut ex alio bonæ 1 fidei contractu debentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Ex mora, &c.] Per interpellationem scilicet ex- 2 traiudicialem, quæ sufficiens est ad constituendum debitorem in mora, taliter quòd veniant vsuræ, siue interesse quanti plurimi, ita Gregor. Lop. *l.* 8. *gloss.* 4. *tit.* 1. *par.* 5. *& l.* 18. *gloss.* 4. *tit.* 11. *ead. par.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub.* 4. *§.* 2. *ver. sera suffisamment interpellat. num.* 7. vbi sex enumerat casus, in quibus 3 iudicialis interpellatio est necessaria, Ioan. Garcian. *reg.* 118. Menoch. *de arbitr. casu* 220. *num.* 28. Mascard. *de prob. concl.* 934. *num.* 35. *& concl.* 1071. *n.* 10. Hect. Felici. *de societate cap.* 24. *n.* 8. *&* 9. Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 56. *n.* 7. Gasp. Roderic. *de annuis reddit. l.* 3. *quæst.* 5. *n.* 31. D. Barbos. *in l. mora* 10. *par.* 2. *n.* 10. *ff. soluto matr.* Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 4 Vincent. Caroc. *in tract. de deposito par.* 1. *tit. de culpa depositarij n.* 43. *fol. mihi* 92. Collantes *in pragm. agricolar. l.* 3. *cap.* 4. *n.* 10. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §.* 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *n.* 106. *cum seqq.* Castill. *controuers. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 59. vbi *n.* 65. *in fine*, attestatur durum esse contra hanc communem obtinere: quicquid contrarium; immo interpellationem 4 iudicialem per litis contestationem necessariam esse

eſſe in contractibus ſtricti iuris, exiſtimauerint Andr. Fachin. *controu. lib. 2. cap. 64.* & Morl. *in emporio iuris p. 1. tit. 8. de rebus credit. in præmiſ. num. 71.*

5 Intellige procedere quando intereſſe, quod petitur, debetur iure actionis, vel obligationis, non verò ſi officio iudicis debeatur, quia tunc litis conteſtatio eſt neceſſaria ad conſtituendum debitorem in mora, ſecundùm Greg. Lop. *l. 18. gloſ. 4. tit. 11. par. 5.* Marc. Anton. Bauer. *in tract. de mora part. 1. n. 19.* Maſcard. *concl. 934. num. 39. & concl. 1071. num. 15.* Mareſcot. *d. cap. 124. num. 5.* vbi *n. 6.* de officio iudicis nobili, & non mercenario intelligit, Sigiſm. Scacc. *d. ampl.*
6 *8. num. 198. & 109.* An autem vna ſufficiat, vel plures interpellationes extraiudiciales requirantur ad conſtituendum debitorem in mora? vide Tiraq. *de retractu lig. §. 9. gloſſ. 3. num. 23.* Ioan. Garcian. *d. reg. 118. num. 2.* Caſſan. *vbi ſup. n. 12.* Cacheran. *deciſ. 21. in princ.* Menoch. *de arbitr. caſu 220. à num. 29.* D. Barboſ. *in d. l. ſi mora par. 2. n. 9. & 10.* Mareſcot. *d. lib. 2. cap. 124. num. 3.* Vincent. Caroc. *in tract. de oblat. par. 2. quæſt. 6. num. 1. cum ſeqq.* Pichard. *in diſput. de mora num. 46. & 52.* Caſtill. *d. lib. 1. cap. 1. num. 61.* Nicol. Genoa *in tract. de verbor. enunciat. lib. 2. q. 29.*

7 Nota quòd depoſitum debet ſtatim reddi, quamuis ad tempus datum ſit, cùm enim fauore deponentis ſit factum, ad eius libitum reuocari poteſt, vt per Tiraq. *de retractu conuent. §. 4. gloſ. 9. num. 5.* Petr. Greg. *ſyntag. iuris lib. 23. c. 4. à num. 4.* Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. quæſt. 11. num. 27.* Caroc. *de depoſito par. 1. quæſt. 3. num. 32. & tit. de caſu num. 52.* Mozz. *d. tract. de depoſito tit. de accidentalibus depoſiti num. 4.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 200. num. 10.* Morl. *in emporio iuris ciuilis, par. 1. tit. 8. in prælud. num. 16.* Ioſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ. 192. num. 1. lib. 1.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.*
8 *conuent. lib. 10. tit. 4. num. 6.* Et quid ſi iudicis auctoritate depoſitum factum fuerit, vide infrà.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius furtum committit re vtendo depoſita, & ſi non furti, ſed depoſiti actione conueniatur, gratulabitur actori, & num. 2. furtum committit non ſolùm ſi re vtatur depoſita, ſed etiam ſi illam alienauerit, num. 3. etiamſi pecunia deponatur conſignata in ſacculo, n. 4.*

5 *Depoſitarius licèt re aliena vtendo committat furtum, eſt tamen furtum non inhoneſtum, vt in eo iudex ita rigidè procedat, prout in aliis, & proptereà mitiùs puniendum eſt.*

L. Si depoſiti. III.

Idem A. *Auſtero.*

1 DEpoſitarius re depoſita vtendo committit furtum, & ſi non furti, ſed depoſiti actione conueniatur, gratulabitur actori. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad *l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Ordin. Reg. Luſit. *lib. 5. tit. 60. §. 8.* Syluest. *in ſum. verbo depoſitum num. 10.* Conan. *commentar. iuris ciuilis lib. 7. cap. 4. num. 8.* Cott. *in memorab. verbo furtum,* Iodoc. *in pract. crimin. cap. 110. tit. de furtis n. 14.* Cou. *var. lib. 3. cap. 15. num. 8.* Nau. *in man. cap. 17. num. 181.* Deci. *in l. certi condictio §. vlt. num. 3. ff. ſi certum pet.* Petr. Greg. *ſyntagm iuris lib. 27. cap. 1. num. 8. verſ. qui igitur re aliena,* Vincent. Caroc. *in tract. de depoſito par. 1. tit. vſus à princip. & tit. Actio tertia contra depoſitarium furti, & cauſa 2. tit. ſi vnus num. 6. fol. 56.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. 21. n. 51.* Gutier. *pract. lib. 4. quæſt. 47. num. 26.* Rebuff. *in tract. de excep. n. 801.* Pichard. *in §. præterea n. 14. Inſtit. quibus modis re contrah. oblig.* Cardoſ. *in praxi iud. cum, verbo furtum n. 14. & verbo depoſitum n. 11.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 524. n. 1.* Farin. *in praxi crimin. tit. de furtis quæſt. 169. n. 3.* Cancer. *var. reſolut. par. 3. c. 8. de depoſito n. 38.*

3 Amplia primò depoſitarium furtum committere non ſolùm ſi re depoſita vtatur, ſed etiam ſi illam alienauerit. *l. 1. §. ſi rem depoſitam vendidiſti, ff. depoſiti,* Mozz. *de contract. tract. de depoſito tit. de naturalibus depoſiti num. 16.* Caroc. *d. par. 1. tit. de in litem iurando num. 5.*

4 Amplia ſecundò, quando pecunia deponitur cõſignata in ſacculo, quia cùm non videatur dominium, ſeu poſſeſſio tranſlata in depoſitarium, imò tacitè cautum ne ea vtatur, ſed illam conſeruet eo modo, quo depoſita eſt, tunc ſi ea vtatur depoſitarius, furtum committeret, ſecus ſi dictæ pecuniæ fuiſſent traditæ numeratæ, Bonacoſ. *commun. crimin. in verbo furtum, poſt med. verſ. item ſi pecunia tradita fuit,* Capell. Tholoſ. *quæſt. 168.* Neguzant. *de pignor. in 3. memb. partis 5. num. 13.* Caroc. *d. tit. vſus num. 2.* D. Barboſ. *in l. ſi mora 10. num. 82. in fine & 83. ff. ſoluto matrim.* Farin. *d. quæſt. 169. num. 4.* vbi *num. 11.*

5 ſubdit quòd licet depoſitarius vtens re aliena committat furtum, tale tamen furtum non eſt inhoneſtum, vt in eo iudex debeat ſic rigidè procedere prout in aliis furtis, & proptereà tale furtum mitiùs puniri magiſtraliter docet.

SVMMARIVM.

1 *quod Petitur officio iudicis mercenario lite principali deciſa, aut finita, ampliùs peti non poteſt.*

2 *Res, quæ in pondere, numero, & menſura conſiſtunt, ſi ad numerum, pondus, ſeu menſuram deponantur, dominium in depoſitarium tranſit.*

3 *Creditor recipiendo ſortem præſumitur remittere vſuras & recipiens debitum principale, præſumitur remittere intereſſe.*

4 *Intereſſe debitum ſolo iudicis officio, non poteſt peti de per ſe.*

5 *Officium iudicis finiri per ſententiam.*

6 *Officio iudicis mercenario quæ debentur, non poſſunt peti per ſe.*

7 *Vſuras in contractibus bonæ fidei deberi officio iudicis mercenario.*

8 *Intereſſe lucri ceſſantis non poteſt peti in alio nouo & ſeparato iudicio poſt latam ſententiam ſuper ſorte principali, niſi intereſſe ſit promiſſum in contractu per ſtipulationem de intereſſe præſtando per officium iudicis quid, n. 13.*

9 *pro Expenſis factis in iudicio, ſolùm competit officium iudicis, & illo extincto ampliùs peti non poſſunt, & num. 14. intellige vt num. 15. ſi incuria iudicis, vel partis lata ſit ſententia ſuper re principali, nulla habita ratione fructuum, non poſſunt peti in alio iudicio, num. 10. ſecus eſt in dote, vel alio iudicio vniuerſali, num. 11. de acceſſoriis quid, num. 12.*

16 *Fructus an & quando veniant in condemnatione ſi non fuerint petiti.*

17 *recipiens Sortem non cenſetur remittere intereſſe debitum iure actionis.*

18 *Expenſæ omiſſæ in ſententia peti poſſunt in alio iudicio, ſi debeantur iure actionis.*

L. Si deposita. IV.

Idem A. Timocrati.

1 QVod petitur officio iudicis mercenario lite principali decisa, aut finita, ampliùs peti non potest. Colligunt ex Ord Doctores citati *ad l.1.n.i. sup. hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol. 27. verso.*

2 *Si deposita pecunia,* &c.] Notatur ad hoc quòd si res, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, ad numerum, pondus, seu mensuram deponantur, dominium in depositarium transit, vt per Anton. Gom. *var. tom.2. c.7. n.3.* Petr. Greg. *syntag. iuris l. 23. c. 3.* Mozz. *de contractib. tract. de deposito tit. de diuisione depositi n. 12.* Gasp. Roderic. *de annuis reddit. l. 3. quæst. 11. n. 19.* D. Barbos. *in l. si mora 10. num. 81. ff. soluto matrim.* Mari. Antonin. *var. resol. lib. 2. resol. 13. n. 4.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito par. 2. quæst. 47. n. 4.* Morl. *in emporio iuris ciuilis par. 1. tit. 8. de rebus cred. in proœm. num. 28.* Castill. *controu. lib. 3. c. 16. n. 33.* Amat. Roderic. *de priuileg. cred. par. 1. art. 6. num. 40.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 7. num. 9.* Azori. *inst. moral. par. 3. l. 7. de deposito vers. octauo;* nam ex numeratione in dubio præsumitur deponentem transferre voluisse dominium pecuniæ in depositarium, & tacitè exegisse vt tantundem in genere restitui sufficiat; ex contrariis autem coniecturis & præsumptionibus secus dicendum, hoc est, dominium in depositarium non transire, & esse reale depositum, vt in sequentibus casibus. Primò præsumitur pecuniam vt speciem depositam fuisse ex qualitate personarum, ex Anton. Gabr. *commun. tit. de rebus cred. concl. 2. per tot.* vbi concludit quòd quando deponitur pecunia apud mercatorem diuitem præsumitur verè & reale depositum, nec dominium censetur translatum in ipsum ex numeratione, quia non est verisimile pecuniam mutuò accepturum, & si casu pecunia pereat, perire periculo domini, D. Barbos. *in d. l. si mora num. 58. vers. vel etiam ex qualitate personæ,* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 9. n. 29. & 31.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de deposito resol. 2. n. 7. vers. hic tertius,* Cancer. *var. resol. tom. 3. c. 8. n. 55. & 56.* Farin. *in praxi crim. tit. de furtis quæst. 164. n. 43.* Stephan. Gratian. *discep. forens. tom. 1. c. 27. n. 3. & c. 174. num. 8.* ibi *illud procedit vbicunque numeratur pecunia personæ indigenti, non autem mercatori, vel aliàs diuiti, aut opulento.* Secus si pecuniæ in banchis deponantur, quia cùm bancharij ex consuetudine illis vtantur, incontinenti dominium in eos transit, vt resoluunt Peguer. *decis. 38. num. 7.* Cancer. *d. c. 8. n. 64.* Secundò, quando fuit actum expresè quòd depositarius pecuniam conseruaret, D. Barbos. *vbi supra.* Card. Mantic. *d. lib. 10. tit. 9. num. 23.* Tertiò, quando expresè conuenitur quòd eadem pecunia reddatur, Gasp. Roder. *d. lib. 3. cap. 11. n. 19.* Cardin. Mantic. *d. tit. 9. num. 23.* Castill. *d. cap. 16. n. 17.* Quartò, quando quis post numerationem tradiderit pecuniam signatam & clausam, quia hoc casu dominium in depositarium non transfertur, Neguzant. *de pignor. p. 2. memb. 3. 5. par. & in par. 31 eiusdem membri,* Vincent. Caroc. *de oblation. par. 1. quæst. 7. §. de consignatione,* Mozz. *d. tract. de deposito tit. de diuisione depositi n. 14.* Gutier. *practic. lib. 2. quæst. 160. n. 5.* D. Barbos. *in d. l. si mora, n. 47. & 81.* Hering. *de fideiussorib. c. 20. §. 1. n. 34.* Marescot. *var. l. 1. c. 50.*

3 *Vltrà non potes propter vsuras experiri,* &c.] Notatur ad hoc quòd creditor recipiendo sortem, præsumitur remittere vsuras, & recipiens debitum principale, præsumittur remittere interesse, vt per Menoch. *de præsump. lib. 3. pres. 113. n. 1. & 2.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 43. princ. & de is. 69. n. 2.* vbi quòd interesse debitum solo iudicis officio non potest peti de per se Boër. *dec. 18. n. 1.* vbi quòd per 4 sententiam finitur iudicis officium, Aluar. Valasc. 5 *consult. 8. n. 11. vers. ex eo,* vbi quòd ea quæ debentur officio iudicis mercenario, non possunt per se 6 peti, quia sublato principali officium iudicis cessat in accessoriis; & subdit vsuras in contractibus bonæ 7 fidei deberi officio iudicis mercenario, *& cons. 107. n. 13.* vbi quòd interesse lucri cessantis non potest peti in alio nouo & separato iudicio post latam 8 sententiam super sorte principali, nisi interesse sit promissum in contractu per stipulationem. Anton. Fab. *in suo Codice, lib. 7. tit. 18. de fructib. diffin. 67.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. lim. 21. num. 45.* Giurba *dec. 65. n. 17. cum seqq.* D. Barbos. *in l. eum qui temere 79. n. 132. ff. de iud.* vbi quòd pro expensis factis 9 in iudicio solùm competit officium iudicis, & illo extincto amplius peti non possunt. Vide eundem D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. par. 3. n 61.* vbi dicit 10 quòd si incuria iudicis, vel partis lata sit sententia super re principali, nulla habita ratione fructuum, non possunt in alio iudicio peti, quia cùm iudicium rei principalis iam sit sublatum, & finitum per sententiam, super accessoriis non potest ordinari iudicium de nouo, quæ sublato principali per se subsistere non possunt, & *n. 61. in princ.* ait regulam 11 huius l. non procedere in dote, vel alio iudicio vniuersali, & *in l. 1. par. 1. n. 48. ff. eod. tit.* tenet regulam 12 ex hoc text. desumptam quòd finita causa principali iudex non potest pronunciare super accessoriis, non procedere quando illa accessoria debentur tantùm officio iudicis, nam si debeantur iure actionis finita causa principali, adhuc accessoria diffiniri potest per eundem iudicem, Anton. Gam. *Lus. dec. 191. n. 1.* vbi quòd hæc lex intelligenda est etiam in interesse 13 præstando per officium iudicis, Anton. Gom. *var. tom. 1. c. 2. num. 47. vers. primò,* vbi quòd finita causa 14 principali iam non potest esse quæstio de expensis, Cou. *pract. c. 27. n. 5. in fine, vers. sed & vera,* vbi 15 dicit procedere decisionem huius text in expensis, quæ officio tantùm iudicis mercenario petuntur, cùm secus sit in illis quæ iure actioni debentur, vtpote quia poterit victor eas petere etiam lata sententia, quæ transierit in rem iudicatam. latè Castill. *controuers. lib. 5. cap. 135. num. 8. cum multis seqq.* vbi an 16 & quando fructus veniant in condemnatione si petiti non fuerint, vbi *num. 12.* tenet quòd recipiens 17 sortem non censetur remittere interesse debitum iure actionis & *num. 23.* quòd expensæ omissæ in 18 sententia peti possunt in alio iudicio si debeantur iure actionis, Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imp. lib. 1. concl. 61. consid. 3. n. 4.* Honded. *cons. 30. n. 12. & 13. lib. 1.* Morl. *in emporio iuris par. 1. tit. 10. in præmiss. n. 15. in fine,* Lingl. *dec. 3. q. 5. n. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Sequester tenetur restituere sequestrata ei, de quo actum fuit impleta conditione.*

2 *Debitor solutione facta liberatur, licèt instrumentum non receperit.*

3 *Sequester non tenetur alteri ex partibus litigantibus sequestratas res reddere, nisi lite finita.*

L. Propter

L. Propter instrumenta. V.

Impp. VALERIAN. *&* GALLIENVS. AA. *Claudiano.*

1 SEquester tenetur restituere sequestrum ei, de
2 quo actum fuit impleta conditione. Item debitor solutione facta liberatur, licèt instrumentum non receperit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

3 Nota sequestrem non teneri alteri ex partibus litigantibus sequestratas res reddere, nisi finita lite, vt per Tiraq. *de retract. conuent §. 4. gloss. 9. n. 1.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Gallia tract. de sequestr. art. 1. gloss. 1. num. 17.* Foller. *in praxi censual. verbo instrumentum gratia num. 54.* Felician. *de censib. tom. 2. lib. 4. cap. vnic. num. 4. vers. denique fallit.*

L. Is penes quem. VI.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIM. AA. *&* CC. *Alexandro.*

1 SEquester tenetur seruare legem à partibus sibi datam. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Vnde si duo deposuerint rem eo pacto quòd depositum non reddatur vni sine altero, pactum seruādum est, vt per Caroc. *in tr. de deposito, tit. alter ex deponentibus an in solidum agere possit, num. 1.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 7. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Depositum probari potest per instrumentum.*
2 *Depositarius tenetur deponenti, non illi, cui depositam credidit pecuniam.*
3 *Confessio facta etiam absente parte in instrumento probat. probat contra confitentem, n. 4. non probat si tendit in praeiudicium creditorum, vel in diminutionem legitima filiorum, etiam iurata, n. 5. non probat, si non est verisimilis, n. 6.*

L. Desiderium tuum. VII.

Iidem AA. *Attico.*

1 DEpositum per instrumentum probari potest.
2 Item depositarius tenetur deponenti, non illi, cui depositam pecuniam credidit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Per hunc text. tenet Hippol. *in rub. de probat. n. 101.* quem refert Gam. *Lusit. decis. 336. num. 6.* confessionem factam etiam absente parte, in instrumento probare, & subdit ideo dixisse Cremen. *sing. 104.* vt si quis tibi mutuaret centum, & in scriptis confiteretur illa met à Titio habuisse, etiamsi Titius sit absēs, habebit intentionem suam fundatam contra eum, qui asseruit pecuniam à Titio accepisse: hunc text. valde insignem ex Ias. dicit Mascard. *de probat. concl. 347. n. 35.* vbi ait in illo haberi quòd si factum fuisset instrumentū inter te & Fabium, in quo tu dixisses mutuasse eidem Fabio centum, quæ ego apud te deposueram, quòd ex tali instrumento & confessione me etiam absente probatur depositum inter te, &
4 me, & *num. 81.* in hoc text. sancitum asserit confessionem factam in instrumento etiam absente parte probare contra cōfitentem, & latiùs *concl. 360. ex n. 1.* vbi *n. 11.* subdit quòd confessio in instrumen-
5 to facta si tendit in præiudicium & damnum creditorum, vel in diminutione legitimæ filiorum, etiam
6 iurata non probat, nec valet, & *n. 11.* quòd confessio in instrumento facta si non est verisimilis non probat. Anton. Gabr. *commun. opin. lib. 1. tit. de confessione concl. 1. n. 69.* Surd *decis. 10. n. 7.* vbi quòd confessio facta in instrumento publico probat plenè aduersùs absentem, Cald. Pereira *quæst. forens. sen receptsentem lib. 2. q. 31. n. 14.* vbi quòd si in instrumento cum alio facto contineatur pecuniam esse alicuius tertij absentis, hæc scriptura perfectè probat in fauorem illius absentis.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi, vt personalis, competit contra depositarium, & eius haredes, non contra singularem eius debitorem.*
2 *Depositum si fiat earum rerum, qua in pondere, numero & mensura consistunt & dominium non sit translatum in depositarium, si extent, deponens indistinctè omnibus creditoribus praefertur.*

L. Si is qui depositam. VIII.

Iidem. AA. *Alexandro.*

ACtio depositi vt personalis competit contra 1
depositarium, & eius hæredem, non contra singularem eius rei debitorem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 3. sup. hoc tit.*

Nisi nummi extent, &c.] Notatur ad hoc quòd si 2
depositum fiat earum rerum, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, & dominium in depositarium non sit translatum, si extent, deponens indistinctè omnibus creditoribus præfertur, vt per Strach. *de decoctoribus p. vlt. n. 1.* Caroc. *in tr. de deposito p. 2. q. 47.* Matiens. *7. gloss. 5. n. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ Recop.* Card. Mantic. *de tacitu & ambig. comment. lib. 10. tit. 10. in fine*, Castill. *controuers. lib. 3. cap. 16. num. 77. cum seqq* Amat. Roderic. *de priuileg. credit. p. 1. art. 6. n. 46.* Filliuc. *in quæst. moral. lib. tract. 34. cap. 1. q. 11.* Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 14. puncto 3. n. 6.* nam propter frequentiam depositi contractus, & propter ipsius necessarium vsum fuit datum deponenti priuilegium prælationis, vt anterioribus creditoribus personalibus præferatur, Strach. *d. p. vlt. n. 2.* Ræuard. *e var. lib. 1. c. 15.* Mozz. *de contract. tract. de deposito tit. de naturalibus depositi n. 22.* Mat. *d. l. 7. glos. 5. n. 13.* Parlador. *differ. 58. §. 1. num. 6.* D. Barbos. *in l. si cùm dotem §. fin. à num. 36. ff. soluto matrim.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 23. c. 9. n. 19.* Pichard. *in §. quadam actiones 20 à n. 41. instit. de actionib.* Cardin. Mantic. *d. tit. 10. n. 38.* Flores de Mena *var. quæst. lib. 1. q. 6. art. 3. n. 25.* Caroc. *d. q. 47. n. 70.* Amat. Roderic. *d. art. 6. n. 44.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 7. de deposito cap. 8. quæst. 6.* Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 14. puncto 3. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Hereditas personam defuncti sustinet.*
2 *Ex Contractu serui hereditary acquiritur actio hereditati iacenti.*
3 *Suis heredibus non est hereditas iacens.*
4 *Continuatio dominij, vel possessionis, si datur, non est dare hereditatem iacentem.*

L. Cùm hæreditas. IX.

Iidem AA. Menophilo, & cæteris.

1 HÆreditas defuncti personam sustinet, & repræ-
2 sentat. Item ex contractu serui hæreditarij acquiritur actio hæreditati iacenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

3 In gloss. *Successeritu, in addit.* ibi, *vbi est suus heres, ibi nunquam iacet hereditas*, &c. Notator ad hoc quòd suis hæredibus non est hæreditas iacens, quia non est dare medium inter mortem defuncti & existentiam sui hæredis, cùm statim ipso iure continuetur dominium bonorum patris in ipsum filium etiam Ignorantem, vt per Ias. *in l. pen §. quod si stipulatus, num.13.ff.si certum petatur*, Anton Gom. *tom.1.var. c.9.n.17.* Gott. *in memor. verbo filius el.2.* Mench. *de success.creat.tom.1.§.10.n.41.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd vbi datur continuatio dominij, vel possessionis non est dare hæreditatem iacentem, vt per Molin. *de primog.lib.3.cap.12. num.20.* Tiraquell. *in tract. le mort, part.1. declar. 6. num.* 10. Christoph. de Paz. *in schol. ad leges styli, l.251.num.25.* Gonzal. *ad regul.8. Cancell.§.3.proœm. num.86.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in actione depositi directa, ob rem depositam occultam, nec restitutam, notatur infamia.*
2 *Depositarius tenetur deponenti restituere depositum, negãs depositum si patiatur se condemnari ad depositi restitutionem, efficitur infamis.*

L. Qui depositum. X.

Iidem AA. & CC. Septimæ.

1 COndemnatus in actione depositi directa ob rem depositam occultatam, nec restitutam, infamia notatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 *Ad eius restitutionem, &c.*] Notatur ad hoc quòd depositarius tenetur restituere depositum deponenti, de quo vide posita *in collect. ad l.seq.*

3 *Cum infamia periculo, &c.*] Notatur ad hoc quòd depositarius negans depositum, si patiatur se condemnari ad restitutionem depositi, efficitur infamis, vt per *l.Hispan.8.tit.3.p.5.* vbi Greg. Lopez *gloss.3. & 4.* Anton. Gom. *tom.2.variar.cap.7.n.2.post princ. vers.item si depositarius,* Couar. *lib.3.variarum, c.15. num.8.* Rebuff. *in tract. de except. num.* 807. Soar. de Paz *in pract.tom. 3.cap. 6.§.6.n.10.* Pradill. *in summ. legum pœnal.part.2.casu 47.in fine*, Ioan.Bapt. Costa *de facti scientia & ignor.inspect.8.n.10.* Cardin. Mantic. *de tacitu & ambiguis conuent.lib.10.tit. 9.num. 6.* Vincent. Caroc. *in tract.de deposito tit. de in litem iurando, n.3.* Ioan Martinus Acosta *in addit.ad tract. de forma libell.annot.12.n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionem, nec potest obycere compensationem, intellige vt num.2.*
3 *Depositum etiam prædoni restituendum est; secus si de proprio dominio opponat, & n.4. intellige vt n.5.*
6 *Depositum paratam habet executionem.*
7 *Compensationis exceptionem non admitti in deposito ad retardandum eius restitutionem, etiam in deposito confessato, & facto per constitutum, videlicet quando de actuali numeratione non constat, num.8. contrarium, num.9. non admitti quamuis depositum sit quantitatis, num.10. nec admitti etsi debitum ex alia causa conuertatur in depositum, num. 11. Nisi agatur actione depositi contraria, quo casu cùm de fide rupta non agatur, compensatio locum habet, num.12. vel depositum perueniat ad tertium, & esset quantitatis, vel ad æstimationem deueniatur, num.13. secus quando depositarius rem apud alium deponat, & deponenti actiones directas cesserit, vel cum in suum heredem posuerit, num.14. limita etiam, quando depositum est subrogatum dependens, vel correspectiuum ad alium contractum, num.15. vel quando datur alicui res, vt deferat Titio, & si noluerit recipere, custodiat, nam tunc potius mandatum intelligitur, quam depositum, n. 16.*
17 *Depositi priuilegium cessat quando pecunia deponitur ad redemptionem prædiorum.*
18 *Actio in rem deposito obyci non potest.*
19 *Exceptiones peremptoria si apponatur ante litem contestatam, nõ impediunt processum, sed iudex eas reseruet ad merita causæ, & procedat ad vlteriora.*
20 *Debitor inhibitus soluere suo creditori, an non obstante inhibitione sit compellendus ad solutionem præstita cautione idonea, remissiue.*
21 *Sequestrum euitari cautione data.*

L. Si quis vel pecunias. XI.

Imp. IVSTIN. A. *Demosthen. P. P.*

DEpositarius sine dilatione concessa compel- 1
lendus est ad restitutionem, nec obiicere potest, compensationem. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1. supr. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom.1.pag.289.*

Intellige conclusionem huius text. videlicet de- 2
positarium teneri restituere depositũ deponẽti sine dilatione, vt procedat quando deponens agit conditione huius l. scilicet actione depositi, & de dominio tertij opponit depositarius, quia à restitutione non excusaretur, vt per Vincent. Caroc. *in tr. de deposito.p.1.tit.de casu n.76.fol.119.& in q.3.tit.si prædo, vel fur. deponat.n.8.* vbi ait quòd etiam prædoni de- 3
bet restitui depositum; secus si de proprio dominio opponat. nam vbi res furata apud dominium ipsius rei deponatur, tunc dominus illam reddere nõ tenetur, & exceptionem dominij contra deponentem opponere potest Boss. *in praxi crim.tit.de carcere, n. 16.* Caroc. *ubd.tit.de casu n.76.* D. Barbos. *in l.diuortio 8.§.ob donationes, n.17.in fin.* vbi ait quòd licèt contra petentem depositum nulla admittatur exceptio, ta- 4
men ea exceptio quòd excipiens sit dominus rei depositæ, admittenda est, quia exclusiua iure agentis, idem repetit *in l.si alienam.n.23.cum seqq.ff.eod. tit.* Bellon. *lib.4.supput.c.6.* vbi de intellectu. Cardin. Mant. *de tacit.& ambig.conuent.lib.10.tit.10.n.9.* vbi 5
subdit quòd si dominium ante depositi contractum acquisierit, poterit exceptione dominij se tueri: secus autem si post contractum.

Illico modis omnibus compellatur, &c.] Notatur ad 6
hoc quòd depositum executionem paratam habet, vt per Roderic. Xuar. *in l.post rem iudicatam, not.5. num.2.* Gegor. Lopez *per text.ibi in l.5.& 8.tit. 3. part.5.* Roland. *cons.17.num.1.vol.1.* Roman. *cons.174.* vbi Mandos. *in addit.* Rebuff. *tom.1, ad leges Galliæ, tit.*

Tit. de litteris obligat. art. 6. gloss. 3. n. 16. Azin. *de execut. cap.* 4. Vincent. de Franchis *decis.* 151. Kirchou. *tom. 1. commun. opin. l.* 4. *tit.* 24. *num.* 18. *pag.* 609. Suar. de Paz *tom.* 3. *cap.* 6. §. 6. *num.* 26. Boër. *decis.* 298. *n.* 7. Campeg. *de dote, par.* 5. *quæst.* 3. *vers. secundò potest*, Angull. *cons.* 96. *n.* 14. & *cons.* 200. *num.* 4. *lib.* 1. Mandel. *cons.* 3. *n.* 12. Vincent. Caroc. *d. tract. de deposito, par.* 1. *quæst.* 3. *tit. de remedijs, fol. mihi* 9. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 10. *tit.* 10. *n.* 1. Thom. Valasc. *allegat. iuris tom.* 1. *allegat.* 65. *n.* 43. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 2. *tit.* 364. *cap.* 13. Castill. *controuers. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 6. Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 3. *tit. de deposito, resol.* 1. Cancer. *variarum, par.* 3. *cap.* 8. *de deposito, n.* 35. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 100. *num.* 11.

7 *Nullamque compensationem*, &c.] Notatur ad hoc quòd compensationis exceptio in deposito ad retardandam eius restitutionem non admittitur, vt per Doctores, quos plena manu citaui *in collectan. ad l. vl. C. de compensat. super verb. excepta actione depositi*, quibus addo Henric. Boëer. *in dispu. de vniuerso iure, par.* 1. *tit.* 1 *ff. 2. disp.* 0. *num.* 34.

8 Amplia primò exceptionem compensationis non admitti etiam in deposito confessato, & facto per constitutum, videlicet quando de actuali numeratione non constat; nam huiusmodi depositum quoad præiudicium ipsius depositarij habet priuilegia veri depositi, secus quoad præiudicium tertij. Ita Roland. *cons.* 17. *à num.* 15. *lib.* 1. Matiens. *l.* 9. *gloss.* 4. *n.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ Recopilat.* Thesaur. *decis.* 26. *n.* 3. Pichard. *in §. bonæ fidei* 30. *num.* 46. *Institut. de actionib.* D. Barbos. *in l. diuortio, §. ob donationes, n.* 14. *ff. soluto matrimonio*, Fachin. *controuers. lib.* 2. *cap.* 93. Cardin. Mantic. *dict. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 14. Giurba *decis.* 87. *num.* 35. Cancer. *variarum, par.* 3. *cap.* 8. *de deposito, num.* 40.

9 Quamuis contrarium, immo quòd priuilegium excludens exceptionem compensationis tantùm habeat locum in deposito vero, & non in confessato, teneant Plot. *de in litem iurando*, §. 10. *num.* 32. Mascard *de probat. conclus.* 509. *n.* 7. Auendan. *de censib. cap.* 45. *n.* 15. Felician. *eod. tract. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 7. *versic. pro contraria verò sententia*, Ceuall. *in tract. de cognit. per viam violent. par.* 2. *quæst.* 1. *num.* 39. nisi eorum opinionem intelligamus quando ex deposito confessato ius tertij læderetur, vel quando confessio esset facta inter personas prohibitas.

10 Amplia secundò compensationem non admitti quamuis depositum sit quantitatis, Natt. *consil.* 438. *num.* 7. Mynsing. *in d. §. bonæ fidei, num.* 5. vbi Pichard. *num.* 46. Surd. *consil.* 246. *num.* 10. Caroc. *d. tractat. de deposito, par.* 1. *tit. de casu, num.* 18. Sebast. Medices *in tractat. de compensat. par.* 1. *quæst.* 25. *num.* 4. D. Barbos. *in d. §. ob donationes, num.* 12. *post medium*, Amat. Roderic. *de priuileg. credit. par.* 1. *artic.* 6. *num.* 40.

11 Amplia tertiò compensationem non admitti etsi debitum ex alia causa in depositum conuertatur. quia certum est quòd debitum ex vna causa, conuentione partium potest conueniri in aliam, Natt. *d. cons.* 384. *num.* 5. & 6. Felician. *d. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *vers. pro contraria verò sententia*, Franc. Milanen. *decis.* 2. *num.* 41. *lib.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 321. *num.* 10.

12 Limita primò quando agitur actione depositi contraria, quo casu cum de fide rupta non agatur compensatio locum habet, vt per Tyndar. *de compensationib. art.* 5. *num.* 40.

13 Limita secundò, si depositum perueniat ad tertium, & esset quantitatis, vel ad æstimationem deueniatur, quia tunc compensatio opponi potest, Vincent. Caroc. *d. tract. de deposito par.* 1. *tit. si depositarius mutuet alteri*, nisi quando depositarius rem 14 apud alium deponat, & deponenti actiones directas cessit, vel eum in suum locum posuit. nam iste tertius compensationem obiicere non poterit, *l. si is apud quem, ff. hoc tit.* Surd. *cons.* 411. *num.* 19. Caroc. *d. par.* 1. *tit. de casu num.* 51. *in fine*, vbi ait quòd erit cautus tertius si animaduertat an cessionarius vtilem actionem intentet, & tunc poterit obiicere exceptionem compensationis, secus si directam.

Limita tertiò, quando depositum est subrogatum 15 dependens, vel conspectiuum ad alium contractum. nam regulatur secundùm ipsius contractus naturam, vt si principalis contratus esset mutuum, emptio, vel alius similis contractus; & depositum per accidens subsequatur, quia tunc solùm ad exceptiones, quæ ex ipso contractu competunt, attendi debet, & non ad naturam depositi, Caroc. *vbi suprà n.* 45. Ceuall. *in tract. de cognit. per viam violent. par.* 2. *quæst.* 76. *n.* 9. & in Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 273. *n.* 5. vbi exemplificat quando datur alicui res, vt 16 deferat Titio, & si noluerit recipere, custodit. nam tūc potius mandatum intelligitur, quàm depositum; & *n.* 12. post Mantic. *d. l. b.* 10. *tit.* 10. *n.* 16. & 17. dicit 19 quòd cessat priuilegium depositi quando pecunia deponitur ad redemptionem prædiorum.

Vel in rem, &c.] Ergo actio in rem deposito obiici 18 non potest, contra *l. bona fides, vers. pen. ff. hoc tit.* de quorum iurium concordia agit Bellon. *lib.* 4. *supput. cap.* 6.

Integra quoque eì reseruentur, &c.] Notatur ad hoc 17 quòd exceptiones peremptoriæ si opponantur ante litem contestatam, non impediunt processum, sed iudex debet eas reseruare ad merita causæ, & procedere ad vlteriora, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *memb.* 9. *num.* 13.

Liceat ei, qui deposuit, &c.] Vtrùm præstita ido- 20 nea cautione compellatur debitor inhibitus soluere suo creditori, non obstante inhibitione: Vide Cou. *pract. cap.* 16. *à num.* 2. Perez *l. 1. tit.* 10. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 663. Azeued. *l.* 1. *num.* 197. *tit.* 21. & *l.* 1. *num.* 4. *tit.* 12. *lib.* 4. *nouæ Recop.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar.* §. 7. *proœm. num.* 96. vbi quod data cautione euitatur sequestrum. 21

SVMMARIVM.

1 *Interuentio tertiæ personæ non impedit extraiudicialiter depositi summariam actionem, & depositi restitutionem.*

2 *Depositarius tenetur deponenti ad restitutionem depositi sine dilatione.*

3 *Res deposita non potest sequestrari, sed deponenti res restituenda est, nisi deponens de fuga esset suspectus. intellige, si extraiudicialiter fit protestatio, n.* 4.

5 *Si iudex depositum eius mandato factum, sine citatione partis, cuius interest tradere iusserit, depositarius liberatur, parendo eius mandato.*

AVTH Sed iam cautum.

INteruentio tertiæ personæ non impedit extraiudicialiter depositi summariam actionem, & depositi restitutionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Probat hic text. depositarium teneri restituere depositum deponēti sine dilatione, etsi tertius protestetur depositario ne rem, seu pecuniam depositam restituat deponenti, ex eo quòd deponens sit ei debitor alicuius quantitatis ostendens publicum instrumentum, quamuis generaliter, vel specialiter pro securitate debiti res, seu pecunia deposita hypothecata esset, vt per Rip. *in cap. cum M. n. 158. de constitut.* Rebuff. *in tract. excep. t. n. 799.* vbi quòd res
3 deposita non potest sequestrari, sed debet deponenti restitui, nisi qui deposuit esset de fuga suspectus, Surd. *cons. 4. num. 27.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 21. num. 11. & 14.* D. Barbos. *in l. si alienam,*
4 *num. 11. & 12. ff. soluto matrim.* Intellige quando extraiudicialiter protestatio fit. nam si iudicialiter fiat, depositarius absque iudicis mandato illud reddere non debet, quia inhibitio facta per iudicem semper impedit solutionem fieri, D. Barbos. *in d. l. si alienam, num. 12. & 13.* Vincent. Caroc. *de locato, par. 1. tit. de*
5 *casu, n. 73.* Si verò iudex depositum eius mandato factum sine citatione partis, cui interest, remouere, & alteri tradere iusserit, depositarius liberatur, parendo eius mandato, ita Curt. iun. *in repet. l. vnica, quæst. 16. C. de probib. sequestr.* Afflict. *decis. 150. à n. 21.* & *ibi* Vrsill. *à n. 32.* Anton. Gabr. *commun. tit. de solut. concl. 11.* Menoch. *de arbitr. casu 131. n. 14.* Perez *l. 1. quæst. 13. tit. 10. lib. 3. Ordin.* Vincent. Caroc. *de deposit. part. 2. quæst. 67. & part. 1. tit. de casu à num. 77.* Monter à Cueua *Aragon. decis. 2. num. 7. & 11.* Hieron. Leo *Valent. decis. 5. à num. 11. tom. 1.* Seraphin. *Rom. decis. 1019. num. 4. par. 2.* Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 113. num. 9.* Azeued. *l. 13. num. 18. tit. 9. lib. 3. noua Recopil.* Castill. *controu. lib. 4. cap. 59. num. 40.* Amat. Roderic. *de priuileg. credit. part. 1. art. 6. n. 32.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 485. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *vnus ex hæredibus Deponentis, accipiens solummodo portionem, quæ sibi contingit, quicquid postea contra debitorem accedat, cohæredibus non tenetur.*

2 *in Deposito consistente in pondere, numero ac mensura, si vni ex hæredibus depositarius pro hæreditaria portione soluit, residui periculum ad cæteros pertinebit, num. 3.*

L. Superuacuam. XII. & vlt.

Idem A. Ioanni P. P.

1 VNus ex hæredibus deponentis, accipiens solummodo portionem, quæ sibi contingit, quicquid postea contra debitorem accidat, cohæredibus non tenetur. In deposito consistente in pondere,
2 numero, ac mensura si vni ex hæredibus depositarius pro hæreditaria portione soluit, residui periculum ad cæteros pertinebit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 291.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 3. tit. 3. par. 5. vbi gloss. 32. in fine,* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 10. num. 4.* Neguzant. *de pignorib. part. 5. membr. 1. num. 3. versic. istam, & n. 36. versic. non obstat.* Menoch. *cons. 46. num. 2. cum seqq.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito, tit. alter ex deponentibus an in solidum agere possit, num. 1.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num. 70.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuention. lib. 10. tit. 7. num. 9.*

Mandati, vel contrà.

Tit. XXXV.

MANDATVM est contractus cōsensu constans, *ff. hoc tit. l. 1. in princ.* quo dominus negotium bona fide gerendum suscipienti procuratori cōmittit, Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli vide *l. 12. Hispan. cū seqq. tit. 12. par. 5.* Conan. *comment. iuris ciuilis, lib. 7. cap. 14.* Corras. *lib. 6. miscel. c. 6.* Donat. à Fina, Suar. Viui. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 24. pag. 610.* Anton. Gabr. *tom. 3. etiam commun. lib. 2. tit. de mandato,* Menchaq *controu. vsufr. part. 2. c. 15. & de success. creat. tom. 1. §. 12. n. 63.* Couarr. *pract. cap. 11. num. 12.* Gail. *lib. 1. obseruat. 13. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, part. 3. lib. 27. cap. 5.* Rebuff. *de excep. num. 738. cum multis seqq.* Ioseph. Ludou. *tom. 3. commun. opin. tit. de mandato, pag. 512.* Mozz. *de contract. lib. tit. de mandato,* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 36. n. 28. cum seqq.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. lib. 7. tit. 1. cum seqq.* Card. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 15. num. 45. cum seqq.* Ioan. Martinus Acosta *in addit. ad tract. de forma libell. annot. 13.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 548. cum seqq.* Rebell. *de oblig. iustit. par. 2. lib. 17. quæst. vnic. de mandato,* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, classi. 2. disput. 6. de mandato,* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. tract. 8. cap. 1. n. 607. cum seqq.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de procuratorib. resol. 10.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. tit. 91.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator pecuniam versam in vtilitatem domini, actione mandati contraria repetit.*

2 *Salarij promissi nomine procurator mandantem, vel clientem coram Præside conuenit, & num. 3.*

4 *Salarium debetur quando officium est onerosum, & difficile, etsi ab initio suscepti muneris promissum non fuerit, idem quando dominus solitus esset conducere administratorem; & qui administrauerit, erat consultus operas suas locare, num. 5. limita vt num. 6. 7.*

8 *Salarij limitatio arbitrio iudicis relinquitur.*

L. Aduersùs eum. I.

Impp. Severvs & Antoninvs AA. Leonidæ.

PRocurator pecuniam versam in vtilitatem domini, actione mandati contraria repetit. Salarij 1
promissi nomine procurator mandantem, vel clientem coram Præside conuenit. Colligunt ex Ordin. 2
Cyn. Salicet. Butrig. Bart. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Donell. Aloys. Leo *super 4. fol. 28.* Sichard. Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem concl. quoad secundam eius partem ex hoc text. desumit Henr. Bocer. *in disp. de vniuerso iure, tom. 1. classi 2. disp. 6. num. 95.* vbi ait quòd 3
salarium, si quod certum promissum sit procuratori, cùm mandati obligatione haud contineatur, nec peti per hanc actionem poterit, sed opus est extraordinaria prosequutione.

De

4 *De salario autem quod promisit*,&c.] Nota quòd quando officium est onerosum & difficile, multique laboris, tunc debetur salarium, etsi ab initio suscepti muneris promissum non fuerit, vt per Menoch.*consil*.228.*num*.20. & *consil*. 570. *num*. 4. Baeça *de decima tutor. cap*.2. *à num*.19.& *cap*. 20.*num*.20. Flores de Menà *variar.lib*. 1.*quæst*.8. §. 3. *num*. 2.
5 Gutier. *de tutel. lib*.3.*cap*. 2. *num*. 10. Idem quando dominus solitus esset conducere administratorem, & qui administrauit, erat consuetus operas suas locare, Feder.de Senis *consil*.218.& *seq*. Aluar. *de coniect. mente defuncti lib*.2. §. 1. *à num*. 114. Aloys. Ricc. *in collect.decis.par*. 5.*collect*.1540. 1885. Stephan. Gratian.*discept.forens.cap*. 257.*num*. 1. vbi *num*. 3.
6 ex quadam Rotæ decisione concludit non requiri quòd copulatiuè probetur dominum solitum esse conducere;& seruum locare suas operas: sed vnum solum requisitum probare non sufficere, contra decisionem Genuens. 105. *n*.5. tenet Flores de Mena *vbi sup. num*. 9. nisi tamen quando ex illius negotiatione & labore dominus commodum sensit, & ille nihil lucratus est,& est pauper, aut non multum diues, Marta *in votis nouiss. decis. voto* 99.*per tot*. vbi
7 *num*.6. idem asserit quando erat homo pauper, & non haberet vnde viueret, nisi de suo labore, nam non est verisimile quòd voluerit gratis laborare.
8 Taxatio verò salarij arbitrio iudicis relinquitur, ex Flores de Mena, Baeç.& Doctoribus *vbi suprà*.

SVMMARIVM.

1 *Actio mandati competit ad pecuniam exsolutam à mandatario,& pignora persequenda.*
2 *Fideiussor pro pecunia ab eo soluta à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis mandati habet actionem.*

L. Cùm ex causa. II.

Iidem AA. Marcello.

1 Actio mandati competit ad pecuniam exsolu-
2 tam à mandatario,& pignora persequenda. Fideiussor pro pecunia ab eo soluta à principali recuperanda, & pro pignoribus consequendis mandati habet actionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l*.1.*n*.1.*sup.hoc tit*.

L. Si pater tuus. III.

Iidem AA. Germano.

Mandans alteri actiones potest non obstante mandato re integra actionem exercere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l*. 1.*num*.1.*sup. hoc tit*.

SVMMARIVM.

1 *Procurator sumptus litis repetit, etiamsi succubuerit in causa,& num*.2.
3 *Mandatum habens nulla facta distinctione an gesserit vtiliter: sed qualecunque sit negotium, expensas repetit.*
4 *Procurator an possit vti retentione pro expensis.*

L. Etiamsi contrariam. IV.

Imp. ALEXANDER A. *Vulnerato.*

Procurator repetit sumptus litis, etiamsi in causâ 1 succubuerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l*. 1.*num*.1.*supr.hoc tit*.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp*.25.*tit*.5.*par*.3.Greg.Lop.*l*.60. *verbo los del guardador.tit*. 18. *ead. par*. 3. Alex. *consil*. 52. *in princip.vol*.1.Paris. *consil*.90. *num*. 38. *vol*. 1. Gerard. *sing*.4. *n*. 14. Bellacomb.*tom*.1. *commun. opin. lib*. 2. *tit*. 8. *de procuratorib. n*. 40. *pag*. 318. Henric. Bocer.*in disput.de vniuerso iure, tom*.1. *classi* 2.*disput*. 6. *num*.90.*lit.B*.Surd.*de aliment.tit*.1.*quæst*.121. *in fine*, vbi quòd habens mandatum nulla facta distinctione an gesserit vtiliter, sed qualecunque sit negotium repetit expensas. 3

An procurator possit vti retentione pro expensis? 4 vide Boër.*decis*.15.*num*. 3. vbi quòd potest instrumenta,& acta litis retinere, donec dominus ei satisfecerit de sumptibus, quos fecit,& non pro salario suo, per *l. qui propriè*.§.*litis impendia,de procuratorib*. Tiraq.*de retractu lig* §.7.*gloss*.1.*num*.13.

L. Si maritus. V.

Idem A. Guliano.

Procurator, qui neglecto mandato bonorum possessionem non petiit, tenetur domino. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l*. 1. *n*. 1.*sup.hoc tit*.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor soluta pecunia, & facta condemnatione, actionem mandati habet contra reum, & debitorem principalem,& num*.2.
3 *Tacens consentire videtur in illis casibus, quos tacens si vellet, posset impedire.*

L. Si fideiussor. VI.

Imp. GORDIAN. A. *Sosibio.*

Fideiussor soluta pecunia,& facta condemnatio- 1 ne, actionem mandati contra reum, & debitorem principalem habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l*.1.*num*.1.*supr.hoc tit*.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2 *l. Hisp*.12.*tit*.12.*part*.5.Menchaq.*controuers. vsufreq. par*.2.*cap*.38.*num*.3. Duen. *reg*. 377. Donat. à Fina *commun.opin.tom*.2.*lib*.8.*tit*.25.*de fideiussor.num*. 113. *pag*.380.Gutier.*allegat*. 4. *num*. 3. Cald. Pereira *de empt.& vend.cap*.33.*num*.125.

Pro reo patiente, &c.] Notatur ad hoc quòd ta- 3 cens consentire videtur in illis casibus, quos tacens si vellet, posset impedire, vt per Tiraquell. *de retractu lign*.§.1.*gloss*.9.*num*.149.Neguzant.*de pignoribus*, *membr*. 4. *par*.2.*num*. 152. Mendoç.*de pactis lib*. 4. *cap*. 4. *n*. 37. Cou. *pract.cap*. 15. *num*.5.*vers. tertio*, Mascard.*de probat.concl*. 1158. *n*.47. Surd.*consil*.290. *n*. 22. Fachinæ.*controu.lib*. 7. *cap*. 80. Menoch. *de præsumpt.lib*. 6. *præs*.99. *n*. 15.& *consil*. 58. *num*. 65. D. Barbos. *in l. quæ dotis n*. 160. *ff. soluto matrim*. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst*. 16. *n*. 47. & 52. Stephan. Gratian *discept.forens.tom*.1.*cap*.38. *num*.21.& *cap*.68.*num*.16.

SUMMARIUM.

1 *Mutuans ex mandato alterius obligat sibi recipientem tanquam principalem ex eo contractu, & mandantem tanquam accessorium per actionem mandati.*

2 *de Litteris tam commendatitÿs, quàm credentiæ, remissiuè. non obligant dominos nisi essent multum ad hoc speciales, num. 3.*

4 *ex Litteris credentiæ, vel commendatitÿs non inducitur mandatum ad contrahendum.*

5 *Actio ex mutuo mihi quæritur, & non danti, si mandante me quis nomine meo pecuniam suam mutuet.*

L. Si litteras. VII.

Idem A. *Aureliano.*

1 MVtuans ex mandato alterius obligat sibi recipientem tanquam principalem ex eo contractu, & mandantem tanquam accessorium per actionem mandati. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 De litteris tam commendatitiis, quàm credentiæ,
3 vide Boër. *decis. 281. à princ.* vbi quòd non obligant dominos nisi essent multum ad hoc speciales; & admonet vt caueant hi ad quos tales mittuntur litteræ, vt videant quid sonant litteræ, Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 13. num. 5.* vbi ait quòd si quis misit alteri litteras credentiæ in fauorem alicuius, & recipiens virtute ipsarum pecuniam sibi mutuauit, vel aliter cum eo contraxit, tunc si tales litteræ continent quid certum, vt si dicatur in eis quòd recipiens mutuet, vel tradat ei, in cuius fauorem sunt missæ, aliquã rem, vel pecuniam mittens tenetur efficaciter soluere actione mandati; additque idem esse quando tales litteræ non continent quid certum, & specificum, sed generaliter mittens dicit quòd recipiens contrahat cum ipso nuntio, & latore litterarum, vel alio in cuius fauorem sunt missæ periculo mittentis, quia tunc similiter remanet obligatus actione mandati, Mozz. *de contractib. tit. de mandato, cap. de substantialibus mandati, num. 1.* Card. Mantic.
4 *de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. l. 7. ti. 3. num. 12.* vbi quòd ex litteris credentiæ, vel commendatitiis non inducitur mandatum ad contrahendum, Rot. Genuens. *decis. ad mercaturam. 70.*

5 *Qui à te mutuam sumpsit pecuniam, &c.*] Nota quòd mihi quæritur actio ex mutuo, & non danti, si mandante me quis nomine meo pecuniam suam mutuet; ita Vigel. *in methodo iuris ciuilis, l. 17. par. 5. cap. 1. vers. quibus certi conditio competit, reg. 1.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. M. concl. 441. num. 5.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. l. 8. ti. 2. num. 4.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. l. 3. quæst. 11. num. 55.* Pichard. *in princip. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio, num. 6.*

SUMMARIUM.

1 *ex Mandato patris competit actio contra hæredem.*

2 *Mutuans seruis ex mandato domini, habet illum obligatum actione mandati, pignoris simul persecutionem non amittit.*

3 *Seruus non potest mutuare, nisi dominus liberam administrationem peculÿ ei concesserit. sin aliter, mutuatarius domino obligatur, & non seruo, num. 4.*

L. Si tibi pupillorum. VIII.

Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. *Lucio.*

EX mandato patris competit actio contra hæredem. Mutuans seruis ex mandato domini, habet illum obligatum actione mandati, pignoris item persecutionem non amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1 2

Hinc etiam seruus non potest mutuare, nisi dominus ei liberam administrationem peculij concesserit, vt per Ias. *per text. ibi in l. rogasti, § si fugitiuus, num. 5. ff. de rebus credit.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, l. 22. cap. 2. num. 6.* Petr Nicol. Mozz. *de contractib. tractat. de mutuo, ti. de personis quæ possunt mutuare, vel non, num. 3.* Azor. *institutionum moralium, par. 3. l. 7. de mutuo, cap. 3.* vbi tradit quòd quando aliter seruus mutuum dat, mutuatarius domino obligatur, & non seruo. 3 4

SUMMARIUM.

1 *Procurator dolo, vel culpa lædens, vel negligens causam principalis conuenitur actione mandati, & num. 2.*

3 *Mandatarius tenetur de dolo, & leui culpa; mandans tamen si obyciat culpam, eam probare debet, aliàs præsumitur pro mandatore, & debet absolui, licèt non probauerit diligentiam.*

L. Cùm per procuratorem. IX.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Marcello.*

PRocurator dolo, aut culpa lædens, vel negligens principalis causam, actione mandati conuenitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumpsit *l. Hisp. 26. tit. 5. par. 3.* dum statuit quòd damnum domino procuratoris culpa, vel dolo prouenienS tenetur procurator resarcire, vbi Gregor. Lop. *gloss. 1.* subdit quòd veniet etiam culpa leuissima, si sit procurator ad iudicia. 2

Mandatarius de dolo, & leui culpa tenetur, tamẽ mandans obiiciens culpam eam probare debet, aliàs præsumitur pro mandatore, & debet absolui, licèt non probauerit diligentiam, Dec. *cons. 632. vol. 2.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. ti. 91. cap. 23. versic. mandatarius.* 3

SUMMARIUM.

1 *Dilapidationis & amittendæ solutionis minuente periculo, fideiussor ante solutionem, & condemnationem, ad se liberandum, agit contra debitorem principalem.*

2 *Fideiussor si fuerit condemnatus, etiam priusquam soluat, potest agere contra debitorem. etiamsi ex dispositione statuti non sit necessaria condemnatio, veluti si fideiussor sit obligatus per instrumentum garentigiæ, quod paratam habet executionem, n. 3. vel fideiussor non sit condemnatus, sed in causa sit conclusum, & ex actis apparet eum esse in casu condemnationis, num. 4.*

5 Fide

5 *Fideiussor condemnatus potest petere vt bona principalis debitoris priùs executioni subyciantur expensis ipsiusmet fideiussoris. ante oblationem potest agere ad liberationem, si principalis bona sua cœpisset dilapidare, num. 6.*

7 *Bona dilapidare quis dicatur.*

8 *quando actum vt Fideiussor possit agere antequam soluat creditori, tunc ipsum debitorem conuenire potest.*

9 *Fideiussor non potest agere contra principalem debitorem vt eum liberet antequam soluat. si soluit non oppositis exceptionibus, quæ sibi competunt ex persona sua, vel principalis debitoris aduersùs eum, non habet actionem mandati, num. 10. intellige, vt num. 11. ante solutionem potest agere ad liberationem, si in fideiussoria obligatione diu persisteret, num. 12. quando dicatur diu persistere in fideiussoria obligatione, iudicis arbitrio relinquitur, n. 13.*

L. Si pro ea. X.

Iidem AA. Papio.

1 VBi subest periculum dilapidationis, & amittendæ solutionis, fideiussor ante solutionem, & condemnationem ad liberandum se agit contra debitorem principalem. Colligunt ex Ordio. Doctores citati *in l.1.n.1.sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom.2.pag.293.*

2 *Et neque condemnatus es*, &c.] Notatur ad hoc quòd fideiussor si fuerit condemnatus etiam priusquam soluat, potest agere contra debitorem: vt per Donell. *comment. iuris ciuilis lib.13. cap. 13. vers. secunda causa*, Menoch. *de arbitr. casu 41. ex num.17.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.16. tit.22. n. 8. vers. & quidem.*

3 Amplia, seu declara procedere si ex dispositione statuti non sit necessaria condemnatio, veluti si fideiussor sit obligatus per instrumentum garentigiæ, quòd paratam habet executionem, tunc enim habetur pro condemnato, & sic post modicum tempus agere potest, quamuis nondum soluerit creditori, de quo vide Alex. *cons.72.num.7. & cons.58. num.6. lib.6.* Hippol. *in rub. de fideiussorib. n.216.* Guid. Papæ *quæst.117. num. 2.* Greg. Lop. *l.4. verbo fuere iuzgado tit.12. part.5.* Anton. Gom. *var. tom.2. cap.13. num.10.* Vincent. de Franchis *decis.414. num.1.* Magon. *decis.6.* Vrsil. *ad Afflict. decis.241. post num. 4. vers. & de eodem*, Menoch. *d. casu 41. num. 20.* Maur. *de fideiussor. fol.316. col.1. n.10. vers. limita septimò*, Cardin. Mantic. *d. tit. 22. num.10.* Surd. *cons.367. num.20. lib.3. & decis.94. n. 5.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ imper. lib.2. concl.29. n.11.*

4 Amplia, seu declara etiam vt procedat, etiamsi fideiussor non sit condemnatus, sed in causa sit conclusum, & ex actis appatet eum esse in casu condemnationis, quia tunc etiam habetur pro condemnato, & ideo antequam soluat potest experiri, de quo vide Palat. *in rep. rub. de donat. inter virum & uxor. §.30. n.7.* Cephal. *cons. 367. n.19. lib.3.* Menoch. *d. casu 41. n.19.* Card. Mantic. *d. tit. 22. n.11.*

5 Et aduerte quòd fideiussor condemnatus potest petere vt bona principalis debitoris priùs executioni subiiciantur expensis ipsiusmet fideiussoris, iuxta doctrinam Bart. *in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, num.12. ff. commodati*, Bald. *in auth. si captiui, C. de Episcop. & Cleric.* Doen. *reg. 335. versic. 19. limita*, Hippol. *in rub. de fideiussorib. num. 71.* Roder. Xoar. *in tit. de los emplazamientos num.25. pag. 393.* Greg. Lop. *l.6. verbo vender. tit.7. par.6.* Surd. *dec.174. n.28.* Cald. Pereira *de emp. & vend. c.33. n.50.* D Barbos. *in l. venditor. n.196. ff. de iud.*

Neque bona ea dilapidare, &c.] Notatur ad hoc quòd fideiussor ante solutionem potest agere ad liberationem si principalis bona sua dilapidare cœpisset, vt per Vaud. *quæst. iuris 36. vers. cæterùm lib.1.* Anton. Gom. *variar. tom.2. cap.13. num.11. vers. tertius casus*, Suar. *recep. sent. lit. F, n. 143.* Matth. Coler. *de processib. exec. par. 1. cap.10. sub num. 320. & 322.* Donell. *d. lib.23. cap.13. vers. tertia causa*, Peregr. Iannin. *de cit. reali, lib.2. cap.9. n.3.* Valentin. Franch. *in tract. de fideiussoribus, cap.5. num. 567.* Cardos. *in praxi iudicum & Aduoc. verbo fideiussor. num. 21.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 546. num. 10.* Rebell. *de oblig. iust. par. 2. lib. 16. quæst. vnic. de fideiussor. n. 22. vers. tertium*, Cardin. Mantic. *d. tit. 22. à n.18. cum seqq.* vbi *num. 19.* tractat quis dicatur bona dilapidare. 6 7

Neque ab initio ita te, &c] Notatur ad hoc quòd quando actū est vt fideiussor possit agere antequam soluat creditori, tunc potest ipsum debitorem conuenire, vt per Menoch. *d. casu 41. n.26.* Donell. *d. c.13. in princ.* Card Mantic. *d. tit. 22. n. 23.* 8

Et ante solutionem conuenire, &c] Notatur ad hoc quòd fideiussor non potest agere contra principalem debitorem vt eum liberet antequam soluat, vt per Socin. *reg.148.* Hippol. *in rub. de fideiussor. n.216.* Donat. à Fina *commun. opin. tom. 1. lib.8. tit.25. de fideiussor. n.112.* 9

§. *Fideiussorem verò exceptione munitum*, &c.] Notatur ad hoc quòd fideiussor, qui soluit non oppositis exceptionibus, quæ sibi competunt ex persona sua, vel principalis debitoris, aduersùs eum non habet mandati actionem, vt per Card. Mantic. *d. lib.16. tit. 15. n. 2.* vbi intelligit si sciat factum ex quo exceceptio nascitur, & illud possit probare. 10 11

Plures casus in quibus fideiussor ante solutionem potest conuenire principalem, vt eum liberet à fideiussione, habes *in collect. ad cap. vlt. de fideiussor. in Decretal.*

Postea cœpisse.] Secùs si antè, vt per Roder. Xuar. *tit. de los emplazamientos num.302. & seq.* Palat. *in rep. c. per vestras §. 9. à num. 15.* Afflict. *dec. 241. num.3.* Anton. Gom. *var. tom.3. c.13. n.10.* Menoch. *d. casu 41. n.15.*

In gloss. *Fecerit.* ibi, *quartus est si diu steterit*, &c. Notatur ad hoc quòd fideiussor ante solotionem potest agere ad liberationem si in fideiussoria obligatione diu persisteret, vt per *l. Hisp. 14. tit. 12. par. 5.* Menoch. *d. casu 41. num.1. & 2.* Pereg Iannin. *d. c.9. num.4.* Valent. Franch. *dict. tract. de fideiussorib. cap.5. num.559. & seq.* Molin. *d. tract.2. disp. 546. num.8.* Cardin. Mantic. *d. lib. 16. tit. 22. num.26. & tit. 20. n.2.* Rebell. *de oblig. iust. par. 2. lib.16. quæst. vnic. de fideiuss. n. 22. vers. primum*, Bern. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.2. concl.29. n.4.* Aluar. Valasc. *consul.36. à n.1.* 12

Quando dicatur fideiussor diu persistere in fideiussoria obligatione, arbitrio iudicis relinquitur; de quo vide Corras. *in l. frater à fratre, §. quæsitum n. 39. ff. de condict. indeb.* Villalob. *in ærario commun. verbo fideiussor. num. 101. & tom 2. commun. opin. pag.377. num.62.* Neguzant. *de pignorib. par. 6. memb. 3. n.45.* Ludou. Pegoera *dec. 190.* Vezin. *tom. 2. commun. opinion. lib.8. tit.25. num.62. pag. 377.* Menoch. *d. casu 41. num. 4.* Soar. *recep. sentent. lit. F, num. 143.* Valentin. Franc. *d. cap. 5. num. 561.* Franc. Anton. Hering. *de fideiussorib. cap.25. num. 13.* Valasc. *d. consult.36. num. 2.* Matth. Coler. *de processib. executionum* 13

part.1.cap.10. sub n. 319. Cardin. Mantic. d. lib.16. tit.10.num.1.& tit.12.num.26. Rebell. d. n.12. versic.primum.

L. Procuratorem XI.

Iidem AA. Caio.

1 PRocurator de culpa nmittendo & committendo existente tenetur. Idem tenetur de gestis & gerendis per eum susceptis, item de dolo, & lata culpa. Colligunt ex Ord. Doctores citati ad l.1.num.1.supr. hoc tit.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Hermenop. lib. 6. epit. tit. 2. Eman. Suar. in thes.recept.sentent.lit. M.num.35. Donell.comment.iuris ciuilis lib.13.cap.11.pag.170.cum seq. Henric.Bocer.in disput.de vniuerso iure, part.1.class.2.disput.6. num.80.

SVMMARIVM.

1 Procurator nihil utiliter facit contra tenorem mandati, & num.2.

3 Mandati fines exactè seruandi sunt.

4 Per Procuratorem vltra fines mandati gesta tenent si dominus sciens tacuit.

L. Cùm mandati. XII.

Iidem AA. Firmo.

1 PRocurator nihil contra mandati tenorem vtiliter facit. Colligunt ex Ord. Doctores citati ad l.1.n. 1.supr.hoc tit.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Menoch.de arbitr.casu 352. num. 3. vbi quòd mandatarius excedens fines mandati non obligat quoad excessum, Rebell.de oblig.iustit.part.2.lib.17. quaest.vnic.de mandato, num.17. Valet. Reginald. in praxi fori poenit.tom 1.lib.25.num.608.

3 Nam mandati fines exacta diligentia sunt seruandi, l.diligenter,ff.hoc tit.cap.cum olim, de offic. delegat. Iason l.si procurator,ff.de procuratorib.Socin.reg.309. Gregor.Lopez per text.ibi in l.19.tit.5.part.3.Ioann. Gratian.regul. 305. Petr.de Anchar.cons.75.in princ. Alexand. cons.6.num. 3. lib.4. Tiraquell. in l. si vnquam,verbo libertis, n.59. C. de reuocan. donat. Menoch.cons.134.num. 3.Ioseph.Ludou. Perus.decis.37. num.5.& decis.117.num.12. Azeued. l.1.num.7.tit.6. lib.3.& l.5.num.1.tit.4. lib. 5. noua Recop. Cardos. in praxi iudicum, verbo mandatum, n. 7.& 8. Camill. Borrell.in sum.decis.tom.1.tit.66.num. 437. Monet. in tract.de optione Canon.cap. 5.num.149.Cardin.Tusch. practic.conclus.tom. 5.lit.M.concl.39.per tot. Cald.Pe-

4 reira de empt.& vendit.cap.15.num. 51.vbi dicit quòd gesta per procuratorem vltra fines mandati, tenent, si dominus sciens tacuit.

L. A. Procuratore. XIII.

Iidem AA. Zosimo.

1 PRocurator tenetur de dolo, & omni, etiam leuissima culpa. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l.1.num.1.sup.hoc tit.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt l. Hispan.26.tit. 5. part. 3. vbi Gregor. Lopez gloss.1.Conan.comment.iuris ciuilis, lib.7.cap.17.n.7. Neguzant.de pignor.part.2.membr.2.num.3.& n. 37. & seq. Donell.comment.iuris, lib.18.cap.8.col. 4. Rebell.de oblig.iustit.part.2.lib.17. quaest.vnic. de mandato, num.10.

SVMMARIVM.

1 quod vni traditur de Mandato alterius, etiam traditum videtur.

2 qui Mandato alterius rem emit, & eam illi tradidit pro pretio, quod soluit, mandati agit.

3 Emptio si fuit facta nomine mandantis, mandans tenetur stare contractui, ac si ipse illum fecisset, & idem est si mandasset vendere.

4 Dominus si non ignorauit excessum mandati, valet venditio.

5 Scientia & patientia domini extendit mandatum quando illud praecessit, non verò illud inducit, nec inducere potest.

L. Si secundùm. XIV.

Iidem. AA. Hermiano.

QVod vni traditur de mandato alterius, etiam traditum videtur. Item qui mandatu alterius rem emit, & illam ei tradidit pro pretio, quod soluit, mandati agit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l.1.n.1.sup.hoc tit. 1 2

Nota quòd si emptio fuit facta nomine mandantis, mandans tenetur stare contractui, ac si ipse illum fecisset, & idem est si mandasset vendere, nam facta venditione non poterit reuocare consensum, & prohibere ne res tradatur, vt per Fabian.de Mõte in tract.de exceptione, quaest.3.princ.n.24. Matiens. in l.1.gloss.8.n.14.tit.11.lib.5.noua Recopil. vbi tradit quòd si dominus non ignorauit excessum mandati, valet venditio, Pinel.in l.2.C.de rescind. vend.p.2. cap.1.num.18. vbi ait quòd scientia & patientia domini extendit mandatum, quando illud praecessit, non verò illud inducit, nec potest inducere. 3 4 5

SVMMARIVM.

1 Mandatum re integra morte domini finitur, & n.2. limitatur num.3.

4 Mandatum re non integra, non expirat morte mandantis.

5 procurator constitutus ad actum perficiendum post mortem, non reuocatur morte, etiam quando decessit cum herede, secus si sine herede, num.5.etiam si in mandato dicatur quòd procurator constitutus dares post mortem, siue hereditas adita sit, siue non, & dato quòd quis decedat sine herede num.7.

L. Mandatum. XV.

Iidem AA. Precatio.

MAndatum re integra morte domini finitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. n.1.sup.hoc tit.post omnes Aloys.Leo in 4.fol.19. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt l. Hispan. 10.tit.12.part.5.& l.23.tit.5. part. 3. vbi gloss.1.Socin.regul.311. Duen.regul.87. Alphan. colleg.105.Strach.de mercat.tit.mandati, n.48. Gig. de pensionib. quaest. 91. à princ. Conan. comment. iuris ciuilis 2

ciuilis l. 7. cap. 14. num. 11. Couar. *pract. cap. 1. à princ.* Sebast. Medices *in tract. Mors omnia soluit, par. 2. num. 186 concl. 64.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. l. 2. tit. de procur. concl. 2. & 3.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. l. 4. tit. 24. num. 10. pag. 611.* Menoch. *de præsump. l. 2. præs. 36. num. 28. cum seqq. & cons. 1. n. 35. & seqq.* Tiraq. *in tract. le mort. par. 7. declar. 5. num. 12.* Rebuff. *de exceptionib. num. 752.* Mascard. *de prob. concl. 1013. num. 6.* Cened. *pract. l. 1. quæst. 38. num. 1. & 18.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo mandatum num. 10.* Rebuff. *de priuileg. scholar. priuil. 80.* Tiraquell. *de pia causa priuil. 82. & 132.* Perez *ad l. 1. tit. 12. lib. 3. Ordinam.* Soarez *de legibus l. 8. cap. 31. num. 13. & 14.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de procuratorib. resol. 10. per tot.* Ioan. Martinus Acosta *in addit. ad tract. de forma libellor. annot. 13. num. 13.* Cardin. Mantic *de tacitis & ambig. conuent. lib. 7. tit. 23. à princ.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœn. tom. 2. lib. 25. tract. 8. cap. 1. n. 609.* Rebell. *de obl. iust. par. 2. lib. 17. quæst. vnica de mandato n. 4. vers.*
3 *quarta*, Castill. *controuers. l. 2. cap. 29. à princ.* quorum plures limitant quando mandatum fit super eo, ad quod quis de necessitate tenetur, vel quando principalis satis dedit pro procuratore, & in procuratore constitutio in rem suam, & fauore piæ causæ, seu dotis, aut libertatis.

4 In gloss. *Finitur.* ibi, *item nota re integra, aliàs enim secus*, &c. Notatur ad hoc quòd mandatum re non integra morte mandãtis non expirat, vt per Ant. Gabr. *d. tit. de procur. concl. 3. à princ.* vbi multipliciter limitat, & declarat.

5 In ead. gloss. ibi, *Nisi sit tale mandatum, quòd suscipiat initium à morte testatoris*, &c. Notatur ad hoc quòd procurator constitutus ad actum perficiendum post mortem, non reuocatur morte, vt per Anton. Gabr. *d. tit. de procur. concl. 2. num. 13.* Anton. Galles. *in tract. ad formam Camer. oblig. par. 5. q. 3.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de procurator. resol. 10. n. 6.*
6 vbi ait procedere quando defunctus cum hærede decedit; secus si sine hærede, quia tunc mandatum re integra morte mandantis, & sine hærede dece-
7 dentis extinguitur; & ampliat, etiamsi in mandato dicatur quòd procurator constitututus duret post mortem, siue hæreditas adita sit, siue non, & dato quòd quis decedat siue hærede, nam adhuc morte mandantis mandatum finitur.

SVMMARIVM.

1 *Mandato non adimpleto ad interesse datur actio.*
2 *ob Fidem ruptam ad interesse agitur.*
3 *Mandatum quando fit ad commodum tantùm mandantis, mandatarius illud acceptans implere tenetur, & mandanti tenetur de dolo & culpa.*
4 *Procurator si susceptum mandatum velit exequi, aut non iuxta præscriptam formam, bonam fidem & naturam mandati illud exequatur, in id, quod interest mandatoris, tenetur quòd si nihil eius intersit, cessat mandati obligatio.*
5 *Procurator recipiens litteras mandati, & non contradicens, consentire videtur, & acceptare mandatum.*
6 *Cessante eo quod interest, ob quod competebat actio, eadem actio competere desinit.*

L. Ad comparandas. XVI.

Iidem AA. Vranio.

MAndato non adimpleto ad interesse actio da- 1
tur. Ob fidem ruptam ad interesse agitur. 2
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide *l. Hisp. 20. tit. 12. par. 3.* vbi statuitur quòd 3
quando mandatum fit ad commodum mandantis tantùm, mandatarius illud accepians tenetur implere, & de dolo & culpa tenetur mandanti. Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure tom. 1. class. 2. disp. 6. num. 83.* vbi per hunc text tenet quòd si procurator 4
susceptum mandatum exequi nolit, aut non iuxta præscriptam formam, bonam fidem, & naturam mandati illud exequatur, in id, quod interest mandatoris, tenetur, quòd si nihil eius intersit, cessat mandati obligatio. Vnde procurator specialiter constitutus ad emendum si non emat, tenetur ad interesse, *l. procuratorem §. mandati actio, & §. dolo, & l. si mandauero. §. fin. ff. hoc tit.* Honded. *cons. 39. n. 3. vol. 1.* Hieron. Gabr. *cons. 26. n. 8. l. 2.*

Qui mandatum suscepit, &c.] Quia procurator 5
recipiens litteras mandati, & non contradicens, videtur consentire, & mandatum acceptare, vt per Abb. *in cap. cùm venissè num. 7. de procurator.* Dec. *in cap. cùm M. Ferrariensis num. 13. & ibi* Felin. *vers. secundò fallit, de const.* Anton. Gabr. *commun. opin. tom. 3. lib. 1. tit. de præsump. concl. 2. n. 2.* D. Barbos. *in l. qua dote 34. vers. item secundò limita ff. solut. matr.* Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 19. n. 4.*

In gloss. *Interest.* Notatur ad hoc quòd cessante 6
eo quod interest ob quod competebat, actio desinit eadem actio competere: vt per Tiraq. *in tract. cessante causa par. 1. n. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Salarium incertæ pollicitationis non rectè petitur.*
2 *Pollicitatio incertum continens non parit actionem.*
3 *Salarium si variè secundùm merita personarum solet constitui, non intelligitur constitutum ei, qui ad certam sedem, vel aliud officium electus est.*

L. Salarium. XVII.

Iidem AA. Gorgonio.

SAlarium incertæ pollicitationis non rectè peti- 1
tur. Item pollicitatio incertum continens non 2
parit actionem. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd salarium si variè secundùm 3
merita personarum solet constitui, non intelligitur constitutum ei, qui ad certam sedem, vel aliud officium electus est, vt per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuen. tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 15.* Administratori enim, seu negotiorum gestori salarium non conuentum minimè debetur *l. 1. ff. de var. & extraord. cogn. l. qui mutuam pecuniam 56. §. non ideo minus, vers. salarium, ff. hoc tit.* Guid. Papæ *q. 63. col. 1.* Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 8. §. 3.* Mart. *in votis consil. dec. voto 94. num. 1.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. par. 5. collect. 1540. & 1883.* Monter à Cueua.

Aragonia

Aragonia dec. 29. à n.1. vsque ad 31. Sigism. Seacc *de commerc. & camb.* §. *gloss.3. num.* 2. nisi quando officium esset onerosum & difficile, multíque laboris; nam tunc debetur salarium, etsi ab initio suscepti muneris promissum non fuerit, Gasp. Bacc. *de decima tutor. cap.* 2. *à n.* 19. *& cap.* 20. *num.* 20. Gutier. *pract. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 10. Flores de Mena *d.l.1. quæst.8.* §. 3. *num.* 2. Menoch. *cons.* 128. *num.* 20. *& cons.* 570. *n.*4. vel dominus esset solitus conducere administratorem, & qui administrauit erat consuetus operas suas locare. Alex. *co* *s.* 109. *in princ.* 1.6. Aluar. *de comest. mense desu.ctis l.* 2. §. 1. *a num.*114. Aloys. Riec. *in collect. dec. par.* 5. *collect.* 1540. *&* 2885. Stephan. Gratian. *discep. forens. cap.* 257. *n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius ab eo pro quo intercessit solutum cum vsuris repetit.*

2 *Contractus principalis, qui ab initio fuit stricti iuris, ex pòst facto fieri potest stricti iuris.*

L. Post solutionem. XVIII.

Iidem AA. *Tusciano.*

1 MAndatarius ab eo pro quo intercessit, solu-
2 tum cum vsuris repetit. Item contractus principalis, qui ab initio fuit stricti iuris, ex pòst facto bonæ fidei fieri potest. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1. sup. hoc tit.*

L. pretij XIX.

Iidem AA. *Eugenio.*

VSuræ vltra licitum modum non possunt deberi, etiamsi per stipulationem fuerint promissæ, vel pro eis datum fuerit pignus. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.1.n.1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator frustrà petit salarium illicitum. ex pacto de quota litis nil petit licitè, n.*2.

3 *Pactum illicitum est vt loco expensarum & sumptuum factorum in casu victoriæ, Aduocato, vel procuratori, qui fecit dictas expensas, detur aliqua quota.*

L. Si contra. XX.

Iidem AA. *Epagato.*

1 ILlicitum salarium frustrà petit procurator. Ex
2 pacto de quota litis nil procurator licitè petit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.*

3 Notatur ad hoc quòd illicitum est pactum vt loco expensarum, & sumptuum factorum in casu victoriæ detur Aduocato, vel procuratori, qui fecit dictas expensas, aliqua quota, vt per Virgil. Boccac.
1 *in tract. de pactis par.*3. *n.*20. Farin. *in praxi crim. q.*106. *n.*64.

SVMMARIVM.

1 *in Re propria quilibet est moderator, & arbiter, & n.4. etiam in rebus de futuro, n.5. intellige in re suâ libera; secus si res sit communis, vel in qua alius ius habeat. n.6.*

2 *in Re demandata quilibet iudicium mandati, & existimationis periculum metuat. si reus sit culpæ, aut doli.*

3 *Condemnatus in actione directa mandati infamis efficitur.*

7 *in Re sua quis non potest contra ius.*

L. In re mandata. XXI.

Imp. CONSTANTIN. A. *Lusitano* P. P.

IN re propria quilibet est moderator, & arbiter. in 1
re demandata quilibet iudicium mandati, & exi- 2
stimationis periculum, si reus culpæ, aut doli quis sit, metuat. Condemnatus in actione directa man- 3
dati infamis efficitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.*

Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd in re 4
propria quilibet est moderator, & arbiter, vt per Cassan *in catal. gloria mundi par.*1. *consid.* 38. *concl.* 44. *vers.* 2. Anton. Gom. *l.* 70. *Tauri n.* 1. Mench. *controuers. vsufreq. cap.* 4. *n.* 5. Castren. *cons.* 260. *Visis compromisso, col.* 2. *in princ. vol.*1. Roman. *cons.* 277 *Non est dubium, n.* 2. *vers. consequens est*, Cephal. *cons* 121 *num.* 10. *& cons.* 429. *num.* 56. *&* 57. Decian. *cons.* 58. *in princ. lib.* 2. vbi ampliat etiam 5
in rebus de futuro, Thom. de Thomasset. *in floribus legum reg.* 98. *&* 247. Menoch. *cons.* 1. *n.* 265. *& cons.* 34. *num.* 1. *&* 17. *& cons.* 57. *n.* 10. *& cons.* 255. *num.* 10. *& cons.* 296. *num.*41. *& cons.* 334. *n.* 21. *&* 37. *& de præsump. lib.* 4. *præs.* 80. *n.*7. *& remed.* 6. *retin. num.* 118. Donell. *comment. iuris ciuilis l.* 23. *cap.*7. *col.*2. *in fine*, Osasch. *dec.* 17. *num.*13. Perez *l.*1. *vers. ex qua infertur tit.* 2. *lib.*6. *ordin. pag.*76. Spin. *in speculo testam. gloss.* 19. *princ. num.* 74. Gutier. *cons.* 21. *num.*7. Surd. *cons.* 154. *num.* 11. Borcholt. *cons.* 31. *col.*49. *par.*1. Aldouin. *cons.* 10. *num.* 7. Escob. *de ratiocin. cap.* 9. *num.* 50. Molin. *de Inst. tract.*3. *disp.* 1. *concl.* 1. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 13. *tit.* 26. *num.*1. Cald. Pereira *de emp. & vend. cap.* 9. *num.*15. *&* 16. Anguian. *de legib. lib.*3. *controu.* 52. *num.*8. Cardin. Tusch. *pract. concl. tom.*2. *lit. D, concl.* 486. *& tom.*6. *lit. R, concl.* 112. Aloys. Riec. *in praxi rerum fori ecclesi. resol.* 149. *num.* 4. *in* 2. *ed.* Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 45. *num.* 6. Castill. *lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 35. *num.* 5. Rot. *dec.* 105. *n.* 6. apud Farin. *par.*1. *recentior. & dec.* 547. *n.* 3. apud eundem *par.* 2. *recentior.* Intellige pro- 6
cedere in re sua libera, secus si res sit communis, vel in qua alius ius habeat. Auchar. *cons.* 156. *Optimis rationibus, n.*7. *& seqq.* Boër. *dec.* 320. *num.*11. *ver. ex quo secundum*, vbi subdit quòd in re sua quis non po- 7
test contra iustitiam contra leges, & contra bonos mores non potest quis de re sua disponere, quia Reipub. interest ne quis re sua malè vtatur. Abb. *cons.* 48. *videtur primò, circa fin. vers. non obstat si dicatur, l.*2. quem refert Card. Tusch *d. lit. R, concl.* 112. *n.*28.

SVMMARIVM.

1 *Cessio actionum non potest fieri in casibus hac lege expressis.*

2 *Cessiona*

2 *Cessionarius pro quantitate soluti pretij & vsurarum alienas actiones acquirit, & num. 3.*

4 *Confessio de recepto probat verè in illis casibus, in quibus nulla est fraudis supicio, aut per legis interdictam non probibetur.*

5 *Confessio partis non sufficit vbi potest esse fraudis præsumptio, sed requiritur vera, & corporalis traditio, & numeratio, & probatio.*

6 *Cessia actionum præsumitur simulata ex paruitate pretij. etiam in hæreditatis venditione, & in promissione de cedendo, licèt iuramentum interueniat.*

7 *Cessio actionis non valet tanquam simulata, si pretium non correspondet actioni cessa, etiamsi sit firmata iuramento, & cessia facta sit partim ex causa venditionis, & partim ex causa donationis. non valet nedum cessio, sed etiam promissio de cedendo. num. 8. exceptis casibus, in quibus cessiones valent etiam data modicitate pretij, vel nullo titulo existente. num. 9.*

10 *Emere debita, siue actiones minori pretio quàm quod continetur in obligatione, licitum.*

11 *Cessio actionis modico facta precio præsumitur simulata, & solùm pro numerata quantitate conceditur cessionario.*

12 *Cessio valet non soluto pretio, modò de pretio sit habita fides.*

13 *Debitum quando est indubitatum, & à debitore confessatum, potest liberè cedi pro quocunque pretio. secus in actionibus dubitatis, hoc est, in iudicium non deductis. num. 14.*

15 *Cessio præsumitur ficta, quando non apparet de titulo. etiamsi titulus superueniret. num. 16. & cessio iuramento sit firmata, num. 17. secus in casibus firmatis, in quibus titulus præsumitur. num. 18.*

19 *in Cessione actionum modico pretio facta inter hæredes non præsumitur simulatio. nõ præsumitur simulatio, quando creditor à suo debitore pro suo credito cessionem recipit. num. 20. vel quando is, qui rem alienam possidens sibi aliqua ex causa cessionem obligatam pro maiori sui munimine, & cautione recipit, num. 21. vel cessio fit inter legatarios, seu fideicommissarios. num. 22.*

23 *Cessio non valet facta ex causa donationis.*

24 *Confessio de recepto, non probat, nec illi fides habenda, nisi de vera numeratione appareat num. 25.*

26 *Cessio non valet, si coniecturis constiterit factum fuisse iustis de causis, non autem animo vexandi eum contra quem facta fuit.*

27 *Pretij tenuitas consideranda, quando deductis impensis, quæ fieri possent ad consequendam rem cuius actiones cessa sunt, adhuc tenue apparet pretium.*

28 *Præsumptiones & coniectura simulationis cessant quando fit cessio iurium, & actionum accessoriè ratione contractus præcedentis.*

L. per diuersas. XXII.

Imp. ANASTAS. A. *Eustachio. P.P.*

1 CEssio actionum non potest fieri nisi in casibus
2 hac lege expressis. Cessionarius pro quantitate soluti pretij & vsurarum alienas actiones acquirit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 64. tit. 18. par. 3.* vbi *glos. 4. & 5.* Hippol. *sing.* 45. Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 7. cap. 8. num. 2.* Guid. Papæ *dec. 273. num. 1.* Adrian. Pulus. *ad edictum de alienat. iudicij mutandi causa facta cap. 11. in princ. & in fine*, Mascard. *de prob. concl. 361. num. 11.*
vbi quòd confessio de recepto probat verè in illis 4
casibus, in quibus nulla est fraudis suspicio, aut per
legis interdictum non prohibetur. Anton. Gom.
l. 9. Tauri num. 36. col. 1. vbi quòd in quocunque 5
actu, vel contractu, in quo potest esse præsumptio
fraudis, non sufficit confessio partis, sed requiritur
vera, & corporalis traditio, & numeratio, & probatio eius, latè Farin. *in praxi crim tit. de falsitate & simul. quæst. 162. num. 36. cum seqq.* latius etiam Anton. Gom. *tom. 3. commun. lib. 2. tit. de actionib. concl. 3. per totam.*

Notatur hic text. ad hoc quòd ex prauitate pretij 6
cessio actionum præsumitur simulata, vt per *dec. Genuens. 13. num. 37.* Roder. Xuar. *alleg. 19. n. 2.* Franc. Marc. *Delphin. dec. 248. n. 6.* Brunor à Sole *in locis commun. verbo cessio 4.* Menuch. *cons. 1098. num. 32. & de arbitr. casu 248. num. 1.* & latè *de præsump. lib. 3. præs. 129. à princ.* vbi quòd locum id habet etiam in hæreditatis venditione, & in sola promissione decedendo, & non obstare licet iuramentum interueniat. Parlad. *rerum quotid. lib. 2. p. 3. c. fin. §. 4. num. 8.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de postulando resol. 2. à num. 12.* Ioan. Bapt. Costa *de rata quæst. 70. num. 1.* Anton. Fab. *coniectur. lib. 12. cap. 12.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. C, concl. 209. n. 12.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 13. n. 16.* latè Anton. Gabr. *d. tit. de action. concl. 5. à princ.* vbi *num. 3. cum seqq.*
ampliat vt non valeat cessio actionis tanquã simu- 7
lata, si pretium non correspondeat actioni cessæ,
etiamsi sit firmata iuramento, & quamuis cessio facta sit partim ex causa venditionis, & partim ex causa donationis, & *n. 5.* ampliat vt nedum non valeat 8
cessio, sed etiam non valeat promissio de cedendo, & à *n. 6.* limitat in pluribus casibus, in quibus 9
cessiones valent etiam data modicitate pretij, vel
nullo titulo existente.

Aduerte quòd licitum est emere debita, siue actio- 10
nes minori pretio quàm quod continetur in obligatione, iuxta tit. *ff. de hæred. vel act. vend.* Innoc. Abb. *n. 7.* Bero. *num. fin. in cap. in ciuitate, de vsur.* S. Antonin. *in sum. p. 2. cap. 8. §. 3. & 4.* Sot. *de Iust. lib. 1. quæst. 4. ar. 2.* Nauar. *in man. cap. 17. n. 230. cum seqq.* Baptista *de vsuris commento 3. num. 226. cum seqq.* Mercad. *de contract. lib. opusc. de arredamientos cap. 9.* Menoch. *d. lib. 3. præs. 129 num. 16.* Cardin. Mantic. *d. lib. 4. tit. 13. num. 16.* Ratio est, quia in nominibus debitorum iustum pretium non est quantitas in illis contenta, sed ea, quæ attentis circunstantiis, & viso arbitrio boni viri probabiliter valere potest. *l. qui filij 4. in fine, ff. de hæred. vel act. vend. l. Nesennius 22. §. vlt. l. quærebatur 81. vers. quare, ff. ad leg. falcid.* Nau. *d. cap. 17. n. 230.* Anton. Gabr. *d. concl. 5. num. 34.* Anton. Fab. *d. cap. 12. & in sua Cod. sub hoc tit. diffin. 9.* Osvvald. *ad Donell. lib. 15. cap. 43. lit. D*, Menoch. *de arbitr. casu 248.* Cardin. Mantic. *d. num. 16* minus namque est habere actionem, quàm rem. *d. l. quærebatur, vers. quare l. minus 295. ff. de reg. iuris*, Greg. Lop. *l. 1. gloss. 2. tit. 11. par. 6.* Ant. Gom. *var. tom. 2. cap. 12. n. 34.* Non obstat text. *in præsenti*, cui similis *in l. ab Anastasio, inf. hoc cod. tit.* secundùm quem non valet cessio actionis, seu debitorum ad fauorem tertij, non constito priùs de solutione, quia loquitur & procedit in cessionibus fictis, & fraudulentis in odium eorum, qui alienas lites redimunt, Anton. Fab. *d. cap. 12. & d. defin. 9.* Osvvald. *d. cap.*

d.cap. 43. Menoch.d.præs.129.num. 1. Cuiac. lib. 8. obseru. 31. & sic non quando constat de veritate actuum Menoch.vbi sup.num. 42. Et quamuis controuersum sit, an hoc casu sufficiat confessio de recepto, vt per relatos à Tiraq.de retract.lig.§. 1.gloss. 18.à num.85. Menoch.d.præs.129.num.10. Farin. d. quæst.162.num.37.& 38. attamen receptior opinio tenet confessionem sufficere, maximè quando transactus est terminus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt per Hieron. Gabr. cons. 167. num.1.& seq.lib.1. Rimin.sen.cons.155.num.9.& 18. lib.1. Rebuff.tom.2. ad leg.Gallia ti.de cessione actionis gloss.7.art.1. Rot. Genuens. decis. 104 num. 12. Crescent.decis.10.de re iudic. Farin d.n.38.

11 *Vt si quis datis pecuniis*, &c.] Notatur ad hoc quòd cessio actionis modico facta pretio præsumitur simulata, & solùm pro numerata quantitate conceditur cessionario, vt per Menoch.d.lib.3.præs.129. num.2.& dicit Anton.Gabr.d.concl.5.num.17. quòd
12 valet cessio dato quòd non sit solutum pretium, sed sit habita fides de pretio.

13 *Pro indubitatis obligationibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd quãdo debitum est indubitatum, & à debitore confessatum, potest liberè cedi pro quocunque pretio, vt per Anton.Fab.d.lib.12.coniect.cap.12. col.vlt. Osvvald.ad Donell.lib.15.cap.43.lit.C. ad fin.
14 Anton.Gabr.d.tit. de actionib. concl. 5. num.49. vbi quòd hæc lex procedit in actionibus indubitatis, idest, in iudicium deductis, secus in actionibus dubitatis, hoc est, in iudicium non deductis.

15 *Licet instrumento cessionis venditionis*, &c.] Notatur ad hoc quòd præsumitur ficta simulatáque cessio, quando non apparet quo titulo illa facta fuerit, vt per Menoch.de præsumpt.lib.3. præs.129.num.29.
16 vbi num. 33. ampliat, etiamsi titulus superueniret si enim non adest titulus, præsumitur, vt per Alex. Trentacinq.variar.resol.lib.1.tit.de actionib. resol. 2. à num.1. vbi extendit procedere, etiamsi cessio sit
17 iuramento firmata, & num. 2. declarat locum non
18 habere quando sumus in casibus, in quibus titulus præsumitur. nam tunc tenet cessio, licèt in instrumento titulus non fuerit appositus.

19 *Exceptis scilicet cessionibus*, &c.]Notatur ad hoc quòd in cessione actionum, modico pretio facta inter cohæredes, non præsumitur simulatio; vt per Alciat in resp.124.num.2. Anton.Gabr.d.concl.5.n.6. Menoch.d.lib.3.præs.129.n.10.

20 *Ex his quascunque vel creditor*, &c.] Notatur ad hoc quòd in cessione actionum simulatio non præsumitur, quando creditor à suo debitore pro suo credito cessionem recipit, vt per Anton.Cabr.d.conclus.5.num.7. Menoch.de præs.129.n.11.

21 *Vel is, qui res alienas possidet*, &c.] Notatur ad hoc quòd cessio actionis modico facta pretio non præsumitur simulata, quando is, qui rem alienam possidens sibi aliqua ex causa obligatam recipit cessionem pro maiori sui munimine, & cautione, vt per Alciat.in resp.124.num.5. Anton.Gabr.d.concl.5.n.8. Menoch.d.præs.129.n.12.

22 *Nec non his quas inter*, &c.]Notatur ad hoc quòd cessio actionis modico facta pretio non præsumitur simulata, quando fit inter legatarios, seu fideicommissarios, vt per Anton.Gabr.d.cons.5.num. 9. Menoch.d.præs.119.num.13. vbi num.14.& seq. idem dicit in specie cessionis factæ inter socios.

23 *Si autem per donationem*, &c. Notatur ad hoc quòd non valet cessio facta ex causa donationis, vt per Anton.Gabr.d.concl.5.n.38.

24 In gloss.*Soluturam*.ibi, *vt sit necesse pretium solutum, &c.* Notatur ad hoc quòd confessio de recepto non probat, nec illi est fides habenda, vt per Tiraq. de retractu lig.§.1.gloss.18.num.78. Roder.Xuar.alleg. 19.num.2. Mascard.de probat.concl.361.num.4. Vnde 25
cessio præsumitur simulata ex sola confessione & receptione pretij, nisi de vera numeratione appareat, Cott. in memorabil. verbo creditor prior, Farin. in praxi crimin. tit. de falsit. & simulat. quæst. 162. num.37.

In gloss.*Venditionis*.ibi, *cùm iusta sit cessio, & non* 26
animo vexandi, &c. Notatur ad hoc quòd non valet cessio actionis modico facta pretio, si coniecturis constiterit factam fuisse iustis de causis, non autem animo vexandi eum, contra quem facta fuit, vt per Menoch.d.lib.3.præs.129.n.16.

In gloss.*Quam aliis causis, fin*.ibi, *sed quantum pre-* 27
tium dicitur modicum, &c. Notatur ad hoc quòd pretij tenuitas consideratur, quando deductis impensis, quæ fieri possent ad consequendam rem, cuius actiones cessæ sunt, adhuc tenue apparet pretium, vt per Ioann Mil.repert.verbo præsumitur cessio, Anton.Gabr.d. concl.5.n.34. Ias.in §. propter retentionem num. 5. ante med. instit. de actionib. vbi dicit hanc gloss. notabilem, Anton.Gom.var.tom.1.cap.12.num. 25.ante med. vers. secundò infertur, Boër. decis. 44. num.3. Tiraq.de retractu lig.§.15.gloss.1.num.3. Foler. ad Marant.de ordine iudic.par. 4.num.103.pag.153. Mexia.in tract.tassæ panis concl. 2.num.94. Menoch. d.præs.129.num 4.

In ead.gloss.ibi, *& postea subsequi cessio, &c.* Notatur 28
ad hoc quòd præsumptiones & coniecturæ simulationis cessant quando fit cessio iurium, & actionum accessoriè ratione contractus præcedentis, vt per Anton.Gabr.d.concl.5.num.28. Menoch. d.præs.129.num.43.

SVMMARIVM.

1 Cessio simulata præsumitur si actio pro parte vendita, pro parte donata reperitur, & num. 3. declara vt num. 4. amplia vt num. 5. & limita vt num. 6.

2 Si solus donationis titulus prætendatur fraudulenter cedens actionem amittit.

7 Cessionarius pro creditore.

8 ex Occultatione præsumitur fraus.

9 ex Varietate contractus fraudis suspicio arguitur.

10 Fraus præsumitur cùm in instrumento non continetur numeratio, sed tantùm confessio de recepto.

11 Instrumenta quando habent executionem paratam per statutum possunt exequi ad instantiam cessionarij constando de cessione.

12 Via executiua quæ datur cedenti, datur etiam cessionario.

13 non satis est Contractum probari simulatum, dolosum, vel fictitium in genere, sed necesse est probetur ipsa species ac modus simulationis, seu fraudis sigillatim.

14 Aduocatos omnia nosse mala.

L. ab Anastasio. XXIII. & vlt.

Imp. IVSTINIANVS A. *Ioanni P P.*

Cessio simulata præsumitur si actio pro parte 1
vendita, pro parte donata reperitur. Item si 2
solus donationis titulus prætendatur fraudulenter, cedens actionem amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1.num.1. sup.hoc tit.*& post omnes Giphan.*tom.1.pag.293.*

Hanc

3 Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 64. tit.* 18. *part. 3. vbi gloss.* 4. Roder. Xuar. *alleg.* 19. *num.* 2. Cæpol. *de simulat. contractus n.* 43. *& 99.* Puluæ. *ad edictum de alienat. iudicij cap.* 12. *in princ.* latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 129. *num.* 27. vbi *num.* 28. de-
4 clarat vt non procedat quando vni vendita est pars actionis, & deinde alteri personæ diuersæ donata est altera pars, ita quòd re vera, is, qui pars donata fuit, eam habeat, non autem quòd sit persona interposita ab illo emptore alterius partis, latè etiam Anton. Gabr. *commun. tit. de actionib. concl.* 5. *num.* 43.
5 vbi *n.* 44. *cum seqq.* ampliat, etiamsi pro parte donetur, & pro parte permutetur, & etiamsi debitor det in solutum creditori suo ex causa crediti pro parte veri, & pro parte falsi, quia cessio non tenet pro
6 parte pro qua creditum est falsum; & *num.* 47. limitat, vt istud non procedat in re corporali pro parte vendita, & pro parte donata.

7 *In alium creditorem.*] Ergo cessionarius dicitur creditor, vt per Roder. Xuar. *in l. post rem iudicatam, super leg. Regni, extens.* 6. *num.* 1. Suar. de Paz *in practica tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 1. *n.* 33.

8 *Non occultè.*] Notatur ad hoc quòd ex occultatione fraus præsumitur, vt per Tiraq. *de retractu conuent. in præfat. num.* 13. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 26. *num.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 445.

9 Notatur etiam ad hoc quòd ex varietate contractus fraudis suspicio arguitur, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap.* 1. *num.* 491. Mascard. *de probat. concl.* 442. *num.* 4.

10 *Re ipsa persoluit.*] Notatur ad hoc quòd præsumitur fraus cùm in instrumento non continetur vera numeratio, sed tantùm confessio de recepto, vt per Tiraquel. *de retractu lign.* §. 1 *gloss.* 18. *n.* 78. *& seq.* Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri n.* 85. *col.* 1.

11 *Vt partem quidem debiti*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando instrumenta habent executionem paratam per statutum possunt exequi ad instantiam cessionarij constando de cessione, vt per Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 124. *pag.* 473. Azeued. *l. vlt. num.* 16. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ Recopil.* D. Barbos. *in l. post dotem, num.* 52. *soluto matrimonio*, Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. part.* 3. §. 4. *num.* 6. Soar. de Paz *d. cap.* 1. *à num.* 32. Roder. Xuar. *in d. l. post rem indicatam, in declarat. leg. Regni, limit.* 7. metipsum *in praxi exigendi pensiones, quæst.* 2. *num.* 68. vbi habetur quòd via executiua, quæ datur cedenti, datur etiam cessonario, latè Thom. Valasc. *allegat. iuris tom.* 1. *allegat. allegat.* 76. *num.* 77. vbi subdit, hanc doctrinam non habere locum apud Lusitanos, quia priuilegium executionis tantùm proceditinter proprias personas contrahentium, & tales non sunt persona creditoris nominati in instrumento, & persona illius, in quem facta est cessio, & *num.* 78. hoc intelligit quando cessionarius petit executionem suo nomine virtute cessionis, non autem quando eam petit nomine cedentis, & tanquam ipsius procurator.

12 Notatur etiam hic text. ad hoc quòd non satis est probare contractum esse simulatum, dolosum, vel fictitium in genera, sed necesse est, vt ipsa species, ac modus simulationis, seu fraudis sigillatim probetur, vt per Tiraquel. *in retractu lign.* §. 1. *gloss.* 14. *n.* 59. Mascard. *de probat. concl.* 449. *n.* 6.

13 In gloss. *Morantur.* ibi, *qui omnia mala nouerunt.* Notatur ad hoc quòd Aduocati omnia mala nouerunt, vt per Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 10.

Si seruus se extero emi mandauerit.

TIT. XXXVI.

HIc titulus est pars superioris: quia speciem quandam mandati declarat, id est, cum seruus extraneo mandat, vt se emat. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide Mozz. *de contractib. tit. de mandato, cap. de personis, inter quas cadere potest mandatum, num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *ex mandato serui firmiter non oritur actio, quòd si à domino mandatum habeat ad contrahendum, actionem mandati parit æquitas.*

2 *Mandatum serui mandantis se emi ab initio inualidum, reconualescit emptione sequuta ex pòst facto.*

L. Si seruus: Vnic.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Dionysiæ.*

EX serui mandato actio firmiter non oritur, quòd si à domino mandatum habeat ad contrahendum, actionem mandati æquitas parit. Mandatum serui mandantis se emi ab initio inualidum, reconualescit emptione sequuta ex pòst facto. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Butrig. Bart. Bald. Castrens. Fulgos. Angel. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 30. Sebast. Næui remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* & inter repetentes Petrus de Bellapertica. 1 2

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l.* 7. *Hispan. tit.* 10. *part.* 3. *vbi gloss.* 4. Bart. *in l. si de vi, n.* 1. *in fine, ff. de iudic. & in l. naturaliter.* §. *nihil commune, n.* 33. *in princip. ff. de acquirend. possess.* Mayn. *lib.* 3. *actionum, cap.* 5. *fol.* 161. *& lib.* 4. *cap.* 8. Adrian. Puluæ. *ad l. interpositas, C. de transact. pag.* 100. Didac. à Britto Lusitan. *in rubr. de locato, & conducto, in princip. num.* 5. *ante medium*, vbi ait quòd eo casu, quo domino illius serui, qui se emendum mandauit, peculiares nummos in eandem rem mandatario ministrans, sequuta emptione, nulla in rigore aduersùs mandatarium, eúmque emptorem mandati, aut venditi actio competebat; ex æquitate tamen, seu vtilitate, vtraque, mandati scilicet ad seruum, empti verò ad pretium eidem domino accommodatur; cùm tamen si competeret, in rigore ex vendito competere debuisset ipsimet domino, qui venditoris personam sortitur, prout notauit gloss. *hic verbo empti.* Accommodantur igitur prædictæ actiones non ex mandato, aut ex empto propriè, & in rigore, sed potiùs vtiliter, & ex æquitate, hoc est, ratione, & causa mandati, seu empti, id est, quia mandatarius & mandatum suscepit, & emit seruum, de quo *hic.*

Q *Pro*

Pro socio.

Tit. XXXVIII.

Actio pro socio est similis actioni mandati: sed eo differt, quòd actio mandati est directa, & contraria; actio verò pro socio vtrinque directa est; quia vtriusque contrahentis eadem est ratio. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac & VVesembec. De titulo, seu de societatibus speciales tractatus in lucem ediderunt Angel. de Periglis *tom. 6. tract. Doctor. part. 1. fol.* 130. Hector Felicius; & de societatibus officiorum, Franciscus Castracanius, Virginius Boccacius, & Syluester Zacchias.

De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 44.* vbi parens noeus, *& l. Hispan. 1. cum seqq. tit. 10. part. 5.* vbi Gregor. Lopez, Conan. *comment. iuris, lib. 7. cap.* 13. Brillon. *lib. 17. de verborum signific. verbo socij*, Couarr. *lib. 3. variorum, cap.* 2. Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap.* 5. Nauarr. *in man. cap. 17. num.* 151. *& in comment. de vsuris, num. 12. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, part. 3. lib. 27. cap. 4. &* 5. Suar. Donat à Fina, Kirchou & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 15. pag.* 615 *cum seqq.* Ioseph. Ludou. *tom. 3. etiam commun. tit. de societate, pag.* 456. Sot. *de instit. lib. 6. quest.* 6. Conrad. *de contract. lib. quaest.* 97. Thoming. *decis. 13. &* 49. Barnab. Cornazan. *Lucensi decis.* 18. Gam. *Lusitan. decis. 110. num. 18. cum seqq. & decis. 253. num. 1. & 2. & decis. 308. n.* 9. Mozz. *de contract. tract. de societate*, Gregor. Valent. 2. 2. *disp. 5. quaest. 24.* Petr. Nauarr. *de restit. lib. 3. cap. 2. num.* 436. *cum seqq.* Suar. de Paz *in pract. tom.* 3. *cap. 6. §. 7.* Mascard. *de probat. conclus. 1309. & seq.* aliàs 1315. & 1316 Menoch. *de praesumpt. lib. 3. praesumpt.* 56. Aluar. Valasc. *cons. 39. num. 1. & vlt. & cons 63. &* 185. Bernard. Graeuae *ad practic. Camera Imperialis lib. 1. conclus.* 24. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib. 6. de societ.* Fachinae. *controuers. lib. 2. c.* 94 Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 411. cum seqq.* Leonard. Less. *in simili tract. lib. 2. cap.* 25. Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 15. de contractu societatis*, Valer. Reginald. *in praxi fori poenitent. tom. 1. lib. 25. num. 369. cum seqq.* Azor. *institut. moralium, part. 3. lib. 9. de societate*, Rimin. Tepat. *variar. sentent, tom. 1. tit.* 365. Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, tom. 1. classi 2. disp. 5. de societate.*

SVMMARIVM.

1 *Societas valet, in qua vnus pecuniam confert, alter operam, & num. 2.*

3 *Lucri diuisio quomodo fiat inter illum, qui pecuniam confert, & alterum qui praestat operam, vt salua sit vtriusque conscientia, & num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*

4 *Opera hominis quid, & n. 5.*

L. Societatem. I.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Aurelio.*

1 Societas in qua vnus pecuniam cõfert, alter operam, valet. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicer. Bart. Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Cuiac. Sebast. Naeui. Aloys. Leo *in 4. fol. 30. verso*, Donell. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen *in concord.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt. Ambros. de Vignate *in c. salubriter, de vsur. §. prima ergo conclusio, n.* 163. Gam. *Lusit. decis. 110. n.* 28. Ias. *in §. sequens num. 43. &* 44. *Instit. de action.* Capr. *cons. 17. n.* 1. *Palat. in repet. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 6. §. 12. n. 1. &* 2. Dec. *resp. 97. n. 37. vol.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1319. aliàs 1315. *n.* 11.

Quomodo autem fiat diuisio lucri inter illum, qui 3
pecuniam confert. & alterum, qui operam praestat, vt salua sit vtriusque conscientia, est scitu dignissimum; in primis Syluest. *in sum. verbo societas, 1. n.* 20. Vigesimò, inquit, quaeritur, quomodo societas sit diuidenda si nihil conuentum est expressè, vel tacitè, quia nulla est consuetudo de hoc? & dicit Bald. *in l. 1. ff pro socio*, & Angel. *vbi sup.* quòd si alter centum, & alter operas posuit, & de lucro habent ducenta, qui centum posuit, primò extrahet sua centum, & reliqua ducenta omnes diuident inter se, ita tamen quòd qui plus contulerit pecuniae, operae, vel industriae, arbitrio scilicet boni viri, plus habeat de lucro, *l. si non fuerint, & l. qui enim, ff. pro socio.* Nec est verum quod quidam dicunt, eum, qui posuit operam, priùs debere extrahere alia centum pro opera sua, cùm
hoc nullo iure caueatur, diuino, Canonico, vel ciui- 4
li, quia opera hominis nihil aliud est, quàm officium
diurnum, *l. 1. ff. de oper. liber.* immo opera hominis di- 5
citur fructus hominis esse, *l. 4. & seq. ff. de oper. seru.* 6
vnde qui ponit operas tantùm, nihil ponit consistens in capitali, vel sorte, sed solum fructum, aut vsumfructum suae personae, qui correspondet fructui, aut commoditati illorum centum, &c.

Caiet. *in sum. verb. societas*, Syluestri vestigiis insi- 7
stens ait, Et quoniam in huiuscemodi societatibus frequenter contingit diuersarum rationum cõuenire socios (dum vnus ponit pecuniam, & alius operã & industriam) nec par est vtriusque periculum, ideo nota & aduerte diligenter quòd societas huiusmodi ex sua natura hoc habet quòd ponens pecuniam subster duplici periculo, scilicet perditionis pecuniae, & perditionis negotiatorij vsus eiusdẽ pecuniae; qui verò ponit industriam, seu operas suas, subster vni tantùm periculo, scilicet perdẽdi vsũ industriae, seu operarum suarum. Quod vt meliùs intelligas considera triplicem euentum societatis: aut enim in fine inuenitur lucrum; aut sine lucro, capitale tantùm; aut damnum capitalis in toto, vel in parte sentiret quicquid damni est dominus pecuniae, qui illam posuit: si verò capitale tãtùm inuenitur, saluum erit domino eius, qui illud posuit, nã ex eo, quòd posuit pecuniam suam in societatem, non desinit esse illius dominus. Si autem lucrum inuenitur, reddetur ante omnia capitale domino, & diuidetur deinde lucrum aequis portionibus, supposito quòd pecunia posita in societate, & industria aequiualent; & omnium horum vna est ratio, quia scilicet, qui posuit pecuniã, substat duplici periculo, scilicet perdendi substantiam pecuniae, & perdendi negotiationis vsum, tenendo scilicet vanè tanto tempore suam pecuniam occupatam negotio: ex hoc enim fit vt iustitia exigente ei capitale saluum sit, si saluatur in toto, vel in parte cui deperderetur, si periret. Ponens autem industriã, vel operas, qui solùm potest deperdere vsum industriae, vel operae suae, scilicet in vanum laborando, ideo nihil de capitali saluo ei debetur: substantia namque operarum suarum non ex negotiatione, sed ex necessitate materiae perit, quia scilicet est res successiua in motu consistens, si enim res permanentes essent, ei essent saluae. Hactenus Caietanus.

Molin.

8 Molin.*de iustit.tom.2.disp.415.concl.* 1. palam opponitur Syluestro, & Caietano, ait enim: Quando operæ, industriæ, vsus nauigij, aut alterius rei, quæ vnus sociorum apponit, æquales sunt in valore cum capitali, quod alter apponit, licitus est contractus, quòd tam lucrum, quàm capitale diuidenda sint æqualiter in vtrumque socium, iuxta opinionem quam Caiet. 2. 2. *quæst.78.art.2. ad* 5. est sequutus: imma verò pactum tunc quòd solum lucrum diuidendum æqualiter sit inter socios, & capitale ad eum integrum pertineat, qui illud apposuit, est iniquum cum onere restituendi dimidium capitalis: hanc eandem amplectuntur Conrad.*de contract.quæst.*94. *corol.*3. Mai.*in 4.dist.15.quæst.*47. Cou.*lib.3.var.resol. cap.2.n.2.*

9 Lessi. *de iustit. & iure lib.* 2. *cap.* 25. *de contractu societatis dubit.2.num.*8. inquit, Molinam sequutus, vt is qui operas confert, admittatur vt verus socius, & solùm sit particeps lucri secundùm æstimationem operarum; quasi tantum pecuniæ in societatem contulisset, quanti valent operæ, si conferas mille aureos, & opera socij æstimetur centum aureis, sitque particeps lucri quasi contulisset solùm centum aureos, hic contractus etsi à quibusdam Doctoribus probari videatur, est tamen omnino iniquus. Ratio est, quia socius id, quod confert, certò amittit, perit enim opera illius; tu verò quod confers non amittis, sed manet tibi saluum, vnde est dispar conditio sociorum, quod repugnat contractui societatis, nisi aliùde fiat compensatio. Deinde hoc pacto socius, qui confert operam, nunquam aliquid lucrabitur, sed certò semper amittet, nisi lucrum sit vltra mille & centum aureos, quod vix vnquam continget. Cùm enim solùm vndecima pars lucri ei sit assignata, nisi hæc excedat centum aureos, quibus opera eius æstimabatur, nihil habebit supra id, quod contulit: si autem vndecima pars lucri sit infra centum aureos, necessariò amittet, vt patet. Itaque talis societas ferè est leonina, in qua alter sociorum solùm habet damnum, alter solum lucrum, de qua vide *d.l.si non fuerint 29.§.fin.ff.pro socio.*

10 Idem Lessi.*eod.dubit.2.n.9.* subdit in hæc verba. Tertio vt is, qui operas confert, non solùm sit particeps lucri, sed etiam sortis, secundùm æstimationem operarum, itaut negotiis peractis ex tota summa; quæ ex lucro & sorte conflata erit, tantum extrahat; quantum si loco operarum pecuniam æquiualentem contulisset: vt si tu conferas mille aureos, socius verò operam valentem centum aureis, & lucrum sit quingentorum aureorum, socius extrahet vndecimam partem non solùm è lucro, sed etiam ex sorte, id est, ex mille & quingentis aureis. Vnde ille habebit 136. aureos, & vnam tertiam, tu verò habebis reliquas decem partes: hic contractus est iustus. Probatur, quia qui confert operas, non minus debet esse particeps tum lucri, tum sortis, quàm qui ponit tantundem pecuniæ: non enim ipsi soli opera perire debet, cùm non minus conferat ad negotiationem, quàm is, qui contulit tantundem pecuniæ: atqui is, qui in casu proposito contulit centum aureos, extrahit vndecimam partem, non solùm lucri, sed etiam sortis, ergo etiam is, qui contulit operam eiusdem æstimationis. Itaque in hoc contractu opera socij æstimanda est pecunia, eaque æstimatio sorti addenda, vt fiat vna sors communis, v.g. mille & centum aureorum, in qua socius habeat partem vndecimam, perinde ac si tantundem pecuniæ contulisset, vnde postea in diuisione competit ei vndecima pars sortis, & lucri, seu totius summæ. Si opera illius valebat quanti sors alterius, debetur ei dimidium totius summæ, si erat æqualis tertiæ, quartæ, quintæ, vel sextæ parti pecuniæ, debetur ei tertia, quarta, quinta, vel sexta pars totius summæ, quæ reperitur finitis negotiis. Iuxta hunc modum intellige quæ habet Couar. *lib.3. variar.cap.* 2. & Nauarr.*cap.17.num.* 151. etsi non satis clarè explicent, an socius operam conferens, debeat esse solùm particeps lucri, an etiam sortis. Hactenus Lessius.

Couar. *lib.3.variar.resolut.cap.2. conclus.* 1. in varias fertur partes; ait enim: Iure & ratione societatis potest quis dare licitè propriam pecuniam mercatori, hac conditione & pacto, vt pecuniam accipiens mercatorum artem exerceat, laborem & industriam subiturus; lucrum verò ex ea acquisitum, simul & damnum sequutum communia fiut vtriusque, &c. 11

In gloss. *Obtinuit*, *vnic.* ibi, *sed quæro, an ille qui pecuniam contulit, debeat habere capitale saluum in diuisione societatis*, &c. De materia & intellectu huius gloss. vide latè Gregor. Lop.*l.* 10.*verbo perdiendose tit.10.part.5.* vbi disputat, si vnus ponit in societate pecuniam, alius operam, & industriam, & perditur capitale, ac proinde societas dissoluitur, an ponens operam teneatur ad dimidiam capitalis, & sic an tale damnum debeat communicari inter socios? Palat.*in repet.cap.per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab.6.§.11. num.* 6. Geminian. *de vsuris comm.3.§.1.num.* 15. Rot. Genuens. *decis.*31. Franc. Marc.*quæst.*887. Caballin.*millelos.*427. Menoch.*de arbitr.casu* 125. Fachinæ. *controuers. lib.* 2. *cap.*95. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.6.tit.21.num.*2. Bernard. Græuæ.*ad pract. Cameræ Imper.lib.2.conclus.14.consid.1.num.*2. 12

SVMMARIVM.

1 *Emptione fundi communis societas introducta videtur, & num.*2.

3 *Socius rem emens, præsumitur emisse de proprio, non de communi. idem est in eo, qui res administrabat alienas, si vir erat industriosus, vel possidebat bonas, num.*4.

L. Cùm proponas. II.

Iidem AA. & CC. Pantonio.

EMptione fundi communis societas introducta videtur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1.sup.hoc.tit.* & post omnes Aloys. Leo *fol.*31. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Alphan.*collect.*416. Roman.*sing.*435. Burg.de Paz *cons.43.n.2.* Ranehin.*p.4.concl.*382. Henric. Boeer.*in disp.de vniuerso iure tom.1.classi 2.disp.5.n.* 14. Menoch.*cons.46.num.5.& cons.122.num.* 32. vbi tenet quòd licèt duo communiter emissent fundum, & sic effecti essent socij contractus, non tamen dominium in vtrumque fuisset translatum, nisi ambo, missi fuissent in possessionem, vel nisi sequuta ratihabitione emptionis factæ, Cardin. Mantic.*de tacitis & ambig.conuent.tom.1.lib.6.tit.1.n.*11. 2

Sanè qui pretium, &c.] Notatur ad hoc quòd si socius rem emit, præsumitur emisse de propria, non de communi pecunia, vt per Abb. *cons. 46. in 3. dub. vol.* 1. Rip. *consil.* 121. *num.*9. Natt. *cons.* 358. *num.*1. Tiraquell.*de retract. conuent. ad fin. tit. num.* 88. Roderic. Xuar. *tit. de los ganancias num.* 27. 3

Surd. *decis.* 15. *num.* 1. latè Cardin. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 18. *per tot.*

In dubio enim pecunia soluta pro re empta soluentis esse præsumitur, vt per Bart. *hîc notab.* 2. Roman. *sing.* 440. *vers. emeram rem*, Cæpol. *caut.* 138. *si vnus ex fratribus*, Alex. *cons.* 78. *à n.* 4. *lib.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 612. *num.* 4. *&* 5. Matiens. *l.* 2. *gloss.* 1. *num.* 36. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recop.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo emptio* 13. *in fine*, Escobar *de ratiocin. cap.* 24. *num.* 34. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 12. *à num.* 17. Amplia procedere etiam in eo, qui alienas res administrabat nam si erat vir industriosus, vel possidebat bona præsumitur acquirere de proprio, & non de alieno, gloss. *verbo ex eius substantia in l. cùm oportet, C. de bonis, quæ liber.* Ioan. de Amicis *cons.* 114. *num.* 7. Crauet. *cons.* 139. *num.* 2. 3. *&* 4. *& cons.* 131. *num.* 12. Paris. *cons.* 80. *n.* 7. 21. 22. *&* 36. *lib.* 1. Surd. *d. decis.* 15. *num.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 52. *num.* 1. latè Farin. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. A. num.* 33. *cum seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Societatis commoda transeunt in hæredem.*
2 *Emolumenta inter socios æqualiter diuidenda.*
3 *Societas an & quando transeat ad hæredes.*
4 *Societas licèt morte finiatur, commoda tamen, & emolumenta diuidi possunt cum hærede.*
5 *Socij debent esse æqualiter in lucro, vel damno, si nihil diffinierunt.*

L. Cùm in societatis. III.

Iidem AA. *&* CC. *Victorino.*

1 SOcietatis commoda transeunt in hæredem. Item
2 emolumenta inter socios æqualiter diuidenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

3 Societas an & quando transeat ad hæredes? vide Ias. *in §. item Serui ana num.* 19. *cum seqq. Institut. de actionib.* Thesaur *decis.* 142. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 22. *cum seqq.* Aluar. Valasc. *cons.* 63. *num.* 4. vbi *num.* 14. disputat an societas celebrata cum clausula, pro se & hæredibus, & adiecto iuramento, sit transitoria ad hæredes, & *num.* 15. tenet valere præceptum testatoris quòd perseueret societas inter hæredes post eius mortem vsque ad certum tempus. Regulariter enim societas finitur morte cuiusuis ex sociis, & ad hæredes non transit, licèt conuentum sit. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 44. §. 4. *l. Hisp.* 10. *tit.* 10. *part.* 5. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 5. *num.* 6. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 30. *num.* 5. *& consult.* 63. *à num.* 3. Matiens. *l.* 2. *gloss.* 1. *num.* 15. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recop.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 57. *num.* 1. Franc. Marc. *q.* 616. Osach. *Pedem. decis.* 76. *num.* 4. *& decis.* 150. Thom. Minad. *decis.* 30. *num.* 5. *&* 7. Rot. Genuens. *decis.* 71. Arimin. Tepat. *variar. sentent. tom.* 1. *tit.* 355. *cap.* 12. *in fine*, Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 25. *num.* 12. *pag.* 615. Surd. *cons.* 20. *num.* 3. *&* 4. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 414. *in princip.* Azori. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 9. *cap.* 6. *quæst.* 3. Rebell. *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 15. *quæst. vltim.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 6. *tit.* 24. *à princip.* Aloys. Ricc. *in collectan. decision. part.* 2. *in collectan.* 398. Ioan. Martinus Acosta *in addit. ad formam. libellor. annot.* 14. *num.* 17. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 276. *à num.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *num.* 375. *vers. secundò.*

Notatur hic text. ad hoc quòd licèt societas finiatur morte, commoda tamen, & emolumenta cum hærede diuidi possunt, Thesaur. *decis.* 242. *in fin.* Arimin. Tepat. *d. tit.* 355. *cap.* 13. *in princ.* 4

Etiam compendia æqualiter, &c.] Notatur ad hoc quòd socij debent esse æquales in lucro, vel damno, si nihil diffinierunt. *l. si non fuerit, in princip. ff. hoc tit.* Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 44. §. 9. *l. Hispan.* 3. *&* 4. *tit.* 10. *part.* 5. Fachinæ. *controuers. lib.* 2. *cap.* 94. *vers. tertium*, Ioan. Martinus Acosta *dict. annot.* 14. *num.* 14. *&* 15. Molin. *dict. tract.* 2. *disput.* 415. *vers. quando socij*, Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 15. *quæst.* 7. *num.* 1. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 6. *tit.* 14. *à num.* 3. 5

S V M M A R I V M.

1 *Testati, vel intestati causa non pertinet ad cõtractus.*
2 *Hæres socij decedentis, testamento condito, aut omisso, ex pactis defuncti socij conuenitur.*

L. Si societatis. IV.

Iidem AA. *&* CC. *Celeri.*

CAusa testati, vel intestati, non pertinet ad contractus. Hæres socij decedentis, testamento condito, aut omisso, ex pactis defuncti socij conuenitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1 2

S V M M A R I V M.

1 *Societas durat pro libito sociorum, itaut quandocunque renuntiatione, & expressa voluntate partium dissoluatur, & num.* 2. *nisi ad tempus contracta fuerit societas, num.* 3. *potest tamen ante tempus renuntiari, si promissa non seruantur à parte, n.* 4. *limita, etiamsi socius intempestiuè renuntiet societati, cùm illi intempestiuè renuntiari non possit, num.* 5. *vel si renuntiet dolo malo, vt solo lucro participet.*
6 *Actio pro socio intentatur societate finita, quando agitur pro habenda vtili ratione lucri & damni inter socios diuidendi.*

L. Tamdiu. V.

Iidem AA. *&* CC. *Theodoro.*

DVrat societas pro libito sociorum, itaut quandocunque renuntiatione, & expressa voluntate partium dissoluatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 4. *tit.* 44. §. 5. *l. Hisp.* 11. *tit.* 10. *part.* 5. *vbi gloss.* 1. Conan. *comment. iuris lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 12. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 5. *num.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1311. *num.* 7. aliàs 1317. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 25. *num.* 11. *pag.* 615. Matiens. *l.* 2. *gloss.* 1. *num.* 29. 44. *&* 46. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recop.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrimon. part.* 2. *num.* 50. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 6. *tit.* 23. *num.* 2. *cum seqq.* Ioan. Martinus Acosta *in addit. ad formã libellor. annot.* 14. *n.* 20. 2

Molin.

Molin. *de iust. tractat. 2. disput. 413. vers. his ita explicatis*, Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 9. cap. 6. quaest. 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 25. num. 375.*

3 Limita primò, quando ad tempus cõtracta societas fuerit, quia ante tempus nisi consensu vtriusque socij dissolui non potest. Ordin. Reg. Lusitan.
4 *dict. §. 5.* Capyc. *decis. 274. n. fin.* vbi quòd potest ante tempus renuntiari, ex eo, quòd promissa non seruãtur à parte, Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. tit. 355. cap. 22. num. 1.* Gutier. *de iuram. confirmat. p. 1. cap. 58. num. 8.* Valasc. *consult. 185. num. 2.* D. Barbos. *in d. rub. ff. soluto matrim. par. 1. num. 51.* vbi rationem reddit, quia quando simpliciter contrahitur societas, nullo expresso tempore, tacitè, vel expresse videtur celebrata societas sub ea tacita conditione quandiu socij voluerint; quando verò tacitè, vel etiam expressè declaratum est tempus, intra quod debet durare societas, tenẽtur socij vsque ad illud tempus persistere in societate, prout se obligarunt; valet enim pactum quòd societas intra certum tempus non diuidatur. Capyc. *decis. 174. n. 7.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 1 tit. 355. c. 13.*

Limita etiamsi socius intempestinè renuntiet so-
5 cietati, cùm illi intempestiuè renuntiari non possit, *l. actione §. 1. vers. Labeo, ff. pro socio*, Ordin. Reg. Lusitan. *dict. tit. 44. §. 7.* Mascard. *dict. conclus. 1311. aliàs 1317. num. 7.* D. Barbos. *in d. rub. ff. soluto matrim. par. 2. num. 52.* Valasc. *d. cons. 185. num. 4. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 514. num. 14.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 25. num. 375. vers. primo.* Vel si renuntiet dolo malo, siue malitiosè, vt solus participet aliquo lucro, quia aliis non praeiudicat, *l. actione §. 1. ff. hoc tit. §. manet, vers. sed planè, Instit. eodem*, Ordin. Reg. Lusitan. *d. ti. 44. §. 6.* Mascard. *d. num. 7.* Molin. *d. disp. 414. vers. his ita aliàs* Azor *d. par. 3. lib. 9. de societate cap. 6. quaest. 2. vers. quares*, Valer. Reginald. *d. lib. 25. num. 375. vers. secundo.* Gom. Lop. *decis. 1. num. fin. in decis. diuersorum*, quẽ refert Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 1. tit. 355. cap. 19. num. 2.*

In gloss. *Nata est.* ibi, *nisi finita societate*, &c. Nota-
6 tur ad hoc quòd actio pro socio intentatur societate finita, quando agitur pro habenda vtili ratione lucri, & damni inter socios diuidendi, vt per Suar. de Paz *in practica tom. 3. cap. 6. §. 7. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Societas sub qualibet conditione potest contrahi.*
2 *Voluntates hominum legitima conseruanda sunt.*
3 *Societas quibus pactis quibúsque conditionibus contrahi possit.*

L. De societate. VI.

Imp. IVSTIN. *A. Ioanni. P.P.*

SOcietas sub qualibet conditione contrahi po-
1 test. Item voluntates hominum legitimae conser-
2 uandae sunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

Quibus pactis, & conditionibus societas contra-
3 hi possit; vide Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. l. 6. tit. 4. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Curator furiosi habet potestatem renuntiandi societati loco furiosi.*
2 *Potestas concessa ad contractum refertur etiam ad distractum.*
3 *in Furorem si quis inciderit non statim socius esse desinit, sed per procuratorem societas solui debet.*
4 *Pupillus an possit contrahere societatem, remissiuè.*
5 *Contractus, & distractus eiusdem natura sunt.*

L. Sancimus. VII & vlt.

Idem A. Ioanni P.P.

CVrator furiosi habet potestatem renuntiandi 1
societati loco furiosi. Item potestas concessa 2
ad contractum refertur etiam ad distractum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Licentiam habere furiosi, &c.] Nota quòd si quis 3
in furorem inciderit, oon statim socius esse desinit, sed per procuratorem societas solui debet, ita Cardin Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24.*
num 7. De pupillo an possit contrahere societatem, 4
vide *l. 1 ff. hoc tit.* Surd. *de aliment. tit. 6. quaest. 13. n. 24.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 25. num. 8. pag. 615* Gutier. *de tutel. p. 2. cap. 15. num. 3.*

Et quemadmodum in omnibus, &c.] Notatur ad 5
hoc quòd contractus & distractus eiusdem sunt naturae, vt per Gail. *lib. 2. obseru. 12. num. 5.* Tiraq. *de iure maritis gloss. 5. num. 10.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 22. num. 6* Escobar *de ratiocin. cap. 14. num. 42.* Pichard. *in disp. de mora num. 141* Cald. Pereira *de potest. eligendi c. 7. n. 15.* Treutler. *vol. 1. disp. 7. thesi 1. fol. 59.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. tit. 2. à num. 15.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. quaest. 897. num. 886.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 168. num. 7. & num. 10. cum seqq.*

De contrahenda emptione; & venditione.

TIT. XXXVIII.

EMPTIO, & venditio est contractus solo consensu constans, vt emptori, certo pretio, rem habere liceat: Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De emptione & venditione integros tractatus in lucem ediderunt Fabianus de Monte, Franciscus Zoanettus, & Franciscus de Caldas. De materia tit. vide Ordin. Reg. Lusit. *l. 4 t. t. 1. l. Hisp. 1. cum seqq. tit. 5. par. 5. & tit. 5. lib. 5. noua Recop.* Alciat. *lib. 9. parerg. cap. 17.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 2.* Cou. *var. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. c. 14.* Nauar. *in man. c. 23. à n. 77. vsque ad 99.* Sebast. Medices *de definit. p. 2. c. 48.* Albernoz *de arte contract. tit. 9 de empt* Donell. *cõment. iuris ciuilis l... c. 17.* Bellacomb. Donat. à Fin. Suar. & alios *tom. 1 commun. opin. l. 4. tit. 16.* Ioseph. Ludou. *tom. 2. etiam comm. tit. de empt. & vendit. pag. 575.* Anton. Gabriel. *eod. tom. 3. sub eod. tit. pag. 103.* Suar. de Paz *in practica tom. 3. cap. 6. §. 1.* Nicol. Moaz. *de contractib. tract. de empt. & vendit.* Merl. *in emporio iuris ciuilis par. 1 tit. 9. de contrahen. empt.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 1.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4.*

Iacob. Cancer. *variarum resolut. part. 1. c. 13. de empt. & vendit.* Ioan Martinus Acosta *in annot. ad formam libellorum, annot. 26* Cardos. *in praxi iudicum, verbo emptio, & verbo venditio*, Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 391. de emptione & vendit.* Alex. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 3. tit. de emptione & vendit.* vbi per 17. resolutiones materiam explanat, Benedict. Ægid. Lusitan. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de instit. & iure, par. 1. cap. 8. de empt. & vendit.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, tom. 1. classi 2. disput. 3. de contractibus in genere, & in specie de empt. & vendit.*

Ex Theologis præter Summistas *in verbo emptio*, interpretes *in 4. distinct. 15.* D. Thom. *2. 1. quæst. 77.* Sot. *de Iustit. lib. 2. quæst. 6. cum duabus seqq.* Conrad. *de contractib. à quæst. 50. ad 72.* Medin. *in Cod. de restitut. quæst. 30. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. à disput. 336. vsque ad 380.* Leonard. Less. *in simili tract. lib. 1. cap. 11.* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 9.* Azor. *institutionum moralium, part. 3. lib. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. tract. 3. n. 247. cum multis seqq.* Ioan. de Salas *de contractib. tract. de empt. & vendit.*

SVMMARIVM.

1 *Venditio rei existentis etiam in alio loco, quàm vbi celebratur contractus, valet, & n. 1.*

3 *Gabella rerum immobilium soluenda est in loco vbi ea bona, quæ venduntur, sita sunt mobilium verò in loco contractus, si tempore conuentionis ibi sint, licèt alibi tradantur: vel si tempore venditionis alibi sint, si ibi fiat traditio: vel si in vno loco traditio celebratur, & res sit in alio & ibi tradatur, ibi debetur gabella, num. 4. idem si conuentio in vno loco fiat, & res sit in alio, & traditio alibi fiat, nisi locus vbi res est, sit immunis à gabella, vel alicuius domini, & non Regis, n. 5.*

L. Venditiones. I.

Impp. VALERIAN & GALLIEN. AA. *Paulo.*

1 VEnditio rei etiam in alio loco existentis, quàm vbi contractus celebratur, valet. Colligunt ex Ordin. Cyn. Butrig. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in 4. fol. 31. verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit *l. Hispan. 8. tit. 5. part. 5.* vnde Gregor. Lop. *gloss. 2.*
3 infert quòd gabella rerum immobilium soluenda est in loco vbi ea bona, quæ venduntur, sita sunt, quod apud nostros Lositanos lege cautum est *in Ordin. Regia lib. 1. tit. 78. §. 4. & in articulis gabellarum, cap. 4. §. 1.* idem apud Hispanos est decisum *l. 9. tit. 17. lib. 9. noua Recopil.* resoluunt Lasarte *de decima vend. c. 4. num. 20. & 30.* Gironda *de gabell. par. 6. num. 28.* Gutier. *in simili tract. quæst. 104. num. 4. cum seqq.* Cabed. *Lusitan. decis. 113. num. 5. par. 2.* Cald. Pereira
4 *quæst. forens. lib. 1. quæst. 12. num. 4.* Gabella verò rerum mobilium debet solui in loco contractus, si tempore conuentionis ibi sint, licèt alibi tradantur: vel si tempore venditionis alibi sint, si ibi traditio fiat; vel si in vno loco traditio celebratur, & res sit in
5 alio, & ibi tradatur, ibi debetur gabella, & idem si conuentio in vno loco fiat, & res sit in alio, & traditio alibi fiat, nisi locus, vbi res est, sit immunis à gabella, vel alicuius domini, & non Regis; nam tunc gabella soluenda erit in loco propinquiore Regis, & non in loco, vbi res erat tempore conuentionis, ex *l. Hisp. 5. tit. 17. lib. 5. noua Recopil.* de cuius materia latè Lasarte *dict. tract. cap. 2. ex n. 3.* Gutier. *dict. quæst. 104. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Emptio non consistit deficiente consensu.*

2 *Curiosus carens dilucidis interuallis emere nequit.*

3 *Vendentis & ementis consensus interuenire vna debet, eodémque tempore, & præsentialiter, & num. 5.*

4 *Consensus quid.*

L. Emptionem. II.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Auito.*

EMptio deficiente consensu non subsistit. Item 1
furiosus dilucidis carens interuallis emere ne- 2
quit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Consensum desiderare, &c.] Intellige vendentis, & ementis simul, vt per Gregor. Lopez *l. 48. gloss. 2. versic. & procederet, tit. 5. part. 5.* Fabian. de Monte *in tract. de empt. quæst. 5. princip. num. 47.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de empt. & vendit. tit. de substant. empt. & vendit. num. 43. cum seqq.* vbi *num. 45.* subdit quòd
consensus vendentis & ementis debet interuenire 3
simul, & eodem tempore, & præsentialiter, Bertaz. *de clausul. instrument. clausul. 7. gloss. 7. num. 1.* vbi ex
Innoc. Host. & aliis tradit consensum esse multorum 4
voluntatem, ad quos res pertinet simul iuncta, &
clausul. 30. gloss. 4. n. 10. ait requiri præsentiam con- 5
trahentium, Surd. *cons. 136. num. 17. cum seqq. & cons. 371. num. 35. cum seqq. & decis. 70. num. 12.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 4. num. 3.* Camill. *commun. contra commun. quæst. 90. in princip.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure ff. de inst. & iur. par. 1. cap. 8. num. 83.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio si fiat re vera, & simuletur fieri venditio, valet donatio, nec potest rescindi propter simulationem venditoris.*

2 *Donatarius tamen debet implere modum, vel conditionem appositam in donatione.*

3 *Contractus simulatus, quando partes sic agunt in veritate vt nihil fiat, non est contractus.*

4 *Simulatio facit contractum deficere.*

5 *Instrumentum simulatum non est instrumentum substantialiter, aut intellectualiter. ex illo in hunc sensum accepto non transfertur dominium, nec possessio, num. 6. quando verò in veritate agitur inter partes quòd contractus, qui celebratur, sit simulatus, aut inter partes celebratur in veritate, sed modico tempore duraturus, tunc ex simulatione huiusmodi non impeditur acquisitio ad fauorem eius, cui acquiritur, num. 7.*

8 *Intellectus axiomatis*, Si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest.

9 *Lex annullans donationes inter virum & vxorem, locum habet etiam in donationibus præsumptis.*

L. Si

L. Si donationis. III.

Iidem AA. Valeriæ.

1 SI fiat donatio re vera,& simuletur fieri vēditio, valet donatio, nec potest rescindi propter simu-
2 lationem venditoris. Donatarius tamen debet implere modum,vel conditionem,appositam in donatione.Colligunt ex Ordin.Doctores citati *ad l.1.n.1. sup.hoc tit.*

3 Nota quòd contractus simulatus, quando partes sic agunt in veritate vt nihil fiat,non est cōtractus, Cortec. *in singul. verbo præsumptio 3. inc. Celeritas actus, in fine*, Canar. *in tract. de exequend. instru-*
4 *ment. num. 25. in princ.* vbi dicit quòd simulatio fa-
5 cit deficere contractum, quia in eo deficit consensus, & *num* 26. pariter dicit quòd instrumentum simulatum non est instrumentum substantialiter,aut intellectualiter, addeo. ad Cæpol. *in tract.de simulat. contract. num. 48.ad finem*,Tiraquell. *de retractu lign. §.1.gloss.2.num.11. 15. & 15.*Roland.*consil.*40. *num.41.lib. 2.& cons.57.num.1.& seq. lib. 4. & cons. 76.num.3.& seq.eod.lib.*4.Franc.Beci.*cons.*51.*num.35.*
6 *& seq.*ex illo in hunc sensum accepto non transfertur dominium,nec possessio, Tiraquell. *dict.gloss.1. num. 11.& de iure constit. par. 2. lim. 8.num. 3.* Mandel. *cons. 97. n. 4.* Ioseph. Ludou. *conclus.* 51. *sub vers.& quando absunt coniectura*, Cardin.Tusch. *practic.conclus.verbo simula i.,conclus. 265.num.1.5. & 14.* Quando verò in veritate agitur inter partes
7 quòd contractus,qui celebratur,sit simulatus;aut inter partes celebratur in veritate,sed modico tēpore duraturus, tunc ex simulatione huiusmodi non impeditur acquisitio ad fauorem eius,cui acquiritur,vt distinguit Ludou. Gom *in §.item si quis in fraudem, num. 2. in fine, Inst.de action.* & in hoc sensu accipiendi sunt Ambros. de Vignate *in rep. cap. salubriter,n.118.cum seqq.de vsur.*Honded.*consil. 64. n.8. lib. 1.*

8 Vnde infertur intellectus ad vulgare axioma, de quo in summario huius text.videlicet, si non valet quod ago vt ago,valet, vt valere potest,vt scilicet procedat quando non constat partes se ad certum actum restrinxisse,in dubio valebit actus eo modo, quo potest,quamuis non valeat vt geritur,per text. *in l.3.versic.nec enim credendum est, ff. de mil. testam. & in l.quoties 13.ff.de rebus dub.*Si autem partes præcisè voluerunt facere certum actum,qui non valuit, vt supponitur,ergo nec valebit in vim alterius actus, quem partes nec facere voluerūt,nec de eo cogitauerunt,in quibus terminis procedit text. *in l.1. §.si quis ita,versic.contra,ff.de verb. oblig. l.1. ff.de iure codicil. l.1. §.cum qui,ff.de constit. pecun.* text. difficilis *in l.an inutilis, ff. de acceptil.* sentiunt Bart. *in d.§ si quis ita*,vbi Alexand. *num. 5.* & Ias.*num.19.*Forcat. *dialog.5.*Fortun.Garc. *in l.legem,num.50.ff.de pactis,* Couarr.*in c.Raynaldus,de testam.§. 30.n.19 & de sponsalibus,par.1.c.3.§.3.*Menchaq.*de success.creat.l.1.§.5. ex n.11.& l.3.§.11.n.43.*

9 In gloss. *Substantia.* ibi,*valet venditio nisi inter virum,& vxorem,*&c.Notatur ad hoc quòd lex annullans,& irritans donationes inter virum & vxorem, locum habet etiam in donationibus præsumptis, vt per Tiraquel. *in l.si vnquam,verbo donatione largitus, n.174.C.de reuoc.don.*Menoch.*de præsump.l.1.præs.47. n.15.in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Nemo emit rem suam nisi possit aliquo remedio euinci.*

2 *Emptio rei propria, siue à sciente, siue ab ignorante facta,non valet,nisi res esset emptoris reuocabiliter, vel vendatur à iudice pro executione iudicati:vel esset communis,aut emptor esset tantum vsufructuarius,aut emerit proprietatem,aut è contra, n. 5.*

4 *Axioma*, Meum quod est, amplius meum fieri non potest.

L. Cùm res. IV.

Iidem AA. Lusitano.

NEmo emit rem suam, nisi quatenus possit aliquo remedio euinci.Colligunt ex Ord.Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *in 4.fol.32.verso.* 1

Probat igitur hic text.rei propriæ emptionem siue à sciente,siue ab ignorante factam non valere,vt 2
per *l. Hispan. 18.tit. 5.par. 5. vbi gloss. 1.* Conan. *commeut iuris lib. 3. cap. 10. col. 3.*Bernard. Diaz *regul.*226.Tiraquell.*de retract.conuent.§.1.gloss.1.n. 12. & num.* 44 Fabian. de Monte *in tract. de emp. & vend.quæst.4.princ.num.49.* Zaz *in l. si alienam, n.7. & 8.ff.soluto matrimonio*,VValter. *lib. 1. miscel. c.19.* Anton. Gom.*l.45.Tauri,num.97. col. 2.& num.115. col.2.& tom. 2. variarum,cap.1.num.50.versic.quariò probibetur*, Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. l.4. tit.26.num.62,pag.621.* Mudz. *in l.etsi consensus,§.si rem meam, n. 1. cum seqq. ff. hoc tit.* Perez *post l. 2. vers. vtrum autem, tit.8. lib. 5. Ordinam.* Petr.Gregor. *syntagm. iuris lib.25.c.11.* Vigel. *in methodo iuris par.5. lib.18.cap.3. excep. 18.* Bertaz *de clausulis. instrumental.lib.clausul.16.gloss.1.num.5.* Nicol. Mozz. *de contractib. tract. de emp. tit. de rebus,quæ emi, vel vendi possunt, num. 55.* Morl.*in emporio iuris, par.1. tit.9. in prælud. num. 82.* Cardin. Tusch. *practic. conclus.lit.E,conclus.119.num. 1.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.lib. 4. tit. 5. num.17.* Sigism. Scacc.*de commerc.§.6.gloss.1.num. 4.* Anguian. *de legib.lib.3.controuers.10.n. 11.* Quorum plures, præ- 3
cipuè Perez,Mudz. Mozz. Petr. Greg & Cardin. Mantic. hanc conclusionem multipliciter limitant, & præcipuè si res esset emptoris reuocabiliter,vel si vendatur à iudice pro executione iudicati, vel si res esset communis,aut emptor vsufructuarius tantùm esset,& emerit proprietatem,aut è contra.

Et volgò notatur hic text. ad illud vulgare axio- 4
ma, *Meum quod est, amplius meum fieri non potest.* vt per Ioan. Garcian. *regul. 115.*Bertaz.*d. clausul 19. gloss.2.num.9.*Surd.*consil.305.n.56.* Ioseph. de Sesse *Aragon. dec. 46. num. 23.& 24.& dec. 85. num.3.* Cardin. Tusch. *tom.5.lit.M,concl. 226. per tot.* quos refero *de axiom.iuris vsufreq.ax.149.*

SVMMARIVM.

1 *tam Tutor,quàm eius vxor,possunt rem pupilli emere palam,& bona fide, n. 2.& 3.*

4 *Tutoribus,vel curatoribus rem sui pupilli, vel adulti emere,regulariter est prohibitum. etiam tutoribus & curatoribus mente capti, & aliorum, qui curatorum ope, iuuantur, n. 5. vtsque sui pupilli, vel mente capti eos habere prohibitum est : non*

solùm titulo emptionis, sed neque alio, vt puta permutationis, vel donationis, n. 6. nec consanguineis tutoris, vel curatoris hoc licitum, vt puta filijs, vel alijs propinquis, n. 7. nec etiam per personam interpositam, n. 9. intellige vt n. 9.

11 *Tutor contraxisse & emisse rem sui pupilli, vel adulti palàm & bona fide, multis modis dicitur, & n. 11. 12. 13. 14. 15.*

L: Cùm ipse. V.

Iidem AA. *Gratiæ.*

1 TAm tutor, quàm eius vxor, possunt rem pupilli emere palam, & bona fide. Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Doctores citati *ad l. 1. n. 1 sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
2 munt *l. Hispan. 4. tit. 5. par. 5. vbi gloss.* 8 Bart. *in l. frater à fratre, num. 51. ff. de condict. indeb.* Ias. *in l. si singularia, num. 18. ff. si certum petatur,* Capyc. *dec. 156. num. 11.* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 2. num. 2. ad fin.* Padil. *in l. transactionem, num. 7. in princ. C. de transaction.* Menoch. *de arbitr. casu 459. n. 9. & 10. & de præsump. lib. 5 præsump. 80. num. 1. & 2.* Simoncel. *de decretis lib. 2. tit. 5. inspect. 4. n. 47.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti, num. 31. & 32. C. de in integrum restit. minor. & in tract. de emp. & vend. cap. 17. num 10. & 12.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 31. num. 91.* Burg. de Paz *cons. 3. num. 50.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 40.* Surd. *consil. 9. num. 7. & de alim. tit 8. priuileg. 37. num. 9.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de emp. & vend. tit. de personis quæ possunt emere, num. 8.* Mariens. *l. 23. gloss. 2. num. 2. tit. 11. lib. 5. noua Recopil.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, num. 25.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. num. 7. versic. fallit tertio,* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 234. num. 2.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 224. n. 16.* Rebell. *de oblig. iust. par. 2. lib. 9. quæst fin. sect. 3. num. 13.* latè Guties. *in tract. de tutel. & curis, par. 2. cap. 15. num. 5. cum seqq.*

Quæ quidem conclusio procedit etiam stante
3 *d. l. 23. tit. 11 lib. 5. noua Recopil.* vbi generaliter tutoribus prohibitum est etiam palàm, & bona fide emere bona eorum, quorum administrationem gerunt, vt bene aduertunt Gregor. Lopez *d. l. 4. gloss. 9. tit. 5. par. 5.* Perez *l. 1. in gloss. vnic. in princ.* ibi, *sed tunc re vera,* & ibi, *nec text. in d. l. 4.* Spin. *in speculo test. gloss. 29. num. 59. vers. quæ sententia,* Matiens. *in dialog. relator. par 3. cap. 10. num. 16. & in d. l. 23. gloss. 2. n. 3. & 4.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 40. num. 2. & de tutel. par. 2. cap. 15. num. 11. vers. nihilominus tamen, & n 12.* Ceual. *d. quæst. 234. n. 10.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 224. n. 16.* quamuis contrarium existimauerint Duen. *regul. 32. ampl. 8.* Villalob. *in ærario commun. opin. lit. T, num. 232. & in antinom. eadem littera n. 21.* Anton. Gom. *tom. 2. variarum c. 2. n. 2. in fin.* Azeued. *d. l. 23. n. 3.*

Aduerte quòd regulariter tutoribus, vel curatori-
4 bus rem sui pupilli, vel adulti emere prohibitũ est, *l. non licet, l. si in emptione, § fin. ff. hoc tit.* Duen. *reg. 31. in princ.* Canalcan. *de tutore, & cur. num. 178.* Surd. *cons. 9. num. 5. 6. 34. & 35.* Matiens. *d. l. 23. gl. 1. n. 1.* Ceuall. *d. quæst. 234. num. 1.* Gutier. *d. par. 2. cap. 15. à princ.* Molin. *d. disp. 224. num. 15.* Quod etiam pro-
5 cedit in tutoribus, & curatoribus mente capti, & aliorum, qui curatorum ope iuuantur. Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tract. de don. & alijs disposit. tutor. gl. 9. num. 14. in fine,* Gutier. *cons. 14. num. 17.* Et res sui pu- 6
pilli, vel mente capti eos habere prohibitum est nõ solùm titulo emptionis, sed neque alio, vt putà permutationis, vel donationis. Duen. *d. regul. 31. ampl. 2. & 3.* Azeued *d. l. 23. n. 12. cum seqq.* Gutier. *d. p. 2. c. 15. num. 2. & cons. 14. n. 16. & 17.* vbi *à num. 14.* resoluit 7
etia consanguineis tutoris, vel curatoris hoc non licere, vt putà filiis, vel aliis propinquis, nec etiam 8
per interpositam personam emere possunt, aut permutare. Rip. *respons. 15. num. 11. lib. 3.* Menoch. *d. casu 450. num. 2. cum seqq.* Matiens. *d. l. 23. gloss. 2. num. 5.* vbi Azeued. *n. 4.* Montan *d. cap. 30. num. 61.* Peregr. *de iure fisci, lib. 4. tit. 7. n. 7. & 8.* Cardin. Mantic. *d. lib. 4. cap. 23. n. 4. cum seqq.* vbi ait mala fide emisse præsumi si per interpositam personam emerit, quia fraus semper præsumitur quando id quod à lege prohibetur, per suppositam personam agitur, *l. pupillus, § item ipse tutor, versic. sed si per interpositam, ff. de author. tutor.*

Intellige solùm prohiberi emere bona minoris, 9
quæ dum ipsi tutores, aut curatores erant, venduntur, aut hæc ipsa vllo tempore, postea alio titulo quàm successionis obtinere propter præsumptionem quòd inique consenserint in alienatione, atque ad occasionem iniquè aliquid agendi omnino auferendi; atque verò neque mentem legislatorum fuisse, neque verba Regiarum legum significare, vt quando ipsi tutores, aut curatores esse desierint, non possint emere bona eorum, quorum curam gesserunt, non solùm si illi fuerint iã effecti vigintiquinque annorum, sed etiam si minores adhuc sint, aliique curam illorum gerant, de quo Gam. *Lus. dec. 217.* vbi Flores de Mena *in add.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 18. c. 14. n. 12.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum, n. 32* Bobadil. *in sua politica l. 3. c. 8. n. 89.* optimè Molin. *d. tract. 2. disp. 224. n. 15. vers. res minoris.*

Palam, & bona fide, &c.] Dicitur tutor contraxisse 10
& emisse rem sui pupilli, vel adulti, palam & bona fide, multis modis, de quibus Gregor. *l. 4. verbo de aquel. tit. 5. par. 5.* Menoch. *de arbitr. casu 459. n. 9. cum seqq.* Gam. *d. dec. 217. n. 1.* Azeued. *d. l. 23. n. 3.* Montan. *d. cap. 30. à n. 89.* Gutier. *d. par. 2. c. 13. ex n. 6.*

Primò quando adhibito consensu alterius contu- 11
toris emit. Matiens. *d. l. 23 gloss. 2. num. 8.* Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 80. num. 9. & 10.* Cald. Pereira *in d. verbo contractum fecisti, num. 31. versic. sed verius, & in tract. de emp. & vend. cap. 17. num. 13.* Gutier. *d. par. 2. cap. 15. n. 6.* tutores enim & curatores, aut alij administratores cùm emunt à minore, vel cum eo contrahunt, non possunt authoritatem minoribus cum eo contrahentibus præstare, ad not. per Tiraquell *in legib. connub. gloss. 8. num. 113.* Perez *in add. ad Seguram. in rep. l. 1. § si vir vxori, n. 3. in 2. add. ff. de acquir. possess.* Bertaz. *de claus. instr. claus. 5. gloss. 1. n 7.* Matiens. *l. 2. gloss. 1. num. 12. versic. quamuis, tit. 3. lib. 5. noua Recop.* Rota apud Ludou. Cenci. *post tract. de censib. dec. 84.* Giurb. *dec. 69. n. 8.*

Secundò quando fit in præsentia iudicis, & eo au- 12
ctore, Menoch. *de præsump. 80. n. 8.* Ceuall. *d. q. 234. n. 7.* Cald. Pereira *d. n. 31. vers. sed verius,* Gutier. *d. c. 15. n. 6.*

Tertiò quando contractus fuit celebratus in præ- 13
sentia amicorum minoris, Matiens. *d. l. 23. gloss. 3. n. 2.* vbi Azeued. *num. 3.* Cald. Pereira *d. num. 31.* Surd. *cons. 9. n. 4.* Ceuall. *d. quæst. 234. n 4.* Gutier. *d. c. 15.* vbi *n. 8.* intelligit interueniente etiam iudice, & non aliàs.

Quartò

14 Quartò si fiat in præsentia consanguineorum, Menoch.*d.præs.*80. *n.*9. *& de arbitr. casu* 459. *n.* 10. Ceuall. *d.q.* 234. *n.*5. Gutier. *d.c.*15. *n.*8. vbi iudicis quoque auctoritatem desiderat.

15 Quintò quando tutor coram populo res pupilli veniales expositas subhastationi ad proclama emit, Menoch.*d.præs.*80.*n.*11.

SVMMARIVM.

1 *Donatio antè facta non irritatur, licèt matrimonium inter donatorem & donatricem sequatur postea.*
2 *Res perfecta non vitiatur, licèt perueniat ad casum, à quo non posset oriri.*
3 *Venditio non potest esse inter virum & vxorem.*

L. Si Gaudentius. VI.

Iidem AA. *Lucretio*:

1 DOnatio ante facta non irritatur, licèt matrimonium inter donatorem & donatricem post-
2 ea sequatur. Item res perfecta non vitiatur, licèt perueniat ad casum, à quo non posset oriri. Colligunt ex Ord.Doct.citati *in l.*4.*n.*1.*sup.hoc tit.*

3 Notatur hic text. ad hoc quòd inter virum & vxorem potest esse venditio, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.*8.*n.*11.

SVMMARIVM.

1 *Figmentum veritati nullum impedimentum præstat.*
2 *Fictio semper cedit veritati.*

L. Si ancillam. VII.

Iidem AA. *Pisoni*.

1 FIgmentum veritati nullum præstat impedimentum. Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.*1. *n.*1.*sup.hoc tit.*

Fictio enim semper cedit veritati, Decian.*cons.*11.
2 *num.*139.*lib.*1. Cardin.Tusch.*pract.conclus.tom.*1.*lit. F, concl.*221.*n.*14. Ego ipse *de Axiom. iuris vsufreq. axiom.*97.*n.*6.

SVMMARIVM.

1 *Condictioni ob causam non est locus in contractibus innominatis.*
2 *Venditor actionem ex vendito instituit ob pretium non solutum.*

L. Si non donationis. VIII.

Iidem AA. *Diogeni*.

COndictioni ob causam in contractibus innominatis non est locus. Item vendito ob pre-
1 tium non solutum actionem ex venditor instituit.
2 Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.*1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

L. Empti fides. IX.

Iidem AA. *Seuero*.

VEnditio, & emptio absque pretio ob defectum 1
partis substantialis non subsistit. Colligunt ex Ord.Doct.citati *in l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

Hanc eandem concl.ex hoc text. desumunt Or- 2
din Regia Lusit. *lib.*4.*tit.*1.§.1.*l.*9. *Hisp.tit.*5. *par.* 5. Fabian. de Monte *de emp. & vend.* 5. *quæst. princ. num.* 2. Anton.de Padila *in l naturalis* §.*& siquidem num.*1. *ff. de præscrip.verb.* Menchaq.*de success.creat.* §.1.*num.*5.*vers.qua Ratione*, Anton.Gom. *tom.*2.*var. cap.* 1. *num.* 1. *&* 9. Pinel. *in rub. C.de rescind.vend. par.* 1.*cap.* 1.*num.*1. Villadieg. *in l.* 3. *num.*6. *tit.* 4. *l.*4. *fori iurgo*, Petr.Greg.*syntag. iuris lib.* 25. *cap.* 12. *&* 13. vbi multa tradit.de pretio, quòd est de substantia emptionis, Bertaz. *de clausul. instrum. in proœm. n.*18. Nicol. Mozz. *de contract. tract. de emp. & vend. tit. de substantial. emptionis, & vend. num.* 12. *cum seqq.* Felician. de Solis *de censib. l.* 1, *cap.*4.*num.*10.*& lib.* 2. *cap.*1. *num.*35. *vers.ipse verò*, Auendan. *eod. tract.cap.*37. *num.*3. Pichard. *in* §.*pretium num.* 1. *&* 6. *cum seqq. Inst. de emp. & vend.* Morl. *in emporio iuris ciuilis par.* 1. *tit.* 9. *in præmis. num.* 16. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.conuen. l.* 4. *tit.* 19. *num.*1.*cum seqq.* Cald. Pereira *de emp.& vend. cap.* 18.*num.*1. Stephan.Gratian. *discep.forens. cap.*742.

SVMMARIVM.

1 *Mulier rem suam emens simulatè, vt rem mariti, non sibi præiudicat.*
2 *Vxor constante matrimonio potest emere rem mariti.*
3 *Emptio rei suæ non valet, nec præiudicat.*

L. Si mater. X.

Iidem AA. *Georgio*.

MVlier simulatè rem suam emens, vt rem ma- 1
riti, non sibi præiudicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

Ex hoc text.colligit Roder.Xuar.*ad tit. de las ga-* 2
nancias, hoc est, de bonis acquisitis, *n.*26. *in med.pag. mihi* 236. quòd vxor constante matrimonio potest emere rem mariti.

Et ad aliud ex hoc text. desumptum, quòd scili- 3
cet emptio rei suæ non valet, nec præiudicat, vide citatos *in l.*4.*sup.hoc eod.tit.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus non redduntur in inuitum.*
2 *Regula*, Nemo inuitus compellitur emere, nec vendere. *fallit quotiescunque ratio, & vtilitas publica exposcit vt quis emere & vendere cogatur, n.* 3. *hinc infertur,*
I. Pro ædificatione, seu reparatione Ecclesiæ, vel fundatione alicuius monasterij, vicinum cogi posse domum vicinam vendere. num. 4. *vel pro officinis de nouo faciendis. num.* 5. *seu pro via publica ad portam Ecclesiæ directa amplianda pro eiusdem Ecclesiæ ornatu, etsi domus non sit vicina Ecclesiæ, & adsit via publica intermedia. num.*6.

num. 6. vel pro ampliatione capellæ. num. 7. vel pro seminario ab Episcopo faciendo. num. 8. & pro scholis faciendis. num. 9. procedit, etsi domus quæ pro fundatione, siue ampliatione huiusmodi petitur, esset prohibita alienari, & perpetuo fideicommisso subiecta, & antiqua habitatio parentum illius, à quo petitur, esset familiæ nobilis. num. 10. & quamuis alterius Ecclesiæ esset ea domus, quæ pro Ecclesiæ ampliatione petitur. n. 11. Antequam autem Ecclesiæ deferatur quæ præcedere debeant. n. 12. 13. 14. 15. 16.

II. Vicinum cogi vendere domusculas deformes vicino, qui palatium ædificare vult. n. 17.

III. Propter publicorum ædificiorum constructionem priuata ædificia dirui posse. n. 18.

IV. Vicinum, qui proximum fundum habet, viam præstare debere. si quæ publica erat, ruina, vel aquarum impetu destructa esset. n. 19.

V. Ob publicam vtilitatem, & necessitatem, si Resp. annonæ inopia grauetur, posse cogi habentes frumentum, & alias merces necessarias hominum alimentis iusto pretio à iudice taxato vendere, etsi res venales non exposuerint, nec publicæ venditioni abstulerint, n. 20.

VI. Dominum ad venditionem serui compelli posse si eum seueriter tractet, & parcè illi alimenta præstet. n. 21. ex quo subinfertur quòd si dominus temporalis nimium securè tractet subditos, possit compelli eos vendere. n. 22.

23 Dominus an possit castrum vendere vasallis inuitis.

VII. Infertur, teneri dominum seruum Maurum vendere quando eo opus est, vt Christianus captus à Mauris libertatem possit consequi. numero 24.

VIII. Cogi dominum ancillam vendere si illam vrgeat ad impudicitiam. num. 25.

L. Inuitum. XI.

Jidem AA. Paterio.

s Contractus non redduntur in inuitum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.

a Ex hoc text. cui similis est. in l. ne emere, inf. C. de iure deliber. vulgò colligitur regula quòd nemo inuitus compellitur emere, nec vendere; quam constituunt, multisque exornant Ordin. Reg. Lusitan. lib. 4. tit. 11. & l. Hisp. 2. tit. 22. par. 4. & l. 3. tit. 5. par. 5. Socin. reg. 415. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæst. 3. princ. num. 38. & 39. Cou. lib. 3. var. cap. 14. num. 8. Capra reg. 87. Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 51. & l. 40. Tauri num. 27. Perez l. 1. vers. tandem quæro pag. 433. tit. 23. lib. 2. Ordinam. Gail. lib. 1. obseru. 19. Boët. decis. 322. num. 2. Menoch. de arbitr. casu 462. num. 12. & cons. 137. num. 18. & cons. 1206. Tiraq de retractu lig. §. 3. gloss. 3. num. 1. Donat. à Fina tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 36. num. 17. pag. 619. & num. 118. pag 615. Carpan. ad stat. Mediolanen. 433. num. 65. cum seqq. Surd. cons. 2. num. 20. & cons. 205. num. 10. & de aliment. tit. 8. priuil. 94. num. 5. Mexi. in tract. taxa panis concl. 1. num. 5. Aluar. Valasc. cons. 22. a princip. Zerol. in praxi Episc. par. 1. verbo emptio, in princip. vbi quòd quatuor modis quis cogitur vendere, Franc. Viui. decis. 2. num. 7. Cabed. Lusit. decis. 105. par. 1. & decis. 92. num. 2. par. 2. Morl. in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 9. quæst. 1. Garc. Mastrill. Siciliæ decis. 17. à princip. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. l. 4. tit. 4. num. 9. Cardin. Tusch pract. conclus. lit. E. concl. 117. & lit. V. concl. 95. Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 110. num. 18. Giurba decis. 86. in princip. Aloys. Ricc. decis. 138. par. 1. Hieron. Leo Valent. decis. 90. num. 1. Iacob. Cancer. var. resolut. p. 1. cap. 13. de empt. & vendit. num. 77. Cald Pereira de empt. & vendit. cap. 9. num. 16. Ioan. Mar. Nouat. quæst. forens. quæst. 32. num. 5. cum seqq. Guzman. de euictionib. quæst. 52. num. 15. Gabr. Aluarez de priuileg. pauper. par. 5. quæst. 24. à princ. Molin. de iustitia tract. 2. disp. 341. à princip. Rebell. de obligation. iustit. par. 2. lib. 9. quæst. 18. sect. fin. num. 43. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 25. cap. 25. num. 359. Ioan. Salas de contractib. tract. de empt. & vendit. dub 53. Gabr. Aluarez de priuileg. miserab. person. quæst. 8. num. 206. Quod in tantum verum est, vt nec etiam fiscus possit cogere priuatos res confiscatas emere, vt per Natt. cons. 400. Pereg. de iure fisci lib. 6. tit. 44. num. 44. Aloys. Riec. d. decis. 138. num. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 149. n. 33. Giurba d. decis. 86. num. 2. Azeued. l. 18. num. 2. & 5. tit. 7. lib. 8. noua Recopil. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 21. num. 250 Gutier. de gabellis quæst. 140. n. 6. quorum tres vltimo loco citati inuehunt contra perquisitores qui pro exigendis suis salariis, & expensis compellunt diuites vicinos inuitos, & noxios vt emant res, & fundos delinquentium.

Limitatur tamen principalis conclusio vt non procedat quotiescunque ratio, & vtilitas publica exposcit quòd quis emere & vendere cogatur, vt per Greg. Lop. l. 3. gloss. 1. vers. adde etiam quod compellitur tit. 5. part. 5. Nicol. Boër. decis. 322. n. 2. Cæpol. de seruit. vrban. prædior. tit. de sepulchro cap. 81. n. 5. Afflict. decis. 265. Gail. lib. 1. obseru. 56. n. 1. cum seqq. Anton. Gom. l. 70. Tauri num. 27. & tom. 2. var. cap. 2. n. 51. Gironda de gabell. par. 2. in princ. num. 13. Perez l. 2. gloss. 1. in fine vers. septimus tit. fin. lib. 2. Ordin. Vincent. de Franchis decis. 123. Valasc. cons. 22. latè Menoch. consil. 1206. num. 23. cum seqq. Morl. d. tit. 9. quæst. 1. num. 4. Matiens. l. 1. gloss. 9. tit. 15. & l. 1. gloss. 2. num. 41. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. Molin. d. disp. 341. n. 12. vers. deinde, Anton. Thesaur. quæst. forens. l. 1. quæst. 64. num. 2. Bobadil. in sua politica l. 3. cap. 4. num. 26. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. quæst. 906. aliàs fin. à num. 4. vsque ad num. 16. & n. 41. cum seqq. Aloys. Riec. in collect. decis. par. 5. collect. 1855. & par. 1. decis. 147. Cabed. d. Lusit. decis. 105. num. 6. par. 1. Iacob. Caneer. d. p. 5. cap. 13. n. 793. Hieron. Leo Valent. decis. 90. lib. 1. 3

Ex qua limitatione plures colliguntur Illationes, & primò infertur pro ædificatione, seu reparatione Ecclesiæ, vel fundatione alicuius monasterij, vicinum cogi posse domum vicinam vendere, quia causa religionis ad publicā vtilitatem spectat. Ita Cou. lib. 3. var. cap. 14. n. 7. & 8. vbi sic omnium consensu receptum esse testatur, licèt in puncto iuris contrarium esse affirmet in vers. cæterùm, Anton. Gom. l. 46. Tauri num. 9. & l. 70. n. 27. & tom. 2. var. cap. 2. n. 51. Anton. Padil. in l. altius num. 51. C. de seruit. Franc. Marc. Delphin. decis. 534. num. 3. & 4. par. 1. Thom. Grammat. decis. 75. Auiles ad cap. 18. Prætor. gloss. vlt. in fine, Perez l. 5. circa fin. vers. alius sextus casus tit. 23. lib. 2. Ordin. Gironda de gabell. par. 1. in princ. n. 14. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 1. q. 64. num. 6. Vincent. de Franchis decis. 123. num. 5. & 6. Vincent. Caroc. decis. 26. n. 6. cum seqq. & præcipuè num. 13. Morla d. par. 1. tit. 9. quæst. 1. n. 8. Bobadil. d. lib. 3. cap. 5. num. 16. D. Barbos. in l. 2. ff. soluto matrim. part. 2. num. 39. Aluar. Valasc. d. consult. 22. n. 2. Cabed. d. decis. 105. num. 2. & 3. part. 1. à Ponte de 4

potestate

potestate Proregis tit. de abundantia ciu. §. 4. *num.*1. Mart. *de iurisd. par.*4.*casu* 271.*num.*3. Card. Tusch. *d.lit.V,concl.*59.*num.*19. Mari. Antonin. Maceratens. *variar. resol. lib.*1.*resol.* 112. *casu* 29. Hieron. Leo *Valent. dec.* 50. *num.* 9. *cumseqq.* Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Arhiep. Neapol. dec.* 138. *num.*1.*par.*2. Mari. Giurba *dec.*86.*num.* 3. & 7. Gizarel. *dec.* 38. *num.* 1. Marc. Anton. Genuens.*in pract. eccles.q.*241. Camill Borrell. *in sum. omnium dec. par.*1.*tit.*2. *num.* 36. Nouar. *quæst. forens. lib.*1. *quæst.* 32.*num.*1. & 2. Gabr. Aluarez *de priuileg. miserabil. personar. quæst.* 8. *num.*107. vbi *num.*208. subdit etiam quòd via sit intermedia. Iacob. Cancer. *var. resol. par.* 1. *c.* 13. *de emp. num.*78. Ioan. Bapt. Valenzuel. *cons.*18. *n.* 11. *lib.*1. Guzman. *de euiction. quæst.*52. *n.* 19. *cum seqq.* Dixi, *pro fundatione alicuius monasterij*, non quia requiratur fundatio, sufficit enim vt pro ampliatione domus Religiosorum coactio fiat, si non habeant locum ad habitandum congruentem, vt expressè tenent Vincent. de Franchis, Hieron. Leo, Gasp. Thes. Giurb. & alij ex suprà citatis, vel pro claustro faciendo, seu ampliando, Aloys. Ricc. *d. dec.* 138.
5 *n.* 2. *vers.* 3. Vel pro officinis de nouo faciendis, Cæpol. *de seru. urban. præd. cap.* 8. *num.*5. Hieron. Leo *d. dec.* 90. *num.* 13. Gizarel. *d. dec.* 38. *num.* 4. Gusman. *d. quæst.* 52. *n.*39. Menoch. *d. cons.* 1206. *num.* 19. Vel pro dormitorio extendendo, Socin. *reg.* 435. *fallent.* 8. Gramm. *d. dec.* 75. Scot. *cons.*3. *num.* 17. Carol. Tapia *in pragm.* 3. *de monialib. n.*6. Valenz. *d. cons.*18. Gizarel. *d. dec.* 38. *num.*16. Vel pro viridario monasterij, eiúsque ampliatione, Hieron. Leo *d.dec.*90. *num.*17. Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed.* 76. *n.* 9. Mari. Antonin. *d. lib.*1. *resol.*112.*casu* 29.*vers.*5. Guzman. *d. quæst.*52. *n.*52. Vel pro ampliando circuitu monasterij, Cabed. *d. dec.* 105. *num.* 10. Gizarel. *d. dec.* 38.*n.*7. Guzman.
6 *d. quæst.* 52. *n.* 53. Seu pro via publica ad portam Ecclesiæ directa amplianda pro eiusdem Ecclesiæ ornatu, etsi domus non sit vicina Ecclesiæ, & adsit via publica intermedia, Rot. Roman. *dec.* 213. *n.* 5. *par.* 2. apud Farin. *in recentior.* Vel pro reparatione cuiusuis loci pij, Morla *d. par.*1.*tit.*9. *quæst.*1. *n.* 7. Aloys. Ricc. *d. dec.* 138. *n.* 1. vbi in fine limitat in
7 hospitio Religiosorum. Vel pro ampliatione capel-
8 læ, idem Aloys. Ricc. *d. par.*1. *dec.* 147. Vel pro seminario ab Episcopo faciendo, Vincent. Caroc. *d.*
9 *dec.* 26. Et pro scholis faciendis, Franc. Marc. *dec.* 534. *num.* 5. *par.* 1. Auiles *ad cap.*18. *Prætor. in fine*, D. Barbos. *in l.*1.*ff. soluto matr. par.*7.*n.*50.*vers. vnde infertur*, Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed.*79. *n.* 9. Molin. *d. tract.*2.*disp.*341.*n.*2.*vers. deinde*, Gizarel. *d. dec.*38.*n.*3.

10 Quod procedit etsi domus, quæ pro fundatione, siue ampliatione huiusmodi petitur, esset prohibita alienari, & perpetuo fideicommisso subiecta, & antiqua habitatio parentum illius, à quo petitur, & esset familiæ nobilis, ad not. per Franc. Marc. *dec.* 534. *num.* 6. *par.* 1. Hieron. Leo *d. dec.*90.*num.* 13. Fontanell. *de pactis nup. tom.*1.*claus.*4. *gloss.*12. *n.*25. *cum seqq.* & *tom.*2.*claus.*5.*gloss.*1. *num.*120. declaran-
11 do prout *infrà num. seq.* Et quamuis alterius Ecclesiæ esset ea domus, quæ pro ampliatione Ecclesiæ petitur, quia Ecclesiæ potius, quàm laici causam Religionis fauere debet, ita Mari. Giurba *d. dec.* 86. *n.*16. quicquid teneat Nouar. *in tract. de elect. fori sect.* 2.*q.*21.*n.*9.*in fine.*

12 Verùm non ita Ecclesiæ hac in re deferendum quin aliqua tanquam necessaria requisita præuenire debeant, & primò exigitur quòd ista venditio fiat sine magno venditoris incommodo, & cum paruo illius nocumento, secundùm ea quæ resoluunt Cou. *d. lib.*3.*cap.*14.*in fine*, Gasp. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1.*quæst.*64.*num.*9. Morla *d. par.* 1.*tit.*9.*quæst.*1.*num.*7. *vers. in qua re*, Mari. Giurb. *dec.*86. *n.*10. Fontanell. *d. claus.*4. *gloss.*12. *num.*28. & *claus.* 5. *gloss.* 1. *par.*1. *num.*120. Guzman. *de euict. quæst.* 52. *num.*56. Steph. Gratian. *discep. forens. tom.*4. *cap.*742.*num.* 25. & 26. vbi subdit quòd iudex multum strictè & præuia necessitate, & cum magno grano salis debet officium suum impartiri, quia hoc priuilegium non est trahendum ad quemcunque locum pium, ad necessarium morali quadam necessitate ad Sacramentorum administrationem, & ad cultum diuinum, ne sequatur inconueniens, quòd quilibet volens erigere locum pium, possit eligere domum, quam vellet pro tali ædificio, & postea sub prætextu ampliationis retrahere à vicinis domos contiguas.

Secundò requiritur quòd Ecclesia, seu monaste- 13
rium rem pro se petat, vt non aliis complaceat, & indirectè pro alterius vtilitate, Vincen. de Franchis *dec.*223.*n.*7. Aloys. Ricc. *d. par.*1.*dec.*138. *n.* 3. & *dec.* 147. *in fine.* Et sic pro ampliatione sui ipsius, non verò suarum rerum particularium, Alciat. *in l.* 2. *ff. soluto matr. n.*48. & *ibi* Parpal. *n.*107. & D. Barbos. *p.*2. *n.* 39.

Tertiò requiritur quòd res, quæ vendi petitur, 14
æstimetur, & venditio fiat iusto pretio Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. & vendit. part.*1. *cap.* 2. *n.*14. Cas. Clusian. *de pretio & æstimat. lib.* 2. *cap.* 3. *num.*3. Mieres *de maioratu part.* 4. *quæst.* 1. *num.* 116. *in noua edit.* Surd. *cons.* 52. *num.* 48. & *cons.* 203. *num.* 38. & *dec.* 39. *num.*9. & *de aliment. tit.*8 *priuil.*77. *num.* 19. Valasc. *d. cons.* 22. *num.* 2. & 5. Gasp. Thesaur. *q. forens. lib.* 1.*quæst.*64.*num.*10. Morla *d. part.* 1. *tit.*9. *quæst.*1. *num.*8. Giurba *dec.* 86. *n.*11. & 12. Guzman. *d.q.*52. *n.* 57.

Quartò requiritur quòd integra res ematur nam 15
aliàs dominus magno afficeretur incommodo si partem rei tantùm contra voluntatem suam vendere cogeretur, Gasp. Thesaur. *d. lib.*1.*quæst.* 64.*num.*11. Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed.*76.*num.*1. Verùm si concurrant necessitas, & vtilitas, & vltra pretium partis soluatur etiam damnum, poterit dominus rei ad partem vendendam compelli, vt tenet Scot. *cons.*3.*n.*39.*l.*7.*tom.*2. Giurb. *d. dec.*86.*n.*14.& 16. Guzman. *d.q.*52.*n.*62.

Quintò requiritur quòd pretium statim soluatur, 16
non autem habeatur fides de illo, *gloss. verbo necessitatem in l.*1.*C. de communi seruo man.* Tiraq *de retractu lig.*§.3. *gloss.*3. *num.*1. Auiles *ad cap.* 17. *Prætor. verbo à razonables precios num.* 9. *vers. nota vnum*, Bertaz. *de clausulis instrum. claus.*38.*num.* 24. Valasc. *d. consult.*22.*num.*6. D. Barbos. *in l. si mora* 10.*num.*73. *ff. soluto matrim.* Fontanel. *de pactis nup. claus.* 4. *gloss.* 12. *num.* 30. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*1.*cap.*149.*num.*25.& 26. Mari. Giurba *d. dec.*86. *in fine*, Guzman. *de euiction. q.* 51.*num.*63. Nisi extrema & ineuitabilis necessitas vrgeret, vt declarant Ceuall. *commun. contra commun. tom.*4.*quæst. vlt. n.*16. Valasc. Fontanel. Giurba, & Guzman. proximè citatis locis.

Infertur secundò vicinum cogi vendere domus- 17
culas deformes vicino, qui palatium ædificare vult, quia publicè interest ciuitates ornari domibus, & palatiis, *l. si quis posthac, cum duabus seqq. C. de ædific. priuil. l. si quando l. nec splendidissima, C. de oper public.* Mieres *de maioratu part.*1. *quæst.* 10. *num.* 69. Gasp. Thesaur. *d. lib.*1. *quæst.*64.*num.*3.& 4. Fontanel. *d. claus.* 4. *gloss.* 12. *n.* 28. *vers. pro qua declaratione*, Giurb. *d. dec.* 86. *num.* 15. Guzman. *d. quæst.*52.*n.*48.

Vnde

Vnde nobilis pauper habens palatium destructum, compellitur illud vendere diuiti volenti ædificare, secundùm Gasp Thesaur. *d. quæst.* 64. *num.* 4. Mari. Giurba *d. decis.* 86. *num.* 5. Bobadil. *d. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 27. Hieron. Leo *d. decis.* 90. *n.* 20. *tom.* 1. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 135. *n.* 2. *vers.* 4. *p.* 1. Guzman. *d. q.* 52. *n.* 9.

8 gloss. 8. num. 2. Auendan. de censib. cap. 35. num. 11.
& 12. Et ampliatio extenditur ad venditionem spei,
vt per Scacc. de iudic. caus. lib. 2. cap. 2. sub num. 476.
versic. quartus.

9 Amplia secundò locum habere etiamsi venditio
facta fuerit in publica subhastatione plus offerenti,
ex d. l. Hispan. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop. Ordin. Reg.
Lusitan. lib. 4. tit. 13. §. 7. Pinel. in præsenti part. 2. cap.
2. à num. 25. cum seqq. & Padil. n. 30. Duen. reg. 187.
num. 10. Anton. Gom. d. tom. 2. c. 2. n. 23. Menchaq.
cont. ouers. vsufreq. par. 1. cap. 61. num. 1. vbi vtriusque
opinionis auctores refert, & hanc veriorem dicit
Azeued. in d. l. 1. n. 31. & ibi Matiens. gloss. 9. per tot.
Anton. Gabr. d. cõclus. 1. n. 107. Gam. Lusit. decis. 198.
Mozz. de contract. tract. quibus casibus annulletur em-
ptio, n. 17. Surd. cons. 39. num. 4. Ceuall. d. quæst. 536.
num. 2. & 3. Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 5.
§. 16. num. 10. Morl. in emporio iuris ciuilis par. 1. tit. 9.
de contrah. empt. quæst. 23. Anton. Fabr. in suo Cod. l. 4.
10 tit. 30. diffinit. 4. & in diffinit. 25. ampliat, etiamsi sub-
hastatio decreto Senatus esset confirmata si læsio
bene probetur, Garc. Mastrill. Siciliæ decis. 33. n. 10.
Cancer. variar. resolut. part. 1. c. 13. num. 14. vbi ait in
principatu Cathaloniæ obseruari quòd si doceatur
de læsione vltra dimidiam, impetratur à iudice vt
res iterum vendatur, & reddito pretio illi, qui priùs
eam emerat, plus offerenti tradatur, vel emptor si
vult iustum pretium supplcat, Stephan. Grat. discep.
forens. tom. 1. cap. 7. num. 10. & tom. 3. c. 461. num. 30.
Molin. d. tractat. 2. disp. 349. vers. etiamsi res aliqua,
Alexan. Trentacinq. d. tit. de empt. & vendit. resol. 3.
num. 4. vbi restatur ab hac opinione cõmuni & ma-
gis communi non esse recedendum, nec in iudican-
do, & declarat hanc conclusionem non procedere
quando sciens & prudens subhastalem venditionẽ,
& liberationem confirmauerit, & ratam habuerit.
Salas d. dub. 27. num. 6. Rebeil. d. part. 2. lib. 9. quæst. 3.
sect. 2. num. 8. Amat. Rodcric. in tractat. de execut. sen-
tent. cap. 6. num. 58. Menoch. cons. 1121. à princ. & con-
sil. 1263. num. 14. Et quamuis in venditione volun-
taria, scilicet quando quis res suas in subhastatione
vendit, vt ex licitatorum calore cariùs vendantur,
contrarium sequatur Padil. citato loco, & Christoph.
de Paz ad l. styli 210. num. 2. & 3. & distinguendo
contrarias opiniones componat Duen. d. regul. 187.
num. in vers. 1. qua contrarietate, dicens affirmatiuam
opinionem procedere in venditione volũtaria, ne-
gatiuã in necessaria. Nihilominus tamen verior &
receptior opinio est, quòd in vtroque casu proce-
dat, & in specie tenent Pinel. citato loco, Ceuall. d. q.
536. n. 5. & Morl. d. q. 23. n. 7.

Amplia tertiò etiam locum habere in venditio- 11
ne facta cum decreto iudicis, vt per Cremens. hic n.
108. Cagnol. n. 258. quæst. 23. Pinel. p. 2. c. 2. num. 18.
Matiens. d. l. 1. gloss. 9. num. 2. & ibi Azened. num. 31.
Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 23. in fine, Fachin.
lib. 1. controu. cap. 10. vers. altera controuersia, Parlador.
differ. 44. n. 9 Mari. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 15.
num. 4. Ioseph. Ludou. Vmbriæ decis. 18. num. 72. Alex.
Trentacinq. d. tit. de empt. & vendit. resol. 3. n. 5. vbi
refert ab hac sententia nec in iudicando, nec in cõ-
sulendo esse recedendum; quicquid contrarium post
alios plures sentiant Duen. reg. 187. vers. 10. Ant.
Gabr. d. tit. de empt. concl. 1. n. 57. licèt sub n. 60. decla- 12
ret eam non procedere quando decretum interpo-
sitũ fuisset absque causæ cognitione. Idẽ si ex fal- 13
sa causa, vt tenet Meno. de præsum. l. 2. præs. 75. n. 38.

Amplia quartò procedere in venditione facta 14
pro debito fiscali, vt ex Calcan. Bald. & Corne. re-
soluit Alex. Trentacinq d. resol. 3. n. 5.

Amplia quintò in venditione facta per procura- 15
torem, vt per Cremens. in hac l. num. 70. ampl. 20. &
Cagnol. num. 166. Rebuff. d. gloss. 15. num. 22. Anton.
Gabr. d. tit. de empt. & vendit. concl. 1. num. 27. & 29.
Matiens. d. l. 1. gloss. 8. num. 3. Fachin. lib. 2. controuers.
c. 29. nisi procurator excesserit fines mandati, & do- 16
minus non ignorauit læsionem, vel excessum man-
dati secundùm Pinel. in præsenti par. 2. cap. 1. num. 18.
vbi contra plures, quos recenset, notat; quòd scien-
tia & patientia domini extendit mandatum, quic-
quid teneat Rebuff. d. gloss. 15. n. 22.

Amplia sextò vt procedat etiãsi venditor fecis- 17
set pactum emptori, quòd reddendo ei pretiũ intra
certum tempus res sibi redderetur. nam licèt emptor
non reddiderit pretium intra præfinitum tempus, &
amiserit beneficium, quod ex pacto sibi compete-
bat, non amittit beneficium, quod ex hac l. & si-
milibus ei competit, vt per Matiens. in d. l. 1. gloss. 8.
num. 18. Fachinæ. lib. 2. controu. cap. 20. ver. tertia con-
trouersia, Ioseph. Ludou. Perus. decis. 97. vbi probãdo
læsionem secundùm tempus contractus hanc opi-
nionem sequitur, Anton. Fab. in suo C. l. 4. tit. 3. sub
hoc tit. definit. 5. & 7. vbi durante tempore retractus
hoc beneficium non dari dicit.

Amplia septimò beneficium huius l. locatori & 18
conductori, qui in contractu locationis, & condu-
ctionis læsi vltra dimidiam iustæ mercedis fuerunt,
concedi, vt per Ordin. Reg. Lusit. l. 4. tit. 13. §. 6. vers.
arrendamentos, Guid. Pap. dec. 736 Fabian de Mon-
te d. tract. de empt. q. 9. n. 9. Cagnol. in præsenti n. 58. &
Donell. n. 19. Pinel. p. 1. cap. 3. num. 17. Padil. d. num. 13.
& 14. Bursat. cons. 114. num. 10. vol. 2. Ioseph. Ludou.
concl. 12. vers. & quoniam, Suar. in thesauro commun.
opin. lit. L. n. 143. Bellacomb. tom 1. commun. opin. lib. 4.
tit. 50. n. 58. pag. 640. Menchaq. d. cap. 61. n. 12. Gam.
Lus. dec. 19. Azeued. in d. l. num. 4. & ibi Matiens.
gloss. 6. n. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop. Gutier. pract. l. 2.
q. 138. n. 1. Ceuall. d. q. 536. n. 26. Caroc. de locat. & cõ-
ducto cap. de rescind. locat. n. 1. Fachinæ. controu. lib. 2.
cap. 22. in princ. Arimin. Tepat. var. sentent. tom. 2.
tit. 402. cap. 5. vers. remedium, vbi quòd cessat in con- 19
ductoribus habentibus scientiam & notitiam bono-
rum locatorum, Velasq. de Auendan. de censib. c. 35.
n. 13. & 14. Steph. Grat. discept. forens. tom. 1. cap. 184.
à n. 1. Molin. d. tract. 2. disp. 349. vers. prædicta locum,

Morl.

Morl.*d.part.1.tit.9.de contrah.empt.quæſt.19.num.* 7.
Amat.*conſ.13.à princ.lib.* 1. Rebell.*de obligat.inſtit.*
*part.2.lib.14.quæſt.3.num.4.*Azor.*inſtit.moral.par.* 3.
*lib.8.de locato,& conducto cap.11.q.1.*Cardin.Tuſch.
practic.concluſ.lit.L.concl.193.n. 19. *&* 20. latiſſimè
Didac.à Britto *in rub.de locato.par.2.§.2.per tot.*vbi
20 *à num.*20.ſubdit remedium huius l.non ſolùm com-
petere pro reſcindenda locatione mutuo conſenſu
celebrata,re nondum tradita,ſed etiã poſt rem tra-
ditam, & penſionem ſolutam,ac tempus locationis
21 finitum.& *à num.*22.diſputat, an læſio vltra dimi-
diam iuſti pretij in contractu locationis ſit ſumẽda
per reſpectum ad fructus in futurum colligendos,in
quo vertitur dubius rei euentus, an per reſpectum
ad præſentem ſtatum temporis,quo contractus ce-
lebratur.

22 Quæ quidem ampliatio extenditur ad location
& conductionem herbarum pro paſcendis ouibus
vt per Padil.*in præſenti n.*15.Girond. *de gabell.par.*2
23 §.1.*n.*53.Ceuall.*d.q.*536.*n.* 31. ſvbi in conductione.
domus procedere ſubdit,Gotier.*de gabell.quæſt.*136.
24 *n.*21.vbi addit in conductione bonorum ciuitatis,
vel villæ hoc remedium locum habere,*& q.*147.*n.*
25 7.Et procedit,etſi contractus locationis iam, eſſet
finitus , ſi conductor dicat ſe fuiſſe læſum vltra di-
midiam iuſtæ mercedis,vt per Pinel *in d.l.2.p.1.c.*
3.*n.19 &* 20. vbi in hoc caſu eandem rationem &
æquitatẽ vigere dicit,& ſic obtinuiſſe,Menchaq.*d.*
*c.*61.*n.*18.Matienſ.*in d.l.1.gloſ.6.n.5.*& *ibi* Azeued.
*num.*4. Gutier.*pract.l.2.quæſt.*132. *n.* 2. vbi ex pro-
feſſo examinat,& hanc veriorem & in praxi tenen-
dam dicit,Ceuall *d.q.*536.*n.* 28. Stephan. Gratian.
*d.cap.*185.*num.*2.Fachinæ.*d.l.* 2. *controuerſ. cap.* 21.
in princip. Gam. *Luſit. deciſ.* 19. vbi contra Decium
latè defendit,& plures caſus refert,in quibus Sena-
tus ille pro ea iudicauit,& *ibi* Flores de Mena ; eò
tamẽ addito quòd conductor, qui deceptionẽ alle-
gat fructibus perceptis,petente locatore,illorũ ve-
ram & legitimã reddat rationẽ, & ei illos reſtituat
expenſis deductis, vel ſaltem eorum valorem per
arbitros æſtimandum , & deceptio clarè probetur.

26 Vtrùm verò ampliatio locum habeat in locatio-
ne operarum,quam faciunt architecti , & fabri lig-
narij,ac alij ſimiles officiales,qui promiſerunt face-
re domum,Eccleſiam,vel aliquam rem certa merce-
de ſuo periculo?locum habere tenent Padil.*hic* , *n.*
14.Pinel.*par.1.cap.2.n.17.cum ſeqq.* Auiles *ad c.* 33.
Prætor.ſuper verb.à menos coſta,n. 5. Caroc. *de loca-*
*to & conducto,cap.de reſcind.locat.num.*3. *&* 5. Con-
trarium verò,immo huiuſmodi architectis,officiali-
bus,& peritis in arte hoc remedium denegari tenẽt
Caſtill.*in l.2.Tauri,ſuper verb.de las dichas leys, ver-*
ſic.& adde ad ſupradicta, Stephan. Gratiã.*d.cap.*85.
num. 3. 9.*&* 10.& maximè ſtante *d.l. Hiſpan.3.tit.*11.
*lib.5.noua Recop.& Ordin.Reg.Luſit.lib.4.tit.*13.§. 8.
quæ prohibent his officialibus,qui operas ſuas lo-
cant,hoc remedio vti,Perez *in l.2 gl.ſſ.1.verſ.pro ſo-*
*lutione in medio tit.*12.*lib.2.Ordin.*Auendan. *de exe-*
*quendis mand.par.2.cap.13.n.*3. Gutier.*d lib. practic.*
*q.*144.Ceuall.*d.quæſt.*536.*n.*29.*&* 30.Morl.*d.tit.* 9.
*quæſt.*19 *num.*9. vbi dicit quòd non eſt extendenda
ad alios,qui in emendis rebus ſui officij decipiuntur
vltra dimidiam, quia eſt correctoria iuris commu-
nis,Bobadill.*in ſua politica l.3.cap.3.n.*41. Intellige
quando prædicti officiales erant experti in ſuo offi-
cio, ex *dicta l. Hiſpan.* 3. ibi , *ſiendos expertos en ſu*
officio,& notant *ibi* Azeued.*num.*3.*&* 4.& Matienſ.
*in gloſſ.*1.Gutier.*d.quæſt.*144.*in fine*,& Ceuall. *dicta*
*quæſt.*536.*num.*30.

27 Amplia octauò in contractu permutationis.nam
& in illo locum habere remedium huius l.reſoluunt
Fabian.de Monte *de empt.q.*8.*princ.num.*10. Pinell.
in præſenti p.1.cap.3.cum ſeqq.& Padill.*num.*17. Ma-
tienſ.*in d.l.1.gloſſ.7.n.1.tit.11.lib.5.noua Recop.* Gu-
tier.*d.lib.2.pract.q.*139.*n.*2.Morla *d.tit.9.de contrah.*
*empt.q.19.n.*3.Mozz *d.tract.de empt.& vend.tit. qui-*
*bus caſibus annulletur exceptio,n.*18.Aldouin.*conſ.*68.
*n.*33.Aloyſ.Ricc.*in collect.deciſ.p.3.collect.*704. *ver-*
ſic.infertur tertiò,Ordin.Reg Luſitan.*d.l.4.tit.*13.§.6.
verbo eſcambios quicquid exiſtimet Anton. Fab. *de*
errorib dec.8.errore 9 Quæ ampliatio reſtringitur vt 28
nõ procedat in permutatione beneficiorum, in qua
ſi interueniat læſio , remedium huius l. locum non
habet,ſecundùm Padil.*hic,n.*18.Rebuff. *tom.* 2. *ad*
leges Galliæ,tract.de reſciſſ. contract. §. *vnic.gloſſ.*15.
*n.*10.Couarr.*lib.1.var.c.5.n.3.&* 8.*verſ.vltima ratio,*
*& n.*9.Maſcard.*de probat.concl.*1175.*n.*20. Matienſ.
*d.l.1.gloſſ.7.num.*5.*tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Ceuall.
*d.quæſt.*536.*num.*92.Fachinæ *controuerſ.lib.2.cap.*22.
verſ.tertia eſt controuerſia,Flamin.*de reſignat.benefic.*
*lib.3.q.7.n.*41. Rebell.*de obligat.inſtit.p.2.lib.9.q.* 3.
ſect.2.n.13.verſ.admonendum, Ioan. Salas *de contract.*
*tract.de empt.dub.27.n.*11.

Amplia nonò in conceſſione feudi quando con- 29
ceditur ob pecuniã domino præſtandam;ſecus verò
cùm penſio,vel ſeruitium datur in recognitionem 30
dominij,prout regulariter fit,vt per Caſtr.*hic n.*13.
Bald *n.*7.& Salicet.*n.*10 Cagnol.*n.*107.Padil.*n.*29.
& Pinel.*p 1.cap.3.n.*2.Rebuff.*d.tract. de reſciſſ. con-*
tract.§.vnic.gloſſ.15.n 11.Anton.Gabr.*d.tit. de empt.*
*& vend.concl.1.n.*74.Matiẽſ.*d.l.1.gloſſ.8.n.*7.Fachin.
d.lib.2.cap.22.verſ.nec huic ſententia.

Amplia decimò in conceſſione emphyteuſis quã- 31
do penſio præſtatur in recumpenſationẽ fructuum,
vt per Ordin.Reg Luſit.*lib.4.tit.13.§ 6. verſ. afora-*
*mentos.*Padil.*hic,n.*28.Pinel.*p.1.cap.3.n.*37. Anton.
Gom.*l.98.Tauri n.4.verſ.item etiam*,Rebuff *d.gl.*15.
*n.*11.Anton Gabr.*d.concl.1 n* 75. *cum ſeqq.* Matienſ.
*d.gloſ.8.n.*7.Theſaur.*deciſ.*102 Valaſc.*de iur.emphyt.*
*q.11.n.*19.Gam. *Luſitan.deciſ.*257.Fachin.*d.cap.*22.
verſ.ſed maior eſt,Cald.Pereira *in l.curatorem, verbo*
*implorare,n.*15 Felician.*de cenſib.lib.1.cap.3.n.14.&*
c.91.n.3.& 4.Molin *de Iuſtit.tract.2.diſp.* 451. *verſ.*
quod verò attinet,Morl *d.tit.9.q.19.n.*7. Azor. *inſtit.*
*moral.p.3.lib.10.de emphyt.cap.7.q.*8 Secus ſi præſte- 32
tur in recognitionẽ dominij,ex Matienſ.*d.n.7.in ſi.*
vel quando res,quæ fuerunt datæ in emphyteuſim,
erant inutiles,ſteriles,ac ruinoſæ. nam quantumuis
minimus conſtituatur cenſus,vix in huiuſmodi em-
phyteuſi læſio conſiderari poteſt,vt cum Specul.&
aliis tradit Fontanel.*de pactis nupt.clauſ.4.gloſſ.8.p.1.*
*n.*43.*&* 44 vbi refert pro hac parte deciſionem Se-
natus Cathaloniæ,& *n.*47.tradit quæ res dicantur
ſteriles,& inutiles ad hunc effectum.

Amplia vndecimò in cenſu reſeruatiuo perpetuò 33
redimibili,ſeu ad vitam illegitimo pretio conſtitu-
to;cenſuatio, vel ei, qui rem in cenſum dedit , vt
per Auendan.*de cenſib.cap.35.per tot.* vbi *à num.* 7.
in hoc caſu remedium huius l.competere affirmat;
& quamuis in datione emphyteuſis,& cenſus reſer-
uatiui huic remedio non eſſe locum, per text. *in l.*
68.*Tauri*,quæ eſt *l.1.tit.15 l.5 noua Recopilat.*exiſti-
mauerint Anton.Gom.*in d.l.68.Tauri,num.4.verſic.*
item etiam,& Pinel.*d.par.1.cap.3.in fine , verſic. nec*
dubito;nihilominus tamen eandẽ legem nouæ Re-
cop.nihil innouaſſe tenent Matienſ.*ibid.gloſſ.fin.n.*
2 *& in d.l.1. gloſſ.8. n.7.tit.11.lib.5.noua Recopilat.*
Morl *d.tit.9.q.19.n.8.verſ.vlt.* vbi dicunt dictam l.
non pertinere ad læſionem,de qua agimus,quæ in-
teruenire debet in ipſa conuentione,ſed ad pœnam

commissi, quæ post conuentionem iustè & legitimè factam committitur per emphyteuticarium pensionem non soluentem, Felician de Solis de censib. lib 1. cap 4. n. 14. in fine, Ioan. Garc. de expens. cap. 9 num. 64. Auendañ. d. tract. de censibus, cap 91. num. 4. & 5 vbi interpretatur & examinat vtrùm pœna commissi admittatur in censo si excedat dimidiam.

34 Amplia duodecimò in datione in solutum, si dans, vel recipiens vltra dimidiam iustæ æstimationis læ-datur, vt per Pinel. hic part. 1. cap. 4. num. 8. Anton. Gabr. d. tit. de empt. & vendit. concl. 1. n. 38. Vincent. de Franchis decis. 214. num. 4. Matiens. l. 6. gloss. 1. n. 1. & 2. tit. 11. lib. 5. noua Recop. Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de empt. & vendit. resolut. 2. num. 13. Arsmin. Tepat. var. sent. tom. 2. tit. 402. sub cap. 5. vers. l. 2. de rescind. vend. habet etiam locum in datione in solutum, Ignat. de Villar. in sylua resp. lib. 1. sess. 11.
35 n. 9. Nisi datio in solutum iudicialis sit, cùm scilicet pignus creditori ex eo quòd emptor non reperitur, adiudicabitur, Fabian. de Monte d. tract. de empt. q. 8. princ. n. 9. Rebuff. d. art. vnic. gloss. 13. num. 41. Anton. Gabr. d. tit. de empt. & vendit. concl. 1. num. 64. Alex. Trentacinq d. n. 13. vers. secunda est opinio negatiua.

36 Amplia decimotertiò in transactione, in qua locum habere remedium huius leg. magis communiter tenent Doctores, eo moti fundamento, quia dubius euentus litis potest æstimari, de quo tamen vide Ordin. Reg. Lusit. lib. 4. tit. 13. § 6. ibi, transauçoens, Pinel. hic p. 1. cap. 4. n. 12. Rolaod. cons. 28. lib. 4. Rebuff. tom. 2. ad leges Gallia tit. de rescis. contract. art. 1. gloss. 5. n. 18. Gail. lib. 1 obseru. 70. n. 14. & 15. Ioan. Kop. q. 58 n. 5. Anton. Gabr. d. tit. de empt. & vendit. concl. 1. n. 68. Muscul in tract. de success. conuent. classi 1. memb. 3. à num 151. Ann. sing. 531. Viocent. de Franchis decis. 159. num. 7. Viui. decis. 429. num. 4 Pute. decis. 230. aliàs 223. lib. 1. Nicol Reusner. decis. 6. num. 11. lib. 2. Molin. de primog. lib. 4. cap 9. num. 34. Maurit. de restitut. in integ. cap. 210. Mench. dict. cap. 61. num. 9. Sfort. de restitut. in integ. p. 1. quæst. 66. art. 4. Menoch. cons. 193. num. 11. & cons. 401. num. 157. cum seqq. Gam. Lusit. decis. 110. num. 15. Intrigl. decis 45. n. 27. Ioan. Andr. Gregor. alleg. 34. n. 16. Mozz. de contract. tract. de empt. tit. quibus modis annulletur emptio, n. 21. cum seqq. Burg. de Paz sen. con. 19. Matiens. in d. l. 1. gloss. 8. num. 53. cum seqq. tit. 15. lib. 5. noua Recop. Azeued. l. 4. num. 133. cum seqq. tit. 21. lib. 4. noua Recop. Gutier. in auth. sacramenta puberum num. 57. & n. 90. & pract. lib. 2. q. 141. & canon. lib. 1. cap. 39. num. 66. & de iuram. confirm. p. 3. cap. 2. num. 24. Motl. in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 4. q. 2. & tit. 9. q. 19. n. 10. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo læsis num. 153. Amat. lib. 1. cons. 7. num. 39. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 72. Aluar. Valasc. cons. 18. num. 8. vbi ait ita sæpiùs vidisse iudicatum in Lusitano senatu, Bernard. Græuz. ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 70. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 26. tit. 9. num. 23. Rebell. de obligat. iustit. part. 2. lib. 9 quæst. 4. section. 2. num. 53. vers. adnotandum, & lib. 16. quæst. 1. num. 13. Peguer. decis. 4. tom. 2. Lancel. Gallia cons. 27. num. 5. Cancer. var. resolut. p. 1. cap. 13. de empt. num. 34. cum seqq. latè Alexand. Trentacinq. d. tit. de emption. resol. 3. num. 7. vbi doas contrarias repert opiniones, & tandem eas sub hoc fœdere distinctionis componit: aut quis est læsus vltra dimidiam iustæ æstimationis in modico excessu, & tunc procedere ait opinionem, quæ negat hanc legem locum habere in transactione: aut læsio contingit vltra dimidiam iustæ æstimationis in magno excessu, & tunc ex tali enormissima læsione dolus arguitur, & consequenter transactio rescinditur.

Amplia decimoquartò locum habere tam ad exci- 37
piendum quando res non est tradita, vel pretium solutum, quàm ad repetendum, si alter ex contrahentibus vltra dimidiam iusti pretij fuerit læsus, Pinel. hic part. 1. cap. 3. n. 5. & 6. Felician. de censib. lib. 1. c. 3. num. 14. Auendan. eod. tract. cap. 35. num. 6. & 9. & cap. 36. n. 1. Ceuall. commun. contra commun. quæst. 510. vers. sed contrariam. Quamuis remedium huius l. locum non habere re nondum tradita, in contractibus stricti iuris, sed doli exceptionem competere, teneant Padil. hic num. 21. Fachinæ. d. lib. 2. cap. 22. vers. quarta controuersia, Anton. Fab. de errorib. pragmatic. decad. 8. errore 1. à n. 11.

Amplia decimoquintò tam vxori, quàm marito 38
remedium huius l. dari ob læsionem æstimationis rerum, quæ in dotem fuerunt datæ, quando æstimatio facit emptionem, vt per Cremens. hic n. 37. ampl. 9. Matiens. d. l. 1. gloss. 8. n. 20. tit. 11. lib. 5. noua Recop. D Barbos. in l. æstimatis 51. num. 21. & 22. ff. soluto matrimon. Ceuall. d. quæst. 536. num. 21. quicquid contrarium teneat Anton. Fab. d. part. 1. decad. 8. errore 7.

Amplia decimo sextò in nimia constitutione do- 39
tis, vt si mulier dando ampliorem dotem læsa sit, vel vir deceptus minorem accipiendo, quia hoc casu habet locum remedium huius l. vt per Phanuc de lucro dotis pag. 432. Pinel. hic part. 1. c. 4. n. 33. & 34. vbi hanc ampliationem quoad virum iustam esse dicit, vxori tamen minori læsæ tantùm subueniendum esse subdit ex l. vnic. C. si aduersus dotem, Matiens d. l. 1. gloss. 8. n. 23. Ioan. Garc. de expens. cap. 18. n. 22. Greg. Lop. l. 56. gloss. 4. vers. habet etiam locum, tit. 5. part. 5. D. Barbos. loco proximo citato, Menoch. cons. 371. num. 23. Fontanell. de pactis nupt. clausul. 5. gloss. 8. p. 8 num. 30. vbi minorem beneficio restitutionis in integrum aduersùs dotantem vt compellatur ad ampliorem dotem dandam iuuandum esse docet. Patri, vel matri, qui magnam dotem filiæ dedit, hodie succursum est per l. 1. tit. 6. lib. 5. noua Recop. vbi prohibitum est filia ratione dotis meliorare; si verò frater dotauit sororem, & notabiliter in promissione dotis fuit læsus, si est minor, beneficio restitutionis in integrum; si est maior, & læsio vltra dimidiam ascendit, beneficio huius l. se iuuare poterit. Maynard. Tholos. decis. 42. n. 3 lib. 3. Syluan. cons. 13. per tot. Natt. consil. 658. Honded. cons. 18. à n. 32. vol. 1. Fontanell. n. 22. cum seqq. d. loco.

Verùm autẽ si filia gratis, nihilo accepto, vel dote 40
contenta renuntiauit hæreditatibus parentum, & suis legitimis, & aliis quibuscumque sibi quoquo modo tam in bonis paternis, quàm maternis spectantibus, & postea se læsam esse dica, & huiusmodi renuntiationem rescindi contendat, potiatur remedio huius legis? In qua quæst. est distinguẽdum. Aut gratis, nihilo accepto, vel recepto consultò, & ex causa donationis renuntiauit, & ei aliunde alimenta supersunt; tunc nulla actio ad petendam rescissionem renuntiationis ex enormissima læsione ei erit dãda quia donatio, seu gratuita renuntiatio ex causa enormissimæ læsionis nõ rescinditur, vt per Crauet consil. 160. n. 1. & cons. 192. Cou. in cap. quamuis pactum p. 3. § 2. n. 6. vers. item si filia, Mench. de success. progressu lib. 3. super tit. C. de inoffi. testam. ad l. si quando §. illud, num. 49. vbi procedere inquit si renuntiatio facta sit post aditam hæreditatem, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 3. num. 30. Castill. controuers. lib. 3. cap. 2. n. 60. vers. denique, nisi pauper sit, & aliunde non habeat vnde se alere possit. Molin. d. cap. 3. n. 33. Cou. d. num. 6. vers. illud verò erit considerandum, Castill. d. cap. 1. num. 69. vers. si verò à filiis. Aut renuntiatio ali-

quo

quo accepto ab ea facta fuerit absque iuramento, & enormiter vltra dimidiam læsa sit, tunc renunciationẽ rescindere poterit ex beneficio huius l. vt in terminis tenent Molin. *d. c. 3. num. 26.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. clauf. 4. gloss. vnic. p. 1. n. 45.* Renunciationem verò factam per filiam, quæ modica contenta dote Religionem fuit ingressa, & opulentissimæ hæreditati renuntiauit, prætextu læsionis enormis, vel enormissimæ nec ipsa, nec monasteriũ ex beneficio huius leg. nec minoris ætatis poterunt rescindere, Mench. *de success. creat. l. 2. §. 18. num. 100.* Couar. *in d. cap. quamuis pactum, p. 3. §. 2. n. 5.* Burg de Paz *cons. 5. num. 1.* Molin. *d. cap. 3. n. 27.* Gutier. *in eod. cap. quamuis pactum, verb. dum nuptui tradebatur, num. 3.* Fachinæ. *controuers. lib. 3. cap. 12.* Aldobrandin. *cons. 26. ex n. 38. vsque ad 49. l. 2,* Cancer. *var. l. 3. cap. 15. de renunciat. ex num. 213.* Molin. *de ritu nupt. l. 3. quæst. vlt. n. 5. cum multis seqq.* Stephan. Gratian. *Marchia dec. 40. num. 3. cum seqq.* Castill. *l. 3. controuers. cap. 2. num. 74. & 75.* Giurb. *ad consuetud. Senat. Messanens. cap. 3. gloss. 7. n. 55.* Fontanel. *d. tom. 2. clauf. 9. gloss. vnica, p. 1. n. 97. & 98.*

41 Amplia decimoseptimò habere locum remedium huius l. in diuisione bonorum ex iudicio familiæ herciscundæ, si læsio vltra dimidiam in ea sit, vt per Cagnol. *in præsenti num. 59.* Pinel. *part. 2. c. 1. à num. 1.* Padill. *num. 13.* Fabian. de Monte *d. tract. de empt. q. 8. princ. num. 9.* Anton. Gabr. *d. tit. de empt. & vend. conclus. 1. num. 25.* Ayora *de partit. p. 3. q. 10. n. 25.* Aluar. Valasc. *in simili tract. c. 39. num. 9.* Matiens. *in d. l. 1. gloss. 7. num. 3. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Morquech. *de diuis. bonorum, lib. 1. c. 11. num. 30.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 116. consil. 1. n. 21.* Gregor. XV. *dec. 496. num. 7.* Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib. 3. tit. de empt. resolut. 3. num. 2.* quicquid dicat Anton. Fab. *de erroribus pragm. decad.*
42 *8. errore 1. num. 28. & 29.* Nisi per sortes diuisio facta fuerit, maximè quando partes scienter sortes inæquales fecerunt, vt alteri possit maior portio obuenire, ex Pinel. *p. 2. c. 1. n. 6. versic. sed in contrarium, & num. 7.* Montalu. *in l. 5. in gloss. verbo la venida, ad finem, col. 1. tit. 30. lib. 5. leg. fori,* Matiens. *in d. gloss. 8. num. 4.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel dolo aduersarij, num. 13.* Montan. *in addit. ad Oli. de action. part. 2. lib. 1. c. 39. num. 16.* Ayora *d. quæst. 10. num. 27. cum seqq.* vbi in maioribus hanc veriorem agnoscit, Morchq. *d. c. 11. n. 37.* Anton. Fab. *d. decad. 8. errore 2. num. 10.*

43 Amplia decimooctauò in venditione, vel locatione rerum, quæ pendent ex futuro euentu, vt in iactu retis, vel in locatione decimarum; vel vectigalium, seu aliorum redditũum, læso hoc beneficium competere, vt per Matiens. *d. l. 1. gl. 6. n. 3. & gl. 8. n. 9. tit. 11. lib. 5. noua Rec.* Padil. *hîc, n. 15.* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 1. p. 2. ampl. 10. n. 5. in princ.* Morla *d. tit. 9. q. 19. vers. tertiò.*

44 Amplia decimononò in assecuratoribus merciũ, vt per Padil. *hîc, num. 25.* Matiens. *d. l. 1. gloss. 8. n. 62.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 142.* Sigism. Scacc. *d. ampl. 10. n. 5. vers. infero secundo,* Aluar. Valasc. *d. consult. 17. n. 7.* vbi refert Petrum Santaranensem nostrum Lusitanum (quem quosdam erroneè vocare Petrum Santernam affirmat) in suo particulari tractat. *de assecurat. & sponsion. mercator. p. 5. n. 4.* licèt contrarium in his sponsionibus latè probet Strach. *de mercat. tit. de sponsion. p. 4. §. quæro igitur, n. 4.*

45 Amplia vigesimò quando quis pecuniam ab eo, pro quo fideiussit, vel bona hypothecauit, accepit. nam si læsus ex hac pactione debitor, qui pecuniam dedit, aut fideiussor reperiantur, poterũt hoc beneficio vti, vt per Padil. *hîc, n. 26.* Matiens. *d. gl. 8. n. 63.* Aluar. Valasc. *d. consult. 18. n. 5. cum seqq.*

Amplia vigesimoprimò in pacto vt alter certa 46 quantitate accepta alere teneatur, quòd si inspecto initio alter ex contrahentibus læsus vltra dimidiam reperiatur, rescindi poterit, Couar. *l. b. 3. var. c. 7. n. 3.* Surd. *de alim. q. 11. n. 29.*

Amplia vigesimosecundò in re loco solutionis da- 47 ta, vt per Pinel. *hic, p. 1. c. 8. n. 8. & 9.* Soar. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 27. n. 88.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imp. l. 2. concl. 70. consid. 1.*

Amplia vigesimotertiò in pensione constituta in 48 aliquo beneficio, Roman. *cons. 360. n. 6.* Caccialup. *de pension. quæst. 6.* Gig. *eod. tractat. quæst. 9.* Padil. *hic, num. 19.* Pinel. *part. 1. cap. 3. num. 26. in fine,* Matiens. *d. l. 1. gloss. 7. num. 6. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Et in hoc casu non requiritur quòd læsio sit vltra dimidiam, sed sufficit quòd excedat tertiam partem fructuum beneficij, quia præsumpta voluntas Papæ videtur esse regulariter quòd pensio non excedat tertiam partem fructuum beneficij grauati, vt per Gigan. *d. quæst. 9. n. 6. & 7.* Cassiodor. *dec. 2. n. 13. & seq. de locato,* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. c. 7. de pensionib. n. 31.*

Limita primò, non procedere scilicet remedium 49 huius legis in conductione gabellarum, & Regiorum redditũum Regi pertinentium, vt per Azeued. *d. l. 1. num. 31. & ibi* Matiens. *gloss. 6. num. 4. tit. 11. l. 5. noua Recop.* Girond. *de gabell. par. 3. §. 1. num. 1.* Gutier. *in simili tract. quæst. 147. num. 6.* Ceuall. *d. quæst. 536. num. 50.*

Limita secundò in locationibus quæ pendent à 50 viribus fortunæ, vt in conductione fructuum beneficij, vel ræstimonij, vel quartarum regalium, vel Episcopalium, Padill. *hic, num. 15.* Gironda *d. §. 1. n. 51.* Gutier. *canon. l. 1. c. 39. num. 66.* Ceuall. *d. q. 536. n. 33. cum seqq.*

Limita tertiò in sciente iustum rei pretium, & va- 51 lorem, nam si viliori pretio vendat, vel aliquid vltra iustum pretium emptor offerat, huius l. remedium eis non datur, cùm tunc censeantur partem vendere, partem donare, vt per Bernard. *reg. 560.* Bald. *hic, n. 7. quæst. 4.* Castrens. *num. 7.* Crem. *n. 85.* Cagnol. *n. 142.* Roland. *cons. 8. num. 26. & cons. 59. à num. 10.* Boër. *dec. 142. num. 3.* Fabian. de Monte *d. tract. de empt. quæst. 8. num. 19. & 20.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 18. num. 14.* Anton. Gabr. *d. tit. de empt. concl. 1. num. 98.* Cacheran. *dec. 40. num. 12.* Suar. *recept. sentent. lit. L, num. 3.* Strach. *de mercatura, t. t. de sponsion. quæst. 10. num. 2* Menchaq. *d. cap. 61. num. 10.* Caroc. *in tract. de locato, & conduct. tit. de rescind. locat. num. 6.* Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignorant. centur. 2. dist. 3. num. 2.* Cancer. *variarum lib. 1. cap. 13. de empt. num. 32.* Arimin. Tepat. *d. tit. 403. cap. 7. in princ.* Menoch. *cons. 1. num. 351. 352. & 356. & cons. 843. n. 30. & cons. 844. num. 38. & cons. 1263. n. 9.* Matiens. *d. l. 1. gloss. 8. num. 35. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 461. num. 28.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 9. quæst. 24. num. 2. cum seqq.* vbi intelligit quando scientia verè extitit, & de ea constitit læso, vel ex confessione sua, vel ex æstimatione à peritis facta læso nota Ioan. de Salas *de contract. tract. de empt. dub. 27. num. 8.* Auendan. *de censib. cap. 36. num. 4.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 10. num. 5. vers. adstringe;* quicquid teneant Sarmient. *lib. 1. select. cap. 11. num. 6.* Couarr. *lib. 2. variarum cap. 4 num. 2.* Pinel. *hic, p. 1. c. 2. à num. 11.* Fachin. *lib. 2. controuers. cap. 20. versic. sed contrarium docuit,* Castill. *controuers. lib. 4. cap. 52. num. 41.* Ordin. Regiam Lusitan. *lib. 4. tit. 13. §. 9.*

Ratio autem limitationis ea est, quia scienti & con-
sentienti non fit iniuria, neque dolus. *cap. scienti, de
regul. iuris l. 6.* cum similibus citatis per me *de Axio-
mat. iuris vsufreq. axiom.* 126. *num.* 1. Quòd adeò
verum est vt etiam in foro conscientiæ, emptor non
teneatur ad restitutionem quando venditor sciens
verum valorem rei vilius vendidit., nec venditor,
quando è contra emptor sciens iustum pretium ca-
riùs emit, quia in scientem non committitur dolus;
& sic sciens quod minus vendit, vel plus emit, do-
nare præsumitur. *l. cùm donationis, ff. de contrah. empt.*
Tiraq. *ad l.* 9. *connub. num.* 13. *in fine.* Restringitur
tamen limitatio vt non habeat locum in muliere,
minore, & rustico, in quibus etiamsi detur scientia
valoris rei, non liberalitati, sed facultati eorum im-
putandum est, Burgen. *in cap. cum dilecti, num.* 18. *de
empt.* Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 104. Deinde re-
stringitur in eo, qui ductus necessitate vendit, vel
emit, licèt sciat verum valorem rei, Burgens. *in d. c.
cùm dilecti num.* 19. Anton. Fab. *de errorib. pragmat.
decad.* 7. *errore* 8. *num* 8. vbi dicit quòd magis mise-
ratione, & auxilio dignus est qui sciens iustum rei
suæ valorem coactus necessitate vendidit viliori
pretio.

52 Limita quartò vt non competat læso remedium
huius l. quando in instrumento fuit apposita clau-
sula, ex certa scientia se dare, vel facere, & non per
errorem. Bald. *hic quæst.* 8. *num.* 10. *ad fin.* Salicet.
num. 13. Paul. *num.* 10. Cremens. *num.* 58. Boër. *dec.*
142. *à num.* 10. Anton. Gabr. *d. tit. de empt. & vend.
concl.* 1. *num.* 99. Contrarium verius est & expresse
tenent Cassad. *dec.* 1. *de empt.* Pinel. *hic part.* 1.
cap. 2. *num.* 22. & Cagnol. *n.* 126. Viui. *commun. l.* 1.
opin. 430. Caroc. *de locato tit. de rescissione locationis
num* 9.

Limita quintò quoties contrahentium consensus
53 est iteratus, seu geminatus, quia læsioni enormissi-
mæ per actum geminatum præsumitur esse renun-
tiatum, vt per Cagnol. *hic, num.* 142. Socin. *reg.* 436.
fallent. 1. *in fine*, Rip. *respons. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 3.
Hippol. *in l.* 1. *§. quæstioni, ff. de quæst.* Crauet. *cons.*
114. Cou. *in cap. quamuis pactum part.* 3. *§.* 4. *num.* 6.
vers. 8. *conclusio*, Cephal. *cons.* 261. *num.* 10. & 11.
Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 123. Menoch. *cons.* 1.
num. 356. Caroc. *d. tit. de rescis. location. num.* 10. *p.* 1.
Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, læsis num.* 1. &
54 *de empt. cap.* 30. *num.* 45. *vers. postremo.* Contrarium
tamen, immo geminatum concessum non sufficere
ad exclusionem huiu beneficij, tenent Boër. Cassan.
Fabian. de Monte, & alij, quos refert & sequitur
Fachin. *controuers. lib.* 2. *cap.* 22. *vers. sed contraria
sententia*, & ante eum Pinel. *hic part.* 1. *cap.* 2. *num.* 22.
& *part.* 3. *cap. fin. num. fin.* Gutier. *in auth. sacramenta
puberum num.* 99. *C. si aduersus vendit.* Franc. Molin.
de ritu nupt. part. 3. *quæst.* 97. *num.* 18. qui tres vltimo
loco citati loquuntur in renuntiatione legitimæ
geminata facta per minorem, Vincent. de Franchis
dec. 243. *num.* 3. & 4. Schrad. *cons.* 1. *num.* 469. *lib.* 1.
Aldouin. *cons.* 69. *num.* 27. Anton. Fab. *in suo C. lib.* 4.
tit. 40. *diffinit.* 1. *vers. quare non nocebit*, & *definit.* 23.
per tot. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 824.
num. 59. vbi quòd geminatus consensus non tollit
remedium huius l. quia eadem facilitate, qua quis
motus est ad faciendum primum actum, eadem dici-
tur impulsus ad faciendum secundum.

55 Limita sextò, quando quis fuit compulsus emere
occasione publici debiti, etsi læsio vltra dimidiam
iusti pretij interueniat, ex *l.* 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.*
Paclad *rerum quotidian. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. *§.* 16.
num. 20. Ceuall. *quæst.* 172. *num.* 4. Stephan. Gra-
tian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 7. *num.* 12.

Limita septimò, si alius rem meam vendat me 56
consentiente, nam tunc etsi vltra dimidiam iusti
pretij læsus sim, non potero remedio huius l. agere
quia læsio non consideratur ex parte consentientis,
sed ex parte facientis; aliud enim est vendere, aliud
venditioni consentire, Cremens. *hac limit.* 30. *num.*
129. & Padil. *num.* 67. Tiraq. *de retractu lig. §.* 1. *gloss.*
3. *n.* 107. Roland. *cons.* 89. *n.* 38. *lib.* 3. Matiens. *d. l.* 1. *gl.*
8. *n.* 60. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Burg. *de laudem. part.* 2.
insp. 27. *n.* 5.

Limita octauò, in contractu donationis, quoties 57
constat de mera volontate donantis, quòd verè do-
nare voluerit, vt per Crauet. *consil.* 114. *à num.* 10.
lib. 1. Bec. *cons.* 18. *à num.* 6. Eugen. *cons.* 3. *num.* 52.
cum seqq. & 63. *lib.* 1. Simoncel. *de decretis lib.* 1. *tit.*
2. *insp.* 3. *num.* 27. Pedroch. *cons.* 35. *num* 109. *lib.* 1.
Rim. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 403. *cap.* 14. *in fine.*
Honded. *cons.* 42. *num.* 23. Surd. *cons.* 122. *num.* 17.
Brunor. à Sole *in locis communib. verbo læsio* 4. Vtrùm 58
autem si contrahentes dicant inuicem sibi donare
quod alter ab altero plus iusto accepit, remedium
huius leg. cesset? vide Ordin. Regiam Lusit. *lib.* 4.
tit. 13. *§.* 9. Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 6. Pinel. *hic part.* 1.
cap. 2. *à num.* 20. Thesaur. *Pedem. dec.* 165. Azeued.
d. l. 1. *num.* 10. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 33.
num. 106. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *q.* 8.
num. 10. & *quæst.* 11. *à num.* 6. Morla *d. tit.* 9. *quæst.* 20.
per tot. Rebell. *de obligat. iust. part.* 2. *lib.* 9. *q.* 3. *sect.* 2.
n. 9. *vers. cæterùm*, Franc. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *q.* 8.
n. 27. Castill. *controu. lib.* 4. *c.* 51. *n.* 38. *cum seqq* Ceual.
q. 511. Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 19. Cancer. *var part.* 1.
c. 13. *n.* 13. Salas *de contract. tract. de empt. dub.* 27. *n.* 8.
metipsum *de clausulis vsufreq. claus.* 58. *num.* 5. qui re-
soluunt beneficium huius l. per claus. & *si plus valet,
donat*, non excludi, & nihil operari nisi aliunde
constet de animo & voluntate donandi, & de scien-
tia valoris rei.

Limita nonò in venditore decepto eo quòd in 59
fundo vendito inuentus fuit thesaurus. quia illud
non habet emptor ratione venditionis, sed ratione
inuentionis, & sic ex titulo diuerso, & sic non po-
test induci remedium huius leg. & quia thesaurus
non erat venditionis, qui illum ignorabat, *l.* 3. *§. Ne-
ratius ff. de acquir. possess.* ac proinde fundi æstima-
tionem respectu venditoris non augebat, & post-
quam inuenitur & effoditur, habetur loco cuiusdam
primúmque nascentis emolumenti, quod non tam
proficiscitur à iure, quod venditor transtulit, quàm
nouo fortunæ beneficio. Ita Cagnol. *hic num.* 171.
Bursat. *cons.* 206. *num.* 6. *lib.* 1. Anton. Gabr. *d. tit. de
empt. concl.* 1. *num.* 111. D. Barbos. *in l. diuortio. §. si
fundum num.* 31. *cum seqq. ff. soluto matr.* Card. Man-
tic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 52.
Caualcan. *dec.* 15. *de contractib. num.* 16. *part.* 2. Ari-
min. Tepat. *var. sentent. tit.* 401. *cap.* 5. *prope fin.* Steph.
Gratian. *discept forens. tom.* 3. *cap.* 453. *num.* 26. Sed 60
quando emptor sciebat in fundo empto esse thesau-
rum, & venditor ignorabat, dubia quæstio est vtrùm
venditori decepto succurrendum sit? Vide D. Bar-
bos. *in d. §. si fundum n.* 32.

Limita decimò in venditione plurium rerum 61
similium facta, diuersis tamen pretiis, vt si plures
oues, arietes, & aliæ res simul vendantur vnico con-
tractu, sed diuersis pretiis, videlicet vnaquæque res
viginti, vel triginta, licèt in vna earum cótingat de-
ceptio vltra dimidiam iusti pretij, debet fieri com-
mixtio, itavt damnum illius, hoc est minor valor
ipsius compensetur cum lucro, & maiori valore al-
terius, vt per Boër. *dec.* 253. Arimin. Tepat. *variar.*

sentent.

*ſentent.tit.*402. *cap.* 3.*verſ. deceptio vltrà.* Gutier. *de iuram.confirm.part.*1.*cap.*26.*num.*10.vbi intelligit niſi pretia ita diuerſa ſint, vt diſtent in quantitate, vel qualitate.

62 Limita vndecimò ſi teſtator certo pretio rem ſuam alicui diſtrahi mandauerit, nam tunc ceſſabit huius l.beneficium, quoniam reſidui teſtator videtur donationem feciſſe, Padil.*hi*, & Pinell.*p.*1.*cap.*1. *num.*19. Mozz.*de contract.lib.tract. de empt. & vendit. cap.fin.num.*16.*verſ. nec ignorandum eſt*, Vincent.de Franchis *deciſ.*225.*num.*3.vbi per totam deciſionem latè probat idem eſſe reſpectu hæredis emptoris, qui licèt læſionem alleget interueniſſe vltra dimidiam in re accepta pro pretio à teſtatore taxato, non eſt audiendus, quia emptor & venditor non debent ad imparia iudicari, cùm ſint correlatiua.

63 Limita duodecimò in renuntiatione bonorum lucratorum conſtante matrimonio facta per mulierem, quæ prætextu læſionis enormis, ſeu enormiſſimæ reſcindi non poteſt; & eſt ratio, quia mulier ex huiuſmodi renuntiatione non fit pauperior, nec minuit patrimonium ſuum, licèt propter eam deſinat fieri ditior, & maritus efficiatur locupletior, de quo vide Salon de Paz *in queſt.ciuil. quaſt.* 9. *num.* 12.*verſ.adeò quòd*, Caſtill.*l.*60. *Tauri col.*2. vbi dicit quòd ratione læſionis huiuſmodi renuntiatio vitiatur, quando ex dolo mariti fuit inducta ad renuntiandum; ſecus quando abſque dolo renuntiationem fecit, & ei valorem bonorum manifeſtauit, Azeued. *l.* 9.*num.* 3.*in fine tit.*9.*lib.*5.*noua Recop. & conſ.*20.*num.*8.vbi dicit valere ſiue mulier renuntiauerit nihilo dato, vel etiam accepto, Gutier.*pract. lib.*2.*q.*126.*in fine verſ. Adhuc tamen.*

64 Limita decimotertiò remedium huius l.ceſſare ſi ei renuntiatum ſit, itaut renuntiatio huiuſmodi valeret, vt per Cremen.*limit.*5.Cagnol.*num.*134.Caſtr. *verſ.quarta concluſio,in præſenti*, Villadieg. *l.*8.*num.* 23.*tit.*4.*lib.*4.*fori iurgo*, Pinel.*hic part.*1.*c.*2.*num.*2. & Donel. *num.*9. *in fine*, Couarru. *lib.*2.*var. cap.*4. *num.*1.*verſ.poſterior*, Anton. Gabr.*d.tit. de empt. & vendit.concl.* 1. *num.* 52. *cum ſeqq.* Mozz. *de contract. tract. de empt. & vendit. tit. quibus caſibus annulletur emptio num.*20.Matienſ.*d.l.*1.*gloſſ.*8.*num.* 48. *tit.* 11. *lib.*5.*noua Recop.* Cacheran. *Pedem.deciſ.*41.*num.* 9. Gutier.*de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 26. *num.* 2. & *practic.lib.*1.*quaſt.*140. *num.* 1. & *conſ.* 22. *num. fin.* Fachin.*contron.lib.*2.*cap.* 20. *verſ. ſextà & poſtremà*, Garoc. *de locato & conducto part.* 1. *tit.de reſcind. locat.num.*41.Ceuall.*commun.contra commun.quaſt.*511. *num.* 2. & 3. Morl. *d.tit.*9.*quaſt.*19.*num.*11. Anton. Fab.*de erroribus pragm. decad.* 7. *errore* 8. *à num.* 1. Alexand.Trentacinq.*var.reſol.lib.* 3.*tit.de empt.reſol.* 3.*n.*11.

65 Quæ limitatio locum habet etſi renuntians tempore renuntiationis iuſtum rei pretium ignorauerit, ex Villad.*d.num.*23.*verſ.intellige tamen*, Couar. *in d. c.*4.*n.*1.*in fine*, & *n.*2.Matienſ.*d.gloſſ.*8.*n.*42. Gutier.
66 *d.cap.*26.*num.*2. *in fine.* Et quamuis renuntiatio remedij huius l. fiat incontinenti in eodem inſtrumento, Padil.*hic num.*42.Cou.*d.cap.*4.*n.*3. & 4. Gutier.*d.p.*1.*cap.*26.*num.*3.& *pract.lib.*1.*quaſt.*140.*n.* 2. vbi contra Matienſ.defendit, Fachinæ.*d.cap.*20.*verſ. porrò*; ex quibus Cou.& Gutier.tenent renuntiationem in eodem inſtrumento factam à feminis, ruſticis, & minoribus non valere, eo quòd facillimè decipiuntur, aut ſaltem ignorantia, imprudentia, aut animi facilitate labuntur, & Alex.Trentacinq.*d.reſol.*3.*n.*12.*in fine*, id limitat quando tales perſonæ apparerent certificatæ de prouiſione huius l. nihilominus illi ſpecialiter renuntiarent.

Intellige limitationē procedere quādo renunciatio eſſet ſpecialis, ſecus ſi generalis omnium remediorum, quibus quis poſſet venire aduerſùs contractum. nam tunc per huiuſmodi renuntiationem remedium huius l.non tollitur, ita Cremen. *num.*56. Cagnol.*num.*134.& Caſtr.*num.*9.*in præſenti*, Tiraq. *in l.ſi vnquam, in princ.num.*127.*C. de reuocan.donat.* Couar. *lib.* 2.*var.cap.*4.*num.*1. *in princ.* Villadieg *d. num.*22.Matienſ.*d.gloſſ.*8.*num.*8. Bertazz. *de clauſulis inſtrum.clauſ.*40.*gloſſ.*6. *num.* 6. Gutier. *d.cap.*26. *num.*1.Ceuall *quaſt.*511.*num.*1.Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.*3 *quaſt.*96.*num.*35. Fachinæ. *d. cap.*20.*verſ. ſexta*, Morl.*d.tit.*9.*quaſt.*24.*n.*7. Alex. Trentacinq. *d. num.* 12. *in princ.* vbi ſubdit ſufficere generalem renuntiationem deceptionis, vel læſionis, Anton. Gabr.*d.tit.de empt.concl.*1.*num.* 52. *cum ſeqq.* Mozz. *de contract.tract.de empt. tit. quibus caſibus annulletur emptio à num.*20. Maſcard.*de probat.concl.*1264. *aliàs* 1270.*num.*31. Cald. Pereira *in l.ſi curatorem, verbo læſis n.*2.*C.de in integ.reſtit.* Molin. *de Iuſtit. tract.*2. *diſp.*349.*verſ. in Luſitania*, Rebell. *de obligat.iuſt.* 1. *part.*2.*lib.*9.*quaſt.*3.*ſect.*2.*num.*9.*verſ.cæterùm*, Salas *de contract.lib.tract. de empt. dub.* 27. *num.* 14. Ordin. Reg.Luſit *lib.*4.*tit.*13.§. 9. Vnde per clauſ. *Renuntians omni legum auxilio*, non cenſeri renuntiatum beneficio huius legis, reſoluunt Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, in præfat.num.*127.Bertaz *d.gloſſ.* 6. *n.* 6. Mart. *de clauſulis part.*1.*clauſ.*130.aliàs 136.*num.*25 Morl. *d.q.*24.*n.*6. 67

Limita decimoquartò in contractibus vſurariis, & ſuſpectis, Menoch.*de præſumpt.lib.*3.*præſ.*122.*n.*15. Cancer.*var.p.*1.*cap.*13.*de empt.n.*41. 68

Rem.] Etiam mobilem pretioſam, aliarum verò mobilium rerum ratione huius l. beneficio locum non eſſe reſoluit Ioan.Robert.*animaduer.iuris ciuilis lib.*2.*cap.*11.

Si emptor elegerit, &c.] Nota quòd emptori contra quem de læſione agitur, datur electio ſupplendi iuſtum pretium, vel reſtituendi rem emptam, & eandem electionem venditori concedi cùm emptor de læſione agit, reſtituendi rem, vel pretium, quod vltra iuſtum pro ea habuit, vt per Iaſ.*in l.* 1.*num.*143. *C.de iure emphyt.* Conan. *comment.iuris lib.*7. *cap.*9. *num.*10.*verſ.cur emptori*, Magon. *Florent. deciſ.* 108. Arimin.Tepat.*var.ſentent.tom.*1.*tit.*403. *cap.*7. *verſ. in dicto remedio* Pinel.*hic part.* 1.*cap.*3. Anton. Gabr. *d.tit.de empt.concl.*1.*num.*2. & 3. Valaſc. *de iure emphyt.quaſt.*28.*num.*2.Fachinæ.*controuerſ.lib.*1.*cap.*20. *verſ.tertia controuerſia*, Giurba *deciſ.*145.*num.* 8. Ordin.Reg.Luſit.*lib.*4.*tit.*13.§.1.Caſtill.*controuerſ.lib.*2. *cap.*8.*num.*9. vbi ait quòd ideo emptori datur facultas ſupplendi pretij, & eius electioni res relinquitur, quia emptio non peccat in ſubſtantia, ſed potius iuſta eſt, & perfecta, ex eáque factus dominus ipſe emptor vt eam à ſe inuito auelli leges non permittat: nam ſi qui eſt in eo negotij vitij, non in ipſo contractu eſt, & ſic reſcindi non debet emptore inuito, ſed in pretio, quod idcirco ſatis eſt ſuppleuiſſe vſque ad iuſtum. 69

Amplia primò procedere in contractu permutationis, & ei, qui alterum lædit, electionem dari, Pinel.*hic part.*1.*cap.*3.*num.*15. Matienſ. *d.l.*1.*gloſſ.*7. *num.*4.*tit.*11.*lib.*5.*noua Recop.*latè Didac. à Britto *ad rub.de locato p.*2.§.2.*n.*27. 70

Amplia ſecundò etiam in diuiſione hæreditatis facta inter cohæredes ei, qui lædit, dari electionem, vel ſuppleri id, quod deeſt cohæredi, & in quo læſus reperitur, vel quòd iterum diuiſio fiat, Pinel. *hic part.*1.*cap.*1.*num.*4. & 5. Vincent. de Franchis *deciſ.*675. Matienſ. *d. lib.*1.*gloſſ.*8. *num.* 3. Ayora *de* 71

partition.

partition.part.3.quaest.10.num.52. Gasp. Roderic. *de annuis redditib.lib.1. quaest. 11. num. 33.* vbi subdit in hoc casu emendandam esse læsionem non pretio, sed rerum communium supplemento, Anton.Fab. *de errorib.pragmat. decad. 8. errore 3.* vbi ait in hoc casu in eius electione esse vel supplere in pecunia, vel quod iterum diuisio fiat, Griuel. *Dolana decis. 127.n.10.& 21.* Declara nisi ageretur de rescindenda pactione, seu diuisione bonorum prætextu læsionis enormissimæ, quia tunc agitur de nullitate partitionum; nam quando enormissima læsio interuenit, censetur in ea inesse dolus præsumptus, ex Valasc. *de partit.cap.39.à n.53.*

72 Amplia tertiò in emphyteusi laica, seu seculari, si est læsio, & de ea agatur, nam emphyteuticario etiam datur electio supplendi pensionem, vel restituendi rem in emphyteusim acceptam, & eo inuito ad rei restitutionem & rescissionem contractus non potest compelli, Fontanell. *de pactis nupt. clausul.4.*

73 *gloss.18.part.1. à n. 90.* vbi idem esse ait in emphyteusi ecclesiastica quando alia subest causa in eius concessione, quàm vtilitatis.

74 Limita primò quando dolus dedit causam contractui, nam tunc doloso non datur optio, sed præcisè ea optio competit dolum passo, gloss. *verbo circunscribere, in l.item si pretio 25.§.fin.ff.locati.* Couar. *lib.2.var.cap.4 num.11.vers.quoties verò*, Mantic. *in lib.locorum cap.6.col.vlt.* Plaz. *in epit.delictor. cap.36. num.17. vers. quòd si læsio*, Mexi. *in tract. tassæ panis con.l.1.num.258.* Perez *l.1.gloss.vnic. vers.si verò fuit, & vers.& hæc est regula tit.7.lib.5.Ord.* Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig.conuent.lib.4.tit. 10. num. 61.* Sigism.Scacc. *de commerc.& camb.§.1.quaest.7.part.2. ampl.10.à n.7.*

75 Limita secundò in emptore rei alienæ si venditor se læsum dicat in pretio, quia tunc ei non datur electio supplendi iustum pretium, Rebuff. *tom.2.ad leges Galliæ tract.de rescind. contract.art.vnic.gloss.15. num.23.*

76 Limita tertiò quando in contractu læsio enormissima interuenisset, quia tunc alienationes nullas esse declarantur, & non rescinduntur, & rem cum fructibus à die contractus non solùm perceptis, sed qui percipi potuerunt, restitui iubetur, nulla data electione emptori supplendi pretium, ita Anton. Fab. *in suo Cod.lib.4.sub tit.36.diffinit.3. & 30.* Fontanell. *de pactis nupt.tom.2.clausul.7.gloss.2.part.2.num. 50.& 60.* quicquid teneant Couar. *in cap. quamuis pactum part.3.§.4.num.7. vers. vndecima concl.* idem Anton. Fab. *de errorib.pragm.decad.7.errore 10.à n.7.* dum ex causa læsionis enormissimæ contractum annullari posse negat.

77 Limita quartò quando contractus ex causa metus annullaretur, nam etiam in isto casu emptori denegatur electio, quæ per hanc leg. conceditur, idem Anton. Fab. *d.tit.36 diffinit.16.*

78 Si emptor supplere iustum pretium eligat, rem ex antiqua causa & titulo habere dicitur, vt resoluit

79 Marta *in votis nouiss.decis.voto 218.* Et potest vsque quo fuerit lis contestata in executione iudicati, eligere relaxare rem captam, Pinel. *hic part.3.cap. 3. num.38.vers.electio autem*, Vincent. de Franchis *decis.495.*

80 Et si est venditor, qui de læsione agit, debet in hac actione rescissionis contractus libellum concludere: Peto rem mihi restitui cum fructibus, & pretium emptori restituam; vel suppleatur mihi iustum pretium vsque ad summam tot aureorum, quod est iustus valor rei à me venditæ. Si est emptor, qui agit, Peto vt venditor restituat mihi excessum iusti valoris, vel pretium integrum, & paratus sum rem mihi venditam ei restituere, vt per Gozadin. *cons.44.n. 11.* Anton. Gom. *var.tom.2.cap.2. num. 21. vers.item adde*, Mariens. *d.l.1.gloss.5.num.1. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* & ibi Azeued. *num. 24.* Magon. *Florent.decis. 108.num.1.* Sigism. Scacc. *de §.1.quaest.7.part.1.ampl. 10.num.3.* Felician. *de censib.lib.1.cap.1.num. 41.* vbi tradit quomodo libellus formandus sit quando læsio interuenit in pretio rei, quæ æstimata data fuit ad censum.

In hac actione libellus tenet etsi alternatiuè non concipiatur, & de beneficio rei in eo mentio non fiat, Cagnol. *hic num.11.* Pinel. *p.3.c.39 n.9.* Cassad. *decis.1.ad fin.de empt.* Mariens. *d. l.1.gloss.5.num. 2.* Ioan.Garc. *de expens.cap.18.num.26.cum seq.* Ceuall. *commun.contra commun.quaest. 763. num. 6.* vbi dicit quòd si libellus propter imperitiam Aduocati non fuerit alternatiuè conceptus, sufficit vt petat quòd administretur iustitia, Anton. Fab. *in suo Cod.lib.4. tit.30.diffinit.31.& de erroribus pragmat. decad.7.errore 9.* 81

Nota quòd si emptor conuentus hac emptione eligeret rem restituere & non supplere iustum pretium, tenetur rem cum fructibus restituere, vt per Eman. Acosta *in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber.& posth.part.2.num.72.& 73.* Couar. *var.lib.2. cap.3.num.9.vers. quamobrem, & in vers.& quamuis*, Anton Gom. *lib 7. Tauri num. 29. vers. confirmatur*, Menchaq. *controuers.vsufreq. lib. 3.quaest. 71. num. 2.* Mariens. *in l.1.gloss. 5. num. 7. cum seqq. tit.11.lib.5. noua Recop.* Ioan. Garc. *de nobilit.gloss.6.§ 1.num. 6. & de expens.cap. 23.num.58.* Mozz. *de contract.tract. de empt.& vendit.tit. quibus casibus emptio annulletur n.26.* Moll. *d.tit.6.q 21.n.1.cum seqq.* 82

Contrarium verò, immo quòd emptor, qui rem restituere elegit, non tenetur eam cum fructibus restituere, nisi à tempore litis contestatæ, meritò resoluunt Ordin Reg. Lusit. *lib.4.tit. 13.§.fin.* Fabian. de Moote *de empt.quaest.6.num.14.in fine*, Cagnol. *hic num.4.* Padil. *num.5.*& Pinel. *part.2.cap.4.num.1. cum seqq.* Anton. Gom. sibi contrarius *tom. 2. var. cap.2.num.14.& cap.4.num.21. in fine*, Azeued. *d.l.1. num.25.tit.11.lib.5.noua Recop.* Gam. *Lusit.decis.94. num. 2.* & ibi Flores de Mena *in addit. & ad decis. 292.vers.3.adde*, Vincent. de Franchis *decis.495.n.3.* Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto cap.16.num.93.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo implorare num. 13.vers.contra quam, & in fine vers. sed aduerte*, Gutier. *practic.lib.1. quaest. 134.* Ceuall. *commun. contra commun.quaest.536.à num.17.& quaest.763.* Fachinæ. *controuers.iuris lib. 1.cap.24.* Felician. *de censib. tom.2. lib.1.cap.3.num.2.in fine, & num. 4.* Magon. *Florent. decis 23.num.7.& 8.* Anton.Fab. *in suo C.lib.4.tit.36. diffin.11.26.31.& 32.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo fructus num.10.* Aluar. Valasc. *consult.161.num.12.* Fontanell. *de pactis nupt.tom.2.clausul.7.gloss.2.part.5.num.10.* Molin. *de iustit.tract.2. disp.349.vers. contrarium autem*, Sigism. Scacc. *de commerc. & camb.§.1.quaest.7. part.2.ampl.10.num. 39. & vers. secunda opinio*, Rebell. *de obligat.iustit.part.2.lib.7.quaest.4.num. 9. vers. contrariam tamen sententiam, & lib.9.quaest.16. sect.2. à n.16.* Bened. Ægid. *in repet.l.ex hoc iure ff.de iustit.& iure, p.1.cap.8.n.114.cum seqq.* 83

Amplia hanc posteriorem opinionem vt procedat etsi minor beneficio huius l.rescissionem petat, vt per Paul. Montan. *de tutel.& curat cap.3.num. 89. & 93.*& quamuis emptor sit qui elegit supplere iustum pretium, quia illud cum interesse venditori præstare non debet, etsi fructus totius rei emptæ collegerit, Padil. *hic num. 52.* Addent. Ad Afflict. *decis.* 84 85

*decis.*540.Gutier.*pract.lib.*2.*quaest.*135.*num.*3.*in fine*, Vincent. de Franchis *decis.* 496. quicquid teneat Matiens.*d.l.*1.*gloss.*5.*n.*15.

86 Limita primò quando ipse emptor dicit se esse læsum,& agit remedio huius l.nam tunc cùm impugnet contractum, tenetur rem cum fructibus restituere si venditor hoc elegerit, quia voluntariè rescindere venditionem dicitur,& non coactus, Pinel.*d.p.*1.*cap.*4.*n.*28.Matiens.*d.l.*1.*gloss.*5.*n.* 16. Gutier.*d.lib.*2.*q.*134.*n.*2.Vincent. de Franchis *d. decis.* 495.*n.*6.Ceual.*d.q.*763.*n.*45.

87 Limita secundò quando venditor petit rescissionem contractus vnà cum fructibus, & emptor in erectione,quam facit,eam cum fructibus restituere obtulit,compensatis cum interesse pretij à se soluti, Vincent.de Franchis *d.dec.*493.*n.*3. *vers. hic tamen articulus*,vbi resoluit quòd si emptor velit rem restituere cum fructibus,& recipere pretiū vnà cum interesse,vēditor compellitur restituere,& reddere rationem,quia quòd non teneatur restituere cum fructibus,est in fauorem emptoris,& suo fauori renuntiare poterit.

88 Limita tertiò quando emptor lucratus fuit fructus rei venditæ,& pretium non soluit,nam tunc si venditor agat remedio huius leg.tenebitur emptor rem cum fructibus restituere,si non suppleat iustum pretium,Ceuall.*d.q.*763.*n.*44.*vers.secundo.*

89 Limita quartò quando vltra læsionem, alia non leuis ratio concurrit,vt callidus emptor simplicem venditorem suasionibus alliceat, licèt non integrè dolo,quia tunc fructus sunt restituendi. Pinel. *hic p.*1.*cap.*4.*n.*29.

90 Limita quintò si venditor enormissimè fuisset læsus,quo casu emptor etiā ad fructuū restitutionē condemnandus est,quia ex ea præsumitur dolus,ita Gam.*Lusit.decis.*40.*&* 94.*n.*9. Gom. à Leon.*in sua cent.resp.*19.Parlad.*rerum quotid.l.*2.*c.fin.p.*5.§.16.*n.* 13.Anton.Fab.*in suo Cod.l.*4.*sub hoc tit. diffinit.*3.*&* 31.Fōtanel.*de pactis nupt.tom.*2.*claus.*7.*gloss.*2.*p.*5.*n.* 59.*&* 60.Ceuall.*d.q.*763.*n.*43.*vers.si verò*, Mastrill. *Sicil.decis.*33.*n.*12.& non solùm tenetur restituere fructus à die contractus, quos percepit, sed & eos, quos percipere potuit, vt obseruatur in quolibet alio malæ fidei possessore,Ant.Fab.*d. definit.* 3. *&* 31.Fontanell *d.n.*59.*&* 60. Giurba *decis.* 105. *n.* 1. Quod locum non habet in tertio possessore rei,in cuius prima venditione læsio enormissima interuenit,qui habet titulum particularem,& bonam fidē, quia licèt causam habeat à primo emptore, & in eius locum succedat, id verum est quoad contractum,rem ipsam non quantum ad vitia personalia, Giurba *d.decis.*105.*n.*15.

91 Limita sexto in contractu censuali quādo fundus venditur pro certo pretio,ex quo census cōstituitur super ipsa re vendita,quia,si læsio in tali venditione vltrà dimidiam contigerit,fructus debent restitui, quia à principio contractus fuit nullus,ex *l. Hisp.*6. *tit.*15.*l.*5.nouæ Recop.Ceual.*d.q.*763.*n.*51.*cum seqq.*

92 Limita denique quando venditio facta per sententiam addictionis,vulgo, *de remate*, rescinditur per superiores,quia tunc vnà cùm fructibus res restituenda est,Osasch.*decis.*160.*n.* 16.*&* 17.Flores de Mena *in addit.ad Gam.decis.*94. Gutier.*practic.lib.*2. *q.*134.Parlad.*d.lib.*2.*rerum quotid.cap.fin.*§.16.*num.*8. Ceuall.*q.*633.*num.*6.*& quaest.*763.*à n.*48.D.Castill. *decis.*14.Surd.*decis.*45. Perez de Lara *de vita homi-*

93 *nis cap.*25. *num.*101. *&* 102. Quod procedit etsi res vendita sit penes tertium,secundùm Flores de Mena *ad Gam.decis.* 40.Ceuall.*d. num.* 5.Gimb. *d. decis.*105.*n.*14. Sed vt clariùs hæc limitatio procedat Doctores communiter distinguunt,aut sententia *de remate* est valida, aut non,aut rescinditur ex æquitate,aut annullatur;de quo vide Parlad.*d.*§.16.*n.* 6. *&* 7.Felician.*de censib.tom.*2.*cap.*7.*num.*3. *cum seqq.* Amat.Roderic.*de execut.sentent.cap.*6.*num.* 53. *cum seqq.*de Lara *d.cap.*25.*n.*100.*cum seqq.*

Quæstio est dubia. Si venditor se læsum fuisse dicat,& emptor eligat restituere rem emptam,quā antea hypothecauerat,& non supplere pretium,an ius pignoris huiusmodi in re impositum resoluatur? Non resolui,nec extingui,sed rē transire in venditorem cum onere hypothecæ, tenent Boër. *decis.* 181.*n.*8.10.*&* 12.Tiraq.*de retractu conuent.*§.3.*gloss.* 1. *num.*10.*in fine,& n.*11. *&* 12. Felician. *de censib. l.*2.*cap.*4.*num.*14.*vers.quòd si venditor*,Ioan.Garc. *in tract.de hypotheca post contractum,num.*23.*cum seqq.* vbi cōtra Bald.hanc tuetur partem,& veriorē dicit. 94

Contrarium tamen,immo quòd in hoc casu pignus,& hypotheca extinguatur, & res libera ad venditorem ab omni obligatione redeat,resoluunt Bald.*hic q.*3.*num.*17.Salicet.*n.*18.*vers.quaero* 15.Paul. *num.*11.Cremens.*num.*189.Cagnol.*num.*120. & Pinel.*par.*1.*cap.*3.*num.*11.*vers.contrariam opinionem,& num.*13.*cum seqq.*Charond.*lib.*6.*respons.cap.*48.Greg. Lop.*ad l.*56.*verbo desemparar,tit.*5.*par.*5.Cacheran. *decis.*65.*num.*2.Neguzant.*de pignorib.p.*5.*memb.* 11. *num.*43.Gerard.Maynard.*Tholos. decis.* 69. Fachin. *lib.*2.*controuers.cap.*23. vbi hanc quæstionem celebrem appellat,& vtriusque opinionis fundamenta iacta,& tandem huic assentitur,Menoch.*cons.* 16. *num.*32.*&* 35.Surd.*decis.*102.*num.*14.*cum seqq.& de aliment.tit.*9.*q.*42.*num.*17.Olan. *in reduct. antinom. lit.V.num.*5.Cardin.Mantic.*de tacitis & ambig. conuent.l.*11. *tit.*31.*num.*67.Statil.Pacif.*de Saluiano interd. insp.*5.*cap.vnic.num.*114.Ceuall.*q.*600. Gutier. *de gabellis,q.*12.*n.*2. 95

Intellige procedere etsi emptor non iudicialiter compulsus,sed extraiudicialiter agnoscēdo bonam fidem rem venditori restituerit,vt contra Salic.cessante fraude,tenet Pinel.*in d.p.*2.*c.*3.*n.*16. & eundem sequitur Gutier.*d.num.*2.Ioan.Garc.*d.tract. de hypotheca post contractum,n.*27.Surd.*de aliment.tit.*9. *q.*42.*à n.*23. 96

Vtrùm ex venditione que rescinditur remedio huius l.debeatur gabella? vide Pinel.*d.p.*2.*c.*3.*n.*35. *vers.diuersum autem*,Lazarte *de decima vendit.c.*14. *n.*13.Gironda *de gabellis,p.*6.§ *vnic.n.*22. Parlador. *l.*1.*rerum quotid.c.*3.§.5.*n.*5.Molin. *de Iustit.tr.*2. *disp.*349.*vers.dubium est*,Gutier.*dicto tract.de gabellis q.*12.*per tot.* qui omnes resoluunt gabellam deberi,& solutam repeti non posse,& idē tenet Ioan. Garc.*de expensis,cap.*18.*n.*48.*vers.& in hoc.* 97

Nec dimidia pars veri pretii,&c.] Quamuis concludentem rationem quare læsio, quæ intra dimidiam attingit,non sit exclusa,& læsis vsque ad eam quantitatem non succurratur,reddi non posse asserat Castil.*controuers.lib.*2.*cap.*8.*num.*17.nihilominus tamen illa ratio videtur adæquata, quòd ideo læsis intra dimidiam beneficium huius l.denegetur,quia contractus emptionis,& venditionis est valde frequens & necessarius,& Reip.summè vtilis,& ideo non ita de facili rescindi debet, *l. res bona fide* 54. *de contrah.empt.*nec facultas se adinuicem decipiendi adeò erat restringenda vt hominum commercia turbari, aut impediri contigerit si ob læsionem quancunque; in pretio contingentem contractus rescinderetur,& litium occasio sic præberetur, vt finis earum nunquam esset, sed perpetuò homines inter se rixis,& litibus vexarentur,Pinel. *hic par.* 1. *cap.*1.*num.*39.*&* 40.Couar.*lib.*2.*var.cap.*3. *num.* 2. 98

Petr.

Petr.Greg.*syntag.iuris lib.25.cap.24.n.20.* Matiens.
d.l.1.gloss.1.num.4.tit.11.l.5 noua Recop. Felician. *de
censib.lib.2.c.1.n.11.vers.quoniam.*

In multis tamen casibus nec nimia læsio admit-
99 titur, aut toleratur, quamuis sit intra dimidiam.
Primus est in læsione, quæ contingit in qualitate,
vel quantitate, gloss. *verbo inuenerunt, in cap. per tuas,
de donat.* Cremen. *hic num. 163. limit. 9.* Pinel. *par. 3.
cap. 2. à num. 1. & 2.* Boët. *decis. 50. n. 3. & 4.* Couar.
pract. cap. 3. num. 8. vers. 13. Farin. *fragm. crimin. par. 1.*
100 *verbo decipere n. 40.* vbi idem esse asserit quando læ-
sio oritur ex vitio, aut defectu rei venditæ, maximè
occulto, siue illa res animata, siue inanimata sit. In-
101 tellige quando venditio fuit facta ad mensuram, vel
pondus, vel certum pondus declaratum sub limiti-
bus, si aliquid deficiat etiam in minima quantitate
ex declarata, Cou. & Pinel. *citatis locis.*

102 Secundus casus est in rerum dotalium æstimatio-
ne, in qua tanta læsio sicut in aliis ordinariis vendi-
tionibus non requiritur, & læsis in quacunque
quantitate succurritur, Cremen. *hic num. 166.* Pinel.
p. 1. cap. 5. à num. 13. Padil. *n. 10.* Bald. Nouell. *de dote
par. 7. priuil. 35.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 44.*
Matiens. *d. l. 1. gloss. 8. num. 10. & 21. tit. 11. lib. 5. noua
Recop.* Ioan. Gate. *de expensis cap. 18. num. 22.* Cald.
Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare num. 14.*
D. Barbos. *in l. æstimatis num. 21. cum seqq. ff. soluto
matr.* Ceuall. *commun. quæst. 536. num. 21.* Anton. Fab.
de erroribus pragmaticor. decad. 8. errore 6. per tot. Fon-
tanell. *de pactis nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. par. 13.
n. 50. & 51. l. Hisp. 16. tit. 11. par. 4.* quæ id in specie
statuit.

103 Tertius casus est quando pretium est taxatum, vel
determinatum à lege, statuto, vel aliquo edicto, seu
constitutione. quia vbi est pretium taxatum à lege,
vel ab habente potestatem, non licet vltra aliud ali-
quid accipere, etiam in minima quãtitate, Cagnol.
hic num. 189. vers. item si pretium, Cremen. *num. 271.*
Pinel. *par. 3. cap. fin. num. 35.* Cou. *lib. 1. var. cap. 3. n. 5.
vers. vel ita accipiendum,* Auil. *d. cap. 17. Prætor. gloss.
verba à racienables precios, num. 1.* Perez *l. 2. vers. prior
pars tit. 23. lib. 2. Ordin. & l. 1. gloss. vnica col. 8. in fine
vers. quæri potest, tit. 7. l. 5. Ordin.* Matiens. *l. 1. gloss. 2.
n. 9. tit. 11. & l. 1. gloss. 2. num. 3. tit. 25. lib. 5. noua Recop.*
Mascard. *de probat. concl. 443. num. 10. & concl. 651.
num. fin. & concl. 1403. num. 39.* Valasc. *cons. 43. n. 11.*
Gasp. Roder. *de annuis reddit. lib. 1. quæst. 11. in fine*
Felician. *de censib. lib. 1. cap. 3. num. 15. vers. quapropter,
& lib. 2. cap. 1. num. 1. 3. & 12. vers. legitimum,* Auen-
dan. *eod. tract. cap. 27. per tot.* Sigism. Scacc. *de com-
merc. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. num. 65. in fine,* Fa-
rinac. *fragm. crimin. p. 1. verbo deceptio n. 41.*

104 Quartus casus est in Ecclesia, Prælato, & Cleri-
cis, quibus prohibitum est se cum contrahentibus
etiam intra dimidiam decipere, Cæpol. *de simulat.
contract. post n. 20.* Cremen. *hic n. 159. vers. hanc prin-
cipalem, & n. 161.* Ludou. Gom. *in §. ex maleficiis n. 37.
Instit. de actionib.* Zenett. *differ. 131.* Roman. *sing. 758.*
Plac. *de delictis lib. 1. c. 36. n. 16.* Tiraq. *ad leges connub.
9. n. 11.* Nau. *in repet. cap. nouit. de iudic. notab. 6. n. 47.*
Perez *l. 1. gloss. vnic. vers. deducitur etiam Ecclesiam
tit. 7. lib. 5. Ordin.* Matiens. *d. l. 1. gloss. 8. n. 11. tit. 11.
lib. 5. noua Recop.* Farin. *d. verbo deceptio n. 36. & 37.*
Ceual. *commun. q. 508. n. 4. & 5.* Quod intelligitur nõ
solùm quando deceptio resultaret in vtilitatem Ec-
clesiæ, aut personarum ecclesiasticarum, sed multò
magis procedere quando deceptio tẽderet in dam-
num Ecclesiæ, vel Clericorum, quia tũc ipsa Eccle-
sia, & Clericus etiam nullo interueniente dolo in
contractu in integrum restituuntur, Cæpol. *post d.
n. 20.* Marscard. *de prob. concl. 443. n. 13.* Farin. *d. verbo
deceptio n. 38.* Verùm licèt hic quartus casus ad salu-
tem, & securitatem animarum, & vbi per viam de-
nunciationis Euangelicę agatur, sit omnino reci-
piendus, tamen in foro exteriori non potest sustine-
ri, & sic in eo resoluendum est contractus inter Ec-
clesias, & ecclesiasticas personas ex minori lęsione,
quàm vltra dimidiam, non posse rescindi, tenent
Pinel. *hic p. 2. c. 2. n. 34. in fine.* Burg. de Paz *in c. cùm
dilecti, de empt. n. 16. & 17.* Matiens. *in d. l. 1. gloss. 8.
n. 11. tit. 11. l. 5.* Ceuall. *d. q. 508. n. 4. & 5.*

Quintus casus est quando qui sciens iustum 105
pretium rei, eam vili pretio emit, etiam citra dimi-
diam ab eo, qui eius valorem ignorat. nam tunc in
foro exteriori cogendus est resarcire læsionem ei,
qui læsus est, quoniam tunc plane dolo geritur res,
nec potest vllo iusto dolore excusari, vt per Couar.
var. l. 2. cap. 4. num. 11. vers. quoties, Mexi. *in tract. tassa
panis concl. 1. num. 159. & in l. Toleti in resp. ad 6. & p. 8.
fundam. 1. n. 61. col. 10. vers. sed in foro exteriori,* Gasp.
Roderic. *d. lib. 1. q. 11. n. 8.* Matiens. *d. l. 1. gloss. 1. n. 13.
tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Et idem si quis vendidit rem 106
plus iusto pretio, & mentitur affirmando illud esse
iustum pretium, propter quod emens ita persuasus
emit tali pretio, nam tunc decipiens ad restitutio-
nem tenetur non solùm in foro conscientiæ, sed
etiam in foro exteriori per actionem de dolo, vel
ex ipso contractu, Mexi. *ad l. Toleti in resp. ad 6. & 8.
p. 1. fundam. num. 61. vers. quem locum;* sed hic casus
maximè procedit de iure Canonico, & in eius foro,
in quo deceptum ignorantem aduersùs decipientem
ex vera scientia pretij agere posse ad læsionis com-
pensationem apud iudicem ecclesiasticum, docue-
runt Panor. *in cap. in ciuitate num. 6. de vsuris, & ibi*
Aoan. *n. 8.* Cou. *d. n. 11. vers. quoties, in fine.* Nau. *in d.
cap. nouit. n. 69.* Matiens. *d. n. 13.* Mex. *d. concl. 1. n. 160.*
Farin. *d. verbo decipere, n. 41.*

Vtrùm autem in foro interiori conscientiæ per-
missum sit contrahentibus se decipere intra dimi-
diam iusti pretij, vide addita ad gloss. *verbo, huma-
num, in hac ead. l.*

Sed quomodo sit computanda læsio cùm vendi- 107
tor se deceptũ dicit in venditione? Et omnes ferè 108
iuris Interpretes conueniunt venditorem tunc de-
ceptum fuisse quando rem valentem decem iusto
pretio tempore venditionis minori pretio, quàm
quinque vendidit, vel si quæ iustissimo pretio vale-
bat centum minori pretio, quàm quinquaginta vẽ-
diderit. Emptor autem vltra dimidiam deceptus di- 109
cetur, si probauerit iustum pretiũ pro re empta de-
disse, & vltra plusquam iusti pretij dimidiam par-
tem, veluti si rem iusto pretio valentem ad summam
centum pro quinquaginta & vno emerit. Cagnol.
hic num. 55. Padil. *num. 40.* Pinel. *p. 2. c. 2. num. 4. & 5.*
Fabian. de Monte *de empt. q. 8. princ. num. 7.* Rebuff.
*tom. 2. ad leges Galliæ tract. de rescis. contract. gloss. 15.
n. 1.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 2. n. 22.* Couar. *lib. 2.
var. cap. 3. n. 8.* Burg. de Paz *in cap. dilecti. num. 14. de
empt.* Azeued. *in d. l. 1. num. 17.* vbi Matiens. *gloss. 3.
num. 2. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Vincent. de Franchis
dec. 243. n. 2. Gutier. *d. lib. 2. q. 133.* Escob. *de ratiocin.
comput. 6. n. 4.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1.
q. 11. num. 16.* Ceuall. *commun. quæst. 536. num. 9. & 10.*
Sigism. Scacc. *d. ampl. 10. n. 6.* quicquid dixerit Fa-
chin. *contron. lib. 2. cap. 16.* & videatur probare *l. Hisp.
16. tit. 11. part. 4.* dum emptorem agere posse ratione
læsionis statuit, cùm rem valentem viginti pro qua-
draginta vendiderit. Nam *l. Hisp. 56. tit. 5. part. 5. &
d. l. 2. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* primam firmat resolu-
tioné, quas tamen Hispaniæ leges conciliare & ad
concordiam

concordiam reducere, nituntur Anton. Gom. *d. c. 2. n. 22.* Padil. *hic n. 40* Azeued. *in d. l. 1. n. 10.* Escob. *d. comp. 6. n. 5.* Mexi. *in tract. tassæ panis, concl. 2. n. 41. & in l. Toleti in resp. ad 6. & 8 p. 1. fundam. n. 61. in fine.*

110 In quantum debeat esse excessus pretij vltra dimidiam vt agens obtinere possit ex beneficio huius legis? Dic sufficere quòd sit in vno denario, seu nummo, vel in aliquo minimo, de quo Cagnol. *hic n. 244.* Pincl. *in 3. p. cap. 4 n. 9.* Fab. de Monte *d. tract. de empt. quest. 8. princ. n. 7.* Cæpol *de simulat. contract. n. 29. in exposit.* Burg. de Paz *in cap. cùm dilecti, n. 14. de empt.* Anton. Gabr. *d. tit. de empt. concl. 1. n. 6. ampl. 2.* Capr. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 30. n. 27. pag. 635.* Mascard. *de probat. con. l. 1215. n. 11.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priu. l. 83. n. 96. vers. & cum læsio,* Matienç. *dict. l. 1. gloss. 2. n. 45. tit. 11. lib. 5. noua Recopil.* Valasc. *cons. 44. num. 2.* Cened. *ad Decretal. collect. 158. num. 1.* Sigism. Scacc. *dict. ampl. 10. in fine.* Quod locum habet etiamsi pauca quãtitas deficiat ad faciendã lesionem vltra dimidiam, veluti si testes producti ad illius probationem deponant quòd res valebat tantam quantitatem, & plus, vt si res fuisset vendita pro centum, & testes dicant quòd valebat centum & quinquaginta, & plus, vel si ex parte emptoris sit læsio, quòd valebat minus quàm quinquaginta quia adiectio illa, *& plus*, ex propria significatione aliquid importat. Ita Cou. *l. 2. var. cap. 3. n. 3.* Pinel. *d. par. 3. c. vlt. num. 9.* Padill. *num. 41.* Matiens. *d. l. 1. gloss 1. num. 45. cum seqq. & ibi* Azeued. *n. 19.* Valasc. *d. cons. 44. num. 2. & 3.*

111 Alia est læsio enormis, siue magna; alia enormior hoc est, maior; alia enormissima, hoc est, maxima. Enormis quæ dicatur iudicis arbitrio relinquitur, Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 83. num. 88. vers. amplius dico,* Castill. *controuers. lib. 3. cap. 2. num. 14. & 15.* Farin. *fragm. crimin. par. 2. verbo iuramentum, n. 1288. vers. alij demum.* Enormior læsio, seu maior dicitur, quæ dimidiam iusti pretij rei venditæ excedit, licèt communiter enormis læsio appelletur, etiam quando est vltra dimidiam, Guid. Papæ *decis. 170.* Pinel. *hic par. 3. c. 1. n. 7.* Gozadin. *cons. 74. in princip.* Parlad. *in sesquicent. differ. 114. n. 4.* Escob. *d. comput. 6. à num. 1.* Farinac. *d. verbo iuramentum, n. 1228. versic. alij autem,* Seraphin. *d. priuil. 83. n. 87. vers. 3.* Castill. *d. cap. 2. num. 15. vers. alia.* Enormissima læsio, hoc est, maxima, quæ dicatur, variæ sunt opiniones. Prima est quòd dicitur, quæ in toto, vel quasi toto contingit, Ruin. *consil. 109. vol. 1. & consil. 11. vol. 4.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de arbitr. concl. 3. n. 45.* Seraphin. *d. priuil. 83. num. 90. vers. quarto, & vltimo,* Azeued. *l. 4. num. 136. tit. 21. lib. 4. noue Recop.* Castill. *d. cap. 2. n. 15. vers. denique.* Secunda opinio est quòd dicitur enormissima quando excedit in triplo, vel quadruplo, vel etiam vltrà, Corn. *cons. 133. num. 8. vol. 3* vbi exemplificat quando rem valentem sexdecim fuit vendita pro quatuor, *& cons. 114. n. 4 lib. 3. & cons. 27. n. 5. lib. 4.* Crauet *cons. 7.* Rugger. *cons. 17. num. 47. & cons. 37. num. 1. lib. 1.* Rimin. iun. *cons. 141. num. 10. lib. 1. & cons. 144 num. 31. l. 2.* vbi læsionem enormissimam eam esse arbitratur, quæ est vltra tres ex quatuor partibus, Anton. Gabr. *commun. l. 3. tit. de iure dotium, concl. 1. num. 10.* vbi læsionem enormissimam, & in magno excessu dicit quando esset vltra triplum vel quadruplum, Menoch. *cons. 251. n. 4. & cons. 401. num. 133. & cons. 1111. n. 84.* Bargal. *de dolo lib. 2. tit. de dolo re ipsa n. 9* Fachinæ. *cons. 72. n. 7. & 8. lib. 2.* Seraphin. *d. priuileg. 83. num. 90. vers. 4. & vlt.* Parlad. *lib. 3. rerum quotid. cap. 4. num. 51.* Griuel. *decis. 20. n. 20.* vbi testatur Senatum Dolenẽsem enormissimam læsionem eam esse tenuisse, quæ excedit octo partes, & ascendit ad nouem de duodecim, & *dec. 80. n. 2.* Tertia est, quod dicitur, quæ duplum excedit, hoc est, si rem valentem triginta pro decem ematur, aut valentem quindecim pro quatuor, aut quinque, Gregor. Lop. *l. 56 gloss. fin. tit. 5. part. 5.* Capyc. *dec. 150. n. 24.* Escob. *d. comput. 6. n. 11.* vbi dicit hanc opinionem per Senatum Pincianum receptam fuisse, Parlad. *d. cap. 4. n. 50. in fine, & in sesquicentum. differ. 114. in fine,* Anton. Fab. *in suo C. l. 4. sub hoc tit. d. fin. 5. & 26.* vbi enormissimam dicit quando est vltra bessem iusti pretij. Quarta est quòd læsio enormissima dicitur quando rem valentem duo mille & trecentum aureos, pro mille fuit vendita, hoc est, rem valentem vigintiquinque pro decem, Rot. apud Cassad. *dec. 1. de empt.* Cou. *lib. 2. var. c. 4 n. 5. in cap. quamuis pactum p. 3. §. 3. num. 5* Gam. *Lus. dec. 93. n. 3. & dec. 198. n. pr.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. cap 26. num. 7.* Quinta est quòd dicitur læsio enormissima, quæ dimidium rei valorem excedit, Pinel. *hic p. 3. cap. 1. num. 8* Ioan. Garc. *de expens. cap. 1. num. 21. vers. quod si læsio,* Matiens. *in d. l. 1. gloss. 8. num. 48. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop.* Sexta est quòd arbitrio iudicis relinquitur quæ læsio dicatur enormissima qui habito respectu ad vires patrimonij læsi, id est, attenta qualitate personarum, & negotij, ac damni quãtitate læsionem enormissimam interuenisse, vel non declarabit, vide Roland. *cons. 7. num. 55. l. 3.* Mautit. *de in integrum restitut. cap. 124.* Sfort Odd. *in primus tract. p. 1. q. 4. num. 111.* Molin. *de primogen. l. 1. cap. 3. n. 18. in fine,* Gregor. Lop *l. fin. gl. 7. vers. vnde dicendum videtur, tit. fin. part. 6.* Seraphin. *de priu. 83. num. 90.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num. 1. versic sed verior,* Ioan. Garc. *d. cap. 18. num. 11. ad fin.* Parlad. *l. 1. rerum quotid. cap. 4. num. 51.* Gutier. *in cap. quamuis pactum, versic. si tamen iuramento, num. 2.* Escob. *de comput. 6. num. 10.* Aluar. Valasc. *de partit. cas. 39. num. 57. in fine,* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. quæst. 96 num. 43.* Giurb. *dec. 110. num. 3. vers. consistorium,* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 2. num. 16. & 17.* Castill. *controu. lib. 3. cap. 2. num. 13. & 42.* Farin. *d. verbo iuramentum, num. 1288. in fine,* Morquech. *de diuis. bonor. lib. 4. cap. 5. num. 46,* Bened. Ægid *in rep. l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, p. 1. c. 8. n. 108. vers. & enormem.*

In gloss. *Humanum est.* ibi, *cùm liceat contrahentibus* 112 *se se accipere, vt ff. de minor. l. in causa la 2. §. penult.* Hinc regulariter deducitur contrahentibus licere in pretio se circumuenire, de qua regul. & illius leg. ac similium intellectu vide Crement *h. c num. 137.* Padil. *num. 10.* Pinel. *p. 1. c. 1. num. 32.* Cæpol. *de simulat. contract. num. 23.* Bernard. *regul. 151.* Duen. *regul. 148.* Ioan. Garcian. *regul. 119.* Alphan. *collect. 15.* Sot. *de iustit. lib. 6. quæst. 20. art. 3.* Couar. *lib. 2. var. cap. 3. à n. 2.* Nauar. *in cap. qualitas, de pœnitent. dist. 5. cum 42. & in cap. nouit. not. 6. num. 49. de iud.* Medin. *de rest. q. 32.* Perez *in l. 2. col. 15. vers. nec obstat, tit. 7. lib. 5. Ord.* Menoch. *cons. 109 num. 30.* Matiens. *l. 1. gloss. 1. à n. 1. tit. 11. l. 5.* vbi Azeued. *n. 9.* Gasp. Roderic. *de annuis reddit. l. 1. q. 11. num. 5. & 6.* Felician. *de censibus l. 2. cap. 1. num. 11. vers. maiorem verò,* Auendan. *eod. tract. cap. 27. n. 4.* Cabed. *diuersitatis argument. lib. 4. cap. 9. num. 10.* Gomez *de potestate in se ipsum, l. 2. cap. 17. num. 7.* D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrimonio, part. 4. num. 24. ad finem,* Ofasc. *dec. 42. num. 8.* Ariminn. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 403. cap. 2* latè Didac. à Britto *ad rub. de locato, & conduct. part. 2. §. 2. à princ.* Ceuall. *commun. q. 511. n. 5.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 9. de contrah. empt. q. 8. num. 14. & 15. & tit. 5. quæst. 1. n. vlt.* Soar. *de legib. lib. 2. cap. 20. num. 4. & 5.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent.*

lib.4.tit.20.num.53.cum seqq. Farinac. *fragm. crim. part 1. verbo decipere, num. 20. cum seq.* vbi ampliat procedere tam de iure ciuili, quàm Canonico, & tã in contractu emptionis & venditionis, quàm in contractu locationis, & in omnibus aliis contractibus tam nominatis, quàm innominatis, Castill. *controuers. lib. 2. c. 8. n. 13. cum seqq.* Anton Fab. *de erroribus pragmat. decad. 7. errore* 10. *num. 9.* Sigism. Scacc. *de commerc. § 1. quæst. 7. p. 2. ampl.* 10. *n. 2. cum seqq.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 7. num. 7.* Rebell. *de oblig. iust. par. 2. l. 9. quæst. 3. sect. 1.* qui magis communiter intelligunt dictam regulam, scilicet naturaliter licere contrahentibus se circumuenire, non quòd natura ipsa rerum hoc permittat, sed natura, hoc est, naturales regulæ contractus.

113 Verum autem in foro conscientiæ permissum sit contrahentibus se decipere intra dimidiã, iusti pretij eodem modo, quo in foro contentioso, licitum esse existimant Padil. *hic num. 71.* Perez *l. 1. gl. vnic. col. 17. ad fin. versic. ex quo inferri posset, tit. 7. l. 5. Ordin.* Menchaq. *controuers. vsufrequent. lib. 3. cap. 48. per tot.*

114 Contrarium tamen, immo deceptionem intra dimidiam iusti pretij non esse permissam in foro cõscientiæ tenent communiter Doctores, quia in isto foro seruanda est lex naturalis & diuina, quæ mandat ne quis supergrediatur; neque circumueniat in negotio fratrem, & consequenter vt in cõtractibus seruetur iustitia commutatiua. Ex nostris Crott. *in c. 1. notab. 1. de empt. lib. 6.* vbi Ludou. Gam. *à n. 5. & in §. superest, num. 54. Inst. de action.* Gerard *singul. 22.* Cæpol. *de simulat. contract. num. 20. & 22.* Burg. de Paz *in d. c. cùm dilecti, num. 17. & à num. 23. de empt.* Tiraquel. *ad l. 9. connub. à num. 8.* Cremens. *hic n. 144. 158. & 169* Pinel *part. 1. cap. 1. num. 15.* Couarr. *lib. 2. variarum cap. 4. num. 11. vers. ego cùm,* Nauarr. *in dicto cap. qualitas. num. 41. cum seqq.* Plac. *in epit. delictor. l. 1. cap. 36. num. 14.* Mexi. *in l. Toleti ad 6. & 8. p. 1. fund. num. 61.* Marc. de Mantua *singul. 382.* Anton. Tr go *singul. 91.* Arimin. Tepat. *variarum sent. tit. 403. cap. 2. in fine,* Benincas. *in tractat. de vend. ad tempus, cap. 5. n. 8. & 9.* Maticus. *in d. l. 1 gloss. 1. num. 9. tit. 11. l. 5. nouæ Recop.* Feliciao. *de censib. lib. 2. cap. 1. à num. 7.* Gasp Roderic. *d. l. 1. quæst. 11. num. 8.* Auendan. *d. cap. 27. num. 10. & 11. in fine,* Cardin. Mantic. *d. lib. 4. tit. 20. num. 64* Farinac. *d. verbo decipere, n. 44.* Ceuall. *d. q. 508. n. 1.* Sigism. Scacc. *d. ampl. 10. n. 11. cum multis seqq.*

115 Ex Theologis S. Thom. 2. 2. *quæst 77. art. 1. & quodl. 2. art. 10. & in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. & ibi* Gabr. *quæst. 50. col. 9.* & Mai. *quæst. 4.* Alphons. de Castro *de potest. legis pœnal. lib. 2. cap. 10. fallent. 3.* Contad. *de contract. lib. quæst. 57. concl. 1.* S Antonin. *part. 2. tit. 1. cap. 15. vers. quantum ad tertium, col. 3. & 5* Syluest. *in summ. verbo emptio, quæst. 8.* Sot. *de iust. lib. 6. quæst. 3. art. 1.* Medina *de restitut. quæst. 2.* Barthol. Medina *in summ. cap. 12. num. 25.* Mich de Palatio *in praxi Theolog. lib. 2. cap. 2.* Mercado *de contract. lib. opuscul. 1. cap. 10.* Sarabia *de instruct. mercad. cap. 4.* Petr. Nauar. *de restit. lib. 1. c. 2. num. 14. cum seq.* Anton. à Rio *in l. contractus, c. 4. ff. de regul. iur.* Lessi. *de iust. l. 2. c. 21. de empt. dubit. 4. n. 20. & 21.*

116 Hæc posterior sentẽtia vt communior, ita verior mihi videtur, sed in aliquibus casibus verificari magis potest, quàm in aliis. Primus est quando dolus dedit causam cõtractui, quia ille qui dolo alium induxit ad contrahendum, eúmque decipit in foro conscientiæ non est tutus, nec in foro exteriori Padil. *hic n. 73. col. 2 vers. ego vero,* Menchaq. *d. cap. 48. num. 3.* Ceuall. *d. quæst. 508. num. 2. & 8.* Card. Mantic. *d. tit 20. num. 61.* Anton. Fab. *de error. pragmat. decad. 8. errore 7. num. 7* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 10. num. 7. vers. subdeclara, & seqq.* Secundus casus est quando vrgente necessitate, aut egestate emptor, vel venditor ductus fuit ad carius emendum, vel vendendum, nam túnc etsi sciat rei valorem ab eo emens non excusatur. quia sciẽtia veri valoris in contrahente læso non operatur, quin lædens in foro conscientiæ læsionem reficere teneatur, Cæpol. *de simulat. contract. n. 24. & 27.* Cremen *hic n. 159. vers. sed postea,* Burg. de Paz *in dict. c. cùm dilecti num. 19.* Farin. *d. verbo decipere n. 50. & 51.* Tertius casus est, si quis sciens verum rei valorẽ læ datur ex leuitate mẽtis aperta, seu præsũpta ad viliùs vendendum, aut cariùs emendum, prout cõtingit sæpissimè in iuuenibus, quorum leuitate sapit quandam ignorantiam, & quodam modo necessitatem inducit, arg. *l. quorundam. 34. C. ist.* esto casu lædẽs non excusetur à restitutione in foro conscientiæ, Cæpol. *vbi supra n. 25. & seq.* Cremen. *hic n. 159. vers. sed postea.* Quartus casus, si quis ducatur ad emendum cariùs propter aliquam particularem affectionem, vel commoditatem, tunc enim, etsi sciat verũ rei valorem, contrahens cum eo non excusator in foro conscientiæ, si eum læserit, quia illa affectio tollit præsumptionem donationis, secundùm Cæpol. *vbi supr. n. 26. vers. ego postea,* Cremens. *hic n. 159. vers. sed postea, & n. 162* Farin. *d. verbo decipere, n. 43.* qui ponunt exemplum in eo, qui habet affectionem in libris, in re maiorum suorum, in aliquo viridario, in possessione contigua suæ possessioni.

Vnde si deceptio re ipsa interuenit, absque dolo 117
contrahentium, & deceptione ex proposito, vt si venditor credit se vẽdere iusto pretio, & emptor similiter credit se emere iusto pretio, tũc enim vterque est tutus in foro conscientiæ, licèt alter eorum sit læsus, seu deceptus re ipsa, Anchar. *in reg. peccatũ, de regul. iur. in 6. n. 22.* Benincas. *de vendit. ad tempus cap. 5. sub num. 11.* Burg. de Paz *in d. cap. cùm dilecti, de empt. num. 22.* Lodou. Gom. *in cap. 2. de constit. lib. 6. num. 7.* Ceuall. *q. 508 n. 3.* qui omnes eam ampliant, etiamsi lædẽs postmodum cognouerit re ipsa proximum læsisse.

Sed dubium est, vtrùm quando contrahentes 118
sciunt iustam rei æstimationẽ, & emptor plus iusto offert, vel venditor viliori pretio vẽdit, sint in foro conscientiæ securi, qui vendit ei qui plus offert, vel emit ab eo, qui viliori pretio quàm res valet, vẽdit? Vna sententia tenet securos esse in prædicto foro, ex qua sunt Afflict. *in c. 1. n. 95. de feudo datum vim leg. commiss.* Tiraq. *d. l. 9. connub. n. 13. in fine,* Burg. de Paz *in d. cap. cùm dilecti num. 18.* Cæpol. *vbi suprà num. 24. in princ.* Rip. *in l. si vnquam, C. de reuocan. donat. num. 58. & in resp. 17.* aliàs 18. *num. 7. & 8. de obligat. vol. 2.* Boërt. *decis. 142. num. 2.* Strach. *de mercat. par. 2. tit. de stat. mercat. sub num. 7.* Cremen. *hic sub num. 159. vers. dicens,* Cardin. Mantic. *d. lib. 4. tit. 10. num. 59.*

Altera sententia (cui tanquã probabiliori adhæ- 119
reo) asserit in foro cõscientiæ teneri restituere omne id, in quo contrahentem læsit, etiamsi sit citra dimidiam iusti pretij, & expressè tenent Couar. *lib. 2. var. cap. 4. n. 11. vers. quin.* Nau. *in d. cap. qualitas, de pœnit. dist. 5 n. 31. & 42. & in cap. nouit, de iudic. not. 6. n. 66.* Medina *de restitut. tom. 1. tit. de rebus restituẽ. quæst. 22. vers. è contra, & quæst. 32. vers. quamquam. & quæst. 31. vers. tertia propositio,* Plac. *in epit. delict. cap. 36. post num. 17* Mich. Salon. *in D. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 1. controu. 18. sub num. 1. vers. 1.* Mexi. *in pragm. tassa panis, concl. 1. num. 156. & in l. Toleti, in resp.*

resp. ad 6. *&* 8. *part.* 1. *fundam. num.* 61. *col.* 5. *versic. quibus sane*, Matiens. *in l.* 1. *gloss.* 1. *num.* 10. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. *cum seqq.* Farin. *d. re b. decipere, n.* 46. Sig. Scacc. *d. ampl.* 10. *n.* 53. *vers. contra hanc.*

In gloss. *fu i ius. ibi, & vsque ad triginta annos*, &c. 120 apud Hispanos Castellæ ex *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *nouæ Recop.* disponitur vt intra quadriennium debeat deceptus vltra dimidiam iusti pretij vti remedio huius leg. itavt postmodum audiri non debeat, Matiens. *ibidem gloss.* 10. & Azeu. d. *num.* 32. Gregor. Lop. *in l. fin. gl. ff. fin. in fine, tit.* 19. *par.* 6. Pinel. *hic par.* 2. *cap.* 1. *n.* 26. vbi *n.* 27. ait tempus quadriennij huiusmodi procedere in contractibus, qui conuentione consumuntur, non verò his, qui habent causam successiuam, & Padill. *num.* 47. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 2. *n.* 22. *versic. item adde*, Menoch. *cons.* 1163. *n.* 26. Ceual. *commun. quæst.* 536. *n.* 15. Mosl. *d. tit.* 9 *quæst.* 21. *n. fin.* Apud nostros Lusitanos ad quindecim annos extẽditur, ex *Ord. Reg. lu.* 4. *tit.* 13. §. 5. vbi parens meus 121 *n.* 1. addit apud Valentinos triennium assignari; & 122 apud Gallos decẽnium, intra quod debeat deceptus vti remedio huius leg. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo infra, num.* 10. Rebell. *de obl. iust. p.* 2. *lib.* 9. *q.* 5. *sect.* 2. *n.* 14. Benedict. Ægid. *in rep. l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. p.* 1. *c.* 8. *n.* 105.

123 Verùm si ex argumentis constaret de dolo ex proposito, vel læsio ita esset enormissima, quòd excederet nimis vltra dimidiam iusti pretij, tunc vsque ad triginta annos huiusmodi deceptus agere poterit, Matiens. *in d. l.* 1. *gloss.* 8. *n.* 49. & *ibi* Azeued. *n.* 12. Gom de Le *in* 1 *cent. in forma iuris cap.* 96. Gam. *Lusit. dec.* 66. *&* 266. Parlad. *l. b.* 2. *rerum quotid. cap. fin. p.* 5 *n.* 14. Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 40. Cabed. *Lus. dec.* 70. *n.* 3. *p.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 21. *n.* 28. Rebell. *d. par.* 2. *lib.* 9. *quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 8. *vers. si tamen.*

124 Idem in Ecclesia, Repub. & Principe, qui si in contractibus læsi sint vltra dimidiam, agere possũt per triginta annos, *l. fin. tit. fin. part.* 6. quam ita intelligendam esse affirmant Eman. Acosta *in l. Gallus, §. & quid si tantum, par.* 2. *num.* 83. *ff. de liber. & posthum.* Couar. *lib.* 1. *variarum, cap.* 3. *num.* 13. Olan. *in reduct. antinom. iuris, lit. E, n.* 2. *&* 3. Salzed. *ad Bernard. reg.* 219. *lim.* 12. *in fine*, Ioan. Garc. *de nobil. gl.* 6. §. 1. *n.* 48 Matiens. *in dialog. relat. p.* 3. *c.* 20. *n.* 25. Ceual. *commun. q.* 536 *n.* 16.

125 In eadem gloss. ibi, *Item quid si ista venditor iurauerit se nullo modo venire*, &c. Notatur ad hoc quòd si maior iurauit non venire contra contractum, vel stare contractui, prætextu huius beneficij contractum impugnare non poterit, quia huic legi & similibus videtur renuntiasse. Ita Bald. *hic n.* 12. Alber. *n.* 9. Paul *num.* 10. Cagnol. *quæst.* 8. *num.* 91. Cremens. *à n.* 175. Padil. *n.* 3. Pinel. *part.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. *&* 2. Anton Gom. *tom.* 2. *var. c.* 1. *n.* 25. Mench. *de success. creat.* §. 18. *n.* 126. Couarr. *in cap. quamuis pactum, p.* 3. §. 4. *num.* 4. Roland. *cons.* 13. *num.* 36. *lib.* 1. Ant. Gabr. *d. tit. de empt. concl.* 1. *num.* 68. Cacheran. *dec.* 41. *n.* 8. Matiens. *d. l.* 1. *gloss.* 8. *num.* 45. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 26. *n.* 5. Caroc. *de locato, & conduct. par.* 1. *rubr. de simul. loc. tit. de rescind. loc. n.* 20. Menoch. *cons.* 1163. *n.* 19. *cum seqq.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 90. *num.* 4. Benechend. *in add. ad eund. priu.* 31. *à n.* 11. Fachin. *contr. l.* 2. *cap.* 17. *in princ.* Ceuall. *commun. q.* 171. *in princ.* Farin. *in praxi crim. p.* 1. 126 *q.* 15. *n.* 32.

Hæc resolutio multis modis limitatur. Et primò si iuramentum ex certa scientia non esset interpositũ, & iurans non esset certioratus de huius legis beneficio, Bertrand *cons.* 137. *col.* 2. *vol.* 1. Socin. iun. *consil.* 50. *col.* 2. *vol.* 2. Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 68. Benechend. *ad Seraphin. priuileg* 90. *num.* 14. vbi dicit quòd ad hoc vt iuramentum obliget debet esse ex certa scientia; quicquid teneant Pinel. *d. cap.* 1. *n.* 1. Caroc. *vbi supra num.* 21.

Secundò si iuramentum dolo, vel metu fuit extortum, Pinel *in d. c.* 1. *n.* 6. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *cap.* 98 *à n.* 7. 127

Tertiò si venditor læsus non agat ad rescissionem contractus, sed tantùm simpliciter ad supplemẽtum pretij. Cott. *in memorabilib. verbo alternatiuè*, Burg. de Paz *in cap. cum causa, num.* 40. *de empt.* Cassad. *decis.* 1. *de empt. num. fin.* Capyc. *decis.* 159. *num.* 40. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 2. *tit.* 403. *cap.* 7. *versic. maior iurans.* Contrarium tamen, immò quòd nec ad supplementum iusti pretij iurans possit agere, meritò tuentur Cagnol. *hic num.* 95. Padill. *num.* 32. *versic. sed re vera*, Pinel. *par.* 3. *cap.* 1. *n.* 5. *vers. ego autem*, Caroc. *dict. par.* 1. *tit. de rescind. locat. n.* 26. Cacheran. *decis.* 41. *n.* 11. *versic. non obstat*, Matiens. *dict. l.* 1. *gloss.* 8. *n.* 46. Gutier. *de iurament. confirmat. par.* 1. *cap.* 26. *n.* 6. Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 16. *versic. tertia est sententia.* 128 129

Quartò stante enormissima læsione, nam tunc non obstante iuramento læsus ad rescissionem contractus poterit agere, etiamsi expresse eam renuntiauerit, Gregor. Lop. *l.* 56. *gloss.* 12. *vers. limita, & intellige, tit.* 5. *par.* 5. *& l. fin. tit. fin. par.* 6. Roland. *consil.* 59. *n.* 25. *lib.*... Afflict. *decis.* 80. *num.* 5. *& decis.* 322. *num.* 9. Cagnol. *hic n.* 87. *&* 88. Pinell. *par.* 3. *cap.* 1. *n.* 7 & Padill. *num.* 32. Laurent. Kirchou *commun. opin. centur.* 3. *conclus.* 8. *& centur.* 4. *conclus.* 8. Villalob. *commun. verbo iuramentum, n.* 137. Anton. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de arbitr. conclus.* 3. *num.* 41. *&* 44. *& lib.* 3. *tit. de iure dot. conclus.* 1.... 8. *&* 11. *& tit. de empt. conclus.* 1. *n.* 86. Bursat *cons.* 75. *sub n.* 5. *lib.* 1. Grammat. *decis.* 76. *n.* 12. Ioan. de Amicis *consil.* 33. *num.* 42. Crauet *consil.* 188. *n.* 3. Ioseph. Ludou. *conclus.* 73. *ampl.* 2. Cacheran. *decis.* 11. *n.* 8. Capr. *in suis regul. cap.* 87. *à n.* 126. Couarr. *in cap. quamuis pactum, part.* 2. § 4 *n.* 5. *& lib.* 2. *variarum cap.* 4. *n.* 5. Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum cap.* 2. *n.* 20. Simoncel. *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 233. Caroc. *d. tit. de rescind. locat n.* 35. Vincent. de Franchis *decis.* 119. *n.* 6. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 97. *par.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 8. Burg. de Paz *cons.* 28. *à n.* 11. Matiens. *in d. l.* 1. *gloss.* 8. *num.* 48. *tit.* 11. *lib.* 5. Gutier. *de iurament. confirmat. par.* 1. *cap.* 26. *n.* 8. *& in authent. sacramenta puberum, n.* 92. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuileg.* 83. *num.* 103. *&* 104. Benechend. *in addit. ad eundem, priuileg.* 61. *à num.* 47. Mancin. *de iuramento, effectu* 1. *quæst.* 11. *num.* 12. Farinac. *fragm. criminal. part.* 2. *verbo iuramentum, n.* 1282. *cum seqq.* Giurb. *decis.* 03. *n.* 13. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 2. *tit.* 43. *cap.* 3. *vers. an contractus*, Ceuall. *commun. q.* 115. *n.* 4. *& q.* 171. *num.* 1. Castill. *controuers. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 36. 41. *&* 53. *col. vlt.* vbi ex multis, quos refert, tradit quòd non potest dari cautela vt læsio enormissima excludatur. & *num.* 60. quòd æqualiter procedit in maiori quod in minori. Quorum resolutio vera est, quamuis huic læsioni enormissimæ esset specificè, & in amplissima forma iuramento renuntiatum. nã non obstante huiusmodi renuntiatione poterit renuntians contractum impugnare. Cagnol. *hic n.* 98. & Padill. *n.* 43. Gramm. *decis.* 66. *n.* 48. *&* 49. Molin. *d. l.* 2. *c.* 3. *n.* 3. *n.* 19. vbi dicit in hoc casu excludi læsionẽ vltra dimidiã, non verò enormissimã, & multo excessiuã, Gutier. *in d. auth. sacramenta puberũ, n.* 98. 130

Et licèt renũtiatio geminata fuerit, atque ex interuallo processerit, Pinel. *hîc p.3.c.1.n.20.* Boër. *dec.35 num.5.*

131 In eadem gloss. ibi, *secus dico in minore*, &c. Notatur, ad hoc quòd minor iuramento simpliciter promittens non venire contra contractum, & vẽditionem à se gestam seruare, si læsum vltra dimidiam fuisse reperiatur, non obstante iuramẽto ex beneficio huis legis venditionem, seu contractum impugnare, & eius rescissionẽ petere poterit, quia huiusmodi iuramẽtum repræsentat illum de minori maiorem, & validat contractum aliàs inualidum ratione defectus minoris ætatis; sed tamen beneficio huius leg. nec aliis sibi competentibus non videtur renuntiasse, nisi specialem eorum renuntiationem faciat, vt per Crem. *hîc n.177.* Cagnol. *n.104.* Pinel. *cap.1.n.9.* & Padil. *num.33.* Anton Gom. *var. tom.1. cap.2.num.25.& cap.14. num. 20.* Gregor. Lop. *l.56. verbo maior. tit.5. par.5. & l.6. gloss. 8. tit.11. par.6.* Cou. *in cap. quamuis pactum, part. 1. §.4. n.6.* Anton. Gabr. *d. tit. de empt. concl. 1. num.85. & tit. de iure dot. concl.1.n.8. & seq.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 3. n.21.* Menoch. *cons.39. & 40. & cons.84. num.46. & cons.1. num.360. & cons.197.n.87.* Aluar. Valasc. *cons.150. n.27.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis n. 1. ve. de minor ante contractũ iuratum, & de potest. nom. c.2.n.3;* Eugen. *cons.28. à n.55. tom.1.* Honded. *con.18. n.9. 68. & 59. lib.1.* Corne. *de absolutione iuramenti lib.4. casu 8. à n.17.* Matiens. *in d.l.1. gloss.8. num.50. tit.11. l.5. nona Recop.* Caroc. *de locato & cond. tit. de simulat. locat. cap. de rescind. locat. num. 26.* Gutier. *in auth. sacramenta puberum, num.86. & 89. & de iuram. confirm. part.1. cap.26. num.8.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 83.n.2. & num. 49. vers. ex his omnibus, & n. 18.* vbi constituit quòd minor simpliciter iurans confirmando contractum præter defectum ætatis non supplet alios defectus, Ceuall. *commun. q.171.n.4. vers. conclusio tamen*, Morl. *in emporio iuris part.1. tit.5. q.1.n.51. vers. quare in proposita*, Simoncel. *de decretis lib.3. tit.8. insp.18. n. 215.* Cassan. *cons.7. num.26.* Farinac. *fragm. crim. part.2. verbo iuramentum num. 1282.* Franc. Molin. *de ritu nupt. l.3. q.97.n.2. cum seq* Castill. *contr. l.3. c.2. n.35. & 34.*

132 Restitutionem in integrum an possit petere ille; qui habet remedium huius legis? vide Vincent. de Franchis *dec.248. per tot.* vbi Visconte & Amendol. *in addit.* Camill. Borrell. *cons.100. à num.34.* Gam. *Lus. dec. 212. & 291.* Ioan. Garc. *de nobil. gloss. 6. §.1.n.5.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare, n.12.*

133 In eadem gloss. ibi, *Item quid si ipse emptor rem iam alij vendiderat*, &c. Notatur ad hoc quòd beneficium huius legis contra tertium rei possessorem, qui rem iusto pretio à primo emptore emit, non datur, vt per Cremens. *hic n.188.* Cagnol. *n.114. & 120.* Pinel. *p.2. cap.1. num.30.* & Padil. *num.36. vers. secunda conclusio.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.329.* Boër. *dec.182. n.50.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap.20. num.20. concl.2. vers. item adde*, Eman. à Costa *in l. Gallus, §. quid si tantum, n.46. ff. de liber. & posthum.* Couar. *l.2. var. cap.3. num. 10. vers. secundo*, Anton. Gabr. *d. tit. de empt. concl.1. num. 24. lim.2.* Vincent. de Franchis *dec.665.n. 6. cum seqq.* Viui. *dec. 430. num.4. & 6.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. quibus modis annulletur emptio, num.15.* Matiens. *in d.l.1. gloss.8. num.24. & 25. tit.11. l.5. nona Recop.* Fachinæ. *cons. 2. num.9. & 10. lib.2.* Osasch *dec.65. num.10* D. Barbos. *in l. diuortio. §. si fundum, num. 33. ff. soluto matrim.* Ceuall. *commun. quæst. 443.* Morl. *in emporio iuris par.1. tit.9. in prolud. num. 102.* Molin. *de Inst. tract. 2. disp. 14. vers. si res infra*, Rebell. *de obl. iust. p.2. l.9. q.3. sect.2. n.9. vers. sed quid*, Giurb. *dec. 105. n.26.*

Multipliciter tamen limitatur hæc resolutio, & 134
primò si primus emptor non sit soluendo, & eodem vitio læsionis ad tertium possessorem res vendita perueniet, Cremens. *hic num.188.* & Pinel. *p.2. c.1. n.31.* Tiraquell *d. verbo reuertatur, num. 329.* Couar. *d. l.2. cap.3. n. 10. in princ.* Crescent. *dec. 1. de empt. aliàs dec. 265.* Cacheran. *dec. 65 num.9.* Matiens. *d. gloss. 8. n.24.* Vincent. de Franchis *d. dec.665. n.6.* Viui. *dec.430.n.4. & 6.* Giurb. *d. dec.105. num.16.* Ceuall. *d. q.443. n.6.* Atimin. Tepat. *var. sent. tom.2. tit.403. c.7. vers. remedium*, Felician. *de censib. tom.2. l.2. c.1. n.5. prope fin.*

Secundò si secundus emptor qui rem habuit ti- 135
tulo oneroso, & iusto pretio, sciret rem venditam authori suo fuisse cum læsione vltra dimidiam iusti pretij, num tunc in subsidium quando primus emptor non est soluendo, poterit conueniri. Cremens. *hic num.188. vers. istud tamen*, Cagnol. *num.144. vers. nisi dicens*, Pinel. *part.2. cap.1. num.32. & 33.* Roland. *cons.9. n 54. l.4.* Couarr. *d.c.3. n.39. in fine*, Matiens. *q.443. d.l.1. gloss.8. n.24. vers. si tamen tertius*, Ceuall. *num. 8.* Vincent. de Franchis *d. dec.665. n.6.* Viui. *dec.4.* Fachinæ. *contron. l.2. cap.18. vers. quod si proponatur*, Felician. *d. cap.1. n.2.* Giurba *d. dec.105. n.6. in fine.*

Tertiò quando secundus emptor, seu tertius pos- 136
sessor titulo lucratiuo rem acquisiuit, vtputa donationis, aut legati, Cremens. *hic n.10.* Padil. *n.9. vers. sed contra tertium*, Felician. *d. lib 2. cap. 1. in fine*, Gabr. Pereira *dec.15. in 2. vers. non obstat.* Quamuis de iure verius esse existimauerit Pinel. *d. cap.1. num.52.* quẽ sequitur Fachinæ. *d.c.18. in fin.* quòd venditori læso contra tertium possessorem etiam ex titulo lucratiuo, etsi emptor soluendo non sit, non succurritur; hanc tertiam fallentiam extendit Gam. *Lus. dec. 21.n.1.* vt contra tertium possessorem titulo lucratiuo agi possit, etsi primus emptor soluendo sit, & nulla præcedat excussio in eius bonis, sed meritò contra illum tenet *ibi* Flores de Mena, eius additionator, & sequitur Gabriel Pereira *d. dec. 15. num. 2.*

Quartò quando post litem contestatam cum pri- 137
mo emptore tertius, rem, super cuius læsione in pretio agebatur, emit ab eo, Cacheran. *dec. 65. num.13.*

Quintò si venditio enormissimam contineret læ- 138
sionem. nam tunc venditor agere poterit rei vẽdicatione etiam contra tertium possessorem, quia in enormissima læsione consideratur dolus. *l. si superstite. C. de dolo*, cuius interuentu contractus à principio corruit, & perpetuò res vendita perpetuò peti potest, Roland. *consil.60. à num.62. lib. 4.* Vincent. de Franchis *d. dec. 665. num.7.* Gasp. Roderic. *de annuis redditibus, lib.1. quæst.14. num. 62.* Giurb. *d. dec. 105. num. 17.* Gabr. Pereira *d. dec. 15. num. 3.* Quæ quidem limitationes generaliter sunt intelligendæ, præter vltimam, vt contra tertium possessorem agi possit, excussione prius in primo emptore facta ex æquitate in subsidium, quando primus emptor soluendo non est, Viui. *dec. 430. n.6. vers. est tamen*, Felician. *de censibus, lib. 2. cap.1. num.6. in fine, tom 2.* Marcel. Cala *de modo articulandi, §. 2. gloss. vnic. num. 1233.* Gabr. Pereira *d. dec. 15. n.2. vers. his tamen*; & aduertendum est quòd primus & secundus emptor in vno eodemq; processu conueniri possunt, vt vtriusque ius vna sentẽtia concludatur, quod praxi receptum

receptum effe teftatur Flores de Mena *in addit.ad Gam.decif.21.in fine*, quem feqnitur Gabr. Pereita *d.decif.15.n.2.prope finem.*

139 Si emptor læfus alienauit rem,in cuius emptione deceptus fuit nō obflante alienatione poterit de læfione contra venditorem agere, vt per Vincent. de Franchis *decif 243.n.5.*vbi cùm in fenatucontra emptorem nppofita effet exceptio per venditorem quòd rem alienanerat,& quòd eius erat electio recipiendi rem alienatam, & reftinendi pretiom receptum, vel quòd vltra iuftum valorem rei apud fe erat,& eo ipfo quòd eligebat rem,quæ reftitoi noo poterat,debebat abfolui.Senatus declarauit hoc effe referuandum tempore executionis feotentiæ quando firmiter electio fieret, fi eo tempore fecundus emptor offerre vult quòd fententia exeqoatur; fi verò eam præftare nolit,quòd venditor non tenebitur ad reftitutionem pretij fuperflui per eom recepti, Anton. Gom. *d cap.2.n.22.verf.fi verò ipfe emptor.*Gutier *d.lib.2.pract.quæft.157.*Vincent.de Franchis *d decif.243.n.5.*

140 In ead.gloff ibi, *vnde ea perempta non debet ampliùs teneri.*Notator ad hoc quòd venditor re perempta apud emptorem fine eius culpa non poteft ratione læfionis ex beneficio huius legis eum conuenire ad iufti pretij fupplementum, vt per Cagnol. *hic num.115.* Pinel.*p.2.cap.5.n.36.& 37.* & Padil. *n.37. in fine*, Rebuff.*ad legis Galliæ tom.2. tract.de refcind. contract.art. vnic. gloff. 15.num. 14.* Burg. de Paz *in cap.cùm dilecti, in fine, de empt.* Fabian. de Monte *d.tract.de empt.quæft.8.princip. num.23. in fine*, Anton. Gom.*tom.1.var.cap.2.num.22. verf. item adde*, Con.*lib. 2.var.cap.4.num.14 verf.contrarium.*Matienf. *in d.l.1.gloff.8.n.16.tit.11.lib.4.nouæ Recop.* vbi Azeoed.*num.28.* Gutier. *pract.lib.1.q.136. num. 1. verf. nihilominus*, Ceuall.*commun.quæft.443.à num.1.* Parlador.*in fefquicent.differ.56.n.4.*Nicol. Mozz.*de contract. tract. de empt. tit. quibus cafibus annulletur emptio, n.16.* Molin *de iuftit. tract.2.difp.349.verfic. quomodo cafu fortuito*, Alexand. Trentacinq.*variar. refol.lib. 3.tit.de folut.refolut. 11. num.13. verf. quartò non procedit*, Rebell.*de oblig.iuftit.p.2.lib.9.quæft.3. fect.1.n.20.* Didac.à Britto *in rubr.de locato, p.2.§.2. n.19.cum feqq.*

141 Am[illegible]lia,primò in emptore decepto vltra dimidiam iufti pretij,qui contra venditorem agere non poterit, fi res abfque culpa fua penes ipfum perierit, vt quòd pluris iufto pretio pro ea accepit, ei reftituat. Ita Antoo. Gom.*d.tom. 2.cap.2.num.22.verf. fi verò*, Pinel.*d.part.2.cap.1.num.39.* Villalob.*in ærario lit.C.n.28.* Matienf.*dict.l. 1.gloff.8.n.33.verf.fed ture, & ibi* Azeued.*n.26.* Gutier.*d.lib.2.practic.quæft.157.* Morl.*in emporio iuris part.1.tit.9.de contrah. empt. in*
142 *proœm.num.45.* Quamuis contrariom, immo quòd perempta re abfque culpa fua poffit emptor contra venditorem agere vt ei quod plus iufto pretio accepit,reftituat, teneant Cremenf.*hic ampl.25.* Coouar. *d.lib.2.variarum cap.4.n.14. in fine*, Ioan. Garc. *de expenf.cap.18.n.43. in fine.* Mench. *controu. vfufreq. lib.3.cap.61.n.13.*

143 Amplia fecundò fi res apud ipfom venditorem pereat, quia non poterit agere ad fupplementum pretij, vt contra Panorm. & alios tenet Pinel. *hic part.1.cap.2.num.fin.*qoem fequitur Matienf. *d. l. 1 gloff 8.n.32.*

144 Amplia tertiò in diuifione hæreditatis,fi ille,qui diuifionem refcindi vult ex caufa immodicæ læfionis aliqnid ex bonis diuifis alienauit, vt firmat Anton.Fab.*de errorib.pragm.decad.8. errore 4.*vbi tradit quòd debet conferre bona,quæ alienauit, & quòd ille,contra qoem petitur refciffio,fi bona fide alienauit, liberatur conferendo pretium, quod ex rebus venditis fuit confequutus.

Limita quando culpa emptoris,vel eius facto res periit,vel fuit extincta,quia hoc cafu venditori non denegatur actio contra emptorem, neqoe emptori contra venditorem fi eius facto, vel culpa perierit. Idem erit fi eius culpa res deterior efficiatur, nam tenebitur de damno,quod eius culpa contigerit, à quo non excufatur emptor, licèt eo tempore non integrè dominus rei fit, vt cum Tiraq *de retract.lign. ad fin.tit.n.61.& 71.* tradit Pinel. *dict. part.1.cap.3. num.34.*

Limita fecundò fi res empta pereat penes tertiū, 146
cui emptor eam iufto pretio vendiderat, nam tunc venditor contra emptorem ad fupplementum iufti pretij,quod à fecundo emptore primus emptor habuit,agere poterit,quafi ad id, quod loco ipfius rei ad ipfum peruenit. Pinel.*d.cap.3.num.38.* Couar.*d. lib.2.cap.4.num.14.col.fin.*Matienf.*d.l.1.gloff.8. n.31.*
nifi primus emptor nihil vltra quàm ipfe dedit, à 147
fecundo emptore accepit. nam tunc venditori non dabitur actio,ac fi res periret penes emptorem,quia primus emptor non plus confequutus fuit, quàm ipfe dedit, nec actionem habet contra fecundum re apud eum fine culpa perempta.Pinel.& Matienz. *vbi fuprà.*

Limita tertiò fi res poft litem conteftatam peri- 148
ret,nam tunc licèt res pereat,continuabitur inftantia,& caufa non cēfebitur extincta.Matienf.*d.gloff. 8.n.54.* Gutier. *d.lib.1.q.157.in fine*, Ceuall. *q.443. à num.3.in fin.* Britto *ad dict.rubr.de locato,part.2.§.2. num. 31.*quicquid dicat Ioan.Garc. *de expenf.cap.18. num.43.*

In ead gloff. ibi,*item habet locum lex ifta è contra decepto emptore*, &c.Ita Cagnol.*hic in 2.quæft.* Cremenf.*num.25.* Anton. Gabr. *d. tit de empt.conclus.1. amp.13.* Vincent. de Franchis *decif.225.circa princ. & decif. 243.à num.1.* Gutier.*d.lib.2.quæft.133.n.2.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 9. in prælud. num.86.* Arimin. Tepat.*var.fentent.tom. 2. tit. 403. cap.6. in princip.* Sigifm. Scacc. *de commerc. §.1.q.7. part.2.ampl.10.num.5.in fine.*

In ead.gloff. ibi, *dic ergo infpici venditiones factas* 149
*locorum exiftentium iuxta illum.*Notatur ad hoc quòd valor rei reprobatur ex inftrumentis venditionum aliarum rerum fimillom exiftentium iuxta rem venditam, vt per Mafcard.*de probat. conclus.658.num.9.* Franc.Marc.*decif.844.num.38.part.1.*Cæf.Barz. *Benon.decif.12.n.14.*Bapt. Lup.*in l. 2. C. de pactis inter empt.§.5.num.112.verf.fecundò probatur.* Dummodo 150
tamen probetur quòd huiufmodi bona cootigua funt eiufdem qualitatis & booitatis cum terris, vel fundo,de eius pretio probando agitur,ex Barz.*d.decif.22.n.55.*Mafcard.*d.concl.658.n.11.*Card.Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.lib.4.tit.20.n.17.*Steph. Gratian.*difcept.forenf.cap.461.num.14.*Rot.*decif.34. num.fin.par. 1.recentior.* Et dummodo etiam inftru- 151
menta fimilium venditionum fint multa ad hoc vt ex eis faltem præfomptiuè probetur commonis æftimatio. Mafcard.*d.concl.658.num.9.*vbi tradit in iudicis arbitrio refidere qoot venditiones effe oporteat, Cardin.Mantic.*d.tit.20.n.18.* Stephan. Gratian.*citato loco, num.15.*

In ead. gloff. ibi,*Et redituum quantitatem*, &c. 152
Nota quòd iuftus rei valor effe dicitur, qui ex redditibus, & valore fructuum viginti annorum fimul collectis,deductis expenfis, conficitur, gloff.*verbo iufta,in authent.perpetua,C.de facrofanct.Eccles.*Guid. Papæ *conf.180.& 938.*Afflict.*decif.234.n.fin.*Tiraq.*de*

retractu lign.§.1.gloss.7. num. 19. Cagnol. *hic n.* 231. *vers.vtrumque*, Rebuff *in l.vnic.gloss.juotilitatem,n.*55. *C.de sentent.qua pro eo*, Cæpol.*de simulat. contract.*3. *casu, præs.*3. Natt.*consil.*498.*num.*11.Craoet.*cons.*813. *num.*4.*& cons.*145. *num.*8. *& cons*189.*num.*6. *in fine*, Couarr.*lib.*3.*variar.cap.*9 *n.*5. Matth. Coler.*de processib.execut.part.*3.*cap.*9.*n.*150. Pioel. *hic p.*3.*cap.fin. num.*28.*&* 29.Cephal.*cons.*412.*num.*61.Decian.*cons.*2.*n.*174.*vol.*1.*& cons.*32.*num.*68.*vol.*1. Mench. *cons.*343.*num.*24.*& cons.*358.*num.*20. Mascard.*de probat. concl.*652. *num.*3. Caualc.*decis.*1.*n.*2.*p.*2. Ioan.Garc. *de expensis cap.*4.*n.*19.*& cap.*9.*n.*79.Cardin.Mantic. *d.lib.*4.*tit.*10.*n.*10.*&* 12.Vincent.Caroc.*de locato, & conduct.q.*3.*princ.cap.de rescind.locat.n.*15. Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.*461.*n.*24. *& c.*545.*n.*13. *&* 14.*& cap.*752.*n.*47.Fontanel.*de pact.nupt.claus.*4. *gloss.*18.*p.*1.*à num.*49. Anton. Fab. *in suo Cod.lib.* 4. *sub hoc tit.definit.*2.*num* 4 Gregor.XV.*decis.*533.*n.*8. Ex qua cumulatione fructuum viginti annorum concludenter non probatur rei verus valor, sed præsumptiuè, & coniecturaliter, & hæc probatio est subsidiaria quando aliter valor rei non potest probari, Mascard.*d.concl.*652.*num.*4.Fontanel.*d.claus.*4. *gloss.*18.*p.*1.*n.*39.

153 Ex locationibus autem fructuum perceptionem probari non sufficit, quia ex eis verus annuus fructus non probatur, cùm fieri possit, vt quis locet pro minori pretio ratione amicitiæ, vel parentelæ, vel miserationis causa; vel qoia negotia sua gerere scit, vel quòd quis conducat pluris propter affectionem, & alias causas, & satis sit quòd aliquid fuerit possibile, Cassad.*decis.*20.*de probat.*Steph. Grat. *discept. forens.cap.*600.*n.*4.Gregor. XV.*decis.*101.*n.*1.*& decis.*553.*n.*6.*& decis.*370.*n.*7.

154 In domibus, & ædificiis ex redditibus non probatur pretium, ex Natt.*consil.*332.*num.*4. Surd. *consil.*151.*n.*70. Stephan. Gratian. *d.cap.*600.*num.* 3. *cum seqq.* Cardin. Mantic.*dicto tit.*20.*num.*14. Gregor.XV.*decis.* 553. *n.* 7. & *ibi* Beltramin. *num.* 16. negari enim non potest quin ædificiorum habenda sit etiam consideratio.Ioan.Garc.*de expensis, cap.*4. *n.* 19. *versic. aduerte*, Stephan. Gratian. *dicto cap.* 60.*num.*5. Anton. Fab.*in suo Codice lib.* 4.*tit.* 30.*de rescind.vendit.n.*4.*in gloss.* Cardin. Mantic.*d.tit.* 20. *num.*15.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus & priuatus non possunt recedere à contractu absque mutuo consensu contrahentium, etiam Principis rescripto, & n.*2.

3 *Ius, actio, vel obligatio mihi ex contractu alterius acquisito, me inuito mihi auferri nequit.*

4 *Fisco parcè subuenitur in contractibus rerum suarum ad illorum rescissionem sub prætextu læsionis, remoto dolo & fraude.*

L. De contractu. III.

Iidem AA. *Martiano.*

1 FIscus, & priuatus absque mutuo contrahentium consenso à contractu recedere non possunt, etiam rescripto Principis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusiooem ex hoc text. desumunt *l.Hispan.*61.*tit.*5.*part.*5.*vbi gloss.*1. Tiraquell. *de retractu lign.in præfat. n.*23. *&* §.1.*gloss.*44.*n.* 88. Villadieg.*in l.*8.*n.* 4. *tit.* 4. *lib.*5.*fori iurgo*, Surd.*decis.*253.*in princip.*Morl.*in emporio iuris ciuilis part.* 1. *tit.*9.*in præmiss.num.*32. quia à principio contractus sont voluntatis, postea necessitatis, *l. sicut, supr.C.de act.& oblig.*vbi plures citaui Doctores.

Notatur ad hoc quòd quando ex contractu alte- 3
rius mihi quæritur ius, actio, vel obligatio, non potest me inuito mihi auferri, vt per Anton.Gom.*l.*40. *Tauri num.*40.*in princ.*

Quo iure fiscum nostrum vti, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd parcè subuenitur fisco in contractibus rerum suarum ad illorum rescissionem sub prætextu læsionis remoto dolo, & fraude, vt per Peregrin.*de iure fisci lib.*6.*tit.*2. *n.* 13. Fiscus enim vtitur iure priuati, nisi in casu de qoo agitur, reperiatur specialiter priuilegiatus, Martin.Laudens.*in tract.de fisco, in princ. quæst.*14.Peregr.*d.lib.*6.*tit.*1.*n.*1.Menoch. *cons.* 242. *num.*9.*lib.* 3.Farinac.*fragm.crimin.part.*1.*lit. F.n.*150. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *per Instrumentum emptionis quondam facta non probatur posteriorem emptionem esse iniustam.*

2 *per Instrumenta emptionis antiqua non probatur valor rei præsens.*

3 *non sufficit quantum Res constitit, sed quantum valeat.*

4 *Valor probatur ex instrumentis venditionis eiusdem rei, si multa sint instrumenta intra breue tempus celebrata, quæ respondeant in pretio.*

5 *Valorem per instrumenta probari præsumptiuè, non priuatiuè, & substantialiter, æstimari ex instrumentis venditionum aliarum rerum similium existentium iuxta rem venditam, num.*6. *dummodo huiusmodi res & bona contigua sint eiusdem qualitatis, & bonitatis cum terris, vel fundo, de cuius pretio probando agitur, num.*7. *& instrumenta similium venditionum debent esse multa ad hoc, vt ex eis saltem præsumptiuè probetur communis æstimatio, num.*8. *quot venditiones esse oporteat, iudicis arbitrio relinquitur, n.*9.

L. Ad rescindendam. IV.

Iidem AA. *Eudoxio.*

PEr instrumentum emptionis quondam factæ 1
non probatur posteriorem emptionem esse iniustam. Per instrumenta emptionis antiqua non pro- 2
batur præsens rei valor. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*num.*1.*sup.hoc tit.*

Non sufficit quòd magno pretio fundum comparatum, 3
&c.] Notatur ad hoc quòd non sufficit quantum res constitit, sed quantum valeat, Bart.*in l.cùm emptor*, §.*fin.ff.de damn.infect.*Rebuff.*in l.vnic.n.*499.*C. de sentent.quæ pro eo.* Valasc.*cons.*43.*n.*6. Matiens. *in l.*1.*gloss.*2.*n.*3.*&* 4.*tit.*11.*lib.*5.*noua Recop.*

Nota quòd rei valor probatur ex instrumentis 4
venditionis eiusdem rei, si molta sint instrumenta intra breue tempus celebrata, quæ in pretio correspondeant, nam hoc casu plenè probant veram esse rei æstimationem, Cagnol.*in l.*2.*n.*233.*supr.hoc eod. tit.* Bursat.*cons.*99.*ver.quinimo*, Cephal.*cons.*261.*n.*16. Mascard.*de probat.concl.*658.*n.*1.*&* 5.dicit rei valorē 5
per instrumenta probari præsumptiuè, nō verò plenè & substantialiter. Item ex instrumentis vēditio- 6
num aliarum rerum similium existentium iuxta rem venditam rei valor æstimatur, ex Mascard. *dict.conclus.*658.*n.*9. Franc. Marc.*decis.*844.*num.*38.*part.*1.

Barz.

Barz. Bonon. decis. 22. num. 14. Bapt. Lup. in l. 2. §. 5. num. 112. vers. secundò probatur. C. de pactis inter empt.
7 dummodo huiusmodi res, & bona cótigua sint eiusdem qualitatis & bonitatis cum terris, vel fundo, de cuius pretio probando agitur. Alex. in l. in lege Falcid. §. corpora, ff. ad legem Falcid. Barz dict. decision. 22. num. 35. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 10. num. 17. Mascard. dict. conclus. 658. num. 11. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 461.
8 num. 14. Et instrumenta similium venditionum debent esse multa ad hoc vt ex eis saltè præsumptiuè probetur communis æstimatio. Dec. cons. 17. n. 32. lib. 2. Cardin. Mantic. d. tit. 20. num. 18. Gratian. dict. cap. 161. num. 15. Mascard. vbi sup. num. 9. vbi ex Ca-
9 gnol. tradit in iudicis arbitrio residere quot venditiones esse oporteat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dolo initus cum accessorijs rescinditur. & Venditio dolo facta non subsistit, & n. 2. limitant communiter quando dolus est commissus ab vtraque parte, num. 3.*
4 *Dolus nunquam præsumitur nisi probetur, & alleganti dolum incumbit probatio.*
5 *Dolus probatur indicijs, & præsumptionibus. scil. si emptor vēdiderit rem suppresso eius vitio, quod si emptor agnouisset, non emisset, num. 6. ex enormi, seu enormissima læsione, num. 7. ex mendacio, si ex eo mendax aliquod commodum, seu lucrum consequitur, num. 8. ex persuasionibus, quando quis alicui persuasit, vt aliquid faceret, qui quidem dolus dicitur, ex proposito, num. 9. in eo, qui suppressit secum contrahenti qualitatem suæ personæ priuilegiatæ, n. 10. ex nimia & insolita diligentia, n. 11. in eo qui contrahit cum aliquo sine debitis solemnitatibus iuris, num. 12. ex personarum qualitate, n. 13. ex actu clandestinè facto, n. 14.*
15 *Dolus vel est verus, vel præsumptus.*
16 *Dolus verus quis.*
17 *Dolus præsumptus quis.*

L. Si dolo. V.

Iidem AA. Rufo.

1 Dolo cótractus initus cum accessoriis rescinditur, & venditio dolo facta non subsistit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.
2 Hanc eandem conclusionem. ex hoc text. desumunt l. Hisp. 57. tit. 5. par. 5. vbi gloss. 1. & 2. Corras. lib. 2. miscel. c. 8. num. 4. Barnab. Cornazan. decis. 135. num. 2. Rebell. de obligat. iustit. par. 1. lib. 1. quæst. 6.
3 sect. 1. num. 8. & par. 2. lib. 9. quæst. 4. num. 3. Limitant communiter Doctores quando dolus est commissus ab vtraque parte, quia tunc dolus cum dolo compensatur, l. fin. § sed stipulator, ff. de eo per quem fact. l. viro atque vxore, ff. solut. matrim. Sebast. Medices de compens. p. 1. q. 37. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 267. num. 17. Caroc. de deposito, par. 3. tit. aduersus quos detur actio depositi, num. 10.
4 Dolus nunquam præsumitur, nisi probetur, & alleganti dolum adfuisse, incumbit onus probandi, vt per Mascard. de probat. concl. 531. n. 1. cum seqq. Decian. cons. 32. n. 4. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 14. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 2. tit. 7. num. 1. Farinac. in praxi crimin.
5 tit. de pœnis temper. q. 89. n. 2. Probatur autem dolus
6 indiciis, & præsumptionibus. Primò si emptor vendiderit rem suppresso eius vitio, quod emptor agnouisset, non emisset. l. si vim la 2. ff. de pericul. & commod rei vend. l. 1. §. 1. ff. de action. empti, Crauet. consil. 83. num. 3. & cons. 221. num. 8. & cons. 281. num. 7. Bossi. in tit. de crimine stellion. in fine, Mascard. concl. 532. num. 12. Sfort. de restit. in integ. quæst. 83. n. 24. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 73. Farinac. d. quæst. 89. n. 111. vt in eo, qui rem onere aliquo grauatam absque eius expressione vendidit, Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 45. vers. aduertendum, Padil. in l. si aquam 2. num. 14. C. de seruit. & aqua, Villadieg. l. 8. n. 12. tit. 4. lib. 5. fori legum. Secun- 7
dò ex enormi, seu enormissima læsione, Pinel. in l. 2. C. hoc tit. par. 1. cap. 4. num. 21. Cephal. cons. 367. n. 12. Roland. cons. 59. num. 25. lib. 1. Villalob. in erario commun. opin. lit. D. n. 91. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 18. num. 55. Brunor. à Sole in locis communib. verbo dolus præsumitur, Mascard concl. 532. n. 27. cum seqq. Menoch. cons. 371. num. 25. & de præsumpt. lib. 6. præs. 3. n. 69. Vincent. de Franchis decis. 247. n. 1. Farin. d. q. 89. n. 140. D. Barbos. in l. 1. ff. solut. matrim. p. 5. n. 51. Aldouin. cons. 1. n. 98. Carol. de Grassis in tract. de exceptionib excep. 22. num. 27. Tertiò ex mendacio, si 8
ex eo mendax aliquod commodum, seu lucrum consequitur, l. si quis affirmauit, §. 1. l. quod venditor, & l. eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dolo, Menoch. dict. præsumpt. 3. num. 53. Mascard. d. concl. 532. n. 19. Farin. d. quæst. 89. num. 104. Surd. decis. 21. n. 30. vt procedit in eo, qui falsa expressit, seu asseuerauit, vt colligitur ex d. §. 1. Decian. cons. 32. n. 24. & 9. l. 3. Bec. cons. 106. num. 13. Mascard. concl. 531. num. 7. & 37. Farinac. d. quæst. 89. num. 106. Idem præsumitur in eo, qui firmabat pro vero illud, quod ignorabat esse verum, Menoch. d. præsumpt. 3. num. 55. Farin. d. q. 89. num. 109. Giurb. decis. 43. num. 11. vbi idem dicit de eo, qui dicit idoneas habere facultates cùm non esset soluendo, ex Mari. Antonin. lib. 1. var. resolut. lib. 1. resolut. 4. n. 1. Mart. de iurisdict. par. 4. casu 123. n. 16. cum seqq. Quartò ex persuasionibus quando 9
quis alicui persuasit vt aliquid faceret, qui quidem dolus dicitur ex proposito, l. cùm quis, & ibi Bart. ff. de dolo, Roland. cons. 57. n. 7. Crauet. cons. 192. n. 15. Mascard. d. concl. 532. n. 39. Farin. d. q. 89. n. 107. vbi tenet dolum ex falsa persuasione resultantem dici dolum verum. Quintò præsumitur dolus in eo, qui 10
suppressit secùm contrahenti qualitatem suæ personæ priuilegiatæ, Menoch. d. lib. 5. præs. 3. num. 76. Sextò oritur ex nimia & insolita diligentia, l. si quis 11
sub conditione, ff. de condit. instit. Boccac. in consilt. Pini gloss. 8. num. 104. Mascard. d. concl. 532. num. 118. Menoch. cons. 109. num. 35. & d. præsumpt. 3. num. 102. Farin. d. q. 89 n. 121. vbi n. 122. tenet quòd ex insolita cautela similiter præsumitur dolus, & n. 124. subdit dolum præsumi ex insolitis clausulis, & n. 125. ait similiter ex actu insolito doli præsumptionē resultare. Septimò præsumitur dolus in eo, qui, cótra- 12
hit cum aliquo sine debitis solemnitatibus iuris, l. si quos, inf. hoc eod. tit. vbi dicā Octauò præsumitur do- 13
lus ex personarum qualitate, veluti quando multum sagax contrahit cum pupillo, minore, muliere, vel simili persona, quorum fragile est consilium, Crauet. cons. 282. num. 2. Menoch. d. lib. 5. præsumpt. 3. num. 10. Hieron. Leo decis. 9. num. 8. Farin. d. quæst. 89. n. 74. & 79. Nonò præsumitur dolus ex actu clandestinè 14
facto, l. 1. C. de interd. matrim. vbi dicemus.

Dolus, vel est verus, vel præsumptus. Verus dici- 15
tur ille, de quo per indicia, coniecturas, & præsumptiones à iure approbatas constat. Vnde verus dolus 16
non probatur nisi animus decipiēdi probetur, Boer. decis. 100. num. 3. Vincent. de Franchis decis. 108.

Hieron. Leo *d. dec.* 9. Giurb. *dec.* 43. *num.* 9. ac vt dolus verus dicatur, præsumptiones & indicia debent esse perspicua, & quæ non possint trahi in malam partem, Surd. *d. dec.* 216. *num.* 10 vbi quando indicia sunt manifesta, & in fraudem concludunt, Sfort. *de in integ. rest. part.* 2. *quæst.* 81. *art.* 1. *num.* 2. vbi dicit quòd dolus verus est, qui ex præsumptione necessariaresultat & probatur, Grammat. *cons.* 30. *num.* 10. Farin. *in praxi crim. quæst.* 88. *num.* 4. & 5. vbi *n.* 8. verum dolum esse dicit, etiamsi indiciis, & præsumptionibus probetur si sunt manifesta, & euidentia. Dolus verò præsumptus est qui ex in-
17 dieiis non manifestis, nec omnino concludentibus, sed tantùm probabilibus colligitur, Bald. *in l. qua fortuitus à num.* 7. *C. de pignor. act.* Plot. *de in litem iurando* §. 50. *num.* 31. Sfort. *d. quæst.* 83. *art.* 1. Fulu. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 163. Menoch. *d. lib.* 5. *præs.* 2. *à n.* 6. Surd. *dec.* 216. *num.* 4. Farin. *d. quæst.* 88. *n.* 13. Exemplum huius doli solet assignari quando quis sciens se teneri ad aliquid faciendum, dandum, præstandúmve, negligit, & omittit facere, quia esse potest quòd id faciat non fraudandl, aut decipiendi animo, sed ex alia causa. Et quamuis inter dolum præsumptum, & verum multæ & notabiles sint differentiæ, nulla tamen probabilis potest constitui inter vnum & alterum, cùm agitur de annullatione contractus, Ioseph. Ludou. *Perus. dec.* 18. *num.* 61. Cephal. *cons.* 405. *num.* 13. *lib.* 3. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. Surd. *cons.* 49. *n.* 42. *in fine*, & 43. Menoch. *cons.* 411. *num.* 12. Borrell. *cons.* 4. *num.* 6. Fachinæ. *controuers. lib.* 2. *cap.* 16. *vers. monet secun-de*, quoad effectus enim dolus præsumptus dolo vero, & ex proposito æquiparatur, Roland. *cons.* 7. *à n.* 42. *lib.* 3. & *cons.* 60. *n.* 66. *lib.* 4. Surd. *d. cons.* 49. *n.* 39. & 40.

L. Non est probabilis. VI.

Iidem AA. *Gratiano.*

1 VEnditio licitè celebrata non rescinditur pretio etiam venditionis in dupli quantitate oblato. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 61. *tit.* 5. *par.* 5. *vbi gloss.* 2. Conan. *comment. iuris lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 10. Deci. *cons.* 592. *circa fin.* Villadieg. *l.* 8. *num.* 4. *vers. sic ergo tit.* 4. *lib.* 5. *fori iudgo*, Cephal. *cons.* 132. *à num.* 36. *lib.* 3. Surd. *dec.* 253. *n.* 2. Didac. à Britto *ad rub. de locato & conducto par.* 2. §. 2. *n.* 27. *in medio.*

L. Ratas manere. VII.

Iidem AA. *Muraculo, & aliis militibus.*

1 MIliti per rescriptum non licet à venditione legitimè perfecta altera parte inuita recedere. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 61. *tit.* 5. *part.* 5. *vbi gloss.* 1. Ias. *in rep. l. si abrogatur num.* 21. *in fine ff. de adoption.* Surd. *dec.* 253. *in princ.*

Allegari solet ad hoc quòd dato vno inconuenienti plura sequuntur, vt per Decian. *cons.* 14. *n.* 24. *lib.* 3. Marc. Ant. de Amatis *Marchia dec.* 130. *n.* 26. Sarmien. *select. l.* 2. *c.* 2. *n.* 9. *in medio.*

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta paulo viliori pretio non rescinditur nisi dolus interuenerit, aut metus, & dolus metúsque probatus sit, & n.* 2.

3 *Conclusio sola attenditur & obligationem inducit, non quod tractatur, & dicitur, & n.* 4.

5 *Contractus celebrati tempus attenditur in consideranda læsione, & n.* 6. *Amplia.*

I. tempus contractus attendendum esse ad læsionem probandam, etiam cùm agitur de restitutione in integrum. n. 7. *idem tempus considerandum cùm agitur de reuocanda donatione ex eo quòd fuit inofficiosa, n.* 8.

II. in constitutione dotis, cùm filia se incongruè dotatam fuisse contendit, & renuntiationem legitimæ à se factam rescindi ex beneficio legis. num. 9.

III. quando filia fuit donata vt nuberet, & hæreditati paterna non renuntiaret. n. 10. *intellige vt n.* 11. *Limita.*

I. nisi traditio rei, & executio contractus conferatur in futurum. n. 12.

II. contractu conditionali, quamuis in aliud tempus conferatur. n. 13.

III. in contractibus qui habent effectum successiuum respicientem futura tempora. num. 14. *Aduerte vt num.* 15.

L. Si voluntate. VIII.

Iidem AA. *Enodiæ:*

VEnditio facta paulo viliori pretio non rescin- 1
ditur nisi dolus, aut metus interuenerit, & dolus, metúsque probatus sit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. Hisp.* 56. *tit.* 5. *par.* 5. *vbi gloss.* 4. *in princ.* & *gloss.* 7. Cephal. *cons.* 735. *l.* 5. Roland. *cons.* 90. *n.* 12. & 13. *l.* 3. Menchaq. *controuers. vsufreq. l.* 3. *c.* 61. *n.* 3. *vers. vnde si quis.*

Et ad illud quod decipere se possunt adinuicem 3
contrahentes, vide adducta per me *in collect. ad l.* 2. *super gloss. verbo humanum, sup. hoc eod. tit.*

Quòd si videlicet, &c.] Notatur ad hoc quòd sola 4
conclusio attenditur atque obligationem inducit, & non quod tractatur, & dicitur, vt per Tiraq. *ad fin. tit. de retract. conuent. num.* 14. vbi quòd sola conclusio dicitur esse contractus, Menoch. *de arbitr. casu* 470. *num.* 3. Caputaq. *dec.* 16. *num.* 2. & *dec.* 92. *num.* 1. *par.* 3. Gonzal. *d. reg.* 8. *Cancel. gloss.* 63. *num.* 34. Et hunc textum singularem, & vnicum dicit Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *vers. item etiam persequendo*, ad hoc quod præparatio contractus sunt illa verba producta in ipso fieri, antequam perficiatur, & absoluatur ipse contractus.

Quod fuerat tempore venditionis datum, &c.] No- 5
tatur ad hoc quòd tempus celebrati contractus attenditur in consideranda læsione, vt per Cagnol. *num.* 213. Cremen. *à n.* 168. Pinel. *par.* 3. *c. fin. num.* 15. & Padil. *num.* 70. *in l.* 2. *sup. hoc eod. tit.* Guid. Pap. *dec.* 157. Crauet. *cons.* 114. *num.* 16. & *cons.* 151. *num.* 7. & *cons.* 188. *num.* 4. Roland. *cons.* 59. *num.* 36. *l.* 1. Anton. Gabr. *commun. l.* 3. *tit. de empt. concl.* 1. *n.* 47. Rebuff. *de eo quod interest*, *n.* 492. Osasch. *dec.* 41. *n.* 5. Curt. iun. *cons.* 1. *col.* 5. *circa fin.* Cephal. *cons.* 563. *num.* 48. *l.* 4. Matiens. *in l.* 1. *gloss.* 4. *n.* 1. *tit.* 11. *l.* 5. *noua Recop.* vbi Axeued. *num.* 12. Seraphin. *de priuilegiis*

priuilegiis iuram.priuil.93. num. 91. vbi pro regula tradit quòd in contractibus attenditur tempus celebrationis ipsius,& non quòd postea superuenerit, Surd cons.52.num.48.& cons.151.num. 71.& de alimentis tit.7.quæst.34.n.6.& tit.8 priuil. 56. n.79. Menoch.cons.358.num.13.Caputaq.decis.264.num.9. part.3.Viui.decis.436.num.13.Cardin.Mantic.de tacitis,& ambig.conuent.l.4.tit.16.n.57.& tit.20. n. 51. Cardin.Tusch.practic.concl.lit. L.concl.195.& lit. V. concl.13.num. 1. Ceuall. commun. quæst. 664.num.1. Giurb.decis.105.num.2. Amatis Ferraria decis.47.n. 5.Gutier.de gabellis quæst.147.n. 8. & 9. & de tutel. par 2.cap.22.n 11.D.Barbos.in l.par.5.num. 52. ff. soluto matrim Molin.de iust.tract.2.disp.349.vers.pretium autem iustum.

7 Amplia primò tempus contractus attendendum esse ad probandam læsionem,etiam cùm agitur de restitutione in integrum,vt per Giurba d decis.105. 8 num.3.vbi num.4. subdit idem tempus considerandum esse cùm de reuocanda donatione agitur ex eo quòd fuit inofficiosa.

9 Amplia secundò in constitutione dotis,cùm filia se congruè dotatam fuisse contendit, & renuntiationem legitimæ à se factã rescindi ex beneficio l.2.sup.hoc eod.tit.nam læsio consideranda est inspecto tempore dotationis,& renuntiationis,& habito respectu ad facultates,quas pater eo tempore habebat,& non quas reliquit tempore mortis, Paris. cons.29.num.89.lib.3.Ruin.cons.56.num. 13. lib. 5. Grammat. decis.57.num.34.cum seqq Brun. de stat. excl.fœmin.art. 9. princ. quæst. 1. in fine vers. contraria, Boër. decis.61. Cou. in cap. quamuis pactum par.3.§. 4.num.7. vers. septima conclusio, & in fine, Menchaq.de success creat.lib.1.§. 8.a num. 79. Anton.à Sola in constit. Sabaudiæ tit de alienat.min. gloss. 2.num. 22.Laderch.cons.35.à num.5. Hieron. Gabr. cons.142.num.8 & 9.lib.1.Decian cons 6.num.57.& 74.volum.1.Bertaz.cons.7.num.5.Honded.cons.10. à num.33.lib.1.Henriq.cons. 15.per tot.Menoch cons. 6.num.21.& 22.& de arbitr. casu 149.num.16. & 17. vbi tempus constitutionis dotis, & non mortis inspiciendum esse comprobat,Molin.de primog.lib.2. cap.3.num. 29 Cardin.Mantic. de tacitis, & ambig. conuent.lib.12.tit.14.Ioseph.Roman. cons.1.num. 13. Caualcan decis 3.à num.15.& decis.81.num. 105. pa. .Mastrill. Sicilia decis. 1.num. 15. Anton. Fab. in suo C.od.lib.3.tit.25.de inoffic. testam. definit.21. & 23. Fontanell.de pactis nupt.tom.2.claus.5. gloss.8. par.1.num.8.cum multis seqq.& claus. 9.gloss. 9.part. 1.num. 18 17.33.& 34.

10 Amplia tertiò,quando filia fuit dotata vt nuberet,& hæreditati paternæ non renuntiauit,si pater congruè filiam non dotauerit iuxta facultates,quas habebat,& secundùm qualitatem personarum, & morem regionis, & filia egerit ad supplementum dotis,quia inspicienda sunt bona, quæ pater tempore dotationis habebat,Fontanel.d.gloss. 8.par.1. num.13. quando enim filia agit ad rescissionem renuntiationis,& ad supplementum dotis, nihil est quod ei impediat agere in vita patris, si existimat minus iusto fuisse sibi pro dote datum,Anton. Sola d.tit.de alienat.bonorum min. & mul.gloss. 2.num.13. Ioseph.Ludou.Perus.decis.21.num.53.& 54. Fontanel d.claus.5.gloss.8.num.12.in fine,& d.claus.9.gloss. vnic.par.1.num. 17. & 28. Intellige quoad inspiciendum an filia fuerit læsa, vel non, & quoad supplementum dotis, inspici valorem bonorum, quæ pater tempore dotationis habebat, si filia incongruè dotata reperitur, & filia respectu eorum bonorum supplementum dotis statim petere poterit: supplementum verò legitimæ inspecto valore bonorum, quæ pater tempore mortis relinquit, & in hoc casu perinde haberi debet ac si non fuisset dotata, l. quoties, ff.qui satisd. cog.l. vlt.omne §.1. ff. de verb. oblig. non enim sufficit patrem filiæ dotem dare,sed oportet eum dotem congruam præstare,vt ab onere dotandi liberetur, Cephal. consil. 50 .num.11.Cardin. Mantic d.lib.1 .tit.24.à num.8. vers.aut verò filia, Castill quotid.lib.5.cap.2.num.88. & 89. Fontanell.d.claus.9 part.1.num.4 .& 41. vbi dicit quòd si filia fuit incongruè dotata, & pater testatus decessit, potest supplementum legitimæ consequi, ac si nulla renuntiatio facta esset, & si pater intestatus obiit quòd succedet cum fratribus in virili portione ab intestato, Maynard. Tholos.decis.20.num.1.& 2 lib.4 Anton.Fab in suo Cod.lib.2. tit.2.de pactis def.nit.8. & lib.3.tit.19.definit.23.Fontanell.d.n.12.

Limita primò,nisi traditio rei, & executio contractus in futurum conferatur, nam tunc non tempus contractus,sed traditionis attendi debet. & respectu illius temporis valor est considerandus,Paris. cons.vlt.num.26.lib.2.Burg.de Paz [illegible], de empt.super gloss.2.num.36. Pinel.in l.2.sup.hoc eod. tit.part.3.cap.fin.n.16. Mascard.de probat.concl. 403. num.30 Matiens. l.1.gloss.4.num.3.tit.1 lib.5.recop. Surd.cons.52.num.149.& 50. Card. Mantic de tacitis & ambig.conuent.lib.4.tit.20.num.5.Gutier. de gabellis quæst.147.in fine. 12

Limita secundò in contractu conditionali,quamuis in aliud tempus conferatur,nam tunc tempus,in quo dispositio confertur,inspiciendum est,l.Stichum 39.ff.de manum.testam.l.quod sponsa 4.C.de donat.ante nupt.Anton Fab.d.d finit.23.n.16. 13

Limita tertiò in contractibus, qui habent effectum successiuum respicientem futura tempora,qui licèt à principio non contineant læsionem, si incipiunt eam continere, habito respectu ad tempus, post contractum rescindi poterunt, Natt.cons.548, num.36.Rimin.iun.cons 59.num.71.cum seq.Roland. cons.1.à num.168.lib.2. vbi multis modis exemplificat, Pinel.in d.l.2.part.3.cap. 1.num. 27. Seraphin. de Priuileg.iuram.priui.83.n.95.Cancer.var.lib.2.c.1. num.253. 14

Aduerte quòd quamuis in rebus mobilibus,præsertim victualibus vt testes probent, debeant facere mentionem de tempore contractus, quia in his facilè,& intra paucos dies pretia variantur,& sic non debeant se referre in specie ad diem contractus,vel ad illam hebdomadam, sed ad plures dies ante, & pòst, ne sequatur absurdum quòd pretium consistat in momento temporis, cuius æstimatio non attenditur,Cremen.in d.l.2.num.24. Boër.decis 68.num.6. Matiens.in d.l.1.gloss.4.num.4. vbi Azeued. num.12. Mascard.concl.657.num.67.& concl.659.num. 2. & concl.1403.num.36. Valasc.cons.41.num. 28. Gutier. de gabell.quæst.117.num.21.& 22.Stephan. Gratian, discept.forens.cap.461.num. 1. & 3. Nihilominus tamen rebus immobilibus non requiritur ista probatio anterioris, vel posterioris temporis,sed sufficit quòd tempus conuentionis inspiciatur,& de eo articuletur,& testes deponant,quia iura ad illud tantùm se referunt, ita Cagnol in d.l.2. Paris.cons.16. num.83.lib.2. Caputaquen. decis.254. num.9. part.3. Cacheran.decis.41.num.5. Crauet. cons.14.num.16. Cephal.cons.403.num.42. lib. 3 Menoch.cons. 358. num. 3.Surd cons.151.num. 71. Cardin. Mantic. d. lib.4.tit.20.num.51 Et iudex si velit quoad referendos testes ad tempus contractus, potest officium suum interponere,& eos ex officio suo interrogare 15

ad

an de tali tempore intellexerunt, ne iustitia partis pereat, Matienſ *in d.l.1.gloſſ.1.num* 18.*in fine tit.*11. *lib.*5.*noua Recop.* Valaſc.*conſ.*43.*in fine*, Gutier.*d.q.* 147.*n.*22.

SVMMARIVM.

1 *Pretio æquipollenti pecora pro numeranda pecunia data.*
2 *pro Pretio emptionis dari poſſunt res in ſolutum.*
3 *Pecunia numerata licèt interuenire debeat in venditione, hoc tamen intelligi debet reſpectu conuentionis, non verò numerationis.*
4 *Conuentio, non pretij numeratio perficit emptionem ſine ſcriptis habitam.*

L. Pretij cauſa. IX.

Iidem AA: Domitio.

1 PRo pecunia numeranda data pecora pretio
2 æquipollent. Pro pretio emptionis res in ſolutum dari poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*n.*1.*ſup.hoc tit.*

3 Licèt pecunia numerata debeat interuenire in venditione, hoc tamen intelligi debet reſpectu conuentionis, non verò numerationis, quia, vt elegãter
4 dicit Vlpian. *in l.*2.*ff.de contrah.empt.* non prætij numeratio, ſed conuentio perficit emptionem ſine ſcriptis habitam: vnde conuentione habita de pretio in pecunia numerata (ſicut in caſu huius l. factum extitit) licèt poſtea loco pretij detur ſpecies æſtimata, vera emptio contrahitur. Vide Bart. *in l.* 2.*in princ.num.* 3.*ff.ſi certum pet.* Tiraq.*de retractu lign.*§.1.*gloſſ.*14.*num.*2.*& tit.*2.§.1.*gloſſ.*14.*n.*11. Petr. Greg.*ſyntagm.iuris part.*3.*lib.*15.*cap.*12.*n.* 5. Laſarte *de decima vend.cap.*7.*n.*51. Pinel.*in rub.C.de reſcind. vendit. par.*2.*cap.*2.*n.*16.*verſ.nec*, *& cap.* 3.*num.* 1. Gaſp. Roder. *de annuis redditib.lib* 1.*quæſt.*13.*num.* 3. Felician.*de cenſib.tom.*1.*lib.*1.*cap.*4.*num.*11. *col.* 2. *in med.* Auendan. *eod.tract. de cenſib. cap.*37.*num.* 13. Mozz. *de contractib. tract. de empt. & vendit. tit. de ſubſtantialib.empt.& vendit. num.*13.*&* 14. Morl. *in emporio iuris part.*1.*tit.*9.*in prælud. num.* 25. vbi dicit quòd in hac lege à principio conuentum fuit circa pretium pecunia numerata, quod ſufficit ad veram rationem emptionis, quamuis poſtea tempore ſolutionis conſentiente creditore, venditore nempe, aliud detur loco pecuniæ, Cardin. Mantic.*de tacitis & ambig.conuent.tom.*1.*lib.*4.*tit.* 19.*num.*5. vbi *num.*7. ait hunc text. loqui quando à pretio fuit facta conuentio de pretio in pecunia numerata. & poſtea res æſtimata loco pecuniæ data eſt in ſolutum, Nauar. *conſ.*1. aliàs 13.*de empt.& vendit.* Fontanell.*de pact. nupt.tom.*1.*clauſ.*4.*gloſſ.*18.*part.*2.*num.* 14. vbi tenet quòd licèt in quolibet contractu emptionis conſtitui debet pretium in pecunia numerata, vulg.§.*item pretium*, *Inſtit.de empt.& vendit.* non tamen eſt neceſſe quò in illa ſoluatur, ſed immo poteſt in pecoribus. vel alia re de conſenſu partium ſolui abſque eo quòd contractus emptionis irritetur, vel talis deſinat eſſe, Pichard.*in d.*§. *pretium num.* 17. vbi dicit quòd ſufficit ad contractus valorem ſi de pretio conuentum ſit, quamuis numeratio non intercedat, & hinc ſubdit quòd cùm in hoc text. à principio in pecunia numerata conuentum eſſet, quamuis ex poſt. facto inter eos contrahentes conueniatur, vt pretij cauſa, & in ſolutum pecora traderentur, ex hoc non annullatur contractus, *& in* §. 2. *num.* 4. *&* 12.*eod.tit.& in princip.num.*55.*Inſtit.quibus modis re contrah.oblig.* Cald. Pereira *de empt.& vendit.c.*18. *num.*23.

SVMMARIVM.

1 *Dolus emptoris æſtimatur ex qualitate facti, non ex paruitate pretij, & num.*2.*ex quibus indiciis & præſumptionibus probetur dolus, remiſſiuè. num.*3. *ſi res dolo emptoris fuit vendita, & emptor poſtea in alium, domicilium tranſtulerit, non competit rei vendicatio venditori contra illum tertium, num.*4. *etiamſi dolus dederit cauſam primæ vendicationi, ac proinde fuiſſet nulla num.*5.

L. Dolus emptoris. X.

Iidem AA. Seuero.

DOlus emptoris ex qualitate facti, non ex paruitate pretij æſtimatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1.*n.*1.*ſup.hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Roderic. Xuar. *alleg.*23.*n.*22.*in fine* Pinel. *in l.*2 *ſup.hoc eod.tit.part.*1.*c.*4.*num.*23. Barnab. Cornaz. *deciſ.*236.*num.*18. Et quibus indiciis & præſumptionibus probetur dolus, dixi *in collect.ad l.ſi dolo* 5.*ſup. hoc eod.tit.* 2 3

Et Tiraq.*in l.ſi vnquam*, *verbo reuertatur*, *n.*325. *C. de reuoc. donat.* ex hoc text. colligit quòd ſi res dolo emptoris vendita fuit, & emptor poſtea in alium dominium tranſtulerit, nõ competit rei vendicatio venditori contra illum tertium; & ſubdit gloſſ.*in præſenti*, *verbo rei vendicatio*, dicere id procedere etiamſi dolus dederit cauſam primæ vendicationi, ac proinde nulla fuiſſet. 4 5

SVMMARIVM.

1 *Contractus tenet, licèt pretium non ſit vſquequaque conueniens.*
2 *Dolus non infertur ſcienti, limita quando ſciens calliditate fuit ſeductus, n.* 3.

L. Venditor factum. XI.

Iidem AA. Magnæ.

LIcèt pretium non ſit vſquequaque conueniens, contractus tenet: quia ſcienti non infertur dolus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.*1. *ſup.hoc tit.* 1

Vide Morlam *in emporio iuris ciuilis part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.*10.*num.*7.*verſ. denique*, vbi quòd procedit hic text. cùm alter ex contrahentibus dicebat ſe circumuentum dolo, hunc enim excludit ſcientia & conſenſus eius, qui ſe deceptum allegat, neque doli prætextu poteſt ex modica læſione in pretio agere aduersùs contractum.

Allegari ſolet hic text. ad hoc quod ſcienti non infertur dolus, vt per Sim. de Prætis *conſ.*15.*num.*9. *&* 10. Cardin. Tuſch.*pract.conclu.ſ.tom.*2.*lit. D.concl.* 589.*num.* 1. vbi *n.*2. limitat quando calliditate fuit ſciens ſeductus & ſollicitatus, refero ego ipſe *de Axiomat.iuris vſufreq.axiom.*76.*n.*9. 2 3

SVM

SVMMARIVM.

1 *Venditio propter munus publicum, vel vrgens debitum, viliori pretio facta, non rescinditur.*
2 *Contractum non reddi inefficacem propter necessitatem rei familiaris.*
3 *Venditorem non rescindi etsi venditor dicat vendidisse ex necessitate.*

L. Non idcirco. XII.

Iidem AA. *Antiocho.*

1 VEnditio facta viliori pretio propter munus publicum, vel vrgens debitum, non rescinditur.
2 Item necessitas rei familiaris contractum inefficacem non reddit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*
3 *Sumptibus necessariis vrgentibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd venditio rescindi non potest, etsi venditor ex penuria vendidisse dicat, vt per *l. Hisp. 62. tit.5.part.5.* Pinel. *in l.2.sup.hoc tit.part.2.cap.2.num. 36.* Matiens. *in l. 1.gloss.8.num.37.tit.11.lib.5.nouæ Recop.*

SVMMARIVM.

1 *Protestatio, & denuntiatio facta ab eo, qui non habet ius protestandi, & denuntiandi, non releuat, & num.2.*
3 *Denuntiatio illius, cuius non interest, non nocet.*
4 *Denuntiatio à quo facienda sit, remissiuè.*

L. Si maior. XIII.

Iidem AA. *&* CC. *Nicæ.*

1 PRotestatio, & denuntiatio facta ab eo, qui non habet ius protestandi, & denuntiandi, non releuat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. sup.hoc tit.*
2 Hanc eandem conclus. tenent Bart. *in l.non solùm, §.morte, num.11.& 32.ff.de noui oper.nunt.* Tiraq. *de retractu lig.§.56.gloss.2.num.10.* Menoch. *de præsumpt. lib.1. præs. 97. num.26.* dum habent, quòd protestatio non consistens in potestate hominis, nihil prodest.
3 Notatur ad hoc quòd denuntiatio illius, cuius non interest, non nocet, vt per gloss. *hîc, verbo de-*
4 *nuntiauit.* Quis autem denuntiationem facere valeat? vide Caballin. *de euiction.§.3.in addit.* vbi quòd ab emptore denuntiatio est facienda, vel ab eius procuratore speciale, aut generale mandatum habente. De singulari successore, hoc est, qui rem à primo, vel secundo emptore habuit titulo oneroso, vel lucratiuo, quòd suo immediato venditori, vel auctori debeat denuntiare, non verò primo venditori, à quo res illa, de qua lis agitur, descendit, quia diuersi sunt tituli, & contractus, diuersique etiam sunt contrahentes, & ex quolibet propria & noua oritur actio de euictione, quam contra primum venditorem, vel auctorem exercere non potest, cùm eum non habeat obligatum. Vide Anton. Gom. *tom. 2. var.cap.1.num.46.in princ.* Caballin. *d.§.3.num.143.* Marant. *de ordine iudic.part.6.memb.5.num.9.* Bertaz. *de clausulis instrum.claus.27.gloss.1. ante num.2.* Pereg. *decis. 80.num. 13.* Cornazan. *Lucensi decis.212. num.1.* Cæs. Manent. *Mantic.decis.21.num.15.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. E. concl. 353. num. 5. cum seqq.* D. Barbos. *in l. venditor num. 13. ff. de iudic.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 31. num. 67.* Guzman. *in tract.de euictionib. quæst. 11. num. 2. cum sequentibus.*

SVMMARIVM.

1 *Venditio non rescinditur eo quòd emptor ex conuentione non soluit tributum Reip. nec rescinditur ob modum non seruatum præcisè, sed ad adimplementum per æquipollens actio competit. num.2.*
3 *Contractus nominati non rescinduntur propter causam non subsequentem, nec ex non implemento ex parte alterius contrahentium.*

L. Ea conditione. XIV.

Iidem AA. CC. *Basilicæ.*

VEnditio ideo non rescinditur quòd emptor ex conuentione non soluit tributum Rei. Ob modum præcisè non seruatum minimè rescinditur venditio, sed ad adimplementum per æquipollens actio competit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.* 1 2

Notatur hic text. ad hoc quòd contractus nominati non rescinduntur propter causam non subsequutam, nec ex non implemento ex parte alterius contrahentium, vt per Suar. *tom.1.commun.opin.lib.4. tit.30.num.13.pag.635.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap.8.prope fin. vers. ex quibus notabiliter*, vbi ait in hoc text. haberi quòd in contractu sola conuentione perfecto & nominato, non habet locum repetitio, sed pars potest agere contra aliam non parentem, actione ex ipso contractu, & remedio competenti ad obseruantiam contractus, vel interesse. Pinel. *in rub. C. hoc tit.part. 2.cap. 2.num. 18.* vbi ait sensum huius text. esse secundùm gloss. & omnes, vt ex pacto soluendi Reip. non desinat esse vera emptio, & venditio, & ideo licèt emptor non impleat ex sua parte, non repetitur res, nec agitur ad rescindendum contractum, sed tantum, vt emptor soluat: & refert plures conciliatores *ad l.cùm te, C.de pactis inter empt.* & tandem *num.19.prope fin.* concludit videri crebriùs intelligere scribentes quòd in specie *d.l.cùm te*, plus valebat, seu plus importabat res, vel factum præstandum ab emptore, quàm pretium ab eo dandum: è contrario autem in hoc text. plus erat in pretio conuento, quàm in facto, quod accedebat. Vide alia in collect. *ad l.cùm te.* 3

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta pretio viliori non rescinditur sub prætextu quòd quis ignorauerit qualitatem rei, & huius iustum pretium.*
2 *Venditor scientiam valoris rei suæ, & vires sui patrimonij habere præsumitur, & num.3.*
4 *in Venditione quando adest læsio vltra dimidiam iusti pretij, ignorantia præsumitur.*
5 *Paria sunt scire, & scire debere.*

L. Quisquis

L. Quisquis maior. XV.

Imppp. Grat. Valent. & Theodos. AAA. *ad Hypatium PP.*

1 VEnditio facta viliori pretio non rescinditur sub prætextu quòd quis ignorauerit qualitatẽ rei, & huius iustum pretium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Latè de interpretatione huius legis, vide Pinel. *ad l.2.supr.hoc eod.tit. part. 1. cap. 2. num. 30. cum seqq.* Matiens. *l.1.gloss.8.num. 41.tit. 11. lib. 5. noua Recopilat.*

2 Allegari solet hic text. ad hoc quòd venditor scientiam valoris rei suæ, & vires sui patrimonij habere præsumitur, vt per Dec. *cons.583.col.2.* Rimin. *cons.50.num.14.& 17.* Alphan. *collect.31.* Boër. *decis. 142.num.6.* Anton. Gabr. *commun.lib.6.tit.de regulis iuris, concl.5.num. 25. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.554.& concl.736.& 1105.* Surd. *decis.146.n.12. & 13.& decis.179.num.7.& cons.13.num.30.* Bertrand.
3 *cons.29.num.2. vol. 1.* Gregor. Lopez *l. 56. gloss. 4. prope fin.tit.5.part.5.* vbi ait quòd vbi quis paulo viliùs vendit præsumitur quòd sciuerit pretium rei, & subdit ita procedere textum in præsenti, Menoch. *de præsumpt.lib.6.præsumpt.23.num. 33.* vbi octo declarationes tradit, Morl. *in emporio iuris ciuilis, part.1.tit. 9.in prælud.n.90.* & licèt facti proprij scientia præsumatur, *l.plurimum, ff. de iuris & facti ignorant.c.ab excommunicato, de rescript.* hæc præsumptio non est sufficiens, quia tollitur ab alia fortiori, quæ est quòd quis nõ præsumatur iactare suum *l. cum de indebito, ff.de probat.* Menoch. *d.lib.1.præsumpt.19.num. 13.& lib.2.præsumpt.33.num.5.& lib.3.præsumpt.34.n. 23. & præsumpt.112.num.54.* quòd vna præsumptio tollatur ab alia, probat *l.diuus, ff.de restit. in integr.l.non solùm, ff.de ritu nupt.* Tiraquell. *in l.si vnquam, verbo donatione largitus, n.156. C. de reuocand. donat.* Menoch. *d.lib.1.præsumpt. 30. num. 1.* Surd. *consil.112. num.72.* & fortior vincit debiliorem, *l.ob carmen, §.si testes, ff.de testib.* Surd. *dict.cons.112.num.73.* est enim potentior præsumptio quòd quis non præsumitur iactare suum; quia est benignior, ne quis cum aliena iactura locupletetur, Menoch. *de arbitr.casu 472.n.7. & d.lib.1.præsumpt.29.num.5.* & quia ista est fundata in ratione naturali, nam à se ipso charitas bene ordinata incipit, altera in ratione ciuili, & quia ista euitat inæqualitatem, Menoch. *vbi supr.n.15. & 16.*

4 In gloss. *Paulo vilioris.* ibi, *secus ergo si vltra dimidiam*, &c. Notatur ad hoc quòd quando adest in venditione læsio vltra dimidiam iusti pretij, ignorantia præsumitur, quia in læsione ita magna quis non censetur consentire: vt per Dec. *cons.583.n.3.* Anton. Gabr. *commun.lib. 3.tit.de empt.& vend.concl.1. n.103.* Couarr. *lib.2.variarum cap.4.n.2.* Burg. de Paz *in cap.cum causa, n.20.de empt.* Menoch. *in d.l.1.gloss. 8.n.40.in fine*, qui omnes in læsione modica scientiam præsumi conueniunt.

5 In gloss. *Debuerat, fin.* ibi, *pro eodem ergo debet haberi ac si ipse sciuisset de his.* Notatur ad hoc quòd paria sunt scire, & scire debere, vt per Tiraq. *de retractu lign.§.12.gloss.1.n. 9. & ad finem tit. num. 43.* Ioseph Ludou. *Perus.decis.103.* Surd. *cons.105.n.23.* Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.194.num.1.* quos refero *de axiomatib. iuris vsufrequent. axiomat. 174. num.29.*

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio facienda est secundùm rei qualitatem.*
2 *Debitorum non soluendo existentium res sub hasta sine vllo damno, nec vllius gratia vendendæ.*
3 *Res immobilis æstimatur ex fructibus, & redditibus.*
4 *in Re æstimanda rei qualitas, & quantitas fructuum, consideranda est.*
5 *Rei qualitas licèt recipiat separationem à quantitate quæ pro ea inueniretur, si vendatur: attamen qualitas à quantitate fructuum minimè separanda est.*
6 *Venditio fundi, etiam debitoris Reipubl. ab executore facta, in subhastatione fienda.*
7 *Dolus præsumitur in eo, qui contrahit cum aliquo sine debitis solemnitatibus iuris, non procedere quando contractus contineret in se æquitatem naturalem, num.8. hæc præsumptio dicitur iuris, & de iure, & sic non admittit probationem in contrarium, num.9.*
10 *Dolus præsumitur in eo, qui contrahit cum minore sine solemnitatibus requisitis à iure.*
11 *inter alia requisita Venditioni factæ per fiscum, illud vnum est quòd venditio fiat pretio iusto.*

L. Si quos. XVI.

Impp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. *ad Magillum Vic. Africæ.*

ÆStimatio facienda est secundùm rei qualitatem. Item res debitorum non soluendo existentium sub hasta sine vllius damno, nec vllius gratia vendendæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.* 1 2

Et redditum quantitas æstimetur.] Notatur ad hoc quòd res immobilis æstimatur ex fructibus, & redditibus, vt per Pinel. *in l.2.supr.hoc eod.tit.part.3.cap.4. num.28.* Tiraquell. *de retractu tit.2.§.7.gloss.1. num.9.* Anton. Gom. *tom.2.variarum cap.2.num.15.* Caballin. *milleloq.iuris, part.1.milleloq. 300.* Menoch. *cons. 121.num.36.& de arbitr.casu 183.num.25. cum seqq.* Corduba de Lara *in l. si quis à libris, §. sed si filius, num.23.cum seqq.ff.de liberis agnosc.* Mascard. *de probat.concl.651.num. 1.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.lib.4.tit.20.num.10.* Cald. Pereira *post quæst.forens.cons.14.num.1.* Azeued. *ad l. 1. num. 76. tit.21.lib.4.noua Recopil.* Gutier. *de iuram. confirmat. part.3.cap.15.num. 10.* Vide posita *in collect.ad l.2 in fine, supr.hoc tit.* 3

Notatur etiam ad hoc quòd in re æstimanda ad qualitatem rei, & quantitatem fructuum, habendus est respectus, vt per Cagnol. *in d.l.1.n.233.* D. Barbos. *in l.maritum 13.num.17.ff.soluto matrim.* vbi addit quòd quamuis qualitas rei recipiat separationem à quantitate, quæ pro ea inueniretur si vendatur, *l.qui bonis 6.ff.de cessione bonorum*, secundùm communem intellectum, tamen qualitas à quantitate fructuum minimè separatur, vt probat hic text. & quòd ita debet explicari, *l.si fundus, ff.de rebus eorum.* 4 5

Hi postremò, &c.] Hunc text. notabilem & expressum asserit Anton. Gom. *tom.2.variarum cap.1.n.23.* ad hoc quòd remedium *l.2.supr.hoc tit.* habet locum etiamsi res sit vendita in publica subhastatione, de quo plures Doctores citaui *in collectan. ad dicta l.2. ampl.2.* 6

Notatur hic text. ad hoc quòd venditio fundi etiam debitoris Reipubl. ab executore facta, debet fieri

fieri in subhastatione, quoniam aliter non valet, vt per Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo emptio n.4.* Bertrand. *consf.155.n.4. vol.6.* vbi ex Angel. ait quòd text iste loquitur cùm propter debitum publicum fit distractio, Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli l.220.n.3.* vbi quòd intelligitur hæc lex in subhastatione coacta, & necessaria.

7 Notatur etiam ad hoc quòd dolus præsumitur in
eo, qui contrahit cum aliquo sine debitis solemnita-
ribus iuris, vt per Crauet. *consf.193.n.2. & consf.871.*
n.11. & conf.889.n.5. Plot. *de in litem iurando §.5.n.50.*
8 *& §.60.n.61.* vbi declarat hoc non procedere quā-
do contractus continet in se naturalem æquitatem,
Menoch. *de præsumption. lib.5. præsumpt. 4. num.79.*
9 *cum seqq.* Mascard. *de probat. conclus.1004. num.19.*
cum seqq. Farin. *in praxi crimin. q.89. a n.88.* vbi *n.90.*
subdit quòd hæc præsumptio dicitur iuris, & de iu-
re, & sic probationem in contrarium non admit-
10 tit, & *num.90.* quòd hinc dolus præsumitur in eo,
qui contrahit cum minore sine solemnitatibus re-
quisitis à iure.

11 In gloss. *Æstimetur.* ibi, *& bona fide ementi, & iu-
sto pretio*, &c. Notatur ad hoc quòd inter requisita
venditionis factæ per fiscum, illum vnum est quòd
venditio fiat iusto pretio, vt per D. Barbos. *in l. mora num.58. ff. soluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Venditiones facta in fraudem Reipubl. irritantur, & emptor conscius pretio emptionis mulctatur, & n.2.*
3 *Donatio facta à patre filio Clerico, vel exempto in fraudem collectarum & tributorum Regiorum non valet.*
4 *Possessio quando est translata in Clericum in fraudem collectarum, non desinit obligatio ad earum solutionem.*
5 *Fraus & dolus præsumuntur ex actu facto clandestinè præsumi in minore, rustico, muliere, num.6.*
7 *Clam fieri tribus modis dicitur, scil. naturâ facti, loci, & temporis.*
8 *Clam fieri quod fit ignorante eo, ad quem res pertinebat.*
9 *Actus clandestinus quis.*
10 *Actus clandestinè factus præsumitur, quando fit in loco secreto, vel celatè detinetur, itave non possit venire in notitiam eorum, quorum interest, etsi testes sint adhibiti.*
11 *Recipiens venditionem in fraudem fisci, & collectarum amittit rem emptam, vel ei donatam.*
12 *Alienans bona sua in fraudem collectarum, illis priuari debet.*
13 *Alienans bona in fraudem fisci, non obstante alienatione ad tributorum solutionem per capturam personæ compellendus est.*

L. Hi qui imposita. XVII.

Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Messalæ.*

1 VEnditiones factæ in fraudem Reip. irritantur, emptor conscius pretio emptionis mulctatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. quoad primam eius partem, desumunt *l. Hisp.59. tit.5 p.5.* vbi *gloss.1.* Coiae. *lib.16. obseru.13.* Mench. *de success.*

creatione lib.1. §.10. n.656. Mariens. *in l.11. gloss.2. & 4. & gl.5. n.6. tit.10. lib.5. nouæ Recop.* & ibi Azeu. *n.3.* Fortuer. *lib.2. select. c.13.* Gutier. *pract. lib.1. q.132. n.6.* Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli l.212. schol.1. n.3.* Flores de Mena *var. lib.2. q.21. §.2. à n.70.* Alfar. *de officio fisci gloss.16. n.186. & 101.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo emptio n.43.*

Vnde donatio facta à patre filio Clerico, vel exē- 3
pto in fraudem collectarum. & tributorum Regio-
rum non valet, vt per Mariens. Azeued. Gutier. Flo-
res de Mena, & Christoph. de Paz. *citatis locis*, Auen-
dan. *de exequendis mandat. lib.2. c.14. n.30.* Menoch. *d.*
§.10. n.654. cum seqq. Perez *l.1. col.2. & 3. vers. vnde si*
pater, & vers. hoc tamen intellige tit.3. lib.1. Ordin.
Duen. *Regul.300. limit.5.* Mari. Anton. *variar. resolut.*
lib.1. resol.88. n.8. vbi dicit quòd quando est translata 4
possessio in Clericum in fraudem collectarum, non
desinit obligatio ad earum solutionem, ex *l. sacra-
menta, & l. qui sub prætextu, C. de sacros. Eccles.*

Vel ineundos furtim existimant, &c.] Notatur ad 5
hoc quòd præsumitur fraus, & dolus ex clandestino
facto, vt per Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. n.13.*
& de pœnis temp. causa 11. Mascard. *de probat. conclus.*
532. n.43. & 44. & concl.815. n.13. Menoch. *de præ-
sumpt. lib.5. præsumpt.3. n.107. & præs.122. n.90.* Fari-
nac. *in praxi crimin. q.89. n.130.* vbi *n.131.* ampliat 6
præsumi in minore, rustico, & muliere, & *n.132.* ait 7
quòd clam dicitur tribus modis fieri, ex natura scili-
cet facti, natura loci, & ex natura temporis & *num.* 8
136. tenet clam fieri illud, quod fit ignorante eo, ad
quem res pertinebat, *n.137.* resoluit actum esse clan- 9
destinum quod fit sine testibus, & sine debita solem- 10
nitate; & subdit præsumi actum clandestinè factum
etsi adhibeantur testes, & conficiatur instrumentum
quando fit in loco secreto, vel clarè detinetur, itave
non possit venire in notitiam eorum, quorum inte-
rest, de quo Hieron. Leo *decis.9. num.17. tom.1.*

Mulctandum esse quod dederit.] Notatur ad hoc 11
quòd recipiens venditionem in fraudem fisci &
collectarum amittit rem emptam, vel ei donatam,
vt per Pen. *in l. fin. C. de ann. & trib. lib.10* Auendan.
in c. Prætor. part.2. cap.14. n.13. in fine, Vrsill. *ad Af-
flict. decis.72. num.12.* vbi dicit quòd alienans bona 12
sua in fraudem collectarum illis priuari debet, & *in
d. l. Hisp. 11. tit.10. lib.5 nouæ Recop.* statuitur quòd 13
non obstante alienatione ad tributorum solutio-
nem compellatur per capturam personæ, qui in
fraudem fisci bona alienauit.

SVMMARIVM.

1 *Proceres Palatij res subhastas à fisco, vel tales aureas & argenteas priuatorum emere prohibiti, & num.2.*
3 *Palatini qui.*
4 *In Correlatiuis dispositum in vno, non censetur dispositum in alio, etiam causa æqualitatis seruandæ, si inter correlatiua sit diuersa ratio.*

L. Vestium auri. XVIII. & vlt.

Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Nestorio Comiti rerum priuatarum.*

PRoceres palatij nō ement res subhastatas à fisco, 1
vel tales nō ement aureas, & argenteas priuato-

rum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumũt Grego. Lop *l. 5. verbo adelantado tit. 5. part. 5.* Conan. *comment. iuris lib. 7. cap. 7. num. 2.* Strach. *de mercatura p. 1. n. 16.* Rebuff. *in tract. excep. ion. num. 639.* vbi attestatur istam non seruari in Francia, Molin. *de Iustit. tr. 2. disp. 342. n. 4.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 9. in præmiss. n. 91.* vbi aduertit iura de hac eloquentia diuersimodè statuere. nam per leg. *in præsenti*, emptor pretium amittit per *l. non licet 46. ff. de contrah. emp.* quadruplo mulctatur, per *l. qui officij 6. ff. eod. & l. vnic. C. de contract. iudic.* nulla pœna afficitur, sed tantummodo rescinditur contractus. Et ad horum iurium interpretationem sic loquitur. Quapropter ad veram interpretationem constituẽdum est hæc iura loqui in longè diuersis speciebus, & ideo diuersas pœnas constituere. Prior ergo species fit in his, qui particularia negotia fisci administrant, vt sunt Comites rerum priuatarum, procuratores Cæsaris, quæstores, & exactores, ac alij similes: hi enim non possũt emere res fiscales, quas ipsi administrant, & circa quas negotia gerũt, quia sibimet venderent, aut locarent; quod quia maximam habet fraudis suspicionem, sub pœna quadrupli prohibetur; atque ita procedit *d. l. non licet.* quia sic accipit eam. Alciat *in l. Præsidi num. 9. ff. si certum pet.* & ab eo non relato Mariens. *in dial. relator. p. 3. cap. 27. n. 15. & 29.* & tanquam nouum tradit Conan. *lib. 7. comment. cap. 7. n. 2.* sed ante omnes Bart. *in d. §. quod à Præside.* Secunda species est quoties vendente Comite rerum priuatarum, vel alio, cui onus incumbit administrandi, vendendi, vel locandi res fiscales eius officialis conducit, vel emit ab eo res fisci, talis contractus non solùm rescinditur, sed etiam emptor non quadruplo, sed pretij amissione mulctatur, vt habetur *in hac l.* quæ ad hãc speciem referenda est: quoniam Palatini dicebantur apparitores Comitum rerum priuatarũ, de quibus *in tit. de Palat. sacr. larg. lib. 12.* qui quidem Palatini mittebantur à Comitibus in prouincias ad mouendum Præsides prouinciarum vt maturarent exactionem tributorum, iuxta iura sic intelligenda *in l. 2. & 3. C. de canon. largit. titul. lib. 10. & in l. 2. C. de collat. fund. fiscal. lib. 10.* Et in

3 hac significatione Palatini frequentissimè accipiuntur in constitutionibus, vt constat ex traditis à Cuiac. *de Palat.* Hi ergo Palatini prohibentur emere, vel conducere à Comite rerum priuatarum, vt *in l. vnic. C. quibus ad conduct. pred. fiscal. acced. non licet, lib. 11.* iuxta quam intelligendus est text. *in præsenti*, quod inscriptio indicat, quia vtraque ad Nestorium Comitem rerum priuatarum scripta est. Vnde verba illa huius l. fin. *à priuatis nostris*, exponenda sunt, id est, à Comite rerum priuatarum, vt exponit *gloss. 2. in princip.* & probat Conan. *d. cap. 7. n. 2.* quamuis secundam expositionem magis probet Cuiac. *in d. l. 2.* hi ergo Palatini non quadruplo, sed pretij amissione puniuntur. Tertia species est, quæ comprehendit iudices, seu habentes administrationem in aliqua prouincia, qui in ea aliquid emere prohibentur, atque ita procedit *d. l. qui officij, & d. l. vnic.* quæ leges tantùm tractant de validitate contractus, pœna autem deducitur ex *d. §. quod à Præside*, vt fit pretij amissio, quemadmodum in superiori specie. Hactenus Morla.

4 In gloss. *Amissionis, fin.* Notatur ad hoc quòd in correlatiuis dispositum in vno, non cẽsetur dispositum in alio, etiam causa æqualitatis seruandæ, si inter correlatiua sit diuersa ratio, vt per D Barbos. *in l. maritum 13. n. 53. prope fin. ff. soluto matrim.*

Quãdo liceat ab emptione discedere.

TIT. XLV.

SVPERIOR titulus fuit in venditione alterutro contrahente inuito rescindenda: hic est de eadem mutuo consensu infirmanda. Scripserunt in rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia vide *l. Hisp. 7. tit. 5. part. 5.* Kitchou. Suar. Fichard. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 31.* Cald. Pereira *de solut. emphyt. cap. 14. num. 16. cum seqq.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 392.*

SVMMARIVM.

1 *Emptio & venditio solo consensu celebrata, dissensu tollitur, nisi effectum sumat à traditione, & num. 2. etiamsi distractus fiat per pactum nudum, & modò fiat incontinenti, & modo ex interuallo, num. 3.*

4 *Gabella an debeatur rescissâ venditione: & an duplex, vna ex contractu, altera ex distractu.*

5 *Venditio non dissoluitur solo vtriusque consensu post traditionem.*

6 *Contractus quando est bonæ fidei, etiam distractus erit bonæ fidei.*

L. Rem quidem. I.

Imp. GORDIAN. A. *Rufino.*

EMptio & venditio solo consensu contracta & celebrata dissensu etiam tollitur, nisi à traditione sumat effectum, quo casu nisi tradatur, nõ distrahitur, Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Fulgos. Butrig. Angel. Bald. Castrens. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in 4. fol. 36.* Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Villad. *l. 2. n. 4. tit. 10. lib. 3. forileg.* Anton. Gom. 2
var. tom. 2. cap. 2. num. 21. in princ. vbi extendit etiamsi fiat distractus per pactum nudum, & modò stat incontinenti, modò ex interuallo, *& l. 40. Tauri num. 16. col. 2.* Perez *in l. 2. col. antepen. vers. dubitatur vlterius tit. 7. lib. 5. Ordin.* Mozz. *de contract. lib. tract. de empt. tit. quibus modis annulletur emptio, num. 2.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 2. quæst. 26. num. 5. & de empt. & vend. cap. 22. num. 8. vers. alterius & cap. 28. num. 16.* 3

Dubium autem est an gabella ex venditione sic rescissâ debeatur? Et an duplex, vna ex contractu, altera ex distractu? In qua quæst. vera resolutio est quòd si incontinenti, hoc est, antequam ad alia partes diuertantur, à venditione mutuo consensu recedunt, gabella non debetur; secus verò si ex interuallo, quia ius semel fisco quæsitum ab eo auferri per partes non potest, Bart. *in l. si duabus, §. fin autem num. 1.* & *ibi* Bald. *in §. sed quia nostra col. 2. num. 4. C. commun. de leg.* idem Bald. *in l. si constante col. 2. per text. ibi, C. de don. ante nupt.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 6. gl. 2. n. 10.* vbi id verum intelligit, etiamsi ante traditionem rei venditę partes discesserint, & à cõtractu incontinenti discedant, Ant. Gom. *to. 2. var. c. 2. n. 32.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 2. n. 36.* 4

Mench.

Mench. *controuers. vsufrequent. part. 1. cap. 11. num. 15. & de success. creat. §. 25. num. 5.* vbi ampliat etsi res non fuisset tradita, Perez *l. 1. col. 44. vers. sed dubium est, tit. 7. lib. 5. Ordin.* Parlador. *rerum quotid. lib. 1. cap. 3. §. 4. num. 5. & 11.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 16. num. 46.* Surd. *dec. 305. num. 9. cum seqq. & dec. 311.* Cald. Pereira *d. cap. 18. num. 16.* Gutier. *de gabell. quæst. 10. num. 1.* vbi hanc veram resolutionem dicit contra Lasart. *de decima vend. cap. 14. n. 7.* qui voluit etiam ex venditione, quæ incontinenti de partium consensu rescinditur, gabellam deberi. Ex distractu, si venditio non sit plenè perfecta, quia ex altera tantùm parte impletus est cōtractus, nempe traditione rei, vel solutione pretij, si resolutio fiat per actum priori similem, gabella non debetur: secus verò si contractus perfectus esset, & pretium solutum, & res tradita, vel diuerso pretio conuentum esset quòd res venditori reddatur. nam tūc ex huiusmodi distractu noua gabella solui debet, text. *hic*, Parlador. *d. §. 4. num. 6.* Lasarte *d. cap. 14. n. 8.* Gutier. *citato loco.*

5 *Etenim post traditionem* &c]Notatur ad hoc quòd venditio post traditionem solo vtriusque consensu non dissoluitur, vt per Tiraquel. *de retractu lign. §. 1. gloss. 2. num. 54. & tit. 2. §. 6. gloss. 1. num. 8.* Ant. Gom. *d. tom. 2 variarum cap. 2. num. 2.* Lasarte *d. cap. 14. n. 8. & 9.*

6 Notatur etiam ad hoc qòd quando contractus est bonæ fidei, erit etiam distractus bonæ fidei, vt per Tiraquel. *de iure mariti gloss. 5. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Arrharum datione insecuta res integra in contractibus, ampliùs esse non desit, sed per solutionem partis pretij desinit esse intera.*

2 *Re integra ante Arrharum dationem nullo consensu discedere licet à contractu.*

3 *Venditione perfecta Arrhis datis licere emptori discedere à contractu amissis arrhis, & idem venditori permissum esse restitutis arrhis acceptis, & tantundem de bonis suis emptori. Amplia, seu declara.*

I. vltra amissionem Arrharum emptorem, vel venditorem non teneri ad interesse, nec agi posse ad contractus implementum num. 4. per traditionem Arrharum censeri suspensā venditionem, quoad vsque facta sit traditio, & fas esse vnicuique contrahentium ab ea discedere amittendo arrhæ valorem, & ex eo non dici rescindi contractum, sed illi non extari tanquam infirme, ex eoque non deberi gabellam, si ab eo partes discedant, n. 5.

II. procedere etsi Arrha non data, sed promissa, n. 6. Limita.

I. si res vendita erat iam tradita, n. 7.

II. quando Arrhæ fuerunt datæ nomine pretij, numer. 8. quando pro parte pretij Arrhæ datæ sunt in contractu, nondum conserperfecto, num. 9. si Arrha detur in specie, & non in pecunia, non cedit loco pretij, nisi species vt æstimata loco pretij, n. 10.

III. Arrhæ datæ in pecunia numerata; in dubio videntur datæ nomine arrharum, non in partem pretij, nisi expressè dicatur quòd in partem pretij dantur, n. 11. De iure communi an do non constat an in partem pretij fuerit Arrha data, pro pretio constituta præsumitur, n. 12.

IV. si Arrhæ datæ fuerunt in signum perfectionis contractus, n. 13.

V. si per venditorem non stat quominus vendat, vel quia rei natura venditionem impedit, n. 14.

VI. nisi res vendita peruenit antequam ab emptore datum sit quòd amissis Arrhis vult à contractu recedere, n. 15.

16 *Res integra dicitur quando nec res est tradita, nec eius pretium, aut pars illius soluta.*

L. Perfectam. II. & vlt.

Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Felici.*

ARrharum datione insecuta res integra in contractibus ampliùs esse non desinit, sed per solutionem partis pretij desinit esse integra. Re integra ante arrharum dationem nullo consensu discedere licet à contractu. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1 2

Probat hic text. venditione perfecta arrhis datis licere emptori discedere à contractu amissis arrhis, & idem venditori permissum esse restitutis arrhis acceptis, & tantundem de bonis suis emptori, vt per *l. Hisp. 7. tit. 5. part. 5.* Ceuall. *commun. contra communes q. 242. in princ.*

Amplia primò, seu declara, vltra amissionem arrharum emptorem, vel venditorem non teneri ad interesse, nec agi posse ad contractus implemētum, quia tacitè videtur actum inter contrahentes vt arrharum amissione & duplicatione sint contenti. Ita Vlder. Zaz. *lib. 4. singul. respons. resp. 14.* Anton Gom. *tom. 2. variarum cap. 2. n. 18. in fine,* Lasarte *de decima vend. cap. 3. n. 18.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 17. num. 1.* Gregor. Lop. *in d. l. 7. gloss. 1.* Perez *in l. 1. gloss. vnic. col. 30. vers. quid autem, tit. 7. lib. 5. Ord. pag. 189.* Olan. *in reduct. antinom. lit. C, num. 107.* Fachin. *controuers. lib. 2. cap. 28. vers. sed mihi magis probatur,* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 338. vers. cæterùm,* Lingl. *dec. 15. quæst. 11. n. 5.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 17. num. 35. vers. quamobrem,* Pichard. *in princ. Inst. de empt. & vendit. num. 44.* Gutier. *de gabellis quæst. 17. num. 20.* vbi *n. 22.* ait per traditionem arrharum censeri suspensam venditionem quovsque traditio sit facta, & fas esse vnicuique contrahentium ab ea discedere amittendo arrhæ valorem, & ex eo non dici rescindi contractum, sed illi non extari tanquam infirmo, ex eóque non deberi gabellam, si ab eo partes discedant. Quamuis contrarium; immò contrahentes vltra amissionem arrharum posse compelli contractum implere, vel id, quod alteri parti interest, soluere teneant, Bertaz. *de clausulis instrum. claus. 31. gloss. 7. n. 6. & gl. 8. n. 1.* Anton. Fab. *de error. pragm. decad. 47. errore 8. num. 27.* Illyger. *ad Donell. enucleatum part. 1. l. 13. c. 1. in fine lit. Z;* Ceuall. *d. q. 242. n. 6.* 4 5

Amplia secundò procedere etsi arrha non sit data, sed promissa, vt cum Baldo *hic n. 10. in 8. quæst.* tradunt Bertazol. *d. gloss. 7. num. 3.* Cald. Pereira *d. c. 18. n. 42. in fin.* 6

Limita primò, si res vēdita erat iam tradita, nam tunc non licet ab emptione etiam amissis arrhis recedere, vt per Petr. Gregor. *syntagm. iuris l. 15. c. 17. num. 1.* 7

Limita secundò quando arrhæ fuerunt datæ nomine pretij, quo casu non est locus pœnitentiæ, vt per Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 18. in fin.* Bertaz. *d. claus. 31. gloss. 6. num. 3.* Perez *l. 1. gloss. vnic. col. 30. vers. quid autem erit, tit. 7. lib. 5. Ordin.* Azeued. *l. 2. num. 5. tit. 2. lib. 5. noua Recop.* D. Barbos. *in* 8

l.ficùm dotem 25.§.*fin.num.*38.*verf. vltimò limita, ff. foluto matr.* Ceuall.*d.quæft.*242.*num* 1 Gutier.*de gabell.q.*17.*num.*13. Lingl.*decif.*15.*q.*11.*num.* 6. Cald.
9 Pereira *d.cap.*18.*num.*38.vbi *n.* 41. fublimitat quando pro parte pretij arrhæ datæ funt in cõtractu,nõdum confenfu perfecto, prout quando quis promittit vendere pro certo pretio,quia tunc pœnitentiæ eft locus,& emptor pro pretio folutũ poterit repe-
10 tere. Nota quòd fi arrha detur in fpecie, & non in pecunia, non cedit loco pretij; nifi fpecies detur
11 æftimata loco pretij, Bertaz. & Azeued. *dictis locis.* Arrhæ verò datæ pecunia numerata,in dubio videntur datæ nomine arrharum,& non in partem pretij, nifi exprefsè dicatur quòd in partem pretij dantur, fecundùm Greg. Lop.*d.l.*7.*gloff.*2.Olan.*in reduct.an-*
12 *tinom.lit. C.num.* 07. Sed de iure communi quando non conftat an in partem pretij fuerit arrha data, quòd pro pretio præfumatur conftituta, tenuerunt Cifuent.*l.*70.*Tauri col.*5. Ceuall.*d.quæft.*242.*num.*3. Lingl.*vbi fupra.*

13 Limita tertiò fi arrhæ datæ fuerunt in fignum perfectionis contractus,quia tunc non licet contrahentibus ab eo difcedere,fed ei ftare tenentur,Gregor. Lop.*d.l.*7.*gloff.*3.Azeued.*l.*2.*n. tit.*2.*lib.*5. *noue Recop.*Perez *l.*1.*verf.nifi quis diceret, tit.*7.*lib.*5. *Ordin. pag.*189.*col.*1.

14 Limita quartò fi per venditorem non ftet quominus vendat,vel quia rei natura venditionem impedit,quia res eft prohibita diftrahi,vel fi eft Principis prohibitio, fi is qui dedit arrhas à principio bona fide vendidit, tunc enim arrhæ non amittuntur ex parte emptoris, vel venditoris. Montalu.*l.*2.*in gloff. verbo no vala,vel notandum tamen, tit.*10.*lib.*3.*for.leg.* Cald. Pereira *d.cap.*16.*num.*42.

15 Limita quintò nifi res vendita perierit antequam ab emptore dictum fit quòd amiffis arrhis vult à contractu recedere, Perez *in l.* 2. *pag.*189. *verf.quid autem erit, & verf.tandem dicendum eft quòd pereat, tit.*7.*lib.*3 *Ordin.*

16 *Re integra.*] Sic dicitur quando nec res eft tradita, Cald. Pereira *dict. tract. de empt. cap.* 28.*num.* 17. vbi hinc infert claufulam conftituti operari quòd res non fit integra.

In gloff. *Actione, fin.*ibi, *fed dic contra*, &c. Ita Tiraq.*de retractu conuent. ad fin. tit. num.* 104. Cald. Pereira *d.cap.*28.*n.*18.

Si propter publicas penfitationes venditio fuerit celebrata.

TIT. XLVI.

PERTINET etiam hic titulus ad tractatum de infirmanda venditione. Scripferunt in eius rubr. Cuiac. Pac.& VVefemb. De materia vide Menoch. *de arbitr.cafu* 55.*per tot.* Arimin. Tepat.*var.fentent.tom.*2.*tit.*394.Molin.*de Iuftit.tract.*2. *difp.*661.*num.*2.vbi quid fit publica penfatio. Alex. Trentacinq.*var.refol.lib.*1.*tit. de iure fifci refol.* 6. *per tot.*& præcipuè *num.*6.ait hanc rubric. procedere in collectis, cùm appellatione publicarum penfitationum veniant etiam folutiones omnes quæ fiunt in publico annuatim.

SVMMARIVM.

1 *Venditio folemniter facta non reuocatur ob tributa, licèt à debitore, vel creditore tributum offeratur poftea, & num.*2.

3 *Bona ceffantium foluere penfationes publicas alienentur fub hafta.quanto tempore is ceffet, vt vendi poffit, remiffiuè, num.*4.

5 *Fifcum pro tributo præferri cuicumque etiam anteriori creditori quoad prædium tributarium, & pro collectarum locatione vendi non poffe alia bona, fed ea res fola,pro qua impofita eft collecta, n.*6.

7 *Fifcus, & caufam ab eo habens pro credito tributorum, & collectarum realium, demiffo principali debitore agere poteft contra poffeffores bonorum, vnde fifci creditum profluit.*

8 *Venditio fifci nomine folemniter facta emptori firmitatem perpetuò poffidendi tribuit, nec retractatur prætextu refcripti; nec minoris ætatis, nec læfionis, num.*9.

10 *Prædia tributaria funt hypothecæ nexu deuincta tributis.*

11 *Prædia fuppofita decimarum præftationi funt tacitè hypothecata pro folutione decimarum.*

12 *Tributum cuicumque creditori præfertur in omnibus bonis.*

13 *Tributorum exactores præferuntur omnibus creditoribus, etiam doti & pro gabellis.*

14 *Fifcus habet hypothecam priuilegiatam, & præfertur omnibus pro debitis ex feruitio nouo*, de los millones.

15 *Bona furti hypothecata pro collectione tributorum, & etiam præteritorum.*

L. Venditionem. I.

Imp. ANTONINVS A. *Materno.*

VEnditio folemniter facta ob tributa non reuocatur,licèt à debitore, vel creditore tributum poftea offeratur Colligunt ex Ord.Cyn.Bart. Salic. Butrig. Angel Fulgof. Bald.Caftrenf. Cuiac. Donell. Sichard. Aloyf. Leo *in* [illegible] *fol.*36.*verfo*, Sebaft. Næui remiffiuè. Cafal.*in annot.*& Ximen.*in concordant.* 1

Hanc eandem conclufionem ex hoc text. defumunt Gregor. Lop.*l.*9.*gloff.*2.*in med.& gloff.*3.*tit.*5. *part.*5.latè Menoch.*de arbitr.lib.*2. *cafu* 55. *à princip.* vbi quòd bona ceffantium foluere penfationes publicas fub hafta alienari debent, & *à n.*3. difputat quanto tempore ceffare is debet, vt vendi poffint. Surd.*decif.*311.*num.* vbi ait in hoc text.probari fifcum pro tributo præferri cuicunque etiã anteriori creditori quoad prædium tributarium, & ex aliis fubdit quòd pro collectarum folutione vendi non poffunt alia bona, fed ea res fola, pro qua impofita eft collecta. Peregr.*de iure fifci lib.*6.*tit.*6.*num.*49.vbi quòd fifcus,& caufam ab eo habens pro credito tributorum,& collectarum realium dimiffo principali debitore agere poteft contra poffeffores bonorum, vnde fifci creditum profluit, & magis ad propofitum *eod.lib.*8.*tit.*[illegible] *num.* 19. vbi quòd venditio fifci nomine folemniter facta emptori tribuit firmitatem perpetuò poffidendi, & fubdit ex Bart. quòd nec prætextu refcripti, nec minoris ætatis, nec læfionis retractatur. 2 3 4 5 6 7 8 9

Notari folet hic text.ad hoc quòd tributaria prædia funt hypothecæ nexu deuincta tributis, vt per Roman.*conf.*11 *Vifo puncto, num.* 1. Negufant. *de pignorib. part.*2.*memb.*4. *num.* 125. Brunor. à Sole 10

in

in locis communib. verbo bona 14. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat. part.* 2. *num.* 72. *vers. limitatur quintò*, Surd. *decis.* 22. *num.* 3. Felician. *de censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5.
11 *num.* 7. *in fine.* Sic etiam prædia supposita decimarum præstationi sunt tacitè hypothecata pro solutione decimarum *cap. pastoralis, de decim.* Neguzant. *vbi sup.* 126. Rebuff. *ad leges Galliæ tit. de constit. annor. redditnum, art.* 1. *gloss.* 14. *num.* 16. Gironda *de gabellis part.* 4. §. 1. *num.* 6 Surd. *decis.* 31. *num.* 5. Felician. *vbi supr.*

12 In gloss. *Creditore.* ibi, *nisi potior esset tempore*, &c. Notatur ad hoc quòd in aliis bonis debitoris tributi causa non præfertur, sed communis & regularis cursus sequitur, vt prior tempore potior sit iure, vt per Petr. de Bellap Fab & Fulgos. *in præsenti*, sed contrarium, immo generaliter tributum in omnibus bonis præferri cuicunque creditori, obseruarunt Iacob. de Rauenna, Cyn. Alberic. Angel. & castr. *hi*, quos refert & sequitur Felician. *vbi sup. num.* 10. *vers. contrarium*, Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 6.
13 *art.* 3. *num.* 18. vbi quòd exactores tributorum, vt putà, *del seruicio Real o moneda forera*, præferuntur omnibus creditoribus etiam doti, & etiam pro gabellis, & *num.* 1. quòd fiscus habet hypothecam
14 priuilegiatam, & præfertur omnibus pro debitis ex seruitio nouo, *de los millones*, ex eo, quia est impositum ob præcipuas, & vrgentes bellorum & Regis necessitates, & est sicut debitum primipilare, & nō solùm contra debitores collectarum seruitij, sed etiam contra collectores, & locatores, & idem in gabellis. Bobadil. *in sua politica lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 29.
15 vbi quòd bona sunt hypothecata pro collectione tributorum etiam præteritorum.

SVMMARIVM.

1 *Venditio ob tributa debita solemniter facta non rescinditur, retractatur vocato possessore si processit de facto.*
2 *res cum Venditor ad hastam, plus offerenti datur, idque dicitur & censetur iustum pretium. plus offerens liberatur si secundus licitator accedat, & plus offerat super illum, præcipuè si huiusmodi secunda licitatio fuit acceptata à parte legitima, num.* 4.
3 *Pretium iustum non probari necessariò per subhastationem.*
5 *in Licitationibus Regiorum redituum primus licitator non liberatur per secundum.*
6 *Possessio non est auferenda etiam ab iniustè possidente, nulla precedente citatione, aut causæ cognitione, quid si talis possessio sit iniusta notoriè. num.* 7.
8 *Possessio rerum hæreditariarum, occupatâ hæreditate, non potest apprehendi, nisi aduersario citato.*
9 *Citatio per edictum non sufficit cùm persona est certa, quæ nominatim citanda est.*
10 *quæ Causæ cognitionem desiderant præsentibus partibus agenda sunt.*

L. Si diserta. II.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Plotio.*

1 VEnditio ob tributa debita solemniter facta non rescinditur, quòd si dé facto processit, vocato possessore retractatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Distracta syncera fide iusto pretio, &c.] Notatur ad 2
hoc quòd cùm res venditur ad hastam, debet plus offerenti dari, idque dicitur & censetur iustum pretium, vt per Tiraq *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 6. *in fine.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de iure fisci resol.* 6. *num.* 10. *cum seqq.* vbi etiam resoluit subhastationem non probare necessariò iustum pre- 3
tium. Plus autem offerens liberatur si secundus lici- 4
tator accedat, & plus offerat super illum, præcipuè si huiusmodi secunda licitatio fuit acceptata, & admissa à parte legitima, vt per Cremens. *sing.* 40. Boër. *decis.* 138. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 29. Strach. *de mercat. tit. de decoctor. part.* 5. *num.* 8. Auil. *ad cap.* 32. *Pretor. in gloss. verbo de pujar. num.* 7. *&* 8. Azeued. *l.* 4. *num.* 26. *tit.* 5. *lib.* 7. *noue Recop.* Gutier. *practic. lib.* 4. *quæst.* 71. *num.* 18. *&* 19. *&* *de gabel. quæst.* 134. *num.* 2. Parlad. *differ.* 75. *num.* 7. *&* 9. Hering. *de fideiussor. cap.* 6. *num.* 18. In licitationibus 5
verò Regiorum redituum per secundum licitatorem primus non liberatur, Castill. *in l.* 70. *Tauri.* Azeued. *in d. l.* 4. Parlad. *d. differ.* 65. *num.* 8. quicquid dicat Gutier. *d. lib.* 4. *quæst.* 71. *num.* 20.

Quæ omnia tractari conuenit, &c.] Notatur ad hoc 6
quòd possessio ab iniustè etiam possidente auferēda non est, nulla præcedente citatione, aut causæ cognitione, vt per Hippol. *sing.* 195. Grat. *resp.* 76. *n.* 1. *lib.* 2. Anton. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit. de citation. conclus.* 1. *num.* 73. vbi quòd si talis possessio sit iniusta 7
notoriè, Boër. *decis.* 277. *num.* 5. *&* 8. Guid. Papæ *sing.* 366 §. *possessor*, Bernnor. à Sole *in locis communib. verbo possessio* 1. Ioan. Garcian. *reg.* 63. *num.* 1. vbi *n.* 2. 8
subdit probari ex hoc text. possessionem rerum hæreditariarum, si hæreditas est occupata, non posse 9
apprehendi nisi aduersario citato. Notatur etiam ad hoc quòd citatio per edictum non sufficit cùm persona est certa, quæ nominatim citanda est, vt per Menoch. *remed.* 8. *recuper. num.* 102.

In gloss. *Præsente eo, fin.* ibi, *quæ enim causæ cogni-* 10
tionem desiderant, præsentibus partibus agendæ sunt. Vide Hippol. *in l. de minore*, § *plurium*, *num.* 10. *cum seqq. ff. de quæst. & in repet. l. de vnoquòque num.* 5. *cum seqq. ff. de iudic.* Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Fisci debitor conuentus & conuictus, si cessauerit in solutione tributorum, istius bona solemniter vendenda sunt, quòd si debitor sit minor, citandus est, vt compareat cum defensore, & qui defensionē etiam adesse debet, & num.* 2. *si cessatum fuerit in solutione, iudex partes suas interponat, num.* 3. *factis debitu subhastationibus plus offerenti bona dantur bona fide & iusto pretio, num.* 4.
5 *Minori non facienda denuntiatio.*
6 *Decretum iudicis non supplet authoritatem tutoris vel curatoris in contractibus minorum intellige, vt num.* 7.

L. Si quis fundum. III. & vlt.

Impp. CONSTANTIN. A. *Faustino Præsidi Beticæ.*

SI debitor fisci conuentus, & conuictus cessaue- 1
rit in solutione tributorū, solemniter istius bona ven-

vendenda sunt; quòd si debitor sit minor, citandus est vt compareat cum defensore, qui defensioni etiã adesse debet. Colligunt ex Ordio. Doctores citati *ad l.1.n.1 sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text desumit Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. l.1. tit. de iure fisci, resolut. 6. ferè per tot.* vbi *num.* 5. quòd si
3 cessatum fuerit in solutione tributi, iudex elapso tempore antequam procedat ad venditionẽ prædij citare debet reum, & ei terminum statuere ad sol-
4 uendum; & *à num.* 10 subdit quòd factis debitis subhastationibus plus offerenti bona dantur bona fide & iusto pretio.

5 *Sin autem minoris*, &c.] Ergo denuntiatio minori facienda non est, de quo Tiraquel. *de retract. lign.* §. 1. *glo.* 13. *num.* 19. *& seq.*

6 In gloss. *Personam*. ibi, *sed videtur solum iudicem sufficere*, &c. Notatur ad hoc quòd iudicis decretum in contractibus minorum non supplet tutoris, vel curatoris auctoritatem, vt per Signor. de Homed. *consil.* 214. *in causa vercense, num.* 5. Tiraquell. *de iure mariti, gloss.* 8. *num.* 133. Simoncel. *in tractat. de decret.*
7 *l.3. tit. 7. insp. 2. num. 25. cum seqq.* vbi intelligit quando sumus in actu, qui vltra tutoris & curatoris auctoritatem requirit etiam iudicis decretum, vt puta in alienationibus mobilium minoris; secus vbi sumus in actu, qui per solum tutorem, seu curatorem absque iudicis decreto expediri potest, sequitur Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 15. num. 19.* vbi subdit secundùm hanc posteriorem partem intelligendum esse dictam gloss. *in l. si curatorem habent, C. de in integr. restit. min.*

Sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse.

Tit. XLVII.

RESCINDITVR venditio facta hoc pacto, vt onus census fisco soluendi, vel reliqua census non sequãtur emptorem. Scripserunt in hanc rubricã Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Bellacomb *tom 1. commun. opin. l. 4. tit. 32. pag 641.* Molin. *de iustit. tractat. 2. disput. 456. num. 5.* Henric. Bocer. *disput. de vniuerso iure, part. 1. classi 2. disput. 3. num. 39. pag. 185.* Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lectionum lib. 2. c. 151. in princip.* vbi quid significet particula *census* in præsenti. Particula verò, *reliquis*, idem importat ac si fuisset dictum, *sine obligatione soluendi reliquum quod ex censu debebatur*, vt per Rebuff. *ad leges Gallic. tractat. de constit. reddit. artic. 1. gloss. 15.* quem sequitur Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 17. num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Promittens soluere Tributa de re in dotem data, non tenetur ex promissione re ad dantem dotem reuersâ.*
2 *Pactum de soluendis Tributis ex re dotali euanescit soluto matrimonio.*

L. Ex conuentione. I.

Imp. ALEXANDER A. *Capitoni.*

PRomittens soluere tributa de re in dotem data, 1
non tenetur ex promissione re ad dantem dotẽ
reuersa. Item pactum de soluendis tributis ex re do- 2
tali euanescit matrimonio soluto. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bottrig. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Cuiac. Donell. Alovs. Leo *in 4. fol. 36. verso*, Sebast. Næui remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Vide posita in collect. *ad l. vlt. infrà hoc eod. tit.* Pro conciliatione text. *in l. ex conuentione, C. de pactis*, cũ hac nostra l. vide Nicol. Genuam *de conciliatione legum in iure ciuili contrariarum, pag. 609.* vbi post relatas plures conciliationes ad hæc iura sic concludit, de vera conciliatione cogitato, nullam enim solidam adinueni.

SVMMARIVM.

1 *Comparans fundum ea lege ne soluat Tributum, à solutione non eximitur intuitu possessionis.*
2 *Fisco in tributis pactum exemptionis inter priuatos initum non præiudicat.*
3 *Possidens fundum, & percipiens fructus, tenetur ad soluendum Censum, & onera realia, etiamsi contrarium cum eo conuenerit, à quo rem habet. non solùm emptor tenetur futura onera soluere, sed etiam præterita, & imposita priusquam peruenisset ad eius manus, num. 4.*
5 *Possidentes tenentur pro sua persona Tributa agnoscere, & non valet pactum quòd alius pro eis agnoscat, etiamsi venditor fuerit.*
6 *Census hic pro tributa ipso quod ex facultatibus, ac bonis cuiusque soluitur.*

L. Res annonariæ. II.

Imp. CONSTANTIN. A. *ad Marcellum.*

COmparans fundum ea lege ne soluat tributũ, 1
à solutione non eximitur possessionis intuitu.
Fisco in tributis pactum exemptionis inter priuatos 2
initum non præiudicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

Probat hic text. quòd possidens fundum & perci- 3
piens fructus, tenetur ad soluendum cẽsum, & onera realia, etiamsi contrarium cum eo conuenerit, à quo habet, vt per Paris. *cons.* 52. *lib.* 1. Tiraquel. *de retractu lign.* §. 6. *gloss.* 1. *num.* 7. Pinel. *ad l.1. C. de bonis matern. par. 2. num. 72. vers. tertiò ampliatur*, Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 17. num. 17. & quæst. 32. num. 13.* Neguz. *de pignor. par. 2. membr. 4. num. 127.* Capyc. *decis. 10. num. 26.* Cavalcan. *in tract. de vsufructu mulieri relicto, num. 162.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 1. tit. de iure fisci, resol. 4. à num. 1.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 456. n. 5.* Surd. *con-
sil. 262. num. 5.* vbi quòd non solùm emptor tenetur 4
futura onera soluere, sed etiam præterita, & imposita priusquam peruenissent ad eius manus. Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 3. n. 32.* Hieron. Gabr. *cons. 47. num. 6. & 7. lib. 1.* Castill. *controuers. l.1. de vsufructu, cap. 56 num. 16.*

Censum rei agnoscere.] Ergo possidentes tenentur 5
pro sua persona tributa agnoscere, & non valet pactum quòd alius pro eis agnoscat, etiamsi venditor fuerit.

fuerit, vt per Flores de Mena *variarum l.2. quaest.21. num.132.* Aduertit Gutier. *de gabell. quaest.1. num.2.* censum hîc significare tributum ipsum, quod ex facultatibus, ac bonis cuiúsque soluitur, quod etiam tradit Molin. *de Iust. tract.2.disp.661.n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Prædia tributaria venduntur absque decreto, & emptore Tributa non soluente, iudex non tenetur conferre auctoritatem ad alienationem.*

2 *Si quis Prædium, oneribus ac tributis realibus subiectum, alteri vendat, emptórque minus idoneus inueniatur ad soluenda, tenetur venditor ea etiam, quæ futuri sunt temporis, illius loco soluere.*

3 *Rem vendens non liberatur à Decimis, & Tributis.*

AVTH. Sed & periculum.

1 PRædia tributaria sine decreto non venduntur, & emptore non soluente tributa ad alienationem iudex auctoritatem conferre non tenetur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Notatur hîc text. ad hoc quòd si quis prædium, oneribus ac tributis realibus subiectum, alteri vendat, emptórque minus idoneus ad ea soluenda inueniatur, tenetur venditor ea etiam, quæ futuri sunt temporis, loco illius soluere, vt per Valasc. *de iure emphyt. quaest.17.num.17.* Molin. *de iust. tractat.2.*
3 *disp.456.n.5.in fine.* Extende quòd rem vendens non liberatur à decimis, & tributis debitis, tenet per hunc text. Tiraq. *de retractu lign.§.29.gloss.2.n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Possessores prædiorum soluent Tributa, licèt horum nomina non sint relata in catastrum.*

2 *Pacta contrahentium non liberant possessorem à solutione Tributorum.*

3 *Collectarum onus respicit fructus & redditus, vt scilicèt is soluat, qui fructus & redditus consequitur.*

4 *ad Collectam regulariter teneri qui possidet prædium.*

5 *Emens rem tributariam statim denuntiare debet.*

L. Omnes. III. & vlt.

Imp. IVLIAN. A. *Secundo P. P.*

1 POssessores prædiorum soluent tributa, licet horum nomina non sint relata in catastrum. Item pacta contrahentium non liberant possessorem à solutione tributorum, Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Pinel. *in l.1.C.de bonis matern.part.2.num.72. vers.quarè ampliatur*, Afflict. *dec.95.* Deci. *cons.694. incip. Pro resolutione, col.2.n.10.vers. & ista conclusio*, Camill. Bortell. *in sum.dec.p.3.tit.15.n.117.* Menoch.
3 *cons.9 n.22.* vbi quòd collectarum onus respicit fructus, & redditus, vt scilicet is soluat, qui fructus, & redditus consequitur, Surd. *de aliment. tit.8.priu.91.*
4 *n.9.* vbi quòd regulariter tenetur ad collectam, qui possidet prædium. Auendan. *de exequend. mand.p.2. c.14.n.18.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo collecta.n.9.* Cardos. *in prax.iud. & Aduoc.verb.fundus,n.1.*

5 Notatur ad hoc quòd emens rem tributariam statim denuntiare debet, vt per Menoch. *de arbitr. lib.2. casu 55.n.7.in fin.*

De periculo & cõmodo rei venditæ.

TIT. XLVIII.

VT commoda rei emptæ ad emptorem pertinent, sic quoque pericula & onera. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materiâ vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.5.tit.8. & l. Hisp. 38. p.5. & l.22. cum seq. eod. tit. & l. fin. tit.11.lib.3.fori*, Conan. *comment.iuris, l.7.cap.10.* Bellacomb. Villalob. & aliós *tom.1.commun. opin. lib.4.tit.33.pag.641.* Couar. *lib.1.var. c.15. n.2. cum seqq. & pract.cap.3.num.6.* Anton. Gom. *var.tom.2.c.2.num.31. cum seqq.* Acimin. Tepat. *var.resolut. sua sentent.tom.1. tit. 401.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.tom.2.lib.25.cap.24.n.350.cum seqq.* Ioan. Martin. Acosta *in add.ad tract.de formal.libell. annot.16. n.10.* Aloys. Ricc. *in collect.dec.p.4.collect.1068* Molin. *de Iust.tract.2.disp.366.* Rebell. *de obl.inst.l.9.q.15. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Perfecto contractu emptionis & venditionis, commodum & incommodum spectat ad emptorem. ex causa autem antecedente si res euincitur, venditor de mutatione facta tenetur, n.2.*

3 *Periculum rei venditæ perfectâ venditione pertinet ad emptorem, non ad venditorem.*

4 *Casus fortuitus emptione perfectâ pertinet ad emptorem, & venditor non tenetur de aliquo casu superueniente post celebratam venditionem. Ampliâ*

I. etsi in venditione data sit arrha, & emptor ius habeat ab emptione discedendi, n.5.

II. & si lite pendente super retractu res empta perierit, periculo emptoris perire, & non consanguinei eam petentis, n.6.

III. in emptore nominis; hoc est, actionis, quam venditor habet contra debitorem, vtputa census: vel alterius debiti, num.7. quamuis venditor promiserit ementem, seu recipientem nomen venditum defendere, & indemnem seruare, n.8. Restringitur autem hæc ampliatio.

I. si emptor nominis aliqua exceptione ex personâ venditoris excluditur, n.9.

II. si tempore venditionis debitor, contra quem actio venditur, non erat soluendo, n.10.

III. si venditor promisit facere nomen verum, & bonum, vel idoneum, seu illæsum, n.11. Limita.

I. conclusionem principalem in venditione celebratâ in scriptis, si pereat antequam conficiatur instrumentum, n.12.

II. in venditione rerum quæ ponderantur, vel mensurantur, vel degustantur, num.13. collige ex n. 14.15.

III. in venditione conditionali, num.16. etiamsi pactum addictionis in diem sit appositum, n.17.

IV. si venditor fuit in mora rei tradendæ, num.18. Quid si mora sit irregularis, num.19. quamuis res vendita æquè peritura esset apud emptorem, num.20.

V. nisi ex vitio præterito damnum in re vendita datum sit, n.21. si equus esset mortuus intra triduum, perit creditori, n.22.

VI. nisi venditor sciens vinum non duraturum vs-

que ad diem quò tolli debebat ab emptore, eum nõ admonuit, n. 23.

VII. si culpa, vel negligentia venditoris interuenerit, num. 24.

VIII. in contractibus innominatis, in quibus si ante traditionem res pereat, periculo vendentis perit, num. 25.

IX. in scholaribus, qui si emerint à rustico, vel ab alio, vinum, quod fortè non potest seruari, & tamen ipsi ignorantes seruauerint, & vinum inutile factum sit, tenetur venditor, qui naturam vini dicere debebat, n. 26.

27 *Venditor tenetur de euictione quando euictio procedit post ipsum contractum, non ex causa ipsum antecedente.*

28 *vt emptor, vel ille à quo res euincitur, possit agere de euictione, requiritur quòd denuntiet venditori, vel auctori suo, aut hæredibus eorum, litem esse motam, vt assistat liti, & veniat ad eius defensionem. Amplia.*

I. adeo requiri huiusmodi denuntiationẽ, vt etiam venditori, vel auctori scienti litem motam esse super re ab eo vendita facienda sit ad hoc, vt teneatur de euictione, num. 29. ita vt non sufficiat quòd venditor certioretur à tertio, num. 30. nisi ille tertius habuerit mandatum ab emptore vt faciat denuntiationem, n. 31.

II. etsi venditor promittat se litem defensurum, num. 32.

III. Denuntiationem requiri quamuis emptor bene sit instructus, & instrumenta habeat defensionis, n. 33. licèt venditor instrumenta penes se habeat, n. 34.

IV. etsi iuramentum per venditorem sit appositum de lite suscipienda quam statim mota fuerit, n. 35. contrarium, n. 36.

V. etiam absenti, qui sine dolo abest, & non reperitur, domi denuntiandum esse, n. 37.

VI. ex æquitate denuntiationem venditori faciendam esse etiam stante clausula remissionis oneri denuntiandi, n. 38. Limita.

I. vt scil. necessaria non sit denuntiatio, & absque ea emptor de euictione agere possit, quando venditor est absens, & dolosè se abscondit, n. 39.

II. quando venditori nulla competit defensio contra iura illius, cui res fuit restituta, & res omnino esset euincenda, etiamsi facta sit denuntiatio, n. 40. dummodo emptor qui litem venditori non denuntiauit, doceat de iustitia euincentis, n. 41.

III. quando per pactum necessitas denuntiandi fuit remissa, n. 42.

IV. quando emptor & venditor simul in eodem conueniuntur iudicio, n. 43. intellige vt n. 44.

V. quando emptor est minor, n. 45.

VI. cùm fiscus est emptor, & venditor scit litem contra eum motam esse, n. 46.

VII. quando res euicta est prætextu hypothecæ, n. 47.

VIII. quando emptor scienter vendit rem alienam emptori ignoranti, n. 48.

IX. quando venditor citatus respondit quòd volebat emptorem defendere à lite mota, vel mouenda, num. 49.

50 *Denunciatio litis vtrùm sola sufficiat, aut aliquid amplius requiratur, & quid. & n. 51. 52.*

53 *Denuntiatio litis cuius expensis facienda sit.*

54 *Denuntiationis forma & modus quis.*

55 *Denuntiatio quo tempore facienda.*

56 *Venditio perfecta quæ.*

L. Post perfectam. I.

Imp. ALEXANDER A. *Apollonio.*

PErfecto contractu emptionis & venditionis, 1
commodum, & incõmodum ad emptorem spectat. Ex causa autem antecedente, si res euincitur, 2
venditor denunciatione facta tenetur. Colligunt ex Ordin. Cyn Salicet. Bart. Butrig. Fulgos. Angel. Castrens. Bald. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in 4. fol. 37.* Sebast. Naui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Ad emptorem pertinet.] Probat hic text. periculum 3
rei venditæ perfecta venditione ad emptorem, & non venditorem pertinere, vt per Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 8. in princip. l. Hisp. 23. vbi gloss. 4. tit. 5. par. 5. & l. fin. tit. 10. lib. 3. fori*, Duen. *reg. 103.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 2. num. 32. vers. si verò talis res, & vers. si vero res.* Caualcan. *decis. 7. de contract. par. 2.* Mozz. *de contractib. tract. de empt. & vendit. tit. de accidental. empt. num. 14.* Perez *l. 1. vers. dubium est si quis vendat rem. tit. 7. lib. 5. Ordin.* Pichard. *in § cùm autem 3. Instit. de empt. & vendit.* Morl. *in emporio iuris ciuilis par. 1. tit. 9. in prælud. 103.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de empt. resol. 7. n. 1. & 2.* vbi quòd casus fortuitus post perfectam emptionẽ pertinet ad 4
emptorem, & quòd venditor non tenetur de aliquo casu superueniente post venditionem celebratam. Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 366. vers. tertio loco.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. par. 1. num. 478.* Rebell. *de obligat. iustit. par. 2. lib. 9. quæst. 15. n. 1. & 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. l. 15. num. 350.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 28. n. 8.* Ioan. Salas *de contract. tract. de empt. dub. 50.*

Amplia primò procedere etsi in venditione sit 5
inter contrahentes data arrha, & emptor ius habeat ea admissa ab emptione discedendi. nam adhuc eius periculo res empta periit, quia contractus perfectus est & validus interim quòd contrahentes nõ recesserunt dissensu expresso à contractu, nec constat de pœnitentia; ita Perez *l. 1. col. 30. vers. quod autem erit tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 189.*

Amplia secundò, etsi lite pendente super retractu 6
res empta perierit, periculo emptoris perire, & non consanguinei eam petentis, vt per Tiraq. *de retract. lig. ad fin. tit. 9. num. 31.* Scacc. *d. num. 478. vers. immo peryt emptori.*

Amplia tertiò in emptore nominis, hoc est 7
actionis, quàm vẽditor habet contra debitorem, vt puta census, vel alterius debiti. nam si efficiatur non soluendo, periculum est emptoris, ex *l. si nomen 4. ff. hoc tit.* Alex. *cons. 242. num. 3. vol. 6.* Paris. *cons. 88. n. 13. vol. 1.* Strach. *de mercat. p. 5. de decoctorib. num. 4.* Magon. *Florent. decis. 39. num. 2.* Barz. *decis. 380. num. 1.* Amatis *decis. 6. num. 9.* Bertaz *de clausulis instrument. claus. 27. gloss. 13. num. 2.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. quæst. 21. num. 7. cum seqq.* Surd. *cons. 22. num. 33. & decis. 326. num. 41. & 42.* Felician. *de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 13.* Auendan. *in simili tract. cap. 34. num. 15.* Scacc. *de commerc. §. 2. gloss. 5. num. 283.* Lingl. *Imper. decis. 15. quæst. 5. num. 3.* Guzman. *de euict. quæst. 35. num. 59. & 60.* Quamuis venditor promiserit ementem, 8
seu recipientem nomen venditum defendere & indemnem seruare, Barz. *Canon. decis. 110. num. 2.* Gasp. Roderic. *dict. quæst. 21. num. 14.* Felician. *dict. num. 13. vers. quam in specie*, Guzman. *dict. quæst. 35. num. 62.*

Hæc

9 Hæc autem ampliatio multis modis restringitur,
& primò si emptor nominis aliqua exeptione ex
persona venditoris excluditur. nam tunc aduersùs
venditorem emptori actio datùr, Bertaz.*d.clauf.*27.
*gloss.*1 a.*num.*2.Card.Mantic.*de tacitis & ambig.con-
uent.lib.*4.*tit.*13.*num.*6.nam venditor nominis tene-
tur præstare creditorem esse,& nomen verum quod
vendit,& absque exceptione.Caballin.*d.euict.*§.5.
n. 38. Bertaz *d.num.* 1.Vincent. de Franchis *decis.*
427. *num.*4.*& decis.*108.*n.*1.Gasp. Roder. *d. lib.* 2.
quæst. 21.*num.*13.Amatis *Ferrar.decis.*6.*num.*9. Feli-
cian.*de censib.tom.*2. *lib.* 2. *cap.* 2.*num.* 15. Cardin.
Mantic.*d.tit.*13.*n.*5.*&* 10.Stephan. Gratian. *Mar-
chia decis.*13.*num.*30.*& in addit.ad decis.*215.*num.*7.
Viui.*decis.*24.*num.*4.Surd.*decis.*326.*num.*41. *& cons.*
452.*num.*15.22.*&* 33.Mari.Gimb.*decis.*87. *num.* 9.
Lingl.*d.decis.*3.*quæst.*5.*num.* 4.Guzman.*d.quæst.* 35.
10 *num.*8.*&* 9. Secundò si tempore venditionis debi-
tor,contra quem actio venditur, non erat soluen-
do.nam quod dicitur periculum nominis venditi
ad emptorem pertinere, intelligendum est de peri-
culo casus superuenientis, si fortè post cessionem
fiat non soluendo,Anton.Fab.*in suo Cod. lib.* 5. *tit.
de hæred.vel act.vend.definit.*15.Thesaur.*quæst.forens.
lib.*3.*quæst.*73.*num.* 5. nam contrarium solum obti-
nere in eo,qui scienter emit nomen non exigibile,
docuerunt Felician.*d.lib.*2.*cap.*1.*num.* 13. *vers. quod
sanè procedere* , Gasp. Roderic.*d.quæst.*21. *num.* 22.
D.Barbos.*in l.æstimatis* 51.*num.* 11. *ff. soluto matrim.*
Ioan.Bapt. Thoro *in compendio decis. verbo euictio an*
11 *sibi locum vendices col.* 2. *vers. & si fortè.* Tertiò si
venditor promisit facere nomen verum,& bonum,
vel idoneum,seu illæsum ; quia si debitor non sit
soluendo,venditor tenetur, nomen enim bonum
non præstat,& idem est promittere nomen esse bo-
num,ac esse exigibile,Rot.Genuens.*decis.*156.*num.*
2.*&* 3.Neuis.*cons.*11.*num.*10. *& cons.* 66. *num.* 18.
Barz. *Benon.decis.*110.*à num.*3.Gasp. Roder. *d. quæst.*
21.*num.*11. Cardin.Mantic.*d.lib.*4. *tit.* 13. *num.* 11.
Cancer.*var.tom.*2.*cap.*6.*num.*176. Felician.*d.tom.*2.
*lib.*2.*cap.*12.*num.*13.*vers.sed qualiter*,vbi dicit non
sufficere quòd venditor dicat bona esse certa & se-
cura , sed oportere quòd in specie promittat esse
sufficientia ad redituum solutionem, Guzman. *d.q.*
35.*num.*11.

12 Limita primò principalem conclus.in venditio-
ne in scriptis celebrata,si res pereat antequam in-
strumentum conficiatur,dicitur enim cōtractus im-
perfectus,& conditionalis,ac proinde locus est pœ-
nitentiæ,quando in contractu,vel ante contractum
de scriptura mentio facta est simpliciter,etsi dictum
non sit quòd aliter non valeat,Greg.Lop.per text.
*ibi in l.*6.*gloss.*1.*tit.*5.*par.* 5.Cou.*in cap. relatum el* 1.
n. 9. *in fine, de testam.* Menchaq. *controuers. illustr.
lib.*1. *cap.* 28.*n.* 22. Perez *l.* 3, *vers. in oppositum ta-
men tit.* 8.*lib.*3.*ordin.pag.*616.Lasarte *de decima ven-
dit. cap.* 3.*num.*13.Parlad.*lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 3.
*num.*57.*&* 49.Castill. *controu.lib.* 3.*cap.*26.*num.* 17.
cum seqq. Guizarel. *decis.* 75. *num.* 5. *&* 7. *vers. ad
nostrum.*

13 Limita secundò in venditione rerùm, quæ pon-
derantur, vel mensurantur , vel degustantur. nam
ante ponderationem,mensurationem, vel degusta-
tionem, ad vēditorem spectat.Ita Afflict.*decis.*280.
*num.*2.vbi Vrsill.*n.*1.*&* 2.*& decis.*399.*n.*3.*&* 4.vbi
etiam Vrsil.*n.*1. Anton.Gom.*tom.*2.*var. cap.* 2. *n.* 3.
vers.prædicta tamen intellige.Cou.*pract.c.*3.*n.*6.Surd.
*cons.*38.*n.*12. Mozz.*de contractib. tract. de empt. &
vendit.tit.de accidental.emptionis,& vendit. num.* 24.
D. Barbos.*in l.si mora* 10.*part.* 2. *num.* 13.*ff. soluto
matrim.* Molin. *d.disp.* 366. *vers. dicendum deindè*,
Morl. *in emporio iuris ciuilis part.*1. *tit.* 9. *in præm.
num.* 106. *in fine* , Aloys. Ricc. *in collect. dec.collect.*
1068.*in fine.* Et ratio est , quia contractus dicitur
imperfectus ,donec facta sit mensura. Capyc. *dec.*
14.*num.*6.*&* 7.Boër. *dec.* 180.*num.*8. Surd. *dec.* 64.
*num.*13. Intelligitur autem cùm venditio sit in ge- 14
nere subalterno, vtputà si vendantur tot amphoræ
vini ex aliquo loco destinato , vel ex eo quòd col-
lectum fuit tali anno; non verò de genere genera-
lissimo cùm genus perire non possit? Anton. Gom.
*d.cap.*2.*num* 32.*vers.præterea* , Mozz. *vbi suprà*, Mo-
lin. *d. disp.* 366.*vers. ante traditionem,& vers.hoc ita
constituto* , *in fin.*Intellige etiam ea quæ dicta sunt 15
de venditione facta ad pondus,numerum,vel men-
suram,procedere in rebus immobilibus,quando ad
mensuram venduntur ; nam si antequam fundus
venditus mensuretur, alluuione , pereat , periculo
venditoris perit, *l si in venditione* 10. §. 1 *ff. hoc tit.*
Capyc. *dec.*14. *num.*7. Boër. *dec.* 185. *num.* 8. Cou.
*d.cap.*3. *num.*6. Lasarte *de decima vend. cap.* 5. *num.*
28. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.conuent. l.*4.
*tit.*17.*num.*2. nisi ante ponderationem,mensuratio-
nem,vel numerationem res tradatur. nam postquā
res est tradita,periculū est emptoris.*l.* 2.*inf. hoc eod.
tit* Cou.*d.cap.*3.*num.*6.*vers.quæ quidem.* Felician. *de
censibus tom.* 2.*lib.*2.*cap.*1.*num.*16.Gutier.*pract.lib.*3.
*quæst.*92.*num.*16. Cardin. Mantic.*d.lib* 4.*tit.*17.*n.*6.
Stephan.Gratian.*discept. forens.cap.*318. *n.*27. dum-
modo tamen ea traditio non sit ficta , quia ex illa
non transfertur dominium in emptorem , nec peri-
culum.Capyc *d.dec.*14.*n.*8.Vrsil. *ad Afflict.dec.*380.
*n.*3.Cardin.Mantic.*d.tit.*17.*n.*3.*&* 4.Stephan.Grat.
*d.c.*318.*n.*28.

Limita tertiò in venditione conditionali , quia 16
vendita sub conditione,ea pendente periculum, &
commodum deteriorationis, si conditio existat , est
emptoris,de quo vide Ordin.Reg.Lusitan.*lib.*4.*tit.*
5.§.1.Greg.Lop.*per text.ibi in l.*26.*gloss.*1.*tit.*5.*part.*
5. Conan. *comment.iuris lib.* 7. *cap.* 10. *à princ.* An-
ton. Gom. *d.tom.*2. *cap.* 2. *num.* 32.*col.* 2. Cardin.
Mantic.*de tacitis & amb.conuent. l.*4.*tit.*28. *n.*8. vbi 17
addit etiamsi pactum addictionis in diem sit appo-
situm. Morl. *d.tit.*9.*in proœm.num.* 105. *&* 106.vbi
respondet ad text. *in l.hac venditio , ff. de contrah.
empt.*Molin.*d.disp.*366. *vers.pen.*Rebell. *de obl. inst.
part.*2.*lib.*9.*q.*15.*n.*3.*&* 4. Valer.Reginald. *d.l.*25.*n.*
250.*vers.secundum.*

Limita quartò , si venditio fuit in mora rei tra- 18
dendæ. *l.illud* 27.*ff. hoc tit.* Morl. *d. tit.* 9. *in proœm.
num.*107. Cald.Pereira *post quæst.forens.cons.* 35.*num.*
31.vbi quid si mora sit irregularis,quamuis res ven- 19
dita æquè peritura esset apud emptorem,gloss.*verb.* 20
statim,in §. *cùm autem* ; *Inst. de empt. & vend.*Morl.
vbi sup.

Limita quintò ; nisi ex vitio præterito damnum 21
in re vendita datum sit , *l. vlt.inf. hoc eod. tit.* Tri-
gon. *sing.*110. Boër.*dec.*323. *num.*12 Ioseph.Ludou.
*Perus. dec.*118.*quæst. fin. part.* 2. qui tenent quòd si 22
equus esset mortuus intra triduum , quòd pereat
venditori , quia præsumitur mortuus ex morbo,
quem tempore venditionis habebat , sed hoc susti-
neri poterit si aliqua signa morbi præcedentis ap-
pareant ; Trigon. *vbi sup.* Cancer. *var. lib.*2.*cap.*1.
*n.*177.

Limita sextò nisi venditor sciens vinum non du- 23
raturum vsque ad diem, quo tolli ab emptore de-
bebat , eum non admonuit , nam tunc tenebitur
ei , quanti eius interesset , admonitum fuisse , *l. si
vina* 15. *ff. hoc tit.* Albert. Brun. *de diminut. &
deteriorat.*

deserterat.conclus.6.num.161.in vol.17. Doctorum.

24 Limita septimò, si culpa, vel negligentia venditoris interuenerit, §.cùm autem, Instit de empt.& vēdit.d.l.si vna, in fine, Anton. Gom.d. tom. 2. cap. 2. num. 33.in princip. Perez. in l. 1. vers. quando tamen culpa & negligentia venditoris tit.7.lib.5. Ord. Morl. d.tit.9.in proem.num.107. Pichard.in §.si fugerit, n.1. Instit.de empt.& vendit.

25 Limita octauò in contractibus innominatis, in quibus si ante traditionem res pereat, periculo vendentis perit. l. dedi tibi pecuniam, fin. ff. de condict. causa data, Mendoz.lib.3. de pactis cap. 2. num. 12. Anton Fab.lib.6.conect.cap.10.col.2.Morl.d.tit.9. in praemiss.num.104.

26 Limita nonò in scholaribus, qui si emerint à rustico, vel ab alio vinum, quod fortè non potest seruari, & tamen ipsi ignorantes seruauerint, & vinum inutile factum sit tenetur venditor, qui naturam vini dicere debebat, vt per Rebuff.de priuileg.schol. priuileg.99.

27 *Qua ex praecedenti tempore causam euictionis, &c*] Notatur ad hoc quòd venditor non tenetur de euictione quando euictio procedit post ipsum contractum, non ex causa ipsum antecedente, vt per Tiraq.de retractu lig.§.1.gloss.9 num.36.

28 *Et ita si ei denuntiatum est*, &c.] Nota quòd ad hoc vt emptor, vel ille à quo res euincitur, de euictione agere possit requiritur quòd denuntiet venditori, vel auctori suo, aut haeredibus eorum litem esse motam, vt assistat liti, & veniat ad eius defensionem, l.si controuersia, l. empti actio, l. si paremes, C. de euiction. Duen. reg. 241. Anton.Gom. tom.2. var.cap.2.num.39.col.2. vers.item adde, Cou.lib. 3. var.cap.17.num.9. Capye. decis. 106. n. 2. Vincent. de Franchis decis.523.Aluar.Valasc. de iure emphyt. quaest. 17. n. 26. Donat.à Fina tom. 2.commun.opin. lib.8.tit.28.de euictionib. n.13. pag. 378. & ibi Villalob. n. 18. Gam. Lusit decis.79. Viui.decis. 510. quae est fin n. 1. lib. 3.Henric.à Rosenthal.de feudis cap. 8. concl. 30. n.4.& in schol.ibid.lit. P.Perez in l.2.vers.dubitatur in casu tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 194.Gutier de iuram.confirmat.par.1. cap.61. num. 2. Ioan.Garc.de expensis cap.23.num.18. Menoch.cons. 100. n. 181. Ceuall.commun. contra commun.quaest. 381. num. 1. D. Barbos. in l. 2.§.fin.n.42. ff. soluto matrim. & in l. venditor n.7. ff. de iudic. Molin. de Iustit.tract.2.disp.380.vers.deinde, Castill.controuers. lib.4.cap.42.num. 95. Cancer.var. par. 1. cap.13.de empt. & vendit. n. 63. vers. & praeter, Fontanel. de pactis nupt.par.2.claus.5.gloss.8.part.14.n.69. Marta in votis nouiss.decis. voto. 62. n. 2.3.& 6.Guzman. de euiction.q.4.à princip.

29 Amplia primò adeò requiri huiusmodi denūtiationem, vt etiam venditori, vel auctori scienti litē motam esse super re ab eo vendita, facienda sit ad hoc vt de euictione teneatur, vt per Capell. Tholos.decis.408.& ibi Aufrer.n.5.Rebuff.tom. 3. ad leges Galliae, tit.de donat.art.5.gloss.vnic.n. 27. Anton. Gom.d.tom.2.cap.2.num.39.vers.item adde, Quesada lib. 1. cap. 10 n. 3. Cou. lib. 3. var. cap. 17.n. 3.Caballin.de euictionib.§.3.n.4.& 5. Gutier.d.cap. 61. n. 3. Viui. tom. 2.commun. opin. lib. 8.tit.28.de euiction. n. 40. pag. 400. Mascard. de probat. concl. 614. n.8. Gam. Lusit.decis.79.num.1.vbi Flores de Mena in addit. D.Barbos.in d.l.venditor num.8.& 9. Ceuall commun.quaest 385.n.1.Alexand.Trentacinq. lib 3.var.resolut.tit.de empt.resol.4.num.5.vers.quintò requiritur, Cancer.var.par.1. cap. 13. de empt. n. 63. vers.quae denunciatio, Fachinae controu.l.2. c. 35.vers. quod attinet ad tertium, Molin.d.disp.380.vers.quādo emptor, Fontanel.d.claus.5. gloss. 8. part. 14. num. 71. Castill. d. lib 4. cap.1. n.95. Guzman. d.q.4.num.4.
Quod in tantum verum est, vt non sufficiat quòd 30
venditor à tertio certioretur, cùm ius requirat certificari per ipsum emptorem. Capye. decis.106. n. 2.
Caballin.d.§.3. n. 6. nisi ille tertius habuerit man- 31
datum ab emptore vt faciat denunciationem Anton Burg.in cap.fin. de empt. & vendit. num.4. ad fin D Barbos.in d.l.venditor num.11.

Amplia secundò, et si venditor promittat se litem 32
defensurum, quoniam intelligitur si fuerit denuntiatus in forma iuris, vt per Cald.Pereira de empt. cap.35. num. 68.

Amplia tertiò denuntiationem requiri quamuis 33
emptor bene instructus sit, & instrumenta defensionis habeat, Cald.Pereira de empt. & vendi.cap. 21. num.65. Et licèt venditor instrumenta penes se ha-
beat, quia adhuc emptor non excusatur à denuntia- 34
tione, Caballin.d.§.3.num.72. Grat.lib. 2. resp.139.à num.13.Fachin. controu. lib.2. cap. 36. vers. sequitur, quicquid post Reboff. & Aufrer. teneat Guzman. d.quaest.4.n.75.

Amplia quartò, etsi iuramentum per venditorem 35
sit appositum de lite suscipienda statim atque fuerit mota; nam adhuc denuntiatio litis requiritur, Caballin de euiction § 3. num.46. Capye. decis.106.n.3. vers. secundò facit. Alexand. Trantacinq. var.resol. lib. 3. tit. de empt. & vendit. resol. 4 num. 8. in fine, Muta decis.59.num.14.Cald. Pereira d.tract. de empt. cap.31.num.70.Sempronius Asei determinat.68.num. 13. Fontanell. de pactis nupt. tom.2. claus.5. gloss.8. part.14. num.73. Guzman. de euiction. quaest.4. num.
57.& 72. Contrarium tamen, immo quòd non re- 36
quiritur denunciatio si debitor aliter sciat litem esse motam, quia virtute iuramenti tenetur suscipere defensionem absque alia denūtiatione, meritò tenent Cou.lib.3.var.cap.17.num.5. Aufrer. ad Capell. Tholos.decis.408.num.5. Gutier.de iuram confirmat. part. 1.cap.61. num.19. Barz.decis 16. num. 12. Menoch. cons.128.num.15.Fachinae.controuer.lib.2.cap. 36. in princip. Ceuall.commun. quaest. 385. num.3. Stephan. Gratian. discep.forens.cap.175.à num. 30. Toro in compendio decis.verbo euictio fin.col. 3. Seraphin. de priuileg.iuram priuil. 49. num. 2. vbi Benechen. in addit. num.1. & 2. quorum opinio intelligitur, si venditor specialiter iurauit in se suscipere defensionem litis, & in ipsa promissione iuramentum apposuit, vt illorum plures declarant.

Amplia quintò etiam absenti, qui sine dolo abest,
& non reperitur, denuntiandum esse domi, fami- 37
liae, vel procuratori suo, si habet, vel saltem amicis, & vicinis vēditoris, vel per edictum, seu proclama, vt emptor de euictione agere possit. Rip.in l. 2. §. voluntatem fin.n.24.ff.soluto matr.Aufrer. ad Capell. Tholos.decis.408.num.7. Rebuff.tit de dilatoriis art. 5.gloss.21.n.44.tom.3. ad leges Galliae, Anton. Gom. d.tom.2.cap.2.num.39.col.3.vers.item adde quòd talis denuntiatio, Anton.Borg.in cap.fin.de empt. & vend. num.2.& 12.vers.casus est, Caballin.d.2.euiction. §. 3. num.98.& 99.Gasp. Roderic.de annuis redditib.lib. 2.q.15.num.48.Mar.Muta decis.59. num.7. Caroc.de oblationib.part.2. quaest.6.num.24. Guzman.d.tract.de euictionib.quaest.5.num.3.

Amplia sextò ex aequitate denuntiationem ven- 38
ditori faciendam esse etiam stante clausola remissionis oneris denuntiandi, quae solet in venditionibus apponi ad effectum vt is, qui de euictione teneri debet, possit adducere iura sua, & de illis instruere eum contra quem agitur, siue emptor ille sit, siue quilibet alius, Rebuff. d. tit. de dilator. art.5. gloss. vnic.

vnic.num.40.Anchar.iun.quaest.56.Mastrill. *Sicil.decis.*189.num. 12.& 23.Caballin.d.§.3.n.116. Fontanel.d.claus.5.gloss.8.par.14.num.70.

39 Limita primò, vt scilicet necessaria non sit denuntiatio, & absque ea emptor de euictione agere possit, quando venditor est absens, & dolosè se abscondit, Anton.Gom.d.tom.2.cap.2.n.39. Gasp. Caballin.d.tract.de euictionib.§.3.num.98. Alex. Trentacinq.var.resol.lib.3.tit.de empt.resol.4.n.11.Molin. de Iustit.tract.2.disput.380.vers.debet praeterea. Cald. Pereira d.tract.de empt.cap.31.n.74.Ignat. del Villar.in sylua respons.lib.1.resp.2.num.36. Guzman. d. tract.de euiction.quaest.5.num.2.

40 Limita secundò quando venditori nulla competit defensio contra iura illius, cui res fuit restituta, & omnino res esset euincenda, etiamsi facta sit denunciatio, Nat.cons.252.num.5.cons.462.num. 8. Capyc.decis.106.num.4. Aufrer.ad Capell. Tholos. decis.408.num.5. Rebuff. d. tract.de dilator. art. 5. gloss.vnic.num.45.& 46. Afflict.decis.43.num. 3. vbi Vrsill.à n. 2. Anton.Gom.d.tom.2.var.cap.2.n. 39. col.5. Cou.lib.3.var.cap.17.num.6. Caballin.d.tract. de euictionib. §.3. à num.73. vsque ad 96. Menoch. cons.128.num.fin. Gutier. de iuram.confirmat.par. 1. cap.61.num.18.& cap. 566. n. 12. Fachinae. controuers.lib.2.cap.37.Mascard.de probat.concl.615. n. 15. Barz.Bononien.decis.85.num.13. Surd.decis.22. num. 8.& 9.& de aliment.tit.9.quaest. 42. n. 28.Muta decis.59.num. 3.& 4. Sempron. Asci. determinat. 68. num.11. Alexand.Trentacinq. d.tit.de empt.& vendit.resol.4.num.9 Sebast Medic.decis.19.n. 5. Morl. in emporio iuris ciuilis par.1.tit.9.in praemiss.num. 40. Ceuall.d.quaest.385.n.2.& quaest.799.per tot. Gasp. Roderic.de annuis redd.tib.lib.2.quaest.9.n.19.Molin. d.tract.2.disp.380.vers.obseruandum est.Fontanell d. claus.5 gloss.8.par.14.num.75.& 76. Anton. Fab. in suo Cod.lib.8.tit.de euictionib.diffinit. 25. n. 12.Guzman.de euictionib. quaest 4. à num.77. vsque ad 99.

41 Dummodo emptor qui litem venditori non denũtiauit, de iustitia euincentis doceat, hoc est quòd nulla erat omnino venditori defensio, aliàs si emptor hoc non probauerit & docuerit, non poterit contra suum auctorem obtinere, Anton. Gom.d. cap.2.num.39.circa med. Cou.d.cap.17. num. 6. Caballin.d.§.3.num.19.Burg.de Paz in cap.fin.de empt. & vendit.num.5.& 6.Sebast.Medic.d.decis.29.n. 5. D.Barbos.in d.l.venditor.à n.43.ff.de iudic.Guzman. d.quaest.4.num.97.& 99.

42 Limita tertiò quando per pactum necessitas denunciandi fuit remissa, Aufrer. ad Capell. Tholos. decis.408. Burg.de Paz in d.cap.fin. de empt. & vendit. num.11. Anton.Gom.d.tom.2.cap.2.n. 36.vers. item adde quòd ista necessitas, Caballin.d.tract.de euiction. §.3.num.114.& 115. Mascard.de probat. concl. 616. n.28. Gutier. de iuram. confirm.par. 1.cap. 61. n. 15. Cald. Pereira de empt. cap. 31. num. 73. Sempron. Ascius determin.68.n. 3.Alexand.Trentacinq. d.resol. 4. n. 7. Molin. d. disput. 380.vers.oblig. vt denuntiatio venditori fiat, Guzman.d. quaest. 5. num.30. cum sequentib.

43 Limita quartò quando emptor & venditor simul in eodem iudicio conueniuntur. nam tunc denuntiatio non est necessaria, Capyc. decis. 105. num. 8. Caballin.d.§.3.num.97.Vincent. de Franchis decis. 523. n. 4. Burg. de Paz d.cap. fin.n.11. vers. quartus casus est, Caualcan.decis.8.num.40.lib.4. Alex.Trentacinq.d.resol.6.num.8.Viui.decis.510. num. 8. Mascard.concl.615.num.16.Fachinae. lib.3.cons.25.n. 1. Bapt. del Thoro in compendio decis.verbo euictio fin. col. 3. D. Barbos. in d. l. venditor num.23.ff.de iudic.

Cald.Pereira d.cap.31.num.76. Guzman d.q.5.n. 1. vbi num. 5. intelligit quando venditor in iudicio 44 comparuit, & cum emptore se defendit; secus si citatus non comparuit, & in eius contumaciam fuit fulminatus, & sententia lata.

45 Limita quintò quando emptor est minor, quo casu non est necessaria denuntiatio si aliàs venditor sciat litem esse motam, quia re ipsa absque interpellatione eius debitor constituitur in mora. Ita Burg.de Paz in d.cap.fin. num.8. vers.secundus casus est, Cou. d.cap.17.n. 4. Caballin.d.§. 3. n. 102.& 103. Mascard. d.concl.615. n. 17. Escob.de ratiocin. cap. 15.à num. 31. Fachinae.controu.lib. 2. cap. 38. in princ.vers.fundamentum, Pichard. in tract. de mora à num.38.Cald.Pereira d. cap.31. num. 69. Molin. d. disput.380.vers. quando emptor est, Stephan. Gratian.discept.forens.cap.175.num.33.Guzman.d.quaest. 5.n. 20. vsque ad num. 20. ex quibus Cou. Pichard. Fachinae.& Stephan.Gratian. id extendunt ad Ecclesiam emptricem, in qua denunciatio non est necessaria, cùm vtatur iure minoris, contra Burg.de Paz, & Caballin.dictis locis.

46 Limita sextò cùm fiscus est emptor, & venditor litem contra eum motam esse scit. nam tunc venditor absque interpellatione constituitur in mora, & aduersùs eum de euictione agere poterit. Mascard.d.concl.615.n.17.Pereg.de iure fisci l.6.tit. 4. n. 39.Stephan Grat.d.cap.175.n.33.

47 Limita septimò quando res euicta est praetextu hypothecae, quia res non fuit liberè tradita, hoc enim casu denuntiationem non requiri resoluunt Barz.decis.85.n.12.Marant.de ordine iudic.p.6.membr.5.n.2. Alex.Trentacinq.d.resol.4.num. 13. Fontanel.d.claus.5.gloss.8.part.14.num.29.

48 Limita octauò quando venditor scienter vendidit rem alienam emptori ignoranti. nam tunc absque denuntiatione, etsi venditor scientiam litis motae non habeat, poterit rem emptor ratione doli eum conuenire. Aufrer.ad Capell.Tholos. decis. 408. num.4. vers. quarto. Alex. Trentacinq. d. resol.4.n.6. Cald.Pereira d.c.31.num.38.

49 Limita nonò quando venditor citatus respondit quòd nolebat emptorem defendere à lite mota vel mouenda, vt per Burg. de Paz d. cap. fin. n.12. vers. sextus posset esse, Cald.Pereira d. cap. 31. num. 74. Guzman.d. quaest.5.n. 19. quicquid teneant Caballin.d.§. 3. n. 100.& seq.Alexand.Trentacinq. d.resol.4.num.12.

50 Quamuis solam litis denunciationem sufficere, nec esse necesse quòd requiratur venditor, vt veniat defensurus causam, existimauerint non sine fundamento, Burg. de Paz in cap. fin.n. 5.de empt.& vendit. Anton. Gom.d.tom.2. cap. 2.n. 39. vers. & adde quòd requiritur, Cou. d. lib.3. cap. 17. n. 3. in fine, Quesad.diuersarum quaest. iuris cap. 10. num.4. D.Barbos. in d.l. venditor num. 19.ff.de iudic. Nihi- 51 lominus tamen alij probabilius tenent emptorem vltra denuntiationem debere venditorem instare & petere vt eum defendat, & indemnem conseruet à molestia sibi illata, ex quorum numero sunt Caballin.d.§.3.n.21.cum seqq.Gutier. de iuram. confirm. part. 1. cap. 61. n. 5. Ceuall. commun. quaest.385.in fine, Fachinae.d.lib. 2.cap.35.vers.altera est, Sigism. Scacc.de iudic.lib.1. cap. 30. n. 7. Cald. Pereira de empt.cap. 31. num.30.Guzman d. tract. de euictionib. quaest.4.num.21.

52 Immo vltra denuntiationem & requisitionem, necesse esse quòd simul cum denuntiatione huiusmodi emptor copiam libelli aduersùs eum producti venditori transmittat, tenent Duenh.reg.243. Cou. d.lib.

d.lib.5.cap.17.num.3.verſ.tertiò adhuc, Perez in l.2.
verſ. quæritur vlterius tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 195.
Gam. Luſit.dec.79.num.1. Caballin d. §. 3. à n. 33.
Ceuall.quæſt.385.num.4. Alexand.Trentacinq.d.tit.
de empt.reſol.4.num.3. Fachin. d.lib.2.cap 35. col.2.
verſ.quod attinet ad ſecundam, Theſaur. dec. 218.
num.2. D. Barboſ. in d.l.venditor num. 15. ff. de iud.
Cald.Pereira d.cap. 31. num. 79. verſ. oportet etiam,
53 Guzman. d. quæſt. 4. à num. 33. Expenſis emptoris
vſque ad exitum litis faciendam eſſe denuntiatio-
nem,& miſſionem libelli, aſſerunt Theſaur. d. dec.
218.num.3. Sempron. Aſeius determin. 68. num. 6.
54 Formam autem & modum denunciationis tradunt
Burg.de Paz in d.cap.fin.de empt.num.1.verſ.& nota,
Aufrer.ad Capell. Tholoſ.dec.408.n.7.Caballin.d.§ 1.
n.33.Caſſan.in conſuetud.Burgund. rub. 11. §.4. verbo
ſera de nonce fol.558.Sigiſm.Scaec. d.ind. l.1.c.30.n.
8.& 17.

55 Facienda eſt autem denuntiatio ab eo tempore,
quo venditor habeat legitimum tempus ad proban-
dum de iure ſuo,Ordin.Reg. luſit. lib.3. tit.45. §. 1.
ibi, e chamaloa antes das inquiritones abertas, &c.
Burg. de Paz in d.cap.fin.de empt.n.1.& 2.verſ. pul-
chrum,Anton.Gom.d.tom.2.c.2.n.39.Aufret. ad Ca-
pell.dec.408.num.6.Cou.d.cap.17. num. 8. Caballin.
d.§13.num. 144. Queſad. diuerſ. iuris quæſt. lib. 1.
quæſt. 10. num 2. Perez l.1. verſ. eſt etiam notandum
tit.7.lib.5.Ordin.col.2. Sigiſm.Scac. d.c. 39. num.14.
Cald.Pereira tract.de empt.cap.31.num.80. Menoch.
de arbitr.caſu 467.Morl.in emporio iuris part. 1. tit.9.
in præmiſſ.num.38.Molin d.diſp.380.verſ. denuntiatio
autem fieri debet,D.Barboſ.in d.l.venditor num.85.&
86. Guzman. de euiction.quæſt.12. num. 1. & 2. qui
omnes concedunt vſque ad publicationem protius
excluſiue denunciationem fieri poſſe, dummodo
intra tempus ad probandum, & antequam labere-
tur terminus denuntiatio fiat. Amplia etiam in cau-
ſa appellationis denuntiationem fieri poſſe, dum-
modo iura vẽditori tunc ſint integra circa teſtes,&
alia opportuna,& nihil ei perierit, Anton.Gom.d.
cap.2.n.39.verſ.ex quo infertur,Brunor.à Sole in locis
communib.verbo denuntiatio num.1. in fine, Vini.dec.
510.n.6.Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.8. tit. 31. de euict.
defin.25.n.13.Mura dec.38.n.6.Cou.Perez Caballin.
& Molin.locis proximè citatis.

56 In gloſſ. Poſt perfectam 1.ibi, tribus modis dicitur
perfici,&c dicitur perfecta venditio vno de tribus
modis: primo quando conuentum eſt inter partes
de re & pretio, vt vni partium non liceat à contra-
ctu diſcedere: ſecundo vt periculum ſit emptoris:
tertio modo quando res tradita eſt. Vide gloſſ. in l.
1.ff.hoc tit. Afflict. dec.280. num.4.Tiraq.de retractu
lig.§.1. gloſſ.10. num. 114. Fabian. de empt. quæſt.5.
num.63. Greg Lop. l.23.gloſſ.1.2.& 3.tit.5. part.5.
Pariſ.conſ.59.num.5.& conſ.64.num.7.lib.1.Menoch.
remed.19.recuper.num.127.Matienſ.l.7.gloſſ.6. num.
14.tit.11.lib.5.nouæ Recop. Soar. tom.1. commun.opin.
lib.4.tit.26.de contrah.empt.num.52. pag. 620. Cou.
practic.cap.3.num.6.col.2. Surd.conſ.38. num. 11. &
21.Gutier.de gabellis q.7.n.18. bene Molin. de Iuſt.
tract.2.diſp.366.n.19.

S V M M A R I V M.

1 *Re ad menſuram venditâ, nondum re admenſâ periculum ad venditorem pertinet, & n.2.*
3 *in Amphoris vino pretium ſtatuebant veteres.*
4 *Amphora quantum vini capiat.*
5 *Quadrantal pro amphorâ.*
6 *Periculum cuius ſit ſi res tradatur ante menſurationem, & num.7 8.& cuius ſi ad menſurationem non ſit aſſignatus terminus, & interpellatus ab emptore ſit in mora, num.9.*
10 *Vendere ad menſuram quando dicatur.*
11 *per traditionem Clauium acquiritur poſſeſſio.*
12 *Venditio facta ad menſuram, pondus, numerum, licèt ſit conditionalis, & imperfecta quantum ad periculum, antequam fiat menſuratio eſt firma quoad eius validitatem, nec ante menſurationem reſolui poteſt.*

L. Cùm conuenit. 11

Iidem A. Iuliano.

Re ad menſuram vendita nondum re admenſâ 1
periculum ad venditorem pertinet. Colligunt
ex Ordin. Doctores citati tul.1.n.1.ſupr.hoc tit.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt l.Hiſp.24.tit.5.p.5.vbi gloſſ.1n.Cou.practic.c.
3.n.6.Anton.Gom.tom.2.var.cap.2. num. 32. col. 3.
in fine,Boet.deciſ.183.num. 9. Gutier. practic. lib.3.
quæſt.94.num.15.& 16.Morl. in emporio iuris part. 2.
tit.9.in præmiſſ.num. 103. Valer. Reginald. in praxi
fori pænit.lib.25.num. 353. Rebell. de obligat. iuſtit.
part.2.lib.9.quæſt.15.à num.5. latè Molin. de iuſtitia
tract.2.diſp.366.num.5.& Alexand.Trentacinq.var.
reſol.lib.3.tit.de empt.reſol.5.

Vt ſingula amphora, &c.]Nota quòd in amphoris 3
vino pretium veteres ſtatuebant, & metiebantur
tot vini amphoras ſe habere,& vendere,dicentes,
de quo vide Guid.Pancirol.in theſauro var.lection.l.
1.c. 64. verſ. diuerſi liquores. Quantum autem ca-
piat vini,docet his verbis Voluſius Mætianus, quę
refert Caluin.in ſuo lexic.iurid.verbo amphora. Qua- 4
drantal quod nunc pleriqne amphoram vocant,ha- 5
bet vrnas duas,modios tres,ſemimodios ſex,cõgios
octo,ſextarios 48.heminas 96.cyathos 570.

Antequam tradantur, &c.]Notatur ad hoc quòd 6
ſi ante menſurationem res tradatur, periculum eſt
emptoris,vt per Cou.pract. cap. 3. num. 6. verſ. quæ
quidem.Felician.de cenſib.tom.2.lib.2.cap. 1. num.16.
Gutier.practic.lib.3.quæſt.94.num.16.Stephan. Gra-
tian.diſcept.forenſ.tom.2. cap. 318. num. 27. & 28.
Cardin.Mantic. de tacitis & ambig. conuent.tom. 2.
lib 4. tit. 17. n. 6.& ex Corn.Dec.Panorm. & An-
char.tradit Alexand.Trentacinq. var.reſolut.lib. 3.
tit.de empt.reſol. 3. n. 4. quia ex huiuſmodi tradi-
tione dominium transfertur in emptorem, vt do-
cent Cephal.conſ.943.num.7.vol.5. Lalarte de deci-
ma vendit.cap.5.num. 4. Pacific. de Saluiano interd.
inſp.3.cap.3.n. 51. Quamuis aliud teneant Roland. 7
conſ. 7. n. 14. vol. 3. Azeued.l.1.n.140.tit. 17. lib.9.
nouæ Recop. quorum opinio intelligenda eſt de do-
minio pleno irreuocabili. In traditione autem per 8
conſtitutum ſecus dicendum, videlicet ex ea non
transferri dominium in emptorem,nec periculum,
Pariſ.conſ.59.col. 4. ad med. num. 20. cum ſeq. lib. 1.
Cou.pract.cap.3.num. 6. poſt med. verſ. quæ quidem
concluſio, & ad fin.verſ.ſed prior opinio, Capyc. deciſ.
14.num.8.Vrſill. ad Afflict. deciſ. 308. n. 3. Gutier.
d.quæſt. 94. num.17. Stephan.Gratian.d.cap.318.n.
28.Cardin. Mantic. d.tit. 17.num.3.& 4.Sed Alex.
Trentacinq. var. reſolut.lib.3.tit.de empt. reſol. 5.n.
5.& 6.tenet idem eſſe quando per fictam traditio-
nem poſſeſſionis dominium trãsfertur, & exempli-
ficat quando venditor conſtituit ſe poſſidere em-
ptoris nomine,& hoc declarat procedere quando
venditur totus fundus,ſeu quota pars fundi, & adſit
certitudo

certitudo respectu quotæ fundi,& hoc siue quota designetur per nomina naturalia, siue per nomina quotitatiua,scilicet dimidiam , seu tertiam partem fundi;& idem tradit quando est certitudo ratione loci , licet non sit ratione quotæ , & contrarium quando nec ratione loci,nec ratione quotæ est certitudo,quia constitutum nihil hoc casu operatur.

9 *Qui moram mensuræ faciendæ*,&c.]Notatur ad hoc quòd periculum est emptoris si ad mensurationem non sit terminus assignatus,si interpellatus ab emptore est in mora.Ita Afflict.*decis.*399.*n.*11.vbi quòd periculum deteriorationis vini post emptoris moram ad emptorem transit:& *n.* 12. quòd mora non committitur sine interpellatione vbi non est dies & pœna. Perez *l.*1.*vers.quando tamen culpa tit.*7. *lib.* 5. *Ordin.*vbi ampliat etsi culpa consistat in omittẽdo, Anton.Gom.*d.tom.* 2.*cap.*2.*num.* 32. *vers. secundò limita*,Molin.*d. disp.*366.*vers. in sequenti.* Et intellige dũ in interpellatione extraiudiciali assignetur certus terminus vt ad mensurandum veniat, Alex. *cons.*53.*a num.*7.*lib.* 6 Cardin. Tusch. *pract.conclus. litt. V. concl.* 19. *num.* 10. Sic etiam ante mensurationem periculum rei venditæ ad emptorem spectat si per eum stetit quin mẽsuretur,ex Ant.Gom. *d.n.*32.*vers.quod tamen limita*,Perez *vbi sup.vers.item etiam*.Molin.*d.disp.*366.*vers.obserua si inter emptorẽ.*

10 Vendere ad mensuram quando dicatur,vide Afflict.*d.decis.* 399 *num.* 5.*&* 6. vbi tenet quod tunc venditur ad mensuram, quando sic dico : Vendo tibi tot salmas ex tali vegete,vel ex tali cellario,tũc quia venditur sub forma mensuræ,& sic antequam mensuretur, est emptio imperfecta . quia est facta quasi conditionaliter.sed quando dico : Vendo tibi totum vinum,quod est in isto cellario,ad rationem decem solidorum, pro qualibet salma,mensura non venit ad substantiam,sed ad declarationem totius pretij,& sic cõtractus est perfectus inspecta veritate,&c.*ib.n.*1.& Cæsar.Vrsil.*ib.n.*1.sic addit Et cõclusio in principali dubio huius decis.venditionem rerum consistentium in pondere,numero, & mẽsura fore perfectum etiam quoad periculum quãdo fuit venditum totum corpus,vt est quando fuisset facta venditio de toto vino,quod est in cellario ad rationem tanti pro salma.Reminiscaris, quia dixi quòd contra hæc videntur facere illa, quæ fuerunt conclusa suprà *in decis.*280.vbi fuit decisum venditionem dictarum rerum consistentium in pondere,numero,& mensura,priusquam ponderentur,seu mensurentur,non fore perfectam quoad periculum,sed dicas saluando decisa in eadem decisione procedere quando venditio fuisset facta ad mensuram,hoc modo,videlicet quando fuissent tot barilia vini,seu tot vegetes vini ex tali dolio,seu tot mensuræ,quia tunc etsi vẽditio sit perfecta quoad reuocationem, quòd non valeant contrahentes ab ea recedere,tamen non erit perfecta quoad periculum in tantum quòd si res pereant,interim pereunt periculo venditoris priusquam mensurantur,&c.

11 *Et claues emptoribus traditas alleges*,&c]Notatur ad hoc quòd per traditionem clauium acquiritur possessio,vt per Anton.Gom.*l.*45.*Tauri*,*num.*60.

12 In gloss.*imperfecta*.ibi.*quantum ad periculum,non quantum ad obligationem*,&c.Notatur ad hoc quòd venditio facta ad mensuram,pondus,siue ad numerum,licet sit conditionalis & imperfecta quantum ad periculum,antequam fiat mensuratio , est firma quoad ipsius validitatem,nec ante mensurationem per pœnitẽtiam potest resolui,vt per Paris.*cons.*59. *&* 64.*lib.*4.Afflict.*decis.*280.Lasarte *de decima vend. cap.*5.*n.*29.Gutier.*pract.lib.*3.*quæst.*94.*num.*14.*&* 15. Parlad.*rerum quotid.l.*1.*cap.*3.§.3.*num.*26. Alexand. Trentacinq.*d.tit.de empt.resolut.*5.*à n.*1. D. Barbos. *in l.si mora*,*n.*13.*ff.solut.matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Actoris dolus emptori bonæ fidei actionem contrà venditorem non adimit.*

2 *Periculum rei venditæ dolò venditoris prædita , aut deterioris effecta,ad eum spectat.*

3 *Contractu bonæ fidei si dolo alterius initus , is qui dolum facit, nullum dicere non potest aduersùs eum,cuius fauore nullus est.*

4 *Deceptus,seu metu coactus,si velit stare sponsalibus. & ratum habere matrimonium , an decipiens ei stare teneatur.*

L. Dolum Actoris. III.

Iidem AA. *Diaphaniæ.*

Actoris dolus bonæ fidei emptori actionem 1 contra venditorem non adimit.Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.* 1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

Probat hic text.periculum rei venditæ dolo ven- 2 ditoris perditæ,aut deterioris effectæ, ad eũ spectate,vt per Pichard.*in* §.*quod si fugerit* 4.*n.*1.*Instit.de empt.*Et per hunc text.tenet.Tiraq.*in tract.le mort.p.* 6.*declar.*1.*n.*8 quòd si cõtractus bonæ fidei sit dolo 3 alterius initus,is,qui dolum fecit,nullum dicere nõ potest aduersùs eum,cuius fauore nullus est ; nã in suum præiudicium tenet contractus. & ab eo non potest recedi,ex eóque potest conueniri,quia dolus dans causam contractui annullat ipsum contractũ in odium dolosi,Bald.*per text.ibi in l.quod fauore,C. de legibus*,Ias.*in* §.*actionũ*,*n.*40.*Instit.de actionib.*Federic.de Senis *cons.*89.Vincẽt.Caroc.*in tract.de deposito,tit.aduersùs quos detur actio depositi* , *n.* 12. Sigism.Scacc.*de commerc.& camb.*§.1.*q.*7.*p.*2.*ampl.*10. *n.*10.Card.Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.l.*3.*tit.* 16.*& l.*1.*tit.*9.*n.*25.Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.gloss.*56. *n.*75.*&* 76.Sanch *de matrim.l.*1.*disp.*64.*n.*3.vbi dis- 4 putat quæstionem,si deceptus , seu metu coactus velit stare sponsalibus,& ratum habere matrimonium,an decipiẽs ei stare teneatur. Nisi lex resistat contractui,quia tunc licèt deceptus velit stare cõtractui,non poterit,Vincent.Caroc. *vbi sup. n.* 12. Cardin.Mantic.*d.tit.*9.*n.*27.

SVMMARIVM.

1 *Emptione sine scriptura perfecta,emptor ob moram periculum sustinet.*

2 *Periculum rei venditæ spectat ad venditorem si est in mora tradendi rem venditam.quamuis res vẽdita æquè peritura esset apud emptorem,num.* 3, *intellige,vt num.*4.

L. Cùm inter. IV.

Imp. Gordian. A. *Siluro.*

Emptione sine scriptura perfecta ob morã, em- 1 ptor periculum sustinet.Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

Probat hic text.periculum rei vendiræ ad vẽdi- 2 torem spectare si est in mora tradendi rem venditã emptori,vt per *l. Hispan.*27.*tit.*5.*par.* 5. *vbi gloss.* 3. Pichard.*per text.ibi in* §.*cùm autem* 3.*num.* 6. *Instit.* de

de empt. Morl. *in emporio iuris ciuilis par.* 1. *tit.* 9. *in*
3 *prum.n.*107. vbi ampliat quamuis res vendita æquè
4 peritura esset apud emptorem. Intellige si emptor
pretium priùs vẽditori obtulerit.nam ante oblationem pretij venditor ad rei venditæ traditionem nõ tenetur, & periculum erit emptoris, Surd. *consil.* 101. *num.* 1. *cum sequent.* Stephan. Gratian. *disc. ept. forens. tom.* 2. *cap.* 323. *à num.* 1. quia in contractibus reciprocis, qui vult alium in mora constituere, debet ex parte sua prius adimplere. Mascard. *de probat. conclus.* 1393. *à num.* 7. Surd *decis.* 179. *num.* 26. *& dict. cons.* 101. *num.* 1. Escob. *de ratiocin. cap.* 27. *num.* 35. & licèt aliqui id accipiant si venditor opponat de pretio non soluto, ita vt si non opponat, bene competat actio ex empto, ex quorum numero sunt Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloss.* 17. *num.* 4. & 5. Boer. *decis.* 324. *num.* 30. Afflict. *decis.* 220. *num.* 4. & 5. Osasch. *decis* 60. *num.* 17. Morl. *d. loco, num.* 34. & 35 Nihilominus tamen alij rectiùs tenent, non requiri quòd pretium petatur, sicut placuit Stephan. Gratian. *d. cap.* 323. *num.* 14. *cum seqq.* Picbard *in princip. Instit. de empt. num.* 23. Cald. Pereira *de empt. cap.* 22. *n.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Incendij casus emptione perfecta periculo emptoris emergit, & num. 2. intellige, vt num. 3.*

L. Cùm speciem. V.

Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Leontio.*

1 CAsus incendij emptione perfecta emergit emptoris periculo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*
2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 23. *tit.* 5. *par.* 5. *vbi gloss.* 6. Pichard. *ad* §. *quòd si fugerit* 4. *num.* 4. *Instit. de empt. & ven-*
3 *dit.* vbi *num.* 13. intelligit emptoris hoc casu esse periculum, nisi venditoris culpa probetur, quia licèt incendium culpa eueniat inhabitantium, *l.* 3. *versic. & quia plerumque, ff. de offic. perfecti vigilum*, non tamen sequitur culpam esse ipsius venditoris, vel patrisfamil. cùm possit cõtingere culpa seruorum, vel alterius tertij.

SVMMARIVM.

1 *Venditor interitu speciei liberatur ab emptione empti, & nihilominus emptor tenetur ei ad pretium.*
2 *Emptor, & si debitor peremptâ re venditâ, non liberatur à pretio, etiam ante traditionem, licèt sit debitum respectu rei vendita.*

L. Mortis causa. VI. & vlt.

Iidem AA. Cerulo.

1 VEnditor interitu speciei liberatur ab actione empti & nihilominus emptor tenetur ei ad pretium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*
2 Probat hic text. quòd perempta re vendita etiam ante traditionem emptor, & sic debitor non liberatur à pretio, licèt sit debitum respectu rei venditæ, vt per Anton Gom. *variar tom.* 1. *cap.* 12. *n.* 1. *in fine, versic. nec obstat. & tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. *versic. ex quo infertur, & cap.* 3. *num.* 1. & 18. *col.* 2. Perez *l.* 1. *versic. nam quando, tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 188. Ratio est, quia venditor est debitor speciei, & perempta specie debitor liberatur. Morl. *in emporio iuris ciuilis p.* 1. *tit.* 9. *in præmiss. num.* 103.

De actionibus empti, & venditi.

TIT. XLIX.

DVæ sunt partes huius tituli, vna est actio empti, quæ datur emptori cõtra venditorem: altera venditi, quæ datur venditori contra emptorem. Scripsetût in ipsius rubr. Cuiac. Pac. & VVesem De materia vide Veain. Capr. Vini. Soar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 34. *pag.* 641. *cum seqq* Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. concl.* 3. & 4. Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 405.

SVMMARIVM.

1 *Venditor emptorem actione personali, non reali ex contractu conuenit, nisi rem venditam pignoris locò sibi reseruârit, donec pretium soluatur.*
2 *Dominium rei vendita emptor potest consequi, si satis fecerit venditori, vel ipse venditor fidem de pretio habuerit, quando autem venditor dicatur fidem habuisse de pretio, remissiuè, num. 3.*
4 *Venditor si fidem habens de pretio velit quòd dominium non transeat in emptorem, alijsque anterioribus creditoribus præferatur, cautio erit quòd precariò res vendita sit penes emptorem, donec integrum soluatur pretium. Alia est cautio quòd venditor emptori rem tradat hoc pacto quòd non transeat dominium donec pretium integrè sit solutum, num. 5.*
6 *Venditor quando rem tradidit habita fide de pretio ex pacto reseruationis dominij, tunc non poterit contractus resolui, maximè in vim actionis, quando verò res tradita fuit, habita fide de pretio, nullo ex dictis pactis interueniente, datur venditori actio ad rescindendum, num. 7.*
8 *Emptionis & venditionis nominibus leges promiscuè vtuntur.*

L. Aduersùs. I.

Imp. ANTONINVS A. *Deliana.*

VEnditor ex contractu emptorem personali, 1
non reali conuenit actione, nisi rem venditam donec pretium soluatur, pignoris loco sibi reseruarit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Batt. Butrig. Salicet. Angel. Fulgos. Castrens. Bald. Sichard. Cuiac. Donel. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 37. *verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*
In gloss. *Competit.* ibi, *hic fuit habita fides de pre-* 2
tio, &c. Nota quòd dominium rei venditæ emptor consequi potest si venditori satisfecerit, vel si ipse venditor fidem de pretio habuerit, nam hæc tria, solutio pretij, satisfactio, & habitio fidei de pretio, æqualẽ vim habent respectu acquisitionis dominij, si res ei tradita sit, §. *venditæ*, *Instit. de rerum diuis.*

l. quod

l. quod si vendidi 19. ff. de contrah. empt. Fabian. de Monte in tract. de empt. quaest. 3. n. 63. Tiraq. ad finem tit. de retractu conuent. num. 78. Anton. Gom. l. 70. Tauri num. 21. Gironda de gabellis par. 4. §. 2. num. 4. Lasarte de decima vendit. cap. 6. n. 23. Mozz. de contract. tract. de empt. tit. de substantial. empt. num. 32. & 77. Viui. decis. 34. num. 15. Auendan. resp. 29. in princ. Surd. decis. 220. Cassanat. cons. 9. num. 45. Vincent. Caroc. de locato, tit. de locatione ex fide, quaest. 8. col. 18. & tit. de remiss. mercedis, quaest. 8. n. 34. fol. 184.

3 Valenzuel. cons. 56. num. 32. quando autem venditor dicatur fidem de pretio habuisse, vide posita in collect. ad l. non idcirco, supr. C. de contrah. empt.

4 Si venditor fidem habens de pretio velit quòd dominium in emptorem non transeat, aliisque anterioribus creditoribus praeferatur, cautela erit quòd precario res vendita penes emptorem sit donec integrum pretium soluatur, quae est tantae efficaciae, vt per eam dominium & possessio penes venditorem remaneat, & emptore non soluente poterit vẽditor reuocato precario per rei vendicationem, vel per interdicta possessoria rem venditam recuperare. l. ea quae distracta, ff. de precar. l. 3. inf. de pactis inter empt. Parlad. rerum quotid. l. 1. c. 8. à n. 3. Fontanel. de pactis nupt. tom. 2. clausf. 7. gloss. 2 par. 9. num. 21. & 22. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 325. num. 11.

5 Alia est cautela, quòd scilicet venditor emptori rẽ tradat hoc pacto, quòd non transeat dominium donec pretium integrè soluatur, quòd quidem pactum valere, & impedire dominij translationem, tenent Tiraq. de retractu lign. §. 1. gloss. 2. àn. 39. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 2. num. 30. vers. item etiam, Parlad d. cap. 8. num. 1. & 7. Surd. decis. 220. num. 13. Stephan. Gratian. d. cap. 523. num. 1. cum seqq. Afflict. decis. 238. Vincent. de Franchis decis. 506. ex n. 5. Magon. Florent. decis. 91. n. 8. & 9. & Lucensi decis. 31. Surd. decis. 157. num. 2. & decis. 344. à num. 11. Marta in votis nouiss. decis. voto 43. à num. 2. Ioseph. Sesse decis. 42. à num. 13. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 27. num. 4. & 5. Valenzuel. cons. 59. num. 35. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 22. n. 31. in fine.

6 Quando venditor rẽ tradidit habita fide de pretio ex pacto reseruationis dominij, tunc non poterit contractus resolui, maximè in vim actionis, de quo Stephan. Gratian. d. cap. 523. à num. 13. & 23.

7 Quando verò res tradita fuit habita fide de pretio, nullo ex dictis pactis interueniente, datur vẽditori actio ad rescindendam traditionem, quasi indebitè factam, si id deficiat quod principaliter mouit ad contrahendum, nam etiam nominatus contractus corruit ob defectum finalis causae, Roland. cons. 69. à n. 37. l. 4. Surd decis. 220. n. 18. & 19. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 307. & c. 316. num. 2. & Marchiae decis. 13. num. 1. & decis. 26. num. 22. Cald. Pereira d. c. 23. num 21. D. Barbos. in l. de diuisione 5. n. 50. vers. ex quo, ff. soluto matrim.

8 In ead. gloss. ibi, & quod dicit vendidi, id est, empti. Aduerte quòd emptionis, & venditionis nominibus promiscuè leges vtuntur, vnum pro alio accipiẽtes, vt notant Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. par. 1. c. 1. num. 3. Conan. comment. iuris lib. 7. c. 6. num. 2. Francisc. Sousa in rep. §. actionum, Instit. de actionib. p. 4. c. 1. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Residuum pretij peti potest non obstante refutatione, vel compensatione erronea.*

2 *Erronea refutatio & compensatio eliditur ope replicationis.*

3 *Fructus à solo separati non veniunt in venditione fundi.*

4 *Fructus rei venditae, qui tempore contractus erant iam collecti & separati à solo, non venire in venditione, sed sine dubio spectare ad venditorem.*

5 *Fructus pendentes in re vendita, siue maturos, siue immaturos, tempore venditionis, pertinere ad emptorem, de fructibus post perfectam venditionem natis & perceptis à venditore ex re vendita ante rei traditionem, & antequam emptor pretium soluat, vel offerat, & illum in mora constituat, quid, num. 6.*

L. Venditi. II.

Impp. VALERIAN & GALLIEN. AA. & VALER. C. *Domitiano.*

RESiduum pretij potest peti non obstante refu- 1
tatione, vel compensatione erronea. Erronea 2
refutatio, & compensatio ope replicationis eliditur. 3
Fructus à solo separati non veniunt in venditione fundi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.

Fructus quoque perceptos, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd fructus rei venditae qui tempore contractus erant iam collecti & separati à solo, non veniunt in venditione, sed sine dubio ad venditorem spectant, vt per Gutier. Canon. quaest. lib. 1. cap. 32. num. 23. Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de empt. & vend. resol. 6. n. 6. Cancer etiam var. resol. part. 1. cap. 13. de empt. & vendit. num. 52. in princip. Bertazol. de clausulis instrument. clausf. 26. gloss. 13. num. 10. & 11. vbi, nec arbores incisas, vel deiectas, nec glans quae ceciderat, quod etiam tenet Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 16. num. 48.

Fructus verò pendentes in re vendita siue matu- 5
ri, siue immaturi tempore venditionis, pertinent ad emptorem, l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de action. empti. l. fin. §. fructus ff. quae in fraudem cred. l. 11. Hisp. tit. 15. part. 5. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 7. à num. 37. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 2. num. 11. & l. 40. Tauri num. 74. vers. sed his non obstantibus, Cou. var. lib. 1. cap. 15. num. 1. & 2. Ioseph. Ludou. decis. 83. num. 6. Ceruantes l. 6. Tauri num. 154. Auendan. resp. 5. n. 5. Baeca de decim. tutor. cap. 18. ex num. 2. Soar. de Paz in pract. tom. 3. cap. 6. § 2. n. 6. & 7. Bertaz. d. clausf. 26. gloss. 13. num. 7. Donell. comment. iuris lib. 13. cap. 4. in princip. Mozz. de contract. tit. de empt. & vend. tit. de naturalib. empt. num. 43. Auendan. de censib. cap. 59. num. 1. cum seqq. Escob. de ratiocin. comput. 26. n. 3. & comp. 19. n. 3. Pereg. de iure fisci lib. 6. tit. 4. n. 31. Vincent. de Franchis decis. 390. num. 1. & 2. Cancer. d. cap. 13. num. 52. vers. si verò non erant percepti, Anton. Fab. de erroribus pragmat. decad. 11. errore 3. num. 8. vers. nihil autem, Morl. in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 10. q. 3. num. 8. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 12. num. 18. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 16. n. 2. Castill. quotid. lib. 1. de vsufructu cap. 42. num. 7. cum seqq. Valenzuel. cons. 55. num. 93. & cons. 59. num. 11. & 12. Cardin. Mantic. d. tit. 16. n. 41.

Sed dubium est de fructibus post perfectam ven- 6
ditionem natis & perceptis à venditore, ex re vendita ante rei traditionem, & antequã emptor pretium soluat, vel offerat, & illũ in mora constituat, vtrùm ad ipsum venditorem, vel emptorẽ spectent? & esse

emptoris, & illi competere, probat. *in l. venditor 21. vers. quemadmodum, ff. de hered. vel act. vend.* & resoluunt Fabian. de Monte *de empt. quaest. 6. num. 22. & 23.* Cou. *lib. 3. var. cap. 4. num. 7.* Spin. *in speculo testam. gloss. 13. num. 84.* Mozz. *d. tit. de naturalib. empt. num. 43.* Aluar. Valasc. *de partition. cap. 28. num. 8.* Cancer. *d. cap. 13. num. 52. vers. & in summa*, Scacc. *de commerc. §. 1. quaest. 7. part 2. ampl. 8. num. 17.* Sousa *in repet. §. actionum, Instit. de actionib. part. 3. num. 21 cum seqq.* vbi *à num.* 28. agit de intellectu *l. fructus, ff. hoc tit.*

L. Ex arrhali III.

Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.
Serpodoro.

ARrharum nomine datum personali actione repetitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Vide posita *in collect. ad l. 1. sup. C. quando liceat ab emptione recedere.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor ex mora traditionis tenetur emptori ad interesse pro iudicis arbitrio, & num. 2. an teneatur colere fundum venditum antequam tradat, & id non facit, teneatur ad fructus, ac si coluisset, num. 3.*

4 *Interesse licèt iuramento damnum passi probari possit, poterit tamen iudex dictum iuramentum moderare consideratâ qualitate iurantis, & eius facultatibus.*

5 *Venditor an teneatur rem tradere praecisè, vel liberetur praestando interesse.*

6 *Interessi modi varij, remissiuè.*

L. Si traditio. IV.

Iidem AA. Mutiano.

1 VEnditor ex mora traditionis tenetur ad interesse emptori pro iudicis arbitrio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 320.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
2 munt Tiraquell. *de iure constituti, part. 1. num. 73.* vbi
3 deinde quaerit an venditor teneatur colere fundum
venditum antequam tradat, & si id non faciat, teneatur ad fructus ac si coluisset, Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 120. per tot.*

Fuerit arbitratus, &c.] Notatur ad hoc quòd licèt
4 interesse iuramento damnum passi probari possit, tamen iudex poterit dictum iuramentum moderare considerata qualitate iurantis, & illiusmet facultatibus, vt per Mascard. *de probat. concl. 934.* aliàs 935. *n. 29.* Iudex enim consideratis facultatibus personae, quae quantitatem interesse soluere debet, eam licèt certam arbitrio boni viri moderari poterit, Bauer. *de virtute iuram. cap. 50. n. 75.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 100.* Menoch. *de arbitr. casu 119. & remed. 1. recuper. num. 418. quaest. 38.* Coler. *decis. 126.* Mancin. *de iuram. §. 4. effectu 108. n. 19. & effectu 109. n. 1.* Benechend. *in addit. ad Seraphin. de priuileg. iuram priuileg. 31. n. 43.*

In gloss. *Precaria, in addit.* ibi, *quòd si emptor habet*
5 *facultatem*, &c. In illa quaestione decidenda, ad venditor teneatur rem tradere praecisè, vel liberetur praestando interesse, amplectitur additio glossae *in praesenti*, hanc distinctionem, aut venditor habet facultatem tradendi, & tùc compellatur, vel non habet, & quòd tunc non cõpellatur, sed liberetur praestando interesse, ita gloss. *in §. pretium, Inst. de empt. & vend.* Tiraq. *de retract. conuent. in praefat. n. 115.* Roland. *cons. 53. n. 2. vol. 1.* Rebuff. *in l. vnic. n. 385. C. de sent. quae pro eo.* Pinel. *in rubr. C. de rescind. vend. p. 4. c. 1. n. 25. in fine*, Cephal. *cons. 407. n. 39.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 10. n. 22. vers. septimus casus*, Surd. *decis. 253. n. 3. & cons. 13. n. 25.* Menoch. *cons. 92. n. 63.* Barz. *decis. 111. n. 4* Morl. *in emporio iuris ciuilis par. 1. tit. 9. quaest. 7. n. 3. cum seqq.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 459.* Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad. 32. errore 4. n. 4. & coniect. l. 6. c. 17. & decad. 85. errore 4.* vbi palinodiam cantat, Fachin. *controu. lib. 2. c. 20.*

In ead gloss. ibi, *item de quo interesse hic dicat*, &c. 6
De variis modis interesse, vide Mascard *de probat. concl. 931.* Hermann. Meyrer *in tract. de pignorib. tit. 8. de interesse, n. 26.* Alex. Trentacinq. *var. resol. tit. de interesse, resol. 1. n. 39.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 7. gloss. 2. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur ob perceptos fructus rei emptae ad vsuras non soluti pretij, & n. 2. etiamsi venditor promissa ex parte sua non adimplenisset, n. 3. idque locum habet in omnibus contractibus tam nominatis, quam innominatis, n. 4. Amplia procedere etiam in promissione venditoris, si venditor acceperit pretium, & tamen rem non tradidit, n. 5. contrarium, num. 6.*

7 *Venditor poterit ratione qualitatis excipiendo petere vsuras aduersùs emptorem agentem ad fructus.*

8 *Vsura ab emptore venditori praestanda in specie huius l. quales esse debeant, peti possunt solum habito respectu ad fructus perceptos, & non vltra. n. 9. taxari debent ad septem & octo pro centum, n. 10.*

11 *Emptor in foro conscientiae non est cogendus in pretio soluendo immorans, ad fructus, siue pretij vsuras soluendas ante condemnationem.*

12 *Venditor si maius patiatur damnum, quàm sit quãtitas fructuum, quos percepit emptor, an obtinere poterit illud sibi resarciri per emptorem. teneri emptorem ad vsuras pretij non solum respectu fructuum, quos percepit ex re vendita, etiamsi venditori ex dilatione solutionis nullum damnum sit sequutum, nec vllum lucrum amiserit ex eo, quod incontinenti pretium non fuit solutum, n. 13.*

14 *Fructus recompensatiui iuxta aequitatem huius legis non debentur ab emptore, cui res vendita euicta fuit, & sic illam non possidet, nec dolo desiit possidere, limitatur in imminente euictione, n. 15.*

16 *Emptor non tenetur ad fructus recompensatiuos, si multos fructus ex re empta percipere potuit.*

17 *non deberi Vsuras si non colliguntur fructus, quantumcunque alia interueniat vtilitas, nisi praecedat interpellatio, & venditor in mora regulari constituatur.*

18 *Emptor non teneri ad fructus recompensatiuos, si nullos fructus percepit, nec percipere potuit. vel quando ob calamitatem temporis emptor non percepisset fructus ex re empta, num. 19.*

20 *Emptor qui pro parte soluit pretium, pro alia tantùm parte pretij non soluti vsuras debet.*

21 *Emptori data dilatione ad soluendum pretium an possit paciscj valide, & sine labe vsurarum, inter*

emptio

emptorem & venditorem vt aliquid annuum solnatur, donec pretium fuerit solutum.

22 *Emptor rei fructus, vsuras pretij soluere tenetur, quamuis omnia à se promissa non adimpleuerit. dummodo vsum rei habuerit fructus percipiendo. procedit non solùm in rerum immobilium venditione, sed etiam cùm res mobiles fructifera venduntur, num. 23. procedit etiam in omnibus contractibus correspectiuis, ex quibus hinc inde resultat cõmoditas, & in quibus eadem viget aquitas, num. 24. nec ab huiusmodi vsurarum solutione debitores se excusare possunt minori tempore quàm triginta annorum, licèt fructus aliàs triennio vsucapiantur, num. 25. procedit etiamsi venditor rem venditam tradens dominium transtulerit, sed simplicem detentionem. num. 26.*

L. Curabit Præses. V.

Iidem AA. Decimæ.

1 EMptor ob perceptos fructus rei emptæ tenetur ad vsuras pretij non soluti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag.* 324. Aloys. Leo *in 4. fol. 37. verse*, & repetitiones super hanc L. ediderunt Hieron. Caguolus, & Ioan. Bapt. Lup.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, exornántque Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 4. *tit.* 67. §. 4. Angel. *in sum. verbo emptio num. 5. & verbo vsura 1. n.* 18 Dueu. *reg.* 244. Afflict. *decis.* 20 Beuintend. *Bonon. decis.* 29. Ioseph. Angles *in 4. sentent. par. 2. quæst. de contractu emptionis diffi. 3. concl.* 3. Francisc. Garc. *de contractib. cap. 24. num.* 8. Contad. *eod. tract. quæst. 59. concl.* 4. Cou. *lib. 3. var. cap. 4. per tot.* Nau. *cons. 11. num. 2. de empt. & vendit.* Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 34. num. 6. pag.* 641. & Bellacomb. *ibidem num. 24. pag* 643. Aton. Gabr. *tom. 3. etiam commun. lib. 3. tit. de empt. concl. 3. pag.* 186. & Ioseph. Ludouic. *tit. de flatutis conclus. 3. pag.* 561. Baraiona *in addit. ad Palat. In repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab.* 6. §. 9. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 53. Alphan. *collect.* 285. Gutier. *canon. lib. 1. cap. 29. num.* 19 *cum seqq.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 37 num.* 7. Ioan Bapt. Costa *de facti scientia & ignorant. dist. 84. num.* 9. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 7. num.* 107. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par. 1. collect.* 199. Perez *in rub. tit. 2. gloss. 1. pag. 15. col. 2. vers. ad secundum lib. 8. Ordinem.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 1. n. 38. & tom. 1. lib. 1. cap. 10. num.* 10. Giurb. *decis. 100. num.* 15. Honded. *cons. 30. & cons. 45. n. 7. & 8. vol.* 1. Greg. XV. *decis.*

3 297. *à n.* 1. vbi *n.* 2 procedere ait, etiamsi venditor promissa ex parte sua non adimpleuisset, vbi Beltramin. *in annot. num.* 12. ex Rota reddit rationem, quia per non implementum venditoris non minuitur vsus rei venditæ, cuius vsus contemplatione debentur isti fructus recompensatiui ne empto locupletetur cum aliena iactura, idem Greg. XV. *decis.* 347. *à princip.* vbi *num.* 3 quòd istæ vsuræ recompensatiuæ debentur etiam attenta dispositione iuris Canonici, Narbona *l. 15. gloss. 4. num. 30. tit. 18. lib. 5. noua R cop.* Cancer. *var. resol. lib. 3. cap. 7. de pactis num. 21. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 1. dispu. 368. num. 9. vers. secunda conclusio.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. quæst. 13. à num.* 1. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 9. n. 19. & lib. 4. tit. 16. num. 42. & tit. 24. num. 6. cum seqq.* vbi rationem reddit Rot. *decis. 70. num. 5. p. 1. recentissim.* aliàs *in posth.* Farin. vbi quòd habet locum in

4 quolibet contractu tam nominato, quàm innominato. Ex nostris LVSITANIS Gam *decis. 71. n. 2. & decis. 96. num.* 1. Cabed. *decis. 166. p.* 1. D Barbos. *in l. de diuisione, ff. soluto matrim. num. 13. cum seqq.* vbi quærit qua ratione in specie huius text. debeantur venditori vsuræ pretij solùm pro quantitate fructuum, quos emptor percepit, & *num. 67. cum seqq.* vbi ait hunc text. dum decidit in casu ibi proposito deberi vsuras etiam cessante mora, exponendum esse, scilicet regulari, quæ contrahitur per interpellationem, Cald. Pereira *post quæst. forens. cons. 35. num. 31. & de empt. cap. 7. num. 27. & cap. 13. num.* 10. vbi tenet quòd quamuis hæc lex loquatur in emptore, qui rei emptæ possessionem nactus fructus recipit, partem pretij, quam penes se habet, restituere teneatur, cum vsuris tamen; eius ratio ad venditorem extenditur, quoniam sunt correlatiua, Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff de iustitia & iure p. 2. differ. 3. num.* 16. Rebell. *de obligat. iustit. tom. 2. lib. 9. quæst. 10. à n.* 11. vbi procedere ait in casu, quo mora culpabilis tradendi pretium cõuersum interueniat ex parte emptoris, prout expressè sancitum fuit *in l. fructus, inf. hoc eod. tit.* & latiùs *quæst. 17. n. 10. cum seqq.* latè Didac. à Britto *ad rub. de locato par. 2. §. 1. n. 29. cum seqq.*

Amplia dispositionem huius text. procedere in 5
promissione de vendendo si venditor accepit pretium, & tamen non tradidit rem, quia nihil iniquius est quàm vt hic, qui promisit vendere, aut reuendere, habeat penes se pretium & fructus eius rei, cuius venditio; aut reuenditio promissa est, vt per Tiraq. *ad finem tit. 2. de retractu cõuent. n. 82. cum seqq.* vbi *n.* 84 respondet ad obiectum quòd aliud sit vẽdere, aliud promittere de vendendo, vt procedat cũ mansimus in simplici promissione, sed cùm vltra eã processimus ad traditionem rei, & pretij, nihil dubitandum est quin tacitè vendamus, & multo magis reuendamus, Syluan. *cons. 10. per tot.* Cassan. *in consuet. Burgun. rub. 4. §. 23. verbo deniers de mariage n. 25. pag.* 193. Cou. *d. cap. 4. num.* 8. Paul. Comitol. *citato loco.* Contrarium tamen, immò quòd stãte sola pro- 6
missione de vendendo ex eo quòd promissor pretiũ receperit, non habeat locum decisio huius text. tenent Alex. ad Bart. *in l. Iulianus, §. offerri, ff. hoc tit. & cons. 111. num. 8. lib.* 4. Deci. *cons.* 181. *num. fin.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num.* 156. Hieton Gabr. *cons. 64. num. 9. ad fin. lib.* 1. quos refert & sequitur D. Barbos. *in l. si ante 6. num. 46. ff. soluto matrim.* ex ea ratione, quia ille, qui se obligauit ad vendendũ, non se obligauit ad tradendum, nisi postquam perfecta esset venditio quamuis igitur pretiũ accipiat, non ob id debet videri recessisse à priori voluntate, *l. cum qui, ff. de probat.* & ideo cùm in eo respectu traditionis nulla omnino mora considerari possit, non potest locum habere decisio huius text. Et *num.* 47. respondet ad obiectionem, quam suprà adduxerat, videlicet quòd in specie huius text. nihil interest verùm dominium sit trãslatum in emptorem, nécne, sed sufficit quod vigeat inęqualitas cùm fruatur quis re & pretio, vt locũ habeat æquitas nostræ legis; & cõcludit his verbis: *Non obstat secundũ, quia fatendũ est aquitatem* d. l. curabit, *locum habere etsi nulla culpa in venditore considerari possit: caeterùm si voluntate partium differatur rei traditio, vel solutio pretij, tunc quia propter voluntatem partium cessat consideratio inaqualitatis, non habet locum aquitas* d. l. curabit. planè in hoc casu ex conuentione partiũ differtur traditio rei in tẽpus, quo sit celebrata vẽditio, & sic debet cessare prędicta ęquitas. Et ex his infertur elegãs explicatio ad suprà tradita quòd vbi pręcessit promissio de vẽdendo, & sequuta est traditio,

in dubio censetur dominium translatum, quòd si emptor pretium non soluat, non ob id tenebitur vsuras pretij soluere, iuxta *d.l.curab.*, cùm volūtate venditoris tacita ei videatur concessa dilatio ad soluendum pretium donec vēditio esset celebrata. Neque dicat quòd ex eo quòd promissor tradidit rem, videtur voluisse promissionem de vendendo transferre in puram venditionem, vt considerat Couarr. *resolut.lib.3.cap.4.n.fin.* quia respondetur hanc trāsfusionem fieri non posse nisi de consensu vtriusque partis, *l.1.C.quando liceat ab empt.reced.* emptor autē, qui rem accepit, & tamen non soluit pretium, non est credendus à priore conuentione recessisse, *l.cum qui, ff. de probat.* Vt igitur promissio de vendendo censeatur transfusa in puram venditionem, oportet quòd vtriusque factum interueniat, scilicet quòd promissor rem tradat, & accipiens soluat pretium, in his enim terminis procedunt supradicta. Hactenus D.Barbosa.

7 Vnde vēditor ratione æqualitatis poterit petere excipiendo vsuras aduersùs emptorem agentem ad fructus, Cardin.Mantic.*d.lib.4. tit. 16. n. 42.* Felician.*d.lib.2.cap.1.num.38.* Franc.Sousa *in repet.d.§. actionum, Instit.de action. par. 3. num. 37. cum seqq.* quia istæ vsuræ vsque ad concurrentiam fructuum nō sunt propriè vsuræ, sed magis rei persecutio, nec fundantur in mora, nec in punitione moræ, sed solùm in æqualitate iustitiæ commutatiuæ, quæ est quod quatenus vnus contrahentium implet, debent alij ei vicissim implere, aut lucrum implementi recepti reddere, vel compensare ne sequatur inæqualitas, quæ est contraria iustitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate consistit. Vide Couar.*d.lib.3.var.arū, cap.4.n.1.& 2.* Ioan.Bapt.Lup.*de vsuris, comm.1.§.7. num.136.& 160.* Honded.*cons.44.num.29.& cons.30. num.18.lib.* Surd.*d.cons.101.n.20.* D. Barbos. *in d.l. de diuisione, n.13.vers.caterùm, ff.solutio matrim.* Felician.*de censib.lib.1.cap.3.n.13.vers.hinc fluit, & lib.2. cap.1.n. 38.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.3. quæst.7. n. 107. & quæst.8.post num.14.& quæst.10. per tot.* Cald.Pereira *de empt.& vend.cap. 23. n. 26. vers.sed nihilominus,* Sigism.Scacc.*de commerc. §. 1. quæst. 7.part.2.ampl.8.n. 155.* Beltramin.*in annot.ad Gregor.XV.decis. 297. n. 12.* vbi ait quòd isti fructus debiti ex dispositione huius legis nō sunt propriè vsuræ, sed potiùs reparatio dāni, nec debentur vti vsuræ, sed tanquā res propriæ ex æquitate iustitiæ commutatiuæ, & iure naturali, & quòd petuntur non tanquam fructus rei principaliter deductæ in iudicio, sed tanquam res principalis debita. Cancer.*variarum par.3.c. 7. de pactis, num.12.cum seqq.* vbi *num. 28.* subdit dispositionem huius leg. non solùm in contractu emptionis & venditionis, sed etiam in omnibus contractibus correspectiuis, ex quibus hinc inde resultat commoditas, procedere.

8 Vsuræ igitur ab emptore venditori præstandæ in specie huius legis debēt esse recompensatiuæ lucri, quod emptor consequitur ex fructibus, & non veniunt immediatè, nec debentur ex traditione fundi facta per venditorem, sed potiùs ex eo quòd emptor retinens pretium etiam fructus rei traditæ percepit, & nō est æquum quòd emptor fruatur re & pretio, & ideo tenetur præstare vsuras pro ratione fructuum perceptorum. Ita Bald.*in l.si traditio, num.11. supr.hoc eod.tit.* Afflict.*decis.20.n.4.* Paris. *cons. 60. à n.13.lib.1.* Tiraq *de retractu conuent. ad fin.tit.n. 70.* Surd.*d.cons. 101.num.19.& 20.* vbi inquit quòd petuntur vsuræ tanquam interesse damni emergentis pro quantitate fructuum, quos percepit emptor, & percepisset venditor, si rem non tradidisset, Narbona *l.35.gl.4.n.31.tit.18.lib.5.noua Recopil.* D. Barbos.*in d.l.de diuisione, n.14.& 15. vers. item colliges,* vbi tradit quòd non debet haberi respectus ad fructus, quos venditor moram passus percepisset, sed tantùm ad quantitatem fructuum, quos emptor morosus percepit, & iuxta communem opinionem tenet Stephan.Gratian.*discept.forens.tom.4.c.716. n.1.* quòd in materia huius legis vsuræ possūt solùm peti habito respectu ad fructus perceptos, & nō vltrà. 9
Vnde non potest sequi aliqua condemnatio ad dictas vsuras, nisi priùs facta liquidatione parte citata, etiam quòd simus in obligatione Camerali, cùm negotium liquidationis sit diuersum, & non habeat priuilegium executiuum, idem Stephan. Gratian.*d. c. 716. num.2.& n.9.& 10.* tenet quòd iudex ex officio taxat fructus debitos, iuxta hanc legem, nisi fuerint taxati per partes. Et quod in specie huius text. hæ vsuræ recompensatiuæ sunt taxandæ ad septem & octo pro centum, tradit Castrens.*in l.1. in princip. in verb. æquitatis ratione, supr. de vsur.* quem refert Stephan.Gratian.*discept.forens.tom.3. c. 524. n. 13.* & resoluit Rebell.*de obligat.iustit.par.2.lib. 9. q. 17.n.12.* quoad forum conscientiæ non esse cogendum emptorem in pretio soluendo immorantem ad prædictos fructus, siue pretij vsuras soluendas ante condemnationem, cùm in pœnam pro culpa à iure decernantur. 10 11

Sed quid si venditor maius patiatur damnum, quàm sit quātitas fructuum, quos percepit emptor, nónne poterit obtinere illud sibi resarciri per emptorem? Affirmatiuam partem amplectuntur Menchaq.*lib.3.quæst.vsufrequent.c. 50. num.7.& cap.60. n.21.* Anton.Gabr.*commun.lib. 3.tit.de empt.& vend. concl.4.n.3.* Honded.*d.cons.30.n.24.l.1.* Gutier.*de iurament.confirm.par. 1. c.2.n. 4.* Sed contrarium meritò defendunt Ioan.Bapt.Lup.*super hanc l. n.162.* D.Barbos.*in d.l.de diuisione, n. 14.& 15.* vbi contra Anton.Gabr.*d.concl.4.num.2.* & Ioseph Ludou.*Perus.decis.53.n.3.* tenet multo minus posse petere lucrum, quod amisit. Et videtur prior opinio affirmatiua procedere quando mora regularis interuenit contracta mediante interpellatione. 12

Si verò ex dilatione solutionis nullum damnum venditori est sequutum, nec vllum lucrum amisit ex eo, quòd incontinenti pretium non fuit solutū, adhuc emptor in hoc casu ad vsuras pretij non soluti respectu fructuum, quos ex re vendita percepit, tenetur ex Couar.*d.lib.3.c.4.num.1. vers. primo,* Card.Mantic.*d.lib.4.tit.24.num.13.& 13.* vbi damnum hoc casu respectu venditoris considerari posse inquit. Cald.Pereira *de empt.& vendit.c.23.n. 19.* Narbona *in l.15.gloss.4.n.34.tit. 18. lib. 5. noua Recopilat.* 13

Fructus recompensatiui iuxta æquitatem huius l. non debentur ab emptore, cui res vendita euicta fuit, & sic illam non possidet, nec dolo possidere desiit, ita Rot.Roman.*decis.564.* apud Farin. *par.1.recentiorum.* quod in imminente euictione limitat Giurb.*decis.100.num.15.vers.etsi immineat euictio.* 14 15

Non tenetur tamen emptor ad fructus recompensatiuos, si nullos fructus ex re empta percipere potuit, Cagnol.*hic num.48.* Cou. *d.lib.3.c. 4.num.3.* Ioan.Bapt.Lup.*hic comment.3.§.7. num. 141.* Benintend.*Bononien.decis.29.num. 9.* D. Barbos. *in d. l. de diuisione n. 54.* vbi tradit non deberi vsuras si non colliguntur fructus quantuncunque alia vtilitas interueniat, nisi præcedat interpellatio, & venditor in mora regulari constituatur, Surd.*cons. 101. num. 22.* Cardin.Mantic.*d.lib.4.tit.24.n.14.* Molin. *d. tract.2. disp.368.n.12.* Fachinæ. *controuers.iuris lib.2.cap.32.* 16 17

in

in princ. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 1. q. 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 170. Griuel. *Dolana dec.* 98. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in dec. Curia Archiep. Neap. p.* 3. *dec.* 186. *num.* 3. Beltramin. *in annot. ad Greg. XV. decis.* 297.
18 *n.* 11. idem Greg. XV. *dec.* 347. *n.* 5. vbi probat emptorem non teneri ad fructus recompensatiuos si nullos fructus percepit, nec percipere potuit, Gasp.
19 Roderic. *de annuis redditib. l.* 3. *q.* 7. *n.* 84. vbi ampliat ad casum quando ob calamitatem temporis emptor non percepisset fructus ex re empta. Et quamuis D. Barbos. *in d. l. de diuisione*, *num.* 62. id ampliet ad casum quando emptor non percepit fructus, quia noluit, & si voluisset, eos percipere posset; nihilominus tamen verius est emptorem, qui fuit in possessione, & habuit facultatem percipiendi fructus, licèt non perceperit, teneri ad fructus compensatiuos, quos percipere poterat, vt resoluunt Surd. *d. cons.* 101. *n.* 11. Beltramin. *in annot. ad d. dec. Greg. XV.* 297. *n.* 11. *in fine.*

20 Ex quo infertur emptorem, qui pro parte soluit pretium, pro alia tãtùm parte pretij non soluti vsuras debere, Cou. *d. cap.* 4. *num.* 6. Surd. *d. consil.* 101. *num.* 13. & 14. Cald. Pereira *d. tract. de empt. & vendit. cap.* 23. *num.* 26. Greg. XV. *d. dec.* 347. *num.* 7. vbi Beltramin. *num.* 18. aduertit quòd licèt emptor soluens partem pretij tantùm, non acquirat dominium rei emptæ pro rata pretij soluti, nihilominus pro illius rata debentur dicto emptori fructus recompensatiui, non ratione dominij, neque ratione moræ, sed ratione cuiusdam generalis æquitatis, ne venditor locupletetur cum illius iactura; non potest tamen emptor istos fructus pro dicta rata petere, nisi priùs soluto integro pretio, & tunc debentur ei fructus etiã temporis præteriti pro rata dicti pretij iam per prius soluti, Honded. *d. consil.* 44. *num.* 25. *lib.* 1. Surd. *d. cons.* 101. *num.* 7. *in fine, & num.* 26. *vers. respondetur quoque,* quos refert & sequitur Beltramin. *vbi proximè.* Idem erit in venditore, qui pro parte rem tradidit, cui respectu fructuum partis traditæ debetur interesse, Surd. *d. cons.* 101. *à num.* 23. Stafil. Pacific. *de Saluiano interdicto inspect.* 5. *cap. vnic. n.* 171. & 172. Differunt tamen in eo quòd venditor potest agere ad interesse antequam integrè ex parte sua impleat contractum, quod emptori non licet; Surd. *d. cons.* 101. *à n.* 26. Honded. *d. cons.* 44. *à n.* 23.

21 Vtrùm autem data dilatione emptori ad soluendum pretium, possit pacisci validè, & sine labe vsurarum inter emptorem, & venditorem vt aliquid annuum soluatur donec pretium fuerit solutum? vide Cagnol. *hic num.* 62. Cou. *d. lib.* 3. *var. c.* 4. *num.* 6. Mozz. *de contract. lib. tit. de empt. & vend. tit. de substantialib. empt. num.* 39. Fachine. *controuers. lib.* 1. *cap.* 32. *col.* 2. *vers. tertiò controuertitur,* D. Barbos. *in d. l. de diuisione num.* 71. & 72. *ff. soluto matrim.* Gasp. Roderic. *de annuis reditib. l.* 3. *quæst.* 7. *num.* 78. Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. & *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *disc. forens. tom.* 3. *cap.* 523. *num.* 13. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *à num.* 132. *vsque ad num.* 170. Cancer. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 7. *de pactis num.* 59. quorum communis & vera resolutio est valere huiusmodi pactum si res tradita erat de sui natura fructifera, & interesse fructuum quantitatem non excedit; & nisi venditor carius vendidisset ob dilatam pretij solutionem, secundum Scacc. *d. ampl.* 8. *n.* 155. Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 15. Quod vlteriùs restringitur quando venditor habuit fidem de pretio, & dedit terminum emptori ad soluendum, & in principio non fuit actum de interesse; nam tunc quamuis res esset fructifera de sui natura, tamen venditor dilatione pendente non poterit interesse pretij non soluti petere, ita Cou. *d. cap.* 4. *num.* 5. Rot. Genuens. *dec.* 91. *num.* 3. D. Barbos. *in d. l. de diuisione num.* 68. & 70. Valasc. *cons.* 9. *num.* 8. Honded. *cons.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. Ioseph Ludou. *Perus. dec.* 53. *num.* 5. vbi tradit non esse locum interesse huius l. quando habita fuit fides de pretio, donec fundus fuerit repertus super quo pecunia imponatur, & secus esse si simpliciter dictum fuerit quòd pecunia collocaretur in aliqua re; latè Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 588. *num.* 22. *cum seqq.* vbi hanc restrictionem sequitur cùm dilatio continet tempus certum; secus verò in dilatione indeterminata, & in ea, quæ de sui natura venit quamprimum adimplenda. Beltramin. *ad d. dec.* 197. *num.* 10 Post lapsum terminum emptor ad interesse tenetur, & in pactum à principio deduci potest. Cou. *d. cap.* 4. *n.* 5. *vers. si tandem,* Afflict. *dec.* 20. *n.* 4. Scacc. *vbi sup. n.* 153. Aloys. Ricc. *d. part.* 3. *dec.* 186. *n.* 4.

Adeò vera est principalis textus conclusio, quòd 22
scilicet rei fructus emptor percipiens, vsuras pretij soluere teneatur, vt locum habeat quamuis omnia à se promissa non adimpleuerit, dummodo emptor vsum rei habuerit fructus percipiendo, non enim venditoris implementum, sed ipsa fructuum perceptio cursum vsurarum inducit, cùm ob non adimplementum vsus rei non diminuatur, cuius vsus cõtemplatione debentur isti fructus recompensatiui, ne emptor locupletetur cum aliena iactura, ita Cagnol. *hic num.* 33. Ioan. Bapt. Lup. *num.* 142. Paris. *cons.* 60. *num.* 26. *lib.* 1. Cou. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. Honded. *d. cons.* 44. *à num.* 7. & *à num.* 13. *lib.* 1. D. Barbos. *in d. l. de diuisione num.* 69. Fachinæ. *controuers. lib.* 2. *c.* 32. *vers. altera est,* Giurb. *d. dec.* 100. *num.* 15. Mastrill. *dec.* 160. Sigism. Scacc. *d.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *à num.* 160. Stephan. Gratian. *d. cap.* 588. *num.* 22. *cum sequentib.* Greg. XV. *d. dec.* 197. *n.* 2. vbi Beltramin. *n.* 11 & *dec.* 347. *n.* 10. & 11.

Habet etiam locum non solùm in rerum immo- 23
bilium venditione, sed etiam cùm res mobiles fructiferæ venduntur, vt ex Rot. tradit Sigism. Scacc. *d. ampl.* 8. *num.* 173. Gasp. Roderic. *d. lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 89. vbi agit de equo tradito, qui locari consueuerat.

Et procedit in omnibus contractibus correspe- 24
ctiuis, ex quibus hinc inde resultat commoditas, & in quibus eadem æquitas viget, Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 7. *de pactis à num.* 21. *cum seqq.* latè Honded. *lib.*
1. *cons.* 30. *per tot.* vbi *num.* 68. tenet quòd ab huius- 25
modi vsurarum solutione non possunt debitores se excusare minori tempore quàm triginta annorum; licèt fructus aliàs triennio vsucapiantur.

Procedit quoque etiamsi venditor rem venditam 26
trahens dominium non transtulerit, sed simplicem detentionem; adhuc enim interusurij ratio habenda erit, Ioan. Bapt. Lup. *comm.* 2. *de vsur.* §. 7. *num.* 143. Gaspar. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 77.

SVMMARIVM.

1 *Venditi actio non competit ad contractum rescindendum, nisi occasio rescindendi emergat ex conuentione.*
2 *Emptio & venditio legem à conuentione partium accipiunt.*

L. Venditi actio. VI.

Iidem AA. Neratio.

1 VEnditi actio non competit ad contractum rescindendum, nisi occasio rescindendi emergat ex conoentione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Si non ab initio aliud conuenit*, &c]Notatur ad hoc quòd emptio & venditio à conuentione partium legem accipiunt, vt per Rot. Genoens. *dec. 14. num. 8. & 9. & dec. 97. num. 2.* Roland. *cons. 92. num. 14. vol. 2.* Menoch. *cons. 477. num. 7.* Surd. *cons. 383. n. 6. & cons. 389. num. 26. & dec. 260. num. 31.* Magon. *Florent. decis. 62. num. 7. & dec. 67. num. 4.* Amat. *decis. 1. num. 2.* Giurb. *decis. 113. num. 17. & dec. 111. à num. 14.*

L. Si seruos. VII.

Iidem AA. Diodoro.

VEnditor sibi uon præiudicat si ignoranter propriam pecuniam nomine pretij recipiat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

S V M M A R I V M.

1 *Emptor re non traditâ non efficitur dominus, licèt pro domino se gerat.*

2 *Venditor non dicitur impleuisse per simplicem traditionem, sed tradere debet rem liberam.*

3 *Æstimum, seu catastrum non probat dominium, aut possessionem aduersùs eum, qui non consentit, nisi consentiens sit descriptus in eo, & solutiones per descriptos in eo facta sint. n. 4.*

5 *Rei possessionem non probari ex eo quòd quis pro re soluit tributa.*

L. Si pater tuus. VIII.

Iidem AA. Eusebio:

1 EMptor re non tradita dominus non efficitur, licèt pro domino se gerat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur hic text. ad hoc qoòd venditor non dicitur impleuisse per simplicem traditionem, sed debet tradere rem liberam, vt per Surd. *dec. 253. n. 7. & decis. 12. num. 6. decis. 165. num. 2. & 3.* Hieron. Leo *Valent. decis. 47. num. 8. tom. 1.* Est enim de natura venditionis vt res libera tradatur. Natt. *cons. 330. num. 1. & cons. 474. num. 1.* Cassanat. *cons. 19. n. 44. & 53.* Cæs. Barz *Bonon. dec. 85. n. 3.* Castill. *controu. l. 4. c. 42. n. 82. cum sequent. & l. 5. c. 86. num. 28.* Guzman. *de euict. q. 13. n. 10.*

3 Notatur etiam ad hoc quòd æstimum, seu catastrum non probat dominiom, aut possessionem aduersùs eum, qui non consentit, vt per Bart. & Bald. *hîc*, Cephal. *cons. 458. num. 72.* Brunor. à Sole *in locis*
4 *communib. verbo æstimum 2.* vbi intelligit nisi consentiens sit descriptus in eo, & solutiones per descriptos in eo factæ sint.

5 Notatur etiam ad hoc quòd ex eo, quòd qui pro re soluit tributa, non probatur rei possessio, vt per Mascard. *de prob. concl. 1180. aliàs 1185. n. 22.*

S V M M A R I V M.

1 *Venditor asserens minus tributum deberi, cùm maius debeatur, tenetur emptori ad interesse.*

2 *Emptorem iure Regio agere posse ad rescissionem venditionis, si res vendita seruitutem debeat, vel erat tributaria, & de seruitute, vel onere eum venditor non certiorauit. Emptorem hoc casu posse rescindere contractum de iure regni Castellæ qui teneant, n. 3. de iure communi quid, n. 4.*

5 *Actio quanti minoris, in hoc casu quanti æstimata, & n. 6. 7. 8.*

L. Si minorem. IX.

Iidem AA. Antipatræ.

VEnditor asserens minus tributum deberi, cùm maius debeatur, tenetur emptori ad interesse. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide *l. Hisp. 63. tit. 5 part. 3.* vbi de iure Regio est 2
statutum, emptorem ad rescissionem venditionis agere posse, si res vendita seruitutem debebat, vel erat tributaria, & de seruitute, vel onere eum venditor non certiorauit, Padill. *in l. si aquam 2. num. 14. C. de seruit. & aqua.* Olan. *in redd. antinom. iuris ciuilis & regni lit. V, num. 3. & 4.* Villadieg. *l. 8. num. 12. tit. 4. lib. 4. fori legum*, qui de iure Regni Castellæ 3
tenent quòd hoc casu emptor contractum potest rescindere.

Vtrùm autem de iure communi etiam hoc casu 4
contractus rescindatur, dubitari ab aliquibus solet, quorum vna sententia tenet hoc caso emptorem agere posse actione quanti minoris, ita Ant. Gom. *tom. 1. variar. c. 2. num. 45. in fine vers. si verò euincatur*, Soar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 6. § 2. num. 9. & 10. fol. 43. verso*, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 361. num. 6.* Cald Pereira *de empt. & vend. cap. 22. num. 8.* vbi allegat text. *in l. 4. in fine, ff. hoc tit.* in quo proponitur casus de eo, qui vendidit fundum liberum, qui seruitutem debebat, & contractus non fuit rescissus, sed emptori actionem ad interesse dari Iureconsoltus respondit. Quanti sit æstimanda hæc 5
actio quanti minoris in hoc casu, variæ sunt opiniones, Afflict. *dec. 71. num. 4.* dimidiam pretij, pro quo fuit primò liberè vendita, detrahendam dicit. Surd. *cons. 451. num. 5.* tenet quòd sextam, Caualcan. *dec. 36. num. 5. l. 2.* quòd tertiam, Purpurat. *cons. 356. num. 4. lib. 1.* iudicis arbitrio relinquit, & hanc veriorem esse dicit Thesaur *quæst. forens. lib. 3. quæst. 115. num. 5.* Sed altera sententia ait de eodem iure communi contractum emptionis hoc casu dissolui posse, vt per Caballin. *milleloq. 345.* & alios, quos refert & sequitur Fontanel. *de pactis nuptialib. clausi 4. gloss. 12. num. 35. per l. si sibi liberum, in fine, & l. ex empto, § si quis virginem, ff. hoc tit.* Et stante assertione quòd res erat libera, ad rescissionem contractus posse agi, docent Marzar. *cons. 57. num. 14.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 173. num. 23. & Marchis decis. 12. à num. 18.* Surd. *cons. 36. n. 10. cum seqq.* Giurba *dec. 113. n. 2.*

Sed vt prima opinio magis conformis decisioni 6
huius text. maneat, distinguere oportet hoc modo: aut venditor ignorabat seruitutem, vel onus rei venditæ; aut illam sciebat. Primo casu, aut liberam rem esse dixit; aut simpliciter eam vendidit: si liberam esse affirmauit, tenetur ad interesse, quia non debuit asserere quod ignorabat, *l. Iulianus 14. § quod*

autem

autem 2. & *ibi* gloss. *verbo indicationem, ff. hoc tit.* Caballin. *de euict. §. 3. num. 153. vers. immo etsi fuisset.* Si simpliciter rem vendidit, & postea de seruitute, vel onere constitit, venditor solùm tenetur quanto minoris esset empturus, & ad diminutionem pretij soluti, & non ad interesse emptor agere poterit, Greg. Lop. *l. 63. gloss. 3. in fine tit. 5. par. 5.* Mynsing. *cent. 1. quæst. 37.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 2. num. 45. vers. secundò limita*, Felician. *de censib. tom. 2. in procem. num. 5.* Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 169. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 361. num. 2. cum seqq.* Auendan. *de censib. c. 61. n. 61. in fine*, Castill. *controuers. lib. 4. cap. 24. num. 93.* Cald. Pereira *d. tract. de empt. & vend. c. 22. num. 7. vers. & quia etiam.* Nisi venditor ignarus seruitutis, vel oneris dixerit, Qualis est fundus, sit tibi emptus. nam tunc nec ad interesse, nec actione quanto minoris tenetur, si seruituti, vel tributo fundum obnoxium esse postea appareat, gloss. *in l. cum venderes 59. ff. hoc tit.* Cald. Pereira *d. cap. 22. num. 8. ad fin.* Secundo casu distinctionis, quando seruitutem, & onus rei venditæ venditor sciebat illud manifestare, & emptorem de eo certiorem reddere debet, aliàs ad interesse tenetur, Auendan. *d. cap. 61. num. 5. vers. ad quintum*, Villadieg. *l. 8. gloss. 1. num. 12. vers. quid si venditor tit. 1. lib. 5. fori iurg.* Cald. Pereira *d. num. 7. vers. resoluentes*, Stephan. Gratian. *d. cap. 361. num. 7. &* 19. nisi seruitus esset apparens, vel onus esset regulare, & inesset omnibus prædiis. nam tunc non est necessarium quòd exprimatur in venditione, Greg. Lop. *d. l. 63. gloss. 3. vers. secundo in prædio. tit. 5. part. 5.* Monter. à Cueua *Aragon. dec. 13. num. 39. & 40.* Fontanel. *de pactis nuptial. tom. 2. claus. 5. gl. 8. par. 14. num. 30.* Cald. Pereira *d. c. 22. n. 9. & 10.*

7 Aduertit Greg. Lop. *d. l. 63. gl. 4.* per illum text. esse in electione emptoris, cui seruitus, vel tributum in re impositum non fuit certioratum, stare emptioni, & agere ad interesse, vel quanto minoris, secundùm distinctionem scientiæ, vel ignorantiæ venditoris, de qua suprà, vel agere ad rescissionem venditionis; de quo etiam Anton. Gom. *d. num. 45. vers. secundò limita, in fine*, Villalob. *in ærario lit. V, vers. venditio si fiat*, Perez *in rub. tit. 2. lib. 8. Ordin. col. 51. vers. sed circa præmissa*, Gutier. *d. lib. 2. quæst. 196. n. 2.* Felician. *d. tom. 2. in prælud. num. 5.* Quando enim res libera emptori nõ fuit tradita, in illius facultate est eligere an malit rem liberam, vel interesse solui, secundùm Surd. *cons. 13. num. 18.* Si autem eligit emptor rescindere contractum ratione seruitutis, aut tributi, & venditor oneris erat ignarus, tantùm ad pretij restitutionem agere poterit. Greg. Lop. *d. l. 63. gloss. 5.* Perez *in d. rub. tit. 2. lib. 8. Ordin. vers. sed circa præmissa.* Quando verò onus sciebat, & illud celauit, vltra pretium ad damna, & interesse emptor agere poterit. Greg. Lop. *d. l. 63. gloss. 5.* Gutier. *d. lib. 2. q. 169. num. 4.* Azeued. *in l. 2. in princ. tit. 15. l. 5. noua Recop.* vbi non solùm ad pretium agere posse dicit, sed etiam ad id, quòd plus valet res empta: ex Afflict. *dec. 278. n. 3.*

8 Intellige iura disponentia ad rescissionem vẽditionis agi posse quando res vendita est tributaria, si de hoc onere emptor non fuit certioratus, vt procedant in tributo, vel censu perpetuo, non verò in redimibili, ex Greg. Lop. *d. l. 63. gloss. 2.* vbi allegat textum *in præsenti*, Gutier. *d. quæst. 169. num. 2. & 3.* Villadieg. *d. l. 8. num. 12. vers. notandum tamen est.* Auendan. *d. cap. 61. num. 6.* vbi sic placuisse Senatui Pinciano affirmat, Azeued. *d. l. 2. ante num. 1* Felician. *d. num. 5.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 469. num. 8. quæst. 756. num. 85. & seq.* Gasp. Roderic. *de annuis reditib. lib. 2. cap. 12. num. 49.* Castill. *controuers. lib. 2. cap. 12. num. 93. circa fi.* Giurb. *Sicil. dec. 113. per to.* vbi pro contraria nonnulla adducit, & *à num. 3.* hanc sequitur. Ratio est, quia onus tolli potest, & ita sufficit resarcire quantum taciturnitas abstulit. Intellige etiam quando res vendita fuerit specialiter tributaria, vel supposita cẽsui perpetuo; secus verò si per generalem obligationem, & hypothecam esset obligata, quia tunc emptor non poterit rescissionem contractus petere, sed tantùm agere contra venditorem vt rem liberet ab obligatione, aut securum reddat, quòd eius ratione molestia in tempus ei non inferatur, quo casu venditor satisfaciet præstando cautionem indemnitatis cum hypotheca bonorum, vel fideiussione, vt in specie notant Gutier. *d. quæst. 169. num. 5.* Azeued. *in d. l. 2. n. 2. & 3.* vbi infert posse agi contra eum, qui rem generaliter obligatam vt liberam vendidit, si non haberet alia bona, aliàs secus, & ita fuisse decisum referunt Surd. *cons. 36. n. 11. & 12.* Felician. *de censib. tom. 2. c. 2. n. 6. vers. placet quoque.*

L. Si venditorem. X.

Iidem AA. Attalo.

VEnditor carnis illam debito, & conuento tempore non tradens, tenetur emptori ad interesse valoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Ancilla vendita, nec tradita, dominus permanet venditor, si autem manumittit, tenetur ad interesse.*

2 *Venditor tenetur tradere rem venditam, aliter tenetur ad interesse. nec sufficit simplex rei traditio, sed tenetur venditor illam liberam tradere, num. 3.*

4 *Venditor & emptor quando pretio numerato, vel oblato de se non confidunt, & vnus non vult prius quàm alter adimplere, sequestratur. Quid si venditor in instrumento venditionis constituit se possidere pro emptore, an actione ex empto compelli possit ad trahendum. n. 5.*

6 *Venditoris patientia, & scientia, videntis emptorem rem venditam possidere, habet vim traditionis quando venditor tenebatur tradere, & præcessit titulus.*

7 *Venditor eo ipso quòd pretium recepit, videtur licentiam dedisse ingrediendi possessionem. sic rem locatam habens, & titulo locationis possidens, si rem emit, non indiget alia traditione, sed solum emptionis titulo, n. 8.*

9 *de Clausula, Pleno iure, remissiuè. Pleno iure rei dominus dicitur, licèt & ab ipso possit euinci, reuocari, redimi, repeti, n. 10.*

L. Si ancillam. VI.

Iidem AA. Bucarpiæ.

VEnditæ ancillæ, nec traditæ dominus permanet venditor: si autem manumittit eam, ad interesse tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Probat hic text. venditorem teneri tradere rem vẽditam, & aliter teneri ad interesse, vt per Cardos. 2

in

in praxi iudicum, & *Aduertat. verbo em tio, num.* 69.
ex natura enim contractus venit vt res tradatur, *l. si
ex natura, in fine, ff. de contrah. empt. l. venditione, ff. hoc
3 tit.* Surd *cons.* 13. *n.* 12. Et non sufficit simplex rei tra-
ditio, sed tenetur venditor illam liberam tradere,
iuxta Doctores per me citatos *in collect. ad l. si pater
tuus* 8. *supr. hoc eod. tit.* Et licèt Gregor. Lopez *l.* 17.
gloss. 2. *tit.* 5. *p.* 5. & Lingl. *Imper. dec.* 15. *quest.* 12. *n.* 5.
existimauerint emptorem pretium rei emptæ vendi-
tori prius soluere non teneri antequam ei venditor
rem tradat. Nihilominus contrarium, immo quòd
secundùm naturam emptionis & venditionis em-
ptor prius pretium, quàm venditor rem offerre de-
beat, tenent Fabian de Monte *de empt. & vend. q.* 5.
princ. n. 25. Bald. *in cap. ad hac, post n.* 4. *vers. de natura,
de sequest. possess. & fruct.* Menchaq. *controuers. vsufre-
quent. lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 50. vbi dicit emptorem non
posse agere contra venditorem rem vendentem, do-
nec soluat pretium, & venditori retentionem com-
petere, & alia tradit Monter. à Cueua *Arag. dec.* 20.
a n. 10. Sed verius est prouocantem ad implemen-
tum contractus, & agentem ex eo, quisquis ille fue-
rit, teneri prius adimplere, quia ex contractu, vltro
citróque obligatorio quis nó potest agere pro parte
sua, nisi priùs constet adimplenisse illud, ad quod est
obligatus Roland. *cons.* 6. *n.* 18. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 101.
num. 15. *vol.* 1. Crauet. *cons.* 151. *num.* 10. & *cons.* 292.
Ioseph. Ludou. *commun. concl.* 24. *per tot.* Ceuall. *com-
mun. contra commun. quæst.* 756. *num.* 80. & 81. Illiger
ad Donell. enucleat. lib. 3. *cap.* 4. *lit. B*, Surd. *cons.* 101.
à num 1. Caroc. *de remedijs contra sententias praiudi-
ciales, except.* 30. Monter. à Cueua *d. dec.* 20. *a num.* 66.
Marescot. *lib.* 1. *cap.* 89. & 90. Fontanel. *de pactis nupt.
tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 10. *part.* 1. *num.* 39. & 40. & *tom.* 2.
claus. 7. *gloss.* 3. *p*.... *num.* 33. Intellige si à parte oppo-
natur, quòd agens ex parte sua non implet contra-
ctum, Tiraquell. *de retractu lign.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 4.
& 5. Boër. *decis.* 124. *num.* 30. Afflict. *dec.* 220. *num.* 4.
& 5. Osasch. *decis.* 160. *num.* 17. Morl. *in emporio iuris
ciuilis par.* 1. *tit.* 9. *in prelud. num.* 34. & 35. & notat
Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *p.* 5. *cap. fin.* §. 11. *num.* 29.
4 quòd res sequestratur pretio numerato, vel oblato,
quando venditor, & emptor de se non confidunt, &
vnus non vult priusquam alter adimplere.
5 Sed quid si venditor in instrumento venditionis
constituit se pro emptore possidere, vtrùm actione
ex empto compelli possit ad tradendum? Ex empto
se agere emptorem resoluunt gloss. *verbo precaria in
l. Iulianus, §. ex vendito, ff. hoc tit.* Tiraquel. *de iure con-
stituti, in princ. num.* 10. Boër. *cons.* 158. *num.* 44. Ro-
land. *cons.* 55. *a num.* 5. Cacheran. *dec.* 36. *num* 5. *cum
seqq.* Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, num.* 118. *in fine*, Ma-
tiens. *l.* 8. *gloss.* 2. *num.* 5. *tit.* 7. *lib.* 5. *noua Recopil.* Fa-
chin. *controuers. lib.* 1. *c.* 31. Surd. *cons.* 13. *n.* 13. & 14.
nam licèt venditor per constitutum à traditione iu-
ris, id est, ab illa per quam dominium transfertur, li-
beretur, non tamen à traditione facti, quæ adhuc su-
perest; maximè si instrumento promisit venditor
tradere vacuam & expeditam possessionem, vt no-
tant Roland. *d. cons.* 53. *n.* 8. Tiraq *vbi suprà n.* 11. Ber-
taz *de clausulis instrum. claus.* 41. *gl.* 3. *n.* 2. *in fine*, Fa-
chin. *d. cap.* 31. Quamuis gloss. *verbo constituatur, in l.
ab emptione* 56. *ff. de pactis*, Mathesil. *sing.* 67. & 170.
ac alij teneant venditorem ex empto conueniri nó
posse, vt realiter hoc casu venditam rem emptori
tradat, sed rei vendicatione, vel vti possidetis, vel
publiciana; cuius glossæ assumptum procedere aiunt
Alexand. *cons.* 27. *n.* 2. *lib.* 1. Corn. *cons.* 53. *lib.* 2. & *cons.*
40. *l.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *c.* 325.
num. 11. quando ipse venditor constituit se precario
nomine emptoris possidere, sed etiam quando ven-
ditor nomine emptoris precario se possidere consti-
tuit, posse emptorem agere, meliùs resoluunt Tiraq.
d. loco, n. 4. & Fachin. *d. c.* 31. *in fin.*
Patientia & scientia venditoris videntis empto- 6
rem rem venditam possidere, habet vim traditionis
quando venditor tenebatur tradere, & præcessit ti-
tulus, Menoch. *remed.* 19. *recuper. n.* 19. Seraphin. *dec.*
264. *n.* 11. late Stephan. Gratian. *disc. foren. tom.* 2. *c.*
358. *n.* 11. *cum seq.* Cald. Pereira *de empt. & vend. c.* 25.
n. 21. vbi tradit venditorem eo ipso quòd pretium 7
recipit, licentiam videri dedisse ingrediendi posses-
sionem; sic rem locatam habens, & titulo locationis 8
possidens, si rem emit, non indiget alia traditione,
sed solùm emptionis titulo, *l. qua ratione* 9. §. *inter-
dum, ff. de acquir. rerum dom. l. certi condictio, §. vlt. ff. de
reb. cred* Anton. Fab. *de error. pragm. tom.* 3. *decad.* 75.
errore 5.
Pleno iure.] De hac clausula vide quæ tradidi *in* 9
tract. de clausulis vsufr. claus. 101. *per tot.* vbi *n.* 13. post
Tiraquell. *de retract. conuent. gl. vnic.* §. 2. *n.* 38. subdo
pleno iure rei dominium dici, licèt ea ab eo possit 10
euinci, reuocari, redimi, vel repeti.

S V MM A R I V M.

1 *Vini in specie venditi, postea mutati periculum, item
diminuti quoad valorem, discrimen ad emptorem
pertinet, & n.* 2.
3 *Comparatum, id est, emptum.*

L. Sicut periculum. XII.

Idem AA. *Crispino.*

Vini in specie venditi, postea mutati periculum, 1
item diminuti quoad valorem, discrimen per-
tinet ad emptorem. Colligunt ex Ordin. Doctores
citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo
in 4. *fol.* 48.
Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
mit Gregor. Lopez *l.* 24. *verbo pesadas, tit.* 5. *p.* 5.
Comparatum.] Id est, emptum, ex Tiraq. *in praf. re-* 3
tractus, n. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Contractu perfecto fructus ad emptorem pertinent,
ad quem & functionum onera, & num.* 2. *declara
procedere in fructibus immaturis, & pendentibus
tempore venditionis, qui censentur eadem substan-
tia cum ipsa re, nisi aliud conuentum fuerit inter
contrahentes, n.* 3. *secus si venditio fiat collectis iam
& separatis fructibus a solo, n.* 4.

L. Fructus. XIII.

Iidem AA. *Alexandro.*

Perfecto contractu fructus pertinent ad empto-
rem, ad quem functionum onera etiam perti-
nent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1.
sup. hoc tit. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 38.
Hanc eandem conclusionem quoad primam eius
partem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. 2
lib. 4. *tit.* 67. §. 3. *in princ. l. Hispan.* 28. *tit.* 5. *par.* 5. vbi
Greg. Lopez *gloss.* 2. idem Gregor. Lop. *l.* 19. *gloss.* 5.
gloss. 2. *tit.* 8. *par.* 5. Duen. *reg.* 244. Couar. *lib.* 3. *variar.*
cap.

cap 4. num. 7. Spin. *in speculo testam. gloss.* 13. *princ. num.* 84. Soar. de Paz *in practic. tom. 3. cap. 6. §. 2. n. 6.* D. Barbos. *in l. de diuisione num.* 18. *cum seqq. ff. soluto matr.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. quaest.* 7. *nu.* 102. *cum seqq.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part.* 1. *tit.* 10. *quaest.* 3. *num.* 8. latè Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de empt. resol. 6. per tot.* Molin. *de iust. tract. 1. disp.* 368. *num.* 2. *&* 23. alter Molin. *de primogen. l. 3. c.* 11. *n.* 8. Rebell. *de oblig. inst. part. 2. l. 9. q.* 17. *à princ.*

Declara procedere in fructibus immaturis, & pé-
3 dentibus tempore venditionis, qui censentur eademmet substantia cum ipsa re, nisi aliud conuentum fuerit inter contrahentes. Ratio est, quia fructus pendentes sunt pars rei, *l. fructus pendentes, ff. de rei vendic.* & ideo meritò pertinet ad eum, ad quem res ipsa transit, & comprehenduntur in venditione, & pretio pro ipsa re promisso, cùm propter fructus
4 pendentes plus videatur valere. Secus erit quando venditio fieret collectis & separatis iam fructibus à solo, tunc enim non dicuntur pars fundi, & ideo non veniunt in venditione, sed sine dubio ad venditorem spectant. Ita Gutier. *practic. lib. 2. quaest.* 158. *num.* 7. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de empt. & vend. resol. 6. num.* 1. Auendan. *de censib. cap.* 56. *num.* 1. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit.* 16. *num.* 41. *cum seqq.* Molin. *d. disp.* 368. *num.* 2. Soar. de Paz *d. §. 2. num. 6. & 7.* Anton. Fab. *de erroribus pragmat. decad.* 11. *errore* 5. *num. 6. vers. nihil autem*, Rebell. *d. quaest.* 17. *à princ.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 12. *n.* 18 Cancer. *var. resol. part. 1. tit. 13. de empt. & vend. num.* 52. Castill. *controuers. lib. 1. de vsufructu cap.* 42. *num.* 7. *cum seqq.* Cardos. *in praxi verbo fructus num.* 11. etsi in fructibus iam maturis aliud velit Thesaur. *dec.* 56. *num.* 5. vide alia *ad l. post perfectam* 16. *inf. hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor tenetur se particulariter obligare ad capitula, quae sunt de natura contractus.*
2 *Contractus natura quae.*

L. Emptor seruorum. XIV.

Iidem AA. Rufoni.

1 VEnditor tenetur se particulariter obligare ad capitula, quae sunt de natura contractus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Quae autem de natura contractus dicantur, vide Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. l. 8. tit. 3. per tot.* Felician. de Solis *de censib. lib. 1. cap. 10. à n.* 22. vbi dicit quòd natura contractus est vis ipsa, seu qualitas secundùm proprios fines contractus, inducta ab his, quae extrinsecus accedere possunt separata.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio determinata parit actionem determinato modo.*
2 *Emptor vltra conuenta, mora praesertim non intercedente, nihil petit.*

L. Vltrà. XV.

Iidem AA. Antonio.

DEterminata conuentio parit actionem deter- 1
minato modo. Emptor vltra conuenta, mora 2
praesertim non intercedente, nihil petit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus pecorum, perfecta venditione pertinent ad emptorem, qui sumptus pro alendis pecoribus factos, restituat, n. 2.*
3 *Fructus pendentes etiam ante traditionem, perfecta tamen venditione, emptoris lucro cedere. si post perfectam venditionem emptor non sit in mora, sed statim tradat pretium, vel illud offerat; venditor verò sit in mora tradendi rem, omnes fructus siue agrorum, siue ancillarum, aliorumve animalium foetus, siue alij similes, emptori in vtroque foro debentur; n. 4. si tempore venditionis fundus locatus fuerit; an pensiones debeantur emptori, aut lucro venditionis cedant, num. 5.*
6 *Colonus partiarius, qui in fructibus pendentibus tempore venditionis habebat partem, an illam detrahat, vel spectet etiam ad emptorem. lucro emptoris cedere, n. 7. partiario dari solùm actionem contra locantem, n. 8.*
9 *Venditori sumptus, si quos rationabiliter fecerit circa rem venditam, restituendi sunt.*

L. Post perfectam. XVI.

Iidem AA. Cyrillo.

FRuctus pecorum post perfectam venditionem 1
pertinent ad emptorem. Et venditori sumptus pro alendis pecoribus factos emptor restituere tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Vide posita *in collect. ad l. fructus 13. sup. hoc eod.* 2
tit. & *ibi* adductis adde Ioan. Copp. *in tract. de fructibus in tit. de fructibus rei empta & vendita cap.* 1. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de emption. resol. 6. num.* 9. qui resoluunt fructus pendentes etiam 3
ante traditionem, perfecta tamen venditione emptoris lucro cedere, & Rebell. *de oblig. inst. part. 2. lib. 9. quaest. 17. num.* 8. vbi tenet quòd si post perfe- 4
ctam venditionem emptor non sit in mora, sed statim tradat pretium, vel illud offerat; venditor verò sit in mora tradendi rem, omnes fructus siue agrorum, siue ancillarum, aliorumve animalium foetus, siue alij similes emptori in vtroque foro debentur, non solùm quos perciperet venditor à tempore morae, sed etiam quos percipere potuisset, & per negligentiam nó percepit, teneturque insuper ad omne interesse intrinsecum rei, vt si res pro tempore, quo tradenda plus valuit, vel valeret postea verò deterior, aut vilioris pretij effecta sit, compensare tenebitur emptori eiusmodi interesse, nisi fortè eodem modo apud emptorem damnificanda, vel vilificanda fuisset, & *n.* 9. quaerit quid dicendum de interesse extrinseco lucri cessantis.

Sed quid si tempore venditionis fundus locatus 5
fuerit; an pensiones debeantur emptori, aut lucro venditoris

venditoris cedant? quæstio est dubia, in qua sic distingue. Quædam sunt prædia, ex quibus naturales fructus colliguntur, & quædam ex quibus non naturales, sed ciuiles percipiuntur. Primo casu, si fundus est locatus, inspiciendum est tempus collectionis fructuum, vt si tempore venditionis fructus iam collecti erant, ad venditorem pertineat pensio, prout de fructibus iam collectis diximus *in collect. ad d. l. fructus*; si verò erant pendentes, pensio debeatur emptori, vt *ibidem* de fructibus etiam tradimus, Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 368. *num.* 4. & hoc intelligit Salicet. quem sequitur Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 12. num.* 44. si venditor tenetur stare colono, nam si non tenetur, de pensione non est agendum, quia ei non pensio, sed fructus pendentes debentur. Et nihil interest quòd dies solutionis nondum venerit, vel quòd anticipata solutione locatio fuerit facta, quia in hac diuisione fructuum non attenditur tempus, in quo cedit dies solutionis, sed collectionis fructus, & venditor tenebitur ad restitutionem pensionis anticipatæ exactæ, quia causa reducitur ad non causam, secundùm Mantic. *d. num.* 44. *in fine*, Pereg. *de iure fisci lib. 6. tit. 4. num.* 35. Secundo casu, quando fructus ciuiles ex re percipiuntur, vt sunt quæsita ex operis seruorum, vecturis nauium, vel iuramentorum, & pensiones domorum, pro rata diuiduntur inter emptorem, & venditorem, itaut tempus, quod præcessit, cedat in vtilitatem venditoris, quod verò currit post factam venditionem, cedat in vtilitatem emptoris, nulla facta distinctione quòd dies solutionis venerit, vel non venerit, *l. Iulianus, §. si fructibus, ff. hoc tit.* & *ibi gloss. verbo cedent*, Cou. *lib. 1. var. cap.* 15. *à num.* 3. Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 1. num.* 11. Pereg. *d. tit. 4. num.* 44. Vincent. de Franchis *decis.* 19. *num.* 1. Bertaz. *de clausulis instrument. claus.* 26. *gloss.* 24. *num.* 8. & 9. Alexand. Trentacinq. *d. resol.* 6. *n.* 5. Valasc. *de partition. cap.* 28. *ex num.* 10. Cardin. Mantic. *d. lib. 4. tit. 19. num.* 44. D. Barbos. *in l. diuortio* 8. *ff. soluto matrim. part. 2. in princip. num.* 83. & 93. *cum seqq.*

6 Vtrùm autem colonus partiarius, qui in fructibus, qui erant pendentes tempore venditionis, habebat partem, illam detrahat, vel ad emptorem

7 etiam spectet? Et lucro emptoris cedere, tenent Roman. *cons.* 309. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 83. *num.* 6. D. Barbos. *in d. l. diuortio part. 2. in prin. num.* 82. & *in l. si filiofam.* 26. *§. fin. num.* 30. & 31. *ff. soluto matrim.* Ioan. Vincent. de Anna *sing.* 530. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de empt. resol. 6. num.* 2. Cardin.

8 Mantic. *d. tit. 16. num.* 45. Griuel. *Dolan. decis.* 31. *num.* 20. & 21. vbi tradit quòd partiario solùm datur actio contra locantem. Et licèt Ias. *in l. cùm filio num.* 180. *ff. de legat.* 1. id limitet quando venditor ignorabat in fundo esse colonum partiarium, attamen hanc limitationem meritò improbant Ioseph. Ludouic. *d. decis.* 83. *num.* 10. & 11. vbi ait non esse veram, Vincent. de Franchis *decis.* 344. *num.* 1. vbi dicit esse corruptam litteram apud Iasonem *in dicto loco*, Surd. *decis.* 265. *num.* 52. D. Barbos. *in d. l. diuortio, in princ. part. 2. num.* 82. vbi ait scientiam, vel ignorantiam venditoris non esse attendendam, sed emptoris; & si sciat rem venditam in totum non esse venditoris, ius, quod venditor in illa habet, videtur emisse, & venditor vendidisse. Poterit tamen limitari principalis resolutio, quæ emptoris lucro cedere partem illam colono partiario competentem resoluit, quando venditor non sua manu locasset fundum, nam tunc in dubio ignorantia præsumitur, & ius suum vendidisset, seu sua manu fundum coluisset, vel si emptor sciret adesse colonum, ad not. per Thesaur. *decis.* 55. *num.* 4. Pereg. *de iure fisci lib. 6. tit. 4. num.* 42. Surd. *decis.* 172. *num.* 5. Alexand. Trentacinq. *d. resol.* 6. *num.* 5. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 1. collect.* 159. *vers. item quæro*, Steph. Gratian. *Marchiæ decis.* 176. *in addit. à num.* 1. Greg. XV. *decis.* 90. *num.* 8. quæ decisio reperitur etiam impressa *decis.* 78. apud Farinac. *tom. 2. recentior.*

Venditori verò sumptus, &c.] Notatur ad hoc 9 quòd venditori, qui post contractum mutuo consensu celebratum sumptus aliquot rationabiliter fecerit circa rem venditam, huiusmodi sumptus soluendi sunt, vt per Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 368. *num. 2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor non tenetur emptorem ob illatam de facto violentiam defendere.*
2 *Violentia illata emptori non nocet venditori, sed emptor habet actionem contra expellentem.*
3 *Venditor non tenetur de euictione, quando de facto extraiudicialiter, vt per violentiam, emptori aufertur res empta, etiamsi in instrumento dicatur quòd permittit venditor rem illam defendere de iure, & facto contra omnem, & quamcunque personam, num. 4. nec venditorem teneri ad pretij restitutionem, num. 5. Amplia etiam quando facto Principis res euincatur, vtpote qui ex eius dispositione post contractum emptionis ab eo fuit auocata, & aliis assignata, num. 6. nisi vendens tempore alienationis sciuerit Principem id facturum, & tacens alienauerit, quia tunc in dolo versatur, num. 7. item nisi princeps procedat ordine iudiciario seruato, & adhibita causa cognitione, num. 8. Amplia denique si culpa propria res sit euicta, num. 9.*

L. Expulsos. XVII. & vlt.

Iidem AA. *Hermiano, & Lupo.*

Venditor emptorem ob violentiam de facto illatam defendere non tenetur. Violentia illata 1 emptori non nocet venditori, sed emptor contra 2 expellentem habet actionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Ex hoc text. vulgò colligitur venditorem de euictione non teneri quando de facto extraiudicialiter, 3 vt per violentiam, emptori aufertur res empta, vt per Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 2. n.* 43. Mynsing. *cent. 1. obseru.* 54. Caballin. *de euictionib. §. 5. num.* 22. Vrsil. *ad Afflict. decis.* 265. *num.* 112. Viui. *decis.* 12. *n.* 1. Muta *decis.* 35. *num.* 19. latè Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de empt. resolut. 7. à num.* 1. Guzman. *in tract. de euictionib. quæst.* 42. *num.* 15. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 31. num.* 101. quia lex non curat de his, quæ fiunt de facto, vt per hunc text. tradit Surd. *de aliment. tit. 6. q. 37. n.* 11.

Amplia, etiamsi in instrumento dicatur quòd 4 promittit venditor illam rem defendere de iure, & de facto contra omnem, & quamcunque personam, nam de inuasione facta extraiudicialiter, iuris ordine non seruato non tenetur; nam particula illa, *de facto*, recipit interpretationem, vt defendat coram iudice, per ea, quæ iuris & facti sunt, secundùm Bald. *hic col. 2.* Abb. *in cap. fin. de empt. num.* 7. Caballin. *d. tract. de euiction. §. 5. num.* 22. *vers. qui ait*, Cacheran. *decis.* 48. *num.* 2. Caroc. *decis.* 46. *num.* 26. Alexand.

Alex. Trentacinq. *de resolut.* 7. *à princip.* Viui. *decis.* 12. *n.* 2. *&* 3. Guzman *d. tract. de euictionib. quæst.* 42. *per tot.* Ex quibus Caballin & Alexand. Trentacinq. *citatis locis*, extendunt vt neque venditor teneatur ad
5 pretij restitutionem, ex text. *in præsenti*, vbi disponitur nullam actionem dari emptori, qui violenter eiectus fuit.

6 Amplia etiam quando facto Principis res euincatur, vtpote quia ex eius dispositione post contractum emptionis ab eo fuit auocata, & aliis assignata. Ita Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum cap.* 2. *n.* 40. *vers. quintus casus est*. Pute. *decis.* 381. *num.* 2. *l.* 3. Caballin. *d.* §. 5. *n.* 56. *&* *in addit. ad d.* §. *lit. F.* Verall. *decis.* 318. *par.* 3. Quesada *diuersarum iuris quæst. cap.* 10. *num.* 8. Mari. Antonin. *variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 8. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 532. *in fine*, Thesaur. *quæst. forens. l.* 4. *quæst.* 10. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 520. *num.* 23. *cum seqq.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 102. Castill. *controuers. l.* 4. *cap.* 42. *num.* 69. *&* 108. Card. Tusch. *practic. conclus. lit. E. conclus.* 367. *num.* 9. Guz-
7 man. *dict. tractat. de euiction. quæst.* 52. *num.* 57. Quam ampl. limita, nisi vendens tempore alienationis sciuerit Principem id facturum, & tacens alienauerit,
8 quia tunc in dolo versatur, Cald. Pereira *dicto c.* 31. *num.* 102. item nisi Princeps procedat ordine iudiciario seruato, & adhibita causæ cognitione, quia in hoc casu venditor tenetur de euictione, vt ex Ioan. Baptist. Costa *de ratione rata, quæst.* 136. *num.* 10. *cum seq.* resoluit. Castill. *dict. lib.* 4. *cap.* 42. *num.* 109. *circa fin.*

9 Amplia denique, si culpa propria res sit euicta, nam is de euictione non agit, vt quia fecit pactum de non petendo, vel cecidit à possessione sua culpa, Surd. *decis.* 22. *num.* 1. vel quia tenebatur denuntiare consanguineis venditionem, & non denuntiauit, ac ob id fuit nulla, Honded. *consil.* 3. *num.* 74. *lib.* 1.

Si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel sibi alterius pecunia emerit.

TIT. XL.

QVi alteri emit, nec sibi, nec illi actionem acquirit, qui sibi emit, etiamsi alterius nomen in scripturam conferat, vel aliena pecunia emat, nihilominus tamen sibi acquirit actionem. Scripserunt in hanc rubrc. Cuiac. Pac. & VVesembech. De materia tituli vide *l. Hispan.* 48. *&* 49. *tit.* 5. *par.* 5. vbi Gregor. Lopez, Viui. Bellacomb. & Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 35. *pag.* 643. *cum sequent.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 2. *tit.* 395.

SVMMARIVM.

1 *Emptum pecunia mariti, traditum autem vxori huic dominium adijcit.*

2 *non pecunia patris, sed traditio matri facta ob Emptionem matris nomine factam, ei dominium conciliat.*

3 *vxor si Emit pro se, & proprio nomine ex pecunia viri verè, vel præsumptiuè, tunc dominium ipsius rei sibi quæritur, quamuis teneatur quatenus facta locupletior.*

4 *Emptum, etiam mala fide emptoris, ex pecunia mea, non est meum, nec mihi debitum, sed ementis.*

5 *Quæsitum ex pecunia mea, etiam mala fide possessum, nec est meum, nec mihi restituendum. procedit non solùm in extraneo, sed etiam in socio, dummodo illud acquirat extra causam societatis, num.* 6. *si quatuor sint socij, & vnus ex eis emat, tenebitur iure societatis id communicare, num.* 7.

8 *Emptum ex pecunia mea, & non nomine meo, non est meum, neque tale ex eo efficitur meum, sed erit ipsius ementis, limita vt num.* 9.

10 *Emptum ex pecunia Ecclesiæ per Prælatum, œconomum, administratorem, vel syndicum nomine proprio, acquiritur Ecclesiæ.*

11 *Emptor per maritum nomine proprio ex pecunia dotali de consensu vxoris, efficitur vxoris, & ei dominium, acquiritur. copulatiuè requiri consensum vxoris, & vtilitatem, num.* 12. *idem si fundus dotalis cum alio permittatur, vel si ex pretio fundi alterius ex coniugibus venditi ematur alius, num.* 13. *consensus vxoris, & eius vtilitas requiritur, alias consensus de per se non sufficit ad liberationem mariti, si ei vtilis non sit, num.* 14. *etsi vxor sit minor* 25. *annorum, num.* 15.

16 *Emptum ex pecunia dotali sine vxoris consensu, vel ex pecunia non dotali, quando vir non est soluendo, efficitur dotale, & vxori datur rei vendicatio. si maritus & vxor simul emunt prædium, vel domũ, cui dominium acquiratur, & ex cuius pecunijs emptio facta videatur, remissiuè, n.* 17. *quando verò vxor nomine suo emit aliquam rem, an sibi acquirat, vel alij, & ex quibus bonis emisse præsumatur, remissiuè, num.* 18.

L. Ex pecunia. I.

Imp. ANTONIN. A. *Secundino.*

RES empta pecuniâ mariti, tradita autem vxori, huic adiicit dominium. Non pecunia patris, sed traditio matris facta ob emptionem matris nomine factam, ei dominium conciliat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castrens. Bald. Sichard. Cuiac Donell. Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 38. *verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1 2

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 49. *tit.* 5. *par.* 5. *vbi gloss.* 1. Corras. *l.* 3. *miscel. cap.* 5. *num.* 8. Rebell. *de obligat. iustit. par.* 2. *lib.* 8. *quæst.* 15. *num.* 4. D. Barbos. *in l. qua dotis, num.* 18. *ff. soluto matrim.* vbi dicit quòd hîc prædia fuerũt empta nomine mariti, & ei tradita, & inquit text. quòd si hæres mariti confidit se pretium posse repetere, ciuiliter consistat, si enim maritus emit nomine vxoris, & passus est fundum illi tradi, in dubio præsumetur donasse pretium, & sic hæredi contrarium dicenti incumbet onus probandi.

Ad plura diuersa citant hunc text. Doctores, & præcipuè Tiraquell *de retractu lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 64. *& seq.* ad hoc quòd si vxor emit pro se & proprio nomine ex pecunia viri verè, vel præsũptiuè, tunc dominium ipsius rei sibi quæritur, quamuis teneatur quatenus locupletior facta sit, Couar. *l.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 6. *vers. sed ad huius*, vbi quòd res empta, etiam mala fide emptoris, ex pecunia mea, non est mea, nec mihi debita, sed ementis, Cald. 3

Pereira *de potestate eligendi, cap. 4 num.* 23. vbi
6 quòd res quæsita ex pecunia mea etiam mala fide
possessa nec mea, nec mihi restituenda, & subdit
procedere non solùm in extraneo, sed etiam in
socio, dummodo illam extra causam societatis ac-
7 quirat, Perez *l.1. tit.4. lib.5. Ordinam. pag.* 158. vbi
quòd si sunt quatuor socij omnium bonorum, &
vnus ex eis emat prædia, & faciat concipi instru-
menta pro se tantùm, licèt illa prædia efficiantur de
dominio ementis, tamen iure societatis tenebitur
ea communicare.

8 Notator ad hoc quòd res empta ex pecunia mea,
& non nomine meo, non est mea, & neque talis
res ex eo efficitur mea, sed eius ipsius ementis, vt
per Vezin. *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.35. n.5. pag.*
644 Regula enim in hac matèria vulgaris est
quòd res empta ex pecunia aliena efficitur emen-
tis, & ei dominiom acquiritur, & non domino pe-
cuniæ, vt per Socin. *regul.* 343. Tiraq *de retractu lig.*
*§.32. gloss. vnica n.*16. Anton. Gom *l.53. Tauri n.* 36.
Molin. *de primogen. lib.4. cap.4. n.53.* Menoch. *de præ-*
sumpt. lib.3. præs.51. n. 41. Escobar. *de ratiocin. cap.*
14. *n.* 35. Matiens. *l.8. gloss.4. tit.11. lib.5. noua Re-*
cop. Anton. Monach. *Lucensi decis.25. n.* 58. Prosp.
Petra *in addit. ad Grammat. decis.* 103. *num.* 111.
Mart. *in votis nouiss. decis. voto* 117. *n.* 3. Alexand.
Trentacinq. *var. resolut. lib.3. tit. de empt. resol.* 1. *n.* 1.
Card. Tusch. *practic. concl. lit. E. verbo Emens, con-*
clus. 158 *n.1. cum seqq.* Fontanel. *de pactis nuptia-*
*lib. claus.7. gloss.3. part.*13. *num.* 27 Rot. apud Cen-
ci. *post tract. de censib. decis.* 149. *num.* 1. nam in du-
bio res empta præsumitur pro emente empta, &
non pro eo, cuius est pecunia. *l. & magis, ff. de so-*
luto. l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb.
obligat. Paris. *cons.84. num.9 lib.* 1. Crauet. *cons.* 119.
n.1. cum seqq. Matiens. *l.2. gloss.1. n.14. & 38. tit.*
9. lib.5. noua Recop Escubar *d. cap.14. n.* 33. vbi li-
9 mitat, nisi emptor interpositos esset ad emendum
ab eo cuius est pecunia, nam tunc eius nomine
emisse præsumitur.

10 In gloss. *Constitutam.* ibi, *& idem in Prælato vide-*
tur, qui emit ex pecunia Ecclesiæ. Nota quòd res em-
pta ex pecunia Ecclesiæ per Prælatom, œconomũ,
administratorem, vel syndicum nomine proprio, ac-
quiritur Ecclesiæ, vt per Socin. *regul.* 343. *in 5. fal-*
lent. Anton Gom. *d.l.53. Tauri n.36. versic. tertius ca-*
sus est, Prosp. Petra *in addit. ad Grammat. decis.*103.
num. 101. Tiraq. *de priuilegijs piæ causæ, priuileg.* 120.
vbi ad pias causas extendit. Bellacomb. *d. lib.4. tit.*
35. num.1. & 2.

11 In eadem gloss. ibi, *item idem si vir ex pecunia do-*
tali emerit, &c. Notatur ad hoc quòd emptum per
maritum nomine proprio ex pecunia dotali de
consensu vxoris, efficitur vxoris, & ei dominium
acquiritur, vt per Socin. *regul. 343. versic. facit in re*
Anton. Gom. *d. l.53. Tauri num.* 36. *versic. quid au-*
tem in re, Alban. *consil.451. num.17. & cons.*346. *n.*1.
Roland. *consil.* 86. *num.* 15. *lib.* 4. Honded. *cons.* 41.
12 *num.27. lib.* 1. vbi dicit quòd copulatiuè requiritur
consensus vxoris, & vtilitas Matiens. *l.2. gloss.2. n.4.*
13 *tit.9. lib.5. noua Recopilat.* vbi idem esse ait si fundus
dotalis cum alio permutetur, vel si ex pretio fundi
alterius ex coniugibus venditi alius ematur, nam
tunc in eius locum subrogatur, & commutatum cum
primo esse censebitur, Gutier. *practic. lib.2. quæst.* 97.
num.3. & lib.3. quæst.87. num.4 & 18 & de tutel. &
curis. part.1. cap.1. n.87. & 88. latè D. Barbos. *in rubr.*
14 *ff. soluto matrim. part.3. n.78. & 79.* vbi resoluit con-
sensum vxoris & eius vtilitatem requiri, aliàs con-
sensum de per se non sufficere ad liberationẽ ma-

riti, si ei vtilis non sit, vbi *n.* 84. ampliat etsi vxor 15
sit minor 25. annorum, & *num.* 85. & 86. Giurb.
decis.111. num. 16. Emptum verò ex pecunia dota- 16
li sine vxoris consensu, vel ex pecunia non dotali,
quæ marito ab vxore fuit donata, vel aliàs erat
vxoris propria, in subsidium quando vir non est so-
luendo efficitur dotale, & vxori datur rei vendica-
tio, *l. res quæ 55. ff. de iure dotium. l. vxor marito 56. ff.*
de donat. inter. l. si mulier, ff. de pactis dot. Bald. No-
uell. *de dote. part.7. priuileg.15.* Campeg. *eodem tra-*
*ctat. par.4. quæst.*8. Roland. *consil.* 86. *n.* 2. *& 15. lib.*
4. Monach. *Lucens. decis.* 42. *n.* 5. *&* 6. Ioan. Bapt.
Costa *de remed. subsid. remed.* 61. *n.*3. Marta *in votis*
nouissimis decis. voto 127. *num.* 5. Gutier. *dict. l.* 3.
quæst. 87. *n.* 4. *&* 18. *& de tutel. part.3. cap.1. n.* 88.
versic. non obstat secundò, Giurb. *dict. decis.* 111. *n.*15.
D. Barbos. *in dicta rubric. part.* 3. *num.* 76. vbi *n.*85.
col.2. versic. similiter, resoluit dictam legem *vxor ma-*
rito, procedere in re empta ex pecunia vxoris, etsi
non sit dotalis, nec viro ab vxore donata, quia in
vtroque casu militat eadem ratio, scilicet quòd ma-
ritus non fuit effectus dominus pecuniæ.

Si maritus & vxor simul emunt prædium, vel do- 17
mum, cui dominium acquiratur, & ex cuius pecu-
niis emptio facta videatur? vide Cachetan. *de-*
*cis.*140. *per tot.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambi-*
guis conuent. lib.4. tit. 22. *a num.4. vsque ad num.* 8.
Mari. Antoniu. *variarum resolut. lib.2. resolut. fin. ca-*
su 47.

Vtrùm autem quando vxor nomine suo emit ali- 18
quam rem, sibi acquirat, an alij, & ex quibus bonis
emisse præsumatur? vide Ioseph. Ludou. *Perus. de-*
*cis.*28. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 51. An-
ton. Monach. *Lucensi decis.*25. *à num.* 24. Hieron.
Leo *Valent. decis.45. tom.1.* Fontanel. *de pactis nuptia-*
lib. tom.2. claus.7. gloss.3. par.15. num.32.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio in potestate, confirmatur per in-*
sequentem emancipationem, re filio tradita.
2 *Donandi animum non præsumi, nisi simul interue-*
niat traditio. si pater emat quid, & tradat no-
mine filij in potestate, non censetur ei donare, sed
potiùs concedere in peculium, num.3. & 4. nihil
refert, si traditio fiat tempore donationis, vel postea
viuo donante, num.5.

L. Emancipatis. II.

Imp. ALEXANDER A. *Septimæ & alijs.*

DOnatio facta filio in potestate, confirmatur 1
per insequentem emancipationem, si res fuit
filio tradita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati
ad l. 1. *n.1. sup. hoc tit.*

Vide Hieron. Magon. *Florent. decis.* 76. *num.*7. 2
D. Barbos. *in l. quæ dotis* 34. *n.*39. *&* 40. *ff. soluto ma-*
trim. vbi per hunc textum tenet quòd ex solo con-
tractu facto per patrem nomine filij, non præsumi-
tur donandi animus, nisi simul interueniat traditio,
subdítque id non procedere si contractus, vel quid
aliud fiat in fauorem filij, & conferatur post mortẽ
patris, quia tunc ex solo contractu præsumetur do-
natum, & per text. *in l. fin. ff. de peculio leg.* notat
quòd si pater emat quid, & tradat nomine filij 3
in potestate, non censetur ei donare, sed priùs in
peculium cõcedere, quod *num seq.* optimè declarat,
& intelligit.

Idem

4 Idem D. Barbos. *in d.l. quæ dotis*, *n.15*. magis accedendo dispositioni huius text. per illum resoluit quòd quando pater contrahit nomine descendentis super re aliena, & ei tradit, vel passus est per alium tradi, tunc præsumitur donandi animus, idque procedere per hunc text. subdit, etiamsi res empta nomine filij immediatè non tradatur ei, sed patri, nam si postea eandem rem pater tradat filio, vel patiatur eũ esse in possessione prædictæ rei, videtur habere donandi animum: & circa hunc casum aduertit quòd in eo donatio non consistit in rebus emptis nomine filij, & ei traditis; nam hæ res cùm sint alienæ, & nunquam fuerint effectæ patris, non potest in illis donatio considerari, sed consistet in pretio, quod pater soluit pro filio, nam emendo pro filio, & patiendo ei tradi, videtur illi pretium donasse.

5 *Tradidi.*] Quid per constitutum, vide Tiraquell. *de iure constituti, part.1. cap.49*. vbi resoluit satis esse hoc casu, si donans se constituerit possidere pro donatario. Et notat Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.76. num.1*. nihil referre vtrùm ista traditio fiat tempore donationis, vel postea viuo donante.

SVMMARIVM.

1 *Ministro non quæritur dominium, licèt numerauerit pretium.*
2 *Ementi nomine alterius, vel recipienti, non acquiri dominium, & n.3.*
4 *Emptio si facta sit nomine alterius, & emens pretium soluerit, & ei tradita sit possessio, dominium illi quæritur.*

L. Mancipia. III.

Idem A. Patrimo.

1 Ministro non quæritur dominium, licèt nume-
2 rauerit pretium. Numerans pretium pro alio emente, sibi non acquirit dominium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

3 Vide Castrens. *in l. qui hominem, §. si debitorem, ff. de solut.* vbi dicit non acquiri dominium ementi nomine alterius, vel recipienti. Fachinæ. *cons.9. n.7. lib.2.* Vnde talis emens nomine mandantis, tenetur illam cum fructibus restituere sibi oblato pretio, quia statim in eam fuit dominium & possessio translata Brunor. à Sole *in locis communib. verbo emptio 4*. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.7. tit.18.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.7. num.27*. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.3. cap.500. num.23. & 24.*

4 Verùm si emptio facta sit nomine alterius, & emens pretium soluerit, & ei tradita sit possessio, dominium illi quæritur, quia nomẽ illius, pro quo fuit res empta, debet præsumi simulatè scriptum, Franc. Marc. *decis.506. part.2.* Deci. *cons.545. n.16. cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu 470. num.19. & 20*. Cardin. Tusch. *practic. conclus. litt. E. conclus.132. num.15. & 16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.207. n.9.* simulatio enim probatur à priori, quia emptor numerauit pretium, & à posteriori, nam ei fuit tradita possessio, maximè si emptor percepit fructus: aliud verò esset si possessio, pro quo facta fuit emptio, tradita esset, Socin. iun. *cons.129. num.12. lib.4.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.4. tit.22. n.12.* Stephan. Gratian. *d. cap.207. n.11. & 12.*

SVMMARIVM.

1 *Simulatione probata instrumentum nihil probat.*
2 *Simulatio non præsumitur in dubio, & num.3.*

L. Quamuis. IV.

Impp. Valerian. & Gallien. AA. & Valer. C. *Cyrillo.*

Simulatione probata instrumentum nihil pro- 1
bat. In dubio simulatio non præsumitur. Colli- 2
gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. supr. hoc tit.*

Ad vulgarem huius text. allegationem, quòd si- 3
mulatio in dubio non præsumitur, & eam alleganti incumbit onus probandi, vide Tiraquell. *de retractu conuent. ad fin. tit. n.127*. Caputaq. *decis.421. num.5. part.2.* Ioseph. Ludou. *concl.51. in princip.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.122. num.2*. Mascard. *de probat. conclus.448. num.1. & conclus.814. num.1. & seq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.8. tit.17. num.1. & lib.13. tit.35. num.8*. latè Farinac. *tit. de falsitate & simulat. quæst.162. num.94. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus si de vxore confisus instrumentum emptionis scribi fecit in persona vxoris, & vxor contra fidem rem emptam contulit in filiam, non præiudicatur marito petenti rem cum fructibus restitui, probata instrumenti simulatione.*
2 *Vxor si constante matrimonio emat aliquam rem suo nomine, & dicatur in instrumento emptionis quod de sua pecunia propria emit viro præsente & assentiente, ista tacita confessio viro præiudicat.*
3 *Tradens possessionem ex contractu simulato, vtramque & ciuilem, & naturalem retinet.*
4 *Instrumentum verum præsumitur donec probetur contrarium.*
5 *Damnorum & interesse quantitas à iudice taxanda, antequam iuramentum deponenti deferatur.*

L. Cùm propria. V.

Imp. Dioclet. & Maximian. AA. *Vero.*

Si maritus de vxore confisus instrumentum em- 1
ptionis scribi fecit in persona vxoris, & vxor contra fidem rem emptam contulit in filiam, non præiudicatur marito petenti rem cum fructibus restitui, probata simulatione instrumenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. sup. hoc tit.*

Salicet. *in præsenti*, per hunc text. tenet quòd si 2
vxor constante matrimonio emat aliquam rem suo nomine, & dicatur in instrumento emptionis quòd de sua pecunia propria emit, viro præsente & assentiente; ista tacita confessio præiudicat viro vt pecunia non præsumatur de bonis viri, nisi probetur: quia confessio tacita facit cessare præsumptionem quòd pecunia fuerit de bonis viri, refert & sequitur Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.60. num.20.*

Custodia sua, &c. Notatur ad hoc quòd tradens possessionem ex contractu simulato, vtramque retinet, ciuilem scilicet animo suo, naturalem corpore, & custodia eius, cui fuit tradita, vt per Anton. Gom. *l.45. Tauri n.28. in fine.*

4 *Commissorum instrumentorum contra bonam fidem*, &c.] Notatur ad hoc quòd instrumentum præsumitur verum, & solemne, ac proinde ei fides adhibenda donec contrarium probetur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.44. num.3.*

5 *Etiam fructuum taxatione*, &c.] Nota quòd iudex quantitatem damnorum & interesse debet taxare antequam iuramentum deponenti deferatur, ob eam scilicet rationem, quia nisi iudicis taxatio & moderatio præcederet, facilè quis posset de periurio notari. vide Strach. *de mercat. tit. de contract. mercat. n.6.* Boër. *decis.55. num. 3.* Rebuff. *in repet. l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, super gloss. subtilitatem num. 491.* Mascard. *de probat. concl.271. num.19. & 25.* Menoch. *de arbitr. casu 108. num.4* Azeued. *l.1. num.49. tit.13. lib.4. noua Recopil.* Mancin. *in tract. de iuram. part. 2. art.7. num.19.* Setser *eod. tract. lib. 5. cap. 7. num. 9.* Camill Borrell. *in summ. decis. tom.1. tit.52. de iur. in litem, n.69. & 71.* Farin. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. num.1123.*

SVMMARIVM.

1 *Res empta de pecunia viri ab vxore, inserto emptionis instrumento nomine vxoris, efficitur vxoris, tenetur tamen vxor marito de pretio si facta est locupletior, & num.2.*

3 *Maritus si nomine vxoris rem emerit, marito tamen possessio rei emptæ est tradita, & non vxori, ipse maritus dicetur verus dominus, & nomen vxoris censetur ibi appositum simulatè.*

4 *Contractus simulatus dicitur quando instrumentum cantat in persona vxoris, & reuera emit maritus.*

5 *omnis Nuncius est procurator largè, sed non conuertitur.*

L. Multum interest. VI.

Iidem AA. Dionysio.

1 RES empta de pecunia viri ab vxore, inserto emptionis instrumento nomine vxoris, efficitur vxoris, tenetur tamen vxor marito de pretio si facta est locupletior. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom.1. pag.327.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Greg. Lop. *in l. 2. gloss.1. col. 2. in fine tit. 11. part.6.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §.62. num. 3.* Anton. Gom. *var. tom.2. cap.4. n.3. ad med.* Matiens. *l.2. gloss.2. num. 3. tit.9. lib.5. noua Recop.* Gutier. *practic. lib.2. quæst. 117. num. 3.* Alexand Raudens. *decis.1. num.23. vol.1.* Hieron. Magon. *Lucensi decis.60. num. 4.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.3. tit. de empt. resol.1. n.8.* & citati *ad l.1. sup. hoc eod. tit.*

3 Notatur ad hoc quòd maritus si nomine vxoris rem emerit, marito tamen est tradita possessio rei emptæ, & non vxori ipse maritus dicetur verus dominus, & emptor, & nomen vxoris censetur ibi appositum simulatè, vt per Vezin. *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.35. n.4. pag.644.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd dicitur contractus simulatus quando instrumentum cantat in persona vxoris, & re vera emit maritus, vt per Aluar. Valasc. *consult.154. n.8.* An ex contractu simulato, vel inutili transferatur dominium & possessio? vide Tiraq. *de iure constituti, pars.3. limit.7. in fine, & limit.8.* Anton. Gom. *l.45. Tauri n.27. & 29.* remissiuè Valasc. *d. consult.154. n.39.*

In gloss. *Potest.* ibi, *item nota quòd omnis nuncius est procurator largè, sed non conuertitur*, &c. De hoc vide Rebuff. *in tractat. nominat. quæst.14. à num. 102.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. tom.2. lib.9. quæst.16. n.6.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell. gloss.63. num.44. & 47.* 5

L. Cùm per eos. VII.

Iidem AA. Gerontio.

MANDATARIUS subiectus potestati mandantis, illi quærit actionem, non subiectus sibi quærit, experitur autem ad petitionem domini, vel procuratorem constituit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex fratribus suo nomine emens ex communi pecunia, sibi, non alteri fratri acquirit dominium, num.2. etiamsi vnà habitent, & stent, num.3.*

4 *Vsurarij ementes aliquid ex pecunia vsuraria, verè domini fiant.*

L. Quia aliena. VIII.

Iidem AA. Valentinæ.

VNus ex fratribus ex communi pecunia suo nomine emens, sibi, non alteri fratri acquirit dominium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Matiens. *l.8. gloss.4. num.2. tit.11. lib.5. noua Recopilat.* Menoch. *cons.12. num. 20.* optimè Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.3. tit. de empt. resol. 1. num.3.* vbi addit procedere, etiamsi simul habitent, & stent, vbi *num.4.* post Menoch. *cons.12 2. n.19. prope fin. & 20.* Bertrand. *cons.39. n.13. & 14. vol.2.* ac alios resoluit quòd quando adest contracta societas omnium bonorum tacitè, vel expressè, datur fratri actio contra alterum fratrem consocium ad communicandum rem emptam, vel illius partem, nisi vnus ex sociis omnium bonorum emeret aliquid nomine proprio, sciente, & non contradicente alio socio, quia tunc alter socius sciens, & contradicens sibi præiudicaret, & addit deinde quòd quando adest contracta societas particularis, seu generalis, sed non omnium bonorum, tunc si vnus ex sociis emat aliquam rem nomine proprio de communibus pecuniis, non potest cogi ad communicandum rem emptam aliis consociis, sed tantummodo ad exbursandum aliis sociis ratam pecuniarum ipsos tangentem, nisi inter socios fuisset conuentum expressè de re emenda communi nomine, nam etsi ematur à socio nomine proprio, debet res illa communicari etiam inter socios particulares ratione dictæ primæ conuentionis inter eos initæ. 2 3

Si e fuerit tradita possessio, quærit,] Facit pro vsurariis ementibus aliquid ex pecunia vsuraria, vt verè domini fiant, de quo vide Couarr. *lib. 3. variarum cap.3. num.6.* Sot. *de Iustit. lib.6. quæst.1. art. 4. col. 4.* Ioan. 4

Ioan. Baptist Lup. *in repet. cap. quamquam, de vsur. in 6. comment. 4 §. 4 sub num. 5 in fine.* Alex. Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de empt. resol. 1. n. 9.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 8. q. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Absentes possunt contrahere per nuntium & epistolam, & num. 2.*

3 *Procurator vt emptionem, & venditionem possit celebrare pro domino, mandatum requiritur, & procurator sic constitutus ad contrahendum nunquam censetur constitutus ad faciendum actum, per quem principalis in aliquam pœnam incidat, etiam quod mandatum sit factum cum clausula generali, n. 4. intellige vt num. 5.*

L. Nihil prohibet. IX. & vlt.

Iidem. AA. Rufinæ.

1 ABsentes per nuntium & epistolam contrahere
2 possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supra hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Gregor Lopez *l. 8. per text. ibi gloss. 1. tit. 5. part. 5.*

4 Et quòd speciale mandatum requiratur, vt procurator emptionem, & venditionem pro domino celebrare possit, dixi *in collectan. ad l. procuratorem 16. C. de procurat.* Et procurator sic constitutus ad contrahendum, nunquam censetur constitutus ad faciendum actum per quem principalis in aliquā pœnam incidat, etiam quòd mandatum sit factum cum clausula generali, *& cum libera administratione, & quòd possit procuratoribus omnia, quæ dominus si præsens fuisset, facere posset.* Menchaq. *controu. vsufr. frequent. lib. 1. c. 18 num. 1. & 4* Ioseph. Ludou *Perus. dec. 51, num. 4.* Cancer *variarum resolut. part. 2. cap. 14. de procurat. num. 5.* Fontanel. *de pactis nuptialib. tom. 1. clausul. 4. gloss. 15. num. 31.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 15. num. 13.* quod intelligitur quando non constat dominum expressè mandasse procuratori, vel post factam rem illicitam eam ratam habuisse, ex Capyc. *decis. 67. n. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 315. n. 23. cum seqq.* Cancer. *d. cap. 14. n. 7. & 8.* Fontanel. *d. gloss. 13. num. 32. & 33.*

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione, vel hypotheca.

TIT. LI.

NEc res alienas possumus alienare, nec eas, quarum alienationem lex, vel restator, vel pactum nobis ademit. Alienatio prohibita si fuerit, intelligentur hæc omnia prohibita, dominij trāslatio, manumissio, vsusfructus datio, pigneratio, seruitutum impositio, datio in emphyteusim. *l. vlt. hoc tit.* Scripserunt in ipsius rubric. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Vezin. & Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 36. pag. 644 l. Hisp. 53. tit. 5. part. 5.* vbi Gregor. Lopez.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei alienæ tenetur eam restituere domino, nisi probet quo iure emerit, aut præscriptione se tueatur: emptor nihilominus pretium à venditore repetit.*

2 *Scienter Emens rem alienam non vsucapit, eámque rem domino restituere tenetur.*

3 *Emens rem alienam scienter perdit rem & pretium, & num. 45. Amplia.*

I. etiam in emptione rei prohibitæ alienari, n. 6.

II. etsi emptor solùm in genere sciret rem non pertinere ad venditorem, num. 7. Limita.

I. nisi pretium esset versum in vtilitatem rei domini, num. 8 quamuis res esset Ecclesiæ, quæ restituere pretium in eius vtilitatem versum tenetur, etsi emptor bonæ, vel malæ fidei fuerit, num. 9.

II. quando emptor emisset rem ab hostibus, seu latrunculis externæ gentis num. 10.

III. quando Emptor non emit rem penitus alienam, sed subiectam restitutioni, num. 11.

IV. emptorem rei alienæ pretium repetere posse à venditore, si de euictione stipulatus fuit, quamuis habuerit scientiam rei alienæ, num. 12. intellige vt num. 13.

14 *Præscripta, siue perempta re à non domino, conditionem dari vero domino aduersus venditorem ad pretij restitutionem. etiam in venditionem rei mobilis, num. 15. obtinet licèt res non sit peremptæ, si eius prosecutio est difficilis, num. 16. & licèt res extet, si difficulter vendicari possit à possessore, num. 17.*

L. Si præsidi. I.

Imp. ALEXANDER A. *Secundino.*

EMptor rei alienæ tenetur eam restituere domi- 1
no nisi probet quo iure emit, aut præscriptione se tueatur; nihilominus emptor repetit pretium à venditore. Scienter rem alienam emens non vsucapit, eámque rem domino restituere tenetur. Colli- 2
gunt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig. Salicet. Angel. Fulgos. Castrens. Cald. Cuiac. Donell. Sichard. Aloys. Leo *in 4 fol. 48 verso*, Sebast. Næui remissiue Casal. *in annot.* & Ximen *in concordant.*

Probat hic text. quòd emens rem alienam scien- 3
ter, perdit rem & pretium, vt per Cardos. *in pr. ximo dictum, verbo emptio, n. 6.* Et quòd emptori rei alie- 4
næ scienter non sit restituendum pretium si res ab eo euincatur, probat *l. si fundum sciens, C. de euictionib. l. si a matre, C. de iure dot.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem, § 6 n. 63.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 12 gloss. 1. n. 7. 8. & 11.* Fabian. de Mōte *in tractat. de empt. quæst 4. princip. n. 8. & 9.* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 2. num. 42. & l. 52. Tauri n. 61. circa fin.* vbi communem dicit, licèt ipse contrarium teneat, Natt. *cons. 181. post n. 7. lib 1.* Cou. *lib. 3. var. cap. 17 n. 2. vers. ad eam quæst.* Menchaq. *controuers. Illustr. cap. 2. n. 16* Franc Bec. *cons. 14. n. 39.* Federic. Scot. *cons. 41. n. 25 tom. 2. l. 3.* Caballin. *de euict. § 5. n. 31.* Azeued. *l. 6. n. 17. tit. 2. lib. 1. nouæ Recopilat.* Surd *cons. 19. num. 37. cum seqq. tom. 1* Menoch. *cons. 418. per tot. vol. 5.* vbi quòd nec etiam pretium recu-
perare potest, Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 8. n. 17.* Ma- 5
rescot. *var. lib. 2. cap 19. num 12.* Ceuall. *commun. contra commun. to. 3 q. 798. per t t.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. Lusit. decis. 20.* Magon. *Florent. dec. f. 48 n. 11.* Caroc. *decis. 10. n. 11.* Cæs. Barz. *Bonon. decis. 3. n. 45.*

Mari.Muta *decis.*83.*n.* 10. Flamin. Cartar.*decis.* 70. *n.*4.Fachinæ.*controuers.lib.*2.*cap.*40. D. Barbos. *in l.* 1.*ff.soluto matr.part.*5. *n.* 36. Cald Pereira *de empt. cap.* 31.*num.*105.*&* *cap.*11.*num.*3.*&* 6.

6 Amplia primò procedere etiam in emptore rei probibitæ alienari, quia tunc emptor qui scienter emit, pretium repetere nō potest, vt per Afflict.*decis.*278.Mendez de Castro *de annonis notab.*11.*n.*16. Flores de Mena *ad d.decis.*20.*col.*1.

7 Amplia secundò etsi emptor solùm in genere sciret rem ad venditorem non pertinere, licèt ignoret ad quem in particulari pertineat, vt per Tiraq. *de retractu lig.*§.12.*gloss.*2.*n.*9.Marescot.*d.lib.* 2. *c.* 19. *num.* 25.Guzman.*de euictien.quæst.*46.*n.*2.

8 Limita primò, nisi pretium esset versum in vtilitatem veri domini, nam tūc pretium à domino restituendum est cum vsuris compensatis cum fructibus, *l.emptor* 65. *ff. de rei vendic.* Gutier. *pract.lib.*3. 9 *q.*8 *n.* 20. vbi ampliat procedere quamuis res esset Ecclesiæ, quæ restituere pretium in eius vtilitatem versum tenetur, etsi emptor bonæ, vel malæ fidei fuerit.Cald Pereira *d.cap.*32.*n.*110.

10 Limita secundò quando emptor emisset rem ab hostibus, seu latiuncolis cateræ gentis, *l. mulier inops, ff.de captiu.& postlim.vers.* Benintend. *Bonon. decis.*34.*num.*2 Menoch.*de præsumpt.lib* 5. *præsumpt.* 29.*num.*26 Alexand Trentacinq *var. resolut. lib.* 3. *tit.de empt. resol* 12. *num.* 10 Caroc. *in tract. de re furtiua penes tertium reperta, quæst.* 24. Farinac. *de furtis quæst.*177 *num.*41. Cabal. *resolut. crimin. casu* 292. *num.* 12 vbi loquitur quando cum difficultate recuperare posset, & *num.* 21.tenet licitè posse emi res à piratis, seu hostibus Turcis, & talem rem posse vsucapi per triennium, quamuis scientiam rei alienæ habuerit.

11 Limita tertiò quando emptor non emit rem penitus alienam, sed subiectam restitutioni, nam tunc venditor tenetur ad pretij restitutionem etsi nulla interuenerit stipulatio, *l.fin.*§.*fin.C.commun.de legat.* Tiraq.*de retract lig* §.12.*gloss.*1.*n* 13.Anton.Gom.*d. tom.*2.*cap.*2.*n.*42.*vers.quod tamen singulariter,* Cou. *d. lib.*3.*var.c.*17.*n.*2 *vers.ad eam quæst.*Caballin.*de euictione* §.5 *num.*31.Surd.*decis.*208.*num.*1.*& seq. & decis.*243.*num.*2.Carthar.*German.decis.*70.*n.* 16. *&* 17. Gutier.*d.lib.*3.*quæst.*8.*n.*18. Marescot. *d. lib.* 2. *var. c.*19.*n.*13.*&* 16 Molin.*de instit.tract.*2.*disp.*380.*vers. sextus,*D.Barbos.*in l.*1.*ff.soluto matr.p.*6.*num* 27.*vers. & confirmatur,* Ceuall.*commun.q.*798. *num.fin.* Alex. Trentacinq.*d.tit.de empt.resol.*13.*n.* 1. vbi ait quòd recuperat pretium, non verò interesse & meliorationes, Caroc.*decis.*10.*n.*14. Guzman.*de euict.q.*46. *num.*4. Quamuis contrarium, immò quòd absque stipulatione pretium non debeatur, teneant Flores de Mena *ad d.decis.*20.*col.*1. Fachinæ.*controu.lib.*2.*c.* 40.*in princ.& lib.*7.*c.*4.*col.*2.*vers.ex his,* Cald.Pereira *d.cap.*11.*n.*5.*&* *d cap.*31.*n.*107.

12 Limita quartò emptorem rei alienæ pretium repetere posse à venditore, si de euictione stipulatus fuit, quamuis scientiam rei alienæ habuerit.Cranet. *consil.*64.*num.*4. Anton. Gom.*d.tom.*2.*cap.*2.*num.*42. Roland.*cons.*67.*à num.*1.*lib.*4.Tiraq.*de retractu lig.* §.12 *gloss.*1.*num.*7.*&* 11.Caroc.*d.decis* 10. *num.* 11. Maresc.*d.lib.*2.*cap.*19.*n.* 28. Flores de Mena *ad d. decis.*20.*vers.si verò promittat,*Magon *Florentina decis.*59.*n.*13.Sord.*decis.*208.*n.*13.*& cons.*15.*n.* 19. D. Barbos.*in l.*1.*ff. soluto matr. p.*5.*n.* 20. *& n.*37. *vers. non obstat,*Valasc.*cons.* 83. *num.* 5.*&* 10. Giurb. *decis.*113.*num.*16. Fontanell. *de pactis nuptial tom.* 2. 13 *claus.*5.*gloss.*8.*part.*14. *num.* 7. Intellige si stipulatio fuerit specialis & specifica, non verò simplex & generalis, Cou.*d.c.*17.*num.*7.Surd.*decis.*243.*n.*3. *&* 4. Marescot.*d.cap.*19.*n.*29 *&* 30.Guzman.*d. tract. de euict.quæst.*46.*num.*5.

Nullo iure munitum, &c.]Notatur quòd perēpta, 14 siue præscriptare à non domino, ita quòd vendicari non possit, ex æquitate vero domino aduersùs venditorem ad pretij restitutionem condictio datur, Greg.Lop.*l.*34.*gloss.*4.*tit.*5.*part.* 5. Xuar. *alleg.* 28. *num.*11. Afflict.*decis.* 369. *num.* 4. D. Barbos *in l. qua dotis* 33.*num.* 142. *ff. soluto matrim.* Caroc. *de deposito part.*1.*tit.de excusat. depositi num.* 5. Surd. *decis.*306. *num.* 14. Cald. Pereira *de empt. cap.* 10. *n.*2.*&* 3.vbi procedere inquit etiam in venditione 15 rei mobilis.Stephan.Gratian.*discept.forens. tom.* 2. *cap.*304.*num.*6. Benedict.Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff.de inst.& iure,part.*1.*cap.*8. *num.* 75. Quod 16 etiam obtinet, licèt res non sit perempta, si est difficilis eius prosequutio, quia ad partes remotas fuit portata, Caroc.*vbi sup.num.*6.Cald.Pereira *d.cap.*10. *n.* 2. & licèt res extet si difficulter vendicari possit 17 à possessore, Grammat. *decis.*21.*num.*2.D.Barbos. *in l.qua dotis num.*141.

SVMMARIVM.

1 *Venditio mariti signantis sigillo vxoris, non præiudicat vxori ignoranti, & num.*3.

2 *Sigillum ignoranter appositum rei alienæ non obligat eum ad quem sigillum pertinet.*

4 *Venditio facta à marito de re vxoris immobili, non valet, hinc maritus non potest vendere, donare seu alienare bona aliqua immobilia, neque ad longum tempus locare, sine expresso consensu vxoris.num.*5.

6 *Sigillum suum ponens videtur actum approbare, & in eo consentire.*

L. Distrahent. II.

Imp. GORDIAN. A. *Graciæ.*

VEnditio mariti signantis sigillo vxoris, vxori 1 ignoranti non præiudicat. Sigillum ignorāter 2 appositum rei alienæ non obligat eum ad quem sigillum pertinet. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l.*1.*num.*1.*sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem quoad primam eius 3 partem ex hoc text.desumit Cald Pereira *de empt.& vendit.cap.*6 *num.*20.*vers.ac proinde.*

Notatur hic text.ad hoc quòd venditio facta a 4 marito de re vxoris immobili non valet, vt per Cardos.*in praxi iudic.& Aduoc. verbo emptio, n.*64.Hinc etiam maritum non posse vendere, donare, seu alienare bona aliqua immobilia, neque ad longum tempus locare sine expresso consensu vxoris, ref. Hunc Gam.*Lusit.decis.*37.*&* 226.*num.*4.Valasc.*cons.*8... *num.*1. Cardos.*in d.praxi verbo maritus n.* ... Cald Pereira *in l.si curatorem, verbo cùm non ab simile n.*33 *C.de in integ.restit.maior.& de empt.& vendit.cap.*8. *num.*6.*cum seqq.*D.Barbos.*in l.*1.*ff soluto matrim.p.* Rebell.*de oblig.iustit.p.*2.*lib.*1.*q.* 8. *n.* 39. *cum se...* Ordin.Reg Lusit.*lib.*4.*tit.*48.vbi parens meus.

Licèt sigillo tuo, &c.Notatur ad hoc quòd sigil- 6 lum suū ponens videtur actum approbare, & in eo consentire, vt per Greg.Lop.*l.*1.*gloss.* ... *& l.*114.*glo...* 8.*tit.*18 *p* 3. Aym.*de antiq temp.p.*1.*c.quæritur, n.* 4... *fol.*58.Tiraq.*de retract.lig.*§.1 *gloss.*9.*n.*1... Mascard. *de probat.concl.*1302.*& concl.*1... 41.*n.*18.Guid.Pancirol.*in thesauro var.lect.lib.*2.*cap.*26.*post princ.*D Barbos.

bof. *in l. qua dotis, n. 172. ff. solut. matrim.* Viui. *dec. 54. p. 1.* Hippol. *ad rubr. de probat. n. 320. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Hares iure hareditario non potest venire contra factum defuncti, & si euincit, tenetur ad interesse, & num. 2. casus in quibus hares potest venire contra factum defuncti, remissiuè, num. 3.*

4 *Concessio facta ab eo, qui non erat dominus, conualescit si contingat eum ex post facto fieri dominum.*

5 *Venditor & eius hares, licèt opposita exceptione per emptionem non possit rem euincere ab emptore, tamen si emptor non excipiat, poterit agere de euictione.*

L. Venditrici III.

Jmpp. Dioclet. & Maximian. AA. *Valeriano.*

1 HÆres iure hæreditario non poteſt venire contra factum defuncti, & ſi euincit, tenetur ad intereſſe. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hisp. 24. tit. 13. part. 5.* vbi Greg. Lop. *gloſ. vlt.* Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, ampl. 7. num 6. col. 1.* Tiraq. *de retract. lig. § 1. gloſſ. 9. num. 48.* Boër. *deciſ. 213. num. 17.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 81. cum ſeqq. C. de bonis matern* latè Menoch. *conſ. 89. num. 6. cum*
3 *ſeqq.* vbi plures caſus refert, in quibus poteſt hæres venire contra factum defuncti, Cacheran. *deciſ. 152.*

4 Notatur ad hoc quòd conceſſio ab eo facta, qui dominus non erat, conualeſcit ſi contingat eum ex pòſt facto dominum fieri, vt per Cald. Pereira *de poteſt eligendi cap. 10. num. 23.* vbi *numeris ſeqq.* declarat.

5 Notatur etiam ad hoc quòd licèt venditor & eius hæres appoſita exceptione per emptorem non poſſit rem euincere ab emptore, tamen ſi emptor non excipiat, ſed patiatur rem à ſe euinci, poterit agere de euictione, vt per D. Barboſ. *in l. Lucius Titius 39. num. 26. ff. soluto matrim.* vbi ad hoc hunc text. elegantem dicit, & *in verſ. vnde receptum,* reſoluit quòd quando quis non alienauit, ſed ſimpliciter cóſenſit alienationi per alium factæ, hæres admittetur ad reuocandum ex proprio iure, quia conſenſus conſentientis ad hunc caſum ſe non extendit, & citat Pinel. *d. l. 1. p. 3. num. 83. verſ. limitatur ſextò.*

L. Mancipia IV.

Jidem AA. *Affabili.*

MAter res filij ſine filij conſenſu pro debitis propriis in ſolutum dare nequit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.*

Vide poſita *in collect. ad l. 1. & 3. ſup. C. ne filius pro patre.*

SVMMARIVM.

1 *Filius venit contra factum patris iure proprio.*

2 *Pater vendens rem filij, illi non praiudicat.*

L. Si fundum. V.

Iidem AA. *Ægro.*

FIlius venit contra factum patris iure proprio. 1
Pater vendens rem filij illi non præiudicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* 2

Vide poſita *in collect. ad l. 2. C. ne filius pro patre.*

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem alienam non praiudicat vero domino.*

2 *Venditio rei aliena valida etiam inter ſcientes n. 3.*
Limita
I. in venditione rei mobilis, num 4.
II. reſpectu veri domini rei vendita nullam eſſe venditionem, num. 5.

6 *Venditionem rei aliena valere de facto, ſed non de iure.*

7 *Venditio an valeat, ſi domino preſente, & non contradicente, vendam rem alienam, & ei praiudicet.*

8 *Emens rem furtiuam, an, & quando teneatur illam reſtituere domino, etiam ſibi non reſtituto pretio.*

L. Nemo res. VI.

Iidem AA. *Rufo.*

VEndens rem alienam non præiudicat vero domino. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* 1

Probat hic text. valere venditionem rei alienæ, vt per Tiraq. *de retractu lig. § 1. gloſſ. 2. num. 19.* Fabian. de Monte *de empt. & vend. queſ. 4. princ. num. 17.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 8.* Afflict. *deciſ. 40. num. 3.* Roland. *conſ. 57. num. 20. vol. 3.* Decian. *clauſ. 30. num. 17. vol. 1* Bertazol. *de clauſul. inſtrument. clauſ. 19. gloſſ. 2. num. 3.* Pinel. *in rub. de reſcindenda vend. 1. part. 2. cap. 3. num. 17.* Valaſc. *de iure emphyt. quaſt. 19. num. 2.* Menoch. *conſ. 1. num. 137.* Surd. *deciſ. 253. num. 4.* Auendan. *de cenſib. cap. 61. num. 2.* Mozz. *de contractib. tract. de empt. & vendit. tit. de rebus, qua vendi, & emi poſſunt, num. 10.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. lit. V, concl. 53.* Morl. *in emporio iuris ciuilis tit. 9. in pramiſſ. num. 11.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 730. num. 26.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. & camb § 1. quaſt. 1. num. 556. verſ primus caſus,* Azori. *inſtit. moral. part. 3. lib. 8. de empt. cap. 5. verſ. his pramiſſis,* Cenci. *de cenſibus part. 2. cap. 2. quaſt. 1. art. 1. num. 11.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure, part. 1. cap. 8 num. 74. cum ſeq.* 2

Amplia valere venditionem rei alienæ etiã inter ſcientes, vt per Afflict. *deciſ. 369. num. 1.* Steph. Gratian. *d. cap. 730. num. 27.* Surd. *conſ. 19. num. 39.* quicquid dicat Cald. Pereira *de empt. c. 11. num 4.* 3

Limita primò in venditione rei mobilis, quia illius traditione furtum committitur, & de re furtiua non tenet emptio, nec vẽditio, iuxta diſtinctionem *l. ſi in emptione, § item ſi emptor, ff. de contrah. empt.* Caroc. *deciſ. 10. à n. 1.* vbi tradit in re mobili furtum committi ſi de loco ad locum fiat motio, & venditionem rerum mobilium domino non præiudicare, *& in tract. de re furtiua pedes tertium reperta quaſt. 32.* vbi ſublimitat quando ſolus venditor ſcit rem eſſe 4

 furtiuam,

furtiuam, nam tunc obligatio contrahitur.

5 Limita secundò respectu veri domini rei venditę nullam esse venditionem, iuxta *l. rem alienam, & l. qui officio, §. qui nesciens, ff. de contrah. empt.* nam venditio rei alienæ in effectu & substantia est nulla, & solùm valet in præiudicium venditoris quoad effectum vt teneantur vltra restitutionem pretij ad dānum, & interesse ementium, Fabian de Monte *d. quæst. 4. princip. num. 8* Rebuff. *in repet. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, super gloss. verbo*

6 *dupli, num* 35 vbi tradit venditionem rei alienę valere de facto, sed non de iure, & sic esse intelligendam *d. l. rem alienam*, Aueodan. *d. cap. 61. num. 1. vers. quia licèt Vlpianus*, Sigism. Scacc. *d. loco*, Caroc. *d. decis. 10. num. 9.* Vnde respectu domini nulla est vēditio, & ab emptore res auferri poterit, quia talis venditio domino non præiudicat. Afflict. *decis. 169. num. 3.* Perez *in l. 1. tit. 7. lib. 5. Ordin. fol.* 191. *col. 37. vers. quid autem*, Bertaz. *d. claus. 19. gloss. 2. num. 3.* Surd. *cons. 282. num* 8 *& cons. 19 num. 32. & decis.* 122. *num. 4. 5. & 6.* vbi nullam esse venditionem latè comprobat, Cald. Pereira *d. tract. de empt. cap. 11. n.* 1. vbi de facto valere dicit, Azor. *d. cap. 5. quæst. 2.* Benedict. Ægid. *d. cap.* 8. *num. 74.* vbi dicit emptionem rei alienæ valere inter ipsos contrahentes, vt ex illa obligatio vtrinque contrahatur, saluo semper domini iure, quod ab eo sine facto illius auferri non potest.

7 Quid si domino præsente, & non contradicente rem alienā venditam, an valeat venditio, & ei præiudicet? Valere tenent gloss. *in l. cum properas filios, C. de pactis*, Bert. *in l. gradatis 34. num.* 14 vbi D. Barbos. *num 140. vers. est secunda conclusio, ff. soluto matrim.* Menoch *de præsump. lib. 2. præs. 23. n. 83. & lib. 6. cas. 99 n. 20.* licèt contrarium sustineat Bald. *in l. 1. num. 12. C. de bonis mat.* Guillelm Bened. *in cap Raynutius, verbo si absque liberis el. 2. tit. de fideicom. substit. num.* 114. Tiraq. *in d. gloss. 8. n. 144. cum seqq.* Horum opiniones componit Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 201. num. 8. cum seqq.* dum ait quòd tunc videtur consentire illi actui, qui fit me præsente, & tacente quando est eius qualitatis quod me inuito fieri non potest, & in hoc casu procedere primam opinionem asserit. & contrariam quando est actus, quem prohibere non possum.

8 Vtrùm autem, & quando emens rem furtiuam teneatur illam restituere domino etiam sibi non restituto pretio? vide posita *in l. incivilem, C. de furtis.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatione prohibita, omnis actus videtur prohibitus, per quem alteri quæritur, aut sequitur alienatio, & num. 3. maximè quando in prohibitione sunt apposita verba multum prægnantia, & generalia, n. 4. hanc regulam non habere locum in statutis, num. 5. siue immediatè, siue mediatè ex actu perueniatur ad alienationem, num. 6. & cur, num 7.*

2 *rei Alienatione prohibita, pignoris & vsusfructus constitutio interdicta censetur.*

8 *Alienare prohibitus non potest alienare dominium directum, eodem modo vtile dominium non potest transferri in alium ab eo, qui alienationem facere est prohibitus, num 9.*

10 *Alienare prohibita non possunt infeudari, neque concedi in emphyteusim, nisi essent solita in feudum, vel emphyteusim dari.*

11 *Vsusfructus constitutio Alienatio est, & alienatione prohibita, vsusfructus etiam prohibetur constitutio.*

12 *Alienare prohibitus etsi non possit vsumfructum cōstituere, poterit tamen pro tempore iuris succedere & vendere fructuum commoditatem, & perceptionem.*

13 *Vsusfructus licèt in re emphyteutica imponi non possit sine consensu directi domini, potest tamen concedi eius vsus & commoditas.*

14 *Alienare prohibitus, censetur etiam prohibitus hypothecare, vel pignorare. siue pigneratio fiat pro magno, siue pro modico pretio, num. 15. Limita.*

I. in prohibitione pœnali, num. 16.

II. quando testator obligasset fundum creditori, & postea in testamento prohibeat illius alienationem, num. 17.

III. in generali hypotheca, & bonorum obligatione, num 18. Quod tamen restringitur.

I. quando prohibitus non habebat alia bona, nisi prohibita alienari, num. 16.

II. quando verba essent vniuersalia, num. 20.

21 *Alienationis appellatione omnis actus continetur, per quem transfertur dominium.*

22 *Dominij translatio impeditur.*

I. quando conuenitur in pacto, quòd nullo modo possit res alienari, ibid.

II. quando prohibetur res alienari ex dispositione contrahentium, quæ tamen ex iuris communis dispositione alienari non poterat.

III. in omnibus casibus, in quibus dominium ex solo pacto transfertur absque traditione, n. 24.

IV si dictum fuerit, Vendo, vel dono hoc pacto, vt non liceat alienare, & si ad aliquem actum alienationis peruenerit, tunc dominium ad me reuertatur, & in eum casum ex nunc constituo te possidere meo nomine, num. 25. Vel si post pactum appositum de non alienando, dictum fuerit, vt in casu, quo emptor ad aliquem actum alienationis deuenerit, liceat venditori ingredi possessionem illius rei propria auctoritate, num. 26. Vel quòd eo casu, quo deuentum fuerit ad aliquem actum alienationis res sit inempta, vel venditio habeatur pro non facta num. 27.

V. si simul cum pacto de non alienando iuramentum interueniat, num. 28. contrarium, num. 29.

VI. si ille qui prohibitus rem alienare, reseruat sibi aliquod ius in eo, num. 30.

31 *An sufficiat hypotheca generalis, vel specialis simul requiratur de non Alienando, & n. 32.*

33 *Prohibitio Alienationis facta in testamento per testatorem valet, & ex ea impeditur dominij translatio. intellige. vt num. 34. declara, vt n. 35.*

36 *Pactum de non alienando non impedit dominij translationem in tertium, in quem res alienari prohibita fuit translata titulo venditionis, vel alio legitime.*

37 *Dominium sicut regulariter non transfit ex solo titulo sine traditione, ita etiam non amittit ur dominium solo pacto sine noua retraditione.*

38 *Quando prohibitio cum legis prohibitione directi domini concurrit, res non potest, etiam in casu, prima stante prohibitione, permisso Alienari.*

L. Sancimus

L. Sancimus. VII. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Ioanni.P.P.*

1 ALienatione prohibita videtur omnis prohibitus actus per quem alteri quæritur ius, aut se-
2 quatur alienatio. Rei alienatione prohibita, pignoris & vsusfructus constitutio interdicta censetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt, exornántque *l. Hisp.43. tit.5. par.5. vbi gloss.3.* Roman. *sing.* 620. Hippol. *in l.1.§.cùm quidam depencre n.11.ff. de quæst.* Alphsn. *collect.*50. Anton.Gom. *tom.2.var. cap.14.num.16.& l.40.Tauri num.81.a princ.* Craoet. *cons.*986.*num.*15. Roland à Vaile *cons.31.n.27. lib.*1. Pinel. *in l.1.C.de bonis mater.p.3.n.18.& in l.2.C.de rescind.vend.par.2. c.1.n.1a.* Gam. *Lus. dec.* 108. Molin. *de primog l.1. cap.*20. *num.*14. Carpan. *super statuta Mediolanen. cap.*305 *num.*45. Menoch. *cons.*1099.*num.*19. vbi di-
4 cit maximè verum quando in prohibitione sunt apposita verba multum prægnantia, & generalia, Caualcan. *dec.6. num.2.par.3.* Surd. *cons.5. num.* 40. *& cons.276.num.13.& cons.301. num.34.* Anchar. iun.
5 *lib.1.quæst.27.num.3.* vbi *in fine* subdit hanc regulam non habere locum in statutis, Mascard. *de prob. concl.*1236.*num.*108. Donel. *ad l.si ita quis* 135. *§. ea lege num.7. ff.de verb.oblig.* D. Barbos. *in l.1. ff. soluto matrim.par.3.num.*59. Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo venundedisti, num.3.& de renou. emphyt. quæst.16.num.12.& quæst.forens.l.1.quæst.20. num.63. in fine*, Petr.Cened. *practic.& canon.quæst.lib.1.quæst 21.n.13.cum seqq.* Anguian. *de legibus lib.3.controu.13.*
6 *num* 20.*cum seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 694. vbi ampliat regulam, siue immediatè, siue mediatè ex actu perueniatur ad alienationem.

7 Ratio est, quia prohibito vno, censentur omnia prohibita per quæ peruenitur ad illud vnum; ad quam regulam citatur text. *in præsenti*, & alia iura citata à gloss. *in cap.cùm quid prohibetur 39.de regul. iuris lib.6.* Menoch. *cons.*116. *num.*15. latè Mascard. *de prob.concl.* 102. Surd. *cons.* 303. *num.* 74. Cardos. *in praxi iudicum, verbo alienatio, num.*15. Et procedit tàntùm in his, per quæ necessariò peruenitur ad rem prohibitam, non verò in illis, per quæ ad illam perueniri potest contingenter, aut possibiliter, iuxta tradita per Bart. *in l.ambitiosè, num.22.ff. de decret. ab ordine facien.& in l.2.ad fin.ff.de iurisd. omn. iud.* receptum communiter, vt ex Purpur. refert & sequitur D.Barb. *in l.1.ff.solut.matr.par.3.n.*57.

8 *Non solùm dominij alienationem*, &c.] Notatur ad hoc quòd prohibitus alienare non potest dominium directum alienare. Menoch. *cons.* 116. *dub.*2. Magon. *Florentin. dec.* 91. Fusar. *de substitut. quæst.* 701. *num.* 1. vbi dicit hunc text. loqui de directo dominio.

9 Eodem modo vtile dominium non potest transferri in alium ab eo, qui alienationẽ facere est prohibitus, vt per Bart.& Salicet. *in præsenti*, Alex. *cons.* 1.*num.*15 *lib.*4. Cacheran. *cons.26. num.* 14. & alij, quos refert & sequitur Fusar. *d. quæst.* 701. *num.* 2. vbi hinc numeris seqq. infert bona alienari prohibita non posse infeudari, neque in emphyteusim concedi, nisi essent solita in feudum, vel emphyteusim dari.

10 Licèt textus in præcitatis verbis probet ex prohibitione alienandi etiam cuiuslibet dominij alienationem prohiberi, modò directum, modò vtile sit, vt vidimus, nihil dominij translatione disponit, & ideo dicit textus dominij alienationem, & non translationem. Ita Ioan.Orosc. *in l.pen.ff.de transact. num.23.cum seqq.* Anton.Gom. *l.* 43. *Tauri num.* 13. Ioan.Garcian. *reg.334.num.6.prope fin.* Ceuall. *commun.contra commun.q.756.num.3.*

Sed etiam vsusfructus dationem, &c] Notatur ad 11
hoc quòd vsusfructus constitutio alienatio est, & alienatione prohibita vsusfructus etiam constitutio prohibetur, vt per Roman. *sing. 600. incip. In feis*, Tiraq. *de retractu lig.§.1.gloss.7.num.* 41. Aldobrandin. *cons.36.num.43.lib.*1. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri num.*85. Bursat. *cons.377.num.* 1. *& 4. lib.* 4. Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto num. 66. vers. quia constituere*, Molin. *de primogen.lib.1. cap. 20. num.* 8. Achil.Pedrocha *cons.7.num.81.& 82.* Menoch. *cons.*116.*num.6.& 21.lib.2.& cons.1032. num.* 11. Alba *cons 442.num.26.lib.* 2. Cioff. *cons.28.num.11.* Petra *de fideicom.quæst.80.num.* 103. Pereg. *in simili tract. art.40.num.*114. Franc.Marc. *decis.*870 *par.* 1. Quesada *diuersarum quæst.iuris cap.vlt.num.* 20. D. Barbos. *in l. vsufructu num.* 15. *& 16. ff. soluto matrim.* latè Castill. *controuers. lib. 1. de vsufructu cap.* 54. *à princip.* Fusar. *de substitut. quæst.*127. Probatur, quia prohibitus alienare rem non potest nec illius partẽ minimam alienare. Bald. *hic in fine*, Tiraq. *in l. si vnquam, verba partem aliquam, num* 14. *C.de reuocan.donat.* at vsusfructus est pars rei. *l.qui vsumfructum, ff. de verbor.obligat.& l.si à reo,§.reo, ff.de solut.* & vsusfructus dicitur pars dominij, *l. 4. ff. de vsufructu.* Ergo, &c.

Quamuis prohibitus alienare non possit vsum- 12
fructum constituere, iuxta *suprà* citatos, poterit tamen pro tempore iuris sui cedere & vendere fructuum commoditatem, & perceptionem, *§.nec vllo, & ibi gloss Instit. de vsu & habit. l. vlt. §. Lucius, ff. de contrah.empt.* Boër. *decis.66.num.*4. Menoch. *cons.* 777 *num.*8. Curt iun. *in tract. de feudis par. 4. quæst. 15.num.106.in fine*, Molin. *d. lib. 1.cap.20. num.* 13. Petra *d. quæst.8.num.* 103. *post princip. & num.* 104. Pereg. *d.art.40.n.*117. quos refert & sequitur Fusar. *d.quæst.527.num.5.* Gam. *Lusitan.decis.* 299. *num.* 2.
Cald. Pereira *de extinct. emphyt.cap.* 5. *num.* 13. vbi 13
dicit quòd licèt vsusfructus in re emphyteutica imponi non possit sine directi domini cõsensu, potest tamen concedere vsusfructus vsum & commoditatem.

Vel hypothecam, vel pignoris nexum, &c.] Nota- 14
tur ad hoc quòd prohibitus alienare, censetur etiã prohibitus hypothecare, vel pignorare. Ita Ioan. Nicol. *in repet.l.generaliter n.*239 *C. de secund. nupt.* Tiraq. *ad leges connub. gloss. 3. num.* 101. *& in l.si vnquam, C.de reuocand.donat.verbo totum, num. 1. & de iure mariti, gloss.5 num.109 cum seqq.* Cassan. *in consuet. Burgund.rub. 9.§ 10.num. 40. vers. limita sextè*, Anton.Gom. *l.40.Tauri num.83.& var.tom 2.cap.12. num 39. col. 2. in med.vers.nec obstat*, Dec. *cons.* 660. Beroi. *cons.*233.*num.*10.*lib.*1. Pancirol. *cons.*171. *n.* 8. Alba *cons.34.ad fin.* Cephal. *cons.*296 *dub.* 3. Neguzant. *de pignorib. par. 1.memb.2.num.28. & memb. 3. num.*69. Fabian de Monte *de empt.& vend.quæst.3. art. 22. n.* 10. Cou. *lib. 2.var. cap.16.n.*7. Rodoan. *de rebus Ecclesiæ non alienan.quæst. 2.num.6.& 11.& quæst.2.cap.6.num.9. cum seqq.* Menoch. *cons.* 126. *num.*15. Pinel. *in l. 2.C.de rescind.vendit.part.2.cap.1. num.*14. Gam. *Lusit. decis.* 108. Mascard. *de probat. concl.*1236.*num*108. Petra *de fideicom.quæst.8. num.* 105. Peregrin *eod.tract.art. 4. num.* 118. Ferrer. *in constit.Cathalon.gloss.4.num.*175. Ioseph. Sesse *Aragon.decis.*185.*num.*2. Mieres *de maior.p.4.q.1.a n* 76.

Castill.

Castill. *contron.lib.5.cap.65. num.* 33. Perez de Lara *de annuers.lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 68. *cum seqq.* Caualcan. *dec* 6. *num.* 3. *&* 5. *part.* 3. Card. Seraphin. *decis.*757. D. Barbos. *in l.1.ff.solut. matr. p.3. num.* 59. *cum seqq.* Cald. Pereira *de potest.elig.cap.3. num.* 18. *& de resolut.emphyt.cap* 5 *num.* 28. *cum seqq.* Gutier. *de tutel.part.* 2.*cap.* 11.*num.*7. idem Cald. Pereira *de empt.& vendit.cap.8.num.* 50. Petr. Cened. *pract. & canon.quaest.lib.1.quaest.11.num.14. cum seqq.* Rebell. *de obligat.iustit.part.2.lib 6. quaest.* 3.*num.* 15. *&* 16. latè Fusar. *de substitut.quaest.703.per tot.* Ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris signific.verbo alienatio,n.9.*

15 Amplia vt procedat siue pignoratio fiat pro magno, siue pro modico pretio, vt per Perez de Lara *de capellan & anniuers.lib.1.cap.20.num.35.* vbi allegat Ant.Gom.*d.l.40.Tauri n.83.in fine,*& D Barbos. *d.part.3.n.59.*

16 Limita primò in prohibitione pœnali, nam sub pœna prohibitus alienare,pignorando & hypothecando non incidit in pœnam,vt per Corset. *sing.*11. *incip. Pœna*, Fabian.de Monte *d.quaest.1.art.21.n.11.* Neguzant.*de pignor.part.2.memb.3.n.73.*Rodoan.*d. q.2.c.6.n.6.*Caualcan.*dec.6.n.21.cum seqq.part.3.*Fusar.*d.q.701.n.3.*

17 Limita secundò quando testator obligasset fundum creditori,& postea in testamento prohibeat illius alienationem,nam hæres poterit illum obligare alteri pro satisfaciendo primo creditori, ponendo eum in locum anterioris creditoris. *l.pater filium, in princ.ff.de legat.3.*Mulin.*de primogen. d.lib.1. cap.*10. *num.*15. Pereg. *d.art.40.num.31.*Intrigl. *de substitut. cent.3.quaest.73. num.*418. Fusar. *d.quaest.*703. *num.* 4. vbi *num.* 5. dicit hypothecam non esse prohibitam in eum,cuius fauore facta est prohibitio, & *num.*7. etiam limitat in pignore iudiciali & prætorio,quod est necessarium,eo quòd in prohibitione alienationis non continetur alienatio necessaria.

18 Limita denique in generali hypotheca,& bonorum obligatione,in quo casu procedit decisio *l.1.C. de fundo dotali.* nam dispositio huius l.intelligitur, quando agitur de speciali alicuius rei pignore, vel hypotheca, vide Roman.*cons.166.n.1.*Ias. *cons.*124. *num.4.lib.4.* Deci. *cons.* 645. *num.* 5. Bertrand. *cons.* 195.*num.16.lib.1.cons.*185. *num.* 32. *lib.* 3. Hippol. *sing.314.num.1.* Alciat. *cons.637.circa fin.*Negusant. *de pignorib.part.1.memb.2. num.* 53. Menoch. *de arbitr.casu* 428.*num.13.& cons.329.num.4.& cons.777. num.*3. optimè Beto. *in cap.nulli,de rebus Eccles. non alienan.num.*22.Cened.*d.quaest.* 11. *num.* 15. vbi distinctionem refert & sequitur, Anton.Gabr.*communium.tit.de regul.iuris concl.*11.*num.* 29. Mascard. *de probat.concl.1236.num.108.*Petra *d. quaest.* 8.*num.* 106. *& seq.in fine.*Pereg.*cons.50. lib.4.* Caoalcan. *dec.* 6. *num.22.part.3.*Milan.*decis.* 1. *num.* 120. *vers.secundo part.2.* Intrigl. *de substitut. cent.3. quaest.* 73. *n.* 149.
19 Fusat. *d.quaest.703. num.8.* Quod tamen dupliciter restringitur,primò quando prohibitus non habebat alia bona nisi prohibita alienari.nã hæc in generali bonorum obligatione venirent,Gerard.à Petra sancta *sing.34.*Anton.Gabr.*d.tit.de regulis iuris concl* 12. *num* 40. Intrigl. *d.cent.3.quaest.73. num.152.* Pereg.
20 *cons.* 50. *lib.* 4. Fusar. *d.quaest.703. num.9.* Secondò quando verba essent vniuersalia,quia tũc & alienari prohibita venirent in hypotheca,Bellon.*d.cons.9. num.7.*Roland.à Valle *cons.54.n.44.lib.3.& cons.27. num.29.lib.4.*Cephal.*cons.92. num.* 15. *& cons.* 150. *num.8.& cons.156.num.22.*Anton.Gabr. *d.concl.* 12. *num.36.*Surd.*cons.73. n. 61. vers. vltimò non obstat, lib.1.& cons.87.num.7.& seq.lib.2.* Pereg. *d. cons.* 50. *num.1. lib.4.* Osasch. *Pedem. decis.94. num.* 10 Magon. *Lucensi decis.34. num.* 19. *& seq.* Milan. *d. decis.1. num.* 129. *part.* 2. Intrigl. *d. cent.* 3. *quaest.* 73. *num.*150.

In gloss. *Sancimus.*ibi, *quæ continetur appellatione alienationis*, &c. Notatur ad hoc quòd appellatione alienationis continetur omnis actus per quem dominium transfertur, Lap.*alleg.41.in princ.*Bald. *cons.* 108.*Quæritur,in princ.lib.1.*Anchar.*cons.102.Quæstio, in princ.& cons.105.num.2.*Negusant.*de pignor.par.2. membr.3.num.71.*Pinel.*in l.1.C.de bonis mat. part.3. num.18.& 19.* Mariens. *l.3.gloss.14. num. 2.tit.19. lib.5 noua Recop.*Brunoc.à Sole *in locis communib.verbo alienatio, num.2.* Cardos. *in praxi iudicum, eodem verbo num.1.* Surd. *decis.* 102 *num.21. & decis.* 278. *num.2.& decis.326.num.27.* Cald Pereira *de extinct. emphyt.cap.5.num.* 37. Cardin. Tosch. *pract. conclus. tom.1.lit.A, concl.* 257. *per tot.* Ferrer. *in constitut. Cathalon.gloss.4.num.169.*Alienationis enim verbum valde generale est, & sub se omnes species alienationis comprehendit,& omnes contractus & distractus,ac omnes actus per quos dominium directum, vel vtile transfertur,& per quos aliquod ius constituitur.Ita *l.Hisp.10.tit.33.part.7* Greg.Lop. *ad l.41. gloss.3.tit.5.part.5.* Cassan. *in consuet.Burgund.rub.9. §.10. à num.29.* Tiraq. *de retract.lin lig.* §.1.*gloss.* 14. *num.1. cum seqq.* Rebuff. *in tract. de alienat. rerum Eccles.num.1.* Pinel. *in l.1.C.de bonis mat. part.* 3. *num.*18. *cum seqq.* Rodoan. *de rebus Eccles.non alienan.quaest.1. in princ. & cap.1. cum quinque seqq.* vbi congerit plurima,quæ alienationis appellatione,& sub eius prohibitione continentur, Spin. *in speculo testam.gloss.19.num.85.cum seqq.* Bursat. *cons.377.ex num.1.lib.4.* Molin. *de primog. lib.1. cap.21. num.*25. Menoch. *cons.116.num.6* Mieres *de maioratu part.4. cap.1 à num* 63.Surd.*decis.254.num.20. & dec.* 326. *num.27.*Castill.*controuers.lib.1.de vsufructu, cap.54. num.1.& 1.*Fontanel.*de pactis nuptial.claus. 4. gloss* 2. *num* 79.Cald.Pereira *de empt.& vendit.cap.* 8. *n.* 52. *circa fin.* latè Fusar. *de substitut.à quaest.673.vsque ad q.740.*vbi de alienationis prohibitione plures vtilissimas disputat quæstiones.

In ead. gloss. ibi, *an transferatur dominium si fiat contra prohibitionem*, &c. Multis casibus impeditur translatio dominij,vbi adest pactum non alienandi. 22

Primo quando conuenitur in pacto, & dicitur quòd nullo modo possit res alienari, quia hæc conditio impedit dominij translationem, cùm habeat vim decreti irritantis, & quicquid fit postmodum, est nullum,& nullius valoris,nec potest talis actus confirmari, vt per Salzed.*ad Bernard.reg.208.vers. sextò limita,*Card.Mantic.*de tacitis & ambig.conuent. l.4.tit 30.n.38.*

Secundò quãdo prohibetur res alienari ex dispositione contrahentium,quæ tamen ex iuris communis dispositione alienari non poterat, nam concurrente actu duplici prohibitione,nó potest fieri alienatio etiam in casibus aliàs in iure permissis,& impeditur dominij translatio,text. *in auth. de non alien. aut perm.§.sanctissimas,collat.9.*Roder. Xuar. *alleg.* 9. *n.14.*Salzed. *d.reg.* 208. *vers.septimo limita.*Cardin. Mantic.*d.l.4.tit.30.n.37.* 23

Tertiò in omnibus casibus,in quibus dominium ex solo pacto transfertur absque traditione,quia in eis per solum pactum potest prohiberi translatio dominij.gloss magna *in fine, in l.1. C.de inoffic.donat.* Anton.Gom.*l.40.Tauri num.16.vers.ex quibus infero, & num.25. in fine, & num.27. vers. facit etiam, & num.39. in fine*, Salzed. *d. reg.208. vers. quarto limita.* 24

Quartò

25 Quartò si dictum fuerit, Vendo vel dono, hoc
pacto, vt nõ liceat alienare, & si ad aliquem actum
alienationis perueneris, tunc dominium ad me re-
uertatur, & in eum casum ex nunc constitui repos-
sidere meo nomine, Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri n.* 10.
Salzed. *d. reg.* 208. *limit. vlt.* Molin. *de primogen. lib.* 1.
cap. 12. *n.* 32. *vers. per quem text.* Azeued. *l.* 11. *num.* 11.
tit. 6. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Mieres *de maioratu par.* 3.
quæst. 9. *num.* 3. Thesaur. *quotid. forens. lib.* 2. *quæst.* 81.
num. 16. Cardin. Mantic. *d. tit.* 30. *num.* 26. *cum seqq.*
26 Castill. *controuers. lib.* 5. *cap.* 80. *num.* 21. & 24. Vel si
post pactum appositum de non alienando, dictum
fuerit, vt in casu, quo emptor ad aliquem actum
alienationis deuenerit, liceat venditori ingredi pos-
sessionem illius rei propria auctoritate, Salzed. *d.*
reg. 408. *limit.* 8. Cardin. Mantic. *d. tit.* 30. *n.* 44. & 45.
27 Vel quòd eo casu, quo deuentum fuerit ad aliquem
actum alienationis, res sit inempta, vel venditio
habeatur pro non facta, quia istud pactum resolu-
tiuum vim habet pacti legis commissoriæ, ex qua
transfertur dominium ipso iure, Salzed. *de reg.* 208.
limit. 4. Viui. *decis.* 471. *n.* 9. Cardin. Mantic. *d. tit.* 30.
num. 31.

28 Quintò si simul cum pacto de non alienando iu-
ramentum interueniat, nam tunc dominij transla-
tio impeditur, Cephal. *cons.* 41. *num.* 10. *cum seqq.*
lib. 1. Roland. *cons.* 6. *num.* 35. & 54. Menoch. *cons.* 63.
29 *num.* 20. Carot. *decis.* 117. *num.* 18. Sed contrarium
meritò tuentur Anton. Gom. *l.* 53. *Tauri num.* 58.
vers. secundò principaliter, Gutier. *de iuram. confirmat.*
part. 1. *cap.* 45. *num.* 4. Anton. Gabr. *commun. tit. de pi-*
gnor. concl. 1. *num.* 18. Hieron. Gabr. *cons.* 68. *num.* 10. *lib.*
1. Thesaur. *d. lib.* 2. *quæst.* 81. *num.* 9. Seraphin. *de pri-*
uil. iuram. priuil. 158. Surd. *cons.* 399. *num.* 3. & 18.
Cardin. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 30. *num.* 19. & *tit.* 32. *num.*
17. Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.*
25. *à n.* 65. Giurba *decis.* 92. *num.* 25. Et prima opinio
poterit esse vera quando cum pacto de non alienan-
do, & iuramento, interueniat generalis hypotheca
quæ in omnibus instrumentis hodie adscribi con-
sueuit, Roland. *cons.* 32. *à num.* 39. & *cons.* 62. *num.* 34.
39. & 40. *lib.* 2. Gutier. *in repet. l. nemo potest, ff. de le-*
gat. 1. *num.* 45. Fontan. *d. gloss.* 25. *num.* 61. Cardin.
Mantic. *d. tit.* 30. *à num.* 20. Thesaur. *d. quæst.* 8. *num.* 9.
vers. à quibus tamen. Quamuis aliud sentiant Hie-
ron. Gabr. *d. cons.* 66. *à num.* 10. Surd. *d. cons.* 399. *n.* 4.
vers. nec facit, Pereg. *de fideicom. art.* 51. *num.* 77. &
cons. 102. *num.* 10. *cum seqq. lib.* 3.

30 Sextò si ille, qui prohibuit rem alienare, reser-
uat sibi aliquod ius in ea: vt si quis vendat, vel do-
net, vel alio titulo transferat in alium aliquam rem,
pacto apposito quòd non possit alienare, & pro ob-
seruatione illius pacti, & conuentionis imponatur
ius hypothecæ in eadem re, scilicet quòd ille, cui
res venditur, vel donatur in cuius fauorem fit con-
tractus, promittat pactum adimplere, & pro eius ob-
seruantia obliget omnia bona sua, & specialiter rem
sibi donatam, & venditam, Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri*
num. 18. Neguzant. *de pignor. part.* 2. *memb.* 1. Salzed.
d. reg. 208. *vers. secundò limita*, Menchaq. *de success.*
creat. §. 10. *num.* 84. Gutier. *in repet. d. l. nemo potest, à*
num. 28. Azeued. *d. l.* 11. *num.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ Re-*
cop. Card. Mantic. *d. tit.* 30. *à num.* 5. Chartar. *decis.*
104. *n.* 3. *cum seqq.* Giurba *decis.* 70. *num.* 31. *vers. nisi*
vltra. D. Barbos. *in l. si filiofamil.* 26. §. *fin. num.* 33. &
seq. ff. soluto matrim. Fontanel. *d. claus.* 4. *gloss.* 25.
num. 58. & 59. Thesaur. *d. lib.* 2. *quæst.* 81. *num.* 8.
& 9.

Sed dubium est, an hypotheca generalis sufficiat;
31 vel specialis simul cum pacto de non alienando re-
quiratur? In quo vna sententia tenet quòd gene-
ralis hypotheca bonorum cum pacto de non alie-
nando sufficiat, & dominij translationem impediat,
ita Greg. Lop. *gloss.* 5. *circa fin. vers. nota tamen in l.* 19.
tit. 8. *part.* 5. & *in l.* 73. *gloss.* 3. *tit.* 18. *part.* 3. Villalob.
in suo ærario lit. A, num. 139. & *seq.* Roland. *cons.* 6.
num. 29. *lib.* 1. & *cons.* 62. *num.* 3. *lib.* 2. Emman. Suar. *in*
thesauro recept. sentent. verbo alienatio, & *verbo pro-*
hibitio, Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. part.* 4. §. 5.
n. 17. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 673. *vers. sed*
contraria, Chartar. *dec.* 104. *n.* 3.

Alia sententia, cui tanquam probabiliori adhæ- 32
reo, tenet specialem hypothecam necessariam esse,
generalem verò omnium bonorum non sufficere,
vt per Roder. Xuar. *in l. post rem iudicatam, in de-*
clar. legis Regni limit. 1. *num.* 11. Ferdinand. Loaces
in l. filiusfam. § *diui n.* 441. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri*
num. 19. *vers. superiorem tamen*, Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 15.
num. 4. *vers. vltimò est ad hæc*, Negusant. *de pignorib.*
part. 2. *princ. memb.* 1. *num.* 5. Vincent. de Franchis *de-*
cis. 355. *num.* 4. Anton. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de pi-*
gnorib. & *hypothec. concl.* 1. *num.* 3. Gutier. *in repet. l. ne-*
mo potest. ff. de legat. 1. *num.* 57. & 58. & *de iuram. con-*
firm. part. 1. *cap.* 45. *num.* 3. Pereg. *de fideicom. art.* 51.
num. 77. Surd. *cons.* 399. *num.* 4. Gasp. Roderic. *de an-*
nuis redditib. lib. 2. *quæst.* 9. *num.* 59. *vers. contrarium, imò*
quòd pactum, Auendan. *de censib. cap.* 85. *num.* 13. &
14. Cardin. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 30. *num.* 12. Castill. *con-*
trouers. lib. 5. *cap.* 80. *n.* 22. Fontanell. *de pactis nuptial.*
tom. 1. *claus.* 4. *gloss.* 25. *num.* 60. Quæ quidem poste-
rior sententia ampliatur, quamuis cum hypotheca
generali adiiciatur clausula irritans, dicendo, *quòd si*
aliter fiat alienatio, sit nulla, vt ex Vincent. de Fran-
chis *d. dec.* 355. tradit Gasp. Roderic. *d. lib.* 2. *quæst.* 9.
num. 59.

In ead. gloss. ibi, *item si à testatore*, &c. Notatur 33
ad hoc quòd prohibitio alienationis facta in testa-
mento per testatorem valet, & ex ea impeditur do-
minij translatio. Ratio est, quia sicut ex volun-
tate testatoris dominium transfertur in hæredem
vniuersalem aditione sequuta, & legatarium, vel
fideicommissarium sine aliquo actu traditionis, vel
apprehensionis, *l. cùm hæredes, ff. de acquir. possess. l.*
facta, l. restituta, ff. ad Trebell. l. si tibi homo §. *cùm*
seruus, ff. de legat. 1. & *l. cùm pater*, §. *surdo. ff. de legat.* 2.
ita sine traditione per ipsam vltimam voluntem
potest dominium amitti, & de vno in alium trans-
ferri, & alienationem impediri. *l. fin. C. de legat.* Ita
Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri num.* 38. *vers. & ratio vera*,
Menchaq. *de success. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 87. Mieres
de maioratu part. 4. *quæst.* 1. *num.* 59 Gutier. *lib.* 2. *præ-*
ctic. quæst. 115. *à num.* 1. vbi consilium à se præstitum
refert super prohibitione alienationis, & constitu-
tione hypothecæ facta per testatorem sub pœna
priuationis bonorum, Gabr. Aluarez *de priu. paupe-*
rum part. 1. *q.* 22. *n.* 5. *cum seqq.*

Intellige valere prohibitionem alienationis factã 34
per testatorem in vltima voluntate si iustam cau-
sam prohibitionis exprimat. Anton. Gom. *d. l.* 40.
Tauri num. 38. vbi iustam & legitimam causam esse
dicit, si res erat maiorum suorum, vel si eam habuit
à Rege, vel Imp. vel si hæres, aut legatarius, cui rem
reliquit, erat minor, vel si fuit facta prohibitio fa-
uore alicuius personæ, vel si prohibuit rem alienari,
quia voluit rem peruenire alicui de genere, vel al-
teri personæ, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 32.
& 33. Spin. *in speculo testament. gloss.* 19. *num.* 79.
Azeued. *l.* 11. *num.* 10. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Gutier.
pract. lib. 2. *quæst.* 115. *per tot.* Perez de Lara *de an-*
niuers. & *capellan. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. & 2. Greg. Lop.
l. 44.

l.44.gloss. 3.tit. 5.part. 5. Quando verò prohibitio alienationis respectu certæ personæ facta fuit, tunc non requiritur expressio causæ secundùm Griuel. *Dolan.decis.27.num.17.21.& 22.& decis.52.num.17.* & 18.vbi *num.* 20. dicit conditionem & personam, in quam res peruenire debet, facta alienatione esse loco causæ.

35 Declara ad impediendam alienationem, & dominij translationem, testatoris dispositionem non esse conferendam in tempus, quo res iam sit alienata, vt si vtatur verbo futuri subiunctiui, scilicet, *si alienaueris, res perueniat in Titium*; sed in tempus, quo hæres, vel legatarius rei legatæ, & prohibitæ alienari dominus sit, Ias. *in l.filiusfam.§.diui num.73.in 2. lect.ff.de legat.1.& in 1.lect.n.37.* vbi Ripa à *num.*44. Menoch *con.63.n.5.6.& 15.*

36 In ead.gloss.ibi, *si verò pactio contrahentium prohibeat, nihilominus transeat*, &c. Notatur ad hoc quòd pactum de non alienando non impedit dominij translationem in tertium, in quem alienari prohibita fuit translata titulo venditionis, vel alio legitimo, *l.si ita quis §.ea lege,ff.de verb.oblig.* Bern. *reg.*208. Garcian. *reg.344. in princip.* Menchaq. *de success.creat.lib.10.§.10.n.82.cum seqq.* Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri à num.* 13. Villalob. *in ærario commun. opin.verbo alienationis prohibitio, num.*138.Curt.iun. *cons.174.num.*19. Roland.*cons.62.lib.* 2. Greg. Lop. *per text.ibi in l.43.gloss.5.tit.5.part.5.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 68. *num.* 10.Magon. *Florent. decis.*112. Vincent. de Franchis *decis.355.num.* 1. Azeued. *in l.11.num.10. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* Matiens. *l.3. gloss.8.num.3.tit.10.lib.5. noua Recop.* Gutier.*in repet. l.nemo potest num.* 57. & 58.& *de iuram. confirmator. part.1 cap.* 45. *num.* 1. Surd. *decis.* 254. *num.* 11. Viui. *decis.471.num.1.& 2.*Flamin. Carthar.*deci.* 104.*n.*5. Fontanel.*d.claus.4.gloss.25.num.56.*Cardin. Mantic. *d.lib.4.tit.30.num.3.& 4.* Anton. Thesaur. *quæst.forens.lib.1. quæst.* 81. *num.* 1. Ceuall. *commun. contra commun.quæst.673.& quæst.756.num. 1. cum seqq.* vbi *num.*3.ait textum in præsenti, si attentè verba illius perpendantur, non probare per contractum impediri dominium, sed solùm dominij alienationem, idest, rei proprietatem, & sic dicit text. dominij *alienationem*, & non *translationem*. Castill. *controuers. lib.5.cap.80.num.*30. Giurba *decis.79.num.31.& decis.92.num.*22. Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 2. quæst.*25. Cardin. Tusch.*practic.conclus.tom.1.lit. A. concl.266.à num.*1. Gabr. Aluarez *de priuileg.pauper. p.1.quæst.22.num.6.*

37 In eadem gloss.ibi, *vt enim pactum sine traditione non transfert, ita & non re transfert*, &c. Notatur ad hoc quòd sicut regulariter ex solo titulo non transit dominium sine traditione, ita eodem modo non amittitur dominium solo pacto sine noua retraditione, vt per Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri num.*16. *in princip.*

38 In eadem gloss. ibi, *sed certè ibi non solùm*, &c. Notatur ad hoc quòd quando cum legis prohibitione domini directi prohibitio concurrit, res non potest etiam in casu, prima prohibitione stante, permisso alienari, vt per Cald. Pereira *de extinct.emphyt. cap. 6. num. 1. & de renouat. emphyt. q.16.n.12.*

De communium rerum alienatione.

TIT. LII.

ALIENATIO valet pro parte alienantis, non pro parte socij. Scripserunt in hanc rubric. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide *l. Hisp.55.tit.5.part.5.*

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem communem consorti, non præiudicat consorti, nisi præscriptionis iustum tempus effluxerit.*
2 *Læsus in venditione rei communis, & impeditus per exceptionem præscriptionis, ad partem pretij agit.*
3 *Venditio de tota re ab illo, qui habet rem communem cum alio, non tenet nisi in parte illius, qui vendit: nec illa venditio socio præiudicat, nisi postquam emptor vsucapiat, seu præscribat.*
4 *Renunciatio cuiuspiam licèt sibi noceat, nunquam tamen alteri: & quando vtilitas mea cum alterius vtilitate est coniuncta, quoad me renuntiare possum, non quoad alium, n.5.*

L. Si nulla. I.

Imp. ANTONIN. A. *Apollodoro.*

VEndens rem com munem consorti, nisi præscriptionis iustum tempus effluxerit, non præiudicat consorti. Læsus in venditione rei communis, & impeditus per præscriptionis exceptionem, ad partem pretij agit. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet Butrig. Fulgos. Angel. Castr. Bald. Donell. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *in 4.fol.39.* Sebast. Næui. remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concordant.* 1 2

Probat hic text. quòd venditio de tota re ab illo, qui habet rem communem cum alio, non tenet nisi in parte illius, qui vendit, nec illa venditio socio præiudicat, nisi postquam emptor vsucapiat, seu præscribat, vt per Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat.verbo emptio, num.*14. 3

Notatur ad hoc quòd renuntiatio cuiuspiam licèt sibi noceat, nunquam tamen alteri, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.26.gloss.2.num.4.* Et quando vtilitas mea cum alterius vtilitate coniuncta est, quoad me renuntiare possum, quoad alium non ita, per hunc text. tenet Roder. Xuar.*alleg.3.num.*1. 4 5

SVMMARIVM.

1 *Communionis ratione fiscus rem totam vendere potest. Priuatus ad instar fisci vendendo quod est commune socio non præiudicat, num.2.3.4. socium prius à fisco interpellandum esse an velit emere partem suam eodem pretio, num.3. & fiscum compellendum tradere socio partem pretij, n.6. socium aliis præferendum, si velit dare quantum alij, num.7. Amplia.*

I. etsi fiscus modicam partem haberet in re communi, num.8.

II. quamuis fiscus, vel Princeps ex venditione totius rei nullam perciperet vtilitatem, n.9.

III. posse fiscum pignorare rem communem, sicut potest illam vendere, num.10.

IV. Regi

IV. Regi non solùm licere rem communem vendere inuito socio, sed donare etiam in totum, num. 11.
Limita.
I. non posse fiscum rem communem cum alio in totum infeudare, aut in emphyteusim dare, vel locare in perpetuum, num. 12.
II. si tantùm vsumfructum habet, non licere ei rem vendere, nisi pro iure suo, num. 13.
14 *Res in suo toto plus valet, quàm pars in sua parte, & res non affert tantam vtilitatem in parte, quantam in toto respectu totius, num. 15.*

L. Multum interest. II.

Idem A. Terentiano.

1 RAtione communionis fiscus rem totam vendere
potest. Priuatus ad instar fisci, vendendo rem
2 communem socio non præiudicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
3 munt *l. Hisp. 53. tit. 5. part. 5. vbi gloss. 8. in prin.* Duen.
reg. 375. vers. fin. Hippol. *in l. 1. §. cùm quidam num. 2.*
ff. de quæst. & sing. 441. & 655. Tiraq. *de retractu lig.*
4 *§. 1. gloss. 18. num. 7. vers. & facit etiam*, Cou. *lib. 3. var.*
cap. 14. n. 8. vers. rursus, vbi dicit quòd in hac l. fisco
priuilegium datur vt is possit rem communem cum
priuato vendere inuito socio. Fabian. de Monte *de*
empt. quæst. 3. princ. num. 56. Neguzant. *de pignorib.*
p. 2. membr. 3. num. 36. Felici. *de societate cap. 28. n. 10.*
Francisc. Lucan. *in tract. de fisco, & eius priuil. in 35.*
casu, & in 47. num. 35. & 47. Cald. Pereira *de empt.*
cap. 9. num. 30. vers. verùm in fisco, vbi subdit debe-
5 re fiscum priùs socium interpellare an velit emere
partem suam pro eodem pretio; & tradit fiscum com-
6 pellendum pretij partem socio tradere. Stephan.
Gratian. *Marchia decis. 169. num. 6. vers. non obstat*,
vbi *num. 8.* requirit quòd fiscus interpellet, primos
7 socios an velint emere partem suam, itaut si illi velint dare quantum alij, debeant præferre. Fontanel. *de pactis nuptial. claus. 4. gloss. 9. part. 2. num. 16. & 17.* Peregr. *de iure fisci, lib. 6. tit. 4. num. 23.* Alfar. *de officio fisci, gloss. 34. num. 23.* Castill. *controuers. lib. 3. cap. 6. num. 13.*

8 Amplia primò, etsi modicam partem in re communi fiscus haberet, *l. 1. C. de vendit. rerum fiscal.* Duen. *d. regul. 375. num. 1.* Peregr. *d. tit. 4. num. 23. vers. amplia etiam*, Felician. *d. cap. 28. n. 12.* Alfar. *d. gloss. 34. n. 25.*

Amplia secundò, quamuis fiscus vel princeps ex
9 venditione totius rei nullam perciperet vtilitatem, vt per Gregor. Lop. *dict. l. 53. in gloss. verbo vender*, qui dicit quòd esse magna restrictio ad hanc l. vt tantùm procederet si Princeps vtiliter venderet, Salaz. *de vsu & consuetud. cap. 11. num. 1.* vbi tenet speciale esse in fisco quòd vendere possit totam rem, in totúmque communem obligare. Castil. *d. lib. 3. cap. 6. n. 13.* vbi ait indistinctè legem hanc esse accipiendam, cùm in ea nec vllum verbum inueniri possit, quo fisci priuilegium limitari, aut restringi possit. Quamuis contrarium velit Bart. *in d. l. 1. C. de vend. rerum fiscal. num. 1.* vbi hoc procedere inquit, dummodo intersit fisco rem totam vendi respectu maioris pretij, quo tota res integra venditur, quàm pars, vt *in l. Mæuius, in fin. ff. famil. hercis.* aliàs si nulla ei vtilitas sequatur, ei non licere, quem sequuntur Salicet. *in præsenti*, Duen. *dict. regul. 375. num. 5.* Felician. *d. cap. 28. num. 12.* Pereg. *d. tit. 4. in 1. ampliat.*

10 Amplia tertiò decisionem huius l. & dictæ l. 1. ad pignoris obligationem extendi, vt scilicet possit fiscus pignorare, siue obligare rem communem, sicut potest illum vendere, ita Bellap. Salicet. & Bald. *in præsenti*, Duen. *d. regul. 375. num. 4.* Gregor. Lop. *d. l. 53. gloss. 7. vers. an autem sicut potest vendere.* quamuis Castill. *d. cap. 6. n. 24. vers. mihi autem*, contrarium sibi durum admodum videri dicat.

Amplia quartò Regi non solùm rem communem 11
inuito socio vendere licere, sed etiam posse eam donare in totam, Gregor. Lop. *d. l. 53. gloss. 8.* vbi dicit hoc speciale esse de iure partitarum, Villalob. *in antinom. iuris ciuilis & Regij, verbo Princeps n. 63.* Castill. *dict. cap. 6. num. 14. in princip.* vbi non ita de iure communi reperiri expressum profitetur, Carol. Tapia *in rubric. C. de constit. Principum, cap. 1. num. 73.*

Limita primò, vt non possit fiscus rem commu- 12
nem cum alio in totum infeudare, aut in emphyteusim dare, vel locare in perpetuum, vt per Peregr. *d. tit. 4. num. 23. vers. amplia item*, Castill. *d. cap. 6. n. 18. cum seqq.* Quamuis contrarium teneant Bald. *cons. 336. lib. 5.* Felici. *d. cap. 28. n. 13.*

Limita secundò si fiscus tantùm habet vsumfru- 13
ctum, nam ratione vsusfructus non licet ei rem vendere, nisi pro iure suo. Bald. *in præsenti textu*, Duen. *d. reg. 375. vers. limita primò*, Alfar. *de officio fisci, gloss. 34. n. 25.* Castill. *d. cap. 6. n. 27.*

In gloss. *Proprium priuilegium.* Nota quòd res in 14
suo toto plus valet quàm pars in sua parte, Tiraq. *de retract. lign. §. 23. gloss. 1. num. 17.* Caballin. *de euiction. §. 5. in addit. lit. S.* Cardin. Mantic. *de tacitis, lib. 4. tit. 20. num. 34.* Matiens. *l. 7. gloss. 7. num. 24. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil.* Et res non affert tantam vtilitatem in parte, quantam in toto respectu totius, Caballin. *vbi suprà.* Giurb. *decis. 51. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Pars communis potest vendi extraneo ante intentatum iudicium communi diuidundo.*
2 *Commune quidem pro parte extraneo etiam vendere potest.*
3 *Partem suam vendere quemquam posse inconsulto, imò inuito socio. Alios ex sociis, præter fiscum, non nisi partem suam vendere posse num. 4. intellige vt num. 5.*
6 *Locare totam domum vtiliter potest socius inuito socio, quando non poterat locari pro parte.*

L. Falso tibi. III.

Imp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Eusebio.*

PArs communis potest vendi extraneò ante in- 1
tentatum iudicium communi diuidundo. Com- 2
mune quidem pro parte extraneo etiam vendere potest. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Probat hic text. partem suam posse quempiam 3
vendere socio inconsulto, imò inuito, vt per Alex. *in l. de pupillo, §. si plurium, n. 7. ff. de noui oper. nuntiat.* Gregor. Lopez *l. 55. gloss. 6. in princ. tit. 5. part. 5.* Stephan. Gratian. *Marchia decis. 169. n. 7.* vbi quòd
alij ex sociis præter fiscum non nisi partem suam 4
vendere possunt. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 9. num. 30. in princip.* vbi hoc intelligit, illæso & saluo manente iure socij, quoniam partem suam,

non socij, quis potest vendere, quoniam disponendi de alienis cuique facultas tributa non est. Plus enim quàm partem suam sine voluntate socij, etiam omnium bonorum socij sint, socius alienare non valet, & si maiorem partem habentes vendant, non tenetur minorem habens venditioni stare, nisi res communes sint expositæ ad vendendum, quia in illis videntur inter se habere tacitum mandatum ad vendendum, vt *in l. nemo ex sociis*, & ibi gloss. & Bald. *ff. pro socio*. Fabian. de Monte *in tract. de empt. q. 3. princ. n. 56*. Valet tamen statutum prohibens socium partẽ suam extraneo vendere irrequisito consorte; & iubens vendere potius consorti, aut vicino, quàm alteri, & dans facultatem ciuibus retrahendi eodem pretio, quo exteris est venditum, Paris. *cons. 83. n. 3. vol. 3.* Roland. *cons. 63. n. 1. vol. 1.* Tiraq. *de retract. lig. in præfat. n. 15.* Mexi. *in tract. tassæ pœnæ concl. 5. n. 108. cum seqq.* Azeued. *l. 7. n. 3. tit. 11. lib. 5. noua Recop.* Gregor. Lop. *l. 55. gloss. 6. vers. valeret tamen statutum tit. 5. p. 5.* Et quòd potest socius inuito socio totam do-
6 mum locare vtiliter quando locari non poterat pro parte, resoluit latè Surd. *cons. 43. n. 8. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Alienatio pro parte non valet.*
2 *Miles partem rei suæ alienatæ, non socij vendicare potest.*
3 *Vicinus & consors non præferatur in venditione facta per vicinum, & consortem, de iure communi: de æquitate quid, num. 4.*

L. Portionem quidem. IV.

Iidem AA. *Vlpiano militi.*

1 ALienatio pro parte non valet. Miles partem
2 rei suæ alienæ, non socij vendicare potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide Tiraq. *de retractu lig. in præfat. num. 30.* vbi post relata verba huius text. sic ait. Vide enim in vtroque loco fratrem (qua necessitate nulla post parentes, & filios maior est, aut coniunctior) eumdemque socium in eadem re (est enim vtrobique vtrinque vinculum) & præterea in posteriore loco militem, cui aliàs contra iuris regulas priuilegia multa concessa sunt, non admittendum ad retrahendam portionem fratris ab eo alteri venditam restituto pretio, sed eius rei, quam à Principe postulabat, quodam veluti conuitio, repulsam passam fuisse, quòd scilicet id postulare non conu eniret grauitati militari: quæ verba in hoc expendit Bald. *ibi*, vel militibus non liceat illicita postulare, &c.

3 *Eius autem partem*, &c.] Ergo de iure communi vicinus & consors non præferuntur in venditione facta per vicinum, & consortem, vt per Bald. *in l. 1. in 1. not. ib. C. communi diuid.* Parlad. *in sesquicent. differ. 109. §. 7. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 546. num. 1.* Greg. Lop. *in l. 55. gloss. 8. tit. 5.*
4 *p. 5.* De æquitate autem debet socius præferri etiam de iure communi si vult partem venditam retrahere soluto eodem pretio, Guid. Papæ *sing. 780.* Hippol. *sing. 431. n. 2.* Surd. *cons. 205. n. 3.* Steph. Grat. *Marchiæ decis. 169. n. 8. & discept. forens. d. c. 526. n. 3.* vbi hanc opinionem à Rota approbatam fuisse dicit, *& c. 546. num. 4.* vbi *n. 6.* reprobat Fabian. de Monte *de empt. q. 3. princ. q. 28. n. 41.* dum voluit quòd vicinus potius teneatur vendere vicino, quàm aliis.

SVMMARIVM.

1 *Euicta rei parte, pro parte competit actio ad euictionem.*
2 *Euicta parte emptor, qui ignoranter rem emit, agit ad interesse, licèt sibi de euictione non prospexerit.*
3 *Euicta re vendita venditor de euictione actione ex empto tenetur ad restituendum pretium, damna, interesse, etsi euictio ab eo promissa non sit.*
4 *Euicta rei parte an emptor agere possit pro tota re de euictione.*

L. Si maior. V. & vlt.

Iidem AA. & CC. *Olympiano.*

RE pro parte euicta, pro parte ad euictionem 1 competit actio. Item euicta rei parte emptor, 2 qui ignoranter rem emit, agit ad interesse, licèt sibi de euictione non prospexerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd re vendita euicta venditor 3 de euictione, actione ex empto tenetur ad restituẽdum pretium, damna, & interesse, etsi euictio ab eo promissa non sit, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. num. 57.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 33.* Cou. *lib. 3. var. cap. 17. num. 1.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 15. cap. 12.* Perez *in l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 195. vers. regulariter*, Menoch. *cons. 84. num. 18. lib. 5.* Decian. *resp. 18. num. 19. lib. 2. & resp. 3. n. 11. l. 3.* Gutier. *de iuram. confirmat. p. 1. cap. 61. num. 1.* Surd. *cons. 13. n. 15. & cons. 32. n. 9. & 25.* Morl. *in emporio iuris p. 1. tit. 9. de contrah. empt. in præmiss. n. 36.* D. Barbos. *in l. venditor 39. num. 2. & 3. ff. de indic. & in l. in æstimatis 51. num. 74. ff. soluto matrim.* Valenzuel. *cons. 18. num. 98. vol. 1.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 28. num. 1. vol. 1.* Giurb. *decis. 87. num. 8.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. num. 290.* Gregor. XV. *decis. 25. num. 3.*

Facit pro resolutione illius controuersæ quæstio- 4 nis, an emptor parte rei euicta pro tota re de euictione agere possit? In qua vna sententia tenet nõ dari de euictione pro tota re, sed pro parte prædij euicti, & pro ea tantùm parte esse faciendam restitutionem pretij Ita gloss. Bart. & Alex. *in l. 1. de euictionib.* Bald. *in præsenti*, Caballin. *d. tractat. de euictionib. in addit. ad d. §. 5. lit. L. post princip. vers. Aretin.* Hieron. Gab. *cons. 49. per tot.* præsertim *n. 15. & 16. & cons. 50. tom. 1.* vbi hanc opinionem veriori & crebriori calculo receptã & omnino tenendam docet Surd. *cons. 359 num. 39. & decis. 295. n. 5. & 29.* vbi inquit, quòd in casibus, quibus imminet euictio, nõ potest retineri pretium, nisi pro parte rei, super quã molestia fuit mota, Cæs. Barz. *Bononien. decis. 62. à n. 21.* vbi hanc veriorem esse inquit, & argumentis, ac auctoritatibus pro contraria opinione adductis, satisfacit, Mascard. *de probat. conclus. 615. n. 17.* vbi dicit quòd si pars rei venditæ, vel fundi euincatur, necesse est probare per emptorem bonitatem illius partis, pretium, ac conditionem, & omnes qualitates, vt complectatur quantum sit ei restituendum, Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 787. n. 8. & 9.* Alia sentẽtia tenet quòd euicta parte rei pro tota re datur euictionis actio, quam sequũtur Roman. *consil. 196.* Ruin. *cons. 141. num. 4. in fine, & num. 5. in fine, vol. 1.* vbi dicit quòd si res vẽdita sit pro parte aliena, & ita nõ tradatur nisi pro parte, poterit emptor discedere ab emptione, & interesse totius rei cõsequi

qui, Bero. *cons.* 158. *num.* 39. *vol.* 1. vbi concludit quòd si venditor non possit totam rem venditam tradere liberam, quia est pro parte aliena, locus erit rescissioni contractus, Curt iun. *cons.* 74 *n.* 1. Ioan. Imola *cons.* 39. vbi dicit conductorem plurium rerum discedere posse à conductione si vna frui non posset, Surd. *decis.* 95. *n.* 19. *& cons.* 13. *à num.* 16. Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. vlt. lit. V. conclus.* 61. *num.* 7. *&* 8. Thesaur. *in addit. ad decis.* 102. vbi pro hac parte Senatum Pedemôtanum iudicasse inquit. Quæ quidem opinio vltimo loco relata sine dubio procedere poterit quando constat venditorem partem rel non empturum, nec venditorem partem venditurum, nam tunc pro tota datur euictio, & redhibetur, *l. cum eiusdem* 34. *ff. de ædilit. edict. l. inter* 49. *§. curator, ff. de minoribus, l. si quis aliam,* vbi Bart. *ff. de solut.* Tiraquell. *de retractu lign.* §. 13. *gloss.* 1. *num.* 2. *&* 3 Surd. *cons.* 104. *num.* 6. *& cons.* 359. *num.* 30. *& decis.* 295. *num.* 16. Cardin. Tusch. *d. lit. V. concl.* 61. Vel quando res venditæ sunt huiusmodi vt dura separatio inducenda sit, nam si vna tantùm ex rebus venditis euincatur, aut redhibeatur, omnes euinci, seu redhiberi possunt, Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 49. *versic. dubium tamen est*, Azeued. *l.* 10. *a num.* 2. *tit.* 11. *l. b.* 5. *noua Recopilat.* Matiens. *l.* 7. *gloss.* 7. *a num.* 20. *tit.* 12. *lib.* 5. *eiusdem nouæ recopilat.* Barz. *decis.* 62. *num.* 28. At quando plures res venduntur, quæ non sunt eiusdem officij, euicta vna, seu redhibita, non euincentur, seu redhibebuntur omnes, si neutra sit alteri accessoria, *l. si ædiles,* 8. *fin. ff. de ædilit. edict.* Deci. *cons.* 485. *n.* 10. Muta *decis.* 24. *num.* 16. Barz. *d. decis.* 62. *num.* 2. & in hoc casu etiam de plano procedit prima sententia, de qua *suprà*.

Veluti propria nescienti.] Secus si scienti, vt per gloss. *hic verbo nescienti*, Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 12. *gloss.* 1. *n.* 7. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. diuortio, in prin. p.* 2. *num.* 82 *ff. solut. matrim.*

L. Non est. Vnic.

Impp. SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Publicæ.*

TVtores, vel curatores administratione durante, 1 non prohibentur res suas alienare, nec ea finita, licèt sint ex causa iam condemnati. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Butrig. Angel. Fulgos. Castrens. Bald. Sichard. Coiac. Donell. Aluys. Leo *in* 4. *fol.* 39. Sebast. Neui tensissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Notari debet hic text. ad hoc quòd habens taci- 2 tam hypothecam anteriorem, præfertur posteriori creditori habenti hypothecam tacitam, siue expressam, quamuis sit fiscus, vt per Panormit. *consil.* 102. *col.* 1. *ad fin. lib.* 2. Cassan. *in catalog. gloria mundi, p.* 12. *consid.* 99. *post princip.* Roman. *singul.* 147. Neguzanti *de pignorib. membr.* 4. *part.* 2. *num.* 21. 98. *&* 165. *& part.* 5. *membr.* 1. *num.* 18 *& membr.* 2. *num.* 10. Gregor. Lopez *l.* 27. *gloss.* 1. *& l.* 33. *gloss.* 3. *in princip. tit.* 13. *partit.* 5. Rebuff *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de constit. redit. art.* 1. *gloss.* 8. *num.* 14. Matiens. *l.* 7. *gloss.* 7. *num.* 3. *tit.* 16. *lib.* 5. *noua Recopil.* Felician. *de censib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 8. Anton. Fab. *decade* 6. *errore* 1. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 99. *num.* 6. Surd. *decis.* 163. *n.* 1. Castill. *controuers. lib* 3. *cap.* 4. *num.* 5. *&* 8. Couarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 1. *vers. quarto, & cap.* 16. *n.* 2. *ad fin.* Peregr. *de iure fisci lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 16. Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. H. conclus.* 126. *num.* 39. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrimonio, part.* 6. *num.* 1. vbi *num.* 9. subdit quòd licèt omnes concedant dotem præferri 3 creditoribus habentibus tacitas hypothecas anteriores, fiscum tamen non habere tale priuilegium, neque præferri creditoribus habentibus tacitas hypothecas anteriores.

Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.

TIT. LIII.

HIc dicitur de rebus, quæ in totum alienari possunt. hæ sunt res in dominio vendentis constitutæ, etiamsi alicui sint obligatæ. Hac ratione tutores, vel curatores, quorum omnia bona constat esse tacitè pupillo, vel adolescenti obligata, licèt iudicio tutelæ, vel negotiorum gestorum iam damnati sint, tamen res suas vendere possunt, cum sua tamen causa, id est, saluo iure pignoris. Scripserunt in hanc rubric. Cuia. Pac. & VVesembec.

SVMMARIVM.

1 *Tutores, vel curatores non prohibentur res suas alienare, durante administratione, nec eà finita, licèt sit ex causa iam condemnati.*

2 *Creditor habens tacitam hypothecam anteriorem præfertur creditori posteriori habenti hypothecam tacitam, siue expressam, quamuis sit fiscus.*

3 *Fiscus an præferatur creditoribus habentibus tacitas hypothecas anteriores.*

De pactis inter emptorem, & venditorem.

TIT. LIV.

EMPTIO & venditio est vnus contractus duplici nomine notatus, qui consensu perficitur, vt emptori rem, dato certo pretio, habere liceat: mutatur autem eius natura pactis contrahentium. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Suar. Donat. à Fina, Vioi. Muscul. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 37. *pag.* 644. *l. Hispan.* 38. *tit.* 5. *part.* 4. Arimin. Tepat. *var. sentent.* 2. *tit.* 407.

SVMMARIVM.

1 *Pactum vt pretio emptionis, conuento tempore non soluto, arrha reddatur, & res habeatur pro non empta, validum.*

2 *Pacti validitas fallit ubi emptore quòd non transeat dominium donec pretium soluatur integrè, remissiuè.*

3 *non esse Pactum legis commissoria, vbi ipso iure redit dominium.*

L. Si ea lege. I.

Imp. ANTONIN. A. *Diotimæ.*

1 PActum vt pretio emptionis, conuento tempore, non soluto, arrha reddatur, & res habeatur pro non empta, valet. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Butrig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Cuiac. Donell. Aloys. Leo *in 4. fol.* 39. Sebast. Næui. temissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

ptam alteri locat, & durante locatione redimatur, tenetur redimens stare locationi factæ per emptorem, ita Cagnol. *hic vers.* 11. *quaero num.* 77. Gozadin. *vers.* 26. *quaero num.* 143 Kirchou. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 37. *n.* 16. *pag.* 645.

Conditione dicta, &c.] Ergo conditionalis est huiusmodi venditio, de quo vide Tiraq. *de retractu conuent* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 25. & 76. D. Barbos. *in l. si mora num.* 101. *ff. soluto matrim.*

Actio praescriptis verbis, vel ex vendito, &c.] Du-
bium monet Morl. *in emporio iuris ciuilis par.* 1. *tit.* 56
8. *quaest* 20. *num.* 6 quare ad eandem rem competat actio ex vẽdito, & præscriptis verbis, quas incompatibiles esse apparet ex eo, quòd illa ordinaria sit hæc subsidiaria, quæ non datur nisi deficiẽte actione ordinaria, *l.* 1. 2. & 3. *ff. de praescript. verb.* Vnde existimat actiones in præsenti non currere vt possit hæres vtramque in iudicium deducere, vel qua velit vti pro arbitrio, sed ex natura contractus iudicandum esse vtrùm hæc, vel illa acturus sit.

Habita

60 *Habita ratione eorum,* &c.] Notatur ad hoc quòd fructus interim quòd res retrahitur, perceptos emptor suos facit, vt per Cagnol. *hic n.* 27. Tiraquell. *de retractu conuent.* §. 5. *gloss.* 1. *num.* 1. *&* 2. *&* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 35. Roland. *cons.* 27. *num.* 6. *&* 11. *vol.* 2. Couarr. *lib.* 1. *variarum cap.* 15. *num.* 6. *& lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. *in fine*, Azeued. *l.* 4. *num.* 14. *tit.* 6. *l.* 8. *noua Recopil.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 19. D. Barbos. *in l. diuortio*, *in princ. part.* 2. *num.* 75. *ff. soluto matrim.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 31. *num.* 20. vbi *à n.* 13. agit de quæstione an emptor, vel donator, cui res vendita, seu donata fuit purè sub conditione resolutiua fructus interim perceptos, suos faciat? Cardin. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 23. *num.* 99. Gerard. Maynard. *decis.* 31. *lib.* 2. Giurb. *decis.* 92. *num.* 10. & faciunt adducta per Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 3. *quæst.* 762. *num.* 27. vbi firmat regulam generalem quòd quotiescunque vēditio reuocatur ex causa de præterito, quæ inerat in initio venditionis, restitutio cum fructibus est facienda. Quamuis Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 14. *n.* 7. & Anton. Fab. *de erroribus pragmat. decad.* 12. *errore* 2. *num.* 4. distinguentes sic respondeant, aut pactum fuit conceptum verbis directis, aut obliquis, in primo casu resolui ipso iure dominium, & fructus à die venditionis esse restituendos venditori, in secundo fructus perceptos ab emptore ante resolutionem contractus ad emptorem pertinere dicunt.

61 Fructus verò pendentes omnes spectare ad eum, qui redemit, tradunt August. Beroi. *quæst. famil.* q. 98. *num.* 4. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 5. §. 5. *n.* 25. Tiraquell. *de retractu conuent.* §. 5. *gloss.* 4. *num.* 6. *cum seqq.* D. Barbos. *in d. l. diuortio, in princ. part.* 2. *num.* 71. Escob. *de ratiocin. comput. fin. num.* 5. *cum seqq.* Anton. Fab. *de erroribus pragmat. decad.* 10. *errore* 2. Gerard.

62 Maynard. *d. decis.* 31. Sed diuisionem fructuum pro rata esse faciendam, resoluunt Cagnol. *hic num.* 45. & Gozadin. *num.* 130. Tiraquell. *d. gloss.* 4. *num.* 9. Couarr. *lib.* 1. *variarum cap.* 15. *num.* 6. *versic. contrarium*, Roland. *cons.* 27. *num.* 6. *lib.* 2. Mynsing. *centur.* 6. *obseruat.* 50. *&* 70. Caualcan. *in tract. de vsufructu mulieri relicto, num.* 144. Boër. *decis.* 23. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 37. *num.* 17. *pag.* 645. Arimin. Tepat. *variarum sent. tom.* 2. *tit.* 407. *cap.* 11. *versic. quid de fructibus*, *cum seqq.* Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 9. Franc. Molin. *Delphin. decis.* 57. *part.* 2. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 79. *num.* 7. *&* 8. Thesaur. *decis.* 56. *à num.* 1. Escob. *d. comput. fin. à num.* 7. Fachinæ. *controuers. lib.* 2. *cap.* 14. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 159. Ioan. Bapt. Costa *de ratione ratæ, quæst.* 36. Cancer. *variarum resolut. part.* 1. *cap.* 13. *de empt. & vend. num.* 21. Cardin. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 32. *num.* 102. Stephan. Gratian. *Marchiæ dec.* 176.

63 *n.* 1. *&* 5. Intellige hanc opinionem quando retrouēditio erat facienda eodem pretio, quo res empta fuit; secus verò si tantùm conuenitur vt emptor teneatur retrouēdere, quia intelligitur pro pretio iusto, Tiraquell. *de retractu conuent.* §. 1. *gloss.* 3. *num.* 2. Ioseph. Ludou. *d. decis.* 79. *num.* 17. *&* 18. Ioan. Baptist. Costa *d. quæst.* 36. *num.* 7. Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 31.

64 *num.* 21. Rata autem quomodo sit facienda, vide Cuiac. *lib.* 4. *obseruat.* 22. Couarr. *d. cap.* 15. *à num.* 6. Ioseph. Ludou. *decis.* 79. *à num.* 19. Escob. *d. comput. fin. num.* 9. Molin. *d. cap.* 11. *num.* 9. Anton. Fab. *coniect. lib.* 1. *cap.* 11. Statil. Pacif. *de Saluiano interd. insp.* 4. *c.* 1. *à n.* 160. D. Barb. & Canc. *citatis locis*, qui communiter dicunt quòd si terra fructus producit singulo anno, vt vinea, si die Septembris redimatur, ante omnia debere deduci sumptus, & de residuo fiant duodecim partes, & reliquæ partes emptori. Si sit terra, quæ fructum producat singulo biennio vel triennio, tot partes erunt faciendæ, quot sunt menses, & tot sunt dandæ emptori, quot mēses possedit, & reliquæ redimenti. Si verò emptor collegit fructus immaturos, inspicitur tempus, quo fructus fiunt maturi, vt restitutio fiat pro rata, Tiraquell. *d. gloss.* 4. *num.* 9. Cardin. Mantic. *d. tit.* 32. *num.* 113. Si fructus erant pendentes, & maturi tempore venditionis, vt breui possent colligi, si post sex menses venditor ex pacto redimat, sequētis anni an emptor habeat ratam, dubitat Card. Mantic. *d. tit.* 32. *n.* 112. & ex Tiraquell. *à d. num.* 9. *vsque ad* 12. tenet ratam fructuum sequentis anni posse percipere, & latè comprobat. Si arbores fundi durante retrouenditionis tempore vento sint euulsi, Ioseph. Lud. *Perus. decis.* 5. ait fuisse decisum, æstimatione facta lignorum tradi debere venditoribus cū cautione de restituendo pretio emptoribus casu quo non redemerint, refert Arim. Tep. *d. tit.* 407. *c.* 11. *versic. arbores.*

Fructus post moram perceptos tenetur emptor restituere. Boër. *decis.* 23. *num.* 15. Tiraquell. *d. tit.* §. 5. *gloss.* 2. *num.* 4. Couarr. *d. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. D. Barbos. *in d. l. diuortio, in princ. part.* 2. *num.* 70. *&* 71. Arimin. Tepat. *variarum sent. tom.* 2. *tit.* 407. *cap.* 4. *versic. sola*, Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 10. *in preslud. num.* 10. Cardin. Mantic. *d. tit.* 32. *num.* 100. Anton. Fab. *de erroribus pragm. decad.* 22. *errore* 3. Et ratio est, quia per oblationem pretij purificatur hoc pactum, intellige si offerēs vlteriùs interpellet emptorem vt impleat ex parte sua; nam tunc fructus ad offerentem pertinebant, Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. num.* 73. *& de retractu lignag.* §. 6. *gloss.* 3. *n.* 1. *&* 2. Decian. *cons.* 10. *num.* 90. *l.* 2. Surd. *cons.* 50. *n.* 82. D. Barbos. *vbi suprà num.* 76. *&* 77. Card. Mantic. *d. tit.* 32. *num.* 111. Statil. Pacif. *de Saluiano interd. inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 16. Gasp. Roderic. *de annuis reditib. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 63. *cum seqq.* 65

De accrescentibus fundo per alluuionem quòd ad emptorem reuendentē pertineāt, resoluit Fachinæ. *controuers. lib.* 2. *cap.* 6. Thesaur. *decis.* 140. Arimin. Tepat. *d. tit.* 407. *cap.* 12. *versic. & è contra*, Benincas. *in tract. de alluuione, num.* 9. *part.* 1. Amendol. *in addit. ad Vincent. de Franchis*, *decis.* 64. *num.* 9. Menoch. *cons.* 606. *n.* 15. *&* 16. quorum resolutio vera est nisi venditio sit conditionalis conditione suspensiua; quamuis contrarium defendant Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus*, *num.* 281. *in fine*, *& de retractu conuent. ad fin. tit. num.* 106. *cum seqq.* Carpan. *ad stat. Mediolanens. cap.* 417. *num.* 346. *tom.* 1. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 63. *n.* 17. Giurb. *decis.* 92. *num.* 15. 66 67

De seruitute acquisita, vide Anton. Fab. *de errorib. pragmat. decad.* 23. *errore* 5. vbi tradit non resolui per retrouenditionem, & venditorem teneri ei præstare pretium seruitutis. 68

De expensis, seu melioramentis quòd possint repeti à venditore de retrouenditione agente, affirmant Bald. *cons.* 167. *ad fin. & cons.* 303. *lib.* 1. Natt. *consil.* 256. *&* 261. Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 407. *cap.* 12. *in princ.* Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 9. *in præmiss. num.* 109. vbi intelligit quando expensæ essent necessariæ; nam si tantùm essent vtiles, etiam ad perpetuam rei vtilitatem non poterit eas repetere, qui illas facit, dummodo graues & onerosę vero ac legitimo domino sint. Matt. *de iurisd. p.* 1. *cap.* 34. *à num.* 16. Cancer. *variarum part.* 1. *cap.* 13. *de empt. num.* 61. vbi etiam de necessariis loquitur, & inutilibus ad perpetuam rei memoriam si non sint onerosæ. 69

Post oblatam.] Secus antè, de quo Ioseph. Ludou. *Perus.* 70

Peruf. decis. 79. num. 4. cum seqq. Tirsq. de retractu conuent. §. 5. gloss. 5. à num. 1. D. Barbos in rub. ff. soluto matrim. par. 3. num. 71. & 72. Et ita ab eo tempore facit fructus suos. Boër. decis. 47 n. 1. Menoch. cons. 16. num. 10. Surd. decis. 3. num. 11. Gutier. practic. lib. 2. quæst. 158. num. 6. D. Barbos. in d. rubr. par. 3. num. 73. & in l. si mora n. 68. & 71. ad fin. & 72. ff. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 Pactio vt res reuertatur ad venditorem, si residuum non soluatur, valida.

2 ex Pacto leg. commissoria non retransferri dominium per hac verba, Dominium ad me reuertatur, in vēditorem, sed solum competere ei actionem personalem.

3 Pactum leg. commissoria quibus verbis possit concipi.

4 in Pacto leg. commissoria non resolui venditionem, neque traditionem ipso iure, nisi quando pactum verbis directis fuit conceptum, secus si verbis obliquis, vel communibus.

5 Pactum leg. commissoria quando propriè dici queat.

6 in Pacto leg. commissoria absque traditione dominiũ retransferri in venditorem, quando verbis directis fuit conceptum.

7 Pactum leg commissoria verbis directis conceptum, aut cætera conuentiones vt operentur translationem dominij ipso iure in venditorem, requitur vt incontinenti apponatur in ipso contractu, & non ex interuallo, etsi non modico, sed longo tempore concludatur, & in multos annos protrahatur, numer. 8.

9 in Pacto leg. commissoria quæ verba apponi debeant.

L. Quia ea lege. III:

Iidem A. Felici militi:

1 VAlet pactio vt res ad venditorem reuertatur si residuum non soluatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit. Aloys. Leo in 4. fol. 40.

De materia huius conclusionis dicam commodiùs ad l. immediatè sequentem.

2 Rei vendicationem non habet, &c.] Notatur ad hoc quòd ex pacto legis commissoriæ concepto per hæc verba, Dominium ad me reuertatur, non retransfertur dominium ipso iure in venditorem non soluto pretio, sed solùm ei competit actio personalis, quia si factus esset dominus, haberet rei vendicationem, l. in rem, in princ. ff. de rei vendicat. Sed vt veritas, & intellectus huius text. clariùs elucescat, sciēdum est 3 pactum venditionis factæ sub lege cōmissoria concipi posse, aut verbis directis, qualia sunt, res sit inempta, aut verbis obliquis, vt, Vendo tibi fundum, & si intra duos menses non solueres, res reuertatur Ita Cou. lib. 3. var. cap. 8. num. 1. Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 10. vers. item adde, Felician. de censib. lib. 1. cap. 6. num. 6. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sua facilitate num. 54. Inter hæc pacta maximam differentiam constituunt Doctores: quoniam pactum legis commissoriæ directis verbis conceptum operatur resolutionem contractus ipso iure, & translationem dominij in venditorem absque noua traditione, & agi poterit rei vēdicatione conditione adueniente; secus verò quando verbis obliquis concipitur. nam tunc non transfertur dominium ipso iure, sed agetur actione ex vendito, vel præscriptis verbis ad obseruantiam contractus. Vide glos. verbo mortis causa in l. 2. ff. de donat. Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gloss. 7. num. 3. & 17. Fabian. de Monte de empt. quæst. 7. princ. col pen. Salzed. ad Bernard. reg. 208. col. 6. vers. secundò sublimita, Anton. Gom. d. tom. 2. cap. 2. num. 30. Cou. d. cap. 8. num. 1. in fine, ibi, nec oberit text. in d. l. 3. C. de pactis inter empt. quia tractat de pactione legis commissoriæ, quæ etsi in contractu venditionis permissa sit, non est admodum iusta, cùm apponatur in pœnam non soluti intra certum diem pretij. Et ideo mirum non est si ex eo pacto verbis obliquis concepto dominium absque noua traditione in venditorem minimè transfertur, Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo sua facilitate, num. 54. Felician. d. lib. 1. cap. 6. num. 6. & 8. Morl. in emporio iuris ciuilis par. 1. tit. 9. quæst. 14. num. 6. Gutier. de gabellis quæst. 10. num. 12. D. Barbos. in l. si cùm dotem. 23. §. fin. num. 37. post princip. ff. soluto matrim. vbi ait quòd in pacto legis 4 commissoriæ receptum est, vt non resoluatur venditio neque traditio ipso iure, nisi quando pactum verbis directis fuit conceptum, secus si verbis obliquis, vel communibus. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 59. num 25. vbi num. 26. post Hieron. Gabr. cons. 66. num. 1. cum seqq. lib. 1. resoluit 5 pactum legis commissoriæ propriæ dici non posse nisi verbis directis, & resolutiuis fuerit conceptum, itavt si aliter concipiatur, dominium ipso iure non reuertatur, latè Menchaq. controuers. vsufruq. lib. 3. cap. 69. num. 1. vbi colligit ex multorum Doctorum dictis quòd in terminis huius l. dominium trāsierit in emptorem, à quo licèt pretium die dicta non soluisset, non discessit, nec in venditorem reuolauit, eo quòd dictum non fuit quòd res fuisset inempta, sed tantùm quod reuerteretur ad venditorem, quod non est intelligendum ipso iure.

Speciale enim est in pacto legis commissoriæ 6 quòd absque traditione dominium retransferatur in venditorem, quando verbis directis fuit conceptum, vt tenent Tiraq. d. glos. 7. num. 8. Anton. Gom. d. cap. 2. num. 30. vers. item etiam infer. Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de empt. resol. 10. num. 21. Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo sua facilitate n. 55. vbi rationem huius specialitatis tradit, & impugnat Alciat. in l. traditionibus n. 16. C. de pactis, & Menchaq. d. c. 69. per totum, contendentes in pacto legis commissoriæ non esse habitam fidem de pretio, & ideo dominium non esse translatum in emptorem, sed remansisse penes venditorem, Felician. d. lib. 1. cap. 3. num. 8. & 9. Morl. in emporio iuris part. 1. tit. 9 quæst. 14. num. 6. vers. nam si verbis directis, Cardin. Mantic. d. tit. 59. num. 22. D. Barbos. in l. si mora 20. num. 70. ff. soluto matrimon. Anton. Fab. de errorib. pragm. decad 55. errore 2. num. 4. Osvvald. ad Donell. enucleatum lib. 19. cap. 18. lit. C. & cap. 19. lit. F. Dominium verò transferri absque traditione ex omnibus aliis pactis habentibus vim resolutioñ principij contractus, & non esse adeò speciale in pacto legis commissoriæ, tradunt Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gloss. 7. num. 14. & 45. Greg. Lop. l. 45. gloss. 10. tit. 5. par. 5. Boët. decis. 182. num. 19. part. 1. Deci. cons. 187. num. 4. Roland. cons. 61. num. 41. cum seqq. lib. 2. Cou. d. lib. 3. var. cap. 8. num. 5. vers. ego sanè fateor, Perea in l. 2. vers. quæri etiam, tit. 8. lib. 8 Ordin. Card. Mantic. d. lib. 4. tit. 50. num. 31. vers. nec obstat, vbi pro hac alios aduersùs quos ipse sequitur, & sentit Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo sua

facilitate,

facilitate, *num*.35. Alex. Raudens. *Pisana decis*.19.
n.181. vbi Senatum hanc opinionem amplexisse
dicit. Quamuis aliud sentiant Gom. *d.tom.2.cap.2.*
num.30.vers.item adde prosequendo, Menchaq. *dict.*
cap.69.num.9. Molin. *de Iust.tract.2.disp.378.vers.*
verùm autem quando res.

7 Ad hoc autem vt pactum legis commissoriæ ver-
bis directis conceptum, aut cæteræ conuentiones
operentur translationem dominij ipso iure in ven-
ditorem, requiritur quòd incontinenti in ipso con-
tractu apponatur: aliàs si ex interuallo fuerit apposi-
tum, postquam ius tertio fuit quæsitum, nihil ope-
ratur. Ita Cou. *d.c.8.n.1.vers.hæc verò*, Tiraq. *d.gl.7.*
n.4.& 5. Anton. Gom. *d.n.30.vers.item adde quòd ad*
hoc, Salzed. *ad Bernard.reg.108.col.5.vers.sublimita*
tamen, Matiens. *l.7.gloss.5.num.21.tit.11.lib.5.noua*
Recop. Menchaq. *d.c.69.n.6.vers.quod est intelligen-*
dum, Cald. Pereira *in d.l.si curatorem, verbo sua faci-*
litate n.16 & de empt.& vendit.c.28.n.13.vers.intel-
lige tamen, Felician. *d.c.6.n.2.ad fin.* Alex. Trentac.
d.tit.de empt.& vendit.resol.10.n.24. Molin. *d.disp.*
8 *378.vers.præterea obseruans.* Et hæc procedunt etsi
non modico tempore, sed longo concludatur, & in
multos annos protrahatur, vt si actum fuerit quòd
intra decem annos, vel alios plures pretium solua-
tur, vt tradit Gutier. *de gabellis q.10. n.13.* vbi con-
trarium tenentes impugnat.

9 Nota non esse de substantia, & forma pacti legis
commissoriæ quòd in eius conceptione opponantur
verba, quæ ponuntur *in l.2.& fin.ff. de l. commisso-*
ria, scilicet quòd res sit inempta, sed sufficit æqui-
pollentia, qualia sunt omnia, quæ denotant resolu-
tionem contractus ipso iure, vt contractus habea-
tur pro infecto, vel habeatur pro nullo, & irrito ipso
iure, vel quòd possit venditor sine iudicis ministe-
rio rem ipsam assumere, possidere, & frui propria au-
ctoritate, secundùm Couar. *dict.lib.3. cap.8. num.1.*
Franc. Marc. *dec.477.* Gregor. Lop. *l.38.gloss.3.tit.5.*
part.5. Cald. Pereira *in d.l.si curatorem, verb. sua fa-*
cilitate n.53. in fine. Quamuis non sufficere quòd
simpliciter dicatur esse actum ipso iure nullum, nisi
verba concipiantur formaliter secundùm pactum
legis commissoriæ, teneant Ruin. *cons.52.num.15.*
vol.1. Seraph. *de priuil.iuram.priu.131.in fine*, Surd.
decis.248.n.10.

SVMMARIVM.

1 *Pacto legis commissoria vti non potest qui pretium,*
vel eius mensuras sequi maluit.

2 *Pactum inter emptorem, & venditorem, vt si intra*
duos menses pretium rei vendita non sit solutum,
inempta res sit, validum hoc pactum an olim fue-
rit odiosum in venditionibus, remissiuè, n.3.

4 *huiusmodi Lex quare commissoria appellata, re-*
missiuè.

5 *Emptor si intra terminum signatum pretium non*
soluit integrum, vel maiorem partem, venditio
resoluitur, si vult venditor, & lucratur arrhas,
vel partem pretij soluti, etsi de hoc non fuisset pa-
ctum expressum.

6 *Tempus, quo fuit res vendita penes emptorem, ac-*
cedere venditori ad complementum præscriptionis.
limita, si nemo sit cui soluatur, n.7. & si non ste-
tit per emptorem quo minus ad diem solueretur
pecunia, num.8. *nisi cum antea per venditorem*
factum esset quominus pecunia sua die soluere-
tur, & postea venditore accipere parato emptor
in mora sit, num.9. *Nota.*

I. pactum leg. commissoria locum non habere venditore
inuito, & in eius electione esse statim agere ad
pretium, vel commissariam exercere, n.10.

II. venditorem, qui semel elegit agere ad contractus
rescissionem, vel ei stare, non posse variare, n.11.

III. resoluto contractu ex pacto legis commissoria, em-
ptorem teneri fructus ex re empta perceptos ven-
ditori restituere, num.12.

13 *Venditorem tacitè videri à lege commissoria reces-*
sisse si post præstitutũ diem vsuras pretij petierit.

14 *Venditorem videri huic legi renuntiasse, si post*
diem præstitutum pretium petat, nec amplius ad
eam redire posse.

15 *de Pacto leg. commissoria in pignoribus, remissiuè.*

L. Commissoriæ. IV.

Idem A. Iuliano.

PActo legis commissoriæ non potest vti, qui pre- 1
tium, vel eius vsuras maluit sequi. Colligunt ex
Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

Notari solet hic text. ad hoc quòd valet pactum 2
inter emptorem, & venditorem, vt si intra duos mẽ-
ses pretium rei venditæ solutum non sit, res sit in-
empta, vt per Cou. *lib.3.var.c.8.n.1.* Anton. Gom.
tom.2.var.cap.2.num.30. Negusant. *de pig. crib.4.p.*
princ.in princ. Petr. Gregor. *syntagm.iuris lib.25.cap.*
17.num.9. Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sua*
facilitate n.40. C.de in integ.restit.min.& de empt.&
vendit.c.18.n.20. Surd. *decis.248.n.2.& 10.* Morl. *in*
emporio iuris ciuilis part. 2.tit 9.quæst.14.n.7. Feli-
cian. *de censib.lib.1.cap.6.num.1.* Cardin. Mantic. *de*
tacitis & ambig.conuen.lib.4.tit.29.n.2.& 3. Et hæc
venditio pura est, sed sub conditione resoluenda,
Cald. Pereira *dict. verbo sua facilitate n.52.circa fin.*
& Morl. *d.loco.* Et an hoc pactum fuerit olim odio- 3
sum in venditionibus: vide Anton. Fab. *de error.pra-*
gmat. decad.12.errore 6. vbi fuisse odiosum conatur
probare, sed hoc non probasse scribit Oswald. *ad*
Donel.enucleatum lib.16.cap.19.lit.E. Quare autem 4
huiusmodi lex commissoria appelletur; vide Petr.
Greg. *d.cap.17.n.9.* Cardin. Mantic. *d.tit.29.num.1.*
Cald. Pereira *dict. verbo sua facilitate num. 50. &*
103. Morla *d.n.6.* Gasp. Roder. *de annuis redditib.lib.*
2.q.2.num.25.

Quòd si emptor intra terminum signatum inte- 5
grum pretium non soluit, vel maiorem partem, ven-
ditio resoluitur, si vult venditor, & lucratur arrhas,
vel partem pretij soluti, etsi de hoc non fuisset pa-
ctum expressum, ita Bald. *in cap.1.de feudo dato in*
vicem legis commiss. Cald. Pereira *d.verb.sua facilita-*
te, num.54.vers. aduerte tamen, Morl. *d.tit.9.quæst.*
14.n.6.vers.adeò vt emptor, Cardin. Mantic. *d.lib.4.*
tit.29.n.18. vbi *n.29.* tradit tempus, quo fuit res 6
vendita penes emptorem, accedere venditori ad im-
plementum præscriptionis, Fachinæ. *controuers.lib.*
1.c.96.vers.nono. Limita si nemo sit, cui soluatur, *l.* 7
si fundus 4.§ fin.& l.vlt.de lege commiss. Et si non ste- 8
tit per emptorem quominus ad diem pecunia solue-
retur. *l.traiectitia 22.ff.de action.& obligat.& l.vltim.*
ff.de lege commiss. nisi cùm antea per venditorem fa- 9
ctum esset quamuis pecunia sua die solueretur, &
postea venditore accipere parato emptor in mora sit,
l.si & per emptorem 52. versic. quod si fundum, ff.de
action.empti.

Nota primò pactũ legis commissoriæ inuito ven- 10
ditore locũ non habere, & in eius electione esse sta-
tim agere ad pretium, vel commissoriam exercere, *l.*
cùm venditor 2.l.nam legem 3.ff.de lege commiss. An-

ton. Gom. *d. c. 2. n. 30. in fine*, Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 33.* Morl. *d. quaest. 14. num. 6. in fine*, Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 378. vers. conueniunt*, Cardin. Mantic. *d. tit. 29. num. 1. cum seqq.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. 7. part. 2. ampl. 2. num. 4. vers. primus.*

11 Nota secundò venditorem, qui semel elegit agere ad rescissionem contractus, vel ei stare, non posse variare, *l. si fundus 4. §. eleganter, & l. post diem, ff. de lege commiss.* Morla *d. tit. 9. q. 14. n. 6. circa fin.*

12 Nota tertiò resoluto contractu ex pacto legis commissoriae, quòd emptor tenetur fructus ex re empta perceptos venditori restituere. *l. si fundus 4. ff. de lege commiss.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 25. c. 17. n. 10.* Greg. Lop. *l. 38. gloss. 6. tit. 5. p. 5.* Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, n. 56. vers. ult.* Felician. *de censib. lib. 1. c. 6. n. 5.* Card. Mantic. *d. tit. 29. num. 27.* Gutier. *de gabell. q. 10. n. 13. in med.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. 1. num. 483.* vbi ampliat etsi pactum esset conceptum verbis obliquis, seu inflexis, *& eod. §. 1. q. 7. part. 2. ampl. 12. num. 4. vers. primus casus.*

13 *Sed vsurarum pretij*, &c.] Notatur ad hoc quòd venditor tacitè videtur à lege commissoria recessisse si post praestitutum diem vsuras pretij petierit, quia per petitionem vsurarum huic legi renuntiasse intelligitur, vt per Cardin. Mantic. *d. lib. 4. tit. 29. n. 19.*

14 vbi *num. 17. per l. post diem, ff. de lege commiss.* resoluit quòd vend tor si post diem praestitutum pretium petat, huic lege renuntiasse videtur, nec amplius ad eam redire potest.

15 De pacto legis commissoriae in pignoribus, dixi commodiùs *in collect. ad l. 1. & 2. C. de pactis pignor.*

SVMMARIVM.

1 *Vsuras deductas in pactum iuxta contractum incontinenti appositum, iure actionis deberi. debitas ex pacto, ex interuallo impetrari iudicis officio,* num. 2.

3 *Fructus & vsuras deberi à tempore morae.*

4 *Debitor non statim facta interpellatione modo assignato in mora constituitur, sed necesse est tempus aliquod transeat arbitrio iudicis. An autem vna sufficiat interpellatio extraiudicialis, vel plures requirantur ad constituendum debitorem in mora, remissiuè,* num. 5.

L. Initio venditionis. V.

Imp. GORDIANVS. A. *Longino.*

1 VSurae deductae in pactum iuxta contractum in-
2 continenti appositum, iure actionis debentur. Ex pacto ex interuallo debitae, iudicis officio impetrantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol. 40. verso.*

3 *Debere ex mora dumtaxat vsuras*, &c.] Ergo à tempore morae debentur fructus, & vsurae, vt per D. Barbos. *in leg. si mora 10. num. 75. ff. soluto matrim.* Et nota quòd ad constituendum debitorem in mora taliter quòd veniant vsurae, siue interesse quanti plurimi, aestimatio est facienda, nulla facta distinctione an contractus sit stricti iuris, vel bonae fidei, à tempore morae commissae per extraiudicialem interpellationem, ita gloss. *verbo cum petitum esset*, & *ibi* Doctor. *in l. vinum 22. ff. si certum pet.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub. 4. §. 2. verbo sera suffisamment interpellation.* Greg. Lop. *l. 8. gloss. 4. tit. 1. & l. 18. gloss. 4. tit. 11. part. 5.* Ioan. Garcian. *reg. 118.* Menoch. *de arbitr. casu 220. num. 28.* Mascard. *de probat. concl. 954. n. 35. & concl. 1071. num. 10.* Hect. Felici. *in tract. de societ. cap. 24. num. 8. & 9.* Hercul. Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 24. num. 4.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito part. 1. tit. de culpa depositarij n. 43.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 56. num. 7.* D. Barbos. *in d. l. mora par. 2. num. 10.* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. quaest. 7. part. 2. ampl. 8. num. 106. cum seqq.* Gasp. Roderic. *de pragm. agricol. lib. 3. cap. 4. num. 10.* Castill. *controuers. lib. 2. cap. 1. num. 59.* Quamuis interpellationem iudicialem per litis contestationem necessariam esse in contractib. stricti iuris, existimauerint Olan. *in redud. antinom. lit. O, n. 2. & 3.* Fachinae. *controu. lib. 2. c. 64.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 8. in praemiss. num. 71.* nisi istorum opinionem capiamus quando interesse quod petitur, officio iudicis debetur, tunc enim contestatio litis est necessaria ad constituendum debitorem in mora; nam prima sententia absque dubio procedit quando petitur interesse iure actionis, vel obligationis: vt optimè distinguunt Marc. Ant. Bauer. *in tit. de mora p. 1. n. 19.* Gutier. *d. c. 56. n. 6.* Marescot. *d. c. 124. n. 5.* Mascard. *d. conclus. 954. n. 39. & concl. 1071. num. 15.* Sigism. Scacc. *dict. ampl. 8. n. 108. & 109.*

Facta interpellatione modo assignato non statim debitor in mora constituitur, sed necesse est quòd transeat tempus aliquod arbitrio iudicis, ita Ossasch. *decis. 71. num. 50.* Eman. Suar. *in thesauro recept. sentent. verbo mora num. 216.* Menoch. *de arbitr. casu 36.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito p. 1. tit. de culpa depositarij num. 48.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 42. num. 35. & 36.* Verùm autem vna sufficiat interpellatio extraiudicialis, vel plures requirantur ad constituendum debitorem in mora, vide Cassan. *citato loco*, Tiraq. *de retractu lig. §. 9. gloss. 3. num. 23.* Cacheran. *decis. 21. in princ.* Menoch. *de arbitr. casu 220. num. 19.* Marescot. *d. lib. 1. c. 24. n. 3.* Vincent. Caroc. *in tract. de oblation. part. 2. quaest. 6. num. 3. cum seqq.* D. Barbos. *in dict. l. si mora, part. 2. num. 9. & 10. ff. soluto matr.* Castill. *dict. lib. 2. cap. 1. num. 61.* Nicol. Genoa *in tract. de verbis enunciat. lib. 2. quaest. 19.* Pichard. *in tractat. de mora num. 46. & 52.* 4 5

SVMMARIVM.

1 *Pactum substantiale si non seruatur, quicquid est actum rescinditur.*

2 *Contractus nominatus ob defectum finalis causae corruit.*

3 *Venditor per viam actionis ad contractus rescissionem agere potest, quando deficit illud, quod mouit principaliter.*

4 *Pactum appositum in venditione, sine quo non fuisset celebrata venditio, nisi seruetur, venditio resoluitur, & contrahentes ab ea possunt discedere, causa finalis in hoc casu qua,* num. 5.

6 *Pactum si non dedit causam contractui, non potest rescindi, etsi non seruetur, sed tantum datur actio ad interesse. intellige vt* num. 7.

8 *Venditio non debet censeri facta fuisse eo tantum pretio quod venditioni attributum est, sed posset rescindi ob eam rem, cuius contẽplatione facta est.*

9 *cessante causa Contractus etiam nominati, ipse contractus cessat.*

L. Cùm

L. Cum te fundum. VI.

Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERAN. AAA. *Rimulo.*

1 SI non seruatur substantiale pactum, rescinditur quicquid est actum. Colligunt ex Ordinar. Doctor. citati *ad l.1.num.1.supr.hoc tit.* Aloysi.eo *in 4 fol.40.verso.*

2 Notari solet ad hoc quòd contractus nominatus corruit ob defectum finalis causæ, vt per Cauet. *consil.192.num.22.* Franc.Bec.*conf.45.num.23.*Boér.*decis.45.num.19.*Roland.*conf.69.à num.37.lib.4.*Surd. *dec.120.num.19.* vbi quòd absque dubio procedit si vtrumque concurrat, putà quòd deficiat causa finalis, & quòd ad rescissionem deueniatur excipiendo, Stephan.Gratian. *Marchiæ decis.13.n.3.& dec.:6.num.22.& discept.forens.c.207.num.26.& cap.35.num.16.& cap.528.num.3,*Caroc. *decis.76.* Cattin. Mantic. *de tacitis & ambig.conuent.lib.4.tit.25.n.6.* Gregor. XV. *decis.130.n.4.* vbi dicit quòd quando implementum respicit causam finalem, contractus etiam nominatus per eius defectum rescinditur. Cald.Pereira *de empt.& vendit.c.23.n.22.*D.Barbos. *in l.de diuisione 5.num.50.vers.ex quo,ff.soluto matr.* vbi agit de interpretatione *l. Lucius Titius,ff.de act. empti*, & improbat opinionem eorum, qui tenent ibi pretium,& eius vsuras peti posse à venditore, dicens emptorem solum agere posse ad rem emptam & fructus, vel ad vsuras si res empta est fructifera,&

3 non ad rescissionem contractus, Franc. de Sousa *in repet.§.actionum,n.33.Instit.de actionib.*Giurb. *decis.215.n.10.* vbi quòd per viam actionis ad rescissionem contractus agere potest venditor quando deficit illud, quod principaliter mouit.

4 Et magis communiter solet allegari ad hoc quòd si non seruetur pactum appositum in venditione, sine quo non fuisset venditio celebrata, venditio resoluitur,& contrahentes ab ea possunt discedere, vt per Corn.*conf.101.n.8.& 17.lib.2.& conf.102.n.25.* Socin.sen.*consil.26.n.4.lib.3.*Alciat.*conf.69.num.14.lib.* 8. vbi dicit quòd si non obseruantur ea pacta quæ dederunt causam contractui, promissor etiam in contractibus nominatis non tenetur implere contractum, sed omnia infirmantur, *c.1.§.sed non est alia, quæ fuit prima causa benef.amitt.*Bald.*conf.464.n.1.lib.1.& conf.375.lib.2.*Crauet *conf.192.num.22.& conf.299.num.1.*Franc.Bec.*conf.45.num.29.* Roland.*conf.69.n.40.lib.4.* vbi ex *num.6.* extendit etsi in vno ex minimis capitulis deficiat, Caballin. *de euictionib.in vlt.addit.lit.L.vers.secundò limita.* Et hinc Menoch.*conf.156. num.16.* resoluit per hunc text. quòd in contractibus, quorum vnus sine altero non fuisset celebratus, si vnus contrahentium non satisfacit, totus ipse contractus volente aduersario rescinditur.

5 Causa finalis in hoc casu dicitur illa, sine qua quis aliàs non esse contracturus, vt colligitur ex hoc text.Roland. *conf.69.n.38.& 39.lib.4.* vbi causam finalem dicit, quæ respicit omnem dispositionem, & ad illam generaliter influit, vel sine qua quis aliàs non esset facturus, vel eo modo nisi fuisset illa causa, Surd. *conf.563.sub n.4.vers.& in prædictis*, Beltramin. *ad Greg.XV.decis.130.num.7.* Card.Mantic. *d.tit.12.num.54.vers.verùm planè*, vbi causam finalem etiam dicit quando quis aliàs fuisset contracturus, sed non eo modo, vt puta, volebam ego vendere fundum meum iusto pretio, sed minori pretio vendo ob aliquam causam, quæ respicit meum commodum, & illa dicitur causa finalis vendendi minori pretio, *l.fundi partem,ff.de contrah.empt.* sed non est causa finalis vendendi, & in hoc casu defectus causæ parit condictionem ob causam in contractibus innominatis.

Si verò pactum non dedit causam contractui venditionis, non potest rescindi, etsi non seruetur, sed tantùm datur actio ad interesse, ex *l.ea conditione,C.de rescind.vendit.* quam sic interpretantur,& ad concordiam reducunt cum nostra hac l.gloss. & Albet. *in l.pacta conuenta,C.de contrah.empt.* gloss. *in l.fin. C.de condict.ob causam.*& ibi Bart.*num.1.* & Paul.*ad finem*, & ita communiter resoluere Doctores dicit Alexand.*ibid.num.8.* Ias.& Curt.quos & alios refert Pinel. *in rub.C.de rescind.vendit.part.2. cap.2.n.19.* vbi *a num.14.* incipit agere de intellectu huius text. Cardin.Mantic. *d.lib 4.c.24.n.9.* 6

Intellige nisi ope exceptionis de non implemento opponatur, nam tunc rescinditur contractus etiam nominatus, *l.2.§.circa, ff.de doli mali except.l. Iulianus,§.offerri,& l.qui pendentem,ff.de action.empti,l.quæro.§.inter locatorem,ff.locati*, Alex.*conf.105.num.12.vol.3.* Roland. *conf.53.a n.22.lib.1.& consil.69.a num.6.lib.4.* qui in contractu locationis,& conductionis loquuntur, Crauet. *conf.192.num.22.* Surd. *decis.324.a num.17.& conf.13.num.22.& 23.& conf.63.num.56. & conf.363.n.4.& 5.* Menoch. *conf.1178.num.11.* Stephan.Gratian. *Marchiæ dec.13.num.3.in addit.& discept.forens.cap.207.num.29.& cap.355.num.1.*Fachinæ.*controuers.lib.2.cap.4.in fine*,Caroc.*decis.76.n.11.* Giurb. *decis.100.num.32.* Cardin.Mantic. *dicto titul.12. num.53.& titul.16. num.15.* 7

Notatur etiam ad hoc quòd venditio non debet censeri facta fuisse eo tantùm pretio, quod venditioni attributum est, sed posset rescindi ob eam rem, cuius contemplatione facta est, vt per Tiraq. *de retractu lign.§.1.gloss.18.n.69.* 8

Notatur etiam ad hoc quòd cessante causa contractus etiam nominati, cessat ipse contractus, vt per Tiraq. *in tract.Cessante causa,p.1.n.58.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd res sit inempta, reddito pretio validum est, nec tollitur rescripto*, & n.4.

2 *Dilatio vim contractus perimens, non potest rescindi per rescriptum in forma communi impetratum.*

3 *ad Actionem consequendam non sufficit oblatio, sed consignatio, & depositio.*

L. Si à te. VII.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Musæo.*

PActum quòd res sit inempta, pretio reddito va- 1
lidum est, nec tollitur rescripto. Dilatio vim
contractus perimens non potest concedi per rescri-
ptum in forma communi impetratum. Ad actionem 2
consequendam non sufficit sola oblatio, sed consi-
gnatio,& depositio. Colligitur ex Ordin. Doctorea
citati *ad l.1.num.1.supr.hoc tit.*

De materia,& intellectu huius text.vide Bald. *in* 3
l.acceptam,num.15. de vsur. Cassao. *conf.41.num.7.*
Boer.*decis.124.num.24.& 25.*Hippolyt.Riminald.
conf.3.num.71.lib.1. existimantes in casu huius text. 4
pactum ita fuisse conceptum vt soluta pecunia fun-

dus esset inceptus, & sic agi de rescindendo contractu iam facto, quo casu ad rescindendum vltra oblationem necessaria erit depositio, & consignatio, quia cùm agatur de rescindendo contractu, pretium acceptom debet cum effectu restitui per illum, qui rescisso contractu vult suam rem habere, *l.3.C.de iure fisci, lib.10.* & consequenter requiritur oblatio, depositio, & consignatio, quæ loco solutionis sunt, *l.obsignatione, C.de solution.* sed si non agatur de rescindendo contractu, sed de contractu de nooo inducendo, vel confirmando, tunc sola oblatio porificabit conditionem, & consequenter ex eo contracto tanquam iam purificato, daretur actio, vt probatur *in l.2.suprà hoc eodem tit.* Sed aliter intelligit D.Barbos. *in l.si mora 50.n.69.& 70.ff.soluto matrimonio,* vide apud eum.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio illa rata habetur, quæ contractus tempore intercedit inter partes.*

2 *Pacta nisi contrario pacto tollantur, seruanda sunt,* & num.3.

4 *Emptio & venditio accipiunt legem à conuentione partium, & in ea id comprehenditur, quod actum est inter partes.*

L. Tempore. VIII.

Iidem AA. *&* CC. *Auxanoni.*

1 Conuentio illa rata habetur, quæ contractus
2 tempore inter partes intercedit. Pacta nisi contrario pacto tollantur, seruanda sunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1 n.1.supr.hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem quoad secundam eius partem ex hoc text. desumsit Cardos. *in praxi iudic.& Aduocat. verbo Emptio, n.52.*

4 *Habitam conuentionem integram seruari,* &c.] Emptio enim & venditio à conoentione partium legem accipiunt, & in ea id comprehenditur, quod inter partes actum est, *l.1.§. si conueniat, ff.depositi, l.contractus, ff.de regul.iur.* Afflict.*dec.293.in 3.* Roman. *cons.475.n.*8. Roland. *cons.92.n.14.vol.2.* Rot.Genuens. *dec.14.n.8.& 9.& dec.97.n.2.* Magon. *Flor. decis.62.num.7.& decis.67.n.4.* Amatis *decis.1.n.2.* Meuoch. *cons.477.n.7.* Eugen.*cons.37.num.1.vol.1.* Surd. *cons.383.n.6.& cons.389.num.26.& dec.260. n.31.* Seraph. *de priuileg.iuram.priuil.84.n.7.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p.1.tit.9.q.20.n.4.* Gtorb.*dec. 131.à n.14.& dec.113.n.17.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd in loco vendito non possit condi monumentum, validum.*

2 *Probibitio de non alienando an impediat dominij translationem in contractibus.*

3 *Pactum ne aliqua res deueniant ad Ecclesiam, an sit validum.*

L. Si quis ita IX. & vlt.

Imp. IVSTINIAN. A. *Ioanni P.P.*

1 Valet pactum quòd in loco vendito non possit condi monumentom. Collignot ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

Et hunc text. cui similis *in l.ea quidem, C.si mancipm. & in l.si creditor, §.fin. ff.de distract.pign.* tenet gloss. *verbo licentiam, in auth. vt de cætero, collat.* Crot.*num.94.in l.filiusfam.117.§.diui el 2.ff. de legat.1.* vbi Alber. *num.87.* Curt.iun. *in auth.res qua, C.commun. de legat.* probibitionem scilicet de non alienando etiam in contractibus, impedire dominij translationem. Sed veritas est in contrarium, 2
imò quòd prohibitio de oon alienando in contractibus, non impedit dominij translationem, sed solùm agi potest ad interesse pacti oon seruati per actionem personalem ex contractu, vt *in l. si ita quis 135.§.ea lege.ff.de verb.oblig.& in l.3.C.de condict. ob causam* cum similibus, de quibus latè Ant.Gom. *l.40.Tauri n.11.& tom.2.var.c.2.n.20.& seq.* Gam. *Lusit.decis.356.* Donell. *in d.§.ea lege, n.3.* Robert. *lib.3. sent.c.24.* Qua sententia retenta non obstat text. *in præsenti*, quia respondetur solùm hîc probari validum esse pactum appositum in traditione rei meæ, vt ibi non liceat locum illum religiosum, ve sacrum facere; licèt enim aliàs inualidum videatur ex reg. *l. pen. ff. de pactis*, tum quia videbatur contra libertatem Ecclesiæ & religionis, valet tamen ex reg. *l.in traditionibus, ff. de pactis*, & ex iis, quæ post alios Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem §. 16. num.12.* An autem ex huiusmodi pacto impediatur dominij translatio, hîc non agitur: ideo secuodùm regulas dicendom est non impediri, sed tantùm agi ad interesse, vt *in d.§.ea lege*, & ita est commuois intellectus huius text. cum similibus ex citatis ab Ant.Gom. *d.l.40.Tauri n.17.* Robert. *dict.lib.3. cap.24. in fine.* Similiter ad text. *in l.fin. sup. C. de rebus alien. non alien.* respondetur solùm ibi agi de significatione verbi, *alienare*, vt ex littera patet, docétque text. ille quòd siue id verbum à lege, siue à testatore, siue à contrahentibus, proferatur, comprehendit sub se omnes alienationis species, & qooad hoc fit æquiparatio, de qoa ibi: an verò ea probibitio impediat dominij translationem, ibi non agitur; ideo facienda est differentia, cùm detur diuersa ratio. Ad *d.l.ea quidem, C.si mancipium,* communis solotio est regulam illam non procedere in alienatione irreuocabili, planè manumissio, de qua ibi, irreuocabilis est. *l.Imperatores, ff.de manum. test.* qua ratione pactum, vt non liceat rem sacram, vel religiosam facere, etiam in contractibus impediet dominij translationem, cùm alienatio irreuocabilis sit, iuxta reg. *semel Deo, in 6.* Ita Bart. *in d.§.ea l.n.4.& in l.filiusf.§.diui, n.14.ff.de leg.1.* communis ex citatis ad Ant.*d.l.40.Tauri n.16.in fine.* Sed multo meliùs dici potest, in illo tit. cum duobus præcedentibus agi de tribos pactis, ob quæ dominij translatio etiam in contractibus impeditur, quia ita constitutum fuit ob iustas & speciales rationes, scilicet *in tit.C.si seruus exportan.* ne seruus veterator cæteros corrumpat in eo loco, *in tit.si mancipium ita venierit*, ne prostituatur fauore castitatis; & tandem in seruo vendito, vel legato, vt in d.alio tit. *si mancipiũ ita fuerit alienatum,* &c. idque ex ratione text. *in l.fin. C.qui ad libert.peruenire non possunt*, qui qoidem intellectus colligitur ex text. *in l.4.§.in illis, de manumiss.* notat Salicet. *l.3.n.2.in fine, C.de condict.ob causam,* Loaz.*n.125.*& Ripa *n.86.in §.diui.*

In gloss. *Permanere.* ibi, *vt possit agere ad interesse,* &c. Communiter recipitur hic intellectus glossæ, ex Alexand. *in d.l.filiusfamil. §.diui, num.6.* Rip.*n.86.* & Ias.*lect.2.num.112.& 120.ff.de legat.1.* & eodem Ias. *in dict.l.si ita quis, §.ea lege, num.34.ff.de verborum oblig.* Palat. *in dict.repet.rubr.de donat.inter vi-*

rum

3 *ram & vxorem*, §. 16. *num.* 13. Et confirmatur, quia in hoc text. principalis dubitatio erat an valeret pactum de quo *ibi*, quia videbatur esse contra libertatem Ecclesiæ, iuxta *cap. fin. de immunit. Eccles. lib.* 6. nihilominus tamen deciditur valere cùm tantùm prohiberetur certam rem ad Ecclesiam deuenire, quod non est contra illius libertatem, arg. *l. cùm ita* 62. *ff. de condit. & demonst.* Bald. *hic n.* 2. Ruin. *in d. §. dixi, col.* 40. *in fine*, & *ibi* Crot. *n.* 43. iuxta quem intellectum colligitur valere pactum ne aliquæ res deueniant ad Ecclesiam, de quo notabiliter agunt Andr. Sicul. *cons.* 46. *lib.* 3. Palat. *d. §.* 16. *n.* 13. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 23. *n.* 4.

Si seruus exportandus veneat.

Tit. LV.

HOc titulo & duobus sequentibus, proponuntur pacta quædam de mancipiis venditis. Hoc igitur titulo declaratur effectus pacti, vt seruus venditus exportetur. Scripserunt in rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 25. *cap.* 17. *num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Emptor serui exportati potest eum manumittere antequam rumpatur fides.*
2 *Pactum manus iniectionis, item vt quis capiat seruum, licitum est.*
3 *Pactum manus iniectionis, remissiuè.*
4 *Manus iniectio quid*, & num. 5.
6 *Pactum quòd seruus exportetur, & ad locum, seu ciuitatem non reuertatur, validum.*
7 *ex Venditione cum pacto manus iniectionis si seruus non fuerit exportatus, semel debita gabella non repetitur, etsi ob non obseruantiam pacti seruus reuertatur ad venditorem.*
8 *in Pacto manus iniectionis non transferri dominium in venditorem ipso iure ante manus iniectionem contrarium*, num. 9.

L. Lege venditionis. I.

Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. *Petroniæ.*

1 EMptor serui exportati potest eum manumittere
2 antequam fides rumpatur. Pactum manus iniectionis, item vt quis capiat seruum, licitum est. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Cuiac. Donell. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

3 De pacto manus iniectionis vide *l. H. sp.* 47. *tit.* 5. *part.* 5. vbi Greg. Lop. *gloss.* 1. Brison. de Hottoman. *de verbis iuris, verbo Manus*, Myns. *cons.* 98. Tiraq.
4 *de retractu lig. §.* 19. *gloss.* 3. *n.* 24. vbi explicat manus iniectionem esse, cùm nulla expectata iudicis auctoritate nos ipsius veluti ius dicentes personam quampiam, aut rem nostram, vel nobis debitam apprehendimus, vel sistimus. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate num.* 47. *C. de in integ. rest.*
5 *minor.* vbi ait quòd est pactum manus iniectionis, *Barbos. Collect. in Cod. Tom. II.*

cùm in contractu reseruatur venditori facultas capiendi, vel vendicandi seruum propria auctoritate si contra pactum venditionis exportetur, idem Cald. Pereira *in tract. de empt. & vendit. c.* 25. *n.* 43. vbi ait text. *in præsenti cum l. seq.* specialiter loqui, & procedere in seruis, & ancillis eo pacto venditis, vt ad locum, seu ciuitatem non reuertantur, sub pœna iniectionis manus, quæ quidem conuentio seruanda est, quoniam partem pretij continet, & per eam seruus in pristinam naturam, & seruitutem restituitur; & deinde tenet præter hunc casum specialem in seruorum distractione constitutum, à tertio possessore non posse dominum vendentem vendicare, &
6 propria auctoritate sibi ius dicere. Et sic resoluit Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 15. *c.* 17. *n.* 15. valere pactum quòd seruus exportetur, & ad locum, seu ciuitatem non reuertatur, aliàs quòd possit eum venditor capere, & in seruitutem redigere.

7 Ex venditione cum hoc pacto manus iniectionis si seruus non exportatus fuerit, semel debita gabella non repetitur, etsi ob non obseruantiam pacti seruus ad venditorem reuertatur, vt per Lasarte *de decima vendit. c.* 14. *n.* 35.

8 In gloss. *Denegatur, fin.* ibi, *vel demum*, &c. Notatur ad hoc quòd in hoc pacto manus iniectionis non transfertur dominium in venditorem ipso iure ante manus iniectionem, vt per Greg. Lop. *l.* 47. *gl.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss. vlt. in l. traditionibus, Cod. de pactis*,
9 vbi Curt. *num.* 29. & Gozadin. *num.* 8. Sed contrarium defendit Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, num.* 57. *vers. quod tamen*, vbi ex eo ipso ipse dominium in venditorem transire dicit, sicut ex pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem; ea motus ratione, quia hoc pactum non videt quòd alterius effectus sit, quàm rei vendicationis, quæ tanquam actio realis datur in quemcunque possessorem: sed posset videre quòd antea dixerat, scil. quòd virtute huius pacti potest venditor propria auctoritate ius sibi dicere, & rem capere à quocunque possessore, quòd agenti rei vendicatione non licet.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionali quis contentus esse debet; legalis autem applicatur fisco.*
2 *Stipulatione pœna applicanda parti, non tolli pœnam fisco applicandam.*
3 *Pactum manus iniectionis, remissiuè.*

L. Si vt II.

Iidem AA. *Nedieno.*

POEnæ conuentionali quis contentus esse debet; 1
legalis autem fisco applicatur. Stipulatio pœnæ 2
applicandæ parti non tollit pœnam fisco applicandam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *supr. hoc tit.*

De pacto manus iniectionis, vide posita *in collect.* 3
ad l. 1. *sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Ancilla contra pactum manumitti nequit.*
2 *Pactum de exportando vbi solùm interuenit, solus fiscus agit.*
3 *Pactum quòd seruus non possit manumitti, validum intellige, vt num.* 4.

L. Ancilla. III.

Imp. ALEXAND. A. *Nonio.*

1 ANcilla contra pactum manumitti non potest.
2 Vbi solum pactum de exportando interuenit, solus fiscus agit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. num. 1. suprà hoc tit.*

3 Nota quòd pactum quòd seruus non possit manumitti, validum est, cùm ob id offensam domino factam appositum præsumatur, vt per Greg. Lopez
4 *l. 46. gloss. 2. tit. 5. p. 5.* Intellige nisi contrarium appareat, quia vna præsumptio aliâ tollitur, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, n. 146. C. de reuocand. donat.* Surd. *cons. 112. n. 72. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 1230.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 30. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Talis quis esse præsumitur, qualis in habitu reperitur,* & num. 3.
2 *Delictum execrabile grauiùs puniri ad exemplum alterius.*
4 *Clericus an & quando præsumatur ex habitu clericali.*
5 *Rem quamcunque iudicari secundùm præsentem statum.*
6 *Patria cuique dulcissima.*
7 *à Patria exulare durissimum, & ab omni humanitate alienum.*

L. Moueor. IV.

Idem A. Papiæ.

1 TAlis quis esse præsumitur, qualis in habitu re-
2 peritur. Item delictum execrabile grauius punitur ad alterius exemplum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text. desumit Menoch. *de præsumpt.*
4 *lib. 6. præsumpt. 76. num. 10.* vbi *à num. 7.* discutit an & quando Clericus quis præsumatur ex habitu clericali.

5 Notatur ad hoc quòd quæcunque res iudicatur secundùm præsentem statum, vt per Mascard. *de probat. concl. 1194.* aliàs *1200. n. 40.*

6 *Ne in patria moreris,* &c.] Quia patria cuilibet est dulcissima, vt per Mascard. *de probat. concl. 1170.* aliàs *1175. num. 25.* vbi allegat hunc text. Cassan. *in catalog. gloriæ mundi, p. 12. consid. 17.* Auiles *ad cap. 1. Prætorum, verbo tierra, num. 13.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. litt. P, concl. 133. num. 1.* Mari. Cutel. *de donat. inter patrem & filium, tractat. 1. disc. 2.*
7 *part. 11. num. 72.* Ideo exulare à patria durissimum est, & ab omni humanitate alienum, Anchar. *cons. 75. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas cui ex pacto interdicitur, eidem Romana interdicta videtur.*
2 *Exulans à patria, vel oppido, vnde originem ducit, eo ipso exulat etiam ab vrbe Roma, vti patria omnium communi.*
3 *Patria cuique charissima.*
4 *Patriam suam relinquere vnicuique impium est.*

L. Qui exportandus. V. & vlt.

Idem A. Seraphino.

CVi ex pacto interdicitur ciuitas, eidem Roma- 1
na interdicta videtur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *in 4 fol. 41.*

Probat hic text. quòd qui exulat à patria, vel op- 2
pido, vnde originem ducit, eo ipso exulat etiam ab vrbe Roma, vti patria omnium communi, vt per Marian. *in cap. vltim. num. 13. de foro compet.* Alberic. *in l. Roma, n. 3. ff. ad municip. & in diction. verbo Roma,* Farinac. *fragment. crimin. part. 1. litt. D, n. 197.* quos refero *in mea praxi exigendi pensiones, quæst. 6. num. 57. in fine.*

In gloss. *In Italia.* Notantur ad hoc quòd nemo 3
est cui patria sua non sit charissima, vt per Azeued. *l. 14. num. 27. tit. 3. lib. 1. noua Recop. pag. 68.* vbi citat hanc gloss. Vnde impium est cuilibet patriam suam 4
relinquere, Mascard. *de probat. conclus. 1170.* aliàs *1175. num...*

Si mancipium ita venierit ne prostituatur.

TIT. LVI.

HIc declarantur effectus pacti, vt seruus venditus non prostituatur. Scripserunt in hanc rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide *l. 47. tit. 5. part. 5.* vbi Gregor. Lopez *in gloss. fin.* eundem Gregor. Lopez *l. 4. tit. 22. part. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum ne ancilla prostituatur, est in rem, & afficit quemcunque possessorem.*
2 *Contra Pactum proprium, modò sit honestum ac licitum, venire nemo potest vt committatur impudicitia.*
3 *Pactum non posse remitti, vbi remissio continet delictum.*
4 *Serua ad libertatem prouocat, si à domino prostituatur.*
5 *Promissione mihi facta non contraueniendi alicui promissioni sub pœna mille, cum obligatione omnium bonorum, ea propriâ auctoritate mihi occupare licet.*

L. Præfectus vrbi. I.

Imp. ALEXAND. A. *Socrati.*

PActum ne ancilla prostituatur est in rem, & affi- 1
cit quemcunque possessorem. Contra pactum 2
proprium, modò sit honestum ac licitum, venire nemo potest vt impudicitia cõmittatur. Pactum quis 3
non potest remittere vbi remissio continet, ac fouet delictum. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulg. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concor.*

Vt si prostituta fuisset, &c.] Notatur ad hoc quòd 4
serua ad libertatem prouocat, si à domino prostituatur. *l. 47. tit. 5. p. 5. vbi gloss. fin. l. 2. tit. 22. part. 7.*

Gasp.

Gasp. Baëc. *de inope debitore cap.* 14. *n.* 15. Pichard. *in §. sed & maior.* 2. *num.* 4. *&* 8. *Instit. de his, qui sunt sui.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 36. *cap.* 11. *num.* 5. Ludou. Peguera *crimin. decis.* 25. *num.* 10. *vers. atque in patre, vel domino.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *tit. de delictis carnis, quæst.* 144. *num.* 19. Qui enim proprias ancillas in eorum potestate existentes quæstus causa prostituit, leno dicitur, *l. athletas. §. ait prætor, in princip. ff. de his, qui not. infam.* Pract. Conradi *rub. de lenonib. n.* 2. *in fine,* Ludou Peguer. *d. dec.* 15. *num.* 1. Petr. Greg. *d. lib.* 36. *cap.* 11. *sub n.* 2. Vincent. de Franchis *decis.* 68. *n.* 1. *part.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 534. *n.* 33. *cent.* 6. Farin. *d. quæst.* 144. *num.* 18.

5 *Perduci eam ad Prætorem,* &c.] Ex his verbis infert Roderic. Xuar. *tit. de las herancias,* id est, de aditione hæreditatis, *num.* 33. *post med pag.* 350. *in vlt. impress.* quòd si promisisti mihi non venire contra aliquam promissionem sub pœna mille, pro quibus obligasti mihi omnia bona tua, adiecta clausula, quòd possem illa propria auctoritate occupare, nam tunc si debitor, seu promittens contraueniat, non potero propria auctoritate possessionem ingredi, nisi prius petam, quòd hoc liquidetur à iudice, scilicet dictum promissorem contrauenisse, & allegat hunc text. dicens quòd ex quo hic non erat notorium ancillam esse prostitutam, non potuit ancillam deducere sine iudice.

SVMMARIVM.

1 *in Causis miserabilibus & piis iudex interponit officium, & sine accusatore inquirit.*
2 *Militare officium ad hoc prodest vt mulieres de miseria prostitutionis conquerentes exhibeantur.*
3 *in Causa pia iudex impartitur officium suum etiam non requisitus.*
4 *in Causa alimentorum iudex impartiri debet officium suum etiam non petitus.*
5 *ad soluendum Legata pauperibus relicta, vel pia, hæredem compelli posse nemine instante.*
6 *Animæ periculum vbi vertitur, iudicis officium etiam non petitum impartiendum est.*

L. Mulierem. II.

Idem A. Seuero P. P.

1 IN causis miserabilibus & piis iudex interponit
2 officium, & inquirit sine accusatore. Item militare officium ad hoc prodest, vt mulieres de miseria prostitutionis conquerentes exhibeantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.*

3 Allegari solet hic text. ad hoc quòd iudex in causa pia impartitur officium suum etiam non requisitus, vt per Tiraq. *de pia causa priuil.* 152. Surd. *de alimentis tit.* 8. *priuil.* 4. *in fine.* Petr. Rebuff. *ad leges Galliæ tit. de sont. promis. art.* 3. *gloss. vlt. num.* 25. *cum seqq.* Vincent. Caroc. *tract. de remed. contra praiudic. sententi. except.* 132. *num.* 32. Gabr. Aluarez *in tract.*
4 *de priuileg. pauperum part.* 1. *quæst.* 35. *num.* 12. Vnde in causa alimentorum officium suum licèt non petitum impartiri debere iudicem, probant *l. diui, ff. ad leg. Falcid.* Tiraq. *d. priuil.* 152. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. vtrùm n.* 11. *ff. de liberis agnosc.* Vincent. Caroc. *d.* 132. *num.* 36. Surd. *dict. priuil.* 4. Gabr. Aluarez *d. q.* 35. *n.* 14. Et in causa dotis idem probat *l. si cum dotem* 23. *§. eo autem tempore, ff. solut. matr. l. profectitia* 5. *vers. sed si proponas, ff. de iure dot.* Vincent. Caroc. *d. except.* 132. *n.* 34. Gabr. Aluarez *d. q.* 35. *n.* 15. vbi intelligit si pauperi dos, vel alimenta debeantur, & *num.* 16. subdit posse Episcopum instante nemine ad soluendum legata pauperibus relicta, vel pia hæredem compellere, & 5
num. 19. tenet quòd vbi animæ periculum vertitur, 6
officium suum etiam non petitum impartiri debet iudex.

SVMMARIVM.

1 *Ancilla, quæ non debet ex pacto prostitui, in caupona etiam retineri nequit.*
2 *Famulam cauponæ, propter vilitatem officij, adeò prostitutam esse, vt non admodum differat ab his, quæ prostant in lupanari.*
3 *Cauponum vilitas, & rapacitas remissiuè.*

L. Eam quæ. III. & vlt.

Idem A. Aurelio.

ANcilla, quæ non debet ex pacto prostitui, in caupona etiam retineri nequit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Allegari solet hic text. ad hoc quòd famula cauponæ propter vilitatem officij adeò prostituta est, 2
vt non admodum differat ab iis, quæ in lupanari prostant, vt per Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gloss.* 14. *n.* 17. *& de nobilit. c.* 24. *num.* 44. Vnde stuprum in eam commissum punibile non esse resoluunt Cass. *in catal. gloria mundi part.* 11. *consid.* 28. Greg Lop. *l.* 3. *verbo ni tauernera tit.* 14. *part.* 4. Alciat. *in l. inter stuprum num.* 5. *ff. de verbor. signif.* Grammat. *decis.* 107. *num.* 7. Aym. *cons.* 166. *num.* 6. Farinac. *cons.* 90. *num.* 5. *&* 10. *& in praxi crimin. part.* 5. *tit. de delictis carnis q.* 141. *n.* 88.

De cauponibus quòd sint viles, & rapaces, vide 3
Bald. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. locati,* Cassan. *d. part.* 11. *consid.* 46. Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, vers. & à vilissimis pag.* 601. *& ad leg.* 183. *ff. de verb sign. f. pag.* 597. Greg. Lop. *l.* 26. *gloss.* 6. *tit.* 8. *part.* 5. Clar. *in §. furtum num.* 27. Mascard. *de probat. concl.* 832. Gutier. siue alius iuris eius consilia, *cons.* 31. *num.* 7. Bobadil. *in sua politica lib.* 3. *c.* 4. *n.* 92.

Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contrà.

TIT. LVII.

HIc duo venditionis pacta explicantur, vt seruus manumittatur, vnum affirmatiuum, alterum negatiuum. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp.* 45. *tit.* 5. *part.* 5. Mozz *de contract. tit. de empt. & vendit. cap. de rebus quæ emi, vel vendi poss. n.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Seruus donatus vt transacto tempore manumittatur, tempore finito liber fit, &* num. 2. *donatus sub ea conditione vt liber sit peracto tempore;*

quo seruierit, si is, qui ita libertatem praestitit, interimvoluntatem mutauerit, data libertas seruo reuocatur, n.3. dominum seruum vendentem sub pacto quòd intra certum tempus manumittatur, pœnitere posse, taleque pactum reuocare, n.4. si ante tempus completum illud pactum, seu modum reuocauit, seruus liber non erit, n.5.

6 *Seruo vendito ne intra certum, aut post certum tempus manumitteretur, poterit venditor ab hac manumissionis lege discedere, & eo pœnitente, emptor non tenetur seruum ea lege venditum manumittere.*

7 *Donans rem, cum pacto vt post certum tempus restituatur Ecclesiæ, poterit donatio reuocari in praiudicium Ecclesiæ.*

8 *ex Contractu meo facto cum alio quando alicui ius est quæsitum, possum ego ius istud mea pœnitentia reuocare.*

9 *Quando priori Donatario iniunctum est vt post certum tempus rem alteri absenti daret, tunc donator quandiu viuit, poterit reuocare donationem factam posteriori donatario antequam præfixum tempus impleatur, procedit quando donator cũ priore donatario paciscetur posteriore donatario inscio, vel absente, nec acceptãte, n.10.*

11 *Seruus vt liber efficiatur aduenіente die ex rescripto D. Marci, oportet venditorem in eadem voluntate persistere.*

12 *Maioratus si à Rege concedatur alicui pro se & filio primogenito in forma communi, non potest, etiam de consensu Regis, auferri ius quæsitum primogenito, & concedi filio minori sine consensu primogeniti.*

13 *Seruo libertate concessa quando emptori placuerit; emptore in vita non declarante, eo mortuo seruus liber efficitur.*

14 *Vbi actum quòd emptor Seruum manumittat cùm potuerit, si seruus præsens est, post duos mẽses liber est, si antea non manumittatur ab emptore; si verò non fuit præsens, & post quatuor menses non manumittatur, liber efficitur.*

L. Si Patroclus. I.

Imp. ALEXAND. A. *Patricensi.*

1 SEruos donatus vt transacto tempore manumittatur, finito tempore liber fit. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Buttig. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Coiac. Sebast. Næuі. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 45. tit. 5. part. 5. vbi gloss. 1.* Couarr. *lib. 3. miscell. cap. 3. num. 4.* Cuiac. *lib. 1. obseruat. 29.* Petrus Gregor. *syntag. iuris lib. 14. cap. 6. num. 5.* etsi obligatus esset seruus generaliter inter alia venditoris bona, *l. si quis obligatum, ff. qui sine manumiss.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 11. tit. 2. num. 13.*

3 *Si modò Patroclus non contrariæ voluntatis fuerit.*] Notatur ad hoc quòd seruus donatus sub ea conditione vt liber sit peracto certo tempore, quo seruierit, si is, qui ita libertatem præstitit, interim voluntatem mutauerit, data libertas seruo reuocatur, in idem est text. *in l. eum qui, ff. qui sine manumiss. ad li-*
4 *bert. peruen. l. 3. ff. de seruis exportan.* vbi dominum seruum vendentem sub pacto quod intra certũ tempus manumittatur, pœnitere posse, taleque pactum reuocare indulgetur, *l. pecuniam 5. §. si seruum, ff. de condict. causa data,* Anton. Gom. *l. 40. Tauri. n. 29. in*
princ. vers. primo, vbi ait quòd si dominus ante tem- 5
pus completum illud pactum, seu modum reuoca-
uit, seruus liber non erit, Couarr. *lib. 1. variarum*
cap. 14. num. 7. vers. secundo, vbi dicit quòd vendito 6
seruo, vt intra certum, aut post certum tempus ma-
numitteretur, poterit venditor ab hac manumissio-
nis lege discedere, & eo pœnitente non tenetur em-
ptor seruum ea lege venditum manumittere, Bellë.
decis. 353. num. 9. vbi hinc infert quòd si aliquis do- 7
nat alicui rem cum pacto quòd post certum tempus
restituatur Ecclesiæ, poterit reuocari donatio in præ-
iudicium Ecclesiæ. Tiraquell. *de iure primogen. q. 8.*
num. 1. cum seqq. quod quando alicui quæsitum est 8
ius ex meo contractu facto cum alio, possum id ius
mea pœnitentia reuocare, Cald. Pereira *lib. 1. quæst.*
forens. quæst. 20. n. 15. in fine, Rebell. *de obligat. iustit.*
part. 2. lib. 18. quæst. 3. num. 3. vbi hinc dicit quod 9
quando priori donatario iniunctum est vt post cer-
tum tempus rem alteri absenti daret, tunc donator
quandiu viuit, poterit reuocare donationem factã
posteriori donatario antequam præfixum tempus
impleatur, post completum tamen non potest, nec
etiam hæredes donantis post ipsius mortem ante
tempus peractum, & *n. 4. in princ.* subdit procedere 10
quando donator cum priore donatario paciscitur
posteriore donatario inscio, vel absente, nec accep-
tante: nã si posterior, siue præsens à donante certior
factus acceptet, licèt seruus sit, nec ante tẽpus præ-
scriptum, posterior donatio reuocari poterit.

Verùm conclusioni ex hoc text. suprà desumptæ, & iis, quæ in eius confirmationem adduxi, obstat *l. 1. ff. qui sine manumiss. ad liber. peruen.* ibi, *sed etsi mutauerit voluntatem venditor, nihilominus libertas competit, l. quæsitum. ff. de seruis export.* Pro quorum iurium conciliatione vide Corn. *cons. 68. n. 11. lib. 1.* & eis non relatis Anton. Gom. *d. l. 40. Tauri, n. 13. versic. vel aliter & secundo,* quos omnes refert Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 16. n. 31.* dicens ideo *in d. l. 3. ff. de seruis exportan.* potuisse venditorẽ pactum reuocare, quia erat initum in fauorem serui, cui tanquã inhabili & incapaci nullum prorsus ex eo pacto fuit ius quæsitum, nec actio, ex *regul. l. in personã, & l. quod attinet, ff. de regulis iuris.* Sed obstat *l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verborum obligat.* vbi seruo ex simili pacto conceditur ad libertatẽ proclamare, quod ibi Doctores communiter notant, cui respondet Corn. *in d. n. 11.* illud licere seruo iudicis officio tantùm, quod nullã actionem præsupponit,
aut obligationem, *l. quæ per collusionem, §. prætij sortem, ff. de action. empti, l. 5. ff. de annuis legat.* Nec est
in consideratione tanquam remedium extraordina-
rium & particulare donec imploretur. *l. 4. §. 1. ff. de*
fideicommiss. liber. l. fin. ff. de condict. indebit. Quare
aliter Cald. Pereira *d. cap. 19. n. 32. & 33.* respondet, 11
dicens quòd vt seruus ipso iure liber efficiatur ad-
ueniente die ex rescripto diui Marci, oportet vendi-
torẽ in eadem voluntate persistere, aliàs si eum pœ-
niteat, & pactum reuocauit, cessare ipso [illegible] di-
ui Marci rescripto libertatis dationem, & hoc [illegible]e
quod Iureconsultus tantùm probat *in d. l. 3.* secun-
dum diui Marci rescriptum propter venditoris pœ-
nitentiam lapso termino libertati præscripto seruũ
ipso iure liberum non fieri, vt probatur *in l. 1. 2. & hoc eod. tit. & in d. l. cum qui,* & licèt libertas ipso iure deficiat, quia dominus variauit, & non possit seruus rescripto diui Marci iuuari, extraordinario remedio iudicis officio implorato libertatẽ obtinere poterit, ex *d. §. Flauius, & d. l. 1. ff. qui sine manumiss.*

Ex quibus colligitur sustineri non posse Bartoli resolutionem *in l. qui Romæ, §. Flauius ff. de verborum obligat.*

obligat. dum tenet quòd si dono tibi rem vt post tempus ad Ecclesiam perueniat, quamuis Ecclesiæ sit ius quæsitum, ex *l.quoties, C.de donat.quæ sub modo,* attamen possunt ius illud in vita Ecclesiæ reuocare, nam contra illum expressè tenent Paol. *in d.§. Flauius n.3.* Duen.*reg.216.* Ant.Gom. *d.l. 40. Tauri num.29.* Riminald.*in l.1.num.189.Cod.qui admitti,* Palat.*in repet.rub.de donat.inter virum & vxor.§.54. ad finem,* Tiraq. *de retract.conuent.§.1.gloss.8.n.21.* Eman.Acosta *de success.Regni Portugal.pag.62.* Rodet.Xuar.*in l.quoniam in prioribus,C.de inoff.testam. ad l.Regni quæst.8. num.2.cum seqq. & alleg.19.vers. per quam legem,* Couar. *d.lib.1.cap.14.num.7.* Perez *ad l.3.vers.hinc infertur ad Bart. tit.8. lib.3.Ordin. pag.618.& seq.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo si absque liberis el 2.in tract.de fideicom.substitut.n.23.* Cald.Pereira *quæst. forens. lib.2. quæst.1. num.12. &*

12 *seq.* Facit Ordin. Regin. Lusitana *lib.2.tit.35.§.18.* dum habet quòd si maioratus à Rege sit concessus alicui pro se & filio primogenito in forma communi, quòd non potest etiam de consensu Regis auferri ius primogenito quæsitum, & filio minori concedi sine primogeniti consensu, Eman.à Costa *de success. Regni pag.7.* Valasc.*de iure emphyt.quæst.pen.col.pen.* Item confirmatur hæc resolutio contra Bart. ex alia sententia communi, quæ habet quòd in emphyteusi accepta pro se & filio non potest pater vendendo, vel aliter, præiudicare in iure filio acquisito ex contractu patris, iuxta text. *in l. quodcunque §.1. ff. de verb.obligat.* & ita esse communiter receptum, & in praxi obseruarum, testatur Gam. *Lusit.decis.8.ex n.1. & decis.5.num.7. decis.151.* de quo Valasc. *d.tract. de iure emphyt. quæst.49. num.6.* Pro quibus facit reg.text. *in l.id quod nostrum, de regul.iuris, l.perfecta, C.de donat.quæ sub modo,* cum iis, quæ Tiraquel. *de retract.lig.§.1. gloss.18.* quibus habetur ius tertio acquisitum eo inuito tolli non posse: & confirmatur ex *l.quoties, C.de donat.quæ sub modo,* dum ait ex donatione facta in forma, de qua *suprà*, tertio acquiri actiones, sicut si esset facta per stipulationem. Nec contrarium probat text.*in l.3.ff.de seruis export.* cum similibus, loquuntur enim de libertate consequenda ipso iure ex constitutione Diui Marci, quæ quidem constitutio tum fauore libertatis, tum fauore voluntatis domini vendentis, vel donantis fuit inducta, vt patet ex text. *in præsenti,* atque ideo non aliàs ex ea constitutione seruus fiet liber, quàm si dominus perseueret in eadem voluntate, vt habetur *in d.l.3.* cum similibus: verùm quamuis mutata voluntate domini seruos ex dicta constitutione non fiat liber, nihil tamen impedit quominus libertatem iuxtà conuentionem officio iudicis possit petere, iuxta dictum *§.Flauius,* & ita procedit *d.l.1.in fine, ff.qui sine manumiss.& l.quæsitum. ff. de seruis export.* quem intellectum videtur præsensisse gloss. *in præsenti,* Bart.*in l. Aristo n.2.in fine,ff de donat.* Roman. *in l.si pecuniam col. ff.de condict.ob causam,* & fortè hoc sentit Roder. Xuar. *d.quæst.8.num.6.*

13 *Aut si iam decesserit, &c.*] Notatur ad hoc quòd libertate seruo concessa quando emptori placuerit, emptore in vita non declarante, eo mortuo seruus liber efficitur, vt per Greg. Lop. *l.45. glos.2. tit.5. part.5.* nam morte voluntas finitur, idem Greg.Lop. *ibid.gloss.3.* Cou.*lib.3.var.cap.15.num.4.* vbi latè declarat, & respondet ad text.*in cap.maiores, de baptismo,* ex quo quidem voluntatem morte non extingui, deducunt Gail. *lib.2.obseruat.60. num.16.* Eman. Acosta *lib.2.select.cap.fin.num.2.* Sarmien. *in simili tract.lib.2.cap.6.num.12.vers.item Pomponius,* Morl. *in emporio iuris ciuilis part.1.tit.9.quæst.9.num.13.* Fontanel. *de pactis nuptialib. claus.4 glos.10.part.1. num.145.*

Sed quare hic moriens voluisse præsumatur, cùm in contractibus potiùs moriens in dubio præsumatur noluisse, vt tradit Greg. Lop.*in l.30.gloss.3.tit.7. part.6.ex l.centesimis §.fin.ff.de verb.oblig.* Vnde Peralta *in l.vnum ex familia, ff de legat.2.num.5. & 6.* hoc fauore libertatis inductum esse dicit; hanc verò rationem veram non esse affirmat Sarmien. *d.lib.2. cap.6.num.13.vers.& licèt Doctores,* & fatetur rationem dicti §.non intelligere. At Morl.*d.tit.9.quæst.9. num.13.* Peraltæ rationem eo non relato veram esse asserit. Demùm subtilis Eman. Acosta *d.lib.2.cap. fin.n.6. & 9.* resoluit in specie huius text. & *d.legis 45.partita,* venditorem in potestatem emptoris non reliquisse si vellet manumittere; nam si hoc esset, nihil in pactum deduceret, cùm semper in voluntate dominorum sit seruos manumittere, sed nescitur tempus quando vellet manumittere, vnde cùm morte finiatur voluntas, vt suprà dixi, ab eo tempore libertas competit, & nihil contra prædictum pactum prodesset eius contradictio i at *in d. §.fin.* promittens nunquam se obligauit, sed obligationē in tempus suæ voluntatis reseruauit, ex quo, vt *in d.§.* patet, quidam inutilem esse stipulationem dixerunt; sed verius est non esse inutilem nisi moriatur antequam constituat, & declaret se velle, & vsque ad hoc tempus non erit inutilis, licèt antea constituat se nolle, & text. iste solum declarat tempus, in quo seruus consequitur libertatem, quæ per pactum sine temporis assignatione erat ei debita, & text.*in d.fin.* agit de tempore in quo obligatio, quæ non est orta, & sine expressa & clara voluntate oriri non potest, oriatur, quæ multum diuersa sunt.

Nota quòd si actum fuit vt emptor seruum ma- 14
numittat cùm potuerit, si seruus præsens est, post duos menses liber est, si antea non manumittatur ab emptore, si verò seruus non fuit præsens, si post quatuor menses nō manumittat, liber efficitur, ita Greg. Lop. per text. *ibi in d.l.45.gloss.4. tit.5.part.5.* facit Surd.*decis.226.n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus venditus vt manumittatur, ad libertatem perducitur, si differatur.*

2 *Quod non fit per Hominem, reputatur à lege.*

3 *Si Legantur centum, & seruus vt manumittatur, si velit centum, omisso altero, nihil habebit, & seruus erit statim liber.*

4 *Filium habens ex ancilla, quæ sua est, is proprius filius erit suus seruus.*

L. Si ea lege. II.

Idem A. Eutychiano liberto.

SEruus venditus vt manumittatur, ad libertatem 1
perducitur si differatur. Item quod non fit per 2
hominem, reputatur à lege. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text.desumit *l.* 3
Hisp.36.tit.9.p.6.vbi gloss.7. in qua deciditur quòd si legantur centum, & seruus vt manumittatur, si velit centum, omisso altero, nihil habebit, & seruus erit statim liber, Bart.*in l.qui Romæ.§.Flauius,opposit. 3.ff.de verb.obligat.*

Filium suum & naturalem Crestem venumdedit, 4
&c.] Notatur ad hoc quòd si quis filium habeat ex ancilla

ancilla, quæ sua est, is proprius filius erit suus seruus, vt per gloss. *hic, verbo filium*, Padil. *in l. naturalis n. 5. ff. de praescript. verb.* Sanch. *de matrimonio lib. 7. disp. 24. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Ancilla vendita, vt certo tempore elapso sit libera, transacto tempore libera fit*, & n. 3.
2 *Inutiliter factum non impedit dispositionem legalem.*

L. Cùm iusta. III.

Idem A. Fulgino.

1 ANcilla vendita, vt certo tempore elapso sit li-
2 bera, transacto tempore libera fit. Item inutiliter factum non impedit dispositionem legalem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Donell. *ad leg. qui Romæ 122. §. Flauius Hermes num. 4. & 5. ff. de verb. obligat.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo seruitus num. 61.* Vide posita *in collect. ad leg. 1. sub hoc eod. tit.*

L. Si is, qui pretium. IV.

Imp. GORDIAN. A. *Iocundæ.*

MOra suure libertatis quamprimum committitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum rescindens libertatem, appositum venditioni serui, libertatem impedit.*
2 *Libertas per actum impediri potest.*
3 *ob Actum nullum non incurri pœnam, quam quis incurreret si actus contra legem esset validus.* contrarium num. 4. *distinguitur inter pœnam ipso iure incurrendam, & illam quam iudex infligere, & exequi debet*, num. 5. *& inter legem imponentem pœnam facienti actum, qui nequaquam validus esse potest; & in alienante emphyteusim sine consensu domini, quem satis constat actum facere nullum, & nihilominus incidit in pœnam caducitatis*, num. 6. & 7.
8 *Pactum de non manumittendo quare impediat libertatem.*
9 *Citatio, si sua putauerit interesse, non arctat citatum ad comparendum, si non vult.*

L. Ea quidem. V.

Idem A. Martino.

1 PActum rescindens libertatem appositum vendi-
2 tioni serui proprij, impedit libertatem. Item libertas per pactum impediri potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

3 *Nec tamen pœna exactio*, &c.] Notatur ad hoc quòd propter actum nullum non incurritur pœna, quam quis incurreret si actus contra legem validus esset. nam in specie huius text. cautum inuenitur vt pœna adiecta contra manumittentem prohibitum manumittere locum non habeat, nec exigi possit aduersùs eum, qui nulliter, & de facto seruis libertatem concessit, quam quidem etiamsi manumitterentur nancisci non poterant, quia venditio eam quidem legem acceperat ne mancipia ad libertatem perducerentur, non alia profectò ratione, quàm quòd datio libertatis nullius momenti fuerit, ideoque Gordiano Imp. iniquum visum fuit ob conditionem non seruatam pœnam exigere, vbi actus nullus fuit irritus, & inanis: vt per Bald. *hic numer. 1.* Tiraq. *post leges connub. gloss. 8. n. 212.* Sanch. *de matrim. l. 3. disp. 2. n. 5.* Soar. *de leg. l. 5. c. 34. à n. 6.* Contrariam ta-
men opinionem tenuerunt multi relati per Cou. *de* 4
spons. part. 2. c. 6. §. 3. n. 4. ex ea ratione, quia mens legis actum punientis ea est, vt puniat culpam facientis actum; sed sic est quòd talem culpam tam committit ille, qui facit validum, quàm ille, qui facit inualidum; ergo pari, eadémque ratione puniendi sunt. Vnde *gloss. vlt.* quam probarunt Bart. & Imol. *in c. 1. de cleric. coniug.* distinguendum putauit in hac
parte inter pœnam ipso iure incurrendam, & inter
pœnam, quam iudex infligere, & exequi debet vt 5
pœnam, quam lex iniungit per verba ipso facto, ipso iure, & similia, nullatenus incurrant illi, qui fecerint actum nullum, pœnam verò per iudicem infligendam ita passuri sint, ac si validum actum per legem prohibitum perpetrassent. At hæc distinctio nullo iure probatur, & ideo Molin. *de prim. l. 2. c. 16. n. 19.* aliam obseruauit, & sequutus est distinctionem inter legem considerantem factum solum, & animum facientis, & inter eam, quæ considerat solum iuris effectum, vt pœnam legis in priori casu ex actu nullo incurrat; in secundo verò, si actus nullus sit, non incidatur in pœnam, adducit anctoritatem Baldi *in præsenti num. 3.* Cuius tamen doctrinam & resolutionem non dubito alia clariori & faciliori indigere distinctione, cùm plurimi sint actus per leges prohibiti assignatis pœnis, quibus Molinæ distinctio nullatenus adaptari valet, scilicet omnes illi, qui nequaquam validi esse possunt, vt *in Clem. vnic. de consang. & affin.* cum similibus.

Quare nouissimè post omnes Anguian. *in tract. de* 6
legibus lib. 3. contron. 8. ex num. 17. arbitratur distinguendum inter legem consideratis circunstantiis pœnam imponentem facienti actum, qui nequaquam validus esse potest, quo casu perspicuum etiam erit ipsam voluisse pœnam iniungere facienti actum nullum, vt *in d. Clem. vnic.* & in alienante emphyteusim sine domini consensu, quem satis constat actum nullum facere, & nihilominus in pœnam incidit caducitatis, teste Bald. *in l. 2. n. 3. C. de Episc. audient.* Tiraq. & Mol. *vbi suprà*, non alia certè de causa, nisi quia pœna fuerat imposita actui, qui valere non poterat stante legis prohibitione, & nisi pœna procederet contra facientem actum nullum, nullum sanè effectum esset habitura: & inter eam legem, quæ pœnam imponit actibus, qui validi esse possunt, in quibus procedit, & locum habet præfata distinctio adducta per Molin. de lege considerante solum factum, & animum facientis, aut considerante iuris effectum, vt si solum factum, & animum considerauerit, pœna imposita facienti actum simpliciter, imposita censeatur illi, qui actum nulliter fecerit; si verò iuris effectum dumtaxat considerasset, locum non habeat pœna contra facientes actum nullum.

Idem Anguian. firmata supradicta resolutione 7
deueniens ad huius L. intellectum *ead. contron. 8. num. 18.*

num. 18. *&* 19. sic loquitur. Verùm circa intellectum *d.l. ea quedam,* (est hic text.) subsistendum duxi dubius, & non immeritò, an interpretes communiter eius mentem fuerint assequuti, qui, vt vidisti, vnanimes in eum sensum conspirarunt, vt ex eo ibi non fuisse pœnam incursam crediderint, quia non valuit manumissio, & ad iniungendam pœnam fuerat considerarus iuris effectus, vt intendunt glos. *in d.l. quid ergo* 13. *§. cùm autem factum, ff. de his, qui not. infam.* & præcitati Patres, præcipuè D. Molin. *d. num.* 19. non aduertentes pœnam *in d. l. ea quidem,* minimè fuisse impositam circa iuris effectum, quippe manumittenti nulliter fuit iniuncta, & cùm manumissio nulla fuerit, pœna non potuit imponi iuris effectui, qui nullus fuit, cùm dicta manumissio serui fuerit contra pactionem partium, vt inquit text. *in princ.* Igitur dictorum Patrum intellectus ad *d. l. ea quidem,* nullo modo debet sustineri, præsertim si expendas quam proximè tradidimus doctrinam, & differentiam inter pœnas iniunctas actibus inualidis, & illas, quæ imponuntur actibus, qui validi esse possunt, vt quando actibus inualidis solum factum potuerit lex considerare, nec locum habeat distinctio an considerauerit factum, vel iuris effectum, actibus verò validis imposita pœna, rectè fit distinguẽdum, an imponatur facto, vel iuris effectui: quo præsupposito fieri non potuerit, vt diximus, quòd *in d.l. ea quidem,* pœna effectui fuerit adiecta, vel quòd ob nõ sequutam manumissionem pœna non processerit, vt falsò crediderunt interpretes. Quorum omissa traditione verus sensus & interpretatio ad *dict. l. ea quidem,* assequeris facilè, si consideres pœnam de qua *ibi,* non à iudice, seu publica persona, sed à priuato fuisse præscriptam manumittenti, priuatum autem pœnam ad vindictam culpæ iniungere non posse plusquam manifestum est: & ratione probatur, quia talis vindicta iurisdictionem expostulat, *leg. imperium* 3. *ff. de iurisd. omn. iudic.* quam certum etiam est priuatum non habere, *l.* 3. *C. de iurisd. omn. iudic.* nihil ergo mirum si pœna locum non habuerit, vtpote in vindictam culpæ, & priuata persona iurisdictionem non habente imposita. Quòd verò talis pœna fuerit in vindictam culpæ, in quo nititur totus hic discursus, patet manifestè, quia alter ex contrahentibus, qui pœnam imposuit, non poterat interesse prætendere, in cuius locum pœna regulariter succedit, *l. vlt. ff. de prætor. stipulat.* cùm manumissio non habuerit effectum, nec contrarium factum fuerit. Rursus pars non intendebat, nec intendere potuit punitionem cõtrauenientis contractui; quia conuentio fuit de seruo non manumittendo, & in specie *d.l. ea quidem,* seruus verè manumissus non fuit; ergo non fuit factum contrarium partium conuentioni, immo nec potuit fieri, nec seruus manumitti contra pactionem contrahentium. Igitur de primo ad vltimum, & per argumentum à sufficienti partium enumeratione animus, & mens imponentis dictam pœnam solùm fuit punire voluntatem & propositum cum facto manumittendi, quod perspicui iuris est priuatum non posse facere ex defectu iurisdictionis, iuxta supradicta. Idcóque Gordianus Imper. auctor *d.l. ea quidem,* dicit pœnæ adiectionem tribuere non potuisse iustam causam exigendi conditioni non seruatæ, id est, quia re vera conditioni non fuit contrauentum, cùm non fuerit manumissus seruus, neque aliquod interuenit interesse, locum habere non potuit pœnæ exactio, quæ solùm in vindictam culpæ posset procedere, & hoc non tanquam præscripta à priuata persona, quæ nullam omnino iurisdictionem habet; ergo nullatenus talis pœna subsistere potuit, non quia manumissio nulla fuit, sed quia priuata persona sine iurisdictione illam imposuerat. Hactenus Anguianus.

Nancisci libertatem non possunt, &c.] Cùm prohibitio alienationis non impediat dominij translationem, *l. ea lege, C. de condict. ob causam,* mirum est cur in hac l. pactum de non manumittendo impediat libertatem, quod etiam probat Iureconf. *in l. seruus* 9. *ff. de manumiss. & l. ille seruus* 9. *§. fin. ff. qui & à quibus.* Veram solutionem se præstare ait Cald. Pereira *var. sentent. siue quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 17. dum asserit speciale esse in eo casu, ea ratione, quoniam huiusmodi prohibitio fit ad puniendum seruum, *l. fin. C. qui non possunt ad libert. peruen.* vnde ne delictum remaneat impunitum, & vt serui magis obsequentes sint dominis, constitutum est libertatis dationem contra prohibitionem non valere, &c. 8

In gloss. *Non contineat.* ibi, *si manumisisti, venias responsurus ad pœnam, alias non venias,* &c. Notatur ad hoc quòd citatio, si sua putauerit interesse, non arctat citatum ad comparendum si non vult, vt per Felin. *in cap. cùm inter col.* 7. *vers. limita secundò, de except.* vbi Deci. *num.* 16. *vers. secundò prædicta conclusio,* Capyc. *decis.* 8. *num.* 2. *&* 3. Ias. *in l. nec quicquam,* §. *vbi n.* 18. *ff. de off. Procons.* Cott. *in memorab. verbo citatio* el 1. Surd. *decis.* 26. *n.* 7. 9

SVMMARIVM.

1 *Factum legis negligentiam hominis excusat.*

2 *Pœnam ad euitandam non refert à quo quid fiat, dummodo fiat, &* num. 3.

4 *Libertatis fauore non obstante, requiri post certum tempus donatæ voluntatis domini perseuerantiam.*

L. Si puellam. VI. & vlt.

Imp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Rufinæ.*

FActum legis excusat negligentiam hominis. 1
Item ad euitandam pœnam non refert à quo 2
quid fiat, dummodo fiat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. quoad secundam eius 3
partem, ex hoc text. desumit Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 160.

Cùm non mutata venditoris voluntate, &c.] Ex his 4
verbis adnotauit glos. quòd non obstante libertatis fauore post certum tempus donatæ voluntatis domini perseuerantia requiritur, neque eum interim præstitæ libertatis pœniteat, quod etiam probat Paulus Iureconf. *in l.* 3. *ff. de seruis exportan.* Iulianus *in l. si hominem* 30. *ff. mandati,* & horum iurium auctoritate Bart. *in l. qui Romæ,* §. *Flauius, num.* 2. *ff. de verbor. obligat.* vbi Donell. *num.* 4. *&* 5. Gozadin. *cons.* 75. *numer.* 10. Ferdinand. Arias *in l.* 25. *Tauri, num.* 30. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 3. *num.* 98. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 49. *num.* 7. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 19. *num.* 26. Vide posita *in collectan. ad l.* 1. *sup. hoc cod. tit.*

De

De aedilitijs actionibus.

Tit. LVIII.

ID est, actione redhibitoria, & actione quanto minoris. Scripserunt in rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 17. l. Hispan. 64. cum seqq. tit. 5. part. 5.* Caballin. *in speciali tract. huius tit.* Bellacomb. Bonacos. Suarez & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 38. pag. 646.* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 2. n. 48. & seq.* Menoch. *de arbitr. quaest. 22. num. 12. & seq.* Valasc. *de iure emphyt. quaest 6. numer. 18.* Molin. *de Instit. tract. 1. disput. 352.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 5. tit. de empt. & vendit. resolut. 11.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 21.* Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib. 9. quaest. 8.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 4n6.* Gabr. Pereira *Lusit. decis. 74.* Leand. Galgan. *de iure public. lib. 2. tit. 8.* Guzman *de euictionib. q. 61.*

De aedilibus, qui in populo Romano fuerunt, & de eorum potestate, vide Robert. Valtur. *lib. 8. de re militari, cap. 1. verbo aediles,* Aymar. Ribal. *lib. 2. historia ciuilis fol. 39.* Budae. *in annot. posterior. ad Pandectas pag 240.* Caballin. *de aedilit. action. in princ.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 47. c. 32. per tot.* Gabr. Pereira *d. decis. 74. n. 1. & 2.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 48. §. 4. n. 4.* vbi de etymologia.

SVMMARIVM.

1 *Vendens scienter seruum vitiosum, tenetur nedum ad pretium, verum, sed etiam ad damna.*

2 *Venditor sciens vitium rei, tenetur illud notificare emptori.*

3 *Vendens seruum fugitiuum tenetur.*

4 *Fugitiuus & erroneus quis.*

5 *Venditor serui non tenetur de vitiis animi, animi vitia quae, num. 6. intellige vt num. 7. vitia corporis quae, num. 8.*

9 *Venditor tenetur emptori pretium, quod ab eo accepit, restituere, & rem à se venditam iterum accipere, n. 10. omnia in integrum restituere, ac si emptio vel venditio non interuenisset, n. 11.*

12 *Venditor nolens reddere pretium, conuentus hac actione condemnatur in duplum, & iuratur in litem contra eum pro pretio, & accessionibus, n. 13.*

14 *Emptor si obtinuit in causa redhibitionis, & postea non vult vti sententia, an reus possit vti sententià contra se lata actore inuito, & emptorem compellere vt rem adhibeat, & pretium recipiat.*

15 *Venditor tenetur omne damnum, quod ex re vitiosa contigit emptori, restituere, etiam vsuras pretij ac sumptus, quos fecit causa rei venditae, maximè si emptor fructus restituit, num. 16. & quod emptor soluit mediatori, si dedit ex necessitate, non verò si voluntariè, num. 17. quod de necessitate, intellige vt num. 18.*

19 *Expensas non posse repeti, quae sunt factae in cibarijs alicuius animalis, si eius ministerio fuit vsus; mercedes verò, si quae à seruo empto, vel à conductore serui acceptae, vel consequutae ab ipso venditore, eo quòd tardius ei seruum praestiterit, restituenda sunt. idem de mercede equorum, si emptor eos conduxerit, num. 20.*

21 *Equum morbosum redhibere volens, prius id omne, quod ex illo percepit, offerre debet.*

22 *Venditione rescissa per redhibitoriam, fiscus non tenetur restituere gabellam quam accepit à venditore.*

L. Si non simpliciter. I.

Imp. ANTONIN. A. *Decensio.*

VEndens scienter seruum vitiosum tenetur non solum ad pretium verum, sed etiam ad damna. 1
colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Burtig. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aluys. Leo *in 4. fol. 41. verso*, remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Seruum tibi nescienti, &c.] Ergo venditor sciens vitium rei, tenetur illud notificare emptori, praesumitur enim circumueniendi animo tacuisse, vt per Surd. *decis. 146. n. 7.* Molin. *de Instit. tract. 2. disput. 353. num. 2.* vbi quòd cùm venditor quasi ex officio teneatur vitia manifestare, dolosus censetur, non solùm si positiuè vitia occultet, aliquid efficiendo, quo emptorem lateant, sed etiam si negatiuè se habeat ea non prodendo, ac manifestando, vt quasi ex officio, atque ex iustitia tenetur, si ea sciat, eàque de causa qui vitia sciens, illa non manifestat, dolo vendere dicitur, subditque hinc liquere venditorem non manifestantem emptori vitia occulta rei, quam vendit contra iustitiam, & contra id, ad quod quasi ex officio tenetur, peccare, ac proinde ad restitutionem teneri damnorum omnium, quae ea de causa illi fuerint subsequuta, &c. Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib. 9. quaest. 8. n. 12. versic. accedit*, vbi quòd venditor ex officio ad occultum rei vitium emptori nescienti manifestandum obligatur. 2

Fugitiuum, &c.] Notatur ad hoc quòd vendens seruum fugitiuum tenetur, *l. 1. §. aiunt aediles, l. ob quae vitia 4. §. animi autem*, & ibi gloss. *verbo excipiuntur, l. quis sit fugitiuus, l. actioni. ff. hoc tit.* Mor'a *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 9. de contrah. empt. in praemiss. n. 43.* Gabr. Pereira *Lusit. decis. 74. num. 26.* vbi dicit quòd licèt fugere sit vitium animi, pro quo non tenetur venditor, vt paulò infrà dicemus, tamen speciale esse in seruo fugitiuo, vt de eo teneatur venditor asserit, rationem specialitatis refert, quia cùm haec vitia sint, vt propterea seruum emptum habere non liceat, meritò quasi euictionis nomine venditor tenetur. *l. Iulianus 14. §. item qui furem, ff. de actionib. empti.* 3

Fugitiuus & erroneus quis dicatur, vide *d. l. quis sit fugitiuus, l. fugitiuus 225. ff. de verborum signific.* vbi Alciat. & Rebuff. Cott. *in memorabilib. verbo fugitiuus*, vbi fugitiuum esse dicunt, qui à domini conspectu se occultat. 4

Vel alio modo vitiosum.] Intellige corporaliter, quia venditor serui non tenetur de vitiis animi. *l. 1. §. apud Iulianum, & l. fin. ff. de aedilit. actionib.* vbi pro vitiis animi redhiberi mancipium non posse Iureconsultus ait, quoniam aediles de corporalibus vitiis loquuntur, *l. 2. & 3. l. & ob quae vitia 4. & l. animi, fin. ff. eod.* Caepol. *in d. l. 1. §. aiunt aediles, num. 14.* Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2. num. 28.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quaest. 6. num. 18.* Rebell. *d. part. 2. lib. 9. quaest. 8. num. 24. cum seqq.* vbi *num. 26.* ait quòd vitia animi sunt, vt si mancipium sit iracundum, vel timidum, vel segne, Gabr. Pereira *d. decis. 74. n. 13. & 16.* vbi rationem esse dicit, quia cùm vitia animi sint infinita, si pro eis daretur actio, lites essent infinitae. 5 6

Intelli

7 Intellige hanc resolutionem in aliquibus casibus non procedere, & primò si venditor dixit non habere tale vitium, si seruus illud habebat, nam vbi venditor promittit quòd si mancipium hoc, vel illud animi vitium habeat, quòd rescindet venditionem, vel restituet quanto minoris vendi debuerat, tunc de huiusmodi vitiis animi tenebitur. *d. l. ob quæ vitia* 4. *§. in summa, l. quis sit fugitiuus, §. fin. ff. hoc titul.* Caballin. *d. c.* 2. *num.* 29. Greg. Lop. *l.* 64. *gloss.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. Gabr. Pereira *d. decis.* 74. *num.* 15. Rebell. *d. quæst.* 8. *num.* 24. Secundò si venditor sciebat animi vitium, & illud tacuit, nam emptori actio aduersùs venditorem datur, & ædilitium edictum, ad redhibendum seruum, vel ad interesse. *d. l.* 1. *§. apud Iulianum,* Caballin. *vbi sup.* Cæpol. *in d. l.* 1. *§. aiunt ædiles, n.* 17. *vers. secundò est quando,* Surd. *decis.* 146. *n.* 11. Tertiò si vitium animi sit admixtum corporali morbo, *d. §. in summa,* Cæpol. *in d. §. idem Iulianus, n.* 48. *&* 71. *& in d. §. in summa à n.* 3. vbi notat quòd mixtum sapit naturam sui simplicis potentioris. Quartò in seruo fure, nam licèt animi vitium habere dicatur, nihilominus tamen si venditor sciebat de hoc vitio, tenetur non solùm de illo, sed etiam ad omnia damna subsequuta, perinde ac si vitium corporis foret; si verò ignorabat, nec actione redhibitoria, nec ex empto tenetur, *d. l. Iulianus, §. item qui furem, ff. de actionib. empti,* & ibi gloss. *verbo non tenetur, l. si furtum, ff. hoc tit.* vbi probatur quòd si seruus furtum domino fecit, non est necesse hoc in venditione serui prædicere, nisi seruum furem non esse promiserit, Morl. *d. tit.* 9. *in præmiss. n.* 43. *vers. neque obstat,* vbi rationem tradit quare venditor non teneatur actione Prætoria, & teneatur actione ex empto, *in l. in fine, & in l. quæ delicta* 4. *in princ. ff. hoc tit. & in d. l. Iulianus, §. qui furem;* & dictas ll. 1. & 4. procedere inquit quando venditor sciebat animi vitium, nam si ignoraret, vt proponitur *in d. l. Iulianus,* nec ex empto tenetur, ex *d. l.* 4. *§. in summa,* Gabr. Pereira *d. dec.* 74. *n.* 26. *&* 27. vbi de eius interpretatione, Rebell. *d. q.* 8. *n.* 27. *cum seqq.* vbi *num.* 30. quærit an animalia propter animi vitia minus æstimentur?

Quæ autem dicantur vitia corporis, tradit Rebel. *d. q.* 8. *n.* 25. vbi ait esse si mancipium, vel iumentum sit ægrotum, vel claudum.

8 *Quis vendidit,* &c.] Quamuis Vlpianus Iureconsl. *in l. sciendum est* 63. *ff. hoc tit.* has actiones ad solas venditiones pertinere dixerit, tamen illas ad contractum permutationis porrigi, resoluunt Petr. Greg. *syntag. iuris lib.* 25. *c.* 21. *n.* 12. Valasc. *de iure emph. q.* 6. *n.* 18. Matiens. *in l.* 1. *gl.* 7. *n.* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Alex. Trentac. *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. & vend. res.* 11. *vers. hæc ratio,* Pichard. *in §. actionum autem,* 28. *Instit. de actionib. q.* 17. *n.* 17. Et ad dationem in solutum, quæ similis emptionis est, Cæpol. *in l. sciendum* 19. *§. deinde aiunt ædiles, & in l. sciendum* 63. *n.* 16. *ff. hoc tit.* Valasc. *citato loco.* vbi idem aiunt in dote æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem. Et ad donationem quando incepit à promissione, quo casu donator de euictione tenetur, Cæpol. *in l. ad res donatas* 62. *n.* 7. *ff. eod. tit.* secus verò quando à traditione initiũ sumpsit, ex *d. l. ad res donatas,* & *ibi* Cæpola, Caball. *in tract. huius tit. c.* 2. *n.* 6. Guzm. *de euict. q.* 61. *n.* 6. Valasc. Alex. Trentac. & Pichard. *citatis locis.* Et ad contractum emphyteusis, Bald. *in l.* 2. *n.* 7. *infr. hoc eod. tit.* Caball. *d. c.* 2. *n.* 9. vbi sano modo hoc intelligendum esse dicit, scilicet si concessio facta sit titulo oneroso, secus si lucratiuo, & illum sequitur Surd. *cons.* 190. *n.* 6. Valasc. *d. q.* 6. *n.* 18. vbi exemplificat in fundo, qui produnt herbas lethales, dato in emphyteusim, quod etiam ad feudatarium extendunt, Valasc. Alex. Trentac. & Guzman *citatis locis.* Et ad locationes ad longum tempus, non verò ad alias, Cæpol. *d. c.* 2. *à n.* 11. Cott. *in memorab. verbo actio redhibitoria.* Vincent. Caroc. *de locato, & conducto p.* 6. *remed.* 4. Valasc. *d. q.* 6. *n.* 18. *vers. præterea,* Pichard. *d. q.* 17. *n.* 20. Et generaliter inquit Azo *in sum. huius tit.* in quolibet contractu, ex quo de euictione agitur, has actiones locum habere, sequuntur Cæpol. *in l. quæritur* 14. *§. si venditor n.* 12. *vers. & aduerte, ff. hoc tit.* Ant. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 2. *n.* 42. *vers. & denique,* Caball. *d. c.* 2. *n.* 14. Alex. Trentac. *de resol.* 11. *vers. hæc ratio.* Et ad omnes contractus ex causa onerosa extendunt Cæpol. *in d. l. sciendum n.* 15. *in fine,* Ant. Gom. *in d. vers. & denique,* Valasc. *d. q.* 6. *n.* 18. *vers. præterea,* Pichard. *d. q.* 19.

Non solùm in pretium, &c.] Notatur ad hoc quòd 9
venditor emptori pretium, quod ab eo accepit, restituere tenetur, *l. debet autem* 27. *l. illud sciendum,*
l. plura, l. cùm in ea causa, ff. hoc tit. & tenetur rem à 10
se venditam iterum accipere, quia redhibere est facere, vt rursus habeat venditor quod habuerat, l. *redhibere* 21. *ff. hoc tit.* vbi Cæpol. *n.* 1. Caballin. *d. c.* 2. *n.* 1. Greg. Lop. *per text. ibi in l.* 65. *gloss.* 6. *tit.* 5. *par.* 5. & redhibitione facta res redhibita cum fructibus reddi debet, *l. ædiles* etiam 25. *§. item sciendum est, l. cùm autem* 23. *§. cùm redhibetur, l. quod si nolit, §. fin. ff. hoc tit.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 31. *n.* 22. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §.* 1. *q.* 1. *num.* 482. Ceuall.
commun. contra commun. q. 763. *n.* 22. Et omnia in in- 11
tegrum restituuntur, perinde ac si emptio, vel venditio non interuenisset. *l. facta redhibitione* 60. *ff. eod. tit.* Ioàn. Garc. *de expensis c.* 18. *n.* 52. 54. Gregor. Lop. *l.* 15. *gloss.* 4. *tit.* 13. *& l.* 11. *gloss.* 3. *&* 4. *tit.* 15. *part.* 5. Spin. *in speculo testam. gloss.* 13. *à n.* 41. vbi in redhibitione ex partium conuentione fructus omnes etiam bonæ fidei emptor restituere tenetur, suósque facere non potest.

Quòd si venditor nolit reddere pretium, conuen- 12
tus hac actione condemnatur in duplum, per *l. redhibitoria actio, ff. hoc tit.* Greg. Lop. *l.* 65. *gloss.* 7. *tit.* 5. *p.* 5. Petr. de Rauenna *sing.* 777. Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 406. *c.* 5. *vers. venditor si non vult.*
Et iuratur in litem contra eum pro pretio, & acces- 13
sionibus, quia est arbitraria actio, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 25. Caroc. *decis.* 107. *num.* 16. *vers. venditor.*

Sed quid in emptore si obtinuit in causa redhibi- 14
tionis, & postea non vult vti sententia, verùm reus sententia contra se lata inuito actore vti possit, & emptorem compellere vt rem redhibeat, & pretium recipiat? Bald. *in l. si prædium, n.* 9. *inf. hoc eod. tit.* proponit hanc quæstionem, & postquam res transiuit in condemnationem, standum esse sententiæ, & venditori actionem in factum ex ea nasci resoluit, quem refert & sequitur Greg. Lop. *in l. fin. gl. fin. vers. vnde dicebat, tit.* 5. *p.* 5. Boër. *dec.* 48. *n.* 7. vbi cũ Baldo tradit quòd si emptor nolit vti sententia quòd poterit agere venditor contra eum, Matiens. *l.* 12. *gloss.* 2. *n.* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Gabr. Pereira *Lusit. dec.* 62. *n.* 4. vbi ait actione in factũ contra emptorem posse agere venditorem si emptor vti sententia nolit & subdit resolutum fuisse reo condemnato ad restitutionem rei, dummodo prius actor ei certam quantitatem pecuniæ præstaret, actionem in factum competere ad exigendam illam quantitatem ab actore, sed executiuè virtute sententiæ non posse agere.

Sed etiam damnum, &c.] Notatur ad hoc quòd 15
venditor omne damnum, quod ex re vitiosa cõtigit emptori, restituere tenetur, *l. cùm autem* 23. *§. Iulian.*
ait, ff. hoc tit. l. seruum 63. *ff. de furtis;* & vsuras pretij ac 16

sumptus, quos rei venditæ causa fecit, maximè si em-
ptor fruct^o restituit, *l. debet* 27. *l. illud sciendum, l. qua-
ro* 58. *ff. hoc tit.* Ioan. Garc. *de expens. c.* 18. *n.* 53. *&* 54.
17 Guzm. *de euict. q.* 61. *n.* 47. Et quòd mediatori emptor
soluit, ei venditor restituere debet, si ex necessitate
dedit, non verò si voluntariè, Bart. per *text. ibi in d. l.*
18 *debet*, vbi Cæpol. & Angel. qui hoc, quod de necessi-
tate expensum dictum est, intelligunt, vt si venditor
dixisset emptori. Non vendam aliquo modo, nisi per
manus talis mediatoris, qui concordabit nos de pre-
tio, cui dabis salarium pro labore, & idem sequitur
ibi Bald. vbi dicit casum notandum, & hanc distin-
ctionē spontaneæ, vel coactæ solutionis dicit ratio-
nabilem, Strach. *de mercat. tit. de proxenet. vers. item
quæritur, n.* 2. Tiraq. *de retract. lign.* §. 29. *gloss.* 4. *n.* 8.
Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 343. *n.* 11. *cum seqq.*
vbi *à n.* 14. resoluit datum proxenetæ vt ei certum
equum emeret, si post venditionem eum redhibuit
tanquam morbosum, à venditore repeti non posse.
19 Nota ex Cæpol. *in l. item si serui* 30. §. *quas expen-
sas, n.* 4. *ff. hoc tit.* quòd non potest quis expensas in
cibariis alicuius animalis factas, si eius ministerio
fuit vsus repetere; mercedes verò si quis à seruo em-
pto, vel à conductore serui emptor accepit, vel quas
ab ipso venditore fuit consequutus, eo quòd tardiùs
ei seruum præstiterit, restituere debet, ex *l. cùm autem*
20 23. §. *cum redhibetur, ff. hoc tit.* & idem in mercede
equorum dicendum est si emptor eos conduxerit,
l. ædiles aiunt 38 §. *loquuntur ædiles, ff. hoc tit.* Thom.
21 Act. *de privileg. infirm. rubr.* 5. *c.* 5. *num.* 24. vbi tradit
quòd ille, qui vult redhibere equum morbosum,
priùs id omne, quod ex illo percepit, offerre debet,
cum Bonacos. *tract. de equo. quæst.* 135.
22 Nota etiam quòd rescissa venditione per actio-
nem redhibitoriam fiscus non tenetur gabellam à
venditore solutam restituere, Greg. Lop. *l.* 65 *gloss.* 6.
tit. 5. *p.* 5. Lasarte *de decima vend. c.* 14. *n.* 10. Gironda
de gabell. p. 5. §. *vaec. n.* 19. *&* 20. Parlad. *lib.* 1. *rerum
quotid. c.* 3. §. 5. *a.* 2. *&* 3. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 18.
n. 53. *&* 54. Gutier. *de gabell. q.* 11, *num.* 1. Molin. *d.
disp.* 353. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Seruus licèt post annum fugiat, vel post multos an-
nos, potest tamen agi redhibitoria intra sex men-
ses, vel quanto minoris intra annum.*
2 *Actiones redhibitorias pro seruis, iumentis, pecori-
bus, & aliis rebus animatis, quæ sunt fragilia, &
corruptibilia, spatio sex mensium præscribi. currere
hoc tempus sex mensium præstitutum redhibi-
toriæ, à die scientiæ*, num. 3. *quanto minoris verò,
intra annum vtilem*, num. 4.
5 *Actiones ex empto, quæ pro prædio herbas pestiferas
producente, & aliis rebus soli pro tigno & libris
vitiosis, & aliis rebus, pro quibus datur actio, quæ
non facilè corrumpuntur, perpetuas esse, facta di-
stinctione scientiæ, vel ignorantiæ hoc casu com-
petere actionem de dolo*, num. 6.
7 *Actio si sit perpetua actione redhibitoria, an duret
30. annis. currere hoc tempus à die ex quo emptor
sciuit vitium, seu morbum rei emptæ, vel supinè
ignorauit*, num. 8. *istas actiones etiam cum mala
fide præscribi posse*, n. 9. *Limita*
*I. nisi venditor agat contra emptorem actione ex em-
pto ante lapsum sex mensium ad pretium, & em-
ptor excipiat de vitio rei*, num. 10.
II. has leges non procedere in foro conscientiæ, n. 11.
III. in venditionibus conditionalibus, num. 12.

L. Cùm proponas. II.

Imp. GORDIANVS. A. *Penthilio.*

LIcèt, tamen post annum fugiat, vel post multos 1
annos, tamen potest agi redhibitoria intra sex
menses, vel quanto minoris intra annum. Colligunt
ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*
Sex mensium temporibus, &c.] Notatur ad hoc quòd 2
actiones redhibitoriæ pro seruis, iumentis, pecori-
bus, & aliis rebus animatis, quæ sunt fragilia, & cor-
ruptibilia, spatio sex mensium præscribuntur, vt per
Ord. Reg. Lusit. *lib.* 4. *tit.* 17. *in princ. l. Hisp.* 65 *tit.* 5.
p. 5. vbi Greg. Lop. *gloss.* 5. 10. *&* 11. Rot. *dec.* 833. *n.* 6.
apud Farin. *in nouiss. cent.* 7. aliàs *p.* 4. *diuers.* vbi quòd 3
huiusmodi tēpus sex mensium præstitutum redhibi-
toriæ currit à die scientiæ. Cremens. *sing.* 165. Ari-
min. Tepat. *var. sent. tom.* 2. *tit.* 406. *c.* 4. *in fin.* Anton.
Gom. *tom.* 2. *var. c.* 2. *n.* 48. Couar. *in reg. possessor. p.* 2.
§. 11. *n.* 5. Conan. *comment. iuris ciuilis lib.* 3. *c.* 11. *n.* 8.
in princ. Caballin. *in tract. huius tit. cap.* 2. *n.* 30. Petr.
Greg. *syntagm. iuris lib.* 25. *c.* 21. *num.* 16. Viui. *tom.* 1.
comman. opin. lib. 4. *tit.* 4. *de oblig. & act. a.* 45. *pag.* 469.
Moil. *in emporio iuris ciuilis p.* 1. *tit.* 9. *in præmiss. n.* 41.
Alex. Trentac. *var. res. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. re-
sol.* 11. *n.* 2. *&* 3. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 353. *n.* 5.
Rebel. *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.* 9. *q.* 8. *n.* 6. *&* 7. Quanto 4
minoris verò, intra annum vtilem. *l. sciendum*, §. *fin. ff.
hoc tit.* & citati Doctores. nam si quis egerit redhibi-
toria, & succubuerit, agere potest deinde intra annū
quanto minoris, Bald. *in l. pen. col.* 2. *hoc cod. tit.* Mexi. *in
tract. tassa panis, concl.* 1. *n.* 152. Viui. *tom.* 1 *com. opin.
li.* 4. *tit.* 5. *n.* 45. *ver. imò si quis*, *pag.* 469. Valasc. *d. q.* 6.
n. 18. *vers. de istis*, Mascard. *concl.* 616. *n.* 12. Actiones 5
verò ex empto, quæ pro prædio pestiferas herbas
producente, & aliis rebus soli pro tigno, & libris vi-
tiosis, & aliis rebus pro quibus datur actio, quæ non
facilè corrumpuntur, perpetua esse facta distinctione
scientiæ, vel ignorātiæ, Mexi. *in tr. tassa panis, concl.* 1.
n. 151. vbi *n.* 152. intelligit in hoc casu actionem de 6
dolo competere, Gabr. Pereira *d. dec.* 74. *n.* 22. *&* 23.
Quid si actio sit perpetua actione redhibitoria, an
duret triginta annis? vide Ias. *in l. pœnales, n.* 112. *Inst.* 7
de actionib. Tiraq. *de retractu ligna.* §. 1. *gloss.* 1. *n.* 74. *&
ad fin. tit. n.* 34. Duen. *reg.* 6. *ad fin.*
Ex quo nota primò hoc tempus currere à die ex 8
quo emptor vitium, seu morbum rei emptæ sciuit,
vel supinè ignorauit, quia est vtile, glos. *verbo, currit,
in l. sciendum tamen est*, §. *fin. & verbo habuisse, in l.
cùm sex mensis* 55. *ff. hoc tit.* Anton. Gom. *d. c.* 2. *n.* 49.
vers. dubium, Petr. Greg. *d. c.* 21. *num.* 16. *vers. tempus
redhibitionis*, Moila *d. tit.* 9. *in præmiss. n.* 46. Molin.
d. disp. 353. *n.* 5.
Amplia istas actiones etiam cum mala fide præ- 9
scribi posse, vt ex aliis tradit Cou. *in regul. possess.
p.* 2. §. 11. *n.* 5. Mexi. *d. concl.* 1. *n.* 151. Molin. *d. disp.* 353.
num. 5. *post med.*
Limita primò nisi venditor agat contra emptorem 10
actione ex empto ante lapsum sex mensium ad pre-
tium, & emptor excipiat de vitio rei. nam transactis
his terminis audietur, & exceptio perpetuabitur, vt
ex Ioan. Andr. & aliis tradit Caballin. *in tract. huius
tit. cap.* 2. *num.* 44. vbi ex sola propositione exceptio-
nis actionem perpetuari absque litis contestatione
dicit, Gabr. Pereira *d. decis.* 74. *n.* 19. Gozman *d. quæst.*
61. *num.* 38.
Limita secundò has leges in foro conscientiæ non 11
procedere, quia ad obuiandas lites, & Reipubl. per-
turbationem terminum præfixerunt, in quo emptor
agere

agere possit contra venditorem de dolo, fraude, & deceptione vera, seu præsumpta, vnde in foro conscientiæ ad restitutionem venditor tenebitur, & per viam denuntiationis Euangelicæ emptor ad iudicem ecclesiasticum ratione peccati recurrere poterit, de quo Ludou. Beia *resp. casuum conscientiæ, p. 3. casu 24. à princ.* & præcipuè *vers. respondemus leges,* Azeued. *l. 10. n. 53. tit. 1. lib. 4. noua Recop.* Molin. *d. disp. 353. n. 5.* Valet. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 25. pag. 358.*

12 Limita tertiò in venditionibus conditionalibus, nam pendente conditione istud tempus non currere, resoluunt Bald. *in l. si prædium, n. 12. infr. hoc eodem tit.* Greg. Lop. *l. 65. gloss. 5. tit. 5. p. 5.* Campeg. *de testib. regul. 322. fallent. 6.* adueniente namque conditione competit redhibitoria actio, D. Barbos. *in l. si mora 10. n. 70. prope fin. ff. soluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor non tenetur de casu futuro, seu vitio serui, & n. 4.*
2 *Duo vbi simul probanda sunt, vnius probatio non releuat.*
3 *Temerè quid promittens, suæ temeritati id imputet.*
5 *Morbum, vel vitium tempore venditionis esse probabitur, si ante venditionem, & nunc esse probetur. probabitur si seruus, vel animal moriatur intra triduum à die postquam periculum ad emptorem spectat, numerandum, n. 7. & 9.*
6 *Medium probari, probatis extremis.*
8 *Animal venditum si post contractum illico, vel paulo pòst appareat morbosum, præsumi fuisse morbosum tempore contractus.*
10 *Morbi non omnes, nec vitia omnia redhibitioni locum faciunt.*
12 *Morbus, seu vitium pro quo conceditur redhibitio, qualis sit. & n. 13.*
14 *In dubio si duo testes deponunt Equum esse vitiosum, & duo quòd non, in fauorem redhibentis iudicandum est.*
15 *Redhibitoriam dari re etiam mortua.*

L. Si apud. III.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Mutiano.*

1 DE futuro casu, vel vitio serui, non tenetur ven-
2 ditor. Item duo vbi simul probanda sunt, vnius
3 probatio non releuat. Temerè quid promittens suæ temeritati id imputet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

4 Probat hic text. venditorem non teneri de morbo, seu vitio rei contingente post venditionem, sed ad obtinendum in hoc iudicio requiritur quod emptor probet ante venditionem rem morbosam, seu vitiosam fuisse, & post venditionem morbum, seu vitium durare, vt per Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2. n. 35.* Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 2. n. 49. vers. adde tamen,* Cæpol. *in l. actione 54. n. 1. & 2. ff. hoc tit.* Mascard. *de probat. conclus. 616. n. 2. & 3.* vbi quòd emptor agens redhibitoria probare debet equum ante venditionem fuisse intolerabili ferocitate calcitrosum, & sic vitio laborasse, & quòd emptori incumbit probare ante emptionem rem fuisse vitiosam, & venditorem morbum sciuisse. Moll. *in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 9. de contrah. empt. in præmiss. n. 42.* Rot. apud Fran. *decis. 833. n. 5. in nouiss. cent. 7.* aliàs *p. 4. diuersor.* Gabr.

Pereira *Lusit. decis. 74. num. 33.* vbi etiam per hunc text. id limitat, nisi pacto venditor seruum in posterum fugitiuum, seu vitiosum non fieri temerè promiserit, quia licet impossibilis videtur promissio, ex ea tamen tenebitur.

Morbum, vel vitium tempore venditionis esse 5
probabitur, si ante venditionem, & nunc esse probetur, quia præsumitur medio quoque tempore continuasse, vt de furore inquit Bald. *in c. fin. de success. ab intestato,* Surd. *cons. 86. n. 29. & decis. 146. num. 16.* vbi
n. 17. subdit medium probatum esse extremis pro- 6
batis. Et dicit Mascard. *d. concl. 616. n. 3.* quòd emptori incumbit probare ante emptionem rem fuisse vitiosam, & venditorem morbum sciuisse. Et hinc propter vitium statim perfecta venditione superueniens agi posse contra venditorem, resoluit Hippol. *sing. 614.* quem refert Arm. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 406. c. 2. vers. propter.* Et ex breuitate mortis præsumi animal venditum antea fuisse morbosum, ac proinde competere redhibitoriam, tradit Gom. Leo *decis. 40. in decis. diuers. tom. 2.* citatus à Tepat. *vbi*
supr. c. 5. Vitium ergo, seu morbum præcessisse ven- 7
ditionem, probabitur si seruus, vel animal moriatur intra triduum à die postquam periculum ad emptorem spectat numerandum, vt per Cæpol. *in l. actionis, n. 2. ff. hoc tit.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 26. n. 11.* Rip. *de peste, tit. de remed. ad curand. pestem, num. 141, & 143.* Hippol. *in l. statuliberi, n. 16. ff. de quæst.* Boët.
decis. 323. num. 22. Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2.* 8
num. 26. Riminald. *cons. 360. num. 11. vol. 2.* vbi dicit animal venditum si post contractum illico, vel paulo post appareat morbosum, præsumi fuisse morbosum tempore contractus, Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 118.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 38. num. 2. pag. 646.* vbi Viui. *tit. 43. de locato n. 59. pag. 657.* Perez *ad tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 191.* Mascard. *de probat. concl. 92. num. 1. & 2.* vbi dicit, si animal, vel equus
venditus intra triduum mortuus fuerit, præsumi 9
tempore venditionis fuisse infirmum, *& concl. 616. n. 8. & concl. 633. & concl. 1074.* Surd. *decis. 146. n. 18.* Bonacos. *in tract. de equo q. 213. per tot.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 27. n. 17.* Caroc. *de locato & conducto p. 4. c. de imperitia caprarij q. 4. n. 5.* Marcel. Cala *de modo articulandi n. 710.* Guzman *de euict. q. 61. num. 27.*

Morbus autem quid sit, & in quo differat à vitio, 10
vide text. *in l. 1. §. sed sciendum, ff. hoc tit. & in l. inter stuprum, §. verum, ff. de verb. signific.* Caballin. *in tract. huius tit. cap. 1. num. 1. & 2.* Cæpol. *in d. §. sed sciendum, n. 10.* Thom. Acti. *de priuileg. infirmit. rubr. 3,*
c. 3. per tot. Et nota quòd non omnes morbi, nec om- 11
nia vitia redhibitioni locum faciunt, *l. ob quæ vitia 4. §. idem ait, l. Pomponius, ff. hoc tit.* Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers. 10.* Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2. n. 1,* Campeg. *de testib. reg. 422. fallent. 1. & 2.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 21. num. 4.* Mascard. *d. concl. 616. n. 11. & 12.* Bonacos. *d. tract. de equo quæst. 141.* Thom. Acti. *d. tract. rub. 4. cap. 4. à n. 7. & 16.* Et licèt pro vitio minimo actio redhibitoria non detur, vt resoluunt plures ex supracitatis, & præter eos, Rot. *d. decis. 833. n. 7.* datur tamen pro re minima vendita, vt pro gallina, vel cane, secundùm Cæpol. *in d. §. sed sciendum, per l. si tamen, §. non*
solum, ff. hoc tit. Morbus verò, seu vitium, pro quo 12
redhibitio conceditur, talis esse debet, quòd rei emptæ vsum, & ministerium deteriorē faciat, vel illum impediat, *d. l. 1. §. sed sciēdum, vers. proinde,* vbi Cæpol. *à n. 34.* notat quòd ille solus morbus, vel vitiū propter quod vsus corporis non modicè impeditur, facit
competere hāc actionem, Cabal. *d. c. 2. n. 15.* Mascard. 13

d. concl.616. num.11. & 12. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de empt. resol. 11. n. 4.*

14 Nota etiam quòd in dubio si duo testes deponunt equum esse vitiosum, & duo quòd non, in fauorem redhibentis iudicandum est, Cæpol. *in l. quæro 58. §. fin. n. 25. ff. hoc tit.* Cott. *in memorab. verbo actio redhibitoria,* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 6. num. 18. vers. de isto,* Greg. Lop. 40. *gloss. 4. tit. 16. part. 3.*

15 Nota denique quòd etiam re mortua durat hoc edictum, & emptori datur hæc actio, *quod si nolit, §. idem ait, l. ædiles §. 1. l. si hominem, ff. hoc tit.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 9. de contrah. empt. in præmiss. n. 44.* Parlad. *differ. 56. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Res quandoque ob pactum, aliquando redhibetur ob vitium.*

2 *Redhibitoriam, seu quanti minoris, dari pro rebus immobilibus vitiosis intellige, vt num. 3. pro rebus mobilibus animatis, & pro aliis rebus mobilibus vitiosis, n. 4.*

5 *Casus, in quibus redhibitioni locus non est, & exceptiones aduersus emptorem redhibitoriâ agentem opponi possunt, & n. 6. 7.*

8 *in Contractu donationis, etiamsi eius resolutio pacta foret verbis directis, non transit dominium absque traditione.*

9 *Redhibitoriam dari resoluta emptione, vt venditor cogatur rem accipere, & pretium eidem emptori reddere.*

L. Si prædium. IV.

Iidem AA. Falso.

1 RES quandoque redhibetur ob pactum, aliquando ob vitium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Si prædium, &c.*] Notatur ad hoc quòd actio redhibitoria, siue quanti minoris, datur etiam pro rebus immobilibus vitiosis, vt per Alex. *cons. 63. vol. 6.* Caballin. *in addit. ad tract. de ædilit. action. addit. fin. vers. 3. limita,* Cæpol. *in l. 1. in princip. n. 3. ff. hoc tit.* vbi

3 intelligit quando fundus venditus producebat herbas pestiferas, & tempore venditionis erant ortæ, vel radicatæ; secus verò si post venditionem orirentur ex facto emptoris. Negusant. *de pignorib. part. 2. memb. 5. n. 24.* Boër. *decis. 46. n. 3.* vbi quòd si pestilis fundus, id est, pestiferas herbas, vel lethiferas afferens, venditus fuerit, redhibendus erit. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 6. n. 18.* Parlador. *in sesquicent. differ. 56. n. 5. vers. hoc autem, & lib. 1. rerum quotid. cap. 3. §. 5. n. 2.* Surd. *decis. 146. num. 7. & decis. 165. num. 5.* Cald. Pereira *Lusit. decis. 74. n. 4. vers. ex quo defendi, & n. 13.* idem Caballin. *d. tract. c. 1. n. 5.* vbi exemplificat in domo, quæ aërem insalubrem habet, aut in qua serpentes nascuntur. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 7. gloss. 2. à num. 74.* Thom. Acti. *de priuileg. infirmit. rub. 6. de morbi consideratione in rebus inanimatis, cap. 6. per tot.*

4 Amplia hanc actionem emptori dari non solùm pro rebus immobilibus vitiosis, vt suprà vidimus, & pro rebus mobilibus animatis, vt est de natura huius actionis, sed etiam pro aliis rebus mobilibus vitiosis: nam licèt verba edicti solùm loquantur de seruis, & iumentis ac rebus se mouentibus, Iurisconsulti ex interpretatione etiam ad alias res mobiles, quæ se mouent, extenderunt, & ad res soli: vide Cæpol. *in l. 1. ff. hoc tit. à n. 4. & n. 20.* vbi pro libris venditis, pannis, tignis, & aliis rebus mobilibus edictum habere locum, docet Greg. Lop. *l. 65. gloss. 1. tit. 5. part. 5.* vbi idem pro libro corrupto, Caballin. *d. tract. cap. 2. n. 49.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. nu. 48. vers. idem est si quis vendat pannos, libros, vel similes res mobiles vitiosas,* Campeg. *de testib. reg. 423. vers. secundò quando venditur liber,* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 21. cap. 21. num. 5.* Surd. *decis. 146. num. 7.* Gabr. Pereira *d. decis. 74. n. 4.* vbi pro fundo vitioso, tigno, vel alia quauis re inanimata redhibitoriam concessam esse dicit Rot. *decis. 833. num. 1.* apud Farin. *in nouissim. cent. 7.* aliàs *part. 4. diuers.* vbi fuit dictum vtilem redhibitoriam locum habere, etiam in libris, in quibus licèt non concurrat qualitas morbosi, vel vitiosi, propter quam datur emptori redhibitoria directa; tamen si propter vitium latens expediat eos non habere, vt multum impediatur eorum vsus, competit redhibitoria, & subdit in casu illic deciso quòd cùm liber fuerit emptus pro pretio satis notabili, videlicet duorum millium centum & quinque scutorum, ad effectum vt typis excuderetur pro vsu Ecclesiæ; & ex depositione peritorum & testium, & ex decreto sacræ Congregationis Rituum constet esse ita refertum erroribus, & varietatibus, vt imprimi non possit, & sic non possit ob ea vitia seruire ad vsum destinatum, ideo locum esse vtili redhibitoriæ nō potest dubitari, duplicatur *deci. 136. n. 1. post lib. 2. cōs. Farinacij,* Thom. Acti. *de priuil. infirm. rub. c. 6. n. 1.*

Aliqui sunt casus, in quibus redhibitioni non est locus, & exceptiones aduersùs emptorem redhibitoriâ agentem opponi possunt. 5

Primus est, si venditor vitium, vel morbum rei venditæ emptori clarè, rectè, & specificè manifestauit. *l. 1. §. 1. ff. hoc tit. l. quæritur 14. §. si venditor, ff. eod.* Caballin. *in tract. huius tit. c. 2. n. 20.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. n. 48. circa finem,* Morla *d. tit. 9. in præmiss. n. 43. vers. quo fit.*

Secundus casus est, quando morbus erat manifestus & patens, vt quia equus erat cæcus, vel claudus, vel alium morbum similem habebat, *d. l. quæritur, §. fin. l. si tamen 48. §. in ædilitiis, ff. hoc tit.* Cæpol. *in d. l. quæritur. 14. §. si nominatim à n. 1.* Caballin. *d. cap. 2. n. 22.* Ant. Gom. *d. n. 48. vers. & idem est quādo.* Surd. *decis. 146. n. 1. & 2.* vbi de redhibitoria æquæ venditę, quam antiquo dolore laborare emptor dicebat, & venditor excipiebat, quòd morbus equæ erat euidēs, & patens ex cicatrice, quæ erat omnibus eam inspicientibus manifesta, Morl. *d. n. 43.* Gabr. Pereira *Lusit. decis. 74. n. 30.* Molin. *de Iustit. tr. 2. disp. 353. n. 17.* vbi subdit in foro cōscientię contractū esse validum, & si æqualis sit, ad nihil teneri venditorem, nisi tempore cōtractus apertè illi constaret emptorē ignorare vitiū notabile rei ex se patēs, quia tunc in foro cōscientiæ teneretur admonere illū si res cum eo vitio notabiliter inutilis esset ad id, ad quod illā emit. Rebell. *de oblig. iust. p. 2. lib. 9. q. 8. n. 15. cum seqq.* vbi *n. 18.* resoluit quòd quamuis venditor nō obligetur ad declarādum vitium manifestū, vt quòd equus, quē vēdit, sit monoculus, cùm debeat præsumere non latere emptorē; si tamen illi constaret tale vitium nō esse emptori notū, vel quòd nō aduertit, vel quòd in ea negotiatione versatus nō sit, sub mortali, & obligatione restituēdi vēditor tenetur in consciētia aperire lib. ū.

Declara hunc secundum casum non procedere quando emptor supinè ignorauit, & venditor morbū sciebat, & illum non certiorauit, tunc enim dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, ita Azo. *in sum. huius tit. n. 24.* Cæpol. *in d. l. 1. in princ. n. 12. ver. præterea, ff. hoc tit.* Cabal. *d. c. 2. n. 23.* Greg. Lop. *l. 66. gloss. 1. tit. 5. p. 5.* Surd. *decis. 265. à n. 18. & decis. 146.*

num.

*num.*10.*&* 21.*verſ.quartò reſpondeo,*& *à num.*19.reſpondet ad text. *in d. l.quæritur* , *§.fin.* quòd debet intelligi quando eſt tale ſignum,quod per ſe manifeſtet vitium.Thor. *in compendio deciſ.Neapol.verbo equus venditus,in fine*, vbi ait fuiſſe iudicatum quòd vendens ſeruum cum collo ferreo,ad reſtitutionem pretij non tenetur,quia ſignum ſatis fugitiuum eſſe indicat. Quamuis contrarium, immo venditorem non eſſe in dolo in caſu propoſito, exiſtimauerit gloſſ. *verbo neſciens in l.*1.*ſup.hoc eod.tit.*& *ibi.*Bald. *n.*6.dum dicit venditorem ex eo,quòd tacuerit,non eſſe in dolo,quando vitium erat patens, cum crediderit emptorem ſcire,quod omnes ſciebant, & non eſſe fatuum;niſi gloſſæ & Baldi reſolutionem intelligamus in caſibus, de quibus *in l. ea quæ* 43.*ff. de contrah.empt.*& quando emptor aliàs in proprijs negotijs erat diligens, ad not. per Caballin. *d. cap.*2. *n.*23.*in fine*; & quando vitium non latebat,nec erat neceſſaria indagatio, & emptor non ignorabat ea, quæ videbantur, quia erat peritus in arte, Gabr.Pereira *d.deciſ.*74.*n.*30. & quando ſeruus legatus venalis in foro fuit expoſitus. *l. ſi tamen* 48. *§. ei qui ſeruum,ff.hoc tit.*Surd.*dec.*146.*n.*15.Et quando morbus, vel vitium erat tale quod cognoſci poterat, vt ſi emptor ſerui morboſi erat Medicus, vel equi mareſchalus, vel ſi liber Doctor, quia præſumitur ſciuiſſe, niſi emptor probaſſet ſe ignoraſſe, quia nunquam vidit ſeruum,vel equum,nec librum.nam tūc dabitur ei actio etſi ſupinè ignoraſſet,vt docent Cæpol.*in d.l.*1.*in pr.n.*15.*verſ.niſi emptor.*Surd.*dec.*146. *n.*2. Mant. *ſing.*250. vbi quòd mareſchalo ementi equum morboſum nulla datur actio, quem refert Arumin.Tepat.*var.ſent.tom.*2.*tit.*406.*cap.*2.*in fine*, turpe enim eſt alicui ignorare artem in qua verſatur, *l.* 2.*§.Seruius,ff. de origine iuris. l.profeſſio tua, C.de muneribus patrim.lib.*10.cum traditis à Gonz.*ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*4.*n.*76.

Declara deinde, eundem ſecundum caſum non procedere quando emptor,qui videt,aut ſcit animal eſſe morboſum , aut fugitiuum , ſtipulatur ſanum eſſe,vel non eſſe fugitiuum, quia tunc contra venditorem non obſtante quòd de morbo fuit certioratus, poterit agere ad intereſſe, *l.apud Celſum, §.item Labeo,ff.de doli except.* vbi de ſeruo fugitiuo,Surd. *conſ.*15.*à n.*17.*&* dec.265.*n.*20. Non obſtat quòd ſtipulatio non valet tanquam de re impoſſibili, *l.impoſſibilium,ff.de regul.iuris,l.non moriturum,C.de contrah.empt.*quia reſpondit Surd. *d.conſ.*15.*n.*18. venditorem promittere videri non factum ipſum, quod impoſſibile eſt , ſed intereſſe , ideo ſtipulationem committi reſpectu intereſſe.

7 Tertius caſus eſt quando vēditor ſeruum,equum, vel aliud quid vendidit,hoc pacto adiecto, quòd nō vult teneri de certo aliquo vitio,vel cauſa,*l.quæritur* 14.*§.venditor,ff.hoc tit.l.Hiſp.*66.*tit.*5.*part.*5. Rom. *ſing.*387.Alex.*conſ.*14.*n.*5.*vol.*5.Surd.*deciſ.*146.*n.*9. niſi venditor ſciret vitium , quod excepit , & de eo emptorem non certiorauit,tunc enim non obſtante quod de ſpeciali vitio dixit quòd nolebat teneri,actio emptori datur,Cæpol.*in d.§.venditor.n.*10. Surd. *d.conſ.*56.*n.*16.quod procedit etiam quando generaliter venditor dixit ſe nolle teneri de aliquo vitio, vel morbo,ſi venditor vitium, vel morbum ſciebat, quia etiam tunc non obſtante dicto pacto emptori actio redhibitoria datur;generalis enim pactio venditori vitium ignoranti tantum prodeſt, Cæpol. *in d.§.ſi vendit.n.*10.*col.*4. *verſ.ſi verò venditor ſciebat*, Greg.Lop. *l.*66.*gloſſ.*2.*tit.*5.*p.*5.

Vnde quando vēditor dixit equum morboſum,& vitioſum eſſe generaliter,& quòd eum vēdebat cum omnib.vitiis & morbis ſuis; vel dixit, Vendo equum, qui eſt maleſanus pro cœco,pro claudo,& qui dolet antè,& retro,& eſt totus plenus vitiis,& nolo teneri de aliquo:vel ſi interrogatus ab emptore ſi erat morboſus,aut vitioſus,vel ſi non interrogatus venditor dicat,iſte equus habet lumina effoſſa, eſt lunaticus, & recalcitroſus , &c. tunc ſi equus aliquod vitium, vel morbum patiatur , etiam ex his , quæ inter alia expreſſa fuerunt per venditorem , contra eum emptor agere poterit, quia fuit vſus dictis verbis cauſa decipiendi emptorem,Greg.Lop.*per text.ibi in l.*66. *gloſſ.*2.*tit.*5.*p.*5. *&* *l.*45.*gloſſ.*1.*tit.*18.*p.*3. Cæpol. *in d.§ ſi venditor n.*10.*in princ.*Ant.Gom.*d.c.*2.*n.*49.*in princ.* Caballin. *d.c.*2.*n.*24.Mexi.*in tract.taſſæ panis concl.*6.*n.*7.Surd. *conſ.*15.*n.*34.*&* *deciſ.*146.*num.*22. Moll.*in emporio iuris ciuilis p.*1.*tit.*9.*de contrah.empt. in præmiſſ.n.*43.Caroc.*dec.*46.*n.*32.Thor. *in compendio deciſ.Neapolit,verbo equus*, Guzman. *de euictionib.q.*61.*n.*24.

Vtpote ſub conditione venditum reſolui,&c.]Notatur ad hoc quòd in donationis contractu, etiamſi eius reſolutio pacta foret verbis directis,non tranſit dominium abſque traditione, cùm id ſpeciale ſit in pactis legis commiſſoriæ, & addictionis in diem, vt per Couar. *lib.*1.*var.cap.*14. *n.*3.*verſ.hanc verò*, ibi, *quartò etiamſi.* 8

Et redhibitoriam actionem, &c.] Ergo datur actio redhibitoria reſoluta emptione ad hoc vt venditor cogatur rem accipere , & pretium eidem emptori reddere, vt per Cou. *lib.*3.*var.cap.*8.*num.* 2. *verſ.& ideo iure hæc opinio.* Hieron.Gabr. *conſ.*66.*n.*3.*lib.*1. vbi ait loqui de actione danda emptori ad pretium, non de ea , quæ venditori datur ad rem venditam, Card.Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.*4.*tit.*32. *num.*60.*&* 71. 9

In gloſſ. *Sub conditione*.ibi, *ſcil.reſolutiua*,&c. Et ideo actū non ſuſpendit,nec eum facit conditionalem,ſed tantùm ex euētu ipſius eum reſoluit,vt per Tiraq. *de retract.u conuent.§.*2.*gl.*1.*n.*74.*cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *In Redhibitoria emptor probabit ſeruum eſſe fugitiuum.*

2 *Res multæ ſi ſimul emantur, & vna tantum ſit vitioſa,ita vt redhibenda veniat,quid.*

L. Habito ſemel. V. & vlt.

Impp. GRAT. VALENT. *&* THEOD. AAA. *Nebridio P.V.*

IN redhibitoria emptor probabit ſeruum fugitiuum eſſe. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.*1.*num.*1.*ſupr.hoc tit.* 1

Vide Rebell. *de oblig.iuſt.p.*2. *lib.*9.*q.*8. *n.*28. vbi per hunc text. reſoluit ſi venditor non declarat ſeruum eſſe fugitiuum , quia ignorat , non tenetur ad damna ſubſequuta , conceditur tamen contra illum actio,quanto minoris,& redhibitoria. De ſeruo fugitiuo vide poſita *in collect.ad l.*1.*ſup.hoc cod.tit.*

Nota quòd ſi multæ res ſimul emantur, & vna tantùm vitioſa ſit,itaut rehibēda veniat,tunc ſi reliquæ adeò cum ea ſint cōnexæ,vt dura ſit ſeparatio vnius ab aliis , puta ſi plures ſerui ad miniſterium aliquod ſimul ſint empti,& reliqui,ſine vllo illorum præſtare illud non poſſint, tūc diſſoluitur contractus quoad omnes,etſi ſingulæ illæ res diſtinctis pretiis emptæ ſint : ſi verò non habeant talem connexionem,tunc illa tantùm eſt redhibenda, quæ reperitur vitioſa 2

ton. Gom. *d.c.2.n.30. in fine*, Ioseph. Ludou. *Peruf. decis.33.* Morl. *d. quaest.14.num.6. in fine*, Molin. *de Iustit. tract.2. disput.378. vers. conueniunt*, Cardin. Mantic. *d.tit.29.num.2. cum seqq.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §.1.q.7. part.2. ampl.2. num.4. vers. primus.*

11 Nota secundò venditorem, qui semel elegit agere ad rescissionem contractus, vel ei stare, non posse variare, *l. si fundus 4. §. eleganter, & l. post diem, ff. de lege commiss.* Morla *d.tit.9.q.14.n.6. circa fin.*

12 Nota tertiò resoluto contractu ex pacto legis commissoriæ, quòd emptor tenetur fructus ex re empta perceptos venditori restituere. *l. si fundus 4. ff. de lege commiss.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.25. c.17.n.10.* Greg. Lop. *l.38. gloss.6. tit.3. p.5.* Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, n.56. vers. vlt.* Felician. *de censib. lib.1.c.6.n.5.* Card. Mantic. *d.tit.29. num.27.* Gutier. *de gabell. q.10.n.13. in med.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §.1.q.1. num.483.* vbi ampliat etsi pactum esset conceptum verbis obliquis, seu inflexis, *& eod. §.1.q.7. part.2. ampl.12. num.4. vers. primus casus.*

13 *Sed vsurarum pretij*, &c.] Notatur ad hoc quòd venditor tacitè videtur à lege commissoria recessisse si post præstitutum diem vsuras pretij petierit, quia per petitionem vsurarum huic legi renuntiasse intelligitur, vt per Cardin. Mantic. *d. lib.4. tit.29. n.19.*

14 vbi *num.17 per l. post diem, ff. de lege commiss.* resoluit quòd venditor si post diem præstitutum pretium petat, huic lege renuntiasse videtur, nec ampliùs ad eam redire potest.

15 De pacto legis commissoriæ in pignoribus, dixi commodiùs *in collect. ad l.1. & 2. C. de pactis pignor.*

SVMMARIVM.

1 *Vsuras deductas in pactum iuxta contractum in continenti appositum, iure actionis deberi. debitas ex pacto, ex interuallo impetrari iudicis officio,* num. 2.

3 *Fructus & vsuras deberi à tempore moræ.*

4 *Debitor non statim facta interpellatione modo assignato in mora constituitur, sed necesse est tempus aliquod transeat arbitrio iudicis. An autem vna sufficiat interpellatio extraiudicialis, vel plures requirantur ad constituendum debitorem in mora, remissiuè,* num. 5.

L. Initio venditionis. V.

Imp. GORDIANVS. A. *Longino.*

1 VSuræ deductæ in pactum iuxta contractum in-
2 continenti appositum, iure actionis debentur. Ex pacto ex interuallo debitæ, iudicis officio impetrantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1. n.1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol.40. verso.*

3 *Debere ex mora dumtaxat vsuras*, &c.] Ergo à tempore moræ debentur fructus, & vsuræ, vt per D. Barbos. *in leg. si mora 10. num.73. ff. soluto matrim.* Et nota quòd ad constituendum debitorem in morà taliter quòd veniant vsuræ, siue interesse quanti plurimi, æstimatio est facienda, nulla facta distinctione an contractus sit stricti iuris, vel bonæ fidei, à tempore moræ commissæ per extraiudicialem interpellationem, ita gloss. *verbo cùm petitum esset*, & ibi Doctor. *in l. vinum 22. ff. si certum pet.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub.4. §.2. verbo sera suffisamment interpella, n.7.* Greg. Lop. *l.8. gloss.4. tit.1. & l.18. gloss.4. tit.11. part.5.* Ioan. Garcian. *reg.118.* Menoch. *de arbitr. casu 220. num.28.* Mascard. *de probat. concl.934. n.35. & concl.1071. num.10.* Hect. Felici. *in tract. de societ. cap.24. num.8. & 9.* Hercul. Marescot. *var. resol. lib.2. cap.24. num.4.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito part.1. tit. de culpa depositarij n.43.* Gutier. *de iuram. confirm. part.1. cap.56. num.7.* D. Barbos. *in d. l. mora par. 2. num.10.* Sigism. Scacc. *de commerc. §.1. quaest.7. part.2. ampl.8. num.106. cum seqq.* Gasp. Roderic. *de pragm. agricol. lib.3. cap.4. num.10.* Castill. *controuers. lib 2. cap.1. num.59.* Quamuis interpellationem iudicialem per litis contestationem necessariam esse in contractib. stricti iuris, existimauerint Olan. *in reduct. antinom. lit. O, n.2. & 3.* Fachinæ. *controu. lib.2. c.64.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p.1. tit.8. in præmiss. num.71.* nisi istorum opinionem capiamus quando interesse quod petitur, officio iudicis debetur, tunc enim contestatio litis est necessaria ad constituendum debitorem in mora; nam prima sententia absque dubio procedit quando petitur interesse iure actionis, vel obligationis: vt optimè distinguunt Marc. Ant. Bauer. *in tit. de mora p.1. n.19.* Gutier. *d. c.56. n.6.* Marescot. *d. c.124. n.5.* Mascard. *d. conclus. 934. n.39. & concl.1071. num.15.* Sigism. Scacc. *dict. ampl.8. n.108. & 109.*

Facta interpellatione modo assignato non statim debitor in mora constituitur, sed necesse est quòd transeat tempus aliquod arbitrio iudicis, ita Osasch. *decis.71. num.50.* Eman. Suar. *in thesauro recept. sent. verbo mora num.216.* Menoch. *de arbitr. casu 36.* Vincent. Caroc. *in tract. de deposito p.1. tit. de culpa depositarij num.48.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.42. num.35. & 36.* Vtrùm autem vna sufficiat interpellatio extraiudicialis, vel plures requirantur ad constituendum debitorem in mora, vide Cassan. *citato loco*, Tiraq. *de retractu lig. §.9. gloss.3. num.23.* Cacheran. *decis.21. in princ.* Menoch. *de arbitr. casu 220. num.19.* Marescot. *d. lib.2. c.24. n.3.* Vincent. Caroc. *in tract. de oblation. part.2. quaest.6. num.3. cum seqq.* D. Barbos. *in dict. l. si mora, part.2. num.9. & 10. ff. soluto matr.* Castill. *dict. lib.2. cap.1. num.61.* Nicol. Genoa *in tract. de verbis enunciat. lib.2. quaest.19.* Pichard. *in tractat. de mora num.46. & 52.* 4 5

SVMMARIVM.

1 *Pactum substantiale si non seruatur, quicquid est actum rescinditur.*

2 *Contractus nominatus ob defectum finalis causa corruit.*

3 *Venditor per viam actionis ad contractus rescissionem agere potest, quando deficit illud, quod mouit principaliter.*

4 *Pactum appositum in venditione, sine quo non fuisset celebrata venditio, nisi seruetur, venditio resoluitur, & contrahentes ab ea possunt discedere, causa finalis in hoc casu quæ,* num. 5.

6 *Pactum si non dedit causam contractui, non potest rescindi, etsi non seruetur, sed tantùm datur actio ad interesse. intellige vt* num. 7.

8 *Venditio non debet censeri facta fuisse eo tantùm pretio quod venditioni attributum est, sed posset rescindi ob eam rem, cuius contẽplatione facta est.*

9 *cessante causa Contractùs etiam nominati, ipse contractus cessat.*

L. Cùm

L. Cùm te fundum. VI.

Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERAN. AAA. *Rimulo.*

1 SI non seruatur substantiale pactum, rescinditur quicquid est actum. Colliguntur ex Ordinar. Doctor. citati *ad l.1.num.1.supr.hoc tit.* Aloysi..eo *in 4 fol.40.verso.*

2 Notari solet ad hoc quòd contractus nominatus corruit ob defectum finalis causæ, vt per Cauet. *consil.192.num.22.* Franc.Bec.*cons.45.num.27.* Boër.*decis.45.num.29.* Roland.*cons.69.à num.37.lib.4.* Surd. *dec.120.num.19.* vbi quòd absque dubio procedit si vtrumque concurrat, putà quòd deficiat causa finalis, & quòd ad rescissionem deueniatur excipiendo, Stephan.Gratian. *Marchia decis.13.n.3.& dec.16. num.22.& discept.forens.c.207.num.26.& cap.35 5. num.16.& cap.528.num.5.* Caroc. *decis.76.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.conuent.lib.4.tit.25.n.6.* Gregor. XV. *decis.130.n.4.* vbi dicit quòd quando implementum respicit causam finalem, contractus etiam nominatus per eius defectum rescinditur. Cald.Pereira *de empt.& vendit.c.23.n.22.* D.Barbos. *in l.de diuisione 5.num.50.vers.ex quo,ff.solut matr.* vbi agit de interpretatione *l.Lucius Titius,f.de act. empti*, & improbat opinionem eorum, qui tenent ibi pretium, & eius vsuras peti posse à venditore, dicens emptorem solum agere posse ad rem emptam & fructus, vel ad vsuras si res empta est fructifera, &

3 non ad rescissionem contractus, Franc.de Sousa *in repet.§.actionum,n.33.Instit.de actionib.* Giurb. *decis. 115. n.10.* vbi quòd per viam actionis ad rescissionem contractus agere potest venditor quando deficit illud, quod principaliter mouit.

4 Et magis communiter solet allegari ad hoc quòd si non seruetur pactum appositum in venditione, sine quo non fuisset venditio celebrata, venditio resoluitur, & contrahentes ab ea possunt discedere, vt per Corn.*cons.101.n.8.& 17.lib.1.& cons.102.n.25.* Socin.sen.*consil.26.n.4.lib.3.* Alciat.*cons.69.num.14. lib. 8.* vbi dicit quòd si non obseruantur ea pacta quæ dederunt causam contractui, promissor etiam in contractibus nominatis non tenetur implere contractum, sed omnia infirmantur, *c.1.§.sed non est alia, quæ fuit prima causa benef.amitt.* Bald.*cons.464. n.1.lib.1.& cons.375.lib.2.* Crauet.*cons.192.num.22. & cons.199.num.1.* Franc.Bec.*cons.45.num.29.* Roland.*cons.69.n.40.lib.4.* vbi ex *num.6.* extendit etsi in vno ex minimis capitulis deficiat, Caballin. *de euictionib. in vlt.addit.lit.L, vers.secundò limita.* Et hinc Menoch.*cons.156. num.16.* resoluit per hunc text. quòd in contractibus, quorum vnus sine altero non fuisset celebratus, si vnus contrahentium non satisfacit, totus ipse contractus volente aduersario rescinditur.

5 Causa finalis in hoc casu dicitur illa, sine qua quis aliàs non esse contracturus, vt colligitur ex hoc text. Roland. *cons.69.n.38.& 39.lib.4.* vbi causam finalem dicit, quæ respicit omnem dispositionem, & ad illam generaliter influit, vel sine qua quis aliàs non esset facturus, vel eo modo nisi fuisset illa causa, Surd. *cons.563.sub n.4.vers.& in prædictis*, Beltramin. *ad Greg.XV.decis.130.num.7.* Card.Mantic. *d.tit.12.num.54.vers.verùm planè*, vbi causam finalem etiam dicit quando quis aliàs fuisset contracturus, sed non eo modo, vt puta, volebam ego vendere fundum meum iusto pretio, sed minori pretio vendo ob aliquam causam, quæ respicit meum modum, & illa dicitur causa finalis vendendi minori pretio, *l.fundi partem,ff.de contrah.empt.* sed non est causa finalis vendendi, & in hoc casu defectus causæ parit condictionem ob causam in contractibus innominatis.

Si verò pactum non dedit causam contractui venditionis, non potest rescindi, etsi non seruetur, sed tantùm datur actio ad interesse, ex *l.ea conditione,C. de rescind.vendit.* quam sic interpretantur, & ad concordiam reducunt cum nostra hac l.gloss. & Albet. *in l.pacta conuenta,C.de contrah.empt.* gloss. *in l.fin. C.de condict.ob causam.& ibi* Bart.*num.1.* & Paul.*ad finem*, & ita communiter resoluere Doctores dicit Alexand.*ibid.num.8.* Ias.& Curt.quos & alios refert Pincl. *in rub.C.de rescind.vendit.part.2. cap.2.n.19.* vbi *à num.14.* incipit agere de intellectu huius text. Cardin.Mantic. *d.lib.4.c.24.n.9.* 6

Intellige nisi ope exceptionis de non implemento opponatur, nam tunc rescinditur contractus etiam nominatus, *l.1.§.circa, ff.de doli mali except.l. Iulianus,§.offerri,& l.qui pendentem,ff.de action.empti,l.quæro.§.inter locatorem,ff.locati,* Alex.*cons.105. num.12.vol.3.* Roland. *cons.53.a n.22.lib.1.& consil.69.a num.6.lib.4.* qui in contractu locationis, & conductionis loquuntur, Crauet. *cons.192.num.22.* Surd. *decis.314.à num.17.& cons.13.num.22.& 23. & cons.63.num.36. & cons.563. n.4.& 5.* Menoch. *cons.1178.num.11.* Stephan.Gratian. *Marchia dec. 13.num.3.in addit.& discept.forens.cap.207.num.29. & cap.355.num.1.* Fachinæ.*controuers.lib.2.cap.4.in fine,* Caroc.*decis.76.n.11.* Giurb. *decis.100.num.32.* Cardin.Mantic. *dicto titul.12. num.53.& titul.16. num.15.* 7

Notatur etiam ad hoc quòd venditio non debet censeri facta fuisse eo tantùm pretio, quod venditioni attributum est, sed posset rescindi ob eam rem, cuius contemplatione facta est, vt per Tiraq. *de retractu lign.§.1.gloss.18.n.69.* 8

Notatur etiam ad hoc quòd cessante causa contractus etiam nominati, cessat ipse contractus, vt per Tiraq. *in tract.Cessante causa,p.1.n.58.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd res sit inempta, reddito pretio validum est, nec tollitur rescripto*, & n.4.

2 *Dilatio vim contractus perimens, non potest rescindi per rescriptum in forma communi impetratum.*

3 *ad Actionem consequendam non sufficit oblatio, sed consignatio, & depositio.*

L. Si à te. VII.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Musæo.*

PActum quòd res sit inempta, pretio reddito validum est, nec tollitur rescripto. Dilatio vim contractus perimens non potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum. Ad actionem consequendam non sufficit sola oblatio, sed consignatio, & depositio. Colligitur ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1.supr.hoc tit.* 1 2

De materia, & intellectu huius text. vide Bald. *in l.acceptam,num.15. de vsur.* Cassan. *cons.41. num.7.* Boër.*decis.124.num.24.& 25.* Hippolyt.Riminald. *cons.5.num.71.lib.1.* existimantes in casu huius text. pactum ita fuisse conceptum vt soluta pecunia fundus 5 4

dus esset ineptus, & sic agi de rescindendo contractu iam facto, quo casu ad rescindendum vltra oblationem necessaria erit depositio, & consignatio, quia cùm agatur de rescindendo contractu, pretium acceptum debet cum effectu restitui per illum, qui rescisso contractu vult suam rem habere, *l.3.C.de iure fisci, lib.*10. & consequenter requiritur oblatio, depositio, & consignatio, quæ loco solutionis sunt, *l.obsignatione, C.de solution.* sed si non agatur de rescindendo contractu, sed de contractu de nouo inducendo, vel confirmando, tunc sola oblatio purificabit conditionem, & consequenter ex eo contractu tanquam iam purificato, daretur actio, vt probatur *in l.2.suprà hoc eodem tit.* Sed aliter intelligit D. Barbos. *in l.si mora* 10.*n.*69.*&* 70.*ff.soluto matrimonio*, vide apud eum.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio illa rata habetur, quæ contractus tempore intercedit inter partes.*

2 *Pacta nisi contrario pacto tollantur, seruanda sunt,* & num.3.

4 *Emptio & venditio accipiunt legem à conuentione partium, & in ea id comprehenditur, quod actum est inter partes.*

L. Tempore. VIII.

Iidem AA. *&* CC. *Auxanoni.*

1 Conuentio illa rata habetur, quæ contractus
2 tempore inter partes intercedit. Pacta nisi contrario pacto tollantur, seruanda sunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem quoad secundam eius partem ex hoc text. desumit Cardos. *in praxi iudic. & Aduocat. verbo Emptio, n.*52.

4 *Habitam conuentionem integram seruari,* &c.] Emptio enim & venditio à conuentione partium legem accipiunt, & in ea id comprehenditur, quod inter partes actum est, *l.1.§. si conueniat, ff.depositi, l.contractus, ff.de regul.iur.* Afflict. *dec.*293.*in* 3. Roman. *cons.*475.*n.*8. Roland. *cons.*92.*n.*14.*vol.*2. Rot. Genuens. *dec.*14.*n.*8.*&* 9.*& dec.*97.*n.*2. Magon. *Flor. decis.*62.*num.*7.*& decis.*67.*n.*4. Amatis *decis.*1.*n.*2. Menoch. *cons.*477.*n.*7. Eugen. *cons.*37.*num.*1.*vol.*1. Surd. *cons.*383.*n.*6.*& cons.*389.*num.*26.*& dec.*260. *n.*31. Seraph. *de priuileg.iuram.priuil.*84.*n.*7. Morl. *in emporio iuris ciuilis p.*1.*tit.*9.*q.*20.*n.*4. Gratb. *dec.* 111.*à n.*14.*& dec.*113.*n.*17.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quòd in loco vendito non possit condi monumentum, validum.*

2 *Prohibitio de non alienando an impediat dominij translationem in contractibus.*

3 *Pactum ne aliquæ res deueniant ad Ecclesiam, an sit validum.*

L. Si quis ita IX. & vlt.

Imp. IVSTINIAN. A. *Ioanni P.P.*

1 Valet pactum quòd in loco vendito non possit condi monumentum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

Et hunc text. cui similis *in l.ea quidem, C.si mancipium, & in l.si creditor, §.fin. ff.de distract.pign.* tenet gloss. *verbo licentiam, in auth. vt de cætero, collat.* Crot. *num.*94.*in l.filiusfam.*117.*§.diui el* 2.*ff. de leg.*1. vbi Alber. *num.*87. Curt.iun. *in auth.res quæ, C.commun. de legat.* prohibitionem scilicet de non alienando etiam in contractibus, impedire dominij translationem. Sed veritas est in contrarium, 2
imò quod prohibitio de non alienando in contractibus, non impedit dominij translationem, sed solùm agi potest ad interesse pacti non seruati per actionem personalem ex contractu, vt *in l. si ita quis* 135.*§.ea lege, ff.de verb.oblig.& in l.3.C.de condict. ob causam* cum similibus, de quibus latè Ant. Gom. *l.*40.*Tauri n.*12.*& tom.*2.*var.c.*2.*n.*20.*& seq.* Gam. *Lusit.decis.*356. Donell. *in d.§.ea lege, n.*3. Robert. *lib.*3.*sent.c.*24. Qua sententia retenta non obstat text. *in præsenti*, quia respondetur solùm hîc probari validum esse pactum appositum in traditione rei meæ, vt ibi non liceat locum illum religiosum, vel sacrum facere; licèt enim aliàs inualidum videatur ex reg. *l. pen. ff. de pactis*, tum quia videbatur contra libertatem Ecclesiæ & religionis, valet tamen ex reg. *l.in traditionibus, ff. de pactis*, & ex iis, quæ post alios Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem* §. 16. *num.*12. An autem ex huiusmodi pacto impediatur dominij translatio, hîc non agitur: ideo secundùm regulas dicendum est non impediri, sed tantùm agi ad interesse, vt *in d.§.ea lege*, & ita est communis intellectus huius text. cum similibus ex citatis ab Ant. Gom. *d.l.*40.*Tauri n.*17. Robert. *dict.lib.*3.*cap.*24.*in fine.* Similiter ad text. *in l.fin. sup. C. de rebus alien. non alien.* respondetur solùm ibi agi de significatione verbi, *alienare*, vt ex littera patet, docétque text. ille quòd siue id verbum à lege, siue à testatore, siue à contrahentibus, proferatur, comprehendit sub se omnes alienationis species, & quoad hoc fit æquiparatio, de qua ibi: an verò ea prohibitio impediat dominij translationem, ibi non agitur; ideo facienda est differentia, cùm detur diuersa ratio. Ad *d.l.ea quidem, C.si mancipium*, communis solutio est regulam illam non procedere in alienatione irreuocabili, planè manumissio, de qua ibi, irreuocabilis est. *l.Imperatores, ff.de manum. test.* qua ratione pactum, vt non liceat rem sacram, vel religiosam facere, etiam in contractibus impediet dominij translationem, cùm alienatio irreuocabilis sit, iuxta reg. *semel Deo, in* 6. Ita Bart. *in d.§.ea l.n.*4.*& in l.filiusf.§.diui, n.*14.*ff.de leg.*1. communis ex citatis ad Ant. *d.l.*40.*Tauri n.*16.*in fine.* Sed multo meliùs dici potest, in illo tit. cum duobus præcedentibus agi de tribus pactis, ob quæ dominij translatio etiam in contractibus impeditur, quia ita constitutum fuit ob iustas & speciales rationes, scilicet *in tit.C.si seruus exportan.* ne seruus veterator cæteros corrumpat in eo loco, *in tit.si mancipium ita venierit*, ne prostituatur fauore castitatis; & tandem in seruo vendito, vel legato, vt in d. alio tit. *si mancipiũ ita fuerit alienatum*, &c. idque ex ratione text. *in l.fin. C.qui ad libert.peruenire non possunt*; qui quidem intellectus colligitur ex text. *in l.*4.*§.in illis, de manumiss.* notat Salicet. *l.*3.*n.*2.*in fine, C.de condict.ob causam*, Loaz. *n.*125. & Ripa *n.*86.*in §.diui.*

In gloss. *Permanere.* ibi, *vt possit agere ad interesse,* &c. Communiter recipitur hic intellectus glossæ, ex Alexand. *in d.l.filiusfamil.* §. *diui, num.*6. *Rip.n.*86. & Ias. *lect.*2.*num.*112.*&* 120.*ff.de legat.*1. & eodem Ias. *in dict.l.si ita quis, §.ea lege, num.*34.*ff.de verborum oblig.* Palat. *in dict.repet.rubr.de donat.inter virum*

3 *rum & vxorem*.§.16.*num*.13. Et confirmatur, quia in hoc text. principalis dubitatio erat an valeret pactum de quo *ibi*, quia videbatur esse contra libertatem Ecclesiæ, iuxta *cap.fin.de immunit. Eccles.lib.6.* nihilominus tamen deciditur valere cùm tantùm prohiberetur certam rem ad Ecclesiam deuenire, quod non est contra illius libertatem, arg. *l.cùm ita* 62.*ff.de condit.& demonst.* Bald.*hic n.*5. Ruin.*in d.§.dius, col.*40.*in fine*, & *ibi* Crot.*n.*43. iuxta quem intellectum colligitur valere pactum ne aliquæ res deueniant ad Ecclesiam, de quo notabiliter agunt Andr. Sicul. *cons.*46.*lib.*3. Palat. *d.§.*16.*n.*13. Cald. Pereira *quæst.forens.lib.*1.*q.*23.*n.*4.

Si seruus exportandus veneat.

Tit. LV.

HOc titulo & duobus sequentibus, proponuntur pacta quædam de mancipiis venditis. Hoc igitur titulo declarantur effectus pacti, vt seruus venditus exportetur. Scripserunt in rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia Petr. Gregor. *syntagm.iuris lib.*25.*cap.*17. *num.*15.

SVMMARIVM.

1 *Emptor serui exportati potest eum manumittere antequam rumpatur fides.*
2 *Pactum manus iniectionis, item vt quis capiat seruum, licitum est.*
3 *Pactum manus iniectionis, remissiuè.*
4 *Manus iniectio quid*, & num.5.
6 *Pactum quod seruus exportetur, & ad locum, seu ciuitatem non reuertatur, validum.*
7 *ex Venditione cum pacto manus iniectionis si seruus non fuerit exportatus, semel debita gabella non repetitur, etsi ob non obseruantiam pacti seruus reuertatur ad venditorem.*
8 *in Pacto manus iniectionis non transferri dominium in venditorem ipso iure ante manus iniectionem contrarium*, num.9.

L. Lege venditionis. I.

Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. *Petroniæ.*

1 EMptor serui exportati potest eum manumittere
2 antequam fides rumpatur. Pactum manus iniectionis, item vt quis capiat seruum, licitum est. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Cuiac. Donell. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.*& Ximen. *in concordant.*
3 De pacto manus iniectionis vide *l.*11 *tit.*47.*tit.*5. *part.*5. vbi Greg Lop. *gloss.*1. Brison. de Hotoman. *de verbis iuris, verbo Manus*, Myns. *cons.*98. Tiraq.
4 *de retract. lig* §.19.*gloss.*3.*n.*54. vbi explicat manus iniectionem esse, cùm nulla expectata iudicis auctoritate nos ipsius veluti ius dicentes personam quampiam, aut rem nostram, vel nobis debitam apprehendimus, vel sistimus. Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sua facilitate num.*47.*C.de in integ.rest.*
5 *minor.* vbi ait quòd est pactum manus iniectionis,

Barbos. Collect. in Cod. Tom. II.

cùm in contractu reseruatur venditori facultas capiendi, vel vendicandi seruum propria auctoritate si contra pactum venditionis exportetur, idem Cald. Pereira *in tract.de empt.& vendit.c.*25.*n.*43. vbi ait text. *in præsenti cum l.seq.* specialiter loqui, & procedere in seruis, & ancillis eo pacto venditis, vt ad locum, seu ciuitatem non reuertantur, sub pœna iniectionis manus, quæ quidem conuentio seruanda est, quoniam partem pretij continet, & per eam seruus in pristinam naturam, & seruitutem restituitur; & deinde tenet præter hunc casum specialem in seruorum distractione constitutum, à tertio possessore non posse dominum vendentem vendicare, &
propria auctoritate sibi ius dicere. Et sic resoluit 6
Petr. Greg. *syntagm.iuris lib.*25.*c.*17.*n.*15. valere pactum quòd seruus exportetur, & ad locum, seu ciuitatem non reuertatur, aliàs quòd possit eum venditor capere, & in seruitutem redigere.

Ex venditione cum hoc pacto manus iniectionis 7
si seruus non exportatus fuerit, semel debita gabella non repetitur, etsi ob non obseruantiam pacti seruus ad venditorem reuertatur, vt per Lasarte *de decima vendit.c.*14.*n.*35.

In gloss. *Denegatur, fin. ibi, vel demum*, &c. Nota- 8
tur ad hoc quòd in hoc pacto manus iniectionis non transfertur dominium in venditorem ipso iure ante manus iniectionem, vt per Greg. Lop. *l.*47.*gl.*1. *tit.*5.*part.*5.*gloss.vlt.in l.traditionibus, Cod.de pactis*,
vbi Curt. *num.*19. & Gozadin. *num.*8. Sed contra- 9
rium defendit Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, num.*57.*vers.quod tamen*, vbi ex eo ipso ipse dominium in venditorem transire dicit, sicut ex pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem; ea motus ratione, quia hoc pactum non vidit quòd alterius effectus sit, quàm rei vendicationis, quæ tanquam actio realis datur in quemcuoque possessorem: sed posset videre quòd antea dixerat, scil. quòd virtute huius pacti potest venditor propria auctoritate ius sibi dicere; & rem capere à quocunque possessore, quòd agenti rei vendicatione non licet.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionali quis contentus esse debet; legalis autem applicatur fisco.*
2 *Stipulatione pœna applicanda parti, non tolli pœnam fisco applicandam.*
3 *Pactum manus iniectionis, remissiuè.*

L. Si vt II.

Iidem A A. *Nedieno.*

POEna conuentionali quis contentus esse debet; 1
legalis autem fisco applicatur. Stipulatio pœnæ 2
applicandæ parti non tollit pœnam fisco applicandam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1. *supr.hoc tit.*
De pacto manus iniectionis, vide posita *in collect.* 3
*ad l.*1.*sup.hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Ancilla contra pactum manumitti nequit.*
2 *Pactum de exportando vbi solùm interuenit, solus fiscus agit.*
3 *Pactum quòd seruus non possit manumitti, validum intellige*, vt num.4.

L. Ancilla. III.

Imp. ALEXAND. A. *Nonio.*

1 ANcilla contra pactum manumitti non potest.
2 Vbi solum pactum de exportando interuenit, solus fiscus agit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. num. 1. suprà hoc tit.*

3 Nota quòd pactum quòd seruus non possit manumitti, validum est, cùm ob id offensam domino factam appositum præsumatur, vt per Greg. Lopez
4 *l. 46. gloss. 2. tit. 5. p. 5.* Intellige nisi contrarium appareat, quia vna præsumptio aliâ tollitur, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, n. 146. C. de reuocand. donat.* Surd. *cons. 112. n. 72. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 1250.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 30. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Talis quis esse præsumitur, qualis in habitu reperitur*, & num. 3.
2 *Delictum execrabile grauius puniri ad exemplum alterius.*
4 *Clericus an & quando præsumatur ex habitu clericali.*
5 *Rem quamcunque iudicari secundùm præsentem statum.*
6 *Patria cuique dulcissima.*
7 *à Patria exulare durissimum, & ab omni humanitate alienum.*

L. Moucor. IV.

Idem A. Papiæ.

1 TAlis quis esse præsumitur, qualis in habitu re-
2 peritur. Item delictum execrabile grauius punitur ad alterius exemplum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text. desumit Menoch. *de præsumpt.*
4 *lib. 6. præsumpt. 76. num. 10.* vbi *à num. 7.* discutit an & quando Clericus quis præsumatur ex habitu clericali.

5 Notatur ad hoc quòd quæcunque res iudicatur secundùm præsentem statum, vt per Mascard. *de probat. concl. 1194.* aliàs *1200. n. 40.*

6 *Ne in patria moreris*, &c.] Quia patria cuilibet est dulcissima, vt per Mascard. *de probat. concl. 1170.* aliàs *1175. num. 25.* vbi allegat hunc text. Cassan. *in catalog. gloriæ mundi, p. 12. consid. 17.* Auiles *ad cap. 1. Pratorum, verbo tierra, num. 13.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. litt. P, concl. 133. num. 1.* Mart. Cutel. *de donat. inter patrem & filium, tractat. 1. disc. 2.*
7 *part. 11. num. 72.* Ideo exulare à patria durissimum est, & ab omni humanitate alienum, Anchar. *cons. 75. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas cui ex pacto interdicitur, eidem Romana interdicta videtur.*
2 *Exulans à patria, vel oppido, vnde originem ducit, eo ipso exulat etiam ab vrbe Roma, vti patria omnium communi.*
3 *Patria cuique charissima.*
4 *Patriam suam relinquere vnicuique impium est.*

L. Qui exportandus. V. & vlt.

Idem A. Seraphino.

CVi ex pacto interdicitur ciuitas, eidem Roma- 1
na interdicta videtur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *in 4 fol. 41.*

Probat hic text. quòd qui exulat à patria, vel op- 2
pido, vnde originem ducit, eo ipso exulat etiam ab vrbe Roma, vti patria omnium communi, vt per Marian. *in cap. vltim. num. 13. de foro compet.* Albertic. *in l. Roma, n. 3. ff. ad municip. & in diction. verbo Roma*, Farinac. *fragment. crimin. part. 1. litt. D, n. 197.* quos refero *in mea praxi exigendi pensiones, quæst. 6. num. 57. in fine.*

In gloss. *In Italia.* Notantur ad hoc quòd nemo 3
est cui patria sua non sit charissima, vt per Azeued. *l. 14. num. 27. tit. 3. lib. 1. noua Recop. pag. 68*, vbi citat hanc gloss. Vnde impium est cuilibet patriam suam 4
relinquere, Mascard. *de probat. conclus. 1170.* aliàs *1175. num...*

Si mancipium ita venierit ne prostituatur.

TIT. LVI.

HIc declarantur effectus pacti, vt seruus venditus non prostituatur. Scripserunt in hanc rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide *l. 47. tit. 5. part. 5.* vbi Gregor. Lopez *in gloss. fin.* eundem Gregor. Lopez *l. 4. tit. 22. part. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum ne ancilla prostituatur, est in rem, & afficit quemcunque possessorem.*
2 *Contra Pactum proprium, modò sit honestum ac licitum, venire nemo potest vt committatur impudicitia.*
3 *Pactum non posse remitti, vbi remissio continet delictum.*
4 *Serua ad libertatem prouocat, si à domino prostituatur.*
5 *Promissione mihi facta non contraueniendi alicui promissioni sub pœna mille, cum obligatione omnium bonorum, ea propriâ auctoritate mihi occupare licet.*

L. Præfectus vrbi. I.

Imp. ALEXAND. A. *Socrati.*

PActum ne ancilla prostituatur est in rem, & affi- 1
cit quemcunque possessorem. Contra pactum 2
proprium, modò sit honestum ac licitum, venire nemo potest vt impudicitia cõmittatur. Pactum quis 3
non potest remittere vbi remissio continet, ac fouet delictum. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulg. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concor.*

Vt si prostituta fuisset, &c.] Notatur ad hoc quòd 4
serua ad libertatem prouocat, si à domino prostituatur. *l. 47. tit. 5. p. 5. vbi gloss. fin. l. 2. tit. 22. part. 7.*

Gasp.

Gasp. Baëc. *de inope debitore cap.14. n.15.* Pichard.
in §. sed & maior. 2. num. 4. & 8. Instit. de iis, qui sunt
sui. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 36. cap. 11. num. 5.*
Ludou. Peguera *crimin. decis. 15. num. 10. vers. atque*
in patre, vel domino. Farinac. *in praxi crimin. part. 5.*
tit. de delictis carnis, quæst. 144. num. 19. Qui enim
proprias ancillas in eorum potestate existentes
quæstus causa prostituit, leno dicitur, *l. athletas. §.*
ait prætor, in princip. ff. de his, qui not. infam. Pract.
Conradi *rub. de lenonib. n. 2. in fine,* Ludou. Peguer.
d. dec. 15. num. 1. Petr. Greg. *d. lib. 36. cap. 11. sub n. 2.*
Vincent. de Franchis *decis. 68. n. 1. part. 1.* Menoch.
de arbitr. casu 534. n. 53. cent. 6, Farin. *d. quæst. 144.*
num. 18.

5 *Perduci eam ad Prætorem,* &c.] Ex his verbis in-
fert Roderic. Xuar. *tit. de las herancias,* id est, de adi-
tione hæreditatis, *num. 33. post med. pag. 350. in vlt.*
impress. quòd si promisisti mihi non venire contra
aliquam promissionem sub pœna mille, pro quibus
obligasti mihi omnia bona tua, adiecta clausola,
quòd possem illa propria auctoritate occupare, nam
tunc si debitor, seu promittens contraueniat, non
potero propria auctoritate possessionem ingredi,
nisi prius petam, quòd hoc liquidetur à iudice, sci-
licet dictum promissorem contrauenisse, & allegat
hunc text. dicens quòd ex quo hic non erat noto-
rium ancillam esse prostitutam, non potuit ancil-
lam deducere sine iudice.

SVMMARIVM.

1 *in Causis miserabilibus & piis iudex interponit of-*
ficium, & sine accusatore inquirit.
2 *Militare officium ad hoc prodest vt mulieres de mi-*
seria prostitutionis conquerentes exhibeantur.
3 *in Causa pia iudex impartitur officium suum etiam*
non requisitus.
4 *in Causa alimentorum iudex impartiri debet offi-*
cium suum etiam non petitus.
5 *ad soluendum Legata pauperibus relicta, vel pia,*
hæredem compelli posse nemine instante.
6 *Animæ periculum vbi vertitur, iudicis officium*
etiam non petitum impartiendum est.

L. Mulierem. II.

Idem A. Seuero P. P.

1 IN causis miserabilibus & piis iudex interponit
2 officium, & inquirit sine accusatore. Item mili-
tare officium ad hoc prodest, vt mulieres de mise-
ria prostitutionis conquerentes exhibeantur. Col-
ligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr.*
hoc tit.

3 Allegari solet hic text. ad hoc quòd iudex in cau-
sa pia impartitur officium suum etiam non requisi-
tus, vt per Tiraq. *de pia causa priuil. 152.* Surd. *de*
alimentis tit. 8. priuil. 4. in fine. Petr. Rebuff. *ad leges*
Galliæ tit. de sent. prouis. art. 3. gloss. vlt. num. 25. cum
seqq. Vincent. Caroc. *tract. de remed. contra præiudic.*
sentent. except. 132. num. 32. Gabr. Aluarez *in tract.*
4 *de priuileg. pauperum part. 1. quæst. 35. num. 11.* Vnde
in causa alimentorum officium suum licèt non pe-
titum impartiri debere iudicem, probant *l. diui, ff.*
ad leg. Falcid. Tiraq. *d. priuil. 152.* Cordub. de Lara
in l. si quis à liberis, §. vtrùm n. 11. ff. de liberis agnosc.
Vincent. Caroc. *d. 132. num. 36.* Surd. *dict. priuil. 4.*
Gabr. Aluarez *d. q. 35. n. 14.* Et in causa dotis idem
probat *l. si cùm dotem 25. §. si autem tempore, ff. so-*
lut. matr. l. profectitia 5. vers. sed si proponas, ff. de iure
dot. Vincent. Caroc. *d. except. 132. n. 34.* Gabr. Alua-
rez *d. q. 35. n. 15.* vbi intelligit si pauperi dos, vel
alimenta debeantur, & *num. 16.* subdit posse Epi- 5
scopum instante nemine ad soluendum legata pau-
peribus relicta, vel pia hæredem compellere, &
num. 19. tenet quòd vbi animæ periculum vertitur, 6
officium suum etiam non petitum impartiri debet
iudex.

SVMMARIVM.

1 *Ancilla, quæ non debet ex pacto prostitui, in cau-*
pona etiam retineri nequit.
2 *Famulam cauponæ, propter vilitatem officij, adeò*
prostitutam esse, vt non admodum differat ab
his, quæ prostant in lupanari.
3 *Cauponum vilitas, & rapacitas remissiuè.*

L. Eam quæ. III. & vlt.

Idem A. Aurelio.

ANcilla, quæ non debet ex pacto prostitui, in 1
cauponæ etiam retineri nequit. Colligunt ex
Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Allegari solet hic text. ad hoc quòd famula cau- 2
ponæ propter vilitatem officij adeò prostituta est,
vt non admodum differat ab iis, quæ in lupanari
prostant, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 14.*
n. 17. & de nobilit. c. 24. num. 44. Vnde stuprum in
eam commissum punibile non esse resoluunt Cass.
in catal. gloriæ mundi part. 11. consid. 28. Greg Lop.
l. 3. verbo ni tauernera tit. 14. part. 4. Alciat. *in l. inter*
stuprum num. 5. ff. de verbor. signif. Grammat. *decis.*
107. num. 7. Aym. *cons. 166. num. 6.* Farinac *cons. 90.*
num. 5. & 10. & in praxi crimin. part. 5. tit. de delictis
carnis q. 141. n. 88.

De cauponibus quòd sint viles, & rapaces, vide 3
Bald. *in l. 1. n. 6. ff. locati,* Cassan. *d. part. 11. consid. 46.*
Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, vers. &*
à vilissimis pag. 601. & ad leg. 183. ff. de verb. sign. fol.
pag. 597. Greg. Lop. *l. 26. gloss. 6. tit. 8. part. 5.* Clar. *in*
§. furtum num. 27. Mascard. *de probat. concl. 832.* Gu-
tier. siue alius inter eius consilia, *cons. 53. num. 7.* Bo-
badil. *in sua polit. lib. 5. c. 4. n. 92.*

Si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, vel contrà.

TIT. LVII.

HIc duo venditionis pacta expli-
cantur, vt seruus manumittatur,
vnum affirmatiuum, alterum nega-
tiuum. Scripserunt in hanc rubr.
Cuiac. Pac. & VVesemb. De mater-
ia tit. vide *l. Hisp. 45. tit. 5. part. 5.*
*Mo*z *de contract. tit. de empt. & vendit. cap. de rebus*
quæ emi, vel vendi poss. n. 23.

SVMMARIVM.

1 *Seruus donatus vt transacto tempore manumitta-*
tur, tempore finito liber fit, & num. 2. *donatus*
sub ea conditione vt liber sit peracto tempore;

quo seruierit, si is, qui ita libertatem præstitit,
interim voluntatem mutauerit, data libertas ser-
uo reuocatur, n. 3. dominum seruum vendentem
sub pacto quòd intra certum tempus manumit-
tatur, pœnitere posse, taleque pactum reuocare,
n. 4. si ante tempus completum illud pactum, seu
modum reuocauit, seruus liber non erit, n. 5.

6 *Seruo vendito ne intra certum, aut post certum*
tempus manumitteretur, poterit venditor ab hac
manumissionis lege discedere, & eo pœnitente,
emptor non tenetur seruum ea lege venditum
manumittere.

7 *Donans rem, cum pacto vt post certum tempus*
restituatur Ecclesiæ, poterit donatio reuocari in
præiudicium Ecclesiæ.

8 *ex Contractu meo facto cum alio quando alicui*
ius est quæsitum, possum ego ius istud mea pœni-
tentia reuocare.

9 *Quando priori Donatario iniunctum est vt post*
certum tempus rem alteri absenti daret, tunc
donator quandiu viuit, poterit reuocare dona-
tionem factam posteriori donatario antequam
præfixum tempus impleatur, procedit quando
donator cũ priore donatario paciscitur posteriore
donatario inscio, vel absente, nec acceptãte, n. 10.

11 *Seruus vt liber efficiatur adueniente die ex re-*
scripto D. Marci, oportet venditorem in eadem
voluntate persistere.

12 *Maioratus si a Rege concedatur alicui pro se*
& filio primogenito in forma communi, non po-
test, etiam de consensu Regis, auferri ius quæsi-
tum primogenito, & concedi filio minori sine
consensu primogeniti.

13 *Seruo libertate concessa quando emptori placue-*
rit; emptore in vita non declarante, eo mortuo
seruus liber efficitur.

14 *Vbi actum quòd emptor Seruum manumittat*
cùm potuerit, si seruus præsens est, post duos mẽses
liber est, si antea non manumittatur ab emptore;
si verò non fuit præsens, & post quatuor menses
non manumittatur, liber efficitur.

L. Si Patroclus. I.

Imp. ALEXAND. A. *Patricensi.*

1 SEruus donatus vt transacto tempore manumit-
tatur, finito tempore liber fit. Colligunt ex Ord.
Cyn. Salicet. Butrig. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castr.
Sichard. Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in an-*
not. & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
munt *l. Hispan. 45. tit. 5. part. 5. vbi gloss. 1.* Cottas.
lib. 3 miscell. cap. 3. num. 4. Cuiac. *lib. 1 obseruat. 29.*
Petrus Gregor. *syntag. iuris lib. 14. cap. 6. num. 5.* etsi
obligatus esset seruus generaliter inter alia vendi-
toris bona, *l. si quis obligatum, ff. qui sine manumiss.*
Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.*
11. tit. 2. num. 13.

3 *Si modò Patroclus non contrariæ voluntatis fuerit.*]
Notatur ad hoc quòd seruus donatus sub ea condi-
tione vt liber sit peracto certo tempore, quo seruie-
rit, si is, qui ita libertatem præstitit, interim volun-
tatem mutauerit, data libertas seruo reuocatur, in
idem est text. *in l. eum qui, ff. qui sine manumiss. ad li-*
4 *bert. peruen. l. 3. ff. de seruis exportan.* vbi dominum
seruum vendentem sub pacto quod intra certũ tem-
pus manumittatur, pœnitere posse, taleque pactum
reuocare indulgetur, *l. pecuniam 5. §. si seruum, ff. de*
condict. causa data, Anton. Gom. *l. 40. Taur. n. 29. in*
princ. vers. primo, vbi ait quòd si dominus ante tem- 5
pus completum illud pactum, seu modum reuoca-
uit, seruus liber non erit, Couarr. *lib. 1. variarum*
cap. 14. num. 7. vers. secundo, vbi dicit quòd vendito 6
seruo, vt intra certum, aut post certum tempus ma-
numitteretur, poterit venditor ab hac manumissio-
nis lege discedere, & eo pœnitente non tenetur em-
ptor seruum ea lege venditum manumittere, Bi[illegible]e.
decis. 353. num. 9. vbi hinc infert quòd si aliquis do- 7
nat alicui rem cum pacto quòd post certum tempus
restituatur Ecclesiæ, poterit reuocari donatio in pre-
iudicium Ecclesiæ. Tiraquell. *de iure primogen. q. 8.*
num. 1. cum seqq. quod quando alicui quæsitum est 8
ius ex meo contractu facto cum alio, possum id ius
mea pœnitentia reuocare, Cald. Pereira *lib. 1. quæst.*
forens. quæst. 20. n. 15 in fine, Rebell. *de obligat. iustit.*
part. 2. lib. 18. quæst. 3. num. 3. vbi hinc dicit quòd 9
quando priori donatario iniunctum est vt post cer-
tum tempus rem alteri absenti daret, tunc donator
quandiu viuit, poterit reuocare donationem factã
posteriori donatario antequam præfixum tempus
impleatur, post completum tamen non potest, nec
etiam hæredes donantis post ipsius mortem ante
tempus peractum, & *n. 4. in princ.* subdit procedere 10
quando donator cum priore donatario paciscitur
posteriore donatario inscio, vel absente, nec accep-
tante: nã si posterior, siue præsens à donante certior
factus acceperit, licèt seruus sit, nec ante tẽpus præ-
scriptum, posterior donatio reuocari poterit.

Verùm conclusioni ex hoc text. suprà desumptæ,
& iis, quæ in eius confirmationem adduxi, obstat *l. 1.*
ff. qui sine manumiss. ad liber. peruen. ibi, *sed etsi muta-*
uerit voluntatem venditor, nihilominus libertas com-
petit, l. quæsitum, ff. de seruis export. Pro quorum iu-
rium conciliatione vide Corn. *cons. 68. n. 11. lib. 1.*
& eis non relatis Anton. Gom. *d. l. 40. Taur. n. 13.*
versic. vel aliter & secundo, quos omnes refert Cald.
Pereira *de extinct. emphyt. cap. 16. n. 31.* dicens ideo
in d. l. 3. ff. de seruis exportan. potuisse venditorẽ pa-
ctum reuocare, quia erat initum in fauorem serui,
cui tanquã inhabili & incapaci nullum prorsus ex
eo pacto fuit ius quæsitum, nec actio; ex *regul. l. in*
personã, & l. quod attinet, ff. de regulis iuris. Sed ob-
stat *l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verborum obligat.* vbi
seruo ex simili pacto conceditur ad libertatẽ procla-
mare, quod ibi Doctores communiter notant, cui
respondet Corn. *in d. n. 11.* illud licere seruo iudicis
officio tantùm, quod nullã actionem præsupponit,
aut obligationem, *l. quæ per collusionem, §. prætii sor-*
tem, ff. de action. empti, l. 5. ff. de annuis legat. Nec est
in consideratione tanquam remedium extraordina-
rium & particulare donec imploretur. *l. 4. §. 1. ff. de*
fideicommiss. liber. l. fin. ff. de condict. indebit. Quare
aliter Cald. Pereira *d. cap. 19. n. 32. & 33.* respondet, 11
dicens quòd vt seruus ipso iure liber efficiatur ad-
ueniente die ex rescripto diui Marci, oportet vendi-
torẽ in eadem voluntate persistere, aliàs si eum pœ-
niteat, & pactum reuocauit, cessare ipso [illegible] di-
ui Marci rescripto libertatis dationem, & hoc [illegible] ille
quod Iurisconsultus tantùm probat *in d. l. 3.* secun-
dum diui Marci rescriptum propter venditoris pœ-
nitentiam lapso termino libertati præscripto seruũ
ipso iure liberum non fieri, vt probatur *in l. 1. 2. &*
hoc cod. tit. & in d. l. eum qui, & licèt libertas ipso iu-
re deficiat, quia dominus variauit, & non possit ser-
uus rescripto diui Marci iuuari, extraordinario re-
medio iudicis officio implorato libertatẽ obtinere
poterit, ex *d. §. Flauius, & d. l. 1. ff. qui sine manumiss.*

Ex quibus colligitur sustineri non posse Bartoli
resolutionem *in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verborum*
obligat.

obligat. dum tenet quòd si dono tibi rem vt post tempus ad Ecclesiam perueniat, quamuis Ecclesiæ sit ius quæsitum, ex *l.quoties, C.de donat.quæ sub modo*, attamen possunt ius illud in vita Ecclesiæ reuocare, nam contra illum expresse tenent Paul. *in d.§. Flauius n.*3. Duen. *reg.*216. Ant. Gom. *d.l.* 40. *Tauri num.*29. Riminald. *in l.*1. *num.*189. *Cod. qui admitti*, Palat. *in repet.rub.de donat.inter virum & uxor.§.*54. *ad finem*, Tiraq. *de retractu conuent.§.*1. *gloss.*8. *n.*21. Eman. Acosta *de success. Regni Portugal. pag.*62. Roder. Xuar. *in l.quoniam in prioribus, C.de inoff.testam. ad l.Regni quæst.*8. *num.*2. *cum seqq. & alleg.*19. *vers. per quam legem*. Couar. *d.lib.*1. *cap.*14. *num.*7. Perez *ad l.*3. *vers.hinc infertur ad Bart. tit.*8. *lib.*3. *Ordin. pag.*618. *& seq.* Guillelm. *in cap. Rainutius, verbo si absque liberis el* 2. *in tract.de fideicom.substitut.n.*23. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.*1. *quæst.*1. *num.*12. *&*
12 *seq.* Facit Ordin. Regin. Lusitana *lib.*2. *tit.*35. §. 18. dum habet quòd si maioratus à Rege sit concessus alicui pro se & filio primogenito in forma communi, quòd non potest etiam de consensu Regis auferri ius primogenito quæsitum, & filio minori concedi sine primogeniti consensu, Eman. à Costa *de success. Regni pag.*7. Valasc. *de iure emphyt. quæst.pen.col.pen.* Item confirmatur hæc resolutio contra Bart. ex alia sententia communi, quæ habet quòd in emphyteusi accepta pro se & filio non potest pater vendendo, vel aliter, præiudicare in iure filio acquisito ex contractu patris, iuxta text. *in l. quodcunque §.*1. *ff. de verb.obligat.* & ita esse communiter receptum, & in praxi obseruatum, testatur Gam. *Lusit. decis.*8. *ex n.*1. *& decis.*5. *num.*7. *decis.*151. de quo Valasc. *d.tract. de iure emphyt. quæst.*49. *num.*6. Pro quibus facit reg. text. *in l.id quod nostrum, de regul.iuris, l.perfecta, C.de donat.quæ sub modo*, cum iis, quæ Tiraquel. *de retractu lig.§.*1. *gloss.*18. quibus habetur ius tertio acquisitum eo inuito tolli non posse: & confirmatur ex *l.quoties, C.de donat.quæ sub modo*, dum ait ex donatione facta in forma, de qua *suprà*, tertio acquiri actiones, sicut si esset facta per stipulationem. Nec contrarium probat text. *in l.*3. *ff.de seruis exportan.* cum similibus, loquuntur enim de libertate cõsequenda ipso iure ex constitutione Diui Marci, quæ quidem constitutio tum fauore libertatis, tum fauore voluntatis domini vendentis, vel donantis fuit inducta, vt patet ex text. *in præsenti*, atque ideo non aliàs ex ea constitutione seruus fiet liber, quàm si dominus perseueret in eadem voluntate, vt habetur *in d.l.*3. cum similibus: verùm quamuis mutata voluntate domini seruus ex dicta constitutione non fiat liber, nihil tamen impedit quominus libertatem iuxtà conuentionem officio iudicis possit petere, iuxta dictum §. *Flauius*, & ita procedit *d.l.*1. *in fine, ff.qui sine manumis. & l.quæsitum, ff. de seruis export.* quem intellectum videtur præsentire gloss. *in præsenti*, Bart. *in l. Aristo n.*2. *in fine, ff de donat.* Roman. *in l.si pecuniam col.*1. *ff.de condict.ob causam*, & fortè hoc sentit Roder. Xuar. *d.quæst.*8. *num.*6.
13 *Aut si iam decesserit*, &c.] Notatur ad hoc quòd libertate seruo concessa quando emptori placuerit, emptore in vita non declarante, eo mortuo seruus liber efficitur, vt per Greg. Lop. *l.*45. *glos.*2. *tit.*5. *part.*5. nam morte voluntas finitur, idem Greg. Lop. *ibid. gloss.*3. Cou. *lib.*3. *var. cap.*15. *num.*4. vbi latè declarat, & respondet ad text. *in cap.maiores, de baptismo*, ex quo quidem voluntatem morte non extingui, deducunt Gail. *lib.*2. *obseruat.*60. *num.*16. Eman. Acosta *lib.*1. *select. cap.fin. num.*2. Sarmien. *in simili tract. lib.*2. *cap.*6. *num.*22. *vers. item Pomponius*, Morl. *in emporio iuris ciuilis part.*1. *tit.*9. *quæst.*9. *num.*13. Fontanel. *de pactis nuptialib. clauf.*4. *glos.*10. *part.*1. *num.*145.

Sed quare hic moriens voluisse præsumatur, cùm in contractibus potiùs moriens in dubio præsumatur noluisse, vt tradit Greg. Lop. *in l.*30. *gloss.*3. *tit.*7. *part.*6. *ex l.centesimis §.fin. ff.de verb.oblig.* Vnde Peralta *in l.vnum ex familia, ff de legat.*2. *num.*5. *&* 6. hoc fauore libertatis inductum esse dicit; hanc verò rationem veram non esse affirmat Sarmien. *d.lib.*2. *cap.*6. *num.*23. *vers. & licèt Doctores*, & fatetur rationem dicti §. non intelligere. At Morl. *d.tit.*9. *quæst.*9. *num.*13. Peraltæ rationem eo non relato veram esse asserit. Demùm subtilis Eman. Acosta *d.lib.*2. *cap. fin. n.*6. *&* 9. resoluit in specie huius text. & *d.legis* 45. *partita*, venditorem in potestatem emptoris non reliquisse si vellet manumittere; nam si hoc esset, nihil in pactum deduceret, cùm semper in voluntate dominorum sit seruos manumittere, sed nescitur tempus quando vellet manumittere, vnde cùm morte finiatur voluntas, vt suprà dixi, ab eo tempore libertas competit, & nihil contra prædictum pactum prodesset eius contradictio: at *in d. §.fin.* promittens nunquam se obligauit, sed obligationẽ in tempus suæ voluntatis reseruauit, ex quo, vt *in d.§.* patet, quidam inutilem esse stipulationem dixerunt; sed verius est non esse inutilem nisi moriatur antequam constituat, & declaret se velle, & vsque ad hoc tempus non erit inutilis, licèt antea constituat se nolle, & text. iste solum declarat tempus, in quo seruus consequitur libertatem, quæ per pactum sine temporis assignatione erat ei debita, & text. *in d.fin.* agit de tempore in quo obligatio, quæ non est orta, & sine expressa & clara voluntate oriri non potest, oriatur, quæ multum diuersa sunt.

Nota quòd si actum fuit vt emptor seruum ma- 14
numittat cùm potuerit, si seruus præsens est, post duos menses liber est, si antea non manumittatur ab emptore; si verò seruus non fuit præsens, si post quatuor menses nõ manumittat, liber efficitur, ita Greg. Lop. per text. *ibi in d.l.*45. *gloss.*4. *tit.*5. *part.*5. facit Surd. *decis.*226. *n.*6.

SVMMARIVM.

1 *Seruus venditus vt manumittatur, ad libertatem perducitur, si differatur.*
2 *Quod non fit per Hominem, reputatur à lege.*
3 *Si Legantur centum, & seruus vt manumittatur, si velit centum, omisso altero, nihil habebit, & seruus erit statim liber.*
4 *Filium habens ex ancilla, quæ sua est, is proprius filius erit suus seruus.*

L. Si ea lege. II.

Idem A. Eutychiano liberto.

SEruus venditus vt manumittatur, ad libertatem 1
perducitur si differatur. Item quod non fit per 2
hominem, reputatur à lege. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1. *n.*1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit *l.* 3
*Hisp.*36. *tit.*9. *p.*6. *vbi gloss.*7. in qua deciditur quòd si legantur centum, & seruus vt manumittatur, si velit centum, omisso altero, nihil habebit, & seruus erit statim liber, Bart. *in l.qui Romæ.§.Flauius, opposit.* 3. *ff.de verb.obligat.*

Filium suum & naturalem Crestem venumdedit, 4
&c.] Notatur ad hoc quòd si quis filium habeat ex ancilla

num. 18. *&* 19. sic loquitur. Verùm circa intellectum *d. l. en quidem*, (est hic text.) subsistendum duxi dubius, & non immeritò, an interpretes communiter eius mentem fuerint assequuti, qui, vt vidisti, vnanimes in eum sensum conspirarunt, vt ex eo ibi non fuisse pœnam incursam crediderint, quia non valuit manumissio, & ad iniungendam pœnam fuerat consideratus iuris effectus, vt intendunt glos. *in d. l. quid ergo* 13. *§. cùm autem factum, ff. de his, qui not. infam.* & præcitati Patres, præcipuè D. Molin. *d. num.* 19. non aduertentes pœnam *in d. l. en quidem*, minimè fuisse impositam circa iuris effectum, quippe manumittenti nulliter fuit iniuncta, & cùm manumissio nulla fuerit, pœna non potuit imponi iuris effectui, qui nullus fuit, cùm dicta manumissio serui fuerit contra pactionem partium, vt inquit text. *in princ.* Igitur dictorum Patrum intellectus ad *d. l. en quidem*, nullo modo debet sustineri, præsertim si expendas quam proximè tradidimus doctrinam, & differentiam inter pœnas iniunctas actibus inualidis, & illas, quæ imponuntur actibus, qui validi esse possunt, vt quando actibus inualidis solum factum potuerit lex considerare, nec locum habeat distinctio an considerauerit factum, vel iuris effectum, actibus verò validis imposita pœna, rectè sit distinguendum, an imponatur facto, vel iuris effectui: quo præsupposito fieri non potuerit, vt diximus, quòd *in d. l. en quidem*, pœna effectui fuerit adiecta, vel quòd ob nõ sequutam manumissionem pœna non processerit, vt falsò crediderunt interpretes. Quorum omissa traditione verus sensus & interpretatio ad *dict. l. en quidem*, assequeris facilè, si consideres pœnam de qua *ibi*, non à iudice, seu publica persona, sed à priuato fuisse præscriptam manumittenti, priuatum autem pœnam ad vindictam culpæ iniungere non posse plusquam manifestum est: & ratione probatur, quia talis vindicta iurisdictionem expostulat, *leg. imperium* 3. *ff. de iurisd. omn. iudic.* quam certum etiam est priuatum non habere, *l.* 3. *C. de iurisd. omn. iudic.* nihil ergo mirum si pœna locum non habuerit, vtpote in vindictam culpæ, & priuata persona iurisdictionem non habente imposita. Quòd verò talis pœna fuerit in vindictam culpæ, in quo nititur totus hic discursus, patet manifestè, quia alter ex contrahentibus, qui pœnam imposuit, non poterat interesse prætendere, in cuius locum pœna regulariter succedit, *l. vlt. ff. de prætor. stipulat.* cùm manumissio non habuerit effectum, nec contrarium factum fuerit. Rursus pars non intendebat, nec intendere potuit punitionem contrauenientis contractui; quia conuentio fuit de seruo non manumittendo, & in specie *d. l. en quidem*, seruus verè manumissus non fuit; ergo non fuit factum contrarium partium conuentioni, immo nec potuit fieri, nec seruus manumitti contra pactionem contrahentium. Igitur de primo ad vltimum, & per argumentum à sufficienti partium enumeratione animus, & mens imponentis dictam pœnam solùm fuit punire voluntatem & propositum cum facto manumittendi, quod perspicuè iuris est priuatum non posse facere ex defectu iurisdictionis, iuxta supradicta. Ideòque Gordianus Imper. auctor *d. l. en quidem*, dicit pœnæ adiectionem tribuere non potuisse iustam causam exigendi conditioni non seruatæ, id est, quia re vera conditioni non fuit contrauentum, cùm non fuerit manumissus seruus, neque aliquod interuenit interesse, locum habere non potuit pœnæ exactio, quæ solùm in vindictam culpæ posset procedere, & hoc non tanquam præscripta à priuata persona, quæ nullam omnino iurisdictionem habet; ergo nullatenus talis pœna subsistere potuit, non quia manumissio nulla fuit, sed quia priuata persona sine iurisd. eandem illam imposuerat. Hactenus Anguianus.

8 *Nuncisci libertatem non possunt*, &c.] Cùm prohibitio alienationis non impediat dominij translationem, *l. ea lege, C. de condict. ob causam*, mirum est cur in hac l. pactum de non manumittendo impediat libertatem, quod etiam probat Iurecons. *in l. seruus* 9. *ff. de manumiss. & l. ille seruus* 9. *§. fin. ff. qui & à quibus.* Veram solutionem se præstare ait Cald. Pereira *var. sentent. siue quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 17. dum asserit speciale esse in eo casu, ea ratione, quoniam huiusmodi prohibitio fit ad puniendum seruum, *l. fin. C. qui non possunt ad libert. peruen.* vnde ne delictum remaneat impunitum, & vt serui magis obsequentes sint dominis, constitutum est libertatis dationem contra prohibitionem non valere, &c.

9 In gloss. *Non contineat.* ibi, *si manumisisti, venias responsurus ad pœnam, aliàs non venias*, &c. Notatur ad hoc quòd citatio, si sua putauerit interesse, non arctat citatum ad comparendum si non vult, vt per Felin. *in cap. cùm inter col.* 7. *vers. limita secundò, de except.* vbi Deci. *num.* 16. *vers. secundò prædicta conclusio*, Capyc. *decis.* 8. *num.* 2. *&* 3. Ias. *in l. nec quicquam. §. vbi n.* 18. *ff. de off. Procons.* Cott. *in memorab. verbo citatio el* 1. Surd. *decis.* 26. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Factum legis negligentiam hominis excusat.*

2 *Pœnam ad euitandam non refert à quo quid fiat, dummodo fiat, &* num. 3.

4 *Libertatis fauore non obstante, requiri post certum tempus donatæ voluntatis domini perseuerantiam.*

L. Si puellam. VI. & vlt.

Imp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Rufinæ.*

FActum legis excusat negligentiam hominis. 1
Item ad euitandam pœnam non refert à quo 2
quid fiat, dummodo fiat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. quoad secundam eius partem, ex hoc text. desumit Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gloss.* 9. *num.* 260.

4 *Cùm non mutata venditoris voluntate*, &c.] Ex his verbis adnotauit glos. quòd non obstante libertatis fauore post certum tempus donatæ voluntatis domini perseuerantia requiritur, neque eum interim præstitæ libertatis pœniteat, quod etiam probat Paulus Iurecons. *in l.* 3. *ff. de seruis export.* Iulianus *in l. si hominem* 30. *ff. mandati*, & horum iuriū auctoritate Bart. *in l. qui Romæ*, *§. Flauius, num.* 2. *ff. de verbor. obligat.* vbi Donell. *num.* 4. *&* 5. Gozadio. *cons.* 75. *numer.* 10. Ferdinand. Arias *in l.* 25. *Tauri, num.* 30. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 3. *num.* 98. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 49. *num.* 7. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 19. *num.* 26. Vide posita *in collectan. ad l.* 1. *sup. hoc tit.*

De

De ædilitijs actionibus.

Tit. LVIII.

ID est, actione redhibitoria, & actione quanto minoris. Scripserunt in rubricam Cuiac. Pac. & V Vesembec. De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4. tit.17. l. Hispan.64. cum seqq. tit.5. part.5.* Caballin. *in speciali tract. huius tit.* Bellacomb. Bonacos. Suarez & alios *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.38. pag.646.* Anton. Gom. *variarum tom.2. cap.2. n.48. & seq.* Menoch. *de arbitr. quæst.22. num.12. & seq.* Valasc. *de iure emphyt. quæst 6. numer.18.* Molin. *de Iustit. tract.2. disput.352.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.3. tit. de empt. & vendit. resolut.11.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.25. cap.21.* Rebell. *de obligat. iustit. part.2. lib.9. quæst.8.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.2. tit.406.* Gabr. Pereira *Lusit. decis.74.* Leand. Galgan. *de iure public. lib.2. tit.8.* Guzman *de euictionib. q.61.*

De ædilibus, qui in populo Romano fuerunt, & de eorum potestate, vide Robert. Valtur. *lib.8. de re militari. cap.1. verbo ædiles,* Aymar. Ribal. *lib.2. historiæ ciuilis fol.39.* Budæ. *in annot. posterior. ad Pandectas pag 240.* Caballin. *de ædilit. action. in princ.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.47. c.32. per tot.* Gabr. Pereira *d. decis.74. n.1. & 2.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 48. §.4. n.4.* vbi de etymologia.

SVMMARIVM.

1 *Vendens scienter seruum vitiosum, tenetur nedum ad pretium, verum, sed etiam ad damna.*
2 *Venditor sciens vitium rei, tenetur illud notificare emptori.*
3 *Vendens seruum fugitiuum tenetur.*
4 *Fugitiuus & erroneus quis.*
5 *Venditor serui non tenetur de vitiis animi, animi vitia quæ,* num.6. *intellige vt* num.7. *vitia corporis quæ,* num.8.
9 *Venditor tenetur emptori pretium, quod ab eo accepit, restituere, & rem à se venditam iterum accipere,* n.10. *omnia in integrum restituere, ac si emptio vel venditio non interuenisset,* n.11.
12 *Venditor nolens reddere pretium, conuentus hac actione condemnatur in duplum, & iuratur in litem contra eum pro pretio, & accessionibus,* n.13.
14 *Emptor si obtinuit in causa redhibitionis, & postea non vult vti sententia, an reus possit vti sententia contra se lata actore inuito, & emptorem compellere vt rem adhibeat, & pretium recipiat.*
15 *Venditor tenetur omne damnum, quod ex re vitiosa contigit emptori, restituere, etiam vsuras pretij ac sumptus, quos fecit causa rei venditæ, maximè si emptor fructus restituit,* num.16. *& quod emptor soluit mediatori, si dedit ex necessitate, non verò si voluntariè,* num.17. *quod de necessitate, intellige vt* num.18.
19 *Expensas non posse repeti, quæ sunt factæ in cibarijs alicuius animalis, si eius ministerio fuit vsus; mercedes verò, si quæ à seruo empto, vel à conductore serui acceptæ, vel consequutæ ab ipso venditore, eo quòd tardius ei seruum præstiterit, restituendæ sunt. idem de mercede equorum, si emptor eos conduxerit,* num.20.
21 *Equum morbosum redhibere volens, priùs id omne, quod ex illo percepit, offerre debet.*
22 *Venditione rescissa per redhibitoriam, fiscus non tenetur restituere gabellam quam accepit à venditore.*

L. Si non simpliciter. I.

Imp. ANTONIN. A. *Decensio.*

VEndens scienter seruum vitiosum tenetur non solum ad pretium verum, sed etiam ad damna. colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *in 4. fol.41. verso*, remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Seruum tibi nescienti, &c.] Ergo venditor sciens vitium rei, tenetur illud notificare emptori, præsumitur enim circumueniendi animo tacuisse, vt per Surd. *decis.146. n.7.* Molin. *de Iustit. tract.2. disput. 353. num.2.* vbi quòd cùm venditor quasi ex officio teneatur vitia manifestare, dolosus censetur, non solùm si positiuè vitia occultet, aliquid efficiendo, quo emptorem lateant, sed etiam si negatiuè se habeat ea non prodendo, ac manifestando, vt quasi ex officio, atque ex iustitia tenetur, si ea sciat, eâque de causa qui vitia sciens, illa non manifestat, dolo vendere dicitur, subditque hinc liquere venditorem non manifestantem emptori vitia occulta rei, quam vendit contra iustitiam, & contra id, ad quod quasi ex officio tenetur, peccare, ac proinde ad restitutionem teneri damnorum omnium, quæ ea de causa illi fuerint subsequuta, &c. Rebell. *de obligat. iustit. part.2. lib.9. quæst.8. n.12. versic. accedit*, vbi quòd venditor ex officio ad occultum rei vitium emptori nescienti manifestandum obligatur. 2

Fugitiuum, &c.] Notatur ad hoc quòd vendens seruum fugitiuum tenetur, *l.1. §. aiunt ædiles, l. ob quæ vitia 4. §. animi autem*, & *ibi* gloss. *verbo excipiuntur, l. quis sit fugitiuus, l. actioni. ff. hoc tit.* Morla *in emporio iuris ciuilis part.1. tit.9. de contrah. empt. in premiss. n.43.* Gabr. Pereira *Lusit. decis.74. num.26.* vbi dicit quòd licèt fugere sit vitium, animi, pro quo non tenetur venditor, vt paulò infrà dicemus, tamen speciale esse in seruo fugitiuo, vt de eo teneatur venditor asserit, rationem specialitatis refert, quia cùm hæc vitia sint, vt propterea seruum emptum habere non liceat, meritò quasi euictionis nomine venditor tenetur. *l. Iulianus 14. §. item qui furem, ff. de actionib. empti.* 3

Fugitiuus & erroneus quis dicatur, vide *d. l. quis sit fugitiuus, l. fugitiuus 225. ff. de verborum signific.* vbi Alciat. & Rebuff. Cott. *in memorabilib. verbo fugitiuus*, vbi fugitiuum esse dicunt, qui à domini conspectu se occultat. 4

Vel alio modo vitiosum.] Intellige corporaliter, quia venditor serui non tenetur de vitiis animi. *l.1. §. apud Iulianum, & l. fin. ff. de ædilit. actionib.* vbi pro vitiis animi redhiberi mancipium non posse Iureconsultus ait, quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquuntur, *l.2. & 3. l. & ob quæ vitia 4. & l. animi, fin. ff. eod.* Cæpol. *in d. l.1. §. aiunt ædiles, num.14.* Caballin. *in tract. huius tit. cap.2. num.28.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.6. num.18.* Rebell. *d. part.2. lib.9. quæst.8. num.24. cum seqq.* vbi *num.26.* ait quòd vitia animi sunt, vt si mancipium sit iracundum, vel timidum, vel segne, Gabr. Pereira *d. decis.74. n.13. & 16.* vbi rationem esse dicit, quia cùm vitia animi sint infinita, si pro eis daretur actio, lites essent infinitæ. 5 6

Intelli

7 Intellige hanc resolutionem in aliquibus casibus
non procedere, & primò si venditor dixit non habe-
re tale vitium, si seruus illud habebat, nam vbi ven-
ditor promittit quòd si mancipium hoc, vel illud
animi vitium habeat, quòd rescindet venditionem,
vel restituet quanto minoris vendi debuerat, tunc
de huiusmodi vitiis animi tenebitur. *d. l. ob qua vi-
tia 4 §. in summa, l. quis sit fugitiuus, §. fin. ff. hoc titul.*
Caballin. *d. c. 2. num. 19.* Greg. Lop. *l. 64. gloss. 3. tit. 5.
part. 5.* Gabr. Pereira *d. decis. 74. num. 15.* Rebell. *d.
quæst. 8. num. 24.* Secundò si venditor sciebat animi
vitium, & illud tacuit, nam emptori actio aduersùs
venditorem datur, & ædilitium edictum, ad redhi-
bendum seruum, vel ad interesse. *d. l. 1. §. apud Iulia-
num,* Caballin. *vbi sup.* Cæpol. *in d. l. 1. §. aiunt ædiles,
n. 17. vers. secundò est quando,* Surd. *decis. 146. n. 11.*
Tertiò si vitium animi sit admixtum corporali mor-
bo, *d. §. in summa,* Cæpol. *in d. § idem Iulianus, n. 48.
& 71. & in d. §. in summa à n. 3.* vbi notat quòd mix-
tum sapit naturam sui simplicis potentioris. Quar-
tò in seruo fure, nam licèt animi vitium habere dica-
tur, nihilominus tamen si venditor sciebat de hoc
vitio, tenetur non solùm de illo, sed etiam ad omnia
damna subsequuta, perinde ac si vitium corporis fo-
ret; si verò ignorabat, nec actione redhibitoria, nec
ex empto tenetur, *d. l. Iulianus, §. item qui furem, ff.
de actionib. empti,* & ibi gloss. *verbo non tenetur, l. si
furtum, ff. hoc tit.* vbi probatur quòd si seruus furtum
domino fecit, non est necesse hoc in venditione ser-
ui prædicere, nisi seruum furem non esse promiserit,
Mol. *d. tit. 9. in præmiss. n. 43. vers. neque obstat,* vbi
rationem tradit quare venditor non teneatur actio-
ne Prætoria, & teneatur actione ex empto, *in l. in fi-
ne, & in l. qua delicta 4. in princ. ff. hoc tit. & in d. l. Iu-
lianus, §. qui furem;* & dictas ll. 1. & 4. procedere in-
quit quando venditor sciebat animi vitium, nam si
ignoraret, vt proponitur *in d. l. Iulianus,* nec ex em-
pto tenetur, ex *d. l. 4. § in summa,* Gabr. Pereira *d. dec.
74. n. 26. & 27.* vbi de eius interpretatione, Rebell.
d. q. 8. n. 27. cum seqq. vbi *num. 30.* quærit an animalia
propter animi vitia minus æstimentur?

Quæ autem dicantur vitia corporis, tradit Rebel.
d. q. 8. n. 25. vbi ait esse si mancipium, vel iumentum
sit ægrotum, vel claudum.

8 *Quis vendidit,* &c.] Quamuis Vlpianus Iureconsf.
in l. sciendum est 63. ff. hoc tit. has actiones ad solas
venditiones pertinere dixerit, tamen illas ad contra-
ctum permutationis porrigi, resoluunt Petr. Greg.
syntag. iuris lib. 25. c. 21. n. 12. Valasc. *de iure emph. q.
6. n. 18.* Mariensf. *in l. 1. gl. 7. n. 2. tit. 11. lib. 5. noua Recop.*
Alex. Trentac. *var. resol. lib. 3. tit. de empt. & vend. res.
51. vers. hac ratio,* Pichard. *in §. actionum autem. 28.
Instit. de actionib. q. 17. n. 17.* Et ad dationem in solu-
tum, quæ similis emptionis est, Cæpol. *in l. sciendum
19. §. deinde aiunt ædiles, & in l. sciendum 63. n. 16. ff.
hoc tit.* Valasc. *citato loco.* vbi idem aiunt in dote æsti-
mata ea æstimatione, quæ facit emptionem. Et ad
donationem quando incepit à promissione, quo ca-
su donator de euictione tenetur, Cæpol. *in l. ad res
donatas 62. n. 7. ff. eod. tit.* secus verò quando à tradi-
tione initiũ sumpsit, ex *d. l. ad res donatas,* & ibi Cæ-
pola, Caball. *in tract. huius tit. c. 1. n. 6.* Guzm. *de euict.
q. 61. n. 6.* Valasc. Alex. Trentac. & Pichard. *citatis locis.*
Et ad contractum emphyteusis, Bald. *in l. 1. n. 7. infr.
hoc eod. tit.* Caball. *d. c. 2. n. 9.* vbi sano modo hoc in-
telligendum esse dicit, scilicet si concessio facta sit
titulo oneroso, secus si lucratiuo, & illum sequitur
Surd. *cons. 290. n. 6.* Valasc. *d. q. 6. n. 18.* vbi exemplifi-
cat in fundo, qui producit herbas lethales, dato in
emphyteusim, quod etiam ad feudatarium exten-
dunt, Valasc. Alex. Trentac. & Guzman *citatis locis.*
Et ad locationes ad longum tempus, non verò ad
alias, Cæpol. *d. c. 2. à n. 11.* Cott. *in memorab. verbo
actio redhibitoria.* Vincent. Caroc. *de locato, & condu-
cto p. 6. remed. 4.* Valasc. *d. q. 6. n. 18. vers. præterea,* Pi-
chard. *d. q. 17. n. 20.* Et generaliter inquit Azo *in sum.
huius tit.* in quolibet contractu, ex quo de euictione
agitur, has actiones locum habere, sequuntur Cæ-
pol. *in l. quæritur 14. §. si venditor n. 12. vers. & aduer-
te, ff. hoc tit.* Ant. Gom. *tom. 2. var. c. 2. n. 42. vers. & de-
nique,* Caball. *d. c. 2. n. 14.* Alex. Trentac. *de resol. 11.
vers. hac ratio.* Et ad omnes contractus ex causa one-
rosa extendunt Cæpol. *in d. l. sciendum n. 15. in fine,*
Ant. Gom. *in d. vers. & denique,* Valasc. *d. q. 6. n. 18.
vers. præterea,* Pichard. *d. q. 19.*

Non solum in pretium, &c.] Notatur ad hoc quòd 9
venditor emptori pretium, quod ab eo accepit, re-
stituere tenetur, *l. debet autem 27. l. illud sciendum,
l. plura, l. cùm in ea causa, ff. hoc tit.* & tenetur rem à 10
se venditam iterum accipere, quia redhibere est fa-
cere, vt rursus habeat venditor quod habuerat, l. *re-
dhibere 21. ff. hoc tit.* vbi Cæpol. *n. 1.* Caballin. *d. c. 2.
n. 1.* Greg. Lop. *per text. ibi in l. 65. gloss. 6. tit. 5. par. 5.*
& redhibitione facta res redhibita cum fructibus
reddi debet, *l. ædiles etiam 25. §. item sciendum est, l.
cùm autem 23. §. cùm redhibetur, l. quod si nolit, §. fin.
ff. hoc tit.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 31. n. 22.* Sigism.
Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. 1. num. 482.* Ceuall.
commun. contra commun. q. 763. n. 22. Et omnia in in- 11
tegrum restituuntur, perinde ac si emptio, vel ven-
ditio non interuenisset. *l. facta redhibitione 60. ff. eod.
tit.* Ioan. Garc. *de expensis c. 18. n. 52. 54.* Gregor. Lop.
l. 15. gloss. 4. tit. 13. & l. 11. gloss. 3. & 4. tit. 15. part. 5.
Spin. *in speculo testam. gloss. 13. à n. 41.* vbi in redhi-
bitione ex partium conuentione fructus omnes
etiam bonæ fidei emptor restituere tenetur, suósque facere non potest.

Quòd si venditor nolit reddere pretium, conuen- 12
tus hac actione condemnatur in duplum, per *l. re-
dhibitoria actio, ff. hoc tit.* Greg. Lop. *l. 65. gloss. 7. tit. 5.
p. 5.* Petr. de Rauenna *sing. 777.* Arimin. Tepat. *var.
sentent. tom. 2. tit. 406. c. 5. vers. venditor si non vult.*
Et iuratur in litem contra eum pro pretio, & acces- 13
sionibus, quia est arbitraria actio, Menoch. *de arbitr.
lib. 1. quæst. 5. num. 25.* Caroc. *decis. 207. num. 16. vers.
venditor.*

Sed quid in emptore si obtinuit in causa redhibi- 14
tionis, & postea non vult vti sententia, vtrùm reus
sententia contra se lata inuito actore vti possit, &
emptorem compellere vt rem redhibeat, & pretium
recipiat? Bald. *in l. si prædium, n. 9. inf. hoc eod. tit.* pro-
ponit hanc quæstionem, & postquam res transiuit
in condemnationem, standum esse sententiæ, & ven-
ditori actionem in factum ex ea nasci resoluit, quem
refert & sequitur Greg. Lop. *in l. fin. gl. fin. vers. vnde
dicebat, tit. 5. p. 5.* Boër. *dec. 48. n. 7.* vbi cũ Baldo tradit
quòd si emptor nolit vti sententia quòd potest age-
re venditor contra eum, Matiensf. *l. 12. gloss. 1. n. 3. tit.
11. lib. 5. noua Recop.* Gabr. Pereira *Lusit. dec. 62. n. 4.*
vbi ait actione in factũ contra emptorem posse age-
re venditorem si emptor vti sententia nolit & sub-
dit resolutum fuisse reo condemnato ad restitutio-
nem rei, dummodo prius actor ei certam quantita-
tem pecuniæ præstaret, actionem in factum compe-
tere ad exigendam illam quantitatem ab actore, sed
executiuè virtute sententiæ non posse agere.

Sed etiam damnum, &c.] Notatur ad hoc quòd 15
venditor omne damnum, quod ea re vitiosa cõtigit
emptori, restituere tenetur, *l. cùm autem 23. §. Iulian.
ait, ff. hoc tit. l. seruum 65. ff. de furtis;* & vsuras pretij ac 16

sumptus, quos rei venditæ causa fecit, maximè si em-
ptor fruct⁹ restituit, l. debet 27. l. illud sciendum, l. quæ-
ro 58. ff. hoc tit. Ioan. Garc. de expens. c. 18. n. 53. & 54.
17 Guzm. de euict. q. 61. n. 47. Et quòd mediatori emptor
soluit, ei venditor restituere debet, si ex necessitate
dedit, non verò si voluntariè, Bart. per text. ibi in d. l.
18 debet, vbi Cæpol. & Angel. qui hoc, quod de necessi-
tate expensum dictum est, intelligunt, vt si venditor
dixisset emptori. Non vendam aliquo modo, nisi per
manus talis mediatoris, qui concordabit nos de pre-
tio, cui dabis salarium pro labore, & idem sequitur
ibi Bald. vbi dicit casum notandum, & hanc distin-
ctionē spontaneæ, vel coactæ solutionis dici ratio-
nabilem, Strach. de mercat. tit. de proxenet. vers. item
quæritur, n. 2. Tiraq. de retract. lign. §. 29. gloss. 4. n. 8.
Steph. Gratian. discept. forens. c. 343. n. 11. cum seqq.
vbi à n. 14. resoluit datum proxenetæ vt ei certum
equum emeret, si post venditionem eum redhibuit
tanquam morbosum, à venditore repeti non posse.
19 Nota ex Cæpol. in l. item si serui 30. §. quas expen-
sas, n. 4. ff. hoc tit. quòd non potest quis expensas in
cibariis alicuius animalis factas, si eius ministerio
fuit vsus repetere; mercedes verò si quis à seruo em-
pto, vel à conductore serui emptor accepit, vel quas
ab ipso venditore fuit consequutus, eo quòd tardiùs
ei seruum præstiterit, restituere debet, ex l. cùm autem
20 23. §. cum redhibetur, ff. hoc tit. & idem in mercede
equorum dicendum est si emptor eos conduxerit,
l. ædiles aiunt 38 §. loquuntur ædiles, ff. hoc tit. Thom.
21 Acti. de priuileg. infirm. rubr. 5. c. 5. num. 24. vbi tradit
quòd ille, qui vult redhibere equum morbosum,
priùs id omne, quod ex illo percepit, offerre debet,
cum Bonacos. tract. de equo. quæst. 135.
22 Nota etiam quòd rescissa venditione per actio-
nem redhibitoriam fiscus non tenetur gabellam à
venditore solutam restituere, Greg. Lop. l. 65. gloss. 6.
tit. 5. p. 5. Lasarte de decima vend. c. 14. n. 10. Gironda
de gabell. p. 5. §. vnic. n. 19. & 20. Parlad. lib. 1. rerum
quotid. c. 3. §. 5. n. 2. & 3. Ioan. Garc. de expens. cap. 18.
n. 53. & 54. Gutier. de gabell. q. 11. num. 1. Molin. d.
disp. 353. n. 7.

SVMMARIVM.

1 *Seruus licèt post annum fugiat, vel post multos annos, potest tamen agi redhibitoria intra sex menses, vel quanto minoris intra annum.*

2 *Actiones redhibitorias pro seruis, iumentis, pecoribus, & aliis rebus animatis, quæ sunt fragilia, & corruptibilia, spatio sex mensium præscribi. currere hoc tempus sex mensium præstitutum redhibitoriæ, à die scientiæ,* num. 3. *quanto minoris verò, intra annum vtilem,* num. 4.

5 *Actiones ex empto, quæ pro prædio herbas pestiferas producente, & aliis rebus soli pro tigno & libris vitiosis, & aliis rebus, pro quibus datur actio, quæ non facilè corrumpuntur, perpetuas esse, facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ hoc casu competere actionem de dolo,* num. 6.

7 *Actio si sit perpetua actione redhibitoriâ, an duret 30. annis. currere hoc tempus à die ex quo emptor sciuit vitium, seu morbum rei emptæ, vel supinè ignorauit,* num. 8. *istas actiones etiam cum mala fide præscribi posse,* n. 9. *Limita*

I. *nisi venditor agat contra emptorem actione ex empto ante lapsum sex mensium ad pretium, & emptor excipiat de vitio rei,* num. 10.

II. *has leges non procedere in foro conscientiæ,* n. 11.

III. *in venditionibus conditionalibus,* num. 12.

L. Cùm proponas. II.

Imp. GORDIANVS. A. *Penthilio.*

LIcèt, tamen post annum fugiat, vel post multos 1
annos, tamen potest agi redhibitoria intra sex
menses, vel quanto minoris intra annum. Colligunt
ex Ord. Doctores citati ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.
Sex mensium temporibus, &c.] Notatur ad hoc quòd 2
actiones redhibitoriæ pro seruis, iumentis, pecori-
bus, & aliis rebus animatis, quæ sunt fragilia, & cor-
ruptibilia, spatio sex mensium præscribuntur, vt per
Ord. Reg. Lusit. lib. 4. tit. 17. in princ. l. Hisp. 65. tit. 5.
p. 5. vbi Greg. Lop. gloss. 5. 10. & 11. Rot. dec. 833. n. 6.
apud Farin. in nouiss. cent. 7. aliàs p. 4. diuers. vbi quòd 3
huiusmodi tēpus sex mensium præstitutum redhibi-
toriæ currit à die scientiæ. Cremens. sing. 165. Ari-
min. Tepat. var. sent. tom. 2. tit. 406. c. 4. in fin. Anton.
Gom. tom. 2. var. c. 2. n. 48. Couar. in reg. possessor. p. 2.
§. 11. n. 5. Conan. comment. iuris ciuilis lib. 3. c. 11. n. 8.
in princ. Caballin. in tract. huius tit. cap. 2. n. 30. Petr.
Greg. syntagm. iuris lib. 25. c. 21. num. 16. Viui. tom. 1.
commun. opin. lib. 4. tit. 4. de oblig. & act. n. 45. pag. 469.
Morl. in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 9. in præmiss. n. 41.
Alex. Trentac. var. res. lib. 3. tit. de empt. & vendit. re-
sol. 11. n. 2. & 3. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 353. n. 5.
Rebel. de oblig. iustit. p. 2. lib. 9. q. 8. n. 6. & 7. Quanto 4
minoris verò, intra annum vtilem. l. sciendum, §. fin. ff.
hoc tit. & citati Doctores. nam si quis egerit redhibi-
toria, & succubuerit, agere potest deinde intra annū
quanto minoris, Bald. in l. pen. col. 2. hoc eod. tit. Mexi. in
tract. tassæ panis, concl. 1. n. 152. Viui. tom. 1. com. opin.
li. 4. tit. 5. n. 45. ver. imò si quis, pag. 469. Valasc. d. q. 6.
n. 18. vers. de istis, Mascard. concl. 616. n. 12. Actiones 5
verò ex empto, quæ pro prædio pestiferas herbas
producente, & aliis rebus soli pro tigno, & libris vi-
tiosis, & aliis rebus pro quibus datur actio, quæ non
facilè corrumpuntur, perpetua esse facta distinctione
scientiæ, vel ignorātiæ, Mexi. in tr. tassæ panis, concl. 1.
n. 151. vbi n. 152. intelligit in hoc casu actionem de 6
dolo competere, Gabr. Pereira d. dec. 74. n. 22. & 23.
Quid si actio sit perpetua actione redhibitoria, an
duret triginta annis? vide Ias. in l. pœnales, n. 112. Inst. 7
de actionib. Tiraq. de retractu lign. §. 1. gloss. 1. n. 74. &
ad fin. tit. n. 34. Duen. reg. 6. ad fin.
Ex quo nota primò hoc tempus currere à die ex 8
quo emptor vitium, seu morbum rei emptæ sciuit,
vel supinè ignorauit, quia est vtile, glos. verbo, currit,
in l. sciendum tamen est, §. fin. & verbo habuisse, in l.
cùm sex menses 55. ff. hoc tit. Anton. Gom. d. c. 2. n. 49.
vers. dubium, Petr. Greg. d. c. 21. num. 16. vers. tempus
redhibitionis, Morla d. tit. 9. in præmiss. n. 46. Molin.
d. disp. 353. n. 5.
Amplia istas actiones etiam cum mala fide præ- 9
scribi posse, vt ex aliis tradit Cou. in regul. possess.
p. 2. §. 11. n. 5. Mexi. d. concl. 1. n. 151. Molin. d. disp. 353.
num. 5. post med.
Limita primò nisi venditor agat contra emptorem 10
actione ex empto ante lapsum sex mensium ad pre-
tium, & emptor excipiat de vitio rei. nam transactis
his terminis audietur, & exceptio perpetuabitur, vt
ex Ioan. Andr. & aliis tradit Caballin. in tract. huius
tit. cap. 2. num. 44. vbi ex sola propositione exceptio-
nis actionem perpetuari absque litis contestatione
dicit, Gabr. Pereira d. decis. 74. n. 19. Guzman d. quæst.
61. num. 38.
Limita secundò has leges in foro conscientiæ non 11
procedere, quia ad obuiandas lites, & Reipubl. per-
turbationem terminum præfixerunt, in quo emptor
agere

agere possit contra venditorem de dolo, fraude, & deceptione vera, seu præsumpta, vnde in foro conscientiæ ad restitutionem venditor teneebitur, & per viam denuntiationis Euangelicæ emptor ad iudicem ecclesiasticum ratione peccati recurrere poterit, de quo Ludou. Beia *resp. casuum conscientia, p. 3. casu 24. à princ.* & præcipuè *vers. respondemus leges,* Azeoed. *l. 10. n. 33. tit. 1. lib. 4. noua Recop.* Molin. *d. disp. 353. n. 5.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 25. pag. 358.*

12 Limita tertiò in venditionibus conditionalibus, nam pendente conditione istud tempus non currere, resoluunt Bald. *in l. si prædium, n. 12. infr. hoc eodem tit.* Greg. Lop. *l. 65. gloss. 5. tit. 5. p. 5.* Campeg. *de testib. reg. l. 322. fallent. 6.* adueniente namque conditione competit redhibitoria actio, D. Barbos. *in l. si mora 10. n. 70. prope fin. ff. soluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Venditor non tenetur de casu futuro, seu vitio serui, & n. 4.*

2 *Duo vbi simul probanda sunt, vnius probatio non releuat.*

3 *Temerè quid promittēs, sua temeritati id imputet.*

5 *Morbum, vel vitium tempore venditionis esse probabitur, si ante venditionem, & nunc esse probetur. probabitur si seruus, vel animal moriatur intra triduum à die postquam periculum ad emptorem spectat, numerandum, n. 7. & 9.*

6 *Medium probari, probatis extremis.*

8 *Animal venditum si post contractum illico, vel paulo post appareat morbosum, præsumi fuisse morbosum tempore contractus.*

10 *Morbi non omnes, nec vitia omnia redhibitioni locum faciunt.*

12 *Morbus, seu vitium pro quo conceditur redhibitio, qualis sit, & n. 13.*

14 *In dubio si duo testes deponunt Equum esse vitiosum, & duo quòd non, in fauorem redhibentis iudicandum est.*

15 *Redhibitoriam dari re etiam mortua.*

L. Si apud. III.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Mutiano.*

1 DE futuro casu, vel vitio serui, non tenetur venditor. Item duo vbi simul probanda sunt, vnius
2
3 probatio non releuat. Temerè quid promittens suæ temeritati id imputet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

4 Probat hic text. venditorem non teneri de morbo, seu vitio rei contingente post venditionem, sed ad obtinendum in hoc iudicio requiritur quod emptor probet ante venditionem rem morbosam, seu vitiosam fuisse, & post venditionem morbum, seu vitium durare, vt per Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2. n. 33.* Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 2. n. 49. vers. adde tamen,* Cæpol. *in l. actione 54. n. 1. & 2. ff. hoc tit.* Mascard. *de probat. conclus. 616. n. 2. & 3.* vbi quòd emptor agens redhibitoria probare debet equum ante venditionem fuisse intolerabili ferocitate calcitrosum, & sic vitio laborasse, & quòd emptori incumbit probare ante emptionem rem fuisse vitiosam, & venditorem morbum sciuisse. Moil. *in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 9. de contrah. empt. in præmiss. n. 42.* Rot. apud Fran. *decis. 833. n. 5. in nouiss. cent. 7. aliàs p. 4. diuersor.* Gabr. Pereira *Lusit. decis. 74. num. 33.* vbi etiam per hunc text. id limitat, nisi pacto venditor seruum in posterum fugitiuum, seu vitiosum non fieri temerè promiserit, quia licet impossibilis videtur promissio, ex ea tamen tenebitur.

Morbum, vel vitium tempore venditionis esse probabitur, si ante venditionem, & nunc esse probetur, quia præsumitur medio quoque tempore continuasse, vt de furore inquit Bald. *in c. fin. de success. ab intestato,* Surd. *cons. 86. n. 29. & decis. 146. num. 16.* vbi *n. 17.* subdit medium probatum esse extremis probatis. Et dicit Mascard. *d. concl. 616. n. 3.* quòd emptori incumbit probare ante emptionem rem fuisse vitiosam, & venditorem morbum sciuisse. Et hinc propter vitium statim perfecta venditione superueniens agi posse contra venditorem, resoluit Hippol. *sing. 614.* quem refert Arim. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 406. c. 2. vers. propter.* Et ex breuitate mortis præsumi animal venditum antea fuisse morbosum, ac proinde competere redhibitoriam, tradit Gom. Leo *decis. 40. in decis. diuers. tom. 2.* citatus à Tepat. *vbi supr. c. 5.* Vitium ergo, seu morbum præcessisse venditionem, probabitur si seruus, vel animal moriatur intra triduum à die postquam periculum ad emptorem spectat numerandum, vt per Cæpol. *in l. actionis, n. 2. ff. hoc tit.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 26. n. 11.* Rip. *de peste, tit. de remed. ad curand. pestem, num. 141. & 143.* Hippol. *in l. statuliberi, n. 16. ff. de quæst.* Boer. *decis. 323. num. 22.* Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2. num. 26.* Riminald. *cons. 360. num. 11. vol. 2.* vbi dicit animal venditum si post contractum illico, vel paulo post appareat morbosum, præsumi fuisse morbosum tempore contractus. Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 118.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 38. num. 2. pag. 646.* vbi Viui. *tit. 43. de locato n. 59. pag. 637.* Perez *ad tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 192.* Mascard. *de probat. concl. 92. num. 1. & 2.* vbi dicit, si animal, vel equus venditus intra triduum mortuus fuerit, præsumi tempore venditionis fuisse infirmum, *& concl. 616. n. 8. & concl. 633. & concl. 1074.* Surd. *decis. 146. n. 18.* Bonacos. *in tract. de equo q. 213. per tot.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 27. n. 17.* Caroc. *de locato & conducto p. 4. c. de imperitia caprarij q. 4. n. 5.* Marcel. Cala *de modo articulandi n. 710.* Guzman *de euict. q. 61. num. 27.*

Morbus autem quid sit, & in quo differat à vitio, vide text. *in l. 1. §. sed sciendum, ff. hoc tit. & in l. inter stuprum, §. verum, ff. de verb. signific.* Caballin. *in tract. huius tit. cap. 1. num. 1. & 2.* Cæpol. *in d. §. sed sciendum, n. 10.* Thom. Acti. *de priuileg. infirmit. rubr. 3. c. 3. per tot.* Et nota quòd non omnes morbi, nec omnia vitia redhibitioni locum faciunt, *l. ob quæ vitia 4. §. idem ait, l. Pomponius, ff. hoc tit.* Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers. 10.* Caballin. *in tract. huius tit. cap. 2. n. 1.* Campeg. *de testib. reg. 422. fallent. 1. & 2.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 21. num. 4.* Mascard. *d. concl. 616. n. 11. & 12.* Bonacos. *d. tract. de equo quæst. 141.* Thom. Acti *d. tract. rub. 4. cap. 4. à n. 7. & 16.* Et licet pro vitio minimo actio redhibitoria non detur, vt resoluunt plures ex supracitatis, & præter eos, Rot. *d. decis. 833. n. 7.* datur tamen pro re minima vendita, vt pro gallina, vel cane, secundùm Cæpol. *in d. §. sed sciendum, per l. si tamen, §. non solum, ff. hoc tit.* Morbus verò, seu vitium, pro quo redhibitio conceditur, talis esse debet, quòd rei emptæ vsum, & ministerium deteriorē faciat, vel illum impediat, *d. l. 1. §. sed sciēdum, vers. proinde,* vbi Cæpol. *à n. 34.* notat quòd ille solus morbus, vel vitiū propter quod vsus corporis non modicè impeditur, facit competere hāc actionem, Cabal. *d. c. 2. n. 15.* Mascard.

Right margin numbers: 5 (Morbum), 6 (n. 17.), 7 (Vitium ergo), 8 (decis. 323), 9 (venditus intra triduum), 10 (Morbus autem), 11 (Et nota), 12 (Morbus verò), 13 (competere hāc actionem).

d. concl. 616. *num.* 11. & 12. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 11. *n.* 4.

14 Nota etiam quòd in dubio si duo testes deponunt equum esse vitiosum, & duo quòd non, in fauorem redhibentis iudicandum est, Cæpol. *in l. quæro* 58. *§. fin. n.* 25. *ff. hoc tit.* Cott. *in memorab. verbo actio redhibitoria*, Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 6. *num.* 18. *vers. de isto*, Greg. Lop. 40. *gloss.* 4. *tit.* 16. *part.* 3.

15 Nota denique quòd etiam re mortua durat hoc edictum, & emptori datur hæc actio, *quod si nolit, §. idem ait, l. ædiles §.* 1. *l. si hominem ff. hoc tit.* Morl. *in emporio iuris ciuilis p.* 1. *tit.* 9. *de contrab. empt. in præmiss. n.* 44. Palad. *differ.* 56. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Res quandoque ob pactum, aliquando redhibetur ob vitium.*

2 *Redhibitoriam, seu quanti minoris, dari pro rebus immobilibus vitiosis intellige, vt num.* 3. *pro rebus mobilibus animatis, & pro aliis rebus mobilibus vitiosis, n.* 4.

5 *Casus, in quibus redhibitioni locus non est, & exceptiones aduersus emptorem redhibitoriâ agentem opponi possunt, & n* 6. 7.

8 *in Contractu donationis, etiamsi eius resolutio pacta foret verbis directis, non transit dominium absque traditione.*

9 *Redhibitoriam dari resoluta emptione, vt venditor cogatur rem accipere, & pretium eidem emptori reddere.*

L. Si prædium. IV.

Iidem AA. Falso.

1 RES quandoque redhibetur ob pactum, aliquando ob vitium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 *Si prædium, &c.*] Notatur ad hoc quòd actio redhibitoria, siue quanti minoris, datur etiam pro rebus immobilibus vitiosis, vt per Alex. *cons.* 63. *vol.* 6. Caballin. *in addit. ad tract. de ædilit. action. addit. fin.*

3 *vers.* 3. *limita*, Cæpol. *in l.* 1. *in princip. n.* 3. *ff. hoc tit.* vbi intelligit quando fundus venditus producebat herbas pestiferas, & tempore venditionis erant ortæ, vel radicatæ; secus verò si post venditionem orirentur ex facto emptoris. Negosant. *de pignorib. part.* 2. *memb.* 5. *n.* 24. Boër. *decis.* 46. *n.* 3. vbi quòd si pestilis fundus, id est, pestiferas herbas, vel lethiferas afferens, venditus fuerit, redhibendus erit. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 6. *n.* 18. Parlador. *in sesquicent. differ.* 56. *n.* 5. *vers. hoc autem, & lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. *§.* 5. *n.* 2. Surd. *decis.* 146. *num.* 7. & *decis.* 165. *num.* 5. Cald. Pereira *Lusit. decis.* 74. *n.* 4. *vers. ex quo defendi*, & *n.* 13. idem Caballin. *d. tract. c.* 1. *n.* 5. vbi exemplificat in domo, quæ aërem insalubrem habet, aut in qua serpentes nascuntur. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §.* 7. *gloss.* 2. *à num.* 74. Thom. Acti. *de priuileg. infirmit. rub.* 6. *de morbi consideratione in rebus inanimatis, cap.* 6. *per tot.*

4 Amplia hanc actionem emptori dari non solùm pro rebus immobilibus vitiosis, vt suprà vidimus, & pro rebus mobilibus animatis, vt est de natura huius actionis, sed etiam pro aliis rebus mobilibus vitiosis: nam licèt verba edicti solùm loquantur de seruis, & iumentis ac rebus se mouentibus, Iurisconsulti ex interpretatione etiam ad alias res mobiles, quæ se mouent, extenderunt, & ad res soli: vide Cæpol. *in l.* 1. *ff. hoc tit. à n.* 4. & *n.* 20. vbi pro libris venditis, pannis, tignis, & aliis rebus mobilibus edictum habere locum, docet Greg. Lop. *l.* 65. *gloss.* 1. *tit.* 5. *part.* 5. vbi idem pro libro corrupto, Caballin. *d. tract. cap.* 2. *n.* 49. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *nu.* 48. *vers. idem est si quis vendat pannos, libros, vel similes res mobiles vitiosas*, Campeg. *de testib. reg.* 423. *vers. secundò quando venditur liber*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 21. *cap.* 11. *num.* 5. Surd. *decis.* 146. *num.* 7. Gabr. Pereira *d. decis.* 74. *n.* 4. vbi pro fundo vitioso, tigno, vel alia quauis re inanimata redhibitoriam concessam esse dicit Rot. *decis.* 833. *num.* 1. apud Farin. *in nouissim. cent.* 7. aliàs *part.* 4. *diuers.* vbi fuit dictum vtilem redhibitoriam locum habere, etiam in libris, in quibus licèt non concurrat qualitas morbosi, vel vitiosi, propter quam datur emptori redhibitoria directa; tamen si propter vitium latens expediat eos non habere, vt multum impediatur eorum vsus, competit redhibitoria, & subdit in casu illic deciso quòd cùm liber fuerit emptus pro pretio satis notabili, videlicet duorum millium centum & quinque scutorum, ad effectum vt typis excuderetur pro vsu Ecclesiæ; & ex depositione peritorum & testium, & ex decreto sacræ Congregationis Rituum constet esse ita refertum erroribus, & varietatibus, vt imprimi non possit, & sic non possit ob ea vitia seruire ad vsum destinatum, ideo locum esse vtili redhibitoriæ nõ potest dubitari, duplicatur *decis.* 136. *n.* 1. *post lib.* 2. *cõs. Farinacij*, Thom. Acti. *de priuil. infirm. rub. c.* 6. *n.* 1.

Aliqui sunt casus, in quibus redhibitioni non est locus, & exceptiones aduersùs emptorem redhibitoriâ agentem opponi possunt. 5

Primus est, si venditor vitium, vel morbum rei venditæ emptori clarè, rectè, & specificè manifestauit. *l.* 1. *§.* 1. *ff. hoc tit. l. quæritur* 14. *§. si venditor. ff. eod.* Caballin. *in tract. huius tit. c.* 2. *n.* 20. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 48. *circa finem*, Morla *d. tit.* 9. *in præmiss. n.* 43. *vers. quo fit.*

Secundus casus est, quando morbus erat manifestus & patens, vt quia equus erat cæcus, vel claudus, vel alium morbum similem habebat, *d. l. quæritur, §. fin. l. si tamen* 48. *§. in ædilitiis, ff. hoc tit.* Cæpol. *in d. l. quæritur.* 14. *§. si nominatim à n.* 1. Caballin. *d. cap.* 2. *n.* 22. Ant. Gom. *d. n.* 48. *vers. & idem est quãdo.* Surd. *decis.* 146. *n.* 1. & 2. vbi de redhibitoria equæ venditę, quam antiquo dolore laborare emptor dicebat, & venditor excipiebat, quòd morbus equæ erat euidẽs, & patens ex cicatrice, quæ erat omnibus eam inspiciẽtibus manifesta, Morl. *d. n.* 43. Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 74. *n.* 30. Molin. *de Iustit. tr.* 2. *disp.* 353. *n.* 17. vbi subdit in foro cõscientię contractũ esse validum, & si æqualis sit, ad nihil teneri venditorem, nisi tempore cõtractus apertè illi constaret emptorẽ ignorare vitiũ notabile rei ex se patẽs, quia tunc in foro cõscientiæ teneretur admonere illũ si res cum eo vitio notabiliter inutilis esset ad id, ad quod illã emit. Rebell. *de oblig. iust. p.* 2. *lib.* 9. *q.* 8. *n.* 15. *cum seqq.* vbi *n.* 18. resoluit quòd quamuis venditor nõ obligetur ad declarãdum vitium manifestũ, vt quòd equus, quẽ vẽdit, sit monoculus, cùm debeat præsumere non latere emptorẽ, si tamen illi constaret tale vitium nõ esse emptori notũ, vel quòd nõ aduertit, vel quòd in ea negotiatione versatus nõ sit, sub mortali, & obligatione restituẽdi vẽditor tenetur in conscięntia aperire lib. ũ. 6

Declara hunc secundum casum non procedere quando emptor supinè ignorauit, & venditor morbũ sciebat, & illum non certiorauit, tunc enim dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, ita Axo. *in sum. huius tit. n.* 24. Cæpol. *in d. l.* 1. *in princ. n.* 12. *ver. præterea, ff. hoc tit.* Cabal. *d. c.* 2. *n.* 23. Greg. Lop. *l.* 66. *gloss.* 1. *tit.* 5. *p.* 5. Surd. *decis.* 265. *à n.* 18. & *decis.* 146. *num.*

num.10.& 21.vers.quartò respondeo,& *à num.19.* respondet ad text. *in d. l.quæritur*, §. *fin.* quòd debet intelligi quando est talesignum, quod per se manifestet vitium. Thor. *in compendio decis. Neapol. verbo equus venditus, in fine*, vbi ait fuisse iudicatum quòd vendens seruum cum collo ferreo, ad restitutionem pretij non tenetur, quia signum satis fugitiuum esse indicat. Quamuis contrarium, immo venditorem non esse in dolo in casu proposito, existimauerit gloss. *verbo nesciens in l.1. sup. hoc eod. tit.* & *ibi.* Bald. *n.6.* dum dicit venditorem ex eo, quòd tacuerit, non esse in dolo, quando vitium erat patens, cùm crediderit emptorem scire, quod omnes sciebant, & non esse fatuum; nisi glossæ & Baldi resolutionem intelligamus in casibus, de quibus *in l. ea quæ 43. ff. de contrah. empt.* & quando emptor aliàs in propriis negotiis erat diligens, ad not. per Caballin. *d. cap. 2. n. 23. in fin*; & quando vitium non latebat, nec erat necessaria indagatio, & emptor non ignorabat ea, quæ videbantur, quia erat peritus in arte, Gabr. Pereira *d. decis. 74. n.30.* & quando seruus legatus venalis in foro fuit expositus. *l. si tamen 48. §. ei qui seruum, ff. hoc tit.* Surd. *dec.146. n.15.* Et quando morbus, vel vitium erat tale quod cognosci poterat, vt si emptor serui morbosi erat Medicus, vel equi mareschalus, vel si liber Doctor, quia præsumitur scivisse, nisi emptor probasset se ignorasse, quia nunquam vidit seruum, vel equum, nec librum. nam tūc dabitur ei actio etsi supinè ignorasset, vt docent Cæpol. *in d. l.1. in pr. n.15. vers. nisi emptor.* Surd. *dec. 146. n.2.* Mant. *sing. 250.* vbi quòd mareschalo ementi equum morbosum nulla datur actio, quem refert Armin. Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 406. cap. 2. in fine*, turpe enim est alicui ignorare artem in qua versatur, *l. 2. §. Seruius, ff. de origine iuris. l. professio tua, C. de munerib. patrim. lib. 10.* cum traditis à Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. n.76.*

Declara deinde, eundem secundum casum non procedere quando emptor, qui videt, aut scit animal esse morbosum, aut fugitiuum, stipulatur sanum esse, vel non esse fugitiuum, quia tunc contra venditorem non obstantè quod de morbo fuit certioratus, poterit agere ad interesse, *l. apud Celsum, §. item Labeo, ff. de doli except.* vbi de seruo fugitiuo, Surd. *cons. 15. à n.17. & dec. 265. n.20.* Non obstat quòd stipulatio non valet tanquam de re impossibili, *l. impossibilium, ff. de regul. iuris, l. non moriturum, C. de contr. ib. empt.* quia respondit Surd. *d. cons. 15. n.18.* venditorem promittere videri non factum ipsum, quod impossibile est, sed interesse, ideo stipulationem committi respectu interesse.

7 Tertius casus est quando vēditor seruum, equum, vel aliud quid vendidit, hoc pacto adiecto, quod nō vult teneri de certo aliquo vitio, vel causa, *l. quæritur 14. §. venditor, ff. hoc tit. l. Hisp. 66. tit. 5. part. 5.* Rom. *sing. 387.* Alex. *cons. 14. n.5. vol. 5.* Surd. *decis. 146. n.9.* nisi venditor sciret vitium, quod excepit, & de eo emptorem non certiorauit, tunc enim non obstante quod de speciali vitio dixit quòd nolebat teneri, actio emptori datur, Cæpol. *in d. §. venditor. n.10.* Surd. *d. cons. 56. n.16.* quod procedit etiam quando generaliter venditor dixit se nolle teneri de aliquo vitio, vel morbo, si venditor vitium, vel morbum sciebat, quia etiam tunc non obstante dicto pacto emptori actio redhibitoria datur, generalia enim pactio venditori vitium ignoranti tantum prodest, Cæpol. *in d. §. si vendit. n.10. col.4. vers. si verò venditor sciebat*, Greg. Lop. *l.66. gloss. 2. tit. 5. p. 5.*

Vnde quando vēditor dixit equum morbosum, & vitiosum esse generaliter, & quòd eum vēdebat cum omnib. vitiis & morbis suis; vel dixit, Vendo equum, qui est malesanus pro cœco, pro claudo. & qui dolet antè, & retro, & est totus plenus vitiis, & nolo teneri de aliquo: vel si interrogatus ab emptore si erat morbosus, aut vitiosus, vel si non interrogatus venditor dicat, iste equus habet lumina effossa, est lunaticus, & recalcitrosus, &c. tunc si equus aliquod vitium, vel morbum patiatur, etiam ex his, quæ inter alia expressa fuerunt per venditorem, contra eum emptor agere poterit, quia fuit vsus dictis verbis causa decipiendi emptorem, Greg. Lop. *per text. ibi in l.66. gloss. tit.5. p.5. & l.45. gloss.1. tit.18. p.3.* Cæpol. *in d. § si venditor n.10. in princ.* Ant. Gom. *d. c. 2. n.49. in princ.* Caballin. *d. c. 2. n.24.* Mexi. *in tract. tassa panis concl. 6. n.7.* Surd. *cons. 13. n.34. & decis. 146. num. 22.* Molin. *in emporio iuris ciuilis p.1. tit.9. de contrah. empt. in præmiss. n.45.* Caroc. *dec. 46. n.31.* Thor. *in compendio decis. Neapolit. verbo equus*, Guzman. *de euictionib. q.61. n.24.*

Vt post sub conditione venditum resolui, &c.] Notatur ad hoc quòd in donationis contractu, etiamsi eius resolutio pacta foret verbis directis, non transit dominium absque traditione, cùm id speciale sit in pactis legis commissoriæ, & addictionis in diem, vt per Couar. *lib.1. var. cap.14. n.3. vers. hanc verò*, ibi, *quartò etiamsi.* 8

Et redhibitoriam actionem, &c.] Ergo datur actio redhibitoria resoluta emptione ad hoc vt venditor cogatur rem accipere, & pretium eidem emptori reddere, vt per Cou. *lib.3. var. cap.8. num.2. vers. & ideo iure hac opinio.* Hieron. Gabr. *cons.66. n.3. lib.1.* vbi ait loqui de actione danda emptori ad pretium, non de ea, quæ venditori datur ad rem venditam, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.4. tit.32. num.60. & 71.* 9

In gloss. *Sub conditione.* ibi, *scil. resolutiua*, &c. Et ideo actū non suspendit, nec eum facit conditionalem, sed tantùm ex euētu ipsius eum resolui, vt per Tiraq. *de retract. conuent. §.2. gl.1. n.74. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *In Redhibitoria emptor probabit seruum esse fugitiuum*

2 *Res multæ si simul emantur, & vna tantùm sit vitiosa, ita vt redhibenda veniat, quid.*

L. Habito semel. V. & vlt.

Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Nebridio P.V.*

IN redhibitoria emptor probabit seruum fugitiuum esse. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.1. num.1. supr. hoc tit.* 1

Vide Rebell. *de oblig. inst. p.2. lib.9. q.8. n.28.* vbi per hunc text. resoluit si venditor nōn declarat seruum esse fugitiuum, quia ignorat, non tenetur ad damna subsequuta, conceditur tamen contra illum actio, quanto minoris, & redhibitoria. De seruo fugitiuo vide posita *in collect. ad l.1. sup. hoc eod. tit.*

Nota quod si multæ res simul emantur, & vna tantùm vitiosa sit, itaut redhibēda veniat, tunc si reliquæ adeò cum ea sint cōnexæ, vt dura sit separatio vnius ab aliis, puta si plures serui ad ministerium aliquod simul sint empti, & reliqui, sine vllo illorum præstare illud non possint, tūc dissoluitur contractus quoad omnes, etsi singulæ illæ res distinctis pretiis emptæ sint: si verò non habeant talem connexionem, tunc illa tantùm est redhibenda, quæ reperitur 2

vitiosa restituto pretio, quo illa vendita fuit, si peculiari pretio fuit vendita, aut facta æstimatione illius mandato iudicis, quando partes non conuenerint. Ita Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap. 2. num.* 48. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 353. *n.* 30. Morl. *in emporio iuris ciuilis par.* 1. *tit.* 9. *de contrah. empt. in præmiss. num.* 43. Cæpol. *per text. ibi in l. cùm quidam* 34. *num.* 6. *&* 10. *ff. hoc tit.* Gabr. Pereira *Lusitan. decis.* 47. *num.* 29.

De Monopolijs, & conuentu negotiatorum illicito, vel artificio ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis.

TIT. LIX.

SENSVS apud Synopseos authorem hic est: De nauigatoribus qui annonæ insidiantur dum emunt & supprimunt merces: aut falsis ponderibus vtuntur; & quòd non liceat inter se pacisci de speciebus, ne minoribus vendant, quàm inter se statuerunt, & ne sint monopolia. Hoc igitur titulo tria prohibentur, quæ publicæ vtilitati repugnant, quia caritatem inducunt. I. Monopolium, id est, priuilegium, vt aliquis solus certas merces, vel res vendere possit, *l. vnic. in princ.* II. Negotiatorum illicitæ conuentiones, vt merces non minoris vendantur, quàm inter se statuerint, *versic. neve quis.* III. Pacta artificum & ergolaborum (id est, redemptorum, qui opus faciendum conducunt) & balneatorum, quibus inter se paciscuntur, ne opus ab aliquo inchoatum alius perficiat, vel vt eius curam aliquis suscipiat, quod alterius curæ commissum erat. §. *ædificiorum*, Scripserunt in hanc rubricam Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli, & plura de monopolij crimine, vide apud Armill. Syluest. & alios Summistas *verbo Monopolium*, Fernand. *in iuris partes lib.* 2. *c.* 9. Caluin. *in suo Lexic. iuridic. verbo Monopolium, & verbo Ergolabi.* Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tract. de magist. offic. & monopol. gloss.* 2. *& in l. inter publicas, ff. de verborum significat. pag.* 114. Auendan. *ad cap.* 19. *Prætor. n.* 31. *vers. item contra*, Fr. Ludou. *in instruct. conscient. lib.* 1. *c.* 42. quod inscribitur *De monopolijs*, Mercat. *de contractibus, lib.* 1. *c.* 14. Damhuder *in praxi crimin. c.* 131. *fol.* 100. *&* 101. Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. Conrad. *in tractat. de contractibus illicitis, qu.* 51. Menoch. *de arbitr. casu* 569. Perez *l.* 2. *tit.* 23. *lib.* 2. *Ordinam. pag.* 430. *& lib.* 8. *pag.* 244. Burg. de Paz *consil.* 47. *n.* 2. *cum seqq.* Matiens. *l.* 1. *gloss.* 9. *n.* 13. *tit.* 14. *lib.* 5. *nouæ Recopilat.* Azeued. *l.* 4. *tit.* 14. *lib.* 8. *etiam nouæ Recopilat.* Surd. *consil.* 321. *num.* 24. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica lib.* 3. *c.* 4. *num.* 59. *&* 60. Cardin. Tusch. *pract. conclus. litt. M, verbo Monopolia, concl.* 358. Farinac. *fragment. crimin. par.* 2. *lit. M, ex num.* 282. *vsque ad* 307. Nicol. Mozz. *de contractibus, tractat. de empt. & vendit. tit. de personis quæ possunt emere, num.* 19. *&* 20. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disput.* 345. *per tot.* Less. *in simili tractat. lib.* 2. *cap.* 21. *dubit.* 2. Marta *de iurisdict. p.* 1. *cap.* 23. *per tot.* Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 9. *quæst.* 4. *de monopolio*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *c.* 22. *à num.* 327. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 28. *de monopoliis.*

SVMMARIVM.

1 *Negotiationes, & commercia specierum non sint in manu vnius.*
2 *Statuta vt res carè vendantur, aut ne vnus ex opificibus rem ab alio inceptam perficiat, sunt illicita.*
3 *Conuentiones opificum ne intra pretium taxatum res vendatur, ædificium ab vno cœptum alium perficiat, ipso iure nullæ sunt, & legibus reprobatæ.*
4 *Monopolij crimen vti grauissimum, ac Reipubl maximè perniciosum, iure est prohibitum.*
5 *Monopolium qui committant*, & n. 9. 10. *& quando committatur*, num. 6. 7.
8 *Monopolij conuentionem non validari iuramento.*
11 *Ergolabi qui.*
12 *Balneatores qui.*
13 *Monopolij pœna quæ.*
14 *contra Monopolia exercentes vt procedatur.*
15 *Primates collegij consentientes in monopolium in eorum collegio puniri mulctâ quadraginta librarum auri.*
16 *Iudices negligentes procedere contra monopolia exercentes, & pœnas à iure inflictas ab illis exigere dissimulantes, mulctâ quadraginta librarum auri puniri.*
17 *Iudex qui pœnam remiserit, aut minuerit, qualiter puniatur, remissiuè.*
18 *Echinus quid.*

L. Iubemus vnic.

Imp. ZENO *Constantino P.P.*

NEgotiationes, & commercia specierum non sint in vnius manu. Item statuta vt res carè vendantur, aut ne vnus ex opificibus rem ab alio inceptam perficiat, illicita sunt. Conuentiones opificum ne intra pretium taxatum res vendatur, ædificium ab vno cœptum alius perficit, ipso iure nullæ sunt, & legibus reprobatæ. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Fulgos. Angel. Bald. Castrens. Sichar. Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1 2 3

Monopolium audeat exercere, &c.] Notatur ad hoc quòd monopolij crimen iure prohibitum est, grauissimúmque reputatur, ac Reipubl. maximè perniciosum, eo quòd ciues emere cogantur cariùs merces de eorum manibus, cæteri verò de Republic. impediantur iustè & commodè negotiari, benigniorésque esse in pretio aliis ciuibus, vt per Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 345. *n.* 1. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *c.* 21. *à princ.* Farinac. *fragment. crimin. part.* 2. *litt. M, num.* 287. *cum seqq.* 4

Ne quis, &c.] Etiam Principes, & dominus terrarum, qui si emant frumentum, aut alia victualia, vt soli magno pretio vendant, monopolium committunt, Decian. *d. lib.* 7. *c.* 21. *n.* 5. vbi inuehitur contra Principes, qui hodie sua horrea, suásque cellas repletas habent, & certo anni tempore singulares res ad victus necessarias, suo arbitrio vendunt, nemóque alius huius generis merces vendere possit, refert Farin. *d. lit. M, n.* 298. vbi *n.* 299. post Decian. *eod. c.* 21. *n.* 29. & Menoch. *de arbitr. casu* 569. *num.* 20. resoluit monopolium committi etiam per aromatarios statuentes quòd pro exequiis defuncti nullus eorum possit dare eorum hæredibus, nisi priùs soluerint aromatariis totum, quod defunctus debebit. 5

Vel cuiuslibet alterius ad victum, &c.] Notatur ad hoc 6

hoc quòd monopolium præcipuè committitur quando quis emit aliquam victualię totam speciem, vt puta frumentum, vinum, oleum, & similia, vt is solus, & vnus vendendi potestatem, & non alius, vt per Decian. *d.lib.7.cap.21.n.1.in fine.* Azeued.*l.4. num.2.tit.14.lib.8.noua Recop.* Farinac. *dict. litter. M, num. 292.* vbi *num. 293.* monopolium committi ait non solùm in mercibus, sed etiam in loco, vt puta quando statuitur quòd pastilla, aut alia victualia non vendantur, vel emantur, nisi in certo loco.

7 *Néve quis illicitis habitis conuentibus,* &c.] Notatur ad hoc quòd monopolium propriè committi dicatur inter plures mercatores, seu artifices quando inter se concordant, conspirant, & conueniunt; & omnes vno certo pretio vendunt, & non minori, vt per Arimin. Tepat. *var.sentent.tom.2.tit.366.cap.3. vers.conuentiones.* Menoch. *d.casu 560.num.3.& 10.* Decian. *d.lib.7.cap.21. num.7.* vbi *num.17.* subdit monopolij crimen incurrere eos, qui conueniunt non locare domos, vel apotechas, aut alia ædificia, seu bona, nisi tanto pretio, Farin. *d.lit.N, num.290.* Molin. *d.disp.345.num.1.* vbi *num.5.* resoluit quòd quando huiusmodi conuentiones in causa essent quòd priuati emerint vltra iustum pretium rigorosum, quod alioquin esset futurum, aut quod infra iustum pretium infimum venderent, non est dubium teneri eos restituere vsque ad limites iusti pretij, de quo latiùs Petr. Nauar. *de restitut.lib.3.cap. 2.n.77. in dubiis.9.* Azeued. *l.4. num.8.tit.14.lib.7. noua Recop.*

8 *Coineret, vel paciscatur,* &c.] Notatur ad hoc quòd monopolij illicita conuentio, seu pactio iuramento non validatur, vt per Decian. *d.lib.7.cap.11. num.16.* Farin. *d.lit. M, num.301.*

9 *Ædificiorum quoque artifices,* &c.] Notatur ad hoc quòd artifices monopolium committunt quando inter se conueniunt vt incepto per vnum operi, alter se non intromittat, ita Decian. *d.lib.7.c.21.n.8.* Menoch. *d.casu 569.num.5.* Farin. *d.lit.M, num.195.* Azeued. *d.l.4.num.19.*

10 Artifices etiam monopolium committunt si inter se paciscantur ne quispiam eorum in arte illa instruat alios præter filios, vel eorum nepotes, vt per Ioan. Sichard. *hîc num.3.* Menoch. *d.casu 569.num. 15.* vbi subdit id locum non habere in his artificibus, quibus vel priuilegio, vel vsu antiquissimo permissum est ita pacisci, seu obseruari, & *n.17.* subdit monopolium committere pariter artifices, qui paciscuntur inter se quòd nemo doceat artem illam nisi tanto pretio, vel minori tempore quàm triennio, vel quadriennio, refert Farinac. *dict. littera M, num.296.*

11 *Vel ergolabi.*] Ii dicuntur, qui opus aliquod faciendum conducunt, & non sunt ipsi artifices, sed alij, qui postea artificibus id opis minori pretio perficiendum locant, de quibus Imperator hîc intelligere videtur, cùm ipsos ab artificibus distinguat, ita Ferrand. *lib.2.explicat.in tit.de monopol. & conuentib.cap.9.* Caluin. *in suo lexic.iurid. verbo Ergolabi.*

12 *Et balneatores.*] Ii dicuntur qui balnea præbent, balnearum præfecti, ita Spieg. *l.30.§.ædilis, ff.locat.* Caluin. *in d.suo lexic.Iuridico, verbo Balneator.*

13 *Bonis propriis spoliatus,* &c.] Notatur ad hoc quòd monopolij pœna est publicationis bonorum & exilij, vt per Decian. *d.lib.7.cap.21.num.33.in princip.* Menoch. *d.casu 569. num.23.* vbi subdit quòd hæc pœna potest mitigari arbitrio iudicis, iuxta facti & personarum qualitatem, Molin. *d.disput.345. num.1.* Azeued. *d.l.4.num.34.tit.14.lib.8.noua Recop.* Azor. *instit.moral.p.3.lib.8.cap.28. de monopol.vers. primò.* Farin. *d.lit. M, num.282.*

Omniaque huiusmodi facinora denunciandi, &c.] 14
Ergo per denuntiationem proceditur contra monopolia exercentes, vt per Bald. *hîc num.2.in fine,* Farin. *d.lit.M, num.286.* vbi post Sichard. *in præsenti num.13.& 14.* subdit posse procedi per accusationem, per denuntiationem, per inquisitionem, & ex officio.

Cæterarum præterea possessionum Primates, &c.] 15
Notatur ad hoc quòd puniuntur collegij Primates, & Præsidentes propter huiusmodi illicitas pactiones, & conuentiones in eorum collegio, & arte factas, dum sic fieri consentiunt, in libris auri quadraginta, vt per Bal. *hîc n.1.vers.nota specialiter.* Decian. *d.l.7.cap.21.n.33.* Menoch. *d.casu 569.n.24.* Farinac. *d.lit.M, num.283.* Et de his Primatibus vide Tiraq. *de nobilit.c.37.n.36.*

Officio tuæ sedis, &c.] Notatur ad hoc quòd iudi- 16
ces negligentes procedere contra monopolia exercentes, & pœnas à iure inflictas illis exigere dissimulantes, pœna quinquaginta librarum auri puniuntur, vt per Bald. *hîc n.3.* vbi propterea facit generalem conclusionem quòd iudices negligentes punire maleficia puniuntur, refert Farin. *d. litt.M, n.284.* Azeued. *d.l.4.n.34.in fine.*

Minus fuerit executum.] Iudex qui pœnam re- 17
miserit, aut minuerit, qualiter puniatur, vide Tiraq. *de pœnis temper.in præfat.num.14.*

In gloss. *Echinus.* ibi, *vel dic quòd echinus est par-* 18
uus piscis. Vide Caluin. *in suo Lexic.iuridico, verbo Echinus.*

De Nundinis, & mercatibus.

TIT. LX.

NVNDINÆ sunt mercatus vnius, vel plurium prouinciarum. Mercatus sunt nundinæ vnius ciuitatis. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli vide Franc. Marc. *Delphin.dec.53.* Andr. Gail. *lib.2.obseruat.60.* Anton. Thesaur. *decis. 264.num.2.* Petr. Gregor. *syntagm.iuris lib.52.cap.3. num.1.cum seqq.* Foler. *ad Marant. de ordine iudic. part.4.distin.ct.9.num.50.cum seqq.* Camill. Bottel. *de præstantia Regis Catholici cap.36.* à Ponte *in tract. de potest. Proregis tit.de diuersis prouision. §. de mercat.seu nund.* Arimin. Tepat. *var.sent.tom.2.tit.366. cap.12.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *ad Nundinas venientes non arresto obstringi, nec eorum bona in sequestrum possunt conijci,* & numero 2. *non possunt conueniri à facientibus eas in eorum territorio de permissu Principis, sed bene ab aliis mercatoribus contrahentibus cum eis* num.3.

4 *in Nundinis neminem conueniri nisi pro contractibus gestis in nundinis, si ibi habeat pergulam.*

5 *Nundinis durantibus neminem conueniri pro causis ciuilibus.*

6 *Nundinarum tempore elapso cessare modum illum procedendi, & attendi ritum loci.*

7 *in Nundinis immunitas omnium vectigalium, & gabellarum conceditur.*
8 *Nundinas faciendi licentia à solo Principe concedenda.*
9 *Mercatus si semper factus fuerit in vna platea, an potuerit mutari in aliam.*
10 *Molestari & vexari etiam illum, cui iudicialiter infertur molestia.*
11 *Nundinas faciendi priuilegium decem annis amittitur,* & n. 13. *non amitti quando priuilegium in mera voluntate est positum,* n. 12. *nec amitti quoad contractus correspectiuos, sed ad ea tantùm priuilegia, quæ mera gratia sunt concessa.*

L. Qui exercendorum. Vnic.

Impp. VALENS & VALENT. A A. *ad Probum P. P.*

1 ADuenientes ad nundinas non aresto obstringi, nec eorum bona in sequestrum coniici possunt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Butrig. Salicet. Fulgos. Angel. Castr. Bald. Sichard. Cuiac. Sebast. Næui. Aloys. Leo *in 4. fol. 42.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 3. tit. 7. part. 5.* Strach. *de mercat. part. 1. num. 91. & in tit. quomodo in causa mercatorum procedendum sit, num. 2.* Marant. *de ordine iudic. part. 4. distinct. 9.*
3 *num. 82 cum seqq.* vbi ex Angel. ait procedere vt venientes ad nundinas non possint conueniri à facientibus eas in eorum territorio de permissu Principis, sed bene possint ad aliis mercatoribus contrahentibus cum eisdem conueniri, Petr. Pech. *de iure sistendi cap. 10. num. 3. pag. 102.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 3. lib. 25. cap. 3. num. 6.* vbi etiam refert quòd anno 1480. lata lex à Ferdinando & Isabella Regni Hispaniarum consortibus vt commeantium ad nundinas priuilegiatas nullus comprehendi possit iure oppignerationis, seu repressaliorum, seu clarigationis. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 60. consid. 1.* D. Barbos. *in l. hæres absens, §. pro-*
4 *inde, in princip. num. 110. & 111. ff. de iudic.* vbi quòd in nundinis quis non conuenitur pro contractibus alibi gestis, sed pro gestis in nundinis ibi conueniri potest si ibi habeat pergulam, Gutier. *de gabellis q. 7. num. 28.* vbi tenet quòd huius l. priuilegium non cessat si tempore nundinarum factus fuerit contractus, & non traditio, subditque gabellam venditionis factæ in nundinis sub conditione, quæ postea nundinis transactis perficeretur, non esse soluendam, quia adhuc nundinarum priuilegium locum habet propter conditionis retrotractionem. Et nota quòd nundinarum, mercatorum ac feriarum sub prætextu, præceptum de dominicis & festiuis diebus sanctificandis, & obseruandis nullatenus est violandum, vt censuit S. Congr. Rituum, cuius memini in collect. Bullarij *verbo Nundina.*

5 Hinc est quòd durantibus dictis nundinis nemo potest molestari, nec conueniri pro causis ciuilibus, Bald. *cons. 106. in fine lib. 4.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Catholici, cap. 36. num. 37. & 38.* vbi limitat in contractibus ibidem factis, Sichard. *hic num. 4. & 5.* Matth. Coler. *de processib. execut. p. 1. c. 3. n. 47.* Et in causis prædictis absque omni alio processu iudiciali proceditur, secundum Sichard. & Coler. *citat. locis,* Strach. *de mercatura p. vlt. c. 1.* Cephal. *cons. 492. num. 28. vol. 4.* Marant. *de ordine iud. p. 4. dist. 9. n. 49.* Camill. Borrell. *cons. 86. per tot. & d. cap. 36. num. 43.*

vbi subdit quòd si labatur tempus nundinarum, 6
cessat modus ille procedendi, & attenditur ritus loci.

Similiter vt faciliùs ac securiùs mercatores in 7
nundinis concurrant pro communi populorum vtilitate per Principem immunitas omniũ vectigalium, & gabellarum conceditur, Franc. Marc. *decis. 415. in fine,* Capyc. *in inuest. rub. feudorum clausulæ, verbo mercatus,* Camill. Borrell. *d. c. 36. n. 35.*

Nota quòd ius Regale est quòd solus Princeps 8
concedat licentiam faciendi nundinas, de quo Castald. *de Imper. quæst. 110. vers. 100.* Nat. *cons. 511. & cons. 512. num. 5. col. 3.* Sext. *lib. 1. de regal. c. 2. num. 37. & cap. 6. num. 51.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10.* Roudens. *cons. 23. n. 10. lib. 2.* Capyc. *loco citato.* Menoch. *cons. 302. n. 31.* Sed quid si mercatus semper factus fuerit in vna platea, an potuerit mutari in aliam, 9
vide Cancer. *lib. var. cap. 13. num. 284. & 289. cum sequent.*

Molestiam possint inferre.] Per hunc text. notat 10
Bald. hîc quòd etiam ille vexatur, cui molestia iudicialiter infertur, vt per Paul. de Castro *cons. 204. col. 2. lib. 2.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 26. num. 2.*

In gloss. *Licentiam.* ibi, *quam decennio non vtendo* 11
amittunt. Notatur ad hoc quòd licentia, siue priuilegium faciendi nundinas decem annis amittitur, *l. 1. ff. hoc tit.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 25. cap. 3. num. 11. & lib. 40. cap. 5. num. 27.* Ego ipse *de officio,* 12
& potest. Episcopi p. 2. alleg. 26. num. 10. cuius legis primò decisionem locum non habere quando priuilegium in mera voluntate positum est, tenent Rip. *in l. quominus num. 97. vers. intellige si per Principem, ff. de fluminib.* Felin. *in cap. cùm Ecclesia num. 25. & ibi* Deci. *num. 26. de constitut.* Rebuff. *in l. dinus, ff. ad Syllan. num. 204. vers. si tamen,* Decian. *resp. 43. num. 34. vol. 3.* Neque etiam procedere in contractibus correspectiuis, sed tantùm in priuilegiis, quæ mera gratia conceduntur, tenet Decian. *resp. 25. num. 113. vers. præterea vol. 1.* per text. *in l. quod bona fide, ff. de actionib.*

Ad illud verò quod generaliter hinc colligunt 13
Doctores, videlicet quòd priuilegium impetratum à Principe videmur amittere si eo per decennium non vtamur, vide Balb. *de præscript. 4. part. 5. princ. quæst. 4.* Padill. *in l. falso num. 3. cum seqq. C. de diuers. rescript.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 41. num. 16. & cons. 727. num. 13. & cons. 1172. num. 15.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 7. ad fin.* Garc. Mastrill. *Sicilia decis. 96. num. 1. part. 1.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 15. num. 8.* Hippol. Riminald. *cons. 56. num. 67. vers. accidit,* Decian. *resp. 66. n. 65. vol. 3. & cons. 43. num. 35. & resp. 2. num. 125. vers. multo lib. 2.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 4. quæst. 8. & cap. 22. quæst. 8.* Soar. *de legib. lib. 8. cap. 33. num. 19.* quorum plures resoluunt, & meritò, quòd in his casibus, in quibus priuilegium amittitur ex non vsu, necessarium est probare quòd impetrans potuit eo vti intra decennium, & vsus non fuit, tunc tacitè dicto priuilegio renuntiare censetur, alioquin per mille annos non inducitur amissio priuilegij, & concludit Decian. *consilio vltimo, loco citato,* quòd actori incumbit onus probandi plures euenisse occasiones, quibus mediantibus potuit eo priuilegio vti, & vti noluit.

De

De Vectigalibus, & commissis.

Tit. LXI.

DVæ sont partes huius tituli, altera est de vectigalibus, altera de commissis. Vectigal autem hic dicitur, quod pro negotiatione, vel translatione mercium, aut seruorum venalium, fisco, vel Reipubl. seu publicanis, qui à fisco, vel Republ. conduxerunt, præstare debet. quod nisi soluatur, res in commissum incidit, id est, regulariter fisco committitur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Aymar. Riual. *historia ciuilis lib. 1. fol. 5. verso*, vbi agit, quis primus vectigalia instituerit, Rebuff. *in comment. ad l. eum qui, ff. de verb. signific. pag. mihi* 107. vbi quid sit vectigal, Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 31. in princip.* Mascard. *de probation. concl.* 834. Rhenat. Chopin. *in tract. de domanio Franciæ lib. 1. tit. 9.* Petr. Heig. *in miscell. quæst. part. 1. quæst. 17. fol. 239. cum seqq.* Bellacomb. Kirchou. Bonacos. Vezin. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 39.* Henriq. Bocer. *disput. de vniuerso iure part. 1. class. 4. disputat. 3. de publicanis, vectig. & commissis.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 1. lib. 2. c. 10.* vbi de quibusdam rebus ex quibus nomine tributi, vel vectigalis fiscus quædam accipiebat, & antea *cap. 8.* agit de personis, quæ sunt immunes à vectigalibus, & *cap. seq.* de portoriis, seu vectigalibus in specie, Salon *in 2. 2. tom. 2. quæst. 77. art. 1. de vectigalib.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lectionum lib. 3. cap. 31.* Camill. Borrell. *in summ. decis. tom. 3. tit. 15. de tributis, collectis, & vectigalibus.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 1. tit. de iure fisci resolut. 5. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 661. cum seqq.* Parlad. *rerum quotidian. lib. 1. cap. 3.* vbi totam vectigalium materiam ad Regiarum legum interpretationem mira quadam breuitate perstringit, Peregrin. *de iure fisci lib. 6. titul. 5. num. 1. cum seqq.* vbi quid sit vectigal, & quantum pro vectigali de iure communi solui debeat, Farinac. *in praxi crimin. p. 7. de furtis, quæst. 172.* vbi de fraudantibus gabellam, & eorum pœna quando habeat locum, & quando non. Arimin. Tepat. *var. senteat. tom. 2. tit. 367. de publicanis, & vectigalib. gabellis, pedagiis, &c. & titul. 368. de commissis & pœnis fraudantium pedagia, & gabellas.*

SVMMARIVM.

1 *Manumissio serui non impeditur generali hypotheca bonorum, quam habet fiscus.*

2 *Libertas præstita ante motam quæstionem commissi non reuocatur prætextu vectigalis non soluti,* & num. 3.

4 *Res quæ vehuntur, de quibus gabella solui debebat, eâ non solutâ, incidunt in commissum, & confiscantur, etiamsi post omissam professionem, seu manifestum quis soluere esset paratus,* numero 5. *transire hanc pœnam etiam ad hæredes, si viuo delinquente quæstio mota fuerit,* num. 6.

7 *Rerum quæ cadunt in commissum ob fraudatam gabellam, dominium transit ipso iure in fiscum, non tamen possessio, nisi sequatur iudicis declaratoria.*

8 *Gabellam fraudare nec in foro conscientiæ licitum est.*

9 *an Vectigali non soluto res tota incidat in commissum.*

L. Si iure. I.

Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *Victorino.*

GEneralis hypotheca bonorum, quam habet fiscus, non impedit serui manumissionem. Item 1
libertas præstita ante motam quæstionem commissi 2
non reuocatur prætextu vectigalis non soluti. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Aloys. Leo *in 4. fol. 42. verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in anaot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hisp. 6. tit. 7. part. 5.* vbi Gregor. Lop. *gloss. 5.* vbi dicit 3
quòd ista lex vult quòd etiamsi sit omissa professio serui, & vectigal non fuerit solutum, teneat manumissio facta ante motam quæstionem commissi, & dominus in nullo teneatur, cuius contrarium tenere ait gloss. & Doctores communiter *in præsenti*, dum intelligunt hanc l. quòd hic non fuit omissa professio, sed tantùm fuit à vectigalis solutione cessatum, vide alia apud ipsum. Coler. *de processib. execut. p. 1. cap. 2. num.* 153.

Allegari solet hic text. ad hoc quòd res quæ ve- 4
huntur de quibus gabella solui debebat, & non fuit soluta, incidunt in commissum, & confiscantur, vt per Firman. *de gabellis part. 9. num. 9.* Ferret. *in simili tract. num.* 161. Menoch. *de arbitrar. casu* 397. *post num. 6.* Garc. Mastrill. *in tract. de magistratib. lib. 3. cap. 10. num. 229.* vbi *n.* 330. id procedere ait etiamsi 5
post omissam professionem, seu manifestum soluere paratus esset, & *num.* 231. quòd hæc pœna transit 6
etiam ad hæredes, si viuo delinquente quæstio mota fuerit, Farin. *in praxi crimin. part. 7. de furtis quæst. 172. num. 2. cum seqq.* vbi *numero 3. cum seq.* resoluit 7
quòd rerum, quæ cadunt in commissum, propter fraudatam gabellam, dominium transit ipso iure in fiscum, non tamen possessio, nisi sequatur iudicis declaratoria, & à *numer.* 5. tenet quòd nec in foro 8
conscientiæ licitum est fraudare gabellam, & si quis propterea eam defraudauerit, peccat mort. quando gabella est iusta.

In gloss. *Si iure* 1. *in addit.* ibi, *an propter vectigal* 9
non solutum res tota incidat in commissum, &c. Veluti si plures res deferantur ab vna, & eadem persona, quarum aliquæ sunt suppositæ oneri soluendæ gabellæ, aliquæ autem non, ideo potest dubitari an omnes res confiscandæ sint, siue sint portantis, siue alterius? de hac quæst. vide Boër. *decis. 178. num.* 23. Clar. *in pract. §. fin. quæst. 82. stat. 7. anm. 9. versic. fin.* Firman. *de gabell. part. 9. num. 13. & 14. & num. 34. cum seqq.* Ferret. *in simili tract. num. 56. 182. & 606. cum seqq.* Farin. *d. quæst. 171. num. 34. cum seqq.* latè Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. tit. de iure fisci resol. 3. per tot.* vbi multipliciter declarat, & sub distinctionibus resoluit, Suar. & Vezio. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 41. num. 10. pag. 651.* vbi etiam post Ioseph Ludou. *Perus. decis. 31. num. 7.* quòd confiscari non potest nauis si in ea deferantur merces prohibitæ inscio domino nauis.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Res in commissum incidens ad quinquennium vsque vendicari potest, non post,* & num. 2.

3 *Venditor an transacto tempore præscriptionis gabellæ sit securus in conscientia eam non soluens.*

4 *Malæ fidei possessor gabellæ debitæ an præscribat, & in foro exteriori transacto præscriptionis tempore.*

5 *In omnibus rebus, in quibus reus post mortem damnatur, & bona deficiunt, debet fiscus intra quinquennium agere, & de crimine docere.*

L. Neque commissum. II.

Iidem AA. *Lino.*

1 RES io commissum iocidens ad qoinquennium vsque vendicari potest, non post. Colligont ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Haoc eandem conclus. ex hoc text. desomunt *leg. Hisp. 6. in fine tit. 7. part. 5. vbi gloss. 8. & 9.* Hippol. *sing. 307.* Guid. Papæ *sing. 875.* Ludou. Roman. *sing. 483.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 368. cap. 8.* Heoric. Bocer. *disput. in iure vniuerso tom. 1. class. 4. disp. 3. n. 55.* Balb. *de præscript. 2. part. 5. qu. 1. num. 4.* Tiraq. *de retractu lig. §. 36. gloss. 2. num. 41.* Girooda *de gabell. part. 12. num. 2.* Cou. *in reg. possessor. part. 1. §. 2. num. 7.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 14. num. 5.* Firman. *de gabell. part. 9. num. 8. vers. quartò quia supradixi,* Ferret. *in simil. tract. num. 253.* Mascard. *de probat. concl. 836.* Pereg. *de iure fisci lib. 6. tit. 8. n. 38.* Anton. Boidi. *ad rubr. infr. C. vectigalia noua num. 6.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 18. n. 11.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 73. vers. secunda.* Thom. Valasc. *allegat. iuris tom. 1. allegat. 88. num. 6.* Farin. *in praxi crimin. part. 7. de furtis quæst. 172. num. 49.* Iatè Gu-
3 tiet. *de gabellis quæst. 119.* vbi *quæst. 120.* disputat an
transacto tempore præscriptionis gabellæ venditor
securus sit in conscientia eam noo soluens? & *quæst.*
4 121. an malæ fidei possessor gabellæ debitæ præ-
scribat, & in foro exteriori transacto tempore præ-
scriptioois?

5 Notatur ad hoc quòd in omnibus casibus, in quibus reus post mortem damoatur, & bona deferuntur, debet fiscus intra quinqoennium agere, & de crimine docere ad effectum bonorum vendicaodorum, & rei defuncti hæres potest de ionocẽtia illius deducere, interim suspensa publicatione, *l. res qua, in princ. ff. de iure fisci,* alioquin præscriptione quinqoennij fiscus excluditor, & rei defuncti hæres molestari ampliùs nequibit, *l. 1.* vbi Bart. *C. de apostat.* Gig. *de crimine læsæ maiest. q. 23. n. 1. & q. 27. in 2. p.* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. sub n. 16.* Pereg. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 33.*

SVMMARIVM.

Imp. GORDIAN. A. *Theraſæ.*

1 IN permutatione rei venalis ob euictionem condictio ob cauſam non datur, ſecus in non venali. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Butrig. Fulgoſ. Caſtr. Bald. Cuiac. Aloyſ. Leo *in 4. fol.* 43. Sebaſt. Næui. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Textus iſte allegatur ad hoc quòd ſi res tradatur pro alia re æſtimata, venditio potius quàm permutatio videtur, nam hîc dicitur quòd ſi pro venali poſſeſſione alia poſſeſſio pretij nomine non taxata quantitate tradita fuerit, non dicitur emptio & venditio; ſed ad exemplum actionis ex empto præſcriptis verbis agitur ad id, quod intereſt, ſi res euicta eſt; ergo per contrarium ſenſum datur intelligi quòd ſi res æſtimata pretij nomine taxata quantitate fuerit tradita, ex empto actio competat. Ita gloſſ. Bart. Bald. Fulgoſ. & alij *in præſenti,* Alciat. *in l. 1. in princ. num.* 23. *ff. ſi certum pet.* & *ibi* Ripa *num.* 26. Tiraq. *de contractu lig. §. 1. gloſſ.* 14. *num.* 19. Cardin. Manric. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 4. *cum ſeqq.* Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *num.* 13. & 17. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 42. *n.* 5. *pag.* 652. Greg. Lop. *l.* 1. *gloſſ.* 1. *poſt princip. tit.* 6. *part.* 5. Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. cap.* 8. *num.* 35. Gutier. *de gabell. quæſt.* 25. *num.* 4. latè Didac. à Britto *ad rub. de locato part.* 1. *§.* 4. *num.* 28. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part.* 1. *tit.* 9. *in præmiſſ. num.* 25.

3 Verùm Pinel. *in rub. C. de reſcind. vendit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. contrariam tenet ſententiam quòd non ſit venditio, ſed permutatio, & dicit in hoc gloſſam & Doctores erraſſe; nam licèt, inquit, à principio fuerit taxata æſtimatio rei, quæ pro altera re datur, non tamen potuit emptio, & venditio conſiſtere, quia non eſt conuentio de pecunia numerata, vt requiritur *l.* 1. & 2. & *l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. l. emptionem, C. de rerum permut. l. empti fides, C. de contrah. empt.* Neque ipſi contrahentes poſſunt mutare ſubſtantiam conuentionis, neque per fictionem inducere, vt æſtimatio rei ſit pecunia numerata, *l. in bello, §. facta, ff. de capt. & poſtlimin. reuerſis,* & vbi pecunia numerata requiritur, ſicuti in emptione, & venditione, non poteſt per alias res æſtimari, quamuis aliæ res per pecuniam æſtimari poſſint, *l. ſi ita, ff. de fideiuſſor.* & idem Pinel. *citato loco,* reſpondet per contrarium ſenſum non probare quòd ſi tradita ſit pretij nomine taxata quantitate, emptio, & venditio contracta intelligatur, ſed potiùs innuere quòd non ſit emptio, & venditio, etiamſi res data fuerit nomine pretij taxata quantitate.

4 Sed à priori ſententia non eſt recedendum, & pro clariori illius, & huius textus explicatione, tres caſus diſtinguit Cardin. Mantic. *dict. tit.* 19. *num.* 10. Primus eſt, quando eſt vera permutatio, & tunc ſi res fuerit euicta, non agitur ad intereſſe, ſed quod datum eſt reperi poteſt. Secundus quando eſt contractus ſimilis emptioni & venditioni, veluti cùm non taxata quantitate datur pro venali, & tunc agitur ad exemplum actionis ex empto ad id, quod intereſt, ſi euictio fuerit ſubſequuta, vt hic text. loquitur. Tertius caſus eſt quando res datur nomine pretij taxata quantitate pro re venali, & tunc propriè emptio, & venditio intelligitur, & ex empto actio competit ad id, quod intereſt, ſi res euicta fuerit, & hoc per contrarium ſenſum tacitè colligitur ex hoc text. nam in qualibet lege duo ſunt adnotanda, vnum quod dicit expreſsè, alterum quod tacitè innuit per contrarium ſenſum, vt docuit Bart. *in l. qui ſe patris, in princ. C. qui admitti.*

Quod datum eſt, &c.] Notatur ad hoc quòd vbi res recepta in permutatione euincitur, licet poſſeſſori redire ad rem ſuam, & eam reuocare, vt per Franc. Bec. *conſ.* 83. *num.* 9. Surd. *deciſ.* 173. *num.* 13. vbi *num.* 14. ſubdit quòd immo etiam ante ſequutam euictionem datur permutanti regreſſus ad rem ſuam, ſi aduerſarius rei datæ dominium non tranſtulit. 5

In gloſſ. *Comparauit.* ibi, *comparo, eſt verbum generale,* &c. De quo vide Tiraq. *in præfat. retractus n.* 4. *cum ſeqq.* 6

In gloſſ. *Poſtulabis, fin.* ibi, *aut ſpecies pro ſpecie,* &c. Notatur ad hoc quòd permutatio propriè intelligitur non ſolùm ſi ſpecies cum ſpecie commutatur, ſed etiam ſi genus pro genere, vel pro ſpecie accipiatur; de quo vide Fortun. *leg. iuriſgentium in princ. à num.* 12. *ff. de pactis,* Ludou. Gom. *in §. actionum, num.* 27. *Inſtit. de actionib.* Padil. *in l. naturalis, in princip. num.* 23. *ff. de præſcript. verb.* Suar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 42. *num.* 4. *pag.* 651. Pinel. *dict. part.* 2. *rub. C. de reſcind. vendit. cap.* 1. *num.* 10. Fachinæ. *controuerſ. lib.* 2. *cap.* 44. *col.* 2. *poſt med.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 25. *tit.* 1. *num.* 9. 7

In ead. gl. vbi, *& hac ratione dicitur contineri permutatio ſub illo generali, do vt des;* &c. Notatur ad hoc quòd contractus do vt des, tanquam generalis complectitur etiam permutationem, vt per Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 8. *in fine, verſ. aduertendum.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 25. *tit.* 1. *n.* 6. *in fine, verſ. vnde.* Vtrùm autem contractus do vt des, ſit vera permutatio, an verò inter ſe differant? vide Corraſ. *lib.* 2. *miſcel. c.* 15. Ludou. Gom. *in dict. §. actionum, num.* 2. & Pinel. *dict. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. & 10. Vacon. à Vacuna *nouarum declarat. lib.* 1. *declar.* 27. Anton. Fab. *coniect. lib.* 6. *c.* 9. *pag.* 5. *in fine,* Cardin. Mantic. *d. lib.* 25. *tit.* 1. *num.* 8. Molin. *d. diſp.* 253. *n.* 9. & 10. latè Didac. à Britto *ad rub. de locato, §.* 2. *num.* 15. *p.* 1. 8 9

SVMMARIVM.

1 *Permutatio emptioni ſimilis, actionem bonæ fidei, & præſcriptis verbis conciliat,* & num. 2.

3 *Actio quæ oritur ex permutatione, quæ in ſpecie accipitur, eſt bonæ fidei.*

4 *in Permutatione, & aliis contractibus dominij translatitiis, dominium transfertur traditione antequam perficiatur ex altera parte contractus.*

L. Permutationem. II.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Primitiuæ.*

PErmutatio ſimilis emptioni, actionem bonæ fidei, & præſcriptis verbis conciliat. Colligunt 1

ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem de similitudine permutationis cum emptione, vicemque illius obtinentis, ex hoc text. desumunt, *princip.tit.6.part.3.& l.2.in princ.tit.17.lib.9.recop.* Conan.*comment.iuris lib.7.cap.5.num.1. in princ.& num.8.in fine,* Tiraq.*de retractu lig.§.1.gloss.14.n.28. cum seqq.* Anton.Gom.*l.40.Tauri,num.82.post med. & tom.2.var.cap.8. ad fin.* Donel. *ad l.2.num.20.C. de rescind.vendit.pag.329.* Afflict. *decis.339.num.2.* latè Gutier. *de gabell.quæst.27.num.5.* Surd. *de aliment. tit.8. priuil.38. num.13.& decis.257. num.4.* Anton.Fab.*coniectur.lib.6.cap.9.col.3.* Benedict.Capra *tom.1.commun. opin.lib.4. tit.42.num.6. in princ. pag.652.* Cald.Pereira *de resolut.emphyt.cap.8.n.34.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.396. num.5.in princip.* vbi subdit ea de causa quæ de emptione & venditione dicuntur, illi esse accommodanda, quatenus conuenire ei possint, modò tamen contrarium non sit in iure expressum.

3 *Bonæ fidei,* &c.] Notatur ad hoc quòd actio quæ oritur ex permutatione, quæ in specie accipitur, est bonæ fidei, vt per Card.Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.tom.2.lib.25. tit.1.num.8. in medio.* Didaç.à Britto *in rub.de locat.p.1.§.2.n.15.in fine.*

4 In gloss. *Obtinere.* ibi, *item in venditione non transfertur dominium, nisi pretio soluto,* &c. *secus in permutatione,*&c. Notatur ad hoc quòd in permutatione,& aliis contractibus dominij translatitiis traditione dominium transfertur antequam ex altera parte contractus perficiatur, vt per Molin. *de Iustit. tract.2.disp.396.n.6.* Morl.*in emporio iuris ciuilis,p.1. tit.10.quæst.3.num.8.vers.non obstat,* ibi, *contrarium tamen.*

SVMMARIVM.

1 *in Contractibus innominatis causa habetur loco condictionis.*
2 *ex pacto Permutationis non oritur actio nisi vestiatur rei interuentu.*
3 *pactum Permutationis nudum carens stipulatione, actionem non producit.*
4 *in Contractu innominato si interponatur stipulatio, oritur efficax obligatio & actio ante implementum cuiuscunque ex contrahentibus.*
5 *in Contractibus innominatis, semota stipulatione non oriri actionem ante rei traditionem, vel facti implementum obligationem & actionem oriri ex ipso pacto, & conuentione partium, non verò ex rei traditione,* num.6. *contrarium,* num.7. *de iure Regio Castellæ quid,* num.8.
9 *Gabellam non deberi, nec peti posse ex permutatione ante rerum permutatarum traditionem hinc inde factam, nec etiamsi ab vna tantùm parte fuerit sequuta quousque ab vtraque parte sit opere completa permutatio, similiter gabellam non deberi permutatione sequuta,* num.10.
11 *Gabellam in præcedenti specie deberi domino loci, publicano, siue gabellario existenti tempore traditionis,& implementi, non verò ei, qui talis erat tempore contractus permutationis.*
12 *Contractui innominato vtraque parte satisfacto, neutri contrahentium est locus pœnitentiæ, quin potius vicissim vnus tenetur alteri de euictione.*

L. Ex placito. III.

Iidem AA. *&* CC. *Leontio.*

IN contractibus innominaris causa habetur loco condictionis. Ex pacto permutationis non oritur actio nisi vestiatur rei interuentu. Pactum permutationis nudum carens stipulatione, actionem non producit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1.num.1.supra hoc tit.* & inter repet.*tom.7.* Petr.de Bellapertica. 1 2 3

Probat hic text. si in contractu innominato interponatur stipulatio, oriri efficacem obligationem & actionem ante implementum cuiuscunque ex contrahentibus, vt per *l.Hisp.1. tit.6. part.5.* Matiens. *l.2.gloss.3.n.7.tit.16.lib.5.noua Recop.* 4

Vnde per hunc text. tenet communis Doctorum, in innominatis contractibus semota stipulatione non oriri actionem, ante rei traditionem, vel facti implementum, vt per Anton.Padil. *in l.naturalis,§. siquidem,num.18.in fine,ff.de præscript.verb.* Mench. *de success.creat.lib.2.§.12.num.64.* Lasarte *de decima vendit. cap.17. num.3.* Matiens. *d.l.2.gloss.3.num.6.* Conan. *comment.lib.7.cap.5. num.7.* Morl. *in emporio iuris ciuilis, part.1.tit.9.in præmiss.num.34.* Molin. *de Iustit.tract.1.disput.254.in fine, & disp.397. num.2.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom.2.lit.C, concl.998.num.4.* Cardin.Mantic.*de tacitis & ambig. conuention.lib.1.tit.8. num.9. vers.sed quæret aliquis,* Benedict.Ægid. *in repet. l.ex hoc iure, ff. de iustit.& iure in part.2.c.12.differ.2.num.4.* Gutier.*de gabellis quæst.28. à num.3.* Cald. Pereira *de empt.& vendit. cap.8. num.2.* 5

Quamuis Anton.Gom. *tom.2. var.cap.8. num.1. vers.ex quo infertur,* tradiderit in his obligationem, & actionem oriri ex ipso pacto, & conuentione partium, non verò ex rei traditione. Circa quod aduertit Benedict. Ægid. *citato loco Antonij Gom.* sensum non esse, vt ex innominato contractu ante rei traditionem competat actio, id enim apertè repugnat huic l.& communi omnium sententiæ, sed vult dicere quòd traditione sequuta actio competat, quæ antea non competebat, orta tamen non ex ipsa rei traditione, sed ex præcedente pacto, ad quod inducit textum *in præsenti.* dum ait, *Ex placito permutationis, nulla re sequuta, constat nemini actionem competere.* quasi à contrario sensu probet re postea sequuta actionem oriri ex præcedente pacto. Sed contrarium probat idem Bened.Ægid.*d.differ.2.num.5.* per text. *in l.1.§.item emptio,ff.hoc tit.* vbi Iureconsl. *Permutatio autem,* inquit, *ex re tradita initium obligationi præbet.* & *num.6.* respondet argumentum à contrario sensu non procedere quando inde resultat prauus intellectus, vel contra leges alias, vt in his terminis; & si illud ex hoc text. sumi deberet, non concludere, nec probare re sequuta actionem competere ex placito permutationis, quasi ex ipso permutationis placito ortam, sed quasi ortam ex pacto rei traditione vestito,& sic per argumentum à contrario sensu probare hunc text. ait re sequuta competere actionem, non vt ex nudo permutationis pacto ortam, sed vt rei traditione vestito, quod in sensu directo probat text. *in l.iurisgentium, vers.sed etsi in alium, ff. de pactis,* vbi loquens in conuentionibus, in quibus subest causa obligationis, quod in innominatis exemplificat, inde præscriptis verbis actionem nasci probat. 6 7

An autem hæc procedant attento iure Regio Castellæ *in d.l.2.tit.16. lib.5.noua Recop.* secundùm 8

quam

quam omnis promissio obligat, quamuis stipulatio non intercesserit, & sic videtur comprehendere contractum permutationis, & cæteros contractus innominatos etiam ante traditionem, vide *ibidem* Azeued. *num.* 13. & Matiens. *gloss.* 2. eundem Azeued. *l.* 1. *num.* 5. *cum seq. tit.* 21. *lib.* 4. *& l.* 2. *num.* 13. *cum seq. tit.* 17. *lib.* 9. *Recop.* Gutier. *de gabell. q.* 28. *num.* 9. *cum seqq.*

9 Hinc fit vt proculdubio gabella non debeatur, nec peti possit ex permutatione ante traditionem rerum permutatarum hinc inde factam, nec etiam si ab vna tantùm parte fuerit sequuta quousque ab
10 vtraque parte sit opere completa permutatio: similiter non debebitur gabella pœnitentia sequuta, ita Mench. *controu. vsufreq. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 21. qui hoc vltimum tenet, quem refert & sequitur Lasarte *d. cap.* 17. *n.* 25. *&* 34. vbi vtrumque probat, Girond. *de gabell. part.* 5. *in princ. num.* 12. *& part.* 9. *in princ. num.* 5. *&* 7. Parlador. *quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 3. *n.* 35. Gutier. *de gabellis quæst.* 28. *num.* 7. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 397. *à principio*, & præcipuè *num.* 3. vbi ait, *attento iure communi*, quod vim in Lusitania habere tradit, eo quòd ea de re nihil ibi in contrarium est sancitum, non prius deberi hanc gabellam, quàm permutatio mutua vtriusque partis traditione sit perfecta. Quare articulus 1. gabellarum nostri Regni dum habet, ex qualibet permutatione regulariter soluendam esse gabellam, intelligendus est vt tantùm procedat in conuentione permutationis, cui subsequuta fuerit rei traditio, quia conuentio permutationis sine rei interuentu adhuc non est permutatio, sed tantùm placitum permutationis.

11 Vnde gabella in præcedenti specie debebitur domino loci, publicano, siue gabellario existenti tempore traditionis, & implementi, non verò ei, qui talis erat tempore contractus permutationis. Ratio est, quoniam gabella non debetur pacto permutationis, etiamsi ex illo ciuilis obligatio ad consummandam permutationem oriatur, sed ex permutatione ipsa consummata, seu in esse existentiæ producta: consummata autem est non in tempore prioris domini, & gabellarij, sed tempore posterioris. Ita Lasarte *d. cap.* 17. *à num.* 43. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 396. *num.* 6. Gutier. *d. quæst.* 28. *num.* 8. Et quamuis Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 8. *num.* 2. & Parlador. *d. cap.* 3. §. 3. *num.* 2. asseruerint deberi priori gabellario quando illius tempore præcessit pactum nudum de permutando, quod tempore alterius gabellarij fuit vestitum traditione, quoniam obligatio illa non oritur ex impletione pacti illius, atque ex traditione, sed ex ipso pacto sequuta traditione, traditióque solùm est conditio, sine qua ex pacto non oritur obligatio, vt colligitur ex hoc text. ex quo per argumentum à contrario sensu sequitur ex ipsa pactione & contractu, re sequuta, oriri ac competere actionem: quare, inquiunt, cùm pactum, vnde actio oritur, celebratum fuerit tempore prioris gabellarij, consequens est vt illi gabella debeatur; esto conditio sine qua illa actio ex eo pacto non oritur, aduenerit tempore posterioris gabellarij. Nihilominus tamen contra eos verior est opinio, & respondet Molin. *d. disp.* 396. *num.* 7. verba huius l. si quid in argumentum à contrario sensu probant, solùm est inde colligi oriri partialiter ex pacto, quod ille non negat, non verò non oriri simul ex traditione ipsa tanquam ex parte & complemento eiusdem contractus: deinde addit quòd, esto dicamus oriri ex solo pacto, accedente tamen traditione tanquam conditione, sine qua ex illo non oritur, negari non potest contractum perfectum, & consummatum non esse ante eam traditionem, atque adeò obligationem ex illo non oriri ante eandem traditionem, ac proinde negari etiam non potest contractum consummari, oririque ex illo obligationem ciuilem tempore posterioris gabellarij, & idcirco posteriori gabellario, & non priori tributum ex illo deberi.

In gloss. *Nulla re* 1. ibi, *item nunquid*, &c. Notatur ad hoc quòd quando contractui innominato vtraque ex parte est satisfactum, neutri contrahentium est locus pœnitentiæ, quin potiùs vicissim vnus tenetur alteri de euictione, vt per Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 258. *num.* 1. Rebell. *de obligat. Iustit. part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 1. *num.* 11. 12

SVMMARIVM.

1 *Condictio ob causam non datur contra singularem personam successoris, &* num. 2.
3 *in Contractu innominato si interponatur stipulatio, non habet locum repetitio ex aliqua causa, sed agendum est ex stipulatione.*
4 *Rei vendicationem non dari contra possidentem rem permutatam.*
5 *si ex causa Permutationis rem tradidi, & fidem non habui de illa, an transeat dominium, remissiuè.*
6 *Permutationem si quis compleuerit, an possit alterum adigere ad complendum.*

L. Cum precibus. IV.

Iidem A A. *&* C C. *eidem Leontio.*

Condictio ob causam non datur contra singularem personam successoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Vide Mantic. *lib.* 1. *locorum cap.* 11. *pag.* 1. Conan. *comment. iuris lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 7. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. *vers. quæro tamen*, vbi quòd si ille, qui adimpleuit ex sua parte, nolit agere ad obseruantiam contractus, vel interesse, sed ad dissolutionem eius, ex capite causæ non sequutæ, poterit petere rem, quam dedit conditione ob causam, & *num.* 5. *vers. ex quibus*, vbi notat ad hoc quòd si in contractu innominato interponatur stipulatio, non habet locum repetitio ex aliqua causa, sed agendum est ex ipsa stipulatione. Vincent. de Franchis *tom.* 1. *decis.* 34. *num.* 1. vbi per hunc text. tenet rei vendicationem contra possidentem rem permutatam non dari. 2 3 4

In gloss. *Seruetur.* ibi, *item quæro si ex causa permutationis tradidi rem, & fidem non habui de illa, sed statim sperabam dandam, an transeat dominium*, &c. De hac quæst. vide Conan. *comment. iuris lib.* 7. *c.* 15. *num.* 59. *ad fin.* Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. p.* 2. *c.* 3. *à n.* 13. Fachin. *controuers. lib.* 2. *c.* 58. Cald. Pereira *de resolut. emphyt. c.* 8. *à n.* 32. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 396. *n.* 6. 5

Vtrùm qui compleuit permutationem possit alterum adigere ad complendum? Vide Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 30. *quæst.* 12. vbi post Gloss. & Cyn. *in præsenti*, & Ægid. *de permut. p.* 10. *q.* 3. Vbald. *q.* 8. id fieri posse negat in contractibus innominatis, qualis permutatio est, sed solùm, inquit, potest cogere alterum vt quod ipse passus est damnum, resarciat, atque compenset, Mendoç. *de pactis lib.* 3. *c.* 2. *à n.* 11. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 258. *n.* 3. Rebell. *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 3. *sect.* 1. *n.* 11. 6

SVM

SVMMARIVM.

1 *Implens in contractu Permutationis agit contra non implentem præscriptis verbis, & num.2.*
3 *Implemento ex vna parte sequuto, oritur & competit ei actio, & efficax obligatio contra alium recipientem, vt det, vel faciat & adimpleat promissa, aliàs teneatur, & condemnetur ad interesse totale.*

L. Quoniam. V.

Iidem AA. & CC. *Theodolanæ.*

1 IMplens in permutationis contractu agit contra non implentem præscriptis verbis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hisp.1.tit.6.part.5. vbi gloss.1.* Conan. *comment. iuris lib.7.cap.15.num.2.* Ial. *in §.actionum, n.104. Instit. de actionib.* Anton. Gom. *var. tom.2.c.8.num.2.vers.*
3 *quæro tamen*, vbi tenet quòd implemento sequuto ex vna parte oritur, & competit ei actio, & obligatio efficax contra alium recipientem, vt det, vel faciat & adimpleat promissa, aliàs teneatur, & condemnetur ad totale interesse, Molin. *de Iust. tract.2. disp.255.n.4.vers. si autem*, vbi dicit quòd si eodem nudo pacto de commutandis viginti ouibus pro vno boue superueniret non quidem stipulatio, sed traditio ex altera parte, quia vel tu traderes alteri viginti oues, vel alter traderet tibi bouem, eo ipso pactum illud maneret vestitum ea traditione, & causa propter quam vltra pactum is, qui nondum ex sua parte contractum impleuit, obligatus ciuiliter maneret ei, qui impleuit, ac proinde huic, qui impleuit, conceditur actio, quam iura præscriptis verbis, aut in factum vocant; qua si alter tempore debito ex sua parte non impleat, cogere illum potest vel ad interesse, nempe vt quod promisit, soluat, aut quantum id soluisse sua intererat, vel condictio, seu actio vt sibi restituat quod accipit tanquam datum ob causam causa non subsequuta, optio est penes eum, qui impleuit, vt agat quo ex his duobus maluerit modis. Admonet tandem idem Molin. *citato loco in l. naturalis, §. quod si faciam, ff. de præscript. verb. & leg. Hisp.45. tit.14. part.4.* affirmari in contractu facio vt des, concedi peculiariter ei, qui factum impleuit, aduersùs alterum, qui non retribuit, quod promisit, actionem de dolo, non verò præscriptis verbis, quod multum facessere negotij Iurisperitis, difficiléque rationem reddere diuersitatis affirmat, & tandem remittit lectorem ad Padil. *in d.§.*

SVMMARIVM.

1 *Actio præscriptis verbis ex incerto contractu nascitur. Re tradita vt impleantur conuenta, eadem actio competit, num.2.*

L. Rebus. VI.

Iidem AA. & CC. *Protogeni.*

1 ACtio præscriptis verbis ex incerto contractu
2 nascitur. Item re tradita vt impleantur conuenta præscriptis verbis actio competit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.n.1.supr. hoc tit.*

Vide posita *in collect. ad l. præcedentem.*

SVMMARIVM.

1 *Generis ad genus non est emptio, sed contractus innominatus, & num.3.*
2 *Emptio non consistit sine pretio, & si frumentum datur pro oleo, est permutatio.*
4 *nullam esse Venditionem sine pretio certo in pecunia numerata, nec sufficere dare pecuniam nisi detur pro pretio, num.5.*
6 *Venditionem esse, & non contractum innominatum, quando pecuniam do vt rem mihi tradas.*

L. Emptionem VII.

Iidem AA. & CC. *Timotheo.*

GEneris ad genus non est emptio, sed contractus 1
innominatus. Item emptio non consistit sine 2
pretio, & si frumentum datur pro oleo, est permutatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem 1
ex hoc text. desumit Didac. à Britto *in rub. de locato, & conducto, p.1.§.1.n.16.*

Vulgò colligitur ex hoc text. nullam esse vendi- 4
tionem sine pretio certo in pecunia numerata, de quo vide Doctores citatos *in collectan. ad l. empti fidem, C. de contrah. empt.* Et non sufficit dare pecu- 5
niam nisi pro pretio detur, vt inquit Celsus *in l. vlt. ff. de condict. causa data*, de cuius l. interpretatione vide Ant. Fabr. *coniect. iuris lib.6.c.10.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.18. num.22. cum seqq.* vbi etiam 6
agit de conciliatione illius text. cum *l. hac venditio, §.1. ff. de contrah. empt. & n.27.* resoluit venditionem esse, & non contractum innominatum quando pecuniam do vt rem mihi tradas.

SVMMARIVM.

1 *ex Condictione ob causam oritur actio præscriptis verbis.*
2 *ex Pacto in traditione rei apposito tanquam vestito agitur præscriptis verbis.*
3 *verè Permutat, qui rem soli pro annua, vel menstrua pensione præstat.*

L. Ea lege. VIII. & vlt.

Iidem AA. & CC. *Paulinæ.*

EX condictione ob causam finalem oritur actio 1
præscriptis verbis. Item ex pacto in traditione 2
rei apposito tanquam vestito agitur præscriptis verbis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. supr. hoc tit.*

Menstruum, seu annuum, &c.] Notatur ad hoc 3
quòd verè permutat, qui rem soli pro annua, vel menstrua pensione præstat, vt per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.2. lib.25. tit.3. num.4.* vbi subdit hanc dici permutationem rei immobilis cum re immobili, quia annui reditus inter immobilia computantur, secundùm citatos per me *in collect. ad Clem. exiui 1. n.15. de verb. signif.*

De

De locato & conducto.

TIT. LXV.

LOCATIO & conductio, est contractus solo consensu constans, quo quid certa mercede vtendum, siue fruendum, vel faciendum locatur. Scripserunt in rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Ordin. Reg. Lusit. *lib.4. tit.23.* vbi pareo meus, *& l. Hisp.1. cum seqq. tit.8. part.3.* vbi Greg. Lopez, Conan. *commentar. lib.7. cap.11.* Vertot. *de verbor. signif. verbo locatio*, Vincent. Caroc. *in speciali tract. de locato, & conducto*, Dueo. *reg.240.* Kirchou. Soar. Viui. & alios *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.43. pag.654.* Anton. Gom. *tom.2. var. c.3. per tot.* Cuiac. *lib.2. obseru.28. & lib.9. obseru.15.* Rebuff. *in tract. exception. num.658. cum seqq.* Suar. de Paz *in pract. tom.3. cap.6. §.3.* Mozz. *de contract. tract. de locato*, Anton. Gabr. *commun. opin. tom.3. lib.5. tit. de locatione*, Petr. Gregor. *syntag. iuris part.3. lib.27. de locatione, & conductione, & in part. iuris Canonici lib.3. tit.16. cap.1.* Fachin. *lib.1. controuers. cap.82.* Morla *in emporio iuris ciuilis, part.1. tit.10. de locato, & conducto*, Pichard. *in rub. Instit. de locatione*, Iacob. Cancer. *var. resolut. part.1. cap.14. de locatione, & conduct.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.1. lib.5.* Molin. *de Iustit. tract.2. disput.486. cum multis seqq.* Leonard. Lessi. *in simili tract. lib.2. cap.24. de locatione*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.23. cap.38. num.486. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.3. lib.8. de locato, & conducto*, Henric. Bocer. *disput. de vniuerso iure part.1. class.2. disput.4. de locatione, & conductione.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. tit. de locat. & conduct. fol.333. cum seqq.* Arimi. Tepat. *var. sentent. tom.2. tit.370. de locato, & conducto. & tit.372. locationi, seu colono quando successor stare teneatur, & tit.373. de locatione tacita.* Ex nostris LVSITANIS Anton. à Gama *decis.37. n.3. & decis.19. num.1. & decis.36. num.3. & decis.214. n.5.* Pinel. *in l.1. part.3. n.63. vers. ante alia, & n.65. & 66. C. de bonis mater. & in l.1. C. de rescind. vend. part.2. cap.3. num.4. cum seqq* Valasc. *de iure emphyt. quæst.21. & 23.* Ludou. Beia *respons. casuum conscient. part.2. casu 10.* Cabed. *Lusit. decis.92. part.1.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo locatio*, Rebell. *de obligat. iustit. part.2. lib.14.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, part.1. cap.9. de locatione, & conduct.* Didac. à Britto *ad tit. de locato, & conducto.*

SVMMARIVM.

1 *Locator horrei non tenetur de casu fortuito, seu violento, sed de culpa præsumpta, & n.2.*

3 *Locator ex qua culpa teneatur conductori, & è conuerso conductor locatori, remissiuè.*

L. Dominus horreorum. I.

Imp. ANTONIN. A. *Agrippino.*

1 LOcator horrei non tenetur de casu fortuito, seu violento, sed de culpa præsumpta. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Folgos. Angel. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *in 4. fol.43. verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp.23. tit.8. p.5. vbi gloss.1. per tot.* Guid. Pancirol. *var. lection. lib.1. c.51. tit. de horreis, vers. multis.*

3 Ex qua culpa teneatur locator conductori, & conductor locatori? vide Paul. Comitol. *respons. moral. lib.3. quæst.29. n.4.* Sayr. *in claui Regia lib.10. tract.3. cap.1. num.11.* Less. *de Iustit. lib.2. cap.24. dubit.6.*

SVMMARIVM.

1 *Faber præstans operam ob mercedem non acceptam, iusto, & congruo tempore potest vsuras cum mercede petere.*

2 *de iusta Mercede famulorum aliorúmque, remissiuè.*

3 *Locans operas suas vt faciat aliquod ædificium, videtur posse mercedem petere antequam illud opus perficiat, secus est in cerdonibus, pellipariis, & sartoribus, vt scil. prius præstent operas, quàm mercedem petant.*

L. Aduersùs. II.

Idem A. Epicleto.

1 FAber præstans operam ob mercedem non acceptam iusto & congruo tempore vsuras cum mercede petere potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 De iusta famulorum, & aliorum mercede, vide Molin. *de Iustit. tract.2. disp.506. per tot.* vbi *num.8.* attestatur per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4. tit.29.* fuisse decisum quòd quando obsequia talia sunt, quæ regulariter fieri consueuerunt certa aliqua constituta mercede, vt quia ad arandum famulus aliquis assumptus est, ad custodiendum gregem, ad asportandum ligna ex agro in iumentis, & ad similia alia, quamuis nulla sit constituta certa merces, sed arbitrio domini eam reliquerit famulus, tenetur dominus tum in conscientiæ, tum etiam in exteriori foro soluere illi iustam & consuetam pro eis ministeriis in ea regione ac loco mercedem, de quo etiam Rebell. *de obligat. instit. part.2. lib.14. q.13.* Nam in soluendis salariis multum defertur consuetudini, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.257. n.35.* viginti scilicet, tempore seruitij præstiti, non verò sententiæ latæ, vel liquidationis factæ, Cabed. *Lusitan. decis.162. n.6. part.1.* Azor. *instit. moral. part.3. lib.8. de locato c.13. quæst.1.* Didac. à Britto *in rub. de locato part.1. §.4. n.2. in fine.*

3 In gloss. *Solitis*, ibi, *sed iste, qui sic locauit quando possit mercedem petere*, &c. Notatur ad hoc quòd locans operas suas vt faciat aliquod ædificium, videtur posse mercedem petere antequam illud opus efficiat; vt per Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom.1. lib.3. tit.6. n.13.* vbi *num.16.* subdit in 4 cerdonibus, pellipariis, & sartoribus aliud dicendum, vt scilicet, priùs debeant operas præstare, & opus perficere, quàm mercedem petant, quia huiusmodi præstatio inspecta qualitate operis, non potest dici eis esse onerosa, sicuti esset iis, qui ædes ædificant, aut palatium.

SVMMARIVM.

1 *Pensione domus soluta conductor inuitus expelli nequit*

nequit durante locatione, nisi propter necessitatem domini, vel necessariam rei refectionem, vel culpâ inquilini abutentis, & n. 2. *de consuetudine Franciæ non expelli conductorem, sed cogi soluere,* n. 3. *intellige vt* n. 4.

5 *Locationem longi temporis æquiparari emphyteusi.*

6 *Conductorem expelli posse simul ac definit soluere pensionem transacto tempore conuento, intra quod debebat fieri solutio, vel alio legitimo.*

7 *Declaratur §. verum, cap. propter sterilitatem, de locat. & conduct.* n. 8. & 9.

10 *Conductor primus si non soluerit pensionem domino, & rem relocauerit, potest secundus expelli, nisi soluat pensiones debitas.*

11 *Locator postquam expulerit conductorem, non prohibetur ab eo petere pensionem debitam.*

12 *Conductor an expelli possit ob non solutam pensionem legitimo tempore, propriâ locatoris auctoritate, remissiuè.*

13 *Locator potest conductorem expellere quantumuis inuitum, & renitentem, durante tempore locationis, quando sibi superuenit necessitas habitandi domum ipsam, illáque vtendi, id tantum locum habere in domibus causa habitandi necessariis, non autem in prædiis rusticis, seu agris,* num. 14. *intellige vt* num. 15. *limita vt* n. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

16 *Necessitas propria quæ.*

17 *Conductorem non posse, ob sibi obuenientem causam domum deserere, quin teneatur ad integram pensionem soluendam, efficax domûs deserendæ causa quæ,* n. 18.

26 *Dominus vbi reficere ædes voluerit, potest ad hunc effectum expellere conductorem, declara vt* n. 27. 28. 29. 30.

31 *Inquilinus domo abutens, à domino expelli potest. Amplia vt* n. 32. *& limita vt* n. 33.

34 *Conductor an ita expulsus teneatur soluere pensionem integram.*

L. Ædem. III.

Idem A. Callimorphoniæ.

1 PEnsione domus soluta conductor inuitus expelli non potest durante locatione, nisi propter necessitatem domini, vel propter necessariam refectionem rei, vel culpa inquilini abutentis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 24. vbi parens meus, *l. Hispan.* 6. *tit.* 8. *part.* 5. Hippol. *singul.* 615. Alphan. *collect.* 94. Conan. *comment. iuris lib.* 3. *c.* 11. Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 174. *C. de reuocand. donat.* Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Rebuff. *in tractat. exception. num.* 665.

3 vbi addit de generali Franciæ consuetudine non expelli conductorem, sed cogi soluere, Couarr. *practic. cap.* 50. *& lib.* 2. *variarum cap.* 15. *num.* 4. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 43. *n.* 106. *& seq. pag.* 661. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 3. *tit. de locato, conclus.* 3. Perez *l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 202. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 21. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo locatio* 4. Hieron. Magon. *Lucensi decis.* 128. *n.* 1. Mozz. *de contractib. tractat. de locato, tit. de substantialib. locati, num.* 23. *& tit. quomodo finiatur, n.* 11. Gutiet. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 37. *num.* 11. Cancer. *variarum resolut. p.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. *cum seqq* D. Barbos. *in l. filiofam. §. fin. num.* 34. *cum seqq. ff. soluto matrim.* Morl. *in emporio iuris ciuilis, part.* 1. *tit.* 10. *de locato, in præmiss. num.* 24. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 11. Molin. *de Iustitia, tractat.* 2. *disp.* 499. Lessi. *in simili tract. lib.* 2. *cap.* 24. *dubit.* 7. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 5. *tit.* 6. *nu.* 30. *& tit.* 7. *num.* 12. Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 3. *tit. de locatione, & conduct. resolut.* 4. *per tot.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo locatio, num.* 20. Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.* 26. *n.* 37. *ad fin.* Castill. *controuers. lib.* 6. *c.* 137. *num.* 57. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *de locato, & conducto, cap.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *cap.* 39. *num.* 510. *cum seqq.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, part.* 1. *c.* 9. *de locat. & conduct. num.* 7. Didac. à Britto *in cap. propter sterilitatem, §. verum, hoc tit. in Decretalib.* vbi latè de materia huius legis.

Intellige de conductore ad modicum, non autem ad longum tempus, quia in hoc vltimo non habet locum dispositio huius text. vt per Boër. *decis.* 234. *n.* 3. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 22. *n.* 5. Cabed. *Lusit. decis.* 92. *part.* 1. vbi *num.* 3. resoluit conductorem ad longum tempus expelli non posse per locatorem ex superuenienti casu, & *num.* 4. tenet quòd locator non potest expellere conductorem ad longum tempus ob non solutam mercedem in primo anno, immo tenetur expectare biennium si res conducta sit ecclesiastica, si prophana triennium. Ratio est, quia dominium vtile transit in conductorem ad longum tempus, *l.* 1. *ff. si ager vectig.* Duen. *regul.* 240. *limit.* 2. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 63. *C. de bonis maternis,* Couarr. *lib.* 2. *variarum cap.* 16. *num.* 1. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 20. *num.* 19. *& quæst.* 29. *num.* 2. *&* 5. Gutier. *in l. nemo potest, num.* 50. *ff. de legat.* 1. *& canon. lib.* 2. *cap.* 8. *à num.* 22. Mozz. *d. tractat. de locato, tit. de diuis. locationis, num.* 7. Cardin. Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 7. 4

Et locatio longi temporis æquiparatur emphyteusi, Sarmient. *select. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 31. Pinel. *in d. l.* 1. *part.* 3. *num.* 64. Lasarte *de decima vendit. cap.* 2. *n.* 39. Sebast. Medices *de definit. part.* 2. *cap.* 49. Valasc. *dict. quæst.* 29. *num.* 6. Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 1. *num.* 4. 5

Si pensionem domino in solidum soluisti, &c.] Ergo per argumentum à contrario sensu videtur probare hic text. conductorem expelli posse simul atque definit pensionem soluere transacto tempore conuento, intra quod fieri debebat solutio, vel alio legitimo, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *d. lib.* 4. *tit.* 24. *in princip. versic. O primeiro he,* Couarr. *lib.* 2. *variarum c.* 15. *num.* 4. *ad fin.* Rebuff. *in tractat. exception. num.* 680. Anton. Gabr. *d. lib.* 3. *commun. tit. de locato, conclus.* 3. *num.* 2. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 22. *num.* 8. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 13. *n.* 20. Ludou. Rodolphin. *conclus.* 1. *num.* 4. Morla *d. tit.* 10. *in præmiss. num.* 31. Aldouin. *cons.* 69. *num.* 39. D. Barbos. *in l. filiofam. §. fin. n.* 35. *ff. soluto matrim.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 25. Alexand. Trentac. *variarum resol. lib.* 3. *tit. de locato, resol.* 4. *num.* 11. Cancer. etiam *variarum resolut. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 7. *cum seq.* Didac. à Britto *ad cap. propter sterilitatem, §. verum, n.* 22. *cum seqq. hoc tit.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 499. *num.* 2. Lessi. *eodem tractat. lib.* 2. *c.* 24. *dubit.* 7. *num.* 32. Azor. *institutionum moral. part.* 3. *lib.* 8. *de locato, quæst.* 2. *vers. quorum prima,* Rebell. *de obligat. instit. lib.* 14. *quæst.* 10. *num.* 1. *cum seqq.* 6

Ex quibus difficilis redditur dispositio *d. c. propter sterilitatem, §. verum, hoc tit.* dum de biennio facit mentionem, nec aliter concedit domino locatori ius expellendi conductores, quàm eodem biennio transacto 7

acto, cuius etiam biennij fit mentio *in l. quaero, §. inter locatorem ff. hoc tit.* Magis communis sententia obtinuit, vt *d. §. verum,* procedat in conductore, seu inquilino, qui conduxit ad longum tempus, vnde nihil mirum si cùm talis locatio æquiparetur emphyteusi, quia per vtrumque vtile dominium transfertur, expectandum sit biennium, nec aliter expelli possit inquilinus ob non solutum canonem, sicut emphyteuta expelli nequit, Alex. *d. quaest. 2. vers. primus*, Ant. Gomez *d. tom. 2. variarum cap. 3. num. 6.* Valasc. *d. q. 22. num. 7.* vbi etiam tenet *d. §. verum,* procedere in casibus particularibus, nempe quando fuit appositum pactum de non expellendo conductore, iuxta *dict. l. quaero, §. inter locatorem,* aut quando conductor est absens, & propter absentiam desinit soluere tempore legitimo, Alex. Trentacinq. *d. resol. 4. n. 11.* vbi intelligit quando locatio cum promissione non expellendi sub pœna facta fuit, Molin. *d. disp. 499.* vbi plures refert solutiones, Didac. à Britto *d. loco n. 23. cum seqq.* vbi *num. 25.* ait intelligendum *d. §. verum,* specialiter procedere in locatione rerum Ecclesiasticarum, & *num. 30.* subdit per dispositionem *d. §. verum,* non tolli quin etiam ante finitum biennium eademmet pensio petatur, transacto tempore, quo solui debet, teneaturque idem conductor ad eam soluendam, quinimo ad interesse ratione moræ.

8 Quæ quidem resolutio procedit etiam in scholari non soluente pensionem, quia ob id potest sicut alter expelli, de quo Valasc. *d. q. 22. n. 5.* Morla *d. tit. 10. in praemiss. n. 25. in fine,* Caroc. *tract. de locato, p. 4. tit. de recusat. q. 14. n. 16. & 17.* Ludou. Rodolph. *d. concl. 1. num. 16.*

9 Procedit quoque in subconductore, qui si non solueret pensionem, primo excusso, & eo non reperto soluendo, potest expelli. Rebuff. *ad leges Galliae, tractat. de liter. oblig. art. 4. gloss. 2. num. 13.* Marcabr. *consil. 49. num. 105. cum seqq.* Ioan. Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. cent. 1. dist. 91. n. 3.* Ludou. Rodolph. *concl. 1. n. 12. & 13.* Cancer. *d. cap. 14. n. 3.* vbi *n. 4.* post

10 Osasch. *cons. 4. n. 47. & seq.* resoluit quòd si primus conductor non soluerit pensionem domino, & rem relocauerit, potest secundus expelli, nisi soluat pésiones debitas per primum. Molin. *d. tr. 2. disp. 489. n. 1.*

11 Et post Boër. *decis. 309. num. 5.* aduertit Cancer. *d. cap. 14. num. 7.* quòd locator postquam expulerit conductorem pensionem debitam ab eo petere non prohibetur, immo & pensionem pro præterito tempore debitam petere potest, & ob id non sibi præiudicat in expulsione, licèt bene si pensionem pro tempore futuro peteret.

12 Vtrùm autem expelli possit conductor ob non solutam pensionem legitimo tempore propria domini locatoris auctoritate? vide Gregor. Lop. *in l. 11. in gl. magna ad fin. tit. 13. part. 5.* Valasc. *de iure emphyteut. quaest. 21. num. 2.* Caroc. *de locato, part. 8. tit. causae recusationis quatuor, quaest. 14.* Alexand. Trentacinq. *d. resolut. 4. num. 12. versic. tertio nota,* Didac. à Britto *in d. §. verum, num. 28. & 29.* Molin. *d. tractat. 2. disp. 499. in fine.*

13 *Nisi propriis vsibus dominus, &c.*] Notatur ad hoc quòd potest locator dominus conductorem expellere quantumcunque inuitum, & renitentem durante tempore locationis quando sibi superuenit necessitas habitandi domum ipsam, illaque vtendi, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *d. lib. 4. tit. 24. in princ. vers. quarto, l. Hispan. 6. tit. 8. part. 5.* vbi Gregor. Lopez, Couarru. *practic. cap. 30. num. 30.* Nauarr. *in man. cap. 17. n. 193.* Ceuall. *commun. contra commun. quaest. 756. num. 41.* vbi ampliat quamuis adsit scriptura, cum pacto de nó alienando, vel cum hypotheca generali, vel speciali ipsius rei locatæ pro securitate ipsius locationis. Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 3. n. 6.* Valasc. *d. quaest. 22. n. 3.* Alex. Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de locato, resolut. 4. num. 2.* Cancer. *d. c. 14. de loc. & cond. n. 8.* Didac. à Britto *ad d. c. propter sterilitatem, §. verum, n. 6. de locat.* Rebel. *d. lib. 14. q. 10. n. 14.* Azot. *instit. moral. p. 3. lib. 8. de locat. q. 2. vers. secunda.* Lessi. *d. lib. 2. c. 24. dub. 7. num. 34.* vbi etiam resoluit hoc tantùm locum habere in domibus 14
causa habitandi necessariis, non autem in prædiis rusticis, seu agris.

Intellige quando post contractum locationis præ- 15
ter spem superuenit ei necessitas rei locatæ, secus si illa necessitas aderat tempore contractus, nam necessitas expellendi debet esse improuisa, nec antè cogitata, vt per Anton. Fab. *in suo Cod. lib. 4. tit. 41. de locato, definit. 51.* vbi dicit dictam necessitatem, & quòd emersetir post contractum debere aliter probari, quàm per iuramentum locatoris, Ordinat. Reg. Lusitan. & *d. l. 6. Hispan.* exemplificant superuenientem necessitatem, si locator vxorem duxit, quod tempore contractus non sperabat, atque ad habitandum cum ea est sibi necessaria domus locata, quia aliam commodam ad id non habet. Idem si matrimonio insperato copulater aliquem filiorum, aut filiarum, & similiter ad eorum habitationem indigeret domo locata, Valasc. *d. quaest. 22. num. 3.* Rebell. *d. lib. 14. quaest. 10. num. 15.* vbi improuisæ necessitatis exempla esse asserunt, si locator ipse vxorem duceret, aut etiam si locatoris filius vtriusque sexus, vel si Eques crearetur, aut si fieret Doctor, aut Aduocatus, aut Presbyter, aut si domus, quam locator habet, ruinam minetur, vel inopinato casu diruta sit, aut ibi propter superuenturos hostes, aliudve imminens periculum, grauiter periclitetur, nec aliam habeat ad quam commodè possit migrare: & idem Rebell. *d. quaest. 10. num. 16.* contra Valasc. resoluit esse sufficientem causam expulsionis sequens filiorum matrimonium quod tempore locationis verisimilius credebatur non esse futurum, & *num. 17. & 18* tenet extra controuersiam esse conductorem non obligari ad pensionem soluendam, nisi pro rata temporis, quo vti licuit, quomodocunque his duobus proximè euentibus expellatur, Aloys. Ric. *in collect. decis. part. 1. collect. 16. in fine,* vbi quòd locator existente necessitate tempore locationis non poterit conductorem expellere, Cancer. *d. cap. 14. num. 8.* vbi quòd locator ex necessitate existente tempore contractus non potest conductorem expellere, Alexand. Trentacinq. *d. resolut. 4. num. 2.* vbi exemplificat in locatore volente in domo locata facere artem lanæ, vel aliam honestam & ampliat in patre & matre indigentibus habitatione ex noua, & honesta causa, & probabili, & ex Baldo concludit procedere etiamsi domus sit ita ampla quòd vterque possit habitare, quia non cogitur quis stare in communi habitatione, Molin. *d. disput. 499. num. 6.* vbi plura exempla adducit, Azot. *loco citato,* vbi exemplificat, verbi gratia, Titius Caio locauit domum, & domus deinde in qua Titius habitabat, exusta est, vel casu fortuito corruit, nec habet Titius aliam domum in qua habitet, potest Caium inquilinum expellere: vel si Titius quia duxit vxorem, aut dignitatem aliquam consequutus est, indiget ampliori domo ob maiorem familiam. Didac. à Britto *ad dict. cap. propter sterilitatem, §. verum, num. 7.* vbi exemplificat si contingat domum destrui quam inhabitabat, & ruinam minitari, aut quia vxorem duxit, ampliori domo indigeat, aut quia filium, seu filiam nuptui tradidit.

Propria igitur necessitas illa dicitur, quæ filium in 16
potestate existentem vexat, quia necessitas filij reputatur

tatur necessitas patris, cuius pars censetur, & quem tenetur alere, cùm alimentorum nomine veniat etiam habitatio, vt *in l. verbo victus, ff. de verb. signif.* Dicitur etiam propria necessitas quando ea superuenit parentibus locatoris propter mutuum amorem, & quia reciprocantur inter se, ad not. per Reb. *d. q. 10. n. 14.* Azot. *d. cap. 8. quaest. 2. vers. sed quid si egeat*, vbi extendit ad auum. Caeterùm quoad fratres dispositio huius l. non extenditur, nec respectu ipsorum vllatenus propria dicenda necessitas. Ratio est, quia necessitas personarum coniunctarum locatori, quando iam illi effecti erant sui iuris, ad ipsúsque spectabat sibi prouidere, & non ad locatorem, non est necessitas ad habitationem locatoris: & ideo ita resoluunt Molin. *d. disp. 499. n. 6. in medio.* Didac. à Britto *in d. § verum, n. 6. post med.* vbi intelligit Ordin. Reg. Lusit. *citato loco.* statuentem idem procedere in fratre, vel sorore, vt eo tantùm casu singulariter intelligatur, quo frater tenetur fratrem alere inopem, atque etiam dotare.

17 Quamuis supradicta in locatore rectè procedant, vt scilicet modo suprà explicato sibi liceat ob superuenientem propriae necessitatis causam conductorem expellere durante tempore locationis, attamen conductor minimè potest ob sibi obuenientem causam domum deserere, quin teneatur ad integram pensionem soluendam; finge enim quòd & ipse vxorem duxit, propter quod similiter ampliori domo indigeat, aut de nuuo sibi contigit aliud negotium, ob quod sibi necesse sit abesse, & domum deserere, certe in his & similibus casibus causa superueniens non erit efficax, vt sibi fiat pensionis remissio, si propterea cogatur domū deserere. Ita Didac. à Britto *in d. § verum n. 7.* vbi *n. 8.* assignat differentiae rationē, nempe quòd aequitas, in qua lex fundatur, ad interpretandam mentem cōtrahentium multo efficaciùs viget ex parte locatoris, qui est dominus domus locatae, vt sibi liceat propter superuenientē necessitatē inquilinum expellere, & vti propria domo, quàm vigeat ex parte conductoris, in quo deficit eadēmet aequitatis ratio, ne possit in praeiudicium locatoris, & ob propriam necessitatem domum deserere.

18 Efficax tamen erit ad domum deserendam ex causa, quae est impeditiua habitationis, & magis concernit casum fortuitum, quam propriam eiusdem conductoris necessitatem. Veluti si terris imaginibus, & tumultibus inquietentur habitatores. *l. enim quid. in, ff. hoc tit.* Valasc. *d. q. 22. n. 7.* Anton. Gom. *d. tom. 2. cap. 3. n. 3.* Perez *l. 1. tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 190. & seq.* Mozz. *d. tract. de locat. tit. de accidental. locationis n. 5.* Didac. à Britto *ad d. § verum n. 7. in med.* Vel ob pestem recedere cogantur, Valasc. *d. q. 22. n. 6.* Rip. *in tract. de peste p. 2. n. 8.* Cosm. *in pragm. sanction. tit. de authoritate generalis Concilij c. 1. pag. 1. verbo pestis*, Mozz. *d. tract. de locat. tit. de accidental. locat. n. 6. & tit. quomodo finiatur locatio n. 3.* Molin. *d. tract. 2. disp. 493. n. 2.* Cabed. *Lusit. decis. 93. n. 3. cum seqq. p. 1.* seu ob bellum, *l. item quaeritur, § exercitu, ff. locati*, Valasc. *d. q. 22. num. 6. in princip.* Mozz. *d. tit. de accidentalib. locat. num. 5.* Flamin Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 13. n. 56.* modò bellum superueniat post conductionem, secundùm Surd. *cons. 347. n. 21.* cùm secus sit quando tempore conductionis habebat scientiam belli, ex Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 328. n. 21.* Debet tamen conductor discedens à domo propter supradicta, discessum suum locatori domino denuntiare, & claues tradere si commodè potest, Cort. *in memorab. verbo conductor*, Rebuff. *de priuil. scholar. priuil. 11. n. 5.* Valasc. *de iure emphyt. q. 27. n. 1. vers. adde tamen*, Menoch. *cons. 120. n. 15. & 33.* vbi limitat quando impedimentum est notorium, Mascard. *de probat. concl. 820. n. 12.* Reb. *d. p. 2. lib. 14. q. 8. n. 16.* vbi etiam cum Gam. *decis. 73.* resoluit quod si cùm commodè posset, non denuntiauit, vel claues non reddidit, & ea de causa fortè dominus domum alteri non locauit, ad satisfactionem damni subsequuti compellendus erit.

Multis verò modis limitatur supradicta conclusio, quae habet posse dominum inquilinum expellere si re locata indigeat ob suam necessitatem, & primò in scholari, qui non poterit expelli de domo cōducta à domino, etiamsi vellet eam habere dominus pro suo vsu, vt per Rip. *in l. 1. in fine, ff. soluto matr.* Bologn. *in repet. Auth. habita, C. ne filius pro patre n. 369.* Horat. Luti. *de priuileg. scholar. priuil. 40.* Rebuff. *in simili tract. priuil. 8.* Duen. *reg. 213. amp. 1.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 10. in praemiss. num. 25. in fine, & num. 26.* Ceuall. *commun. contra communes quaest. 756. num. 43.* Alex. Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de locat. & conduct. resol. 4. num. 7.* Sed contrarium, immo si scholaris in aedibus locatis habitet, propter superuenientem necessitatem posse dominum ędium scholarem ab habitatione expellere, tenent Valasc. *d. q. 21. n. 5.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 7. n. 52. vers. quinimo si scholaris, & n. 53. in princip.* vbi aliorum sententiam admitti posse ait quando aedes ita sunt necessariae vt scholaris alibi habitationem idoneam non inueniat, quia tunc propter publicam vtilitatem aedes per dominum relinquendae sunt scholari. Mol. *d. tract. 2. disp. 499. n. 9.* vbi subdit generalem determinationem iurium concedentiū hoc priuilegium locatoribus etiā personas priuilegiatas inter conductores cōprehendere. 19

Secundò limita in praedio rustico, à quo etiam ob necessitatem superuenientem non potest conductor expelli, vt per Anton. Gom. *d. cap. 3. num. 6. in fine*, Cancer. *d. cap. 14. de locat. n. 9.* vbi subdit supradictam resolutionem, vt propter proprium vsum locator possit conductorem expellere, habere locum tantùm in praedio vrbano, & sic in domo conducta, Molin. *d. disp. 499. n. 10.* vbi ait quòd cùm priuilegium hoc reperiatur concessum in domibus, extendi non debet ad alia praedia. 20

Tertiò limita non procedere in re data in emphyteusim, nam tunc dominus eam pro vsu suo non potest ab emphyteuta auocare, vt per Hippol. *sing. 94. incip. Tu habes, l. adem*, Alex. Trentac. *d. resol. 4. n. 3.* 21

Quartò limita quando post necessitatem recepit mercedem, nam tunc ob dictam necessitatem dominus inquilinum expellere non potest, Corn. *cons. 103. n. 5. vol. 2.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 4. n. 5.* 22

Quintò limita non procedere quoties pro obseruatione & executione contractus inquilinus obligatam, & hypothecae subiectam habeat ipsam domum specialiter, vel generaliter, vt per Arnold. Ferron. *in consuet. Burdigalon. tit. 3. § 2.* Sed contrarium tenent Cou. *lib. 2. var. c. 15. n. 4.* Valasc. *d. q. 22. n. 4.* Mol. *d. disp. 499. n. 7.* Alex. Trentac. *d. res. 4. n. 8.* vbi reddit rationem, quia hypotheca non facit aliud, nisi quòd contractui dat maiorem vim & firmitatem, & quòd res iure pignoris detineri possit pro tutela contractus, sed non operatur quin leges in ipso contractu locum non habeant, nec per dictam hypothecam natura contractus vltra dictos effectus alteratur, Ceuall. *d. q. 756. n. 41.* 23

Sextò limita in successore locatoris, quia ad eum non transit facultas expellendi conductorem pro suo vsu, vt per Surd. *cons. 103. num. 12.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 117. num. 18.* vbi *n. 19.* reddit rationem, quia succedens in ius alterius non 24

assequi

assequitur illa, quæ competebant suo auctori ex privilegio. *& cap.149.num.16.* vbi ait facultatem expellendi per proprio vsu non transire in donatarium emptorem, aliúmve singularem successoré, eo quòd sit priuilegium personale, de quo etiam Giurb. *decis. 59.num.12.& 13.* Cancer. *d.cap.14.num.21.* Verùm autem quando successor est, vniuersalis locatori, qualis est ipsius hæres, expellere possit conductorem? Meritò affirmant, eo quòd repræsentat personã defuncti, succeditque in ius totum illius, Couarr. *d. c.15.n.4.* Alexand. Trentacinq. *d.resol.4.n.8.in fine,* vbi ait hanc legem habere tantùm locum in domino, & in eius vniuersali successore, qui eius personã repræsentat, & non in alio singulari successore, qui eius personam non repræsentat. Molin. *dict. disp. 499.n.7.in fine,* vbi intelligit vt successor vniuersalis solùm possit expellere conductorem quando similiter locator ea domo indigeret.

25 Septimò limita quando conuentum fuit de non expellendo inquilinum etiam imminente necessitate, seu indigentia habitandi; nam tunc attendenda est conuentio, vt per Cornel. *dict.consil.103.sub num.17.vers.quanto fortius,volum.2.* Alexand. Trentacinq. *d.resolut.4.num.6.in princip.* Valasc. *d.quæst. 22.num.8.ad fin.* Anton. Gabr. *d. tit. de locato, conclus.3.num.2.cum seq.* D. Barbos. *in l.si filiofam.26. §.fin.num.36.ff.soluto matrim.* Cancer. *dict.cap.14.à num.11.* Ceuall. *d.q.756.num.42.* Sed quæstio est, an idem dicendum sit, quando præcessit pactum de conductore non expellendo minimè expressa aliqua causa; verùm scilicet locator in hoc secundo euentu superuenientis necessitatis domus ad suam habitationem illum expellere possit? Angel. hîc partem negantem amplectitur, quem sequuntur Natt. *consil. 481.num.19.vol.3.* Grat. *resp.1.col.3.lib.1.* Valasc. *dict. quæst.22.num.8.* quoniam, inquiunt, per id pactum renuntiatum videtur iuri expellendi conductorem in euentu superuenientis necessitatis, eo quòd huiusmodi pactum debet aliquid operari. Contrarium tamen defendunt Couarr. *d.lib.2.cap.15.sub num.4. versic. ex quo mihi,* Gregor. Lopez *l.6.gloss.2. tit.8. part.5.* Alexand. Trentacinq. *d.resolut.4.num.6.vers. secunda est opinio,& versic.seq.* Molin. *d.disput.499. num.8.* vbi tandem concludit ex circunstantiis concurrentibus iudicandum esse num locator intenderit renuntiare priuilegio suo, quòd in euentu necessitatis suæ ad habitandum expellere possit conductorem.

26 *Aut corrigere domum maluerit,* &c.] Notatur ad hoc quòd vbi dominus reficere ædes voluerit, potest ad hunc effectum conductorem expellere, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4.tit.24.in princ.vers.o terceiro he,seu Hispan.6.tit.8.p.5.* Mozz. *d.tract.de locat.tit.quomodo finiatur locatio,n.12.* Alexand. Trentacinq. *d.resolut.4.n.9.* Roman. *singul.235.* Cancer. *d.cap.14. de locat.n.22.* Molin. *d.tractat.2.disp.499. num.11.vers.tertius,* Less. *d.lib.2.cap.24.dub.7.n.34. vers.tertia est,* Azor. *d.part.3.lib.8.de locato, c.8.q.2. vers.tertia causa est,* Rebell. *d.lib.14.quæst.10.n.13.* Didac. à Britto *ad cap.propter sterilitatem, §.verùm, num.3.cum seqq.*

27 Declara primò procedere quando causa refectionis domus non extabat, nec prævideri potuit locationis tempore, secus si iam extitisset, & prævideri potuisset tempore contractus, quo casu etiamsi de facto necessaria sit, non tamen ex ea causa poterit inquilinus expelli inuitus, Alex. Trentac. *d.resol.4. n.9.* Didac. à Britto *vbi suprà n.4.*

28 Declara secundò in refectione necessaria, & non in voluntaria, seu vtili, nam tunc inquilinus non poterit expelli, Ordin. Reg. Lusitan. *citato loco,* Alexand. Trentacinq. *d. resolut.4. n.9.* vbi per *l.qui insulam, ff.hoc tit.& gloss.in præsenti,* resoluit quòd si locator propter refectionem voluntariam, seu vtilem expellat conductorem, tenebitur ad totum interesse conductionis, si ex causa necessaria tenetur tantùm remittere mercedem pro rata temporis, quo stetit exul ab ea re conducta, Didac. à Britto *d.loco n.3.*

Declara tertiò quòd tunc poterit expelli conductor ex causa refectionis, quando refectio ipsa eius fuerit qualitatis vt fieri nequeat inquilino domum ipsam habitante, vt per Didac. à Britto *vbi suprà, num.3.prope finem,* vbi intelligit procedere in fauorem conductoris in eum sensum videlicet, ne possit expelli quando refectio domus fieri potest eodem ipso habitante, qui eo casu, cùm non legitimè expellatur, poterit impunè resistere locatori, ex gloss. communiter recepta, *verbo demoliri, in l.habitatores, ff.locati,* subditque eum tunc teneri ad integram pensioné soluendam, nulla facta deductione, etiamsi cum aliquo modico incommodo habitet. 29

Declara quartò vt cessante causa refectionis, & ea peracta domus conductori reddenda sit ad habitandum, vt per gloss. *verbo dominium, in l.si duo, §.cùm inquilinus, ff.vti possidetis,* Rom. *sing.235.* Cremens. *sing.72.* Hippol. *in rub.de fideiussor.n.223.* Tiraquel. *in tract.cessante causa, par.1.n.103.* Couarr. *practic. cap.30.num.3.* Menoch. *remed.3.retin.num.208.* Alex. Trentacinq. *d.num.9.* Cancer. *d.c.14. de locat.n.22.* Didac. à Britto *dict.loco num.5.* Molin. *d. disp.499.n. 11.in fine.* 30

Aut tu malè in re locata versatá es.] Notatur ad hoc quòd inquilinus quando domo abutitur, potest per dominum expelli, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4.tit.24.in princ.vers. O segundo caso, l. Hispan.6. tit.8.part.5.* vbi Greg. Lop. *verbo de las mugeres,* Tiraq. *de iudic.in rebus exig.vers.57.cum seq.* Rebuff. *de priuil.schol.priuil.20.n.5.* Mozz. *d.tract. de locat.tit. quomodo finiatur locatio, num.13.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.tom.1.lib.5.tit.7.num.17.* vbi quòd colonus, qui malè in prædio rustico fuit versatus non laborando arbitrio boni viri potest expelli, iuxta hanc leg. Valasc. *de iure emphyt.quæst.23.* Molin. *de Instit.tract.2.disp.499.n.12.vers.quartus,* vbi exemplificat, si notabile damnum rei conductæ inferat, in domum scilicet conductam suos introducendo; item si ea contra bonos mores abutatur, meretrices, aut lenones in eam introducendo; vel aliud turpe, aut indecens in ea exercendo, vnde detrimentum, aut scandalum viciniæ sequatur, Azor. *dict. part.3.lib.8. de locato, cap.8. vers. quarta causa,* vbi exempla adducit si porcos alat in domo, si arbores cædat, si agrum debitis temporibus non colat; vel si recipiat meretrices, lenones, aleatores, fures, aut vsurarios, Less. *d.lib.2.c.24.dub.7.n.34.vers.quarta,* Rebell. *de obligat.iustit.p.2.lib.14.q.10.n.10.* Cancer. *d. c.14.de locat.n.23.* Alex. Trentac. *var.resolut.lib.3.tit. de locat.& conduct.res.4.n.10.* vbi tenet procedere in emphyteusi, feudo, & vsufructuario, & tandem ait quòd vt procedat hæc conclusio, tria concurrere debent, videlicet quòd deterioratio nõ sit minima, sed in notabili quantitate, & quòd sit in ipsa proprietate, non in fructibus, & quòd dolo malo, lata, vel leui culpa deterioratio causata fuerit. Didac. à Britto *in §. verùm, n.12.cum seqq.* vbi *n.14.* declarat non procedere quando dominus locator à principio, hoc est, tempore contractus sciebat eundem conductorem esse vsurarium, vel publicè in domo solitum tenere meretrices, quo casu minimè poterit ex ea causa conductorem expellere. 31

32 Amplia non solùm posse dominum expellere è domo sua inquilinum ea abutentem introducendo meretrices, aut lenones, sed etiam quemlibet alium expellere posse inhonestam mulierem, & meretricem è vicinia, de quo vide tradita *in collect. ad l. 2. num. 6. suprà de sum. Trinit.*

33 Limita in scholaribus, nam si in domum conductam meretrices introducant, cùm hoc in illis non sit nouum & inusitatum, non sunt ob id expellendi, vt per Belognin. *in auth. habita, C. ne filius pro patre num.* 377. Rebuff. *de priuileg. schol. priuileg.* 20. Sed summo cum iudicio Rebell. *dict. quæst.* 10. *num.* 10. *vers. porrò*, affirmat expelli posse si inde locatoris honestas, vel fama periclitaretur, vel honestorum vicinorum detrimentum timeretur. Molin. *d. disput.* 499. *num.* 12. *in fine.*

34 Verùm autem conductor qui ob hanc causam expellitur, integram pensionem locationis soluere teneatur; vide Rebell. *d. quæst.* 10. *num.* 11. vbi resoluit verisimilius esse non semper obligari iure iustitiæ, ad residui temporis pensionem, obligari tamen ratione damni si residuum tempus eiusmodi sit, vt pro eo dominus alium conductorem inuenire, aliúmve rei suæ vsum sibi vtilem habere non possit; quia iam tunc priuatio pensionis residui temporis damnum est ex priori iniuria & culpa contra iustitiam subsequutum. Gloss. verò *verbo peruersè in d. §. verùm*, *& verbo versata, in præsenti*, Nau. *in man. cap.* 17. *n.* 194. & Menoch *de arbitr. casu* 78. *in princip.* distinguunt inter eum casum, quando scilicet inquilinus peruersè vtitur domo conducta ipsam damnificando, & quando peruersè conuersatur, non tamen damnificat tenendo ibi meretrices, seu exercendo illicitos, & inhonestos vsus; itavt in priori casu non teneatur ad integram pensionem, sed tantùm pro damno dato actione locati, vel legis Aquiliæ. Addit tamen, & meritò, Didac. à Britto *in dict. §. verum* 13. quòd si dominus locator expulso inquilino, quia quocunque modo malè fuerit in domo conuersatus domum ipsam alteri locauerit, à quo integram residui temporis mercedem recepit, minimè poterit aduersùs priorem conductorem ad eandem agere, quoniam illius remissio erit necessariò facienda, sicut aliàs obueniente casu fortuito in persona conductoris operatum, tunc solùm qui operas locauit, potest agere ad integram mercedem, quando alteri pro eo tempore non locauit prædictas operas, secus aliàs. In eo verò casu, quo pro residuo tempore domus est vacua, quia nec locator sibi sufficienti cautione potest prouidere, vt iterû conductor recipiatur, nec secundus conductor inuenitur, tunc si primus fuerit expulsus, ob id solùm quòd peruersè fuerit in domo conuersatus, vtendo ipsa in prauos vsus, securè tenendum est posse dominum locatorem ad integram pensionem agere: eo verò casu, quo expellitur, quia domû damnificat, ad vtrumque diuersis actionibus ad diuersa tendentibus agere potest, & inquilinus conueniri, scilicet pro damno domino illato, & insuper pro mercede conuenta, & interesse ipsius, seu pro interesse conuento. Molin. *d. disput.* 499. *n.* 14. vbi sequendo opinionem Gregor. Lopez *d. l.* 6. *verbo dos casos*, ait quod si locator expulso conductore inuenit alium, qui conduceret pro reliquo tempore tanta mercede pro rata temporis, quantam soluebat prior conductor, aut prior conductor eum offerat, qui sine abusu rei illam conducat, tunc primo conductori remittatur de pensione pro rata temporis, vt possit agi aduersùs eum de damno si quod rei locatæ intulit: si verò non inuenitur qui illam conducat tanto pretio, tunc id etiam pensionis futuri temporis quod minus accipit locator, teneatur soluere primus conductor, ne locator maneat in damno aliquo ob culpam primi conductoris.

SVMMARIVM.

1 *Custodum exhibitione dominus horreorum se liberat, ne ob periculum conueniatur a conductore, & num.* 2.

3 *Parentem, aut fratrem sæpe aliquem dicimus, siue ætatis, aut scientia, siue honoris, aut obseruantia causa.*

L. Ex diui. IV.

Imp. ALEXAND. A. *Sabino.*

EXhibitione custodum dominus horreorum se liberat, ne ob periculum à conductore conueniatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor. Lopez *leg.* 7. *gloss. fin. tit.* 14. *part.* 5. Conan. *comment. iuris lib.* 7. *c.* 11. *num.* 12. Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lection. lib.* 1. *cap.* 51. *versic. multisque.* 2

In gloss. *Parentem.* ibi, *in scientia, & ætate*, &c. 3 Notatur ad hoc quòd sæpe parentem, aut fratrem dicimus aliquem siue ætatis, aut scientiæ, siue honoris, & obseruantiæ causa, vt per Radulph. Fornet. *lib.* 5. *rerum quotid. c.* 27. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 135. *n.* 46. *vers. quibus adde.*

SVMMARIVM.

1 *Inuecta, & illata per colonum hypothecari pro mercede, &* num. 1. *declara vt* n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

L. Certi iuris. V.

Idem A. Petronæ.

INuecta. & illata per colonum pro mercede sunt hypothecata. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.* Aloys. Leo *in* 4. *fol.* 44. *verso, & tom.* 7. *repet.* Petr. de Bellapertica. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l.* 5. *Hispan. tit.* 8. *par.* 5. *vbi gloss. in summ.* Charond. *verisimil. lib.* 3. *pag.* 162. Fortun. Garc. *ad l. item quia, n.* 18. *ff. de pactis*, Socin. *regul.* 192. *incip. Inuecta.* Alphan. *in collect.* 858. Conan. *commen. iuris lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 6. Roman. *singul.* 233. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 20. *n.* 17. *col. penult.* Neguzant. *de pigneribus, par.* 2. *membr.* 4. *num.* 128. *cum seqq. & à num.* 151. Menoch. *de arbitr. casu* 441. *& remed.* 3. *adipisc. n.* 43. Card. Mant. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 9. *& lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 21. Vincent. Caroc. *de locato, part.* 3. *tit. de inuectis, & illatis.* Arimin. Tepat. *variarum resolut. tom.* 2. *tit.* 370. *cap.* 7. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 102. *num.* 1. Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap.* 4. *num.* 33. *& de empt. & vendit. cap.* 33. *n.* 115. *cum seqq.* Ferdinand. à Mendoça *disp. iuris ciuilis in difficiliores leges ff. de pactis, lib.* 2. *c.* 4. *num.* 16. *& seq.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de locato, & conduct. resol.* 5. *per tot.* Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 497. *num.* 3. *cum seqq.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, part.* 2. *c.* 9. *n.* 86. *cum seqq.* Didac. à Britto *ad rubr. de locato,*

& conducto part.2.§.1.num.9.cum seqq. Steph. Gratian. *discep.forens.tom.1.cap.68.per tot.* Gabr. Pereira *Lusitan.decis.127.num.1.* Cancer. *var.resolut.part.1. c.14.de locat.n.3.& 4.*

3 Declara primo conclusionem sic indistinctè procedere, si prædium conductum vrbanum sit, vt est domus, tunc quæ fuerint in eo inducta, siue domino prædij, qui illud locauit, sciente esse inducta, siue non subiiciuntur hypothecæ, si verò fuerit rusticum, tunc ea sola in id prædium inducta subiiciuntur hypothecæ, quæ domino prædij sciente, non vero eo ignorante fuerint inducta, ita per text. *in præsenti* resoluunt Alexand. Trentacinq. *d. tit. de locat. resol. 5. num.2. vers. tertio.* Molin. *d. disp.497. num.3.* Gabr. Pereira *d. decis.127. num.2.* Didac. à Britto *d. p.2.§.1. num.9.* Differentiæ verò rationes quoad hanc pignoris constitutionem inter vrbana & rustica prædia, excogitarunt Conan. *d. lib.4.c.16.n.5.& 6.* Balduin. *in tract. de pignorib. & hypothecis cap. 6.* Negusant. *d. 1. part.4. membr.4. num.145.* Menoch. *d. remed.3. num.44. & seqq.* Mendoç. *dict. cap.4. num.13. ad fin.* Didac. à Britto *vbi supra num.9.* Benedict. Ægid. *d. cap.9. a n.90.*

4 Declara secundò, vt inuecta in prædium conductum tacitè subiiciantur hypothecæ, necesse esse vt inducantur animo, vt perpetuò ibi sint, hoc est, non ad tempus, sed quandiu conductio durauerit, siue postea mutetur animus, & extrahantur, aut etiam alienentur, siue non. *l. in prædiis, §. vlt. ff. in quibus caus. pign. gloss. verbo induxerint, in præsenti.* Gregor. Lopez *l. 5. verbo fincan obligadas*, Valasc. *d. qu.20. num.17.* Asflict. *decis.184.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.68. a num. 28.* vbi exemplificat in veste data sartori, quæ non est obligata pro pensione domus, quia non fuit tradita animo vt ibi esset perpetuò, & limitat dummodo non sint bona vxoris, & dummodo cesset fraus. Molin. *d. tr.2. disp.497. num.4.* Alex. Trentacinq. *dict. tit. de locat. conduct. resol.5. num.2. vers. secundo,* vbi subdit in iudicis arbitrio residere, an bona inducta in domum conductam fuerint inducta vt in ea essent durante locatione, putà si esset vnus lectus, & alia ex quibus solent ornari cameræ, & instrumenta ad conficiendum panem & similia, additque non procedere hanc declarationem in mercibus venalibus inuectis, & illatis, cum ibi non sint vt perpetuo permansuræ; nec etiam in instrumentis crediti illatis, & inuectis per conductorẽ in domum conductam, quoniam non videntur illata & inuecta animo & proposito vt ibi perpetuò sint, donec duratura est locatio, sed solùm donec exigentur credita in illis descripta. Benedict. Ægid. *cap.9. num.87.* Cancer. *d. cap.14. num.4.* vbi ait quòd si conductor inuenerit codicem suarum rationum, vel instrumenta suorum debitorum, non censentur tacitè hypothecata. Quamuis Conan. *d. lib.4. cap.19. n.8.* & eum sequutus Menoch. *d. remed.3. adipisc. à n.131.* Ferdinand. de Mendoça *d. lib.2. cap.4. num.18 vers. sed omnibus his* contra gloss. & communem sententiam teneant ad hoc vt inuecta & illata in prædium conductum pignori subiiciantur, non requiri eo animo induci vt ibi perpetuò sint.

5 Declara tertiò res alienas inuectas in domo patiente domino esse obligatas pro pensionẽ. *gloss. verb. nam ea quoque, ad fin. in præsenti*, Negusant. *d. part.2. in princ. memb.4. num.152.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.202. num.87.* Stephan. Gratian. *d. cap.68. à num.15.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.10. n.17.* Contrarium verò indistinctè sequitur Morl. *d. tit.10. quæst.4. num.8. in fine,* & cum distinctione Molin. *d. disp.497. num.6.* vbi post Gregor. Lop. ait Doctores communiter contrarium contra eam gloss. affirmare nisi quãdo dolus censeretur interuenisse ex parte domini rei aduersùs locatorem, qui tacuit videns rem suam in prædium conductum induci, vt locator fretus eo pignore non peteret tempore congruo pensionem, aut damnum rei locatæ. Sed D. Barbos. *in l. quæ dotis 34. num.165. ff. soluto matrim.* sic distinguit. Aut ego induxi in domum conductam res alienas tanquam tales, & tunc procedit opinio glossæ, quia potuit dominus prohibere ne res suæ inducerentur quasi suo nomine: si ergo id non fecit, videtur consentire; dummodo patiatur illas induci, vt perpetuò ibi essent, id est, durante tempore locationis. Aut dominus patitur res suas induci tanquam proprias inducentis, & tunc non videbitur consentire.

Declara quartò non procedere in fructibus, qui ex fundo colliguntur, quia illi sunt tacitè obligati domino prædij, etiam sine scientia, vt per Alex. Trentacinq. *d. resol.5. n.2. vers. hoc quod dicitur.* 6

Declara quintò conclusionem procedere non solùm in prima locatione, sed etiam in tacita reconductione, itavt subconductoris bona inuecta & illata pro pensione hypothecata censenda sint domino primo locatori, vt per Socin. *reg.192. limit.6.* Ceuall. latè *d. quæst.202. a num.1.* Vincent. Caroc. *de locato part.5. quæst.3.* Didac. à Britto *ad rub. de locato & conducto p.2.§.1. num.10.* vbi *num.11.* respondet ad text. ex diametro contrarium *in l. si in lege §. si colonus, ff. hoc tit.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 68. num.1.* Ruginel. *practicar. quæst. cap.33. num.3.* Cancer. *d. cap.14. de locat. n.3.* Molin. *d. tract.2. disp.489. n.1.* Et si quis subconduxerit tantùm inferiorem partem domus, eius bona non erunt hypothecata, nisi tantummodo pro rata pensionis debitæ ratione dictæ inferioris partis; non autẽ pro integra pensione totius domus. Ita Cald. Pereira *de empt. & vend. c.33. n.49.* Gabr. Pereira eius filius *d. decis.117.* Melch. Phœbos *Lusit. dec. tom.2. aresto 22.* Didac. à Britto *loco proximè citato.* Ceuall. *d. q.202. n.1.* 7

Declara sextò etiam bona minoris inuecta & illata in domum conductam esse tacitè hypothecata pro pensione domus, vt per Tiraq. *ad l.16. connub. gloss.8. num.189.* Ioseph. Ludou. *Perus. dec.75. p.2.* Surd. *decis.287. num.25.* Morl. *d. tit. de locat. q.4.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de locat. resol. vlt. n.5.* vbi intelligit quando minor conduxit domum secundùm statum, & conditionem suam conducentem, Steph. Grat. *d. cap. 68. n.5.* vbi *n.6.* reddit rationem, quia obligatio intelligitur prohibita per ipsos minores, secus per legem per quam censetur constituta huiusmodi hypotheca, & cùm interueniat decretum legis, non requiritur aliud decretum iudicis. 8

Declara septimò dominũ præferri pro pensione in inuectis, & illatis anterioribus creditoribus, quando sumus in domo accepta pro conseruatione rei, prout in horreo, & apotheca, secus in ea quæ conducitur ad habitandum, vt per Carpan. *super consin. Mediol. c.390.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis.84. p.2.* Mut. *super consuet. Panor. c.34. n.6.* Steph. Grat. *d. c.68. n.4.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de locat. resol.5. n.3.* 9

SVMMARIVM.

1 *Conductor rem conductam potest sublocare, nisi sublocatio expresso pacto illi sit adempta, &* numero 2.

3 *Studiosus recedens de domo conducta, potest in locum suum alium subrogare locationis, non verò societatis, intellige vt* num 4.

5 *Socius an recedens à domo possit partem suæ habitationis locare altero inuito.*

6 *Subconductor quando teneatur pensionem soluere in defectum primi conductoris, remissiuè, & si non soluerit, quando possit expelli, remissiuè* num. 7. *& quando subconductori bona inuecta & illata sint pro pensione hypothecata domino primo locatoris, pariter remissiuè*, num. 8.

L. Nemo prohibetur VI.

Idem A. Victorino.

1 CONductor rem conductam sublocare potest, nisi sub locatio expresso pacto illi sit adempta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo. *in 4. fol. 44. v rso.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Conan. *comment. iuris lib. 7. cap. 11. num. 17.* Gregor. Lopez *l. 5. gloss. 3. post princip. tit. 8. part. 5.* Afflict. *decis.* 401. *num. 2.* Anton. Gom. *tom. 2. variar. cap. 3. num. 11.* Rebuff. *de priuileg. scholast. priuil. 12.*
3 vbi ait quòd studiosus recedens de domo conducta, potest in locum suum alium subrogare iure locationis, non societatis, quia est electa industria personæ, & socij. Suar. de Paz *in practic. tom. 3. cap. 6. §. 3. n. 2.* Nicol. Mozz. *de contractib. tractat. de locat. tit. de naturalib. locationis, num. 4.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 2. tit. 2. num. 44.* Cancer. *variarum resolut. part. 1. cap. 14. de locat. & conduct. n. 2.*
4 vbi id intelligi, cum eo tamen vt locet alteri æquè idoneo, & ad eundem vsum, Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 489. num. 1.* vbi *num. 2.* subdit quòd quando res deputata est ad certum vsum, aut ad eum locari consueuit, si aliud expressum deductúmq; non fuerit in pactum, ad eum solum vsum censetur locata. Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 8. de locat. cap. 3. quæst. 8.* vbi etiam conclusionem locum habere ait quando primus conductor rem locauerit æquè idoneo, & ad eundem vsum, & addit ex Panorm. scholarem, qui cum alio scholari habitat in eadem domo conducta, posse si recedat, in locum suum alterum scholarem substituere. Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 14. quæst. 17. num. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. num. 505.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 4. n. 39. in princ.* vbi ait dispositionem huius text. ad colonum modici temporis restringi debere.

5 An socius recedens à domo partem suæ habitationis altero inuito locare possit? vide Felin. *in cap. inter directos n. 25. de fide instrum.* Rebuff. *d. priuil. 12.* Azor. *d. quæst. 8. vers. quæres*, qui per glos. *verbo succedit in §. vlt. Instit. hoc tit.* resoluunt posse iure conductionis, prohiberi tamen iure societatis, quæ vincit ius locationis quandocunque videtur electa industria certæ personæ.

6 De subconductore quando teneatur pensionem soluere in defectum primi conductoris, resoluit Mo-
7 lin. *d. tract. 2. disp. 489. n. 1.* & quando si non soluerit, possit expelli, vide posita *in collect. ad l. edem, sup.*
8 *hoc eod. tit. post princip. vers. procedit quoque.* & quando subconductoris bona inuecta & illata sint pro pensione hypothecata domino primo locatori, vide similiter posita *in collect. ad l. certi iuris, declar. 5. supr. hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pro vectigalibus ad certum tempus intercedens, tempore finito nō tenetur amplius, & n. 2.*

3 *Fideiussores liberari renouato contractu societatis.*

4 *Conductorem, obligatum cum instrumento garentigio, ad mercedem, & sic non soluendo, incarcerari posse; si tacitè reconduxit, non posse etiam pro mercede non soluta carcerari.*

5 *Prorogationem fieri non posse, nisi in præiudicium prorogantium.*

6 *Permissum ad tempus censeri postea prohibitum.*

L. Si cùm Hermes. VII.

Idem A. Terentiano.

FIdeiussor pro vectigalibus ad certum tempus intercedens, finito tempore ampliùs non tenetur. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Probat hic text. quòd licet tacita prorogatio, hoc 2
est, reconductio, censeatur facta in contractu locationis pro eadem annua, aut menstrua, vel alia simili pensione, quæ in primo contractu fuerat constituta cum omnibus qualitatibus, vinculis & clausulis accessoriis ibidem positis, hoc debet intelligi in dependentibus à mera voluntate partium, vt pignus, hypotheca, terminus solutionis, & similia; secus si vincula cautionis, & alia id genus dependerent à tertij voluntate, quia talia in eius præiudicium non censentur repetita in reconductione. Item probat quòd si pro obligato ad tempus quis fideiussit, & postea prorogetur, non tenebitur fideiussor, nisi de eius voluntate fuerit facta prorogatio. vide Greg. Lop. *l. 7. gloss. 2. tit. 7. part. 5. & l. 20. gloss. 4. tit. 8. p. 5.* Deci. *in cap. de causis n. 7. vers. quarto limitatur, cum seqq. de officio deleg.* adden. ad Capell. Tholos. *decis.* 131. Hippol. *in rub. de fideiussorib. n. 89.* Afflict. *decis.* 353. *n. 2.* Tiraquell. *de retractu conuent. §. 1. gloss. 7. n. 32.* Stracch. *de mercat. tit. de decoctor. part. 5. à princip.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 3. num. 17. & c. 13. n. 21.* Menoch. *cons. 120. num. 29. & 30.* Vincent. Caroc. *de locat. & conduct. part. 2. tit. de renouat. locat. n. 6.* Decian. *cons. 72. vol. 2.* Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de nouation. conclus. 3.* Carthat. *decis. 13. num. 3.* Gutier. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 49. num. 14. cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 5. tit. 15. num. 22.* D. Barbos. *in l. 1. art. 1 num. 76. ff. de indic.* Mascard. *de probat. conclus. 990. num. 6. & concl. 1107. numer. 12.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 498. num. 11.* Cancer. *variarum resolut. part. 1. cap. 14. de locat. & conduct. n. 65.* vbi subdit quod 3
reuocato contractu societatis fideiussores sunt liberati, & *n. 66.* tenet conductorem, qui cum instrumento garentigio, erat obligatus ad mercedem, & sic non soluendo, poterat incarcerari, si tacitè reconduxit, non posse etiam pro mercede non soluta carcerari. Ceuall. *commun. contra commun. q. 754. n. 39.* vbi ait 4
in hoc text. non fuisse vnum contractum, sed interuenisse secundam conditionem, in qua fideiussores non tenentur, cùm per dictam secundam conditionem censeatur respectu tertij contractus primus innouatus; & *num. 40.* distinguit in hunc modum Aut fideiussor intercessit ad tempus limitatum, & tunc si tempus prorogetur à contrahentibus, remanebit fideiussor liberatus, vt *in l. si vt cert. §. qui impleto, ff. hoc tit.* Aut fideiussor obligatus est purè sine temporis præfinitione, tunc non erit liberatus, quia sua obligatio iudicatur perpetua; & sic nullum patitur præiudicium, & citat hanc distinctionem tenentes Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 49. n. 15. in fine*, Anton. Thesaur. *Pedem. dec. 125.* Fachin. *controuers. lib. 2. cap. 88. vers. sed contrariam sententiam.*

Notatur

5 Notatur ad hoc quòd prorogatio non potest fieri nisi tantum in prorogannum præiudicium, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 10. n. 30.*

6 Notatur etiam ad hoc quod permissum ad tempus censetur postea prohibitum, vt per Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. gloss. 2. num 46.* & plures per me citatos *de Axiomat. iuris vsufreq. axiomat. 178. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Remissio congrua debet fieri propter sterilitatem, nisi aliud fuerit conuentum, & n. 2.*

3 *Sterilitas quando dicatur, remissiuè.*

4 *Sterilitas probari debet per testes, custodes, & inspectores frumenti.*

5 *Sterilitas regulariter non excusat nisi in casu, quo labes omnem fructum abstulit, secus si aliqui fructus supersint, licèt non sufficiant ad dimidiam pensionem soluendam.*

6 *In locatione certa merces necessariò interuenire debet, an oporteat huiusmodi locationis merces sit in pecunia nnmerata, remissiuè, n. 7.*

8 *Remissio pensionis non fit quando conductor renuntiauit casibus fortuitis. declara, vt n. 9. 10.*

11 *Intellectus verborum,* vt mos regionis postulat, *l. licèt certis, C. de locat. & conduct.*

12 *Sterilitas quæ dicatur vt pensio pro rata minui debeat, & quota pars fructuum deperditorum sufficiat, & quòd colono incumbat probare sterilitatem,* num. 13.

14 *Remissionem pensionis non fieri in aliquibus euentibus, de quibus hic,* & n. 18.

15 *Conductor an veniat excusandus qui nec seminauit, nec coluit prædios, si postea constiterit per fortuitum euentum incendij, vel alterius labis, fructus fore omnino deuastandos si nascerentur.*

16 *Sterilitas si accidat per culpam operarum conductorium ministrantium, quid.*

17 *Conductor si impediatur frui re conducta, facto & culpa locatoris, quid.*

19 *Sterilitas compensatur cum vbertate præcedentis, aut sequentis anni, ex iis, pro quibus prædium erat conductum.*

Licèt certis. VIII.

Idem A. Higinio.

1 REmissio congrua debet fieri propter sterilitatem, nisi aliud fuerit conuentum. Colligunt ex O. din. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 27. & l. Hisp. 23. tit. 8. p. 5.* Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 1. tit. de litter. obligat. art. 1. gloss. vnic. num. 32.* Gig. *de pensionib. quæst 93. n. 2.* Menchaq. *controuers. vsufreq. part. 2. cap. 54* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 3. num. 18.* Couar. *pract. c. 30. à princip.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 3. num 18. in princ.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 27. n. 23.* Vincent. Caroc. *de locato, part. 4. tit. de rem ss. mercedis,* Su. *d. decis. 155. num. 6. & decis. 326.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de locat. tit. de accidentalibus locat. num. 1. cum seq.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 37.* 3 vbi quando dicatur sterilitas, Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 10. in præmiss. num. 18. & quæst. 1. per totam,* Cabed. *Lusit. decis. 34. num.* 4 *5. cum seq. part. 1.* vbi *num. 8.* quòd sterilitas debet probari per testes, custodes, & inspectores frumenti, *& num. 13.* quòd sterilitas regulariter non excusat 5 nisi specialiter in casu, vbi labes omnem fructum abstulit, secus si aliqui fructus supersint, licèt non sufficiant ad dimidiam pensionem soluendam, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuentionib. lib. 5. tit. 8.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo locatio num. 22.* Bernard. Græux. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 23.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 495.* Azor. *in t. moral. part. 3. lib. 8. de locat. cap. 10.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, part. 1. cap. 9. num. 39.* latè Didac. à Britto *in cap. propter sterilitatem. hoc tit.* & *ibi in collectan.* multa adduximus, quæ hìc pro exornatione huius text. deseruire possunt.

6 *Certis annuis quantitatibus*, &c.] Ergo in locatione certa merces necessariò debet interuenire, vt per Pinel. *in rub. de rescind. vendit. part. 2. cap. 3. n. 5.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 3. num. 5.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 11. num. 5. & 10* Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 3. lib. 27. cap. 1. num. 10.* Henric. Bocer. *disp. de vniuerso iure, part. 1. class. 2. disp 4. n. 54.* Pichard. *in §. 1. num. 1. cum seqq. Instit. hoc tit.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 5. tit. 1. num. 3. & tit. 2. in princip.* Didac. de Britto *ad rub. de locato part. 1 §. 4. à num. 1.* Bened. Ægid. *d. cap. 9. num. 33.* vbi an huius- 7 cemodi locationis merces in pecunia numerata esse oporteat.

8 *Si tamen expressum non est in locatione*, &c.] Ergo remissio pensionis non fit quando conductor renuntiauit casibus fortuitis, tunc enim, esto sterilitas adueniat, tenetur ad integram pensionem, *l. Hisp. 23. tit. 8. part. 5.* Anton. Gom. *d. tom. 2. cap. 3. n. 19. vers. item,* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 3. num. 26.* Suar. *receptar. sentent. verbo casus,* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 27. num 34.* Mandel. *cons. 1. à num. 19.* Menoch. *de arbitr. casu 80. num. 1.* Menchaq. *contron. vsufreq. cap. 54. num. 6* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 24. num. 1.* Molin. *d. dist. 495. num. 19.* Azor. *d. lib. 8. cap. 10. quæst. 2. vers. quarta,* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 10. quæst. 1. num. 19.* Benedict. Ægid. *d. cap. 9. de locat. & conduct. n. 58. vers. tertio,* Castill. *quotidian. lib. 3. cap. 3. num. 43.* vbi *num. 54.* tenet sat esse renuntiare genericè casibus fortuitis, nullum in specie exprimendo.

9 Declara tamen quòd licet verum sit quòd possit conductor ad casum fortuitum se obligare, licet regulariter de iure ad illum non teneatur, tamen ita demum tenebitur, si talis casus fortuitus non adueniat culpa locatoris, tunc enim non tenetur de eo conductor, Caroc. *de locat. & conducto part. 4. de casibus quæst. 5. in princ.* Surd. *cons. 12. num. 63. & decis. 326. num. 56* Castill. *d. cap. 3 num. 56. vbi numer. 59.* agit de intellectu *l. 2. tit. 9. lib. 9. nouæ Recopil.* expressè statuentis quod quamuis casus fortuitus obueniat ob factum Regis, & bellum ab eo motum, nulla conductori fiat remissio, Nicol. Mozz. *d. tit. de accidental. locat. num. 27.* Cardin. Mantic. *d. titul. 8. num. 17.*

10 Declara deinde quòd licèt conductor renuntians casibus fortuitis teneatur ad integram pensionem, esto sterilitas adueniat, vt *suprà* vidimus, non videtur tamen sentire de insolitis, aut raró contingentibus, Pinel. *d. cap. 39. num. 29. in princ.* Anton. Gom. *d. cap. 3. n. 18.* Menchaq. *d. lib. 3. quæst. vsufreq. c. 54. num. 6.* Mendel. in Alba *cons. 1. num. 5.* Sebast. Medices *de compensat. part. 1. quæst. 43. in fine, & in tract. de casibus fortuitis part. 1. quæst. 15.* Gutier. *d. cap. 24. num. 6.* Azeued. *l. 2. num. 9. cum seqq. tit. 8. lib. 9. nouæ Recop.* Anchar. Regien. *lib. 3. quæst. famil. quæst. 36. num. 7. & 8.* Vincent. Caroc. *de locato p. 4. de casibus*

quaest.8.num.6.cum seq. Ceuall. commun. contra commun. quaest 702. num.2.& 3. Cardin. Mantic. d. lib.5. tit.8. num.3.& 18. Molin. d. disp.495. n.20. vbi reddit rationem, quoniam contrahentium intentio sub illis verbis generalibus non videtur se extendere nisi ad casus fortuitos, ac solitos, de quibus tunc cogitari poterat, euenire posse, Castill d. cap.3. n.80. Didac. à Britto. d. d. cap. propter sterilitatem, n.70. vbi resoluit factam renunciationem casuum fortuitorum, ac etiam pactum per quod conductor suscipit in se omne periculum, comprehendere quidem omnes casus fortuitos & insolitos, dummodo non sint omnino insoliti, & rarissimè contingentes, ad quos verisimilis mens contrahentium tanquam ad incogitata non protenditur, additque quòd quando generalem casuum fortuitorum renuntiationem praecedit specialis aliquorum casuum expressio, veluti si conductor dicat, Renuntio pluuiis, incendio, & omni casui fortuito, tunc in tali renuntiatione non comprehenduntur nisi casus similes, vel minores expressis. Et qualiter dicatur casus insperatus, aut insolitus? vide Pinel. d. c.3. n.32. Menoch. de arbitr. casu 80. Cardin. Mantic. d. tit.8. num.6. in fine. Ioan. Gutier. de iuram. confirm. part.1. cap.24. n.8. Seraph. de priuileg. iuram. priuil.106. n.5. Azeued. dict. l.2. n. 24. tit.9. lib.9. noua Recopil. Ceuall. commun. contra commun. quaest.702. in fine. Vincent. de locato & conducto part.4. de casibus q 9. per tot. remissiuè Castill. d. cap.3. à n.104. vbi ex n.95. optimè aduertit iudiciis manus non adeò ligatas, iudicisve arbitrium non ita exclusum, vt ipse aliquando iuxta facti contingentis naturam, & circunstantias arbitrari non valeat quid aequius & menti contrahentium magis conueniens sibi videbitur, verba namque contrahentium talia esse poterunt, vt omnino incogitatum, aut insolitum & rarissimè contingentem casum non contineant, nec apta sint continere: poterunt etiam adeò vniuersaliter proferri, vt nullum casum excludum diiudicare debeamus, atque conductori imputare quòd sibi non consuluerit, aut quòd ita absoluta & generalia verba protulerit: & n.106 subdit sustineri non posse Cornei & aliorum resolutionem asserentium casum renuntiationem non comprehendere insolitum omnis.

11 *Vt mos regionis postulabat.*] Refert Menoch. consil.37. n.71. ex Angel. duos esse sensus, & intellectus horum verborum, primum quòd ea significent motis fuisse in ea regione quòd Notarius, qui de instrumento locationis rogabatur, in ipso instrumento scriberet conductorem in se suscepisse periculum sterilitatis, id quod non reperiebatur descriptum in eo instrumento, cuius casus in hac l. refertur; secundum & sane veriorem quòd mos regionis erat vt semper conductores pacto expresso in se reciperent periculum sterilitatis, & in casu huius apparebat locationem factam pacto illo non adiecto, quocirca ab Alexandro Imp. responsum hic fuit damnum ad locatorem spectare, atque ita illi consuetudini statur, nec suppletur ex consuetudine, cùm consuetudo esset, quòd pacto expresso periculum susciperetur, & tandem concludit Menoch. citato loco, textum in praesenti probare hanc assertionem, quòd scilicet non possit Notarius addere hanc clausulam, si consuetudo contraria existat.

12 *Et quae euenerunt sterilitates*, &c.] Sterilitas quae dicatur, vt pensio pro rata minui debeat, quaenam & quota pars fructuum deperditorum sufficiat? vide l. Hispan.22. tit.8. part.5. Pinel. ad l.2. C. de rescind. vend. 1. part.1. cap.3. à num.12. Anton. Gom. tom.2. var. cap.3. numer.18. Aluar. Valasc. de iure emphyt. quaest.27. num.24. Gam. Lusit. decis.42. num.1. Viu. tom.1. commun. opin. lib.4. tit.44. numer. 7. vers. vnde pag.658. Menoch. de arbitr. casu 76. Menchacq. t. usfreq. cap.54. Mascard. de probat. concl.1333 num.4. cum seqq. & conclus.1139 à num.3. Anton. Thesaur. Pedem. decis.108. Ioan. Garc. de expensis c.13. num.9. Moxx. de contractib. tract. de locat. tit. de accidental. locationis num.11. cum seqq. Card. Pereira de extinct. emphyt. cap.4. numer.24. ad fin. Bernard. Graeu. ad pract. Camera Imper. lib.2. concl.23. consid.1. Cardin. Mantic. d. lib.5. tit.8. num.30. Molin. de Iustit. tract.2. dispu.495. numer.2. cum seqq. Morl. in emporio iuris part.1. tit.10. quaest.1. num.12. Castill. d. lib.3. cap.3. à num.36.

13 Et quòd colono incumbat probare sterilitatem, vide Mascard. d. concl.1333. num.2. Morl. d. quaest.1. n.15. cum seqq.

14 In aliquibus tamen euentibus nulla propter sterilitatem fit remissio pensionis conductori. Primus tradi consueuit, quando ea sterilitas culpa conductoris euenit, vt quia malè, aut intempestiuè praedium coluit, vel fructus ex eo intempestiuè collegit, vel quia segetes non purgauit malis herbis, cùm posset id vtiliter fieri, vel quia fructus negligenter custodiuit pro circunstantiis concurrentibus, aut quacunque alia ratione, ex conducto, §. si vis, l. si merces, §. conductor, ff. hoc tit. Ord. Reg. Lusit. d. tit.27. § fi. d. l. H. §p.22. in fine. vbi Gregor. Lop. verbo por su culpa, Bossi. in tit. de remissione mercedis, n.39. & 97. Valasc. d. quaest.27. num.9. Surd. decis.87. n.4. cum seqq. & dec.130. vbi quòd non tenetur iterum seminare, Molin. d. disp.495. n.13. vers. secundus, Rebell. de obligation. iustit. part.2. lib.14. quaest.8. num.2. cum seqq. Azor. instit. moral. part.3. lib.8. de locato & conducto c.10. q.2. vers. prima, Mart. in votis noniss. decis. voto 1. n.18.

15 An autem excusandus veniat conductor qui nec seminauit, nec coluit praedium, si postea constitent per fortuitum euentum incendij, vel alterius latu fructus fore omnino deuastandus si nascerentur? Negat Valasc. d. quaest.27. num.42. & non immeritò cum hac resolutione dubius pertransit Rebell. d. q. 8. n.3. & 4.

16 Sed quid si sterilitas per culpam operariorum conductori ministrantium accidat? vide Syluest. in sum. verbo locatio quaest.17: Valasc. dict. quaest.27. n.41. Rebell. d. quaest.8. n.5. & 6. qui satis esse putant leuem culpam familiarium ad denegandam remissionem conductori, contrahendamque obligationem restituendi damnum rebus locatis illatum.

17 Quid etiamsi conductor impediatur frui re conducta facto, & culpa locatoris. Dic faciendam esse pensionis remissionem, agereque posse conductorem contra locatorem vt sibi resarciat omnem vtilitatem & interesse quod ex conductione percipere poterat, si ipse locator nihil faceret, de quo vide Veral. dec.183. n.2. & 3. part.1. Magon. Florent. dec.67. n.1. Aloys. Ricc. in collect. decis. part.4. collect.103. Morla. d. tit.10. q.1. n.23. Rebell. d. q.8. n.2. Castill. d. lib.3. cap.3. n.26. Et de casu fortuito contingente culpa locatoris, agunt Moxz. d. tit. de accident. location. n.27. Surd. decis.326. num.56. Card. Mantic. d. lib.5. tit.8. n.17.

18 Secundus casus in quo pensio non remittitur conductori propter sterilitatem, & quando calamitas, quae fructus abstulit, valde consueta est in iis locis, solent enim regiones aliquae valde esse subiectae imbribus & inundationibus fluuiorum. Ita l. ex conducto, § si vis, vers. sed et si, ff. locati, d. l. Hispan.22. Pinel. d. cap.3. num.30. Valasc. d. quaest.27. numer.34. Surd.

Surd. *conf.* 54. *num.* 4. Morl. *d. tit.* 10. *quæst.* 1. *num.* 20. *vers. secundo*, Castill. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 24. *cum seqq.* Molin. *dict. disputat.* 435. *num.* 12. vbi *num.* 15. tertium enumerat casum, veluti si fructus corrumpantur, aut pereat quando iam sunt plenè in domúmve recepti, vt si vinum acuerit, aut effundatur, triticum computrescat, postquam fuerit receptum, aut vi, vel furto ablata hæc sint; quia tunc pensio non remittitur.

19 *Vbertate aliorum annorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd cum vbertate præcedentis, aut sequentis anni ex iis, pro quibus prædium erat conductum, compensatur sterilitas, vt per Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 4. *tit.* 27. §. 1. *l. Hisp.* 23. *tit.* 8. *par.* 5. Sebast. Medices *in tract. de compensat. part.* 1. *quæst.* 45. *n.* 9. Suar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 208: *pag.* 682. Menchaq. *vsufreq. cap.* 54. *num.* 10. Valasc. *d. quæst.* 27. *à num.* 44. Marc. Anton. de Amatis *decis.* 126. *num.* 26. Menchaq. *vsufreq. cap.* 54. *num.* 10. D. Barbos. *in l. diuortio*, §. *fin. num.* 6. *cum seqq. ff. soluto matr.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 23. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 8. *num. fin.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 195. *num.* 14. Morla *in emporio iuris, part.* 1. *titul.* 10. *quæst.* 1. *num.* 18. Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 3. *num.* 19. Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 14. *q.* 8. *num.* 11. Molin. *dict. disp.* 495. *num.* 16. vbi resoluit quòd si vbertate alicuius, aut aliquorum præcedentium annorum eiusdem contractus, siue illi immediati, siue mediati anno sterilitatis sint, tota sterilitas compensetur, nihil de pensione est remittendum: si verò solùm compensetur pars, reliqua solùm pars proportionalis est remittenda: si autem quod remissum fuerit, vbertate sequentis, aut subsequentium annorum eiusdem contractus compensetur, repeti id poterit, quod ita fuerit compensatum; idque esto quod remissum fuit sub nomine donationis, aut condonationis fuerit remissum, nisi sterilitas euenerit vltimo anno totius contractus conscio locatore de vbertate præcedentium annorum, tunc enim si sub nomine donationis remittatur, repeti deinde poterit, secus autem si inscio locatore vbertatis præcedentium annorum, id sub nomine donationis remittat, nam tunc poterit illud repetere, & *num.* 17. disputat quanta esse debeat vbertas præcedentium, aut sequentium annorum vt locum habeat compensatio sterilitatis, Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de instit. & iure. p.* 1. *cap.* 9. *num.* 40. vbi etiam quærit cur propter sterilitatem pensio colonis remittatur cum vbertate succedente illis immodicum lucrum non auferatur? Didac. à Britto *ad d. cap. propter sterilitatem num.* 79. *cum seqq.* vbi *n.* 80. subdit quòd in casu, quo in fine vltimi anni, in quo contigit sterilitas, locator rei dominus sciens vbertatem annorum præteritorum, nihilominus donationis verbo pensionem remiserit, tunc non poterit eandem vbertatem obiicere, vt ratione illius fiat compensatio cum anno sterili, & *num.* 81. declarat vt stante anno sterili statim facienda sit remissio pensionis, non expectata vbertate, quæ poterit euenire in annis sequentibus; & *num.* 83. tandem aduertit prædicta, quæ de compensanda sterilitate dicta sunt propter vbertatem cæterorum annorum contractus, legitimè adaptari ad locationem prædiorum vrbanorum, casu quo vbertas fructuum possit etiam respectu prædij vrbani considerari, vt per quam sterilitas compensetur.

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis non tenetur stante colono, nisi ius coloni sit reseruatum in contractu, &* num. 2. *Amplia.*

I. singularem successorem non teneri stare colono etiam partiario, n. 3. *intellige pro annis sequentibus, secus quoad annum inchoatum,* num. 4.

II. quòd sicut successor singularis non tenetur stare colono, sic nec colonus re per dominum alienatâ, cogitur perseuerare in locatione, num. 5.

III. successorem non teneri stare colono quando succedit per priuationem, & extinctionem iuris, quod competebat locanti, num. 6. *secus si succedat per translationem iuris vnius in alium, & per acquisitionem illius iuris, quo locans habebat,* numero 7.

IV. in bonis confiscatis, in quibus non tenetur fiscus stare locationi factæ circa illa, non secus ac emptor, & legatarius, num. 8.

V. in successore maioratus, qui non tenetur stare locationi factæ de bonis maioratus per antecedentem illius possessorem, num. 9.

VI. in vsufructuario, qui locationi authoris stare non tenetur, immo conductorem expellere potest, num. 10.

VII. procedere dispositionem huius leg. in emptore, qui habet ius in re, num. 11. *Limita*

I. in successore necessario, qui tenetur stare locationi, num. 12.

II. in locatione ad longum tempus, puta ad decennium, num. 13.

III. quando ipsi successori per prædecessorem fuit iniunctum vt teneretur stare contractui locationis, num. 14.

IV. quando successor in re locata post locationem sibi factam conuenit cum conductore vt perseueraret in eodem contractu, aut id ei aliquo modo concessit, num. 15.

V. quando locator in securitatem contractus locationis subiecerat rem locatam hypothecæ, siue illam subiecerit in particulari, siue in vniuersali, subiiciendo omnia bona sua hypothecæ in securitatem eius contractus, num. 16.

VI. in emptore fructuum, qui tenetur stare colono, num. 17.

VII. in emptore fiscali, num. 18.

propriè dici. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 102.
num. 6. vbi quòd locatio sine pretio in pecunia esse 6
non potest, Pichard. *ad princip. Instit. hoc tit. à n.* 27.
vbi *n.* 30. *cum seqq.* distinguit inter locationem vten- 7
di & fruendi, & inter locationẽ faciendi hoc est, quã-
do vsus rei locatur, aut hominis factum, itavt si loca-
tio facti sit, non aliter celebrari poterit, quam si mer-
cedis nomine pecunia detur numerata, & ita proce-
dere ait text. *in l. naturalis, § at cùm do, ff. de præscrip.
verb.* Si verò vsus rei locetur, tunc pecunia præcisè 8
necessaria non est, sed merces poterit in fructibus,
quantitate, vel alia re dari, iuxta text. *in præsenti,* cum
similibus, qui expressè loquuntur in locatione vsus,
& non facti. Moll. *in emporio iuris ciuilis, p. 1. tit.* 10.
in præmiss. n. 5. vbi per hunc text. tenet propriè esse 9
locationem mercede constituta in rebus, quæ con-
stant pondere, numero, & mensura, & respondet ad
iura in contrarium, tunc demum pecuniam esse cau-
sam finalem huius contractus quando nomine mer-
cedis interuenit, iuxta text. *in princ. Instit. hoc tit.* vbi
merces est, quæ requiritur pro forma huius contra-
ctus, non tamen sequi in aliis rebus mercedem non
posse consistere ad perficiendam locationem, & con-
ductionem, Mol. *de Iustit. tract. 2. disp.* 486. *n.* 5. vbi
tenendo opinionẽ quòd pecunia in locatione præ-
cisè necessaria sit, respondet cum Lasarte *d. c. 1. n.* 31.
in hoc text. præcessisse conuentionem pro certa mer-
cede in pecunia, vt esset vera locatio, contractũsque
bonæ fidei, eámque commutatam fuisse in illa certa
pondera olei. Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff.* 10
de iust. & iur. p. 1. c. 9. n. 34. vbi ait locationis mercedẽ
constitui posse in fructibus, quos res locata apta est

producere, vt putà in frumento ex aratoria terra, in vino ex vinea, in oleo ex olineto, & sic procedere textum *in præsenti*, cum similibus; aliàs verò vt locatio sit, debere mercedem constitui in pecunia, &
11 *n.55.* respondet ad text. *in d. §. at cùm do*, latè Didac. à Britto *ad rubr. de locat. & conduct. p. 2. §. 4. n. 55. cum seqq.* vbi per hunc text. tenet absque pecunia nume-
12 rata posse consistere locationem, & *n. 56.* respondet ad text. *in l. 1. §. si quis seruum, ff. depositi, & ad d. l. naturalis, §. at cùm do*; vide apud illos.

L. Si hi. XXII.

Iidem AA. *Papiniano.*

1 OPeram promittens ad bonam fidem seruandam
2 tenetur. Locans opus pro frumento conducendo, si non conduxit, tenetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Dominium non probari ex contractu locationis, &* numero 2. *etiam in locatione in emphyteusim,* num. 3.

4 *Locator quando agit actione personali contra conductorem ex contractu locationis, tunc contra conductorem probatur dominium locationis per instrumentum locationis, imò conductor non potest refricare quæstionem dominij contra dictum locatorem.*

5 *Dominium quando non probetur per instrumentum locationis.*

6 *Dominium licèt per locationem non probetur verè, probatur tamen præsumptiuè donec ostendatur contrarium.*

7 *Errantis nullus est consensus, & voluntas.*

8 *Locator, qui aliter non probat dominium, quàm per locationem, non potest sibi mutare causam possessionis, secus si res peruenisset ad dominum,* num. 9.

L. Ad probationem. XXIII.

Iidem AA. *Prisco.*

1 DOminium ex contractu locationis non probatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol. 46. verso.*
2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Cassan. *in consuetud. Burgund. tit. de iustice & droict, rubr. 2. §. 2. verbo & la preuue, num. 2. vers. quia de instrumento locationis, fol. 25.* Afflict. *decis. 14. n. 4.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo æstimum 2. in fine*, Menoch. *remed. 11. recuper. num. 46. cum seqq.* Alphan. *collect. 441.* Burg. de Paz *consi. 16. num. 8.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 9. num. 3. cum seqq.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap. 8. n. 22.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 498. num. 1. vers. non tamen*, latè Mascard.
3 *de probat. concl. 542. per tot.* vbi *num. 3.* ampliat procedere in locatione in emphyteusim, & *à num. 7.* dicit
4 quòd quando locator agit actione personali contra conductorem ex cõtractu locationis, vt *l. si quis conductionis, infr. hoc eod. tit.* tunc contra conductorem probatur dominium locatoris per instrumentum locationis, immo conductor non potest refricare quæstionem dominij contra dictum locatorem, iuxta *d.*
5 *l. si quis conductionis*; sed si cõuenitur possessor actione reali ratione dominij agentis, tunc vera & communis est conclusio per instrumentũ locationis non probari dominium, iuxta hunc tex. *in præsenti*, & *n. 9.* agit an locum sibi vendicet in probando dominio Ecclesiæ, & *num. 11.* limitat quando locatio est coniuncta cum aliis adminiculis, & *num. 14.* limitat etiam quando producuntur plura instrumenta antiqua super inuestituris, quia ex illis rectè probatur dominium nedum contra conductores, sed etiam tertios possessores, latè D. Barbos. *in l. si alienam 12. num. 73. in princ. versic. vrget tertiò, ff. soluto matrim.* vbi *n. 74. vers. non obstat tertium*, subdit decisionem huius tex. procedere quando sola interuenit locatio per quam solam non probatur dominium, quia non sequitur; locasti rem tanquam tuam, ergo ex hoc probatur esse tua, quia potuit esse aliena, & tamen validè locari, *l. rem alienam, ff. de contrah. emp. l. nemo, C. hoc tit.* & concludit ideo ex sola locatione nunquã censeri probatum dominium etiam aduersùs conductorem, & locationem solam, & confessionem dominij per verba enuntiatiua in ea inclusa non probare dominium locatoris nec verè, nec præsumptiuè; quòd non solùm procedere ait vt quoad tertium nõ videatur præsumptiuè probatum dominium, sed etiam neque quoad conductorem, qui à locatore causam habet, & admonet cauendum esse ab Alciat. *resp. 9. num. 10.* dum tenet quòd licèt per locationem non probetur dominium verè, probatur tamen præsumptiuè donec contrarium ostendatur, & à Bart. 6
in l. non ab re, num. 3. C. vnde vi, dum dicit quòd ille, qui locat rem tanquam suam, per hoc præsumptiuè probat rem esse suam; nisi saluentur quando quæstio dominij venit incidenter ad causam principalem; nam cùm tunc ad probationem dominij præsumptiuam, sufficiat sola possessio, & locator per conductorem videatur possidere, per locationem hoc casu censebitur præsumptiuè probari dominium.

Et errantis nullum habeat consensum, &c.] Notatur 7
ad hoc quòd errantis nullus est consensus, & voluntas, vt per Roland. *cons. 32. num. 70. vol. 4.* Menoch. *cons. 279. n. 20. & cons. 296. n. 56. & cons. 857. n. 13. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt 19. num. 9.* Surd. *cons. 202. num. 10. & decis. 114. n. 20.* citatos per me *de Axiom. iuris vsufreq. axiom. 82. num. 2.*

Nemo enim sibi iure possessionem, &c.] Probat hic 8
text. quòd locator, qui aliter non probat dominium quàm per locationem, non potest sibi mutare causam possessionis, vt per D. Barbos. *in d. l. si alienam, n. 120. ff. solut. matrim.* vbi aliud dicendum esse asserit si res ad dominum peruenisset, nam is ratione dominij licitè potest sibi mutare causam possessionis, per *l. ei à quo, 10. ff. de vsucap.* & deinde aduertit quòd licèt gloss. fin. in hoc text. multum laboret in declarando qualiter prædicta ratio adaptetur decisioni, nihilominus tamen existimat hîc proponi duos casus; quando scilicet locator agit rei vendicatione tanquam dominus, & quando se defendit à domino vendicante: quoad primum casum adaptatur prima ratio quòd per solam locationem non probat se dominum esse ob rationem ibi expressam: ad secundum autem casum adaptatur secunda ratio quòd ille non potuit mutare sibi causam possessionis, quod ita explicãdum asserit. Pone cõductorem restituisse rem cõductam locatori, & postea eam ab illo vendicare: locator autem volebat se defẽdere eo prætextu quòd cõductor accepisset ab eo eam rem titulo cõductionis tanquam à domino, & hanc exceptionem significat Imperator non esse admittẽdam, quia cùm locatio non valuerit, non potest ipse allegare ratione illius aliquid noui interuenisse, per quod mutata fuerit causa possidendi, scilicet quòd licet antea possideret tanquam

tanquam possessor bonæ fidei, non possidebat tanquam dominus: nam licèt ea allegatio audiretur si titulus esset validus, *l. non solum, §. quod vulgo, ff. de vsucap.* tamen si fuerit inualidus, non debet haberi in consideratione, *cap. non præstat, de regul. iur. in 6.* ac ob id eo non obstante locum adhuc habet regul. *l. cum nemo, C. de acquir possess.*

L. Contractus. XXIV.

Iidem AA. *Antonino.*

1 Locationis contractus de substantia non requirit instrumentum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Conductor conuentus conductione ex lege, debet ante omnia restituere rem, nec antea dominij quæstionem monere potest,* & num. 2. *Amplia non solùm in conductione, sed etiam in aliis tenentibus nomine alieno,* numero 10. *nisi ius superueniat post conductionem, vel noua superueniat causa conductori,* num. 11. *si tertius aliquis contendit rem locatam, aut commodatam suam esse, ac petit à iudice vt non restituatur locatori, aut commodanti, an impediat fictì restitutionem,* num. 12.

3 *Locatio quando fuit nulla, vel quando notoriè potest excipi de dominio, non dari remedium legis, & cur,* num. 4. *declara, vt* num. 5.

6 *Conductor an possit se defendere ex nouo titulo aliunde sibi proueniente, ne rem conductam statim dimittat locatori.*

7 *Locator, aut commodans quando petit rem quasi locatam, aut commodatam, & conductor, aut commodatarius contendunt rem esse ipsorum, eáque de causâ volunt eam retinere, non audiuntur, sed coguntur illam statim restituere locatori, aut commodanti, reseruato ipsis suo iure.*

8 *Locator si pro expellendo conductore agat condictione ex hac l. potest opponere locatori dominij exceptionem, nisi priùs rem restituat, secus si agat actione locati.*

9 *in Contractu emphyteutico, vel locationis, dominus in iudicio possessorio recuperandæ, vel retinendæ habet fundatam intentionem contra emphyteutam, vel colonum.*

L. Si quis conductionis. XXV.

Iidem AA. *Epagatho.*

1 Conductor conuentus condictione ex lege, debet ante omnia restituere rem, nec antea dominij quæstionem mouere potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* Aloys. Leo *in 4. fol. 46. verso.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 54. §. 3. l. Hisp. 13. vbi gloss. 3. tit. 10. part. 7.* Conan. *comment. iuris lib. 7. cap. 11. numero 13.* Corras. *lib. 3. miscell. cap. 2. num. 3.* Alphan. *collect. 463.* Afflict. *decis. 14. num. 8.* Flamin. Carthat. *decis. 41. num. 3.* Viui. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. de acquir. possess. num. 292. pag. 216.* Anton. Fab. *de errorib. pragmat. decad. 6. err. 5.* Marant. *de ordine indic.*

3 *part. 4. dist. 7. num. 49.* vbi cum Alex. subdit non dari remedium huius l. quando locatio fuit nulla, vel quando notoriè potest excipi de dominio. Donell. *ad leg. non abs re 10. num. 4. Cod. vnde vi, pag. 593.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 9. numero 15.* Menoch. *cons. 27. numero 44. & de arbitr. casu 207. num. 22.* & latè *remed. 11. recuper. à num. 35.* vbi reddit rationem, 4
ne scilicet per hanc exceptionem illudatur locator, & *num. 55. cum seqq.* declarat non procedere cùm 5
non constat legitimè locationem factam, vel quando conductor ignoranter rem propiam conduxit, vel vbi conductor offert separatim probare rem hanc à se locationis tempore possessam conduxisse; vel vbi superuenisset noua causa non restituendi, vel quando is conductor mutauit possessionis titulum; & in illis casibus, in quibus aduersùs agentem remedio recuperandæ ex interdicto *vnde vi*, obiici potest dominij exceptio, Mascard. *de probation. conclus. 542. num. 7.* Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. cent. 2. dist. 89. num. 7. & 8.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 14. num. 3.* Valasc. *consult. 42. n. 1.* vbi *numeris seqq.* latè disputat an conductor ex no- 6
uo titulo sibi aliunde proueniente se defendere possit ne rem conductam confestim locatori dimittat, & tandem concludit in proposita quæst. iudicatum pro conductore ratione noui tituli aliunde prouenientis post conductionem, Cardos. *in praxi iudicum, verbo locatio num. 15.* idem Valasc. *cons. 195. à princ.* vbi *num. 4.* resoluit in remedio possessorio huius l. nec referri quæstionem dominij agentis, nec allegari dominium conuenti posse, & *num. 8.* subdit quòd possessor maioratus si agat vtili rei vendicatione contra emphyteusim commissi nomine, aut aliàs, poterit emphyteuta quæstionem dominij referre, & *num. 9.* tenet quòd quando agitur rei vendicatione, potest conuentus excipere de dominio. D. Barbos. *in l. si alienam 12. num. 23. in princip. ff. soluto matr.* vbi *num. 27.* in materia huius l. sic distinguit, aut locator petit restitutionem rei locatæ per actionem ex locato, & tunc ei obstat exceptio dominij conductoris; aut petit prædictam restitutionem intentata condictione ex hac l. ex tunc exceptio dominij conductoris ei opponi non potest, & deinde rationem distinctionis præstat, opponit, & dissoluit contraria, & *num. 38. in med.* tenet quòd mulier aduersùs maritum denegantem rerum dotalium restitutionem non potest agere condictione huius l. & *num. 51.* dicit quòd quamuis conductor conuentus condictione huius l. non possit opponere de proprio dominio, & multo minus de alieno, tamen si conueniatur per rei vendicationem tam de dominio suo, quàm alieno, excipere poterit, & *numero 82. in princ. & num. 112. in princip.* ait hanc l. non procedere quando ille, qui erat dominus, & possessor etiam scienter conduxit rem à locatore, nam cùm tunc non amittatur dominium, neque possessio, & consequenter neque transferatur in locatorem, non competet eo casu locatori remedium huius l. quod soli possessori conceditur, Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 498. num. 1. vers. quando locator,* vbi ex hoc text. colligit quòd quando locator, aut commodans petit 7
rem quasi locatam, aut commodatam, & conductor, aut commodatarius contendunt rem esse ipsorum, eáque de causa volunt eam retinere, non audiuntur, sed coguntur illam statim restituere locatori, aut commodanti, reseruato ipsis suo iure, vt post illam restitutam intentare possint actionem, ac probare ad se pertinere. Cancer. *variar. resolut. lib. 1. cap. 14. de locat. & conduct. num. 84.* vbi tenet quòd si loca- 8
tor pro expellendo conductore, agat condictione ex hac l. potest opponere locatori dominij exceptio-

nem nisi priùs rem restituat, secus si agat actione locati, per *l. conductores, infr. hoc eod. titul.* Flores de Mena *ad Gam. Lusitan. decis.* 12. *in fine*, vbi dicit quòd contractu emphyteutico, vel locationis dominus in iudicio possessorio recuperandæ, vel retinendæ habet fundatam intentionem contra emphyteutam, vel colonum, vt ante omnia dimittere rem teneatur, non obstante exceptione dominij opposita, & pòst de proprietate litigare, ex remedio huius text. nisi exceptio sit ita notoria quòd euidenter concluderet dolum petentis id, quod statim restiturus est. latè Didac. à Britto *in rub. de locato & cond. part.* 1. §. 2. *num.* 20. *cum seqq.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 14.

10 Amplia huius text. conclusionem procedere non solùm in conductione, sed etiam in aliis tenentibus nomine alieno, vt per Felin. *in cap. inter dilectos numero* 20. *de fide instrum.* Paris. *cons.* 59. *numero* 31. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 47. *num.* 40. *lib.* 1. Cancer. *d. cap.* 14. *num.* 89.

11 Limita, nisi ius superueniat post conductionem, vel noua superueniat causa conductori, vt per Menoch. *d. remed.* 11. *recup. num.* 42. Valasc. *d. consult.* 42. *num.* 3. Cancer. *d. c.* 14. *num.* 84. *in fine*, & n. 88. Giurb. *decis.* 69. *num.* 22. vbi tenet negantem restituere rem sibi conductam esse audiendum, si in promptu nouum titulum, & mutatæ possessionis causam edoceat, quia possessionem hoc modo interuertere non censetur: vide Didac. à Britto *dict. part.* 1. §. 2. *à num.* 21.

12 Quid quando tertius aliquis contendit rem locatam, aut commodatam suam esse, ac petit à iudice vt non restituatur locatori, aut commodanti, ac impediat restitutionem fieri? vide Mich. Grass. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 341. *pag.* 221. Anton. Gabr. *tom.* 3. *tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *num.* 45. Mascard. *de probat. concl.* 1321. *num.* 31. D. Barbos. *in d. l. si alienam num.* 8. & 9. Aluar. Valasc. *cons.* 162. *num.* 4. Thom. Valasc. *allegat. iuris tom.* 1. *allegat.* 75. *num.* 13. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 14. *vers. cæterum*, Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 496. *n.* 1. *vers. quando tertius*, Ordin. Reg. Lusitan. *d. lib.* 4 *tit.* 54. §. *vlt.* vbi statuitur, si res sit mobilis, & is, qui locauit, aut commodauit, est suspectus, neque habet sufficientia bona, vnde meritò illam soluat, si probetur esse illius alterius, fieri sequestrum eius rei apud tutam aliquam personam, tertiúmque illum summariè audiri, vt probet suam esse.

SVMMARIVM.

1 *Conductionis finita impletâ fide agi posse contra locatorem, vt retenta, vel abrepta restituat.*
2 *Instrumenti virtutem non consistere in papyro, sed in intellectu.*

L. Si conductionis. XXVI.

Iidem A A. *Oppioni & Hermogeni.*

1 IMpleta fide conductionis finitæ agi potest contra
2 locatorem, vt retenta, vel abrepta restituat. Virtus instrumenti non consistit in papyro, sed in intellectu. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

L. Si tibi. XXVII.

Iidem A A. *Neroni.*

PActum cohærentia traditionis non vestitur quando cum tertio, non cum recipiente interponitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* post omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 338.

Vide Bart. *in l. lecta n.* 10. *in princ. ff. si certum pet. & in l. iuris gentium*, §. *quinimo, n.* 3. *post princ. ff. de pactis*, Galiaul. *in rub. ff. de verb. obligat. n.* 47. & 48. Alciat. *n.* 15. Torniel. *n.* 72. & 78. & Ripa *n.* 35. Alciat. *lib.* 1. *parerg. c.* 4. Alphan. *collect.* 155. Mathesil. *sing.* 80. *n.* 3. Gilchen *ad l. legem* 10. *n.* 6. *C. de pactis*, Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. tom.* 2. *lib.* 19. *tit.* 4. *num.* 38. vbi ait quòd hîc non constabat de præcedenti debito colonorum, quod erat necessarium vt posset dici constitutum.

In gloss. *Prorogasti.* ibi, *id est, ante tempus soluisti.* vide Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lection. lib.* 1. *cap.* 77.

SVMMARIVM.

1 *Conductor & locator reciprocè tenentur de dolo, & custodia, non de casu, cui nullus potest resistere,* & num. 2.
3 *Conductor dolum, latam & leuem culpam, non autem leuissimam præstare tenetur,* & n. 4.

L. In iudicio. XXVIII.

Iidem A A. *eidem Neroni.*

COnductor & locator reciprocè tenentur de dolo, & custodia, non casu, cui nullus resistere potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg.* 7. *Hisp. tit.* 8. *part.* 5. Conan. *comment. iuris lib.* 7. *c.* 11. *num.* 10. Strach. *de mercat. tit. de nautis part.* 2. *num.* 3. Vincent. Caroc. *de locato p.* 2. *cap.* 69. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 390. *num.* 10. vbi quòd conductor dolum, latam culpam, & leuem, non autem leuissimam præstare tenetur, addítque quòd vno casu conductor & de culpa leuissima teneri posset, si expressè ita in conductione cautum fuisset, Surd. *decis.* 198. *num.* 14. vbi quòd conductor tenetur de leui culpa, Fului. Pacian. *cons.* 85. *num.* 35. *fol.* 577. Cancer. *variar. resolut. part.* 1. *c.* 14. *de locat. & conduct. num.* 52. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 1. vbi quòd conductor, nisi aliud conuenerit, dolum, & culpam tantùm præstare debet. 2

(right-margin numbers in this paragraph:) 3 4

SVMMARIVM.

1 *Conductoris hæredes teneri ad reparationem destructorum.*
2 *Coloni finita locatione debent tradere prædia in eo statu, in quo repererunt tempore conductionis.*
3 *Conductor si recepit prædium seminatum, eodem modo reddere debet.*
4 *Colonum antiquum non posse in fine anni exfructuare fundum in noui conductoris præiudicium, vt sequenti anno non respondeat cum solitis fructibus.*

5 Con

5 *Conductor molendinorum prioris anni tenetur ad interesse conductoris sequentis anni, pro eo quòd fecerit anticipare molitiones in eius praeiudicium.*

6 *Conductor in vltimo anno tenetur restituere terreas non seminatas, prout habuit, aliàs tenetur ad interesse.*

7 *Damnum quod destructione domûs infertur, in iure considerabile est.*

L. Cùm conductorem. XXIX.

Iidem AA. Iuliano.

1 HÆredes conductoris ad reparationem destructorum tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 *Ædificia, quæ susceperit integra,* &c.] Notatur ad hoc quòd coloni debent tradere finita locatione prædia in eo statu, in quo repererunt tempore conductionis, vt per Menoch. *cons.13.n.1.vol.1.* Petr. de

3 Vbald. *in tract. societ. part.11. quæst.9. col.5.* vbi refert quòd si conductor prædium recepit seminatum, debet eodem modo reddere, Surd. *decis.131.n.4.* Marta *in votis nouissim. decis. voto 149.n.5.*

4 Vnde colonum antiquum non posse in fine anni fundum exfructuare in præiudicium noui conductoris, vt sequenti anno non respondeat cum solitis fructibus, resoluunt Bart. *num.3.* & Paul. de Castro *in l.1. & hæc distinctio, §. cùm fundum, ff. hoc tit.* qui inferunt contra colonos, qui in fine temporis ita erodunt fundum quòd fructus anni sequentis corrumpuntur, & in vltimo anno conductionis non bene putant vineam, quia multa capita dimittunt, vt vberiorem fructum reddat, ex quo sequitur quòd in anno sequenti aliqui fructus non recipiuntur ex vinea: & similiter contra colonos, qui cùm pars fundi deberet seminari frumento, & pars quiescere, totum fundum seminant frumento, itaut anno sequenti non poterit seminari: sequuntur Tiraquell. *de retractu conuent. §.5. gloss.4. num.18.* Anton. Gom. *tom.2. variar. cap.3. num.21.* Ioseph. Ludou. *Paris. decis.62. numero 1. & seq. part.2.* Vincent. de Fran-

5 chis *part.1. decis.96. num.1.* vbi etiam resoluit quòd conductor molendinorum prioris anni tenetur ad interesse conductoris sequentis anni, pro eo quòd fecerit anticipare molitiones in præiudicium eius: & infert ad hæredes Prælati, qui videntes Prælatum moriturum, immaturos fructus colligunt, vt successorem defraudent. Surd. *dict. decis.131. numero 6.* Marta *in votis nouiss. decis. voto 149. num.2.*

6 vbi quòd conductor in vltimo anno tenetur restituere terras non seminatas, prout habuit, aliàs tenetur ad interesse, Marcel. Cala *de modo articulandi numero 121. fol.74.*

7 *Destruxisse proponis,* &c.] Notatur ad hoc quòd in iure considerabile est damnum quod destructione domus infertur, vt per Surdum *decis.300. num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Curiales non posse conducere prædia aliena, nec fideiubere pro conducentibus,* & num.2.

3 *Curiales qui, remissiuè.*

L. Curiales. XXX.

Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

CVriales non possunt aliena prædia conducere, nec pro conducentibus fideiubere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l.Hispan.2.tit.8.part.5. gloss.1.* Petr. Greg. *syntagm. iuris part.2.lib.18.cap.14.num.12.* Nicol. Mozz. *de contractib. tract. de locato, & cond. tit. de his, qui possunt locare num.4.* Molin. *de Iustit. tract.2. disp.488. num.1.* vbi de ea locatione intelligit, quæ ad negotiationem pertinet Rebell. *de obligat. iustit. part.2. lib.14. quæst.17. num.9.* Bobadil. *in sua politica lib.3. cap.8. num.89.* Azor. *instit. moral. part.3. lib. de locato cap.3. quæst.2.* Cald. Pereira *de potest. eligendi cap.1. num.2.* 2

Curiales qui dicantur, vide Christoph. de Paz *ad leges styli l.7.n.8. cum seqq.* Azor. *vbi sup.* 3

SVMMARIVM.

1 *Milites rerum alienarum conductores, seu procuratores, aut fideiussores, vel mandatores conductorum fieri prohibentur, &* num.2. *intellige de militibus qui sunt in actuali militia,* n.3.

4 *Milites possunt conducere domum ad habitandum necessariam, & stabulum ad equos nutriendos, & conseruandos.*

5 *de Militibus, eorúmque priuilegiis, totáque militari materia, remissiuè.*

6 *Milites nostri temporis stipendiati, actúque militantes gaudent immunitatibus antiquis militibus Romanis concessis, cùm in eorum locum successerint.*

7 *Miles debet solùm se militiæ tradere.*

8 Soldado *Hispanum quid, & vnde.*

9 *Milites mercaturam exercere nequeunt.*

10 *Milites à Republ. aluntur.*

L. Milites. XXXI.

Imp. LEO A. Aspari mag. militum.

MIlites alienarum rerum conductores, seu procuratores, aut fideiussores, vel mandatores conductorum fieri prohibentur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l.2. Hisp. tit.12. part.5.* Tiraq. *de nobilit. cap.32.n.1.* Anton. Gom. *var. tom.2. c.11. num.19.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis.159.n.3.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de locato, & conducto, tit. de his, qui possunt locare num.2. & tract. de mandato tit. de personis inter quas cadere potest mandatum num.14.* Cald. Pereira *de potest. nominandi cap.1. num.2.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib.2. cap.206. in princip.* Cald. Pereira *de potestate eligendi cap.1. num.2.* Molin. *de Iustit. tract.2. disp.488. num.1.* vbi cum Greg. Lop. *in d.l.2.* intelligit de militibus, qui non sunt 2 in otio, sed in actuali militia, Azor. *instit. moral. p.3.* 3 *lib.8. de locato & conducto cap.3. quæst.1.* vbi subdit 4 quòd possunt milites conducere domum ad habitandum necessariam, & stabulum ad equos nutriendos, & conseruandos. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.25. num.507.* Rebell. *de obligat. iustit. p.2.*

lib.

lib.14.quæst.17.num.9. & lib.16. quæst.vnic. de fideiussor.num.13.

5 De militibus, eorúmque priuilegiis, totáque militari materia, vide Parid.de Puteu, Ioan. de Lignano, & Ioan.Lup.& Petr.Bellin. *in suis tractatibus de re militari,* Martin.Laudens. *de milite,* Iul.Ferret.*de re,& discipl.militari.* Claud.Coter. *de iure & priuil. militum.* Marc.Mantu. *de priuileg.militarib.* Georg. Accac. *in simili tractat.* Balthas.Ayala *de iure,& officio bellico,& disciplina militari,* Cardin.Tusch.*pract. conclus.lit. M,concl.227.cum tribus seqq.* Petr.Cabal. *resol.crimin.cent.3.casu 293.*

6 Aduerte quòd milites nostri temporis stipendiati, actúque militantes gaudent & fruuntur immunitatibus & fauoribus antiquis Romanis militibus concessis, cùm in eorum locum, exercitium, & labores successerint, tametsi externas solemnitates longitudo temporis antiquauerit, de quo Zoanet *num.80.* Marc.Mantu. *n.283. cum seqq.* Georg.Accac. *lib.1. c.3.in dictis tractatibus,* Bertrand.*cons.196.n.1.in fine. & n.seq.lib.3.* Padill.*in l.1.num.12.C.de iuris & facti ignorant.* Cardin.Mantic. *de coniectur. vltim.volunt. lib.6. tit.1.num.32.* Sforz.Odd. *de compend. part.5. præm.3. num.21.* Alexand.Trentac. *de substitut.p.4. cap.8.num.6.versic.secundus,& vers.quartus,* Hieron. Gabr. *cons.100.lib.1.* Matiens. *l 6.gloss.2.n.5.tit.17. lib.5.noua Recopil.* Nicol.Intrigl. *de substit.centur.2. quæst.87. per tot.* Gail. *lib.1. obseruat.118. n.1. cum seqq.* Marc.Anton.de Amatis *decis.159.n.5.* Mastrill. *decis.173.part.2.* Osvvald. *in Donell.enucleat. lib.6. cap.28.lit. M,vers.cùm autem.* Anton.de Amatis *resol.46.n.4.* Farin. *cons.95.num.2.lib.2.* Vincent.Fusar.*cons.140.num.12.*

7 *Armis autem,non priuatis negotiis occupentur,*&c.]
Miles ergo debet solùm se tradere militiæ, & ideo
8 vulgari sermone Hispano *soldado,* dicitur, id est, solus datus militiæ; vel (vt aliis placuit) à solido, id est, stipendio, quo milites facile ad pugnam prouocantur, de qua etymologia vide Petr.Gregor.*syntag. iuris p.2.lib.19.c.1.* Ioan.Garc. *de nobil.gloss.2.n.34.* Pichard. *in rubr.Instit.qui testam. facere possunt,n.7. cum seqq.* Benedict. Ægid. *in repet. l.1. C. de sacros. Eccles.p.2.§.2.n.1.*

9 Vnde milites mercaturam exercere non possunt, vt per Strach.*de mercat.p.3.n.11.* Tiraquell.*de nobilit.cap.33.num.3.*

10 *Inhærentes Respubl.à qua aluntur.*]Notatur ad hoc quòd milites aluntur a Republ.vt per Surd.*de alim. tit.9.76.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Dominus fundi non tenetur, citra expressum pactum, relocare eidem,* & num.3.
2 *primus Conductor finita locatione secundo conductori molestiam impunè non infert.*
4 *Colonus antiquus debet præferri nouo, si tantundem pro prædiis etiam vrbanis soluere sit paratus, saltem de æquitate.*
5 *Conductor non potest pro eodem, vel maiori pretio rem detinere, & sibi habere.*
6 *Conductor prædiorum fiscalium potest alteri præferri in eis pro eodem pretio.*
7 *Scholares præferri in re conducta pro eodem pretio.*
8 *primum Conductorem finita locatione non præferri secundo pro eodem pretio.*
9 *Conductorem rerum Ecclesiæ non posse expelli à secundo conductore nouo.*
10 *Colonus simplex, qui per plures annos fuit colonus, alij tertio præferendus, si tantandem velit dare ac aliter.*
11 *rem alteri Locare, finito locationis tempore, cuius liberum est,* & num.20. *nisi in prædiis communibus, aut fisci,* num.12.
13 *Conductorem nouum præferri antiquo, quamuis vellet eandem facere oblationem.*
14 *Conductores fiscales antiquos præferri nouis, si velint suscipere augmenta ab aliis proposita. idem de colonis municipij, & reipubl. quamuis ad modicum tempus conduxerint,* num.15. *de scholaribus & magistris,* num.16. *& conductore Ecclesia,* num.17.18.
19 *Differentia inter prædia rustica, & vrbana Chartarij reiicitur.*
21 *si Scriptura facta est in locationem, requiritur eadem scriptura in tacita reconductione.*
22 *Reconductio absque scriptura per sacram Cons. reiecta.*
23 *Pactum si fuerit factum de renouando de 29. annis in 29. virtute huius pacti dominus directus obligatus est renouare finito tempore.*
24 *Milites puniuntur leuiùs.*
25 *Scholares in re conducta præferri pro eodem pretio.*

L. Ne cui. XXXII.

Imp. ZENO A. *Adamantio P.P.*

NOn tenetur dominus citra expressum pactum 1
pristino conductori relocare. Item primus con- 2
ductor finita locatione secundo conductori molestiam impunè non infert. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.5.supr.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 3
munt Afflict. *decis.238. num.1.* vbi quòd dominus
fundi non tenetur inuitus relocare eidem, si non
vult, & *ibi* Cæs.Vrsil.*n.1.cum seqq.* hinc refert quòd 4
colonus antiquus debet præferri nouo, si tantundem
pro prædiis etiam vrbanis soluere sit paratus, saltem
de æquitate, Cort. *in memorabilib. verbo conductor
primus,* Anton.Gom. *variarum tom.2.cap.3.n.5.* vbi
quòd conductor non potest pro eodem, vel maiori
pretio rem detinere, & sibi habere, & respondet ad 5
text. *in lege congruis,& in l.fin.C.de locat.præd.ciuil.
lib.11.* dum probant, quòd conductor prædiorum fis-
calium potest alteri præferri in eis pro eodem pretio, 6
quia est speciale in illis cõductoribus, cùm aliquan-
do inuiti detineantur in conductione; & etiam spe-
ciale dicit in scholaribus, quia etiam præferuntur in 7
re conducta pro eodem pretio, vt probat text. *in c.1.
hoc tit.in Decretalib.* vbi dixi. Bursat.*cons.104.num.4.
vol.1.* Vincent.Caroc. *in tractat. huius tit.p.3. tit.de
libertate,* Alphan.*collect.358.* latè Vincent.de Franch.
part.2.decis.406.per tot. vbi videtur probare primum
conductorem finita locatione non præferri pro eo- 8
dem pretio secundo conductori, quia dominus non
prohibetur finito tempore primæ locationis alteri
locare; & quòd statutum quòd dominus non possit
alteri locare donec primus conductor voluerit in
conductione remanere, est contra dispositionem iu-
ris communis, & *à n.7.* dicit *d.l.congruis,* specialiter
procedere in colonis fisci, & *d.cap.1.hoc tit.* 10 loca-
tionibus factis magistris, & scholaribus, & *num.9.* as-
serit *cap.ad aures,de rebus Eccles.non alienand.* pro-
cedere facta primo conductori promissione de ei cõ-
cedendo, vbi Ricc.*in addit.* specialitatis rationem ad-
ducit, quare in colonis fisci limitetur dispositio hu-
ius text. & ait id procedere, quia conductores fiscales
habent ius in re conducta, quod non datur cæteris,

nisi

nisi sint conductores ad longum tempus, & subdit hanc l. non procedere in ciuitate Neap. quia solùm locum habet in domibus sitis in ciuitate, secus in fundis rusticis sitis extra ciuitatem. latè Fab. Anna *cons.77.vol.1.* à Ponte *cons. 23.vol.1.* Flamin. Catth.
9 *decis.77.* vbi limitat in conductore rerum Ecclesiæ, qui non potest expelli à secundo nouo conductore, Marant.*disp.8.n.40*, vbi etiam intelligit, *dict. l. congruit*, procedere in prædiis fiscalibus, Euerard. *cons. 5.num.32.lib.1.* Monter. à Cueua *dec.47.* D.Barbos. *in l. si alienam 12.num.33.ff.soluto matrim.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo locatio, num. 16.*
10 Valasc.*tom.2.consult.157.num.34.* vbi quòd colonus simplex, qui per plures annos fuit colonus, est præferendus in colonia si tantundem velit dare, quantum alius tertius, cui dominus velit rem locare, Azor. *instit.moral.part.3.lib.8.de locato, & conducto cap.15.in princ.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.498.*
11 *num. 3.* vbi tenet quòd qui domum, aut rem aliam conduxit, priuilegium non habet, vt finito tempore pro quo illam conduxit, præferatur aliis conductoribus pro eodem, vel etiam pro maiori pretio, sed liberè potest eum locator amouere, & locare rem
12 illam alteri, & limitat in prædiis communibus, aut fisci, Rebell. *de obligat.iustit.part.2.lib.14.quæst.12. num.1.* Stephan.Gratian. *discept.forens.tom.2.c.357.*
13 *per tot.* vbi *à princip.* probat conductorem nouum præferri antiquo, quamuis vellet eandem oblatio-
14 nem facere, & *à num.6.* resoluit conductores fiscales antiquos præferri nouis si velint suscipere augmenta ab aliis proposita, & *n.15.* rationem præstat, quia isti conductores fisci, quamuis conducant ad modi-
15 cum tempus, habent ius in re, & *à num.19.* ampliat procedere non solùm in colonis fisci, sed etiam in colonis municipij, & Reipubl. quamuis ad modi-
16 cum tempus conduxerit, & *num.24.* etiam speciale dicit in scholaribus, & magistris, qui præferuntur in retentione domus conductæ contra secundum conductorem, & *num. 42.* tenet in conductore Ec-
17 clesiæ idem esse quod in conductore fisci, quia Ecclesiæ administratores semper debent habere præ oculis æquitatem, maximè cùm illa non patiatur aliquod damnum ex eo quòd primus conductor præferatur secundo pro eodem pretio, Ceuall. *commun.contra comm.q.756.à n.61.* vbi dicit *d.l.congruit* non procedere in locatione rei particularis factæ à priuato, sed solùm in locatione fundorum publicorum, & *à n.68.* resoluit idem esse in conductore Ec-
18 clesiæ, quod in conductore fisci, & citat D.Barbos. *in l.filiofam.§.fin.n.41.ff.soluto matr.* Card.Mant. *de tacit.& ambig.conuent.lib.5.tit.3.n.27.* vbi speciale dicit in rebus fisci quòd conductor antiquus præferatur nouo si tantumdem offerat. Didac. à Britto *in rub. huius tit. part.1.§.4.num.48.* vbi iura in contrarium adduci solita procedere ait specialiter in locationibus factis de rebus publicis, nempe fisci, Principis, seu Reipubl.

19 Aduerte non esse faciendam differentiam inter prædia rustica, seu vrbana, prout facit Catthar. *Genuens.decis.97.n.7.* quia in vtriusque nouus conductor præfertur secundùm veriorem opinionem, de qua per Ioan.Franc. à Ponte *d.cons.23.in fine*, Fab. de Anna *d.cons.77.n.11.* quos refert & sequitur Steph. Gratian. *d.c.357.n.31.* Immo neque primus ductor esset præferendus in locatione quamuis rem meliorasset, Valasc. *de iure emphyt.q.21.* Fab. de Anna *dict. cons.77.n.29.* Steph.Grat. *vbi suprà n. 35.* vbi *n.35.* dicit adeò esse permissam locationem nouo conductori, excluso veteri, vt etiam neque pacto expresso quis impediatur hoc facere.

Cui voluerint, locandi, &c.] Notatur ad hoc quòd dominus, finita locatione non prohibetur alteri cui voluerit locare, vt per *l. Hisp.19. tit. 8. part.5. vbi gloss.5.* Vincent. de Franchis *decis.406.n.3.p.2.* 20

Nisi forte pacta per scripturam, &c.] Notatur ad hoc quòd si scriptura est facta de locatione, eadem requiritur scriptura in tacita reconductione, vt per Magon. *Lucensi decis.47.* Gam. *Lusitan. decis.57.n.1.* Ioan.Franc. à Ponte *cons.23.num.1.* vbi *num.4.* dicit reconductionem non apparente scriptura fuisse per sacrum Cons. reiectam, Cald. Pereira *de renouat.emphyt.cap.2.num.3.* vbi resoluit emphyteusis renouationem non induci ex eo quòd quis post finitam emphyteusim, vel post tempus finitum ex tacito domini consensu in ea perseuerauerit, cùm ad illam construendam scriptura fuerit desiderata, Vincent. de Franch. *p.2.decis.378.à princip.* Mart. *in votis nouissim. decis.voto 35.n.15. & voto 104.n.7.* vbi dicit secundùm hanc l. inquilinum inhabitantem non posse probare per testes locationem sibi factam in annum sequentem aduersùs alterum conductorem habentem instrumentum suæ locationis. 21 22

Notatur etiam ad hoc quòd si fieret pactum de renouando de 29. annis in 29. alios annos virtute huius pacti, dominus directus obligatus est renouare finito tempore, vt per Cald. Pereira *de renouat. emphyt.q.12.n.14.* 23

Si militat, decem librarum auri, &c.] Ergo milites leuiùs puniuntur, vt per Tiraquel. *de nobilit.cap.20. num.108. cum seqq. & de pœnis temper. causa 31. à princip.* 24

In gloss. *locandi*. ibi, *fallit in scholaribus*, &c. Notatur ad hoc quòd scholares in re conducta præferuntur pro eodem pretio, vt per Duen. *reg.213.vers. amplia tertiò*, Boër. *decis.107.in princip.* Rebuff. *de priuil.scholar.priuil.9.* Valasc. *de iure emphyt. q.24. n.2.* Vincent. de Franch. *dec.406.num.8.* D.Barbos. *in l.1.ff.soluto matr.par.7.n.51.* Steph.Gratian. *d.c.357. num.24.* 25

SVMMARIVM.

1 *Rem conductam non restituens ante condemnatoriam sententiam, tenetur instar inuasoris ad eius æstimationem, &* num.2.

3 *Possidens rem alieno nomine, condemnatur ad restitutionem, & æstimationem rei.*

L. Conductores. XXXIII.

Idem A. Sebastiano P. P.

Rem conductam non restituens ante condemnatoriam sententiam, tenetur instar inuasoris ad eius æstimationem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ordin.Reg.Lusit. *lib.4.tit.54.in princip. l. Hisp.12. tit.10.part.7.vbi gloss.2.* Neguzant. *de pignorib.p.7. membr.3.num.12.vers.nisi forte*, Viui. *tom.2.commun. opin.lib.7. tit.1. de acquir. possess. num.291. pag.216.* 2
Marant. *de ordine iudic.part.4.dist.7.num.52.* vbi ait haberi in hoc text. quod possidens rem alieno nomine, vt conductor, vel precarius, si fuerit conuentus ad rei restitutionem, & voluerit litem inferre, & non restituere ante sententiam, condemnatur vigore dictarum legum ad rei restitutionem, & ad æstimationem ipsius, subdítque istud nouum continere plus quàm habetur *in l. si quis conductionis 25. sup. hoc* 3

hoc tit. hoc temediom, scilicet, quia vltra tem facit consequi æstimationem. Menoch. *remed.* 11. *recup. num.* 23. D. Barbos. *in l. si alienam num.* 31. *vers. nec existimes, ff. soluto matrim.* vbi aduertit multum interesse vtrùm agi debeat actione ex locato, vel condictione ex *d. l. si quis conductionis*, nam si agatur condictione, conductor non solùm cogitur rem restituere, sed etiam incidit in pœnas præscriptas *in hac l. & in l. non abs re, Cod. vnde vi*, & tamen si agator actione ex locato, conductor tenebitur quidem rem restituere, noo autem incidet in aliquam pœnam, quia id iute cautum non iouenitur: & *num.* 32. *vers. & patet*, ait, hanc l. proponere regulam in quocunque possidente nomine alieno. Cabed. *diuers. iuris argument. lib.* 2. *cap.* 7. *numero* 11. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 498. *n.* 1. vbi ex hoc text. còlligit quòd finito locationis tempore, si locator, qui tanquam dominus illius rem locauit, eam petat, aut hæredes illius, & conductor, vel hæredes ipsius eam non restituant, sed iudicio ea de re contendant, quovsque definitiua sententia, quæ in rem iudicatam transeat, feratur, pœnâ restitutionis æstimationis rei illius vltrà rem ipsam puoitur; secus autem si, esto contendere cœperint, eam restituant ante latam sententiam, & *ibidem* ex Ordin. Reg. Lusit. *citato loco*, aduertit, quòd potest locator, vel ipsius hæredes pœnam hanc exigere vel lata iam sententia definitiua, vel dum lis contestatur, aut in litis progressu, sed sub conditione, si sententia definitiua feratur: additque vt locum habeat hæc pœna, locatorem exigere debere rem locatam actione ex locato, si enim illam petat rei vendicatione tanquam suam, intendens suam esse, locum non habere hanc pœnam dicit, esto conductor illi resistat vsque ad latam sententiam definitiuam, Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 3. Cancer. *var. resol. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 84.

SVMMARIVM.

1 *Milites res alienas non conducunt licitè, & nu*mero 2.
3 *Schola Palatinorum militum vndecim.*
4 *τὸ* Cadat *importat latam sententiam.*

L. Licèt retrò. XXXIV. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *per Senatum.*

1 Milites licitè non conducunt res alienas. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumont Nicol. Mnzz. *de contractibus tract. de locate & conducte, tit. de his, qui possunt locare, num.* 2. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *de locato cap.* 3. *quæst.* 1. *in princip.* vbi ait in hoc text. prohiberi militibus ne sint conductores alienarum rerum, alioquin ipso iore suos infames, & militiæ gradom, & anguli militaris hooorem amittunt, & locatio est irrita.

3 *Qui in vndecim deuotissimis scholis*, &c.] Vide Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib.* 2. *cap.* 188. *vers. sequuntur exceptores*, vbi ait quòd vndecim erant scholæ Palatinorum militom, sed nouem numerantur in officio Prætoriano, inter quas recensetur schola receptorum, & *eod. lib.* 2. *cap.* 206. latiùs de vndecim scholis agit, & dicit se existimare has fuisse vnam silentiariorum, duas domesticorum equitum, & protectorum: hi erant milites omnium præstantissimi, magno enim studio ac diligenti cura ex Armenia dirigebantur numero tria millia quingenti, Principis personam comitabantur, iisque ampliora quàm cæteris stipendia dabantur.

In gloss. *Cadant à militia.* ibi, *ipso iure.* Notatus ad hoc quòd verbum, *cadat*, importat latam sententiam, vt per Tiraq. *in l. si vnquam. verbo reuertatur n.* 186. *C. de reuocand. donat.* Cald. Pereira *de extinct. emphyteus. c.* 17. *n.* 12. Monet. *de distribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *n.* 19. *cum seqq.* quos refero *in tract. de dictionibus vsufreq. dict.* 50. *n.* 4. 4

De iure emphyteutico.

TIT. LXVI.

EMPHYTEVSIS est contractus solo consensu constans, quo id agitur, vt dominio directo retento, vtile dominium transferatur in emphyteutam, hac lege, vt in recognitionem directi dominij annuam pensionē soluat. Scripserunt in hác rube Cuiac. Pac. & VVesemb. De hoc tit. integros tractatus edidêre Guid. de Sozaria *tom.* 6. *tract. Doctor. p.* 1. *fol.* 189. Ioan. Ferratius, Aloarus, Valascus, Elbertus, Leoninus, Franc. de Caldas Pereira, Rutger. Rulandus, Ouidius de Amicis. De emphyteuticis contractibus, Alex. Raudensis, Aurel. Corbul. *in tr. de causa priuat. emph. ob non solutum canonem.* De materia Bertachin. *in repert. p.* 1. *verbo emphyt.* Bellacomb. Vezin. Fichard. & alij *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit.* 44. Ioseph. Lodon. *tom.* 3. *etiam comm. opin. sub hoc tit. pag.* 464. Cooan. *comment. iuris lib.* 7. *c.* 12. Cou. *var. lib.* 2. *c.* 7. Clar. *in pract.* §. *emphyt.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 444. *cum seqq. vsque ad* 463. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.* 2. *lib.* 22. Rebell. *de oblig. iustitia p.* 2. *lib.* 13. *de emphyt.* Val. Regin. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *c.* 44. *n.* 544. *cum seqq.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduoc. verbo emphyteusis.* Henr. Bocer. *disp. de vniuerso iure p.* 1. *classi* 2. *disp.* 14. *de emphyteusi*, itémque libellario, & chirographario contractu. Iacob. Cancer. *var. resol. p.* 1. *c.* 11. *de emphyteusi*, Alex. Trentac. etiam *var. resol. lib.* 3. *tit. de iure emphyt. per decem resolutiones*, Arimio. Tepat. *var. sent. tom.* 2. *tit.* 376. *de iure emphyteutico.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphyteuticus per se distat à conductione, & locatione, & scriptura interueniente celebratur.*
2 *Totalis res emphyteutica interitus casu fortuito contingens, nisi per pactum noceat emphyteutæ, domino fundi emphyteutici nocet.*
3 *Ob sterilitatem, vel leue damnum, non dominus, sed emphyteuta tenetur.*
4 *Emphyteusis differt à locatione.*
5 *Contractus emphyteuticus non est venditio; sed diuersus, & diuersam speciem constituit.*
6 *Emphyteusis est contractus nominatus.*
7 *Conductor potest se adstringere ad casus fortuitos, seu casibus quibuscunque renunciare, & se eisdem non obstantibus ad integram pensionis solutionem obligare.*

8 *ad Contractum emphyteuticum scriptura est necessaria nisi consuetudo aliud obtinuerit, cui standum erit,* num.9. *nec per testes probare sufficit,* num.10. *etiam quando agitur de probatione simulationis contractus emphyteutici,* num.11. *& de ipsa emphyteusi non fuerit confectum instrumentum principaliter, sed appareat aliqua scriptura, veluti ex aliqua sententia, aut transactione, vel aliquibus aliis actu,* n.12. *limita si ipsa scriptura sit amissa,* num.13.

14 *Emphyteuta non potest recedere à tenore contractus emphyteutici, & à pactionibus in eo habitis.*

15 *Substantia rei emphyteuticæ omnino destructâ, non tenetur emphyteuta soluere ab eo puncto pensionem, sed res emphyteutica perit omnino proprietario.*

16 *Pensionem emphyteuticam non minui ob id, quòd portio rei emphyteuticæ perierit, modò aliquid etiam modicum supersit.*

17 *Emphyteutam liberari re in totum perempta, teneri tamen accedente pacto: liberari domo combusta, nec teneri eam reficere,* num.18. *quid si culpâ emphyteutæ fuit exusta, aut aliter destructa,* num.19. *si ob bellum, vel pestem fructus non percipiatur, quid,* num.10. *remanente saltem octauâ parte rei emphyteuticæ, periculum pertinere ad emphyteutam, tenerique soluere pensionem integram,* num.21.

22 *Emphyteuta si casum fortuitum in se suscepisset totum, teneretur soluere pensionem integram, esto res emphyteutica omnino periret.*

23 *Emphyteusim in rebus soli tantùm constitui, non in mobilibus.*

24 *in Emphyteusi contrahenda scripturam non esse necessariam ex consuetudine hodierna, non tamen vigere hanc consuetudinem in Lusitania,* n.25.

26 *Pensionem augeri propter augmentum rei emphyteuticæ.*

L. Ius emphyteuticarium. I.

Imp. ZENO A. *Sebastiano P.P.*

1 CONtractus emphyteuticus per se distat à con-
dictione, & locatione, & scriptura interueniente
2 te celebratur. Totalis rei emphyteuticæ interitus ca-
su fortuito contingens, nisi per pactum noceat em-
3 phyteutæ, domino fundi emphyteutici nocet. Ob
sterilitatem, vel leue damnum non dominus, sed
emphyteuta tenetur. Colligunt ex Ord. Bart. Butrig. Fulgos. Salicet. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *in 4. fol.47. verso,* Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

4 *Neque conductionis,* &c.] Ergo emphyteusis à locatione differt, de quo Molin. *de Instit. tractat.2. disput.445. n.7.* vbi aduertit quòd licet olim sub nomine locationis emphyteusis comprehenderetur, vt *in l.1. ff. si ager vectig.* tamen distinctus est contractus emphyteuticus post legem Zenonianam, de qua *in præsenti*, quæ naturam huius contractus statuit.

5 *Neque alienationis esse titulis adijciendum*, &c.] Ergo emphyteuticus contractus non est venditio, sed diuersus, & diuersam constituit speciem, vt per Iacob. de Carolis *tom.2. praxis iuridicæ colore 11. n.2.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo emphyteusis n.2.* Thom. Valasc. *allegat. iuris, tom.1. alleg.28. num.25.* Rebell. *de obligat. iustit. part.2. lib.9. quæst.1. sect.1. num.4.*

6 *Conceptionem item*, &c.] Notatur ad hoc quòd emphyteusis est contractus nominatus, vt per Sarmient. *select. lib.3. cap.2. num.5. in princ.* vbi ait quòd conceptionem textus appellat, vt contractus sit nominatus, & proprio nomine concipiatur, Valasc. *de iure emphyteut. quæst.6.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disp. 447. num.3.*

Vel etiam fortuitis casibus, &c.] Notatur ad hoc 7
quòd conductor potest se adstringere ad casus fortuitos, siue casibus quibuscunque renunciare, & se eisdem non obstantibus ad integram pensionis solutionem obligare, de quo Anton. Gom. *tom.2. variarum cap.3. n.19.* Menchaq. *controuers. vsufrequent. lib.3. cap.54. num.6.* Pinel. *ad l.2. C. de rescind. vendit. part.1. cap.3. n.26.* Gutier. *de iurament. confirmat. part.1. cap.24. num.1.* Mol. *in emporio iuris ciuilis part.1. tit.10. quæst.1. num.19.* Castil. *controuers. lib.3. cap.1. num.48.*

Pactionibus scriptura interueniente habitis.] Ergo 8
ad contractum emphyteuticum necessaria est scriptura, vt per Gregor. Lopez *l.18. verbo por escritto, tit.8. part.5.* Anton. Gom. *d. tom.2. c.3. n.16.* Clar. *§. emphyteusis quæst.4.* Aluar. Valasc. *de iure emphyteut. quæst.17. n.2.* Surd. *decis.10. num.1.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst.2. num.2. & quæst.18. num.36.* Carol. de Grassis *except.12. num.34.* Aldouin. *cons.80. n.25.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.188. n.1.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 22. tit.2. n.8. & tit.6. n.12.* Molin. *d. tract.2. disp.447.
num.4.* vbi *num.5.* tenet quòd vbi consuetudo præ- 9
scripta fuerit contractum emphyteuticum sine scriptura fieri, firmúmque haberi, ei consuetudini standum erit. Mascard. *de probat. concl.603. à princ.* vbi *n.2.* rationem præstat, quia hoc contractu emphyteutico propriè & regulariter fit concessio in perpetuum, & propriè dicitur emphyteusis quando est perpetua, ideo lex voluit vt in isto contractu neces-
sariò requiratur scriptura, *n.11.* dicit id adeò verum 10
esse vt per testes probari non possit, & *n.12.* pariter 11
extendit etiam quando agitur de probatione simula-
tionis contractus emphyteutici, & *n.13.* etiamsi de 12
ipsa emphyteusi non fuerit confectum principaliter instrumentum, sed appareat alia scriptura, veluti ex aliqua sententia, aut transactione, vel aliquibus actis
aliis, & *n.14.* limitat si ipsa scriptura sit amissa, 13
& de tali amissione liquidò constet, tunc etenim poterit probari per testes, qui tantùm deponant de ipsa scriptura, & eius tenore, de quo latè agit Molin. *d. tract.2. disp.448. per tot.*

Notatur ad hoc quòd emphyteuta non potest re- 14
cedere à tenore contractus emphyteutici, & à pactionibus in eo habitis, vt per Molin. *de primogen. lib.1. c.2. n.24.* Corbul. *in tractat. in quibus causis amittatur emphyteusis, tit. de causis priuationis ob non obseruationem pactorum*, Cabed. *decis.154. n.2. p.1.* Gam. *Lusit. decis.234. Accepta emphyteusi, num.13.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.7. num.7. & seq.* vnde istum contractum non habere propriam naturam à iure traditam, sed formam suscipere ex voluntate, & pactis contrahentium, per hunc textum resoluit Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.22. tit.6. num.21.*

Si quidem tanta emerserit clades, &c.] Notatur ad 15
hoc quòd destructa omnino substantia rei emphyteuticæ, vt diruta, aut exusta domo, quam aliquis habebat in emphyteusim, vel occupato agro emphyteutico permanenter, à mari, vel alluuione omnino destructo, itaut coli deinceps non possit, vel occupato omnino ab hostibus absque recuperationis spe, non tenetur emphyteuta soluere ab eo puncto pensionem, sed res emphyteutica perit omnino proprietario, vt per *l. Hispan.28. tit.8. part.5.*

Ias. in l. quominus, n. 147. & 150. ff. de fluminib. Ti-
raquell. de retractu lign. §. 34. gloss. 1. num. 4. & 5. &
16 ad fin. tit. num. 75. & 76. quòd non minuitur pensio
emphyteotica ob id, quod portio rei emphyteuti-
cæ perierit, modo aliquid etiam modicum supersit.
Clar. in §. emphyteusis, quæst. 8. num. 8. Corbul. de cau-
sa priuat. emphyt. ob mutatam rei formam, n. 5. Cott.
in memorabilib. verbo emphyteusa 9. Aluar. Valasc. de
iure emphyteut. quæst. 27. à num. 1. Bellacomb. tom. 1.
commun. opin. lib. 4. tit. 44. n. 202. pag. 681. & n. 204.
Ioseph. Ludon. tom. 3. comm. tit. de iure emphyt. concl.
vnica, pag. mihi 464. & 466. Surd. de aliment. tit. 7.
17 quæst. 35. à princip. & n. 19. dicit quòd licèt emphy-
teuta liberetur re in totum perempta, tamen teneatur
18 accedente pacto, & decis. 198. num. 4. vbi ait quòd
combusta domo, pro qua magna soluebatur pensio,
liberatur emphyteuta, nec tenetur eam reficere. Ioan.
Garc. de expensis cap. 15. num. 17. Cardin. Mantic. de
tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 22. tit. 24. n. 12.
cum seqq. Molin. d. tractat. 2. disput. 454. à princip. vbi
19 num. 2. post Valasc. d. quæst. 27. n. 2. resoluit quando
domos culpa emphyteutæ fuit exusta, aut aliter de-
structa, in optione proprietarij est vel agere aduersùs
emphyteutam ad interesse, neque velle vlterius pro-
gredi cum eo in contractu emphyteutico, vel cogere
illum reædificare domum (idem de quocunque alio
emphyteutico ædificio sentit) & continuare em-
phyteusim, Rebell. de obligat. instit. part. 2. lib. 13.
quæst. 9. n. 5. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1.
cap. 198. n. 18. cum seqq. vbi num. 20. resoluit quòd
quando fundus emphyteuticus fuit ab aquis sub-
mersus, tunc emphyteuta non tenetur soluere cano-
nem, quasi dicatur illo anno peremptus, seu eo tem-
pore, quo durauit inundatio.

20 Quid si propter bellum, vel pestem fructus non
percipiatur? vide Ias. in l. 3. in admittenda, num. 6.
ff. de acquir. possess. Viui. tom. 1. commun. opin. lib. 4.
tit. 44. n. 190. pag. 676. vbi Bellacomb. num. 205. pag.
681. Valasc. d. quæst. 27. num. 15. Surd. decis. 326. n.
64. Rebel. d. lib. 13. quæst. 8. n. 4. plures citatos à Ce-
ned. ad Decretal. collect. 144. n. 67 in fine.

21 *Quæ prorsus etiam ipsius rei, &c.*] Hinc l. Hisp. 28.
tit. 8. part. 5. statuit quando remansit saltem octaua
pars rei emphyteuticæ, pertinere periculum ad em-
phyteutam, tenerique proinde soluere integram
pensionem, si enim solùm remaneret minor pars,
quàm sit octaua, sanè pars adeò exigua pro nihilo
reputaretur, & sequuntur Gregor. Lop. ibidem verbo
octaua parte, Clar. d. quæst. 8. n. 8. Molin. d. tractat. 2.
22 disput. 454. num. 4. vbi etiam tenet quòd si emphy-
teuta in se casum totum fortuitum suscepisset,
teneretur soluere integram pensionem, esto res em-
phyteutica omnino periret, de quo Surd. de ali-
ment. tit. 7. q. 18. num. 16.

23 In gloss. *neque*. ibi, *item hoc ius in rebus soli tan-
tùm constituitur*. Notatur ad hoc quòd in rebus soli
tantùm constituitur emphyteusis, non autem in
mobilibus, vt per Cardin. Mantic. d. lib. 12. tit. 6. à
n. 4. vbi num. 7. hinc deducit quòd si quis alicui con-
cessit oliuetum, vel vineas in emphyteusim, intelli-
gitur concessisse solum, in quo oliuetum, vel vineæ
sunt plantatæ, & ideo quamuis vineæ nimio frigore
exsiccentur, vel excidantur, vel oliuetum destruatur,
emphyteusis non intelligitur extincta, sed in solo
remanet.

24 In gloss. *Scriptura*, in addit. ibi, *quod approbat con-
suetudo*, &c. Notatur ad hoc quòd saltē ex consue-
tudine hodierna in contrahenda emphyteusi non est
necessaria scriptura, vt per Socin. sen. cons. 169. n. 12.
vers. sed ad hanc obiectionem lib. 2. quod est repetitum
cons. 120. num. 24. lib. 4. Cardin. Mantic. d. lib. 12.
tit. 6. num. 17. Molin. d. tract. 2. disp. 447. num. 5. vbi
ex Cald. Pereira affirmat consuetudinem huiusmodi 25
non esse in Lusitania.

In gloss. *Emphyteuticarius, fin.* ibi, *& quod si au-* 16
geatur res, an augeatur pensio, &c. Notatur ad hoc
quòd propter augmentum rei emphyteuticæ debet
augeri pensio, vt per Gregor. Lop. l. 26. glos. 3. in
princip. tit. 28. part. 3. Tiraquell. de retractu tit. 1. ad
fin. num. 94. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 4.
tit. 44. num. 207. pag. 682. vbi hoc cum Ias. limitat in
augmento consueto euenire, secus in insolito.

SVMMARIVM.

1 *Pacta emphyteutica seruanda sunt, quibus cessan-
tibus natura contractus attendenda est; & intra
triennium canonem retinens à domino licitè ex-
pellitur.*

2 *Melioramentorum canon si non fuit solutus, obla-
tus, & depositus, nulla habenda est ratio, licèt ab
emphyteuta prætendatur.*

3 *Pacta conuenta in contractu emphyteutico ad vn-
guem seruanda sunt.*

4 *Emphyteuta tributa, oneraque realia soluere tene-
tur, etiam personalia,* num. 5.

6 *Emphyteuta qui totis tribus annis pensionem em-
phyteusis communis, seu non Ecclesiasticæ non
soluerit, amittit non solùm ius emphyteuticum,
sed etiam melioramenta facta in re emphyteuti-
ca, résque tota cum melioramentis ad proprieta-
rium deuoluitur, si eam velit, esto toto tempore
proprietarius non exegerit pensiones ab emphy-
teuta. intellige vt* num. 7. 8. *huiusmodi pœnas non
incurri nisi proprietario pœnam exequi volente,*
num. 9.

10 *Emphyteutam non posse relinquere emphyteusim
inuito domino.*

11 *Emphyteuta incidens in commissum amittit melio-
ramenta in re emphyteutica facta proprietario.
intellige vt* num. 12.

13 *Quid si Emphyteuta postquam in commissum in-
cidit, fecit aliquas meliorationes, amittitne illas
perinde atque alias, quas fecit antequam inci-
deret in commissum.*

14 *Emponamenta, id est, laboramenta.*

15 *Emphyteuta licèt cesset à solutione canonis per tri-
ennium, ipso iure cedat ab emphyteusi, tamen in-
telligitur, si dominus voluerit.*

16 *Pœnam caducitatis vt quis euitet, offerat, deponat
& consignet pensionem debitam, ad pœnam com-
missi euitandam sola oblatio videtur sufficere,*
num. 17.

18 *Emphyteuta qui non soluit, non priuetur, si cano-
nem obtulerit tempore præstituto.*

19 *Dominus directus potest propria auctoritate, & sic
iudice irrequisito, emphyteutam expellere ob in-
cursum commissum.*

20 *Pactum vt emphyteuta ob non solutum canonē non
incidat in commissum validum est, validum quo-
que pactum vt ante triennium non soluendo pen-
sionem incidatur in commissum,* n. 21. *si triennio
elapso proprietarius debitas pensiones ab emphy-
teuta recipiat, nulla facta protestatione, censetur
illi tacitè remittere pœnam commissi,* n. 22.

23 *Proprietarius an expellens emphyteutam priuatum
ob non solutam pensionem tribus annis, possit in-
super petere pensiones illorum trium annorum.*

24 *Emphyteuta asserenti se soluisse pensionem, incum-*

bit

bis onus probandi, alioquin pronuntiabitur incidisse in commissum.

25 *in Contractu emphyteutico si alia pœna fuit imposita pensionem non soluenti, & duobus, aut tribus annis continuis pensionem non soluat, incidit in commissum, potest tamen proprietarius non vtramque pœnam, sed eam quam maluerit exigere, nisi in pactum fuisset deductum vt posset exigere vtramque.*

26 *Fundum si quis possedit per longissimum tempus soluendo pensiones, præsumitur emphyteuta, etsi non ostendatur. intellige vt* num.27.

28 *Emphyteuta non soluens ob negligentiam, minimè in commissum incidit.*

L. In emphyteuticariis II.

Imp. IVSTIN. A. *Demostheni PP.*

1 PActa emphyteutica seruanda, cessantibus pactis, natura contractus attendatur; & intra triennium
2 canonem retinens à domino licitè expellitur. Melioramentorum, si canon non fuit solutus, oblatus, & depositus, nulla habenda ratio, licèt ab emphyteuta prætendatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.num.1.suprà hoc tit.* & post omnes Giphan.*tom.1. pag.339.*

3 *Obseruari,* &c.] Notatur ad hoc quòd pacta conuenta in contractu emphyteutico, ad vnguem sunt obseruanda, vt per Valasc. *de iure emphyteut.qu.39. num.4.& cons.123.num.11.* Cald.Pereira *de nominat. emphyteut.quæst.8.& num.9.* Cabed.*Lusit.decis.154. num.2. par.1.* Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat. verbo pactum, n.29.*

4 *Vel publicarum functionum apochas,* &c.] Notatur ad hoc quòd emphyteuta tributa, oneraque realia soluere tenetur, vt per Pinel.*in l.1.C.de bonis maternis, p.2.n.72.vers.secundo,* Surd.*decis.198.n.19.* Aluar. Valasc.*de iure emphyt.quæst.17.n.1.* Cald.Pereira *de resol.emphyt.cap.3.num.32.* Molin. *de Iustit.tract.2.*
5 *disp.456.n.5.versic.primam partem,* vbi *num.6.* resoluit quòd emphyteuta soluere etiam teneatur onera, & tributa personalia, quæ ratione rei emphyteuticæ imponuntur, atque in futurum perseuerante emphyteusi imponentur.

6 *Sed per totum triennium,* &c.] Notatur ad hoc quòd emphyteuta qui totis tribus annis pensionem emphyteusis communis, seu non ecclesiasticæ, non soluerit, amittit non solùm ius emphyteuticum, sed etiam melioramenta in re emphyteutica, iésque tota cum melioramentis ad proprietarium deuoluitur, si eam velit, esto toto tempore proprietarius non exegerit pensionem ab emphyteuta, vt per *l.Hispan.28. tit.8.part.5.* Ordin.Reg.Lusitan.*lib.4.tit.39.in princip.* Alphan.*collect.182.* Ceuall.*commun. contra commun.quæst.14.n.1.* Seraph.*de priuileg iurament.priuileg.84.num.1.* Clar.*§.emphyteusis, quæst.8. in princip.* Cened. *ad Decretal.collect.144. n.4.* Molin. *de Iustit.tractat.2. disput.453.num.2.* Azor. *institutionum moralium part.3.lib.10. de emphyteusi, cap.6. quæs.6.* Rebell. *de obligat.iustit.p.2.lib.13.q.7.n.7.*

7 Intellige si fructus rei emphyteuticæ colligantur quotannis, secus autem si de biennio in biennium, quia tunc emphyteutam communem non incidere in commissum, nisi continuis sex annis pensionem non soluat, resoluunt Couarr. *lib.3.variarum c.16. num.6.* D.Barbos.*in l.diuortio, §.quod in anno, ff.soluto matrim.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.2. lib.22.tit.17.num.36.* Rebell. *d.part.3. lib.13.quæst.7.num.7.* Molin.*d.disput.453.num.3.* vbi subdit hoc verum existimare quando sicut ager emphyteuticus fructus non reddebat, nisi de bienno in biennium, sic pensio de biennio in biennum soluebatur.

Vbi autem emphyteuta promiserit cum iuramen- 8
to, soluere canonem, cadit statim à commodo contractus si non soluerit, quamuis aliàs triennium in priuato debeat expectari, nisi aliquo iusto impedimento veniat excusandus, de quo vide Bertazol. *in l.si quis maior, C.de transactionibus à n.279.vsque ad 284.* Clar. *d.§.emphyteusis, quæst.8.n.2.* Couuar. *in cap.quamuis pactum, part.1.§.4.n.4.* Seraphin. *dict. priuileg.84.n.2.* Gutier. *de iurament. confirmat.p.1. cap.31.* Menoch. *cons.372.n.21.* Stephan.Gratian. *discept.forens.cap.19.n.6.& cap.378.num.22. cum seqq.* Molin.*d.disp.453.num.4.*

Plura circa hanc materiam cumulaui *in collectan. ad cap.potuit, de locato.*

Volenti.] Ergo huiusmodi pœnæ non incurrun- 9
tur nisi proprietario exequi pœnam volente, vt per Clar.*§.emphyteusis, quæst.9.* Tiraquell.*in l.si vnquam, verbo reuertatur, n.10.* Menchaq. *controuers.vsufrequent.cap.34.n.5.* Cald. Pereira *quæst. forens.in comment.ad §.sed hæc, n.93. prope fin.Instit. de inoffic.testamento, d.disp.453.num.2.*

Per hunc text.tenet Bald.*hîc.col.2.* emphyteutam 10
non posse relinquere emphyteusim inuito domino, vt per Ias. *num.24.* Valasc.*cons.28.num.4.*

Meliorationes, &c.] Notatur ad hoc quòd em- 11
phyteuta incidens in commissum amittit melioramenta in re emphyteutica proprietario facta, vt per Clar.§. *emphyteusis, quæst.45.n.1.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.25.num.2. cum seq.* Cald. Pereira *quæst.forens.lib.1. quæst.11.num.21.* Rebell.*d.part.2. lib.13.quæst.1.num.1.* Molin. *d.tract.2. disp.455.n.2.*
vbi *num.2.* post Gregor.Lop.Pinel. & Valasc.intelli- 12
git licèt dubius, procedere de communibus, & ordinariis meliorationibus, ad quas emphyteuta vi contractus tacitè, aut expresse tenetur: secus autem de extraordinariis, & magni pretij, vt si ædes in agro emphyteutico ædificaret, aut molendinum, vel aliud simile extraordinarium, & magni sumptus, & *num.3.*
disputat quid si emphyteuta postquam in commis- 13
sum incidit, meliorationes aliquas fecit, amittet ne illas perinde atque alias, quas antequam in commissum incideret, facit; Card.Mantic. *d.lib.22.tit.2. num.53.*

Quæ emponemata dicuntur.] Id est laboramenta, 14
vt exponit Tiraquell. quem refert Cald. Pereira *quæst.forens.lib.1.quæst.11.n.21.* Caluin. *in suo Lexic. iuridic.verbo Emponemata.*

Vel pœna opponenda, &c.] An autem hoc casu possit moram purgare; vide Couarr.*lib.3.variar.cap.17. num.4. versic.multo,* Molin. *dict. tract.2. disp.453. num.5.& 6.*

Si dominus voluerit, &c.] Ergo licèt emphyteuta 15
cesset à solutione canonis per triennium, ipso iure cadat ab emphyteusi, tamen intelligitur, si dominus voluerit, vt per Cassad. *decis.2.& 3.de locato,* Clar. *in §.emphyteusis, quæst.9.num.1.* Tiraquell.*in l.si vnquam, verbo reuertatur, num.8.& de retractu lign.§. 34.gloss.1.n.1.cum seqq.* Rot. Bononien.*decis.37.n. 15.* Cald.Pereira *de resolut. emphyt.cap.17.n.13.* Flamin. *de resignat. benefic.lib.3.quæst.3.n.6.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell.gloss.56.num.49.*

Sed vltrò se se offerre, &c.] D. Barbos. *in l.si mo-* 16
ra 10.num.80.ff.soluto matrim. ponderat hunc text. dum dicit quòd si quis vult euitare pœnam caducitatis, offerat, deponat, & consignet debitam pensionem, vt in fine, ibi, *pecunias offerre, hisque obsi-*

17 *gnatis, & secundùm legem depositis*, &c. & tamen ad euitandam pœnam commissi sola oblatio videtur sufficere, *leg. Celsus* 18. §. *fin. cum leg. seq. ff. de arbitris*, & respondendo asserit quòd si vult omnino euitare periculum deiectionis, deponat, & consignet: & aduertit quòd licet Ias. *hic num.* 182. dicat huic communi interpretationi repugnare dicta verba huius text. quæ ad euitandam pœnam caducitatis videntur exigere depositionem, nihilominus respondet quòd text. dicit quòd si non vult timere periculum deiectionis, deponat, nam si tantùm offerat, euitabit quidem pœnam caducitatis, sed non omnino, quia potest dominus mutata voluntate petere iterum pensionem sibi oblatam, quam si emphyteuta non reddat, incipit ponere se in periculo deiectionis, quia per illam nouam petitionem domini in mora de nouo constituitur. *l. illud, ff. de pericul. & commodo rei vendit.* si ergo à prædicto periculo vult se omnino liberare, tunc deponat, & consignet, nam cùm tunc videatur soluisse, *l. obsignatione, C. de solutionib.* noua petitio domini non potest eum in mora constituere, & consequenter neque ad periculum deiectionis obligare. latè & eleganter Cardin. Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 61.

18 vbi tenet quòd emphyteuta qui non soluit, non priuetur, si canonem obtulerit tempore præstituto, nam sola oblatio sufficit ad euitandam caducitatem. & *num.* 62. respondet hunc text. dum necessariam esse obsignationem & depositionem probat, esse intelligendum quoad effectum plenæ liberationis, nisi dominus recusaret velle recipere, quia tunc sola oblatio verbalis sufficeret: subditque inutilem esse oblationem si non fuit facta in loco destinatæ solutionis, vel si dominus, aut eius procurator, non fuit citatus, vel si fiat post commissam caducitatem, & declarationem à domino factam, vel si non fuerit facta de toto debito, putà singulis tribus annis, aut si non sit pura, sed conditionalis. latè Menoch. *consil.* 372. *num.* 25. vbi quòd requiritur vt depositum fiat præcedente oblatione, & *num.* 26. quòd sit integrè factum, non verò diminutum, & *a n.* 28. quòd non sit conditionale.

19 In gloss. *Repellere.* ibi, *sed melius si iudicis auctoritate fiat*, &c. Ergo potest dominus directus propria auctoritate, & sic iudice irrequisito, emphyteutam ob incursum commissum expellere, sed melius erit si ex præscripto iudicis fiat ad vitanda scandala; de quo tamen vide Clar. §. *emphyteusis quæst.* 19. Gregor. Lop. *leg.* 28. *verbo sin mandado tit.* 8. *part.* 5. Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num.* 398. Polyd. Rip. *obseruat.* 290. Monald. *cons.* 151. *sub numero* 17. Menoch. *cons.* 301. *numero* 23. *cum seqq. & remed.* 1. *recup. num.* 78. Surd. *de aliment. tit.* 1. *qu.* 48. *num.* 50. *& tit.* 9. *quæst.* 25. *num.* 77. Fachinæ. *controu. lib.* 1. *cap.* 93. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 2. *collectan.* 303. *vers. vnde infero primò*, Gam. *Lusit. decis.* 4. *num.* 2. *& decis.* 333. *num.* 5. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 18. *num.* 8. *& 9. & quæst.* 21. *numer.* 2. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambiguis conuent. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 31. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 51. *consid.* 1. Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 31. *num.* 2. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disput.* 453. *num.* 23. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. quæst.* 17. *num.* 26. *& seq. & post quæst. forens. in comment. ad* §. *sed hæc num.* 92. *Instit. de inoff. testam. & consil.* 2. *num.* 10. *cum seqq.* Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 13. *quæst.* 12.

20 In ead. gloss. ibi, *sed quid si fecerit pactum dominus*, &c. Notatur ad hoc quòd validum est pactum vt emphyteuta ob non solutum canonem non incidat in commissum, vt per Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 21. *num.* 46. Molin. *dict. tract.* 2. *disputat.* 453. *num.* 17. vbi *num.* 18. post Valasc. *quæst.* 4. *numero* 4. 21 similiter resoluit validum esse pactum vt ante triennium non soluendo pensionem incidatur in commissum.

In eadem gloss. ibi, *item si triennio elapso dominus recipiat pensionem omnium annorum*, &c. Notatur 22 ad hoc quòd si triennio elapso proprietarius pensiones debitas ab emphyteuta recipiat, nulla facta protestatione, censetur illi tacitè remittere pœnam commissi, de quo tamen vide Gig. *de pension. qu.* 37. *num.* 2. Clar. *dict.* §. *emphyteusis quæst.* 10. *numero* 1. *&* 2. Sarmien. *lib.* 3. *select. cap.* 6. *à princ.* Tiraquell. *de retractu lign.* §. 1. *gloss.* 10. *num.* 22. *&* §. 24. *gloss. vnic. numero* 11. Bursat. *consil.* 127. *num.* 90. *vol.* 2. *& cons.* 181. *ex num.* 32. *vol.* 2. Menoch. *remed.* 9. *recuper. numero* 152. *&* 158. *& consil.* 20. *num.* 58. *vol.* 1. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 45. *numer.* 8. *& præsumpt.* 112. *numer.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 252. *& conclus.* 417. *numer.* 4. *& conclus.* 881. *numer.* 6. *& conclus.* 1262. *num.* 24. *& conclus.* 1316. *num.* 2. Flores de Mena *ad Gam. decis.* 72. *num.* 5. Molin. *d. tract.* 2. *disput.* 453. *num.* 8. Cardin. Mantic. *dict. lib.* 22. *tit.* 33. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 49. *num.* 22. 30. *& seq.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 38. *num.* 7. Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 13. *quæst.* 11. Cened. *d. collect.* 144. *num.* 11.

Vtrùm autem proprietarius expellens emphyteutam 23 priuatum ob non solutam pensionem tribus annis, possit insuper petere pensiones illorum trium annorum? vide Molin. *d. disp.* 453. *num.* 8. *vers. hinc facile*, Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 33. *num.* 5. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 633. *numer.* 38. *cum seqq.* metipsum *in praxi exigendi pensiones quæst.* 10. *à num.* 3.

In eadem gloss. ibi, *item quis probabit vtrùm emphyteuta*, &c. Notatur ad hoc quòd emphyteutæ 24 asserenti se soluisse pensionem, incumbit onus probandi, alioquin pronuntiabitur incidisse in commissum, vt per Gig. *de pension. qu.* 76. *num. vlt.* Clar. *d.* §. *emphyt. q.* 10. *n.* 4. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 21. *num.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 601. *numer.* 4. *& conclus.* 603. *num.* 32. *& concl.* 1318. *num.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 48. *numer.* 54. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 453. *n.* 19.

In eadem gloss. ibi, *item quid si emphyteuta promisit pœnam*, &c. Notatur ad hoc quòd si in con- 25 tractu emphyteutico pœna alia fuit imposita pensionem non soluenti, si duobus, aut tribus annis continuis, pensionem non soluat, incidit in commissum, vt per Molin. *d. disp.* 453. *n.* 16. vbi subdit quòd non tamen potest proprietarius vtramque pœnam exigere, sed alteram quam maluerit, nisi in pactum fuisset deductum vt posset exigere vtramque.

In eadem gloss. vbi, *pro quo quadraginta annis sol-* 26 *uit pensionem*, &c. Notatur ad hoc quòd vbi quis possedit fundum per longissimum tempus, soluendo pensiones, præsumitur emphyteuta, etsi titulus non ostendatur, de quo vide Balb. *de præscript.* 1. *part.* 3. *princip. quæst.* 10. *num.* 35. Tiraquell. *in simili tractat.* §. 1. *gloss.* 4. *versic. decimosexto*, Anton. Gabr. *commun. tit. de præsumpt. conclus.* 1. *num.* 18. Menchaq. *illustrium controuers. cap.* 62. Gam. *Lusitan. decis.* 149. *num.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 109. *num.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 357. *& conclus.* 1316. *num.* 6. *& conclus.* 1320. *num.* 8. Cald. Pereira *de renouat. emphyteut. quæst.* 15. *num.* 2. *versic. tertiò, cum seqq. & quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 7. *versic. neq. verò, & de empt. & vendit. cap.* 7. *num.*

num. 12. & posita *in collectan. ad cap. potuit, de locato, n.* 162. intellige si de initio locationis non constiterit, & ab antiquo prædia à colonis suisque prædecessoribus vniformi pensione possessa fuerunt, multis factis melioramentis; nam quando constat quòd res à principio fuit titulo locationis concessa pro certa pensione ad modicum tempus soluenda singulis annis, & deinde longissimo tempore colonus ipsam possedit, eandem pensionem persoluens quolibet anno, & contendit se ius coloniæ perpetuæ præscripsisse, tunc non præsumitur emphyteusis, nec colonia perpetua, sed lapsis singulis annis, aut terminis prioris conductionis præsumitur facta reconductio, vide Honded. *consil.* 85. *à num.* 10. *lib.* 1. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 20. *n.* 12. latè *cons.* 192. *per tot.* vbi disputat an ius coloniæ præscribi possit, Molin. *d. tractat.* 2. *disput.* 449. *num.* 8. *cum seqq.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 51. *&* latè & eleganter *lib.* 2. *quæst.* 22. *num.* 68. *cum multis seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 30.

28 In gloss. *Et secundum legem.* ibi, *sed quid si ille, qui soluere debuit, ignorauit*, &c. Notatur ad hoc quod emphyteuta pensionem ob ignorantiam non soluens, minimè incidit in commissum, vt per Corbul. *tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, limit.* 20. Mascard. *de probat. concl.* 881. *num.* 5. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, num.* 92. *& de renouat. emphy. quæst.* 5. *num.* 25. *& de resolut. emphyt. cap.* 7. *num.* 18. Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 4. *num.* 131. Cardin. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 40. Molin. *d. disput.* 453. *num.* 11. Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 15. *quæst.* 8. *num.* 1. & alios per me citatos *in collect. ad d. cap. potuit, num.* 102.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta, nisi aliud sit conuentum, emphyteuta alienare nequit sine consensu domini post denunciationem factam domino post elapsum spatium duorum mensium licitè alienat*, numero 2.

3 *Melioramentorum denuntiatione legitimè factâ, & spatio duorum mensium elapso, nouum emphyteutam, melioramentorum emptorem dominus admittet, & soluta parte emptionis quinquagesima pro laudemio subscriptionis eundem recipiet.*

4 *Emphyteuta nouus legitimè domino priùs requisito emens melioramenta, nec ad instantem petitionem, consensum & subscriptionem impetrans emponemata ad alium transferre potest.*

5 *de Emphyteuta emphyteusim alienante sine domini directi consensu, remissiuè.*

6 *Melioramenta sunt bona propria illius, qui ea fecit.*

7 *Emponemata, quæ* melioratio *nostris, est ius quod emphyteuta agrum colendo acquirit.*

8 *Emphyteutâ sua culpa, scilicet ob pensionem non solutam, eiecto, rem non potest retinere prætextu melioramentorum.*

9 *Persona prohibita habere rem emphyteuticam, quæ, remissiuè.*

10 *de Laudemiis, & quando debeantur, remissiuè.*

L. Cùm dubitabatur. III. & vlt.

Idem A. Iuliano P. P.

MElioramenta, nisi aliud sit conuentum, em- 1
phyteuta sine domini consensu alienare ne-
quit. Melioramenta emphyteuta post denunciatio- 2
nem factam domino post elapsum spatium duorum
mensium licitè alienat. Item denunciatione melio- 3
ramentorum legitimè facta, & spatio duorum mensium elapso nouum emphyteutam, & melioramentorum emptorem dominus admittet, & soluta parte emptionis quinquagesima pro laudemio subscriptionis eundem recipiet. Emphyteuta nouus legiti- 4
mè domino priùs requisito emens melioramenta, nec ad instantem petitionem, consensum & subscriptionem impetrans emponemata ad alium transferre potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* Aloys Leo *in* 4. *fol.* 49.

De emphyteuta emphyteusim alienante sine do- 5
mini directi consensu, vide Ordin. Regiam Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 38. Duen. *regul.* 40. Cald. Pereira *de extinct. emphyteut. cap.* 5. Cened. *ad Decretal. collectan.* 144. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 459. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 22. *tit.* 28. Rebel. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 13. *quæst.* 4. plures, quos plena manu retuli *in collect. ad cap. potuit, de locato, num.* 46. *cum seqq.*

Hanc legem in Gallia non seruari asserit Tiraquell. *de iure maritis, gloss.* 8. *num.* 205. & in quouis alio Regno, vbi de consuetudine sit introductum, vt alienatio fieri possit sine domini consensu, secundùm Valasc. *de partit. c.* 25. *n.* 32. & addit Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 7. *num.* 17. quòd interdictio huius legis est iuris positiui, ac proinde eam abrogare consuetudo in contrarium potest, & idem repetit *cap.* 8. *n.* 18.

Suas meliorationes, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
melioramenta sunt bona propria illius, qui ea fecit, vt per D. Barbos. *in l. diuortio, § fin. ff. soluto matrimonio, part.* 1. *num.* 49. & ideo efficiuntur ipsius emphyteutæ, atque eius hæredum. Burgund. de Paz *quæst. ciuil. quæst.* 6. *numer.* 7. Hieronym. Gabr. *consil.* 80. *num.* 26. *lib.* 2. Mieres *de maior. part.* 1. *quæst.* 10. *à num.* 12. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 6. *num.* 22. Gabr. Aluarez *de priuileg. pauperum, part.* 1. *quæstion.* 41. *num.* 8.

Emponemata.] Græcum vócabulum, *melioratio* 7
nostris dicitur, & est ius, quod emphyteuta agrum colendo acquirit; primùm enim cœpit contractus emphyteuticus, vt sterilia tantùm concederentur, in meliorem statum plantationibus reddenda, ita Caluin. *in suo Lexic. iuridic. verbo Emponema*, Conan. *comment. iuris lib.* 7. *cap.* 11. *numero* 2. Alciat. *lib.* 1. *parerg. capite* 36. Forcatul. *dialog.* 19. *num.* 5. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 2. *num.* 2. *cum seq.* Didac. à Britto *ad cap. potuit, §.* 1. *numer.* 1. *de locato, fol.* 333.

Sine consensu domini meliorationes, &c.] Nota quòd 8
emphyteuta sua culpa, scilicet ob non solutam pensionem eiecto, rem non potest retinere melioramentorum prætextu, vt per Clar. §. *emphyteusis, qu.* 45. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 121. *num.* 15. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 127. *à num.* 33. Matiens. *l.* 6. *gloss.* 3. *num.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *noua Recopilat.* Anton. de Amatis *variarum resol.* 14. *num.* 1. Marescot. *variarum resol. lib.* 2. *cap.* 110. *n.* 13. *&* 15. Ouid. de Amicis *de iure emphyt. q.* 73. *num.* 5.

9 *Ijs tamen personis*, &c.] Quæ autem sunt hæ personæ, quæ prohibentur habere rem emphyteuticam, vide posita *in collectan. ad cap. potuit, de locato, super gloss. verbo prohibetur num.* 168. *cum sequentib.*

10 *Nisi quinquagesimam partem pretij*, &c.] De laudemiis, quando debeantur, vide posita *in collectan. ad dict. cap. potuit num.* 20. *cum multis sequentib.*

In gloss. *Alij vendere.* ibi, *sed an donare*, &c. Vide de hoc Doctores, quos plena manu citaui *in collect. ad d. cap. potuit num.* 54. quibus addo Didac. de Brito *ad d. cap. potuit*, §. 2. *n.* 12.

In ead. gloss. ibi, *item si primus emphyteuta vendiderit, & secundus velit nunc vendere, cuius exquiratur consensus, domini, vel emphyteutæ primi?* Vide de hac quæst. dicta per me *in collect. ad sæpe citatum cap. potuit num.* 8.

COLLECTANEA DOCTORVM

In librum quintum Codicis.

De sponsalibus, & arrhis sponsalitijs, & proxeneticis.

TIT. I.

SPONSALIA definiuntur, mentio & repromissio futurarū nuptiarum, *ff. hoc tit. l.* 1. Dicta autem sunt à spondendo, quia veteres solebant stipulari & spondere vxores futuras. Itaque à spondendo, sponsi, sponsæ, & sponsaliorum appellationes ortæ sunt, *ff. eod. l.* 2. *&* 3. Hodie tamen etiam nudo consensu sponsalia contrahi possunt, *ff. eod. l.* 4. *& l. sponsalia* 11. *Arrhæ sponsalitiæ* sunt, quæ sponsæ à sponso dantur in argumentum contractorum sponsalium, vt his impleris, id est, nuptiis contractis, reddantur, vel in donationem propter nuptias imputentur. *Proxenetica*, de quibus hîc agitur, sunt præmia, quæ dantur conciliatoribus sponsalium, vel nuptiarum. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec.

De sponsalibus, vide Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 2. Conan. *commentar. iuris ciuilis lib.* 8. *c.* 2. Alex. Carrer. *tom.* 9. *tract. Doctor. fol.* 61. Ant. Guber. *eod. tom.* 9. *fol.* 46. Ioan. Andr. *ibid. fol.* 2. Thadæum Pisonem Laurent. Nerdecer. Cypræum, Cou. *in* 4. *lib. Decretal. epit. de sponsalibus*, Petr. Greg. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 8. *c.* 2. *cum seqq. vsque ad cap.* 8. Perez *ad rub. tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam.* Ant. Cuch. *lib.* 5. *instit. maior. tit.* 10. Henriq. *in summ. lib.* 11. *cap.* 13. Vinald. *in candel. aureo p.* 1. vbi de sponsalib. Arimin. Tepat. *variarum sent. tit.* 424. *de sponsalibus, & arrhis sponsalitijs.* Camill. Borrell. *in summ. decis. part.* 3. *tit.* 1. Kizel *in synopsi matrim.* Ioach. à Beust *in tractat. de iure connub. part.* 1. *de sponsal.* Henric. Bocer. *in disput. de iure vniuerso tom.* 1. *classi* 1. *disput.* 8. *de sponsalibus.* Thom. Sanchez *in disput. de sancto matrimonij sacramento, lib.* 1. *de sponsalib.* Ioan. Gutier. *canon. quæst. lib.* 3. qui etiam circa sponsalia de futuro versatur, Rebell. *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 4. *de sponsalibus*, Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib.* 31. *c.* 34. *cum seqq. ex n.* 245. *vsque ad* 269. vbi de materia sponsaliorum, Martin. Bonacin. *in tract. de sponsalib. & matrim.* P. Hurtado *in simili tract.*

De arrhis, vide Gregor. Lop. *in l.* 1. *tit.* 11. *part.* 5. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 12. Roder. Xuar. *in tit. de arrhis*, Cou. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 3. §. 7. *n.* 6. Suar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 87. *cum seqq.* Nicol. Mozz. *de contract. tract. de matrim. tit. de accidentalib. matrimonij n.* 1. D. Barbos. *in l. si cùm dotem*, §. *si pater n.* 11. *ff. soluto matrim.* Valasc. *consult.* 2. *per tot.* Cabed. *Lusitan. decis.* 177. *&* 183. *part.* 1. Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 3. *tit. de matrim. resol.* 2. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disput.* 431. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disput.* 35. *cum seqq.* Gam. *Lusit. decis.* 370. Gutier. *in simili tract. c.* 18. *&* 19.

De sponsalitiis, vide Nicol. Mozz. *d. tit. de accidentalibus matrim. num.* 2. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 290. *à princip.* Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 6. *quæst.* 5. Et de sponsalitia largitate integrum tractatum edidit Ioannes Federicus Solis.

De proxeneticis, vide Conan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 2. Alciat. *lib.* 1. *dispunct. cap.* 22. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lectionum lib.* 2. *cap.* 207. Cuiac. *lib.* 11. *obseruat.* 18. Caluin. *in suo Lexic. iurid. verbo proxeneticum premium, & verbo proxenetica arrhæ*, Petr. Greg. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *num.* 1. vbi quòd in hac rub. emendatiùs dicendum *de proxenetriis.*

SVMMARIVM.

1 *Sponsalibus de futuro dissolutis aliam ducere, & alij nubere licitum.*
2 *Sponsalia quibus ex causis dissoluantur, remissiuè.*
3 *ab Sponsalibus discedere cuiuis liberum, & nubere alij cui velit.*
4 *Sponsalia obligare sub mortali.*
5 *Sponsalium fidem seruare an cogendus sit per iudicem, qui citra legitimam causam ea implere recusat, remissiuè.*

L. Alij desponsatæ. I.

Imp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Annonariæ.*

DIssolutis sponsalibus de futuro aliam ducere & alij nubere licitum est. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 50. Sebastian. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Quibus ex causis sponsalia dissoluantur, vide latè Sanch. *de matrim. lib. 1. à disp. 41. vsque ad* 4.

3 Ex hoc videtur colligi liberum esse vnicuique ab sponsalibus discedere, & nubere alij cui velit, vnde sponsalia minimè obligare sub culpa lethali, tenet
4 sub dubio Gratian. 27. q. 2. §. *sed aliud, & § fin.* Sed tanquam certum est illa obligare sub peccato mortali, nam hæc lex per Canones correcta est *in capite Atho, & in c. de sponsatas, & in cap. de coniugali 27. quæstion. 2. & in cap. 2. & in cap. ex litteris, el 2. & in cap. requisiuit. de sponsalib.* Brunel. *de sponsalib. conclus. 6. num. 9.* Alexand. Carrer. *eod. tract. lib. 1. capite 13.* Sarmient. *select. lib. 1. cap. 5. num. 3.* Petr. de Ledesma *de matrim. quæst. 43. art. 1. dub. 3.* Henriq. *in sum. lib. 11. de matrim. cap. 13. num. 2.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 21. num. 86. & seq.* Gutier. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 51. num. 5.* Matiens. *ad rubr. tit. 1. lib. 5. nouæ Recop. n. 43.* Sanch.
5 *de matrim. lib. 1. disp. 27. per tot.* vbi *disp. 29.* discutit vtrùm cogendus sit per iudicem sponsalium fidem seruare, qui citra legitimam causam ea implere recusat.

ob fornicationis alterius sponsi periculum, vel ex alia iusta causa; & quòd similiter poterit ex causa iusta hoc tempus protrahere.

An ius Canonicum correxerit ius Ciuile, & ita 5
non sit necessarium expectare tempus iure Ciuili præscriptum? vide posita *in collect. ad d. c. de illis, hoc tit.* & citatos per Sanch. *d. disp. 54. ex n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Sponsa de futuro sponsum absentem in eadem prouincia per biennium expectat, quo elapso alteri nubit impunè,* & num. 2. *distingue circa temporis spatium, vt* num. 3. 4. *Ius Canonicum an correxerit ius ciuile, & ita non sit necessarium expectare tempus iure ciuili præscriptum, remissiuè,* num. 5.

L. Si is, qui. II.

Impp. CONSTANTIN. A. & CONSTANS C. *ad Pacatianum P. P.*

1 SPonsa de futuro sponsum absentem in eadem prouincia per biennium expectat, quo elapso alteri nubit impunè. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 2. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit *l. Hisp. 8. tit. 2. part. 4.* ibi, *quando alguno dellos se va a otra tierra, e no la pueden fallar ni saber do esta, debe el otro esperar fasta tres años.* latè Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 54. per tot.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 4. q. 8. sect. 3. n. 13. cum seqq.*

Verùm quia in hac materia circa temporis spatium iura variè disponere videntur, ea communior
3 & probabilior Doctorum sententia sic conciliat. Aut sponsus abest ex causa probabili & iusta, & tunc si in eadem sit prouincia, est biennio expectandus, vt text. *in præsenti* decidit; si in alia, triennio, iuxta *l. 2. Cod. de repud.* Aut abest ex causa necessaria, vt ob
4 parentum obitum, morbum, & cætera, & tunc expectandus est donec cesset impedimentum, iuxta *l. sæpe, ff. hoc tit.* Ita post gloss. *hic* Doctores communiter *in cap. de illis, hoc tit.* vbi Ioan. Andr. *numer. 6.* Butr. *num. 5.* Præpos. *num. 4.* Alex. de Neuo *num. 14.* Brunel. *de sponsalib. concl. 8. n. 3.* Carrer. *lib. 1. de sponsalib. c. 15.* Couar. *de sponsalib. p. 1. c. 5. in initio num. 7.* Anton. Cuch. *lib. 5. instit. maior. tit. 10. num. 64.* Nau. *in man. c. 22. num. 26. casu 4.* Viuald. *in candel. aureo p. 1. de sponsal. cap. 5. num. 36.* Matiens. *ad rubr. tit. 1. gloss. 1. num. 48. lib. 5. nouæ Recopil.* Menoch. *de arbitr. cent. 5. casu 455. num. 7.* Sanch. *d. disp. 54. num. 4.* vbi subdit quòd poterit iudex tempus hoc restringere

---

SVMMARIVM.

1 *Arrhæ restituuntur nuptiis non insecutis, nisi alterutra pars de mora, aut culpa accusari, & conuinci possit,* & num. 2.
3 *Arrhas apponere per sponsalium fidei violatorem, licitum.*
4 *Arrhæ iure Cæsareo quid.*
5 *Arrharum nihil lucratur sponsa per osculum.*

L. Arrhis sponsaliorum. III.

Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Eutropio P. P.*

NVptiis non insecutis arrhæ restituuntur, nisi alterutra pars de mora, aut culpa accusari, & conuinci possit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 1. tit. 11. par. 4. l. 2. tit. 1. ead. part. l. 39. tit. 11. p. 5.* Couarr. *de sponsalib. p. 2. cap. 3. §. 7. num. 10. cum seqq.* Cuiac. *lib. 11. obseruat. 27.* D. Aluar. Valasc. *consult. 2. num. 1. vers. & in huiusmodi,* vbi ait in hoc text. probari quòd datis arrhis si interea sponsus, vel sponsa è viuis migrabant, restituebantur ei, qui dederat, nisi causam vt nuptiæ non celebrarentur, defuncta persona non præbuisset. Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 36. num. 4. & 6.* vbi per hunc text. tenet quòd qui citra culpam à sponsalibus resilit, non amittit arrhas, quas tradidit, sed ipsi restituendæ sunt, nisi tradens arrhas in mora fuerit ante obitum suum, vel recipientis contrahendi matrimonium.

Notatur ad hoc quòd licitum est arrhas apponere amittendas per sponsalium fidei violatorem, vt per Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 35. n. 2.* 3

Notatur etiam ad hoc quòd arrhæ iure Cæsareo sunt illud, quod datur ab sponsis in signum, seu pignus futuri matrimonij ad ius firmitatem, & securitatem, quod celebratur, vt per Roder. Xuar. *in tit. de las arrhas, in princ.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 12.* Cou. *d. §. 7. n. 6.* Valasc. *d. cons. 2. n. 1.* 4

In Gloss. *Defuncta.* ibi, *interuenerit osculum,* &c. 5
Notatur ad hoc quòd nihil harum arrharum lucratur sponsa per osculum, vt per Sanch. *d. lib. 1. disp. 36. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Mater pactum de filia nuptiis init, quod tamen dissoluere nequit.*
2 *Matres cupere filias suas collocari viris nobilibus.*
3 *Mulier dotata dicitur ex dote promissa, ac si tradita fuisset.*
4 *Fœminarum consilium inualidum, fragile, infirmum.*

L. Si

L. Si pater. IV.

Impp. HONOR. & THEOD. AA. ad Martianum P.P.

1 MAter, vt fideliſſimus liberorum amicus, pactum de filiæ nuptiis init, quod tutor diſſoluere nequit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.ſup.hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.1. pag.371.*

2 Notari ſolet hic text.ad hoc quòd matres cupiunt filias ſuas nobilibus viris collocari, vt per Tiraq. *de nobilit.c.37.num.116.*

3 *Quod à patre docebitur deſtinatum,* &c.] Ergo ex dote promiſſa dicitur mulier dotata ac ſi tradita fuiſſet, vt per Tiraq. *ad fin.tit.2.de retractu conuent. num.31.*

4 *Laborare conſilium.*] Notatur ad hoc fœminorum conſilium inualidum, fragile, ac infirmum, vt per Tiraq.*l.1.connub.gloſſ.1.p.1.n.70.& ſeq.* Nam in fœminis vt plurimum non eſt animi fortitudo, conſtantia, prudentia, & liberalitas, vt per eundem Tiraq. *de iure primog. q.10. à n.13.* Burg.de Paz *in proœm. legum Tauri n.39.cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Recedens à ſponſalibus legitimè celebratis modò non ſit minor 25.annis, arrhas reddit duplicatas,* & num.5.6.7. *de iure Canonico quid remiſſiuè,* num.8.

2 *Deſponſatæ ex iuſta cauſa recedentes à ſponſalium promiſſione, ſimplices duntaxat arrhas reſtituunt.*

3 *Diſpoſitum quoad Arrhas de ſponſa, extenditur ad ſponſum, & arrharum quadruplex pœna non extenditur.*

4 *Matrimonia libera nulli pœnali ſtipulationi ſubijci, & pœnalem ſtipulationem in matrimonijs nullius eſſe momenti.*

9 *in Sponſalium contractu an poſſint etiam interuenire fideiuſſores & pignora, remiſſiuè.*

10 *in Arrhis promiſſis an locum habeat diſpoſitio huius leg.remiſſiuè.*

11 *Arrhas amittit tradens eas, ſi culpa ſua matrimonium ſequatur, eo autem ſequuto redeunt ad tradentem.*

12 *Arrhas matrimonij nomine qui receperit, ſi poſtea recuſet contrahere matrimonium, tenetur eas, & quidem duplicatas reſtituere.*

13 *Arrha vt valeant neceſſariò tradenda ſunt.*

14 *Contractus tempore ſi iam aderat iuſta cauſa excuſationis, quæ poſtea detecta eſt, & creditor nihilominus ſimpliciter contraxit, ſibi imputet.*

15 *Clauſ. Rebus hic ſtantibus, in omnibus actibus & diſpoſitionibus ſemper intelligitur.*

16 *Arrhas tradens, ſi bona fide contraxit ſponſalia, ignorans impedimentum, illas non amittit, ſi autem conſcius, arrhas traditas non repetet.*

L. Mulier. V. & vlt.

Impp. LEO & ANTEMIVS AA. Erithrio P. P.

1 REcedens ab ſponſalibus legitimè celebratis,
2 modò non ſit minor 25. annis, duplicatas reddit arrhas. Item deſponſatæ perſonæ ex iuſta cauſa recedentes à ſponſalium promiſſione, ſimplices dun-
taxat arrhas reſtituunt. Diſpoſitum quoad arrhas de 3
ſponſa, extenditur ad ſponſum, & arrharum quadru-
plex pœna non extenditur. Matrimonia libera nulli 4
pœnali ſtipulationi ſubijciuntur, & pœnalis ſtipulatio in matrimoniis nullius eſt momenti. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.n.1.ſupr.hoc tit.*

De materia vide Aluar. Valaſc.*conſ.2.num.1.verſ.* 5
quòd ſi, vbi ait quòd ſi ſtetiſſet per recipientem arrhas quin matrimonium celebraretur, tunc reſtituere tenebatur quod acceperat, & aliud tantundẽ, niſi eſſet perſona minor, quia tunc ſolùm, quas receperat, reſtituebat; ſi verò erat pater, auus, vel alius aſcendens qui receperat, & per eos ſtetiſſet abſque iuſta, & nouè in notitiam prouueniente, vel nouiter emergente cauſa ne matrimonium perficeretur, tenebatur ipſi reſtituere duplicatas arrhas (licèt olim ad quadruplicatas tenerentur) niſi partes de triplo, vel quadruplo conuenerint, vltra quod paciſci non licet, & citat Roder.Xuar. *in tit.de arrhis, in princip,* Anton. Gom. *l.50.Tauri n.12.* ſubditque ideo hæc ita ſe habuiſſe in promiſſione arrharum cùm pœna promiſſa in ſponſalibus, vel matrimoniis nõ valeat, nec exigi poſſit, ideo eſſe, quia arrha datur in ſignum, & ad ſecuritatem rei geſtæ; pœna verò pro ſecuritate, ſed vt ad nuptias adſtringantur contrahentes: quam rationem non carere ſcrupulo, tradit Sanchez *de matrim.lib.1.diſp.35.n.2.in fine.*

Latè etiam Sanch. *de matrim.lib.1.diſp.36.à n.7.* 6
vbi per hunc text. tenet quòd quando alter contrahens ſolus tradidit arrhas, & culpa non tradentis matrimonium minimè ſequitur, tenetur hic reſtituere duplum, id eſt, ipſas arrhas receptas, & tantundem de ſuo patrimonio, & ſi conuentum ſit, vt reſtituat triplum, vel quadruplum, tenetur ad hoc: niſi contrahens ſponſalia ſit minor 25. annis, nec ætatis veniam impetrârit, tunc enim ſiue dentur arrhæ minori, ſiue tutori, vel curatori, aut alteri nomine minoris recipienti, quamuis per ipſum minorem ſtet, non tenetur amplius quàm id, quod recepit, reſtituere; & quando vterque arrhas dedit, & recepit, iniuſtè reſiliens ſuas perdet, & quas accepit reſtituet, ſic enim ad dupli pœnam,

Rebell. *de obligat.iuſtit.part.1.lib.4.quæſt.7.num.* 7
5. vbi ex hoc text. colligit arrhas in ſponſalibus ea lege tradi poſſe vt ſi fidem fregit, qui eas dedit, amittat; ſi is, qui accepit, eaſdem in duplo reſtituat, vel in triplo, quadruplóve, prout fuerit inter eos conuentum, vbi *n.6.verſ.difficilis,* differt cur in ſponſalibus pœnam conuentionalem apponere non licet, arrhas verò interponere liceat, & eas fracta fide amitti, vel reddi multiplicatas, & *num.8. in fine*, ſubdit videri de mente huius l. loco arrharum pignus interuenire poſſe.

Hactenus dicta ex hoc text. non ſunt iure Canonico correcta, ex Greg.Lop.*l.84.verbo e todas tit.18. p.3.* Sanch.*d.lib.1.diſp.36.ex n.10.*

Vtrùm in foro conſcientiæ ante vllam iudicis 8
ſententiam teneatur, qui fidem ſponſalium culpa ſua violat, arrhas recepta, & pœnam dupli legalem, ac quadrupli conuentionalem reſtituere? vide Sanch. *d.lib.1.diſp.37.per tot.*

An etiam in contractu ſponſalium poſſint inter- 9
uenire fideiuſſores, & pignora? vide eundem Sanch. *d.lib.1.diſp.38.*

Qui in arrhis promiſſis, an in illis habeat locum 10
diſpoſitio huius text. vide Gregor.Lop. *l.84.verbo è vino tit.18.part.3.* Tiraquell. *de retractu conuent.ad finem tit.num.36.*

Notatus

11 Notatur hic text. ad hoc quòd ea eſt harum arrharum natura vt eas amittat tradens, ſi culpa ſua matrimonium minimè ſequatur, eo autem ſequuto redeunt ad tradentem, vt per Couarr. *de ſponſalibus part. 2. cap. 3. §. 7. n. 11.* Matienſ. *ad rub. tit. 2. gloſſ. 2. num. 5. lib. 5. noua Recopil.* Saochez *d. lib. 1. diſp. 56. num. 2.*

12 *Quod accepit*, &c.] Notatur ad hoc quòd qui arrhas nomine matrimonij acceperit, ſi poſtea recuſet matrimonium contrahere, tenetur eas, & quidem duplicatas reſtituere, vt per Tiraquell. *de iure conſtituti part. 3. limit. 26. num. 4.* vbi *num.* 8. ſubdit omnes bene ac citra controuerſiam inter ſe conuenire, hîc eſſe neceſſariam realem traditionem, non tamen ob id, quod lex iſta ſit pœnalis, ſed propterea quòd hic text. vtitur verbo, *accipiendi*, quod veritatem ſignificat, & realem traditionem, & clariùs antea *limit. 10. num. 1.* dicit quòd cùm hæc lex vtatur illo verbo, *accepit*, non ſatis eſſe interuenire con-
13 ſtitutum, ſed requirit veram traditionem. Vnde inferunt arrhas vt valeant, neceſſariò tradendas eſſe, Couar. *d. par. 2. cap. 2. §. 7. & 9.* Gregor. Lop. *l. 39. verbo la pena tit. 11. part. 5.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 12.* & alij, quos refert & ſequitur Sanch. *d. lib. 1. diſp. 35. num. 3.*

14 *Si quidem probatum fuerit*, &c.] Notatur ad hoc quòd ſi tempore contractus iam aderat iuſta cauſa excuſationis, quæ poſtea detecta eſt, itavt creditor notitiam illius haberet, & nihilominus ſimpliciter contraxit, ſibi imputet, vt per D. Barboſ. *in l. in omnibus 14. num. 59. ff. de iudic. & num. 69.* poſt Roder. Xuar. *in tit. de los emplazamientos, §. fin. n. 41.* & alios, dicit quòd vt debitor non cogatur cauere, oportet probare creditorem ſcientem eum eſſe pauperem, ſcienter cum eo contraxiſſe.

15 Notatur etiam ad hoc quòd in omnibus actibus, & diſpoſitionibus ſemper intelliguntur, rebus ſic ſtantibus, vt per Tiraquell. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in princip. num. 167.* & plures quos plena manu refero *in tract. de clauſul. vſufreq. clauſul. 179. num. 2.*

16 In gloſſ. *Tantummodo reddi.* ibi, *ſed illam legem intelligamus in ignorante*, &c. Notatur ad hoc quòd ſi tradens arrhas; bona fide contraxit ſponſalia, ignorans impedimentum, illas non amittit: ſi autem conſciens fuit, non poteſt arrhas traditas repetere, vt per Sanch. *d. lib. 1. diſp. 36. n. 5.*

Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes, ſponſalitias dederint arrhas.

TIT. II.

VEL *ad eum pertinentes*, ſcilicet perſonæ.

Sponſalia, id eſt, arrhas ſponſalitias, *dederint*. Nam ſponſalia in alia ſignificatione hîc accipiuntur, quàm ſuperiori *tit.* Scripſerunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſemb.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia cum Præſide prouinciæ, aut iuſſu illius cum alio inita, vt metu contracta, voluntate alterutrius contrahentis diſſoluitur, & arrha talibus in matrimoniis intercedentes redduntur.*

2 *Ignorantia coniugum de impedimento non prodeſt ad dotem ex pacto, vel ſtatuto lucrandam, quando matrimonium habet perpetuam cauſam prohibitionis, quæ nunquam ceſſat.*

3 *filium Poteſtatis offendens non debet puniri ea pœna, qua offendens Poteſtatem.*

4 *Prohibitionis cauſa ceſſante, ceſſat & prohibitio.*

5 *Contrahere quamuis non liceat iudici durante tempore ſuæ iudicaturæ, & intra territorium ſuæ iudicaturæ, poteſt tamen finito officio, niſi legitima præſumptio concurrat quòd adhuc duret ratio prohibitionis, an contractus durante officio celebratus poſſit conualeſcere, ſi conſenſus accedat eo finito, remiſſiuè,* num. 6.

7 *Matrimonium an liceat iudicibus contrahere cum ſubditis, remiſſiuè.*

8 *Pignera realiter tradita, pro arrhis.*

9 *Matrimonium non eſſe quando contrahentes blanditijs Principum inducti ſunt ad illud.*

10 *Blanditias Principum inferre metum viri conſtantis.*

11 *Preces iudicum metum inducere.*

L. Si quis. Vnic.

Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Eutropio PP.*

SPonſalia cum Præſide prouinciæ, aut iuſſu illius 1
cum alio inita, vt metu contracta voluntate alterutrius contrahentis diſſoluuntur, & arrhæ talibus in matrimoniis intercedentes redduntur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgoſ. Bald. Caſtrenſ. Sichard. Cuiac. Aloyſ. Leo *ſuper 5. fol. 51.* Sebaſt. Næui. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen *in concordant.*

Vide Roder. Xuar. *in tit. de las ganancias*, id eſt, 1
de bonis acquiſitis, *in princip. num. 7.* vbi per hunc *text.* tenet ignorantiam coniugum, de impedimento non prodeſſe ad dotem ex pacto, vel ſtatuto lucrandam, quando matrimonium habet perpetuam cauſam prohibitionis, quæ nunquam ceſſat, putà conſanguinitatis, affinitatis, vel frigiditatis, ſed ſi temporalem, putà inſtantis metus, tunc ſecus eſſe, metu ceſſante. Afflict. *in conſtit. Regni lib. 1. tit. 49. num. 4. cum ſeq. & in cap. ſi verò, num. 17. cum ſeqq. de feudo Guardia*, vbi ponit nouem fallentias ad hunc text. Roman. *ſing. 487.* Emman. à Coſta *in §. ſi arbitratu, ampl. 9. num. 8.* Gregor. Lop. *per text. ibi in l. 2. gloſſ. 12. verbo muger legitima tit. 9. part. 4.* vbi ait quòd text. iſte cum ſimilibus eſt correctus de iure Canonico, nam illius & ſimilium prohibitio locum habebat eo tempore, quo matrimonium erat ſolùm contractum, vtpote inter Paganos, vt aduertit Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 2. quæſ. 1. verſic. item obijcies.*

Adminiſtrantium filios, &c.] Ex Bald. *hic* colligit 3
Tiraquell. *de iure marit. gloſſ. 2. num. 58.* quòd ſi ex forma ſtatuti offendens Poteſtatem, puniri debet aliqua magna pœna, certè offendens filium Poteſtatis non punietur ea pœna, quamuis filius participet de dignitate patris.

Quod tempore poteſtatis, &c.] Notatur ad hoc quòd ceſſante cauſa prohibitionis ceſſat prohibitio, vt per Tiraquellum *in tract. Ceſſante cauſa, parte 1. n. 222.* Vnde quamuis iudici durante tempore

ſuæ indicaturæ, & intra territorium ſuæ iuriſdictio-
nis,non liceat contrahere,tamen finito officio bene
5 poteſt, niſi legitima præſumptio concurrat, quòd
adhuc ratio prohibitionis duret, *l. Hiſp. 2.tit. 6.lib.3. noua Recop.* Auiles *ad cap. 1. Prætor.in gloſſ.verbo durante ſuo officio*, Bobadill. *in ſua politica lib. 5.cap. 12. num. 35.verſ.la tercera*, Pereg. *de iure fiſci lib. 4.tit. 7. n. 12. verſ. amplia ſecundò*, Cald. Pereira *de empt. & vendit.cap.8.num.38.* Sed quid ſi finito officio con-
6 ſenſus accedat, an contractus eo durante celebratus conualeſcere poſſit? vide text. *in l.5.§.prouincias verò, verſ. nec ratum ſit, C. de contract. iudic.* Auiles *ad c. 2. Prætor. in gloſſ. verbo de mercaderia num.6.* Cald. Pereira *d.cap.8.n.17.*

Vtrùm liceat iudicibus contrahere matrimonium
7 cum ſubditis? vide *l. Hiſp. 2.tit. 14.part. 4.* Auiles *d. gloſſ. verbo de Mercaderia n. 37.* Bobadil. *in ſua politica lib. 2.c. 15. n. 35. in fine, & lib. 5.c. 3.n. 119.* vbi alios laudat, & eis, & filiis ſuis non licere docent, filiabus verò permiſſum eſſe: & licèt contrafacientes puniantur, non annullatur matrimonium, niſi metus dederit cauſam contractui.

8 In gloſſ. *Pignora.* ibi, *hæc appellauit arrhas*, &c. Notatur ad hoc quòd pignora realiter tradita vocantur arrhæ, vt per Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 38.num.3.*

9 In eadem gloſſ. ibi, *vel blanditiam induxit eam ad ſponſalitia*, &c. Notatur ad hoc quòd non eſt matrimonium quando contrahentes blanditiis Principum inducti ſunt ad aliud, vt per Sanch. *d.tract.de matrimon. lib. 4. diſp. 7.num.3.* vbi intelligit quando blanditiis Principum inſunt tacitæ minæ, vt quia ſolet Princeps ſæuire in ſuis blanditiis reſiſtentes, tunc enim incutiunt metum viri conſtantis.

Notatur ad hoc quòd blanditiæ Principum infe-
10 runt metum viri conſtantis, vt per Hippol. *ſing. 645. incip. Aduertant Principes*, Burg de Paz *conſ. 25.n.72.* Quia blanditiæ Principum minis æquiparantur, vt citata hac gloſſ. dicit Maſcard. *de probat. concluſ. 193. num. 1.* vbi *num.* 8. ſubdit vltra blanditias neceſſe eſſe probare quòd præceſſerint minæ, vel quòd ſoleant tyrannicè ſæuire in eos, qui precibus ſuis blandis non obtemperant.

Notatur etiam ad hoc quòd preces iudicum in-
11 ducunt metum, vt per Tiraq. *de pœnis temper. c.35. num. 1. cum ſeqq.*

De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & ſponſalitiis.

TIT. III.

DONATIO, quæ olim *ante nuptias*, hodie, ex conſtitutione Iuſtinianea, *propter nuptias*, dicitur, eſt donatio quæ fit propter nuptias, & propter dotem, & ἀντίφερνα quædam. *Sponſalitia donatio* eſt, quæ non dotis, ſed nuptiarum tantùm contemplatione fit, vt munera quæ hinc inde dantur, mittuntur à ſponſis, & eorum propinquis. Scripſerunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſemb. De materia, vide *l. Hiſp. 2.tit. 11.part. 4.* vbi *gloſ. in margine*, Duaren. *ad tit. ff. ſoluto matrim. in tract. de donat. propter nuptias*, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 12. à princip.* Roder. Xuar. *in tit. 2. de las arrhas*, id eſt, de arrhis, *num. 29. cum ſeqq.* vbi *n. 31.* aſſerit quòd donatio, quæ olim ante nuptias vocabatur, hodie propter nuptias dicitur, Bald. Nouell. *de dote part. 6. ſpeciali 14.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 9. cum ſeqq.* Cou. *ſponſalib. part. 2. cap. 3. §. 7. num. fin.* Clar. *in § donatio quæſt. 11.* Auendan. iun. *ad l. 29. Tauri gloſſ. 2.* Boer. *deciſ. 17.* Angul. *de meliorat. l. 9. gloſſ. 4. à princip.* Matienſ. *l. 1. gloſſ. 8. n. 8. cum ſeqq. tit. 6. lib. 5. noua Recopilat.* D. Barboſ. *in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, num. 11. & in §. transgrediamur num. 29. verſ. his præmiſſis, & à num. 30. & in l. ſi conſtante n. 8. ff. ſoluto matrim.* Fachinæ. *controuerſ. iuris lib. 3. cap. 80.* Valaſc. *conſ. 2. num. 5. cum ſeqq. & de partit. cap. 13. num. 40. cum ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib. 6. diſp. 1. cum ſeqq.* Ioan. Garcia *de donat. remun. num. 9. cum ſeqq.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 20.* Schurff. *conſ. 40. cent. 1.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 290.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom. 2. tit. 45 2. de donationibus propter nuptias, & lucro nuptiali viro competenti*, Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 3. tit. de matrim. reſol. 3.* Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 11. cap. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio ante nuptias poteſt conuerti in dotem, niſi donatio collata ſit in tempus matrimonij.*

2 *Donata ſimpliciter ſponſa à ſponſo, poſſunt in dotem conuerti*, & num. 3.

4 *Confeſſio receptæ dotis, emiſſa à marito ante contractum matrimonium, in dubio facta cenſetur ſpe futuræ numerationis, niſi animus donandi alioqui appareat.*

5 *Augmentum, ſiue ſupplementum, eiuſdem eſt natura, & eodem iure regitur ac primum, cui eſt additum, niſi vrgeat diuerſa ratio*, num. 6.

L. Multum intereſt. 1.

Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. *Metrodoro.*

DOnatio ante nuptias in dotem poteſt conuer- 1
ti, niſi donatio in tempus matrimonij ſit colla-
ta. Donata ſimpliciter à ſponſo ſponſæ, poſſunt in 2
dotem conuerti. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Fulgoſ. Angel. Bald. Caſtr. Sichard. Cuiac. Aloyſ. Leo *ſuper 1. fol. 51.* Sebaſt. Næui. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt 3
Roder. Xuar. *in l. 1. tit. de las arrhas num. 33.* vbi tenet hîc decidi quod ſi maritus confeſſus eſt fundum in dotem recepiſſe animo donandi cùm fundus eſſet ſuus proprius, & ſic animo agendi dotem, hoc fecit, quia cùm illa non ſit verè dos, ſed ex dicta confeſſione reſultet quædam donatio inter coniuges, quæ non valet, ideò vxor non poteſt talem fundum tanquam dotalem repetere, & ſic hîc loquitur in donatione inter coniuges, quæ à iure erat reprobata. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 50. num. 3.* dum ait hîc probari quòd ſi vir donaſſet, & tradidiſſet vxori futuræ, & demum ab ea illud donatum reciperet in dotem, bene valebit. Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 439. num. 14.* vbi poſt Valaſc. *conſ. 5. num. 5.* tenet per hanc l. quòd quando de confeſſione dotis receptæ facta ante matrimonium celebratum conſtare fuiſſe factam animo donandi illam vxori, atque ſe adſtringendi eam reddere diſſoluto matrimonio, tunc ea confeſſio eſt nulla, ac proinde neque maritus, neque hæredes mariti tenentur illam reddere,

reddere, & *n.16.* qualiter procedat, declarat Sanch. *de matrim. lib. 6. disput. 6. num. 3.* vbi post Valasc. *dict. cons. 5. num. 4.* ex hac l. colligit quòd quando matrimonio nondum inito facta est confessio dotis receptæ, aut maioris summæ, de cuius receptione non constat, si certum sit animo donandi factam esse, tunc donatio illa est prorsus inualida, & confessio. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 12. num. 1. vers. & hac,* vbi citato hoc text. ait quòd si donandi animo dotem auxerit maritus, nihil dicitur actum, & ob id à muliere, quod in dotem datum non est, repeti non potest.

4 Notatur ad hoc quòd confessio receptæ dotis à marito ante matrimonij contractum emissa in dubio facta censetur spe futuræ numerationis, nisi animus donandi alioqui appareat, vt per Bald. Nouel. *de dote part. 10. num. 7.* Cou. *var. lib. 1. cap. 7. num. 6. vers. est item hoc,* vbi ait se opinari hanc esse magis receptam à Doctoribus opinionem. D. Barbos. *in l. 1. part. 6. n. 31. post princip. ff. solut. matr.*

5 *Donandi animo dotem auxerit,* &c.] Notatur ad hoc quòd augmentum, siue supplementum est eiusdem naturæ, & eodem iure regitur, vt primum, cui additum est, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 18. num. 51. & 52.* Ioseph Sesse *Aragon. decis. 124. n. 28.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. A. conclus. 555. à num. 1.* Fusar. *de substitut. quæst. 652. num. 6.* Rot. *de-*

6 *cis. 72. num. 4.* apud Farin. *part. 1. recent.* vbi declarat, nisi vrgeat diuersa ratio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ob finem, & causam nuptiarum celebrandarum, nuptiis non sequutis reuocatur,* & num. 2.

3 *Donatio simpliciter facta, olim præsumebatur facta ex mera liberalitate, neque vllo casu reuocabatur; hodie verò præsumitur fieri ob causam futuri matrimonij.*

L. Si Præsidi. II.

Imp. ALEXAND. A. *Attalo.*

1 DOnatio facta ob finem, & causam nuptiarum celebrandarum, nuptiis non sequutis reuocatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Roder. Xuar. *in l. 1. tit. de arrhis n. 14. ante vers. secund.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 3.*

3 *n. 4. vers. si autem donatio,* vbi quòd donatio simpliciter facta, nihil alio dicto, olim præsumebatur facta ex mera liberalitate, neque vllo casu reuocabatur; hodie verò præsumitur fieri ob causam futuri matrimonij, ex *l. cum veterum, infr. hoc eod. tit.* Nam promissio facta ex causa futuri matrimonij, si non sequatur matrimonium, cessat, & nihil debetur, Mandel. *cons. 77. n. 28. & 29.* Ego ipse *de Axiom. iuris vsufreq. axiom. 11. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier in dote promissa, & non soluta, maritum fallens, non gaudet donatione promissa propter nuptias,* & num. 2.

3 *Fallendi verbum.*

4 *Fidem frangenti fides frangatur eidem.*

L. Pollicitatione. III.

Idem A. Marcellæ.

MVlier in dote promissa, & non soluta, maritum fallens donatione propter nuptias promissa non gaudet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Boër. *decis. 22. num. 16.* Roder. Xuar. *l. 1. tit. de arrhis num. 11.* vbi ex gloss. refert hanc circumuentionem potuisse esse duobus modis, Gozadin. *cons. 1. num. 1.* Ias. *cons. 108. col. 3. lib. 1.* Aluar. Valasc. *cons. 3. num. 1. vers. secundo,* vbi ait hunc text. loqui in muliere, quæ maritum circumuenit in dote, & sic fallaciter se habuit, ex eo, quia verbum, *fallere*, dolum & malitiam præsupponit. Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 37. num. 1.* vbi in hoc text. decidi ait mulierem in dote fallentem non posse petere donationem ea causa sibi factam, & *num. 2.* subdit istam l. loqui in muliere, quæ fallaciter se habuit, & sic mala fide. 2

Notari solet ad hoc quòd fidem frangenti fides frangatur eidem, vt per Socin. *reg. 8. & 193.* Thom. de Thomass. *in floribus legum. reg. 129.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 3. lit. F. concl. 337. per tot.* plures, quos plena mano refero *de Axiomat. iuris vsufr. axiom. 98. num. 7. cum seqq.* 4

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta sponsæ in tempus matrimonij collata non valet,* & num. 2. *confirmari morte donantis,* num. 3.

4 *Paria esse cùm fiat aliquid tempore prohibito, vel fiat tempore licito, & conferatur in tempore prohibitum. declara vt* num. 5.

L. Quod sponsæ. IV.

Imp. GORDIANVS A. *Marcello.*

DOnatio facta sponsæ in tempus matrimonij collata non valet. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Greg. Lop. *l. 23. gloss. fin. in med. tit. 11. part. 4.* Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 19. num. 1. vers. in contrarium,* vbi quòd datum, vel traditum tempore nuptiarum apertè censetur datum & collatum in tempus matrimonij, Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 1. n. 6.* vbi quòd donatio ante contractum matrimonium facta non valet si eius effectus differatur in matrimonij contracti tempus, & *num. 7.* dicit non obstare *leg. inter eos 28. ff. de donat. inter virum & vxor.* quia intelligitur quando donatio non refertur in tempus contracti matrimonij, sed absolutè fit, transferendo statim dominium, quo casu licèt postea sequatur matrimonium, firma manebit donatio. Idem Sanch. *eod. lib. 6. disp. 14. num. 2.* vbi resoluit quòd hæc donatio, quæ facta ante matrimonium, & collata in matrimonij tempus, inualida est, confirmatur donantis morte. 2 3

Notari solet hic text. ad hoc quòd paria sunt quòd fiat aliquid tempore prohibito, vel fiat tempore licito, & conferatur in tempus prohibitum, vt per Tiraq. *de iure constituti par. 3. limit. 2. num. 3. cum seqq. & de iure primog. quæst. 40. num. 178.* Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis & posth. part.* 4

part.2.num.172. Molin. *de primogen.lib.2.cap.7. ex num.40.* Mieres *de maiorat.part.1.quaest.2.per totam,* Valasc. *consil.77.numero 4.* Castell. *controuers.lib.4. cap.49. numero 24.* Cardin. Tusch. *practic. conclus.*
5 *tom.6.litt.P, conclus.88. num.3.* vbi *num.4.* declarat procedere quando substantia actus confertur in tempus prohibitum, secus si executio sola, plures, quos refero *de axiomat.iuris vsufr.quint.axiom.174. num.31.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ob modum impossibilem inualida est.*
2 *Impossibile iure vitiat promissionem etiam à scienete factam.*
3 *Materfamilias, de vxore.*
4 *Promissio facta meretrici propter fornicationem, & sic ex causa libidinis, dummodo absit dolus, & fraus, valida est.*

L. Ea quæ. V.

Impp. VALENTIN. *&* GALLIEN. AA. *Theodoræ.*

1 DOnatio facta ob modum impossibilem non
2 valet. Impossibile iure vitiat promissionem à sciente etiam factam. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Palat. *in repetit.rubric.de donat.inter virum & vxorem,§.40.num.9.vers.tertium*, vbi ait hic decidi quòd si aliquis promisit donare alicui mulieri, vt sponsa fieret quæ tamen sua sponsa esse non potuit, non teneri illud adimplere, subditque ex Alexand. quod ideo hic nõ potuit illa mulier agere, quia donatio continebat modum, seu causam impossibilem, quia illa non poterat esse sponsa, cùm ille aliam haberet vxorem, & ita non erat in potestate mulieris quòd valeret matrimonium, vel quòd duceretur in sponsam, & propterea agere non potest virtute illius promissionis, latè Sarmient. *select.interpr.lib.2. cap.3.num.14.* vbi ait ex hoc text. colligi quòd etiam in donatione impossibilis mòdus efficit promissionem irritam, intelligit tamen vt agi possit, non autem excipi, ex his, quæ gloss. *in leg. cùm donationis, C.de transact.* quæ voluit impossibilem modum in donationibus non nocere, vt ex contractu detur exceptio, non tamen vt detur actio.

3 *Matremfamilias,* &c.] Id est, vxorem, de quo Tiraquell. *l.4.connub.gloss.1.par.4.num.7.*

4 In gloss. *Non potes. fin.* ibi, *neque enim paria sunt,* &c. Licèt hæc gloss. teneat quod datum meretrici non repetitur, tamen communis asserit quòd meretrici promissio eius mercedis ob fornicationem, & sic ex causa libidinis, dummodo absit dolus & fraus, valet & tenet, & cogi ac compelli potest promissor à iudice ad solutionem dictæ promissionis, ac pretij actus venerei, vt per Viui. *tom.2.commun. opin.lib.8.tit.12.num.50.pag.363.*

SVMMARIVM.

1 *Sponsa de futuro, non autem de præsenti, rectè quid donari potest.*
2 *in dubio Donatio facta in vxoris domo præsumitur facta sponsæ; in domo viri, facta vxori præsumitur,* num.3.
4 *Matrimonium coram Parocho, adhibitis duobus testibus, contrahendum.*
5 *Sponsus potest donare sponsæ.*
6 *Sponsæ si quid donatur dum est in via, & ducitur ad domum mariti, videtur donatum in domo patris.*

L. Cùm in te. VI.

Imp. AVRELIAN. A. *Donatæ.*

SPonsæ de futuro, non autem de præsenti, rectè 1
quid donari potest. In dubio donatio facta in 2
vxoris domo, præsumitur facta sponsæ, in domo viri facta vxori præsumitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.suprà hoc tit.* Aloys.Leo *super 5. fol.51.verso.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 3
munt *l.50.Tauri,num.5.in fine,* vbi dicit singularem & vnicum hunc textum ad hoc quòd si sumus in dubio an donatio quæ fit ab sponso sponsæ, sit facta ante matrimonium, vel pòst, adhibetur talis distinctio quòd si in domo sponsæ sit facta, præsumitur adhuc sponsa, & valet; si verò in domo sponsi sit facta, præsumitur iam vxor, & non valet. Palat. *in repet. rub.de donat.inter virum & vxorem,§.57.in princip.* Matth. Coler. *de processibus execut. part.1. capite 3. num.248.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.2.lib.20.tit.1.num.31.* vbi subdit hodie 4
facile constare posse an fuerit contractum matrimonium, vel non, quia debet contrahi coram Parocho, adhibitis duobus testibus, iuxta dispositionem Concilij Tridentini *sess.24.de reform. matrim. cap.1.*

Notatur ad hoc quòd sponsus potest donare spon- 5
sæ, vt per Palat. *in repet.rubr.de donat.inter virum & vxorem,§.59.num.2.* Natt. *cons.316.num.1.* Surd. *de aliment.tit.7.q.18.n.8.*

In gloss. *Ante nuptias.* ibi, *sed quid si in via,* &c. 6
Notatur ad hoc quòd si aliquid donatur sponsæ, dum est in via, & ducitur ad domum mariti, videtur donatum in domo patris, vt per Surd. *decis.166. num.1.*

SVMMARIVM.

1 τὸ Remanere, *æquipollet aliquando verbo reddere,* & num.2.
3 *Mentem pro verbis attendere decet.*
4 *Verba à mente, non autem mens à verbis pendet.*

L. Si cùm ante. VII.

Imppp. CARVS, CARIN. *&* NVMER. AAA. *Lucianæ.*

VErbum, *remanere*, aliquando æquipollet verbo 1
reddere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Abb. *consil.361.num.5.lib.2.* Bart. *in l.Centurio, num.51.ff.de vulgari.* Bec. *consil.240.num.46. volum.1.*

3 Notatur ad hoc quòd mentem præ verbis attendere decet, & siquòd verba sunt intelligenda non secundùm quod sonant, sed secundùm mentem, & intentionem proferentis, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo liberis, num.* 48. *C. de reuocan. donat.* Surd. *cons.* 431. *num.* 35. Cardin. Tusch. *practic. concl. tom.* 8. *lit. V. concl.* 93. *à princip.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.*
4 *gloss.* 48. *num.* 55. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 58. *num.* 50. Verba enim pendent à mente, non autem mens à verbis. Menoch. *cons.* 97. *num.* 44.

L. Si ante matrimonium. VIII.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Euphrosinæ.*

De re donata in præiudicium donatarij nemo licitè testatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio perfecta per Principis rescriptum non reuocatur,* & num. 3.
2 *Ignorantia coniugum ignorantium impedimentum non prodest ad dotem ex pacto, vel statuto lucrandum.*
4 *Lucrum quæsitum, & radicatum pro damno habetur.*

L. Cùm te sponsæ. IX.

Iidem AA. & CC. *Iuliano.*

1 Donatio perfecta per Principis rescriptum non reuocatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Vide Roder. Xuar. *in tit. de las ganancias*, id est,
2 de bonis acquisitis viri & vxoris, *n.* 8. vbi per hunc textum tenet quòd ignorantia coniugum ignorantium impedimentum non prodest ad dotem ex pacto, vel statuto lucrandam, quia deficit finalis causa impedimenti. Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo liberis,*
3 *num.* 19. *in med.* vbi quòd donationes perfectæ nec rescripti quidem auctoritate reuocari possunt.

4 Notatur ad hoc quòd lucrum quæsitum & radicatum pro damno habetur, vt per Cæsar. de Grassis *decis.* 1. *à num.* 5. *de verb. signific.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 7. *num.* 18.

SVMMARIVM. a

1 *Donatio simplex facta sponsa non reuocatur, licèt matrimonium non sequatur,* & num. 2. *si matrimonium perficiatur, res tota eo pacto donata fit integrè donatarij: si verò non perficiatur, distinguendum est,* vt num. 3.

L. Si filiæ tuæ X.

Iidem AA. & CC. *Dionysio.*

1 Donatio simplex facta sponsæ non reuocatur, licèt matrimonium non insequatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Vide Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 290. *num.* 1. vbi tradit quòd ante Constantini tēpora quod vnus sponsus alteri donabat, nisi exprimeret se sub conditione matrimonij futuri donare, fiebat statim absolutè donatarij; itaut esto matrimonium postea non sequeretur, neque donatarius, neque hæredes illius tenerentur id restituere, vt patet ex hoc text. A tempore verò Constantini sancitum fuit vt eiusmodi donatio (quando aliud non exprimitur) semper facta intelligitur sub conditione matrimonij futuri. Quòd si matrimonium perficiatur, res tota eo pacto 3
donata fit integrè donatarij: si verò non perficiatur, distinguendum est, quoniam aut culpa donantis non perficitur, & tunc similiter res tota efficitur donatarij: quòd si is, cuius culpa matrimonium non perficitur, vicissim aliquid dono ab altero sponso acceperat, nihilominus id integrum restituit donanti; si verò culpa donatarij matrimonium non perficitur, tunc id totum, quod dono acceperat, restituit donanti, ex *l. veterum, infr. hoc eod. tit.* de quo Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 18. *num.* 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Donatio sponsalitia non reuocatur ob mortem sponsæ.*
2 *Mortis naturalis nomine, qua donatio inter coniuges confirmatur, comprehenditur etiam mors accidentalis gladij, secus si donator mortem sibi consciuerit ob sceleris conscientiam, vel etiam post mortem memoria eius damnata sit,* num. 3.
4 *τὸ* Mors, *verificatur etiam in morte violenta.*

L. Si tibi res. XI.

Iidem AA. & CC. *Nec.*

Ob mortem sponsæ sponsalitia donatio non reuocatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Eo quòd ab hostibus postea interfectus est, &c.] 2
Notatur ad hoc quòd nomine mortis naturalis, qua donatio inter coniuges confirmatur, comprehenditur etiam mors accidentalis gladij, vt per Gregor. Lopez *l.* 4. *verbo en su vida, tit.* 11. *part.* 4. Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum & vxorem,* §. 70. *n.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disput.* 14. *n.* 1. vbi cum Palat. *citato loco num.* 2. secus esse ait si donator mortem 3
sibi ob sceleris conscientiam consciuerit, vel etiam post mortem memoria eius damnata sit. Idem resoluit D. Barbos. *in l. si ab hostibus* 21. §. *fin. num.* 6. *versic. qui etiam adducunt, ff. solut. matrim.* dum ex Bald. hic tradit quòd licet pactum de dote lucranda per mortem vxoris verificetur etiam in morte violenta illata per alium, non verò de morte procurata per paciscentem.

Notari solet ad hoc quòd particula, *mors,* verifica- 4
tur etiam in morte violenta, vt per Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius. de testam. verbo condidit* el 2. *num.* 10. D. Barbos. *d. n.* 6. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio à socru perfectè facta non reuocatur,* & num. 2.
3 *Donatio facta alteri coniugum per consanguineos alterius coniugis perfecta est, & statim valet.*
4 *Donatio contemplatione matrimonij facta, valet, licèt matrimonium non sequatur.*

5 *Dona*

5 *Donatio facta genero à parente filiæ, perfecta est à principio, & valida, penes eum soluto matrimonio permansura.*
6 *Sponsalitiæ largitatis vis.*

L. Si mater. XII.

Iidem AA. & CC. *Timotheæ & Cleotimæ.*

1 DOnatio à foetu perfectè facta non reuocatur Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Bald. *cons.* 62. *lib.* 1. *& cons.* 319. *lib.* 4. Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 18. Auendan. *ad l.* 29. *Tauri gloss.* 4. *n.* 10. Guriet. *practic. lib.* 2. *quæst.* 120. *num.* 5. *vers. tertio, & num.* 9. *vers. tertium*, vbi dicit quòd in præsenti constat matrem voluisse donare vxori, & ideo donatio non reuocatur, & donata efficiuntur propria vxoris, Roland. à Valle *cons.* 10. *n.* 11. *vers. non obstant. lib.* 1. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem* §. 3. *num.* 4. vbi tenet quòd si ista donatio, seu dotalitium fiat ex mera liberalitate donantis, hoc expresso quòd nullo casu ad donantem reuertatur, tunc nullo casu reuocatur, siue interueniat osculum, siue non, siue steterit per
3 cipientem, siue per casum. & §. 44. *n.* 1. vbi dicit hîc esse casum quòd donatio facta alteri coniugum per consanguineos alterius coniugis, perfecta est, & statim valet, & tenet, & per consequens ius est sibi quæsitum, vnde res sic donata efficitur sua, & illam transfert ad suos hæredes. D. Barbos. *in l. si*
4 *ante* 6. *num.* 10. *ff. soluto matrim.* vbi per hunc text. tenet quòd valet donatio contemplatione matrimonij facta, licèt matrimonium non sequatur quando constiterit quòd donans voluit donare in omnem casum. Cald. Pereira *de potest. eligen. cap.* 12. *n.* 20. vbi
5 decidi ait in hoc text. donationem factam genero à filiæ parente perfectam esse à principio, & validam, penes eum soluto matrimonio permansutam.
6 Notatur ad hoc quòd sponsalitiæ largitatis ea est natura, vt pacto inito inter sponsos ne ad donantem vllo casu redeat, statim acquiritur irreuocabiliter donatario, quamuis nec copula, nec osculum intercedat, & eius culpa matrimonium non sequatur, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disput.* 18. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Sponsus rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare nequit, &* num. 2.
3 *Creditor agens contra donatarium actione hypothecaria, debet probare hypothecam præcessisse donationem, non procedit in fisco, & pia causa, cuius fauore præsumitur instrumentum prius confectum, vt potius sit ius ipsius piæ causæ,* n. 4.
5 *Allegans, & probans se aliquid fecisse certo tempore, præfertur ei, qui de tempore non probauit.*

L. De rebus. XIII.

Iidem AA. & CC. *Alexandro.*

1 SPonsus rem donatam sponsæ sequentibus creditoribus obligare nequit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Gregor. Lop. *l.* 10. *gloss.* 1. *post princip. tit.* 14. *part.* 3. Roman. *singul.* 158. Negusant. *de pignorib. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 45. *&* 46. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 8. vbi dicit in hoc text. haberi quòd vxor repetit res, quas sibi sponsus donauit, si non sint priùs aliis creditoribus obligatæ, quasi si sint obligatæ ipsa non præferatur.

Ante donationem sibi obligatas fuisse, &c. Notatur ad hoc quòd creditor agens contra donatarium 3
actione hypothecaria, debet probare hypothecam præcessisse donationem, & rem priùs sibi fuisse hypothecatam, vt per Negusant. *de pignorib.* 2. *membr.* 5. *part. num.* 43. Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ, priuileg.* 126. Mascard. *de probat. conclus.* 457. *num.* 12.
vbi *num.* 13. *&* 14. limitat non procedere in fisco, & 4
pia causa, cuius fauore præsumitur instrumentum priùs confectum, vt potiùs sit ius ipsius piæ causæ, *& concl.* 1228. aliàs *num.* 9. *cum seq.*

Notatur etiam ad hoc quòd allegans, & probans 5
se aliquid fecisse certo tempore, præfertur ei, qui de tempore non probauit, vt per Tiraquell. *de retractu lig.* §. 11. *gloss.* 1. *num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Filius res matris, cum eiusdem consensu, sponsæ firmiter donat, & mater frustrà oblato pretio rem illam donatam repetit, &* num. 2.
3 *Sponsus si donauit sponsæ mancipia matris sponsæ, ea consentiente, erunt propria ipsius sponsæ, & illa transmittit ad suos hæredes.*

L. Si consentiente. XIV.

Iidem AA. & CC. *Aureliæ.*

FIlius res matris cum eiusdem consensu sponsæ 1
firmiter donat, & mater frustrà oblato pretio rem suam per filium sponsæ donatam repetit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1 *num.* 1. *suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem* §. 44. *incip. Vnde si frater, num.* 2. vbi tradit in 3
hoc text. haberi quòd si sponsus donauit sponsæ mancipia matris sponsæ, ea consentiente, erunt propria ipsius sponsæ, & illa transmittit ad suos hæredes, Anton. Gomez *l.* 50. *Tauri, num.* 67. *prope finem*, Cald. Pereira *de potestate eligendi, cap.* 12. *num.* 20. *post princip.* vbi ait hîc probari quòd si sponsus sponsæ mancipia matris donauit de ipsius matris assensu, ea mancipia nurui acquiruntur, & ad hæredes eius pertinent, non ad filium, cuius contemplatione mater consensit, & mancipia donauit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à sponso sponsæ, vel è contra, perditur, & retinetur si stat, vel non stat per alterutram desponsatarum personarum, &* n. 2.
3 *Sponsus, vel sponsa licitè recedens à sponsalibus alterius culpa, lucratur integrè sponsalitiam largitatem, recuperátque quam donârat.*
4 *In donationibus factis inter sponsos subintelligitur tacita conditio, si matrimonium sequutum fuerit.*

L. Cùm veterum. XV.

Imp. AVGVST. A. *ad Maximum P.V.*

1 DOnatio facta à sponsò sponsæ, vel contra, perditur, & retinetur si stat, vel non stat per alterutram disponsatarum personarum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l.Hisp.3.tit.11.part.4.vbi gloss.3.* Palat. *in repet.rub.de donat.inter virum & vxor.§.3.num.5.* Conan. *comment.iuris lib.8.cap.2.num.7.* Campeg. *de dote parte 1.quæst.79.* Nouell. *eod.tract.part.6.priuileg.76.num.2.* Anton.Gom. *leg.50.Tauri num.2.* vbi aduertit quòd licèt de iure antiquo Digestorum, & Codicis ante Imp. Constantinum in donationibus inter sponsos factis requireretur expressio conditionis, vel causæ, scilicet quòd fiebat propter matrimonium futurum, aliàs censebatur donatio pura, & simplex & statim valebat, tamen postea per Constantinum nulla requiritur expressio., sed talis donatio simpliciter facta ex ipsa legis dispositione, & ex præsumpta voluntate partium habet in se tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, Matiens. *ad rub.tit.2.gloss.3.n.1.lib.5.noua Recop.* D.Barbos. *in l.si ante 6.num.10. ff.soluto matrimonio.* vbi tenet quòd licèt per hunc text. donationes factæ contemplatione matrimonij, eo non sequuto reuocentur, id tamen non procedere ait in donatione remuneratoria, quæ nunquam reuocatur, quando scilicet clarè constiterit remunerationem fuisse causam principalem huius donationis, & matrimonij spem fuisse causam impulsiuam, Molin. *de iust.tract.2.disp.290. num.1.* Sanchez *de matrimonio lib.6. disp.18.num.3.* vbi ait quòd nullo pacto inter sponsos inito olim reputabatur donatio absoluta, statimque irreuocabilis, & vt censeretur facta sub conditione matrimonij ineundi, oportebat eam conditionem exprimi; quæ quidem conditionis expressio iure nouiori, de quo in hoc text. minimè desideratur, sed ex legis dispositione, præsumptáque contrahentium voluntate tacitè inest, *& disp.19.num.8.* vbi tenet hìc decidi id quod datur à sponso sponsæ, veram donationis rationem habere factæ sub spe, ac tacita conditione futuri matrimonij, *& disp.20.n.2.* vbi quòd sponsalitia largitas habet tacitam conditionem si matrimonium sequatur. Rebell. *de obligat.iustit.p.2. lib.6.q.5.n.2.prope fin.*

3 *Sortiri filium*, &c.] Ergo per sortem, de quo vide Tiraq. *de iure primogen.q.17.opin.1.n.73.*

Quòd si sponsa, &c.] Notatur ad hoc quòd sponsus, aut sponsa licitè à sponsalibus recedens alterius culpa, vt fornicatione, vel profectione in partes longinquas, nec tempore debito redeuntis, lucratur integrè sponsalitiam largitatem sibi donatam, recuperatque quam donaret: vt per Castill. *l.52.Tauri n.5.* Sanch. *d.lib.6.disp.21.n.8.* vbi addit, hunc text. sponsum & sponsam in hoc parificare.

4 In gloss. *Cùm veterum 1.in fine.* ibi, *quod semper præsumitur*, &c. Notatur ad hoc quòd in donationibus inter sponsos factis subintelligitur tacita conditio, si matrimonium sequutum fuerit, vt per D.Barbos. *in d.l.si ante n.10.in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Sponsus si donauit sponsæ mortuæ ante nuptias, resoluitur donatio, nisi oscula intercesserint, &c.n.3.*

2 *Sponso ante nuptias mortuo, sponsa pro osculi premio retinet res sibi à sponso donatas intellige pro dimidia parte, si interuenit osculum, n.49. & cur, n.12. si verò interuenit copula, nihil repetit, sed tota donatio quæritur sponsæ, & hæredibus eius, num.5. si autem donatio fuit facta sponsæ, & matrimonium non sequatur per mortem, tunc indistinctè sponsa, vel hæres eius repetit, modo interueniat osculum, modò non, num.6. si verò non interueniat copula, nihil repetit, sed totum quæritur sponso, n.7. si per casum matrimonium non fuerit contractum, tota donatio reuocatur, & res donatæ redeunt ad sponsum, vel eius hæredes, n.8.*

10 *Osculum interuenire debet postquam sponsi sunt, non verò ante sponsalia.*

11 *Sponsa comparet integram sponsalitiam largitatem matrimonij consummatione.*

13 *Sponsalia si sint nulla, & inualida iuris prohibitione, poterit tunc sponsus indistinctè repetere quod dedit sponsæ.*

14 *Mulieres auarissimæ.*

L. Si à sponso. XVI.

Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hispan.

SI sponsus donauit sponsæ mortuæ ante nuptias 1
celebratas, resoluitur donatio, nisi oscula intercesserint. Mortuo ante nuptias sponso, sponsa pro 2
osculi præmio retinet res sibi à sponso donatas. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 3
munt *l.Hisp.3.tit.11.part.4.vbi gloss.4.* Anton.Gom.
l.50.Tauri num.3. vbi citato hoc text. dicit quòd si 4
donatio fuit facta à sponso sponsæ, eam repetit & recuperat donator, si non interuenit inter eos osculũ,
nec culpa; si verò interuenit osculum, repetit, & recuperat pro dimidia, & alia dimidia remanet penes
sponsam, & eam lucratur: si verò interuenit copula- 5
nihil repetit, nec recuperat donator, sed tota donatio quæritur sponsæ, & hæredibus eius, cùm per copu-
lam sit sequutum & confirmatum matrimonium: si 6
verò donatio fuit facta à sponso sponsæ, & matrimonium non sequatur per mortem, tunc indistinctè
sponsa, vel hæres eius repetit, & recuperat, modò in- 7
teruenìat osculum, modò non; si verò non interueniat copula, nihil repetit, nec recuperat; sed totum quæritur sponso, quia sequutum est matrimonium, & verificata est conditio, quæ inest in ista donatione, idem Anton.Gom. *eadem l.50.n.6.* Palat. *in repet.
rubr. de donat. inter virum & vxorem. §.3.n.5. vers.* 8
si autem, vbi tenet per hunc text. quòd si per casum matrimonium non fuerit contractum, vtputà per mortem alterius sponsi, vel vtriusque, vel propter consanguinitatem, seu affinitatem, vel aliàs, siquidem sponsus fecit dictam donationem, & non interuenit osculum, tota donatio reuocatur, & res dona-
tæ redeunt ad sponsum, vel eius hæredes: si autem 9
osculum interuenit, resoluitur donatio pro parte dimidia tantùm, id est, medietas rerum donatarum remanet cum sponsa, vel hæredibus suis, alia verò medietas redit ad sponsum, vel ad suos hæredes. Couarr. *de sponsalibus, part.2.c.2.§.2.n.11.* Vincent. de Franchis *p.2. decis.503. à n.7.* vbi diuersitatis rationem assignat, quia ex osculo viri vir capit gaudium, & sponsa verecundiam, & *num.9.* addit hunc textum loqui quoad donata per sponsum, non autem per socrum, vel alios consanguineos, Milla *ad Capyc.decis.65.num.4.* vbi refert fuisse decisum in sacro Consilio quòd medietas antefati debeatur mulie-

mulieri, quæ fuit osculata per procuratorem à viro constitutum ad hunc actum, sed si pacto conuentum fuisset vt pro osculo aliqui certum debeatur, debet integrè solui promissum, Thor. *in compend. decis. in verbo donatina, fol. 367. col. 2. in princip.* D. Barbos. *in l. quæ dotis, num. 85. versic. denique ex prædictis, ff. soluto matrimonio,* vbi disputat an *l. 52. Tauri,* desumpta ex hoc text. sit indistinctè intelligenda de vestibus pretiosis & sactiuis, an verò debeat recipere interpretationem à iure communi, vt intelligatur de vestibus quotidianis. latè Gutier. *practic. lib. 2. quæst. 44. per tot.* vbi disputat an *d. l. 52. Tauri,* hodie. *l. 4. tit. 2. lib. 4. nona Recopilat.* habeat locum quando osculum, vel culpa præuenit donationem iocalium. vbi *num. 9.* post Palat. *in d. l. 52. Tauri num. 13.* Auendan. *de exequend. mand. 11. part. 1. cap. 15. num. 3.* Matiens. *d. l. 4. gloss. 4. num. 2. tit. 2. cap. 5.* per hunc textum resoluit quòd sponsus osculo interueniente non lucratur dimidiam partem rerum à sponsa donatarum, sed potiùs soluto matrimonio res donatæ à sponsa sponso integræ ad eam reuertuntur, nisi copula interuenerit: ea enim interueniente cooscitmatur donatio per conditionis adimplementum. Bernard. Græuæ *ad practic. Cameræ Imper. p. 2. concl. 91. consid. 1.*

10 *Rebus sponsa donatis interueniente osculo,* &c.] Ergo osculum debet interuenire postquam sponsilone, non verò ante sponsalia, quia tunc per illud nihil lucraretur sponsa, vt per Matiens. *dict. l. 4. gloss. 3. num. 3.* Gutier. *dict. quæst. 44. num. 7.* D. Barbos. *in rubric. ff. soluto matrimonio, part. 2. num. 2. n. 108.* Sanchez *de matrim. lib. 6. disput. 18. num. 6.* vbi *num. 7.* resoluit si sponsalia sint conditionalia per osculum datum ante conditionis euentum nihil lucrari sponsam, & *num. 8.* addit quòd si post sponsalia solus amplexus absque osculo, & copula intercedat, nihil comparabit sponsa, & *num. 11.* tenet huius legis dispositionem procedere in foro conscientiæ, itant sponsa acquirens ob causas, in hac & aliis similibus legibus definitas, tuta coosciencia ea retinet, & antea *n. 5.* tradit quòd siue osculum præcedat, siue sequatur huiusmodi donationem, modò post inita sponsalia accedat osculum, comparet sponsa medietatem iocaliom.

11 *Ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit,* &c.] Notatur ad hoc quòd sponsa comparet integram sponsalitiam largitatem matrimonij consummatione, vt per *l. Hispan. 3. tit. 11. part. 4. vers. si muriesse ella,* &c. & *l. 4. tit. 2. lib. 5. nona Recopilat.* ibi, *però si qualquier dellos.* Sanchez *dict. lib. 6. disput. 19. à n. 1.* vbi *num. 2.* tradit minimè desiderari traductionem sponsæ ad sponsi domum, & *num. 3.* resoluit per matrimonium ratum, non sequuto osculo mihi lucrari sponsam, si tunc dissolueretur morte, vel alio modo absque culpa, purà professione Religionis, & *num. 7.* tenet matrimonij consummatione lucrari sponsam integra iocalia sibi à sponso de futuro donata, & *disp. 23. à n. 1.* disputat an possit donari sponsalitia largitas inter sponsos de præsenti; matrimonio nondum consummato.

12 In gloss. *Osculo* 1. ibi, *quòd mulier dicitur dare, non accipere, & gratia viri, non mulieris interuenit.* Hæc gloss. assignat rationem per quam sponsa lucratur dimidiam partem huius donationis per osculum, sponsus verò nihil, quia semper sponsa videtur osculum dare, & non accipere, & ideo ipsa sola præmiatur; aliam assignat Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri num. 3. vers. pulchrum,* quia scilicet sponsus per osculum aliquid acquirit, & in nullo grauatur, immo consequitur gaudium, & lætitiam, sponsa verò per osculum aliquid amittit, quia incurrit ruborem, & verecundiam, & adhuc aliquam diminutionem honestatis; & si fortè sponsus decederet, non ita faciliter inueniret alium cui nubere possit, vnde in recompensam illud lucratur.

In gloss. *Non interueniente, pen.* ibi, *matrimonio non sequuto iuris prohibitione.* Notatur ad hoc quòd si sponsalia sint nulla & inualida iuris prohibitione, non habet locum ista lex, & eius dispositio, sed sponsus poterit tunc indistinctè repetere quod dedit, & tradidit sponsæ, modò interueniat osculum, vel copula, modò non, vt per Anton. Gom. *dict. l. 50. Tauri num. 7. in princip. & num. 56. col. 2. vers. tertiò infertur,* Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum & vxorem §. 3. prope fin.* D. Barbos. *inter virum & vxorem §. 3. prope fin.* D. Barbos. *in l. si cum dotem, §. fin. num. 16. ff. soluto matrimonio.* 13

In gloss. *Raro accidit, fir.* ibi, *auarissimum enim genus est mulierum.* Ita Tiraquell. *l. 9. connub. gloss. 1. part. 9. num. 43. & 176.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuention. tom. 2. lib. 13. tit. 16. num. 3. & tit. 17. num. 1.* 14

SVMMARIVM.

1 *Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate quondam insinuatione non indigebat.*

2 *Donatio facta contemplatione matrimonij insinuatione non indiget, nec facta pro puella maritanda, num. 3. intelligo vt num. 4.*

5 *Insinuationes, & cætera notificationes fieri præcipiuntur apud acta.*

L. Minoribus ætate. XVII.

Impp. Theod. & Valent. AA. *Hiero P. P.*

DOnatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate, quondam iosinuatione non indigebat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Nota donationem factam contemplatione matrimonij insinuatione non indigere. Martin. Monter à Cueua *Aragonia decis. 10.* sicut & factam pro puella maritanda. Marc. Anton. de Amatis *Marchia decis. 42. vel causa dotis.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxorem §. 82. num. 2.* vbi intelligit quando donatio ex causa dotis fit à patre, vel ab extraneo, & sic à personis permissis, & non quando fit donatio ex causa dotis per maritum prohibita. Duen. *regul. 224. limit. 5. & 9.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 62. versic. infertur 31.* Auendan. *ad leg. 44. Tauri, gloss. 16. num. 6.* Gam. *Lusitan. decis. 120.* Matiens. *leg. 7. gloss. 6. num. 13. tit. 10. libr. 5. nona Recopilat.* Surd. *de aliment. titul. 8. priuileg. 72. num. 9. & cons. 361.* D. Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. part. 7. num. 42.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo donatio, num. 10. in fine, & num. 11.* Rebell. *de obligat. instit. part. 1. lib. 18. quæst. 6. num. 6.* Cabed. *Lusit. dec. 135. num. 6. part. 1.* Cardin. Mantic. *de tacitis, lib. 10. tit. 5. num. 18.* 2 3 4

Etiam actorum testificatione, &c.] Notatur ad hoc quòd insinuationes, & cæteræ notificationes fieri præcipiuntur nòn actuariis, siue graphariis, sed actis id fieri necesse est, vt per Tiraquell. *de retractu lign. §. 26. gloss. 2. num. 43.* vbi *n. 44.* subdit hanc notificationē præcipi fieri apud acta, vt per illam res inual- 5

getur, patefiat, innotescat, & veluti in propatulo, & publico ponatur.

SVMMARIVM.

1 *quod Dotis, aut donationis propter nuptias contemplatione rediit ad alterum ex coniugibus, id liberis prioris matrimonij de necessitate non est reseruatum.*
2 *Dispositio imponens mulieri secundò nubenti perditionem eorum, quæ à primo viro est consequuta, non vendicat sibi locum in acquisitis titulo oneroso.*
3 *Vxor potest omnia bona in dotem dare secundo viro.*

L. Si liberis. XVIII.

Imp. ZENO A. *Sebastiano P.P.*

1 QVod ad alterum ex coniugibus intuitu dotis, aut donationis propter nuptias rediit, id liberis prioris matrimonij de necessitate non est reseruatum, nec obligatum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd dispositio imponens mulieri secundò nubenti perditionem eorum, quæ à primo viro consequuta est, non vendicat sibi locum in acquisitis titulo oneroso, vt per Palat. *in repetit.rubric.de donat. inter virum & vxorem*, §.50. *num.* 35.

3 Notatur etiam ad hoc quòd vxor potest omnia bona in dotem dare secundo viro, vt per Boër. *decis.* 201. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Dos & donatio propter nuptias constante matrimonio augeri possunt, &* num.4.
2 *Dote constituta sine donatione propter nuptias, licitum est constante matrimonio ob dotem auctam, donationem propter nuptias adhuc constituere.*
3 *Hypothecæ oblatio non retrotrahitur in augmentis.*
5 *Donatio propter nuptias potest fieri constante matrimonio.*
6 *Quando ex Contractu contrahentium, vel ex occasione contractus per dispositionem legalem est alicui tertio ius quæsitum re, vel spe ab isto contractu, non potest recedi in præiudicium iuris tertij, nisi illo consentiente.*
7 *Dotis augmentum gaudet eodem priuilegio ac dos ipsa.*
8 *Hypotheca tacita bene competit mulieri pro donatione ante nuptias, vel propter nuptias, non tamen ius prælationis.*
9 *Donatio inter virum & vxorem valida, si constante matrimonio vir remittat vxori promissam dotem, vel eius partem, potest autem maritus dotem promissam in fauorem vxoris remittere quocunque tempore,* num.10.
11 *Ius mihi spe tantùm per te quæsitum ex iuris dispositione, non potest per te mihi auferri.*

L. Si constante. XIX.

Imp. IVSTIN. A. *Archelao P.P.*

DOs & donatio propter nuptias constante ma- 1
trimonio augeri possunt. Dote constituta sine 2
donatione propter nuptias licitum est constante matrimonio ob dotem auctam, donationem propter
nuptias adhuc constituere. Hypothecæ oblatio in 3
augmentis non retrotrahitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1. supra hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol. 51. verso.*

Hanc eandem conclusionem quoad primam eius 4
partem ex hoc desumunt *l. Hispan.1. in fine, tit.11. par.4.* ibi, *Et si por auentura despues que el matrimonio fue acabado, el marido quisiere crecer la donacion a la muger, o la muger la dote al marido, pueden lo fazer egualmente,* vbi Gregor. Lopez *gloss.12. & 13.* Cou. *in cap. officij, num.10. de testam.* Alba *consil.52. n.2.* Surd. *consil.119. num.10. & de alimentis tit.9. qu.6. num.12. in princ.* Bald. Nouell. *in tract. de dote, par.6. spec.14. num.2.* Harman. Harmanni *in pract. Cameræ Imper. obseruat. lib.2. tit.35. obseru.9. num.8.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab.3. §.12. num.8. in fine.* ibi, *cùm constante matrimonio possit dos augeri,* Sanchez *de matrim. lib.6. disp.7. num.1.*

Notatur ad hoc quòd donatio propter nuptias 5
constante matrimonio fieri potest, vt per Gutier. *practic. lib.3. q.43. à n.5.*

Notatur etiam ad hoc quòd quando ex contractu 6
contrahentium, vel ex occasione contractus per dispositionem legalem est alicui tertio ius quæsitum re, vel spe, ab isto contractu non potest recedi in præiudicium illius tertij, cui erat ius quæsitum, nisi illo consentiente, vt ex Bald. *hîc* colligit Roder. Xuar. *alleg.19. n.5. & in repet. l. quoniam in prioribus, in declarat. leg. Regni q.8. n.5. pag. mihi* 557.

Augenda dotis, &c.] Notatur ad hoc quòd aug- 7
mentum dotis gaudet eodem priuilegio ac dos ipsa, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. verbo donatione largitus, num.226. & de retractu lign. §.1. gloss.18. n.51.*

Iura etiam hypothecarũ, &c.] Notatur ad hoc quod 8
tacita hypotheca bene competit mulieri pro donatione ante nuptias, vel propter nuptias, non tamen competit ius prælationis, vt per Anton. Gom. *l.50. Tauri, n.41. in princ.* vbi rationem assignat, quia in dote mulier tractat de damno euitando; in istis verò donationibus tractat de lucro captando.

Sed & si à contrario maritus, &c.] Notatur ad hoc 9
quòd valet donatio inter virum & vxorem, si vir constante matrimonio remittat vxori promissam dotem, vel partem eius, vt per Syluest. *in sum. verb.*
donatio 2. q.3. Nauarr. *in man. cap.17. num.149.* San- 10
chez *d. lib.6. de matrim. disp.3. num.10.* Vnde alij ex hoc text. colligunt posse maritum dotem promissam remittere in fauorem vxoris quocunque tempore, vt per Roman. *singul.605.* aliàs 599. Boër. *dec.22. n.12.* Tiraquel. *de retract. tit.2. ad fin. num.59. & 60.* quos refert D. Barbos. *in l.2. in princ. part.2. n.18. ff. solut. matrim.* iuxta intellectum, quem secundo loco assignat gloss. *hoc verbo firma.* Sed eo tep robato, atque aliis à Doctoribus vulgò adduci solitãs, D. Barbos. *citato loco,* firmat quòd text. *in præsenti,* pariter procedat in dote data & promissa ex ea ratione, quia in principio huius text. permissum erat etiam constante matrimonio dotem augeri posse, & donationem propter nuptias; ex qua permissione maiorem vtilitatem

conse

conſequebatur maritus quia augmenti dotis lucratur fructus, *l. pro oneribus. C. de iure dotium.* augmenti autem donationis propter nuptias mulier fructus non conſequebatur, *gloſſ.* 1. *auth. dos data, C. hoc eod. tit.* vnde vt quaſi compenſatio huius oneris induceretur, & vt grauatus in vno, in alio releuaretur, inductum fuit dotem minui poſſe conſtante matrimonio, quamuis ex huiuſmodi diminutione mulier maiorem vtilitatem conſequeretur, quàm maritus.

11 *Exceptis videlicet his caſibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd ius mihi ſpe tantum per te quæſitum ex iuris diſpoſitione non poteſt per te mihi auferri, vt per Tiraquel. *de iure mariti, gloſſ.* 2. *num.* 39. *& de retractu conuent.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 12. *& ſeq.* Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri num.* 24. *verſ. quintus, & l.* 40. *r.* 30. *col.* 2. Cald. Pereira *in reſponſo pro Societate* IESVS, *num.* 5.

Ne quid aduersùs filios prioris matrimonij machinari, &c.] Vide Boër. *deciſ.* 185. *num.* 23. *& deciſ.* 201. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Dos aucta, donationis propter nuptias incrementum æquale ſine præiudicio priorum creditorum requirit, &* num. 2.

3 *Confeſſio mariti de aliquo augmento dotis facto ab vxore conſtante matrimonio non probat aliquo modo in præiudicium creditorum mariti, licèt probet in præiudicium ipſius mariti confitentis, &* num. 4.

5 *Fraus poteſt fieri etiam reſpectu creditorum futurorum.*

6 *Augmentum non ſortitur naturam principalis, cùm eſt præſumptio fraudis aduersùs tertium.*

AVTH. Sediam.

1 DOs aucta donationis propter nuptias incrementum æquale ſine præiudicio priorum creditorum requirit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp.* 1. *tit.* 11. *part.* 4. *vbi gloſſ.* 10. Boër. *deciſ.* 330. *num.* 3. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri n.* 86. *verſ. ſe-*
3 *ptima*, vbi in hoc text. haberi ait quòd confeſſio mariti, imò vera probatio de aliquo augmento dotis facto ab vxore conſtante matrimonio non probat aliquo modo in præiudicium creditorum mariti, licèt probet in præiudicium ipſius mariti confitentis. *& l.* 50. *num.* 52. *in fine*, Couar. *lib.* 1. *c.* 7. *num.* 6. *verſ. in contrarium*, vbi dicit in hoc text. ſtatutum eſſe ſemel dote conſtituta confeſſionem augmenti dotalis à marito factam, in rebúſque mobilibus conſtitutam, creditoribus non nocere; at *in verſ. quòd propterea*, ſubdit ob id quòd matrimonia non ſolent contrahi ſine dote, in conſtitutione dotis non eſſe ita facilem fraudis ſuſpicionem, ſicut in dotis ſemel conſtitutæ augmento, D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrim. part.* 6. *n.* 38. vbi ait textum in præſenti agere de augmento dotis, non autem de dotis promiſſione, vbi *num.* 40. reſoluit in augmento dotis præſumptionem huius text. tantùm prodeſſe creditoribus antiquioribus, non autem illis, qui poſt confeſſionem augmenti dotis inceperunt eſſe creditores, & *n.* 40. poſt Cou. *dict. cap.* 7. *ad fin.* tenet quòd ſi augmentum fiat in rebus immobilibus, ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 10. *n.* 15.

4 In gloſſ. *Suſpicio.* ibi, *ſed certè eadem fraus aduerſùs ſequentes*, &c. Notatur ad hoc quòd confeſſio de dote recepta conſtante matrimonio nullatenus præiudicat creditoribus præſentibus, & futuris, vt per Viui. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 5. *tit.* 22. *num.* 127. *pag.* 752.

Notatur etiam ad hoc quòd fraus poteſt fieri etiam reſpectu creditorum futurorum, vt per Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de iure dot. reſolut.* 7. *num.* 16. *verſ. hæc concluſio, in fine*, vbi dicit hanc gloſſ. ſingularem. 5

Notatur etiam ad hoc quòd augmentum non ſortitur naturam principalis cùm eſt præſumptio fraudis aduersùs tertium, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 18. *num.* 58. 6

SVMMARIVM.

1 *Donatio ante nuptias, hodie propter nuptias dicitur, &* num. 4. *vel propter dotem*, num. 5.

2 *Dos non conſiſtit ſine matrimonio matrimonium autem conſiſtit ſine dote*, num. 6.

3 *Donatio propter nuptias eſt donatio ob cauſam.*

7 *Inſinuationes, & cætera notificationes actus fieri neceſſe eſt.*

8 *Mulieres fragiles.*

9 *Donatio ante, vel propter nuptias quæ.*

10 *Dos dicitur donatio.*

11 *Pactum appoſitum in dote tacitè videtur per partes repetitum in donatione ante, vel propter nuptias.*

12 *Donatio ante, vel propter nuptias in eadem quantitatè fieri debet, in qua dos fuit conſtituta.*

13 *Antipherna, quaſi contra dotem, vel in recompenſam eius datio. ſunt bona, quæ à marito viciſſim loco dotis afferuntur in matrimonium*, n. 14.

15 *Donatio facta à patre cauſa dotis, non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam, nec reuocantur per natiuitatem ſequentium liberorum*, n. 16.

17 *Cauſa eſt cauſa cauſati. intellige vt* n. 18.

19 *Cauſæ & cauſati idem eſt iudicium, & regulatur cauſatum ſecundùm naturam cauſantis.*

L. Cùm multæ. XX. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Ioanni P.P.*

DOnatio ante nuptias hodie dicitur donatio propter nuptias. Dos ſine matrimonio non conſiſtit. Donatio propter nuptias eſt donatio ob cauſam. Colligunt Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 1 2 3

Vide Palac. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor.* §. 12. *num.* 1. vbi per hunc text. tenet quòd quià fiunt iſtæ donationes, non ſolùm ante matrimonium, ſed etiam pòſt, appellantur donationes propter nuptias, quòd vtroque caſu fiunt propter matrimonium. idem tradit Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure, part.* 1. *cap.* 11. *num.* 76. *verſ. cùm igitur.* 4

Notatur hic text. ad hoc quòd donatio ante nuptias hodie appellatur propter nuptias, vel propter dotem, §. *eſt & aliud, Inſtit. de donat.* Valaſc. *de partition. cap.* 13. *num.* 41. fuit enim inuenta hæc donatio ad ſimilitudinem, ſeu correſpondentiam dotis; nam ſicut pro oneribus matrimonij ab vxore marito datur, ita & hæc donatio à marito vxori, & ideo *antidora*, id eſt, contra dotem donatio dicitur. Alciat. *li.* 1. *diſpunct. verbo Antidora*, vel doni redditio, ſecũdùm Caluin. *in ſuo Lexic. iurid. verbo Antidorum:* vnde ſicut dominium dotis in maritum, ita & huius donationis in vxorem tranſit, *auth. promiſſa, infr. hoc eod. tit.* 5 6

tit. Item sicut soluto matrimonio dos ad vxorem, ita hæc donatio ad maritum redit, gloss. recepta *in auth. dos data, infr. hoc eod. tit.* Item sicut pater tenetur dare dotem pro filia, ita & hanc donationem pro filio. *l. pen. C. de dotis promiss.* Cætera de hac donatione vide per Cuiac. *lib. 5. obseru. 4. ad fin.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri ex num 9.* Corras. *in l. filium quem habentem num. 119. ff. famil. hercisc.* Duaren. *ad tit. soluto matrim. sub tit. de donat. propter nupt.* Tell. *l. 29. Tauri ex num. 5. & l. 21. ex num. 24.* Clar. *§. donatio quæst. 11.* Menoch. *remed. 15. recup. num. 167.* Couar. *de sponsalib. part. 2. cap. 3. §. 7. num. vlt.* Auendan. *ad l. 29. Tauri gloss. 2.* Gutter. *pract. lib. 3. q. 43.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 1. num. 1.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 290. ad fin.* Bened. Ægid. *d. cap. 11. num. 76. cum seqq.* secundùm quos donatio hæc iam hodie non est in vsu, & præcipuè Anton. Gom. *vbi suprà n. 11.* Boër. *decis. 22. num. 20.* Roder. Xuar. *in tit. de arrhis num. 3.*

6 Notatur etiam ad hoc quòd licèt dos sine matrimonio non consistat, matrimonium autem sine dote consistere potest, vt per D. Barbos. *in l. 1. part. 3. n. 48. in medio, ff. soluto matrim.* Blasi. Robles Salzed. *in tract. de repræsentat. lib. 2. cap. 12. num. 44. in fine, & num. 33.* cum aliis citatis *in l. Imperialis 23. in fine, C. de nupt.*

7 *Actis interuenientibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd insinuationes, & cæteræ notificationes actis fieri necesse est, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 36. gloss. 2. num. 43. cum seqq.*

8 *Fragilitatem sexus*, &c.] Notatur ad hoc quòd mulieres dicuntur fragiles, vt per Tiraq. *ad l. 1. connub. gloss. 1. part. 1. num. 71.*

9 *Sicut enim dos propter nuptias*, &c.] Ergo donatio hæc ante, vel propter nuptias est illa, quam maritus pater, vel alius pro eo expressa facit vxori propter matrimonium in recompensam dotis, & eius maiorem cautelam, & securitatem, quæ efficitur vxoris constante matrimonio, & eo soluto reuertitur ad maritum, vt per Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 9. in princip.*

10 *Propter dotis donationem*] Ergo dos dicitur donatio, vt per Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri num. 10. in princip.*

11 *Re ipsa videatur hoc esse pactum*, &c.] Notatur ad hoc quòd pactum appositum in dote tacitè videtur per partes repetitum in donatione ante nuptias, vel propter nuptias, vt per Anton. Gom. *dict. l. 5. Tauri n. 10. vers. sexto.*

12 *Ita tamen vt dotis quantitatem non excedant*, &c.] Notatur ad hoc quòd in eadem quantitate, in qua fuit dos constituta, in eadem debet fieri ista donatio ante nuptias, vel propter nuptias, & non in maiori, vt per Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri num. 10. vers. decimo.*

13 In Gloss. *Antipherna*. ibi, *contra dotem*, &c. Notatur ad hoc quòd antipherna dicitur quasi contra dotem, vel in recompensam eius datio, vt per Anton Gom. *d. l. 50. Tauri num. 9.* & Caluin. *in suo lexic.*
14 *iuridico, verbo Antipherna*, dicit quòd sunt bona, quæ à marito vicissim loco dotis afferuntur in matrimonium. Bocer. *in comment. de donat. cap. 10. n. 7. in 2. edit.*

15 In gloss. *Antiqui iuris*. ibi, *alia ob causam, sicut est dos, & hæc donatio.* Notatur ad hoc quòd donatio facta à patre causa dotis, non est mera, aut simplex donatio, sed ob causam, vt per Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 11. cap. 22. quæst. 1.* Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. verbo donatione largitus, n. 244.* vbi infert eam non reuocari per natiuitatem sequentium liberorum, de quo etiam Flores *ad Gom. decis. 311. dicto vndecimo*, D. Barbos. *in l. 2. in princ. part. 1. num. 165. ff. soluto matrim.*

In gloss. *Nuptiis*. ibi, *quia nuptiæ sunt causa cau- 17*
sans, sed dos est causa causati, &c. Notatur ad hoc
quòd causa causæ est causa causati, vt per Surd. *de*
aliment. tit. 1. quæst. 42. num. 49. & cons. 196. n. 13. &
cons. 407. num. 34. Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 1.*
lit. C. conclus. 138. Franch. Molin. *de ritu nupt. lib. 3.*
q. 34. num. 26. quos refero *de Axiomat. iuris vsufreq.*
axiom. 30. num. 24. vbi intelligo *num. 25.* si causa est 18
proxima, quæ attenditur, non autem si est remota, & 19
num. 26. quòd causæ & causati idem est iudicium, &
quod regulatur causatum secundùm naturam causæ
causantis.

SVMMARIVM.

1 *pro Donatione propter nuptias competit mulieri actio in rem.*
2 *Dotis causa, & ad dotis quantitatem durante coniugio, maritus vxori constante matrimonio donare potest.*
3 *Dotis & donationis propter nuptias æqualitas seruanda.*
4 *durante Matrimonio, si maritus est diues, vxor ab eo non vendicat.*
5 *Donationis propter nuptias cum dote conuenientia & differentia plurima, remissiuè.*
6 *in Donatione propter nuptias tradita locum habent, etiam in datione arrharum.*
7 *dominium Donationum propter nuptias transire in vxorem constante matrimonio.*

AVTH. Permissa.

PRo donatione propter nuptias competit in rem 1
actio mulieri. Dotis causa, & ad dotis quanti- 2
tatem durante coniugio maritus vxori constante
matrimonio donare potest. Item dotis, & dona- 3
tionis propter nuptias æqualitas seruetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd si matrimonium durat, & 4
maritus est diues, & soluendo, vxor non vendicat ab
eo, vt per Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 10. vers. quarto conueniunt.* quo loci & *num. seq.* tradit conuenien- 5
tias plures & differentias, quas habet donatio propter nuptias cum dote. Et quòd tradita in donatione 6
propter nuptias habeant etiam locum in arrharum
datione, dicit Greg. Lop. *l. 1. gloss. 4. verbo en España*
tit. 11. part. 4. vbi *in fine* per hunc text. tenet domi- 7
nium donationum propter nuptias transire in vxorem constante matrimonio, de quo etiam Valasc. *de partition. c. 13. n. 42. prope fin.*

SVMMARIVM.

1 *Dos data, aut oblata, & deposita, licèt maritus eam non acceperit, meretur propter nuptias donationem æqualem.*
2 *Donatio propter nuptias facta constante matrimonio, non abhorret insinuationem.*
3 *Auth. quòd fiat contra dos, seu donatio propter nuptias vxori, hodie non est in vsu.*
4 *Dos cum data est, meretur istam donationem propter nuptias coæqualem sibi in quantitate, & quotitate, & pactis, &c.*

5 *Donatio*

5 *Donatio propter nuptias est necessaria & præcisa, at necessitas ista consuetudine abrogata, plerumque arrharum necessitas etiam vsu est sublata.*
6 *Dos si fuerit promissa soluenda ad certum tempus, & eo tempore pendente maritus moriatur, poterit nihilominus vidua consequi donationem propter nuptias.*
7 *Donatio propter nuptias necessariò constitui debet, poteritque mulier, ante contractum matrimonium, siue eo constante, condictione ex hac lege compellere maritum vt donationem propter nuptias constituat. Ampliatur in marito minore, num. 7.*
9 *Dos promissa data censetur.*
10 *Donatio propter nuptias non debetur dote non soluta.*
11 *Dos antequam soluatur, dominus dicitur.*
12 *Res mobilis vbi debetur, tunc vt quis liberetur, oportet eam offerri realiter, simul & deponi, & consignari.*
13 *Dos si non donetur viro per dilationem, denegatur etiam donatio.*
14 *Matrimonio dissoluto, si mulier petat vt sibi constituatur donatio, non esset audienda.*

AVTH. Dos data.

1 DOs data, aut oblata, & deposita, licèt maritus eam non acceperit, meretur propter nuptias
2 donationem quantitate æqualem. Item donatio propter nuptias constante matrimonio facta insinuationem non abhorret. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hispan.1.tit.11.part.4. vbi gloss.10.* Clar. *§.donatio quæst.11.num.1.* Alex. Trentacinq. *variar.lib.3.tit.de*
3 *matrim.resol.3.num.*4. vbi quòd hodie dispositio huius authent. non est in vsu, id est, quòd fiat contra dos, siue donatio propter nuptias vxori. Valasc. *de*
4 *partition. cap.13.num.42.* vbi citato hoc text. dicit quòd dos cùm data est, meretur istam donationem propter nuptias coæqualem sibi in quantitate, & quotitate, & pactis, & quòd si mulier dotem non dedit, sed promisit tantùm, & per eam non steterit tradere, quia offert eam, deponit, & consignat, etiam meretur donationem propter nuptias, secus si differat dotis præstationem. Gutier. *pract. lib.3. quæst.43.*
5 *num.11.* vbi tradit per hunc text. donationem propter nuptias esse necessariam & præcisam: aduertitque eam necessitatem consuetudine abrogatam esse, proindéque arrharum necessitatem vsu etiam sublatam esse, cùm earum promissio ex vrbanitate potius, quàm ex obligatione procederet. Vezin. *tom.1.commun.opin.lib.5.tit.6. num.20. pag.720.* vbi resoluit
6 quòd si dos fuerit promissa soluenda ad certum tempus, & eo tempore pendente maritus moriatur, poterit nihilominus mulier vidua consequi donationem propter nuptias, & non habet locum text. *in præsenti.*

7 Notari solet hic text. ad hoc quòd donatio propter nuptias necessariò constitui debet per maritum, poteritque mulier ante contractum matrimonium, sine eo constante, condictione ex hac lege compellere maritum vt donationem propter nuptias constituat, ita Affl.ct. *decis.242.num.1.* Grammat. *dec.97. num.4.* Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto num.92. in fin.* Gutier. *de tutel. part.2.c.5.num.54.* vbi ampliat in marito minore, Menoch. *remed.15. recuper.num.165.* Castill. *controuers.lib.1.de vsufructu c.45.n.11.* D. Barbos. *in l. si constante, in princ. num.127. vers. & retenta hac opinione, ff. soluto matrim.* Sed in hac 8
parte huius text. decisio in vsu non est, nec in obseruantia, nec maritus compellitur dare donationem propter nuptias, & sic hodie ex voluntate constituuntur donationes illæ, non tamen ad eas constituendas aliqua lege compellitur, vt ex aliis aduertit Tell. Fernandez *l.16. Tauri num.6.* nec leges huius Regni contrarium disponunt, sed præsupposita maritorum voluntate taxant quantitatem, quam arrharum promissio excedere non possit, vt optimè resoluit D. Barbos. *in l. si cùm dotem §. si pater, num.11. in fine, ff. soluto matr.*

Notatur etiam ad hoc quòd dos promissa data 9
censetur, vt per Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit. n.32.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.14.n.9. vers. dosque promissa.*

Notatur etiam ad hoc quòd donatio propter nu- 10
ptias non debetur non soluta dote, vt per Afflict. *decis.242.* Surd. *de aliment. tit.1.quæst.42.num.56. cum seqq.* quia eo ipso quòd dos soluta est, etiam donatio propter nuptias constituta dicitur, vt citato hoc text. tenet Menoch. *remed.3. adipisc. n.67. in princ.* Et sicut feudum in dotem dari potest sine licentia domini, ita & donatio propter nuptias, ex Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §.13.n.1. & 3.*

Dotem soluere, &c.] Ergo antequam soluat, domi- 11
nus dicitur, de quo Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. n.32.*

Cúmque si res mobilis signaculo, &c.] Notatur ad 12
hoc quòd vbi res mobilis debetur, tunc vt quis liberetur, oportet eam offerri realiter simul & deponi, & consignari, vt per D. Barbos. *in l. si mora 10. n.50. ff. soluto matr.* vbi declarat.

At si per dilationem, &c.] Notatur ad hoc quòd 13
si per dilationem dos viro non donetur, etiam donatio prorsus denegatur, vt per Valasc. *consult.3. num.4.* vbi subdit textum loqui data mora formali in dote soluenda; & hinc sequi à contrario sensu ait quòd si dos dilata non sit, & sic cesset mora in dando, non erat donatio propter nuptias deneganda.

In gloss. *Exactio.* ibi, *sed facto diuortio petit eam* 14
constitui, &c. Notatur ad hoc quòd si matrimonio dissoluto petat mulier vt donatio sibi constituatur, ad hoc vt ipsa tantum lucretur de donatione, quantum vir debebat lucrari de dote, si mulier in matrimonio decessisset, ex pacto de dote lucranda, non esset audienda, & imputet sibi mulier, quia hoc constante matrimonio fieri non petiit, vt per Palat *in repet. rub. §.18.* Clar. *in §. donatio quæst.11.n.2.* vbi si donatio propter nuptias non fuit petita constitui constante matrimonio, non potest postea soluto matrimonio peti. Afflict. *decis.232.n.1.* Grammat. *decis.97.n.4.* Menoch. *remed.15. recup. n.166. & remed.3. adipisc. n.67.* D. Barbos. *in l. si constante 15. in princip. num.127. vers. & retenta, ff. soluto matr.* vbi aduertit in hoc text. tantùm probari quòd maritus compelli potest donationem similis quantitatis constituere, siue ante matrimonium, siue eo constante, itaut soluto iam matrimonio vxor negligens id prætendere minimè possit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias est contractus specialis, nec insinuationem desiderat.*
2 *Sponsalitiam largitatem non insinuatam vir nulla actione repetit.*

3 *Dona*

3 *Donationem propter nuptias collatam in primam coniugem pater secundam uxorem ducens liberis prioris matrimonij non reseruat, reseruat autem dotem prioris coniugis liberis primi matrimonij.*

4 *in Donatione propter nuptias olim insinuatio erat necessaria; sed quia non est propriè donatio, sed ob causam, constitutum postea vt insinuatione non indigeat. Sancitum etiam quòd si interueniat pactum de lucranda donatione ex parte mulieris, vir dotem lucraretur ex pacto,* num. 5.

6 *Donatio propter nuptias si fit per ipsum maritum, &c. tunc non requiritur insinuatio fauore vxoris, secus si fiat à patre filio vxorem ducenti, vel ab alio,* num. 7.

AVTH. Eò decursum.

1 DOnatio propter nuptias specialis est contra-
2 ctus, nec insinuationem desiderat. Sponsalitiam largitatem non insinuatam vir nulla actione
3 repetit. Donationem propter nuptias collatam in primam coniugem pater secundam vxorem ducens liberis prioris matrimonij non reseruat, dotem autem prioris coniugis liberis primi matrimonij reseruat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

4 Aduerte quòd in donatione propter nuptias olim erat necessaria insinuatio, ex *l. cum multa, sup. hoc eod. tit.* sed quia non est propriè donatio, sed ob causam, postea constitutum fuit vt insinuatione non indigeat, vt *in auth. vt spons. larg. spec. sit contractus, in princ.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 11. cap. 12. quæst. 4.*

5 Verùm sancitum est etiam quòd si interueniat pactum de lucranda donatione ex parte mulieris, & de lucranda dote ex parte viri, siquidem insinuatio fuerit adhibita, vir ex pacto possit dotem lucrari: si verò insinuatio non sit adhibita, vxor quidem ex pacto possit donationem propter nuptias lucrari, sed vir dotem lucrari non possit, vt per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. lib. 10. tit. 2. n. 13. & titul. 5. n. 28.* Et de donationibus causa dotis factis quòd non egeant insinuatione, vide citatos *in coll. ad l. minoribus 17. sup. hoc eod.*

6 Valasc. *de partit. cap. 15. num. 42.* hac in re tenet quòd quando donatio propter nuptias fit per ipsum maritum, vel alium ex parte, & contemplatione mariti ipsi vxori, tunc quia censetur sponsalitia largitas, & tractatur de lucro vxoris; non requiritur insinuatio fauore vxoris, quo casu procedit text. *in præ-*
7 *senti*; secus autem si talis donatio fiat à patre filio vxorem ducenti, vel ab alio, quia tunc requiritur insinuatio. & sic procedit *l. fin. §. similique modo, supr. hoc eod. tit.* & ante illum hoc ipsum iam dixerat Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxorem, §. 82. num. 2.*

De Nuptiis.

TIT. IV.

NVPTIÆ à Iustiniano definiuntur, viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens, *Instit. de patr. potest. §. 1.* à Modestino, Coniunctio maris & fœminæ, consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio, *ff. de ritu nupt. l. 2.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli tractatum edidit Valentinus Gulielmus Forsterus, & de nuptiis legitimis Ioan. Boschæ. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 2. pag. 702.* Conan. *comment. iuris lib. 8. cap. 5. in princip. l. Hisp. 6. & 10. & per tit. 1. part. 4.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 425. de nuptiis, & matrimonio in genere,* Duaren. *in tit. soluto matrim. tract. de nuptiis.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 9. cap. 1. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *de electione Mariti futuri, matre, tutore, consanguineo dissentiente, Præses aditus puellæ maritum assignat.*

2 *Matrimonia à filiisfam. contracta, valida, patribus dissentientibus, de honestate iudex adeundus est, qui eos cogere poterit,* num. 3.

L. Cùm de nuptiis. I.

Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. *Portio.*

MAtre, tutore, & consanguineo dissentiente de electione mariti futuri, Præses aditus puellæ maritum assignat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol. 52.* Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Aduerte quòd de iure Canonico, & nouiori Concilij Trid. dispositione *sess. 24. de reform. matrim. c. 1.* valida sunt matrimonia à filiisfam. contra, neque ea patres infirma, aut irrita facere possunt, vt optimè tradunt Doctores per me citati *in collect. ad d. cap. 1. num....* Verùm quia contrahere matrimonium sine consensu patrum est contra bonos mores omnium, maximè prudentum, & quandoque patres nolunt consentire, nec habent iustam causam contradicendi. ideo saltem de honestate adeundus est iudex, qui eos cogere poterit, & debebit causa cognita vt consentiant patres, vel vt suppleant pro eis consentiendo, & dando licentiam in præmissis, ita Plot. *in l. si quando n. 352. C. vnde vi,* Bonacos. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 2. num. 10. pag. 703. in fine, & seq.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Patris consensu non interueniente, scriptura ad nuptias liberorum legitimas sufficit.*

2 *Matrimonium initum à filiisfam. absque consensu parentum, validum, nec annullari potest & parentum consensum non nisi de honestate exigi,* num. 3.

L. Si nuptiis. II.

Iidem AA. *Trophimæ.*

PAtris consensu non interueniente, scriptura sufficit ad nuptias liberorum legitimas. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Pater tuus consensit, &c.] Ergo non est validum matrimonium parentibus inuitis à filio initum, vt videtur etiam probari *in l. nuptiæ, ff. de ritu nupt. & in*

in cap. aliter, & in cap. nostrates, 30. quaest. 5. & in cap. fin. 32. qu. 1. & sentiunt aliqui Iurisperiti, quos refert
2 Couar. *de sponsalib. p. 2. c. 3. §. 8. n. 1.* Sed contrarium, immo matrimonium initum à filiisfam. absque parentum consensu esse validum, nec posse annullari, probat text. *in cap. cùm virum, de Regularib.* & Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* optimè
3 Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 22. n. 3.* vbi subdit Canones suprà citatos exigentes consensum parentum, intelligendos esse de honestate, & leges ciuiles claré significantes aliter matrimonium irritari, abrogans esse per ius Canonicum.

SVMMARIVM.

1 *Libertus non patronam, nec eius filiam, neptem, vel proneptem potest in vxorem ducere.*
2 *Matrimonij illiciti nomine accusatio coram iudice seculari admittitur.*
3 *Matrimonij prohibitio locum habebat eo tempore, quo matrimonium erat solùm contractus, vtpote inter Paganos.*
4 *Ancilla in vxorem ducta à domino qualiter consequatur libertatem.*

L. Libertum. III.

Iidem AA. *Valeriae.*

1 Libertus non patronam, nec eius filiam, neptem,
2 vel proneptem vxorem ducere potest. Matrimonij illiciti nomine accusatio coram iudice seculari admittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

3 Huius text. prohibitio locum habebat eo tempore, quo matrimonium erat solùm contractus, vtpote inter Paganos, vt aduertit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 5. c. 2. quaest. 1. vers. item obiicies.*

4 Qualiter ancilla in vxorem à domino ducta libertatem consequatur? vide *l. Hisp. 1. in fine tit. 13. p. 4.* Cou. *de spons. al. p. 2. c. 3. §. 7. n. 1. vers. tertiò,* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 20. n. 10. cum seqq.*

Et quòd in hac materia ius Canonicum attendi debeat, ac proinde non sit attendenda dispositio huius text. tradit Sarmient. *selectar. lib. 1. cap. 7. num. 5. vers. & ideo.*

L. Liberi concubinas. IV.

Imp. ALEXAND. A. *Perpetuor*

1 Concubinam patris filius non ducit, vel habet pro vxore. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Corras. *lib. 1. miscell. cap. 3.* Fichard. *tom. 1. comm. opin. lib. 5. tit. 2. n. 38. pag. 705.* Et adest expressa dispositio Concilij Trident. *sess. 24. de reform. matrim. cap. 4.* ibi, *Impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu coniunguntur, restringit,* &c. de quo plures citaui DD. *in collect. ad ipsum.*

SVMMARIVM.

1 *in Nuptiis filij taciturnitas patris pro consensu habetur. Minimè contradicens, dum per contradictionem vetandi habet potestatem, aequiparatur consentienti,* num. 2.
3 *Patris potestas iure attento, tanta erat in filios, vt etiam per matrimonium non liberabantur à patris potestate. de iure Castellae filius, vel filia per contractum matrimonij liberatur à patris potestate,* num. 4. & 6. *in Regno Portugaliae, contracto matrimonio verba de praesenti, filij censentur esse sui iuris,* num. 5. *idem de iure Longobardorum, & de consuetudine ciuitatis Neapolitanae, & Franciae,* num. 7.
8 *non Contradicens tacendo actui, quem tacens poterat contradicendo impedire, praesumitur consentire.*

L. Si vt proponis. j. V.

Idem A. *Maximae.*

Taciturnitas patris habetur pro consensu in filij nuptiis. Minimè contradicens, dum per contradictionem vetandi habet potestatem, consentienti aequiparatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1 2

In cuius fuit potestate, &c.] Nota quòd iure attento tanta erat patris potestas in filios, vt etiam per matrimonium non liberabantur à patris potestate, vt per Tiraq. *de legib. connub. l. 1. num. 1.* Spin. *in speculo testam.* gloss. *rubr. 4. n. 18.* De iure Hispano Castellae *l. 47. Tauri,* quae est *l. 8. tit. 1. lib. 5. noua Recop.* filius, vel filia per contractum matrimonij, liberatur à patris potestate, Gregor. Lopez *leg. 5. gloss. 4. verb. que descenden. tit. 5. part. 6.* Eman. Acosta *in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 241. ff. de liber. & posthum.* D. Barbos. *in l. 2. §. quod si in patris, ante n. 1. ff. soluto matrim.* vbi ait quòd licèt iure communi attento filia in potestate per matrimonium non liberetur à patria potestate, vt apertè colligitur ex *l. vxorem, C. de condit. insert.* nihilominus tamen in Regno Portugaliae ex dispositione Ordinationis *lib. 1. tit. 67.* aliàs 87. §. 4. cōtracto matrimonio per verba de praesenti, filij censentur esse sui iuris; & in Regno Castellae per matrimonium, & velationes solemniter factas in Ecclesia, ex *d. l. 47. Tauri,* Cald. Pereira *de nom. emphyt. qu. 13. n. 15. ad fin.* Cabed. *Lusitan. decis. 72. num. 3. part. 2.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 227. num. 5. versic. de iure,* Accac. Anton. *in commen. ad tit. de condit. & demonstrat. ad l. 1. n. 91. & 92.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 1. tit. de patria potestate, resolut. 1.* vbi de iure Longobardorum, & de consuetudine ciuitatis Neapolitanae, & Franciae idem obseruari refert. 3 4 5 6 7

Cognitis nuptiis vestris non contradixit, &c.] Notatur ad hoc quòd non contradicens tacendo actui, quem tacens poterat contradicendo impedire, praesumitur consentire, de quo vide Ias. *in l. quae dotis, n. 22.* vbi Ias. *n. 76.* & D. Barbos. *n. 152. ff. solut. matrim.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 9. num. 149.* Menoch. *cons. 120. num. 10.* Surd. *decis. 294. n. 13. & decis. 302. n. 2.* Couar. *pract. c. 1. n. 5. vers. tertio,* Gam. *Lusit. decis. 215. n. 6.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. c. 38. n. 21. & c. 68. n. 16.* Cald. Pereira *de empt. c. 33. num. 81.* dixi latè *in collect. ad reg. Qui tacet. 43. de regulis iuris lib. 6.* 8

SVMMARIVM.

1 *Prohibitum ab initio, potest impedimento remoto ex nouo consensu postea interueniente confirmari.*

2 *Contra*

2 *Contrahere licet iudici finito officio intra territo-*
rium sua olim iurisdictionis, nisi legitima pra-
sumptio concurrat quòd adhuc duret prohibitio-
nis ratio, num. 3.
4 *Nubere licèt Prases non possit in sua prouincia*
durante administratione cum prouinciali mu-
liere, potest tamen veterem sponsam vxorem du-
cere.
5 *Proles quando censeatur esse legitima.*

L. Et si contra. VI.

Imp. GORDIANVS A. *Valeria.*

1 QVod prohibetur ab initio, potest impedimen-
to remoto ex nouo consensu postea interue-
niente confirmari. Colligunt ex Ordin. Doctores ci-
tati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*
2 *Tamen post depositum officium*, &c.] Notatur ad
hoc quòd finito officio licet iudici contrahere intra
territorium suæ olim iurisdictionis, vt per Doctor.
citatos *in collect. ad l. vnic. sup. C. si rector prouincia,*
3 *vers. quod tempore*, qui declarant, nisi legitima præ-
sumptio concurrat quòd adhuc ratio prohibitionis
duret.
4 Notatur etiam ad hoc quòd Præses licèt in sua
prouincia non possit administratione durante cum
prouinciali muliere nubere, potest tamen veterem
sponsam vxorem ducere, vt per *l. Hisp. 2. tit. 9. par. 4.*
vbi Gregor. Lop. *gloss. 11. verbo muger legitima*, ad-
dit hanc l. & similes esse correctas de iure Cano-
nico.
5 *Et ideò postea liberos, susceptos*, &c.] Adducit Cou.
de sponsalib. part. 2. cap. 8. § 2. num. 2, ad opinionem
probandam eorum, qui tenent vt proles censeatur
legitima, satis esse quòd conceptionis tempore ma-
trimonium contrahi potuisset; sed contrarium de-
fendit, imò quòd sit satis vel tempore conceptionis,
vel natiuitatis, matrimonium inter parentes contra-
hi potuisse.

SVMMARIVM.

1 *in Matrimonio liberorum contrahendo, & soluto*
reparando, consensus patris necessarius est.
2 *in Matrimonio citra voluntatem patris contracto*
dotis constitutio facta corruit.
3 *de Parentum consensu in matrimonio filiorum de*
necessitate non requirendo, remissiue.
4 *Reficere est aliud, aliud nouum opus facere.*
5 *Propositum idem operatur in proposito, quod oppo-*
situm in opposito.
6 *Solemnitas eadem qua in actu requiritur, necessaria*
est in ratificatione.

L. Si vt proponis. ij. VII.

Idem A. Apio.

1 COnsensus patris necessarius est in matrimonio
liberorum contrahendo, & soluto reparando.
2 In matrimonio citra voluntatem patris contracto
doris constitutio facta corruit. Colligunt ex Ordin.
Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*
3 De consensu parentum in matrimoniis filiorum
de necessitate non requirendo, vide Doctores per
me citatos *in collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de re-*
form. matrim. cap. 1. in princ. num...
4 Notatur ad hoc quòd aliud est reficere, aliud
nouum opus facere, & per Boër. *decis. 44. num. 5.*
Notatur etiam ad hoc qnòd idem operatur pro- 5
positum in proposito, quod operatur oppositum in
opposito, vt per Tiraq. *de retractu lig. § 12. gloss. 1. n.*
16. & in tract. Cessante causa, in princip. n. 17. & de
iure primogen. quæst. 55. num. 12.
Notatur etiam ad hoc quòd eadem solemnitas, 6
quæ requiritur in actu, eadem quoque in ratifica-
tione necessaria est, vt per Tiraq. *de retractu lig. § 1.*
gloss. 10. num. 90.

SVMMARIVM.

1 *in Nuptiis puella non requiritur auctoritas, &*
consensus de necessitate.
2 *in Matrimoniis contrahendis requirere consilium*
patris, consanguineorum, vel amicorum, non est
matrimonio contrarium, immò eius natura con-
sentaneum.
3 *Curator non personis, sed rebus datur.*

L. In copulandis. VIII.

Idem A. Romano.

AVctoritas, & consensus curatoris in puellæ 1
nuptiis de necessitate non requiritur. Colli-
gunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà*
hoc tit.
Notatur ad hoc qnòd requirere consilium patris, 2
consanguineorum, vel amicorum in matrimoniis
contrahendis, non est contrarium matrimonio, im-
mò eius naturæ consentaneum, vt per Palat. *in repet.*
cap. per vestras, de donation. inter virum & vxor. no-
tab. 3. § 3. num. 7. in fine, vbi *num. 21.* etiam per hunc
text. tenet quòd licèt cura & solicitudo collocandi
filiam in matrimonio principaliter pertineat ad pa-
trem, & propterea patris consilium, & consensus
requiratur, istum tamen consensum debet gratis ex
debito charitatis adhibere, itaut si exinde pecu-
niam, vel quid aliud recipiat, videtur turpiter ac-
cepisse.
Notatur etiam ad hoc quòd curator non datur 3
personis, sed rebus, vt per Gutier. *de tutelis part. 3.*
cap. 3. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Natus in domo, vicinis scientibus, habendus est pro*
filio legitimo.
2 *Instrumenta nuptiarum non inducunt prasumptio-*
nem ortus.
3 *Vicinus prasumitur scire an quis sit filius sui vi-*
cini.
4 *Vicinus propriè quis.*
5 *Vicina fama plurimum valere in probanda filia-*
tione.
6 *Legitimus filius est ex legitimo matrimonio natus.*
7 *Natus ex legitima alicuius vxore, cum qua mari-*
tus cohabitabat, mariti filius prasumitur, etiam
stante mulieris confessione quòd filius ex adulte-
rio conceperat, num. 8.
9 *Filiationis probatio difficillima, & penè impossibi-*
lis ex parte patris.

L. Si vicinis. IX.

Idem A. Rationalibus.

1 NAtus in domo vicinis scientibus, pro legitimo
2 filio habendus est. Item instrumenta nuptiarum præsumptionem legitimi ortus non inducunt, sed per vicinos, aliósque modos filium se legitimum quis probabit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

3 *Si vicinus*, &c.] Notatur ad hoc quòd vicinus præsumitur scire an quis sit filius sui vicini, vt per Farin. *fragm. crimin. part. 1. lit. I, num.* 180. Menoch. *de præsump. lib. 6. præsumpt. 24. à n. 21.* nisi esset recens vicinus, vel fuisset absens, quia iste talis non præsumitur scire facta vicini, de quo Mascard. *de probat. concl.* 295. *num. 6. cum seqq. & concl.* 1406. aliàs 1413. *n.* 14. &
4 13. Farin. *d. lit. I, num.* 193. 194. 196. & 198. Vicinus autem propriè dicitur ille, qui alta voce acclamando audiri potest, de quo vide Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 9. num. 21. &* 26. Duen. *regul. 125. in princip.* Burg. *l. 3. Tauri, num. 362. cum seqq. par.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 221. Mascard. *de probat. concl.* 1406. aliàs 1413. *num.* 4. Flores de Mena *variarum lib. 1. quæst. 1. num.* 6. Ignat. de Villar. *in sylua responsor. lib. 1. resp. 5. part. 1. num.* 41. Farinac. *fragm. crimin. part. 2. lit. I, num.* 173.

5 Vnde in probanda filiatione plurimum valere famam viciniæ, tenent Paleoth. *de nothis & spur. c. 22. num.* 2. Couarr. *de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 3. num.* 10. Menoch. *de arbitr. casu 89. num. 86. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. n.* 45. Mascard. *de probat. concl.* 791. *num. 1. &* 1019. *ex num.* 1. Fului. *in simili tract. lib. 2. cap. 6. num. 29. &* 31. Immo solam famam in hac materia integram & plenam efficere probationem, tradunt Anton. de Butr. *in cap. transmissa 3. n. 20. versic. quandoque est, qui filij sint legit.* Præpos. *ibi num.* 9. Mascard. *d. concl. 791. n.* 4. Duen. *regul. 329. limit.* 4. Menoch. *d. præsumpt. 33. num.* 86. Fului. *d. c. 6. num.* 31. quidquid dicat Couar. *d. §. 3. n.* 9.

6 *Et ex matrimonio filia suscepta est*, &c.] Notatur ad hoc quòd filius legitimus est ex legitimo matrimonio natus, vel genitus, vt per *l. Hispan. 1. tit. 13. part. 4. vbi gloss.* 1. Et ideo si filius natus sit ex legitima alicuius vxore, cum qua maritus cohabitabat, mariti filius præsumitur, Anton. Gom. *l. 9. Tauri, n.* 8. Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 28. Couar. *de sponsalib.*
7 *part. 2. §. 3. num.* 8. Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de præsumpt. concl.* 14. Menchaq. *illustr. controuers. par. 1. cap. 48. num.* 31. Mascard. *de probat. concl. 788. à n.* 25. Menoch. *de arbitr. casu 89. à num. 19. & d. lib. 6. præsumpt. 33. à num.* 2. Fului. *de probat. lib. 2. cap. 3. n.* 24. Gam. & Flores *in addit. dec.* 332. Valasc. *consult.* 134. *num.* 3. qui omnes notabiliter ampliant, quamuis legitime probetur vxorem adulteram esse, & eo tempore, quo concepit, cum adultero fornicasse, adhuc enim mariti cum ea cohabitantis, & non adulteri filius præsumitur, ex *l. miles, §. defuncto ; ff. ad legem Iuliam, de adulter.* & notant Ant. Gabr. Cou. Paleoth. Gam. Menoch. & Mascard. *locis proximè citatis*, quibus adde Cost. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, par. 3. num.* 45. Rojas *in epit. success. cap. 1. num.* 25. Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14, num.* 8. Duen. *regul. 244. ampl.* 1. Molin. *de Iustit. tom. 4. tr. 3. disp. 101. n.* 2. Cardos. *in praxi iudicum, verbo filius, num.* 3.

8 Amplia procedere etiam stante mulieris confessione quòd filium ex adulterio conceperat, nam adhuc si ex vxore cum viro cohabitante dominatus sit,

mariti filius habendus est, Duen. *de regul. 344. ampliat.* 4. Viuald. *in supplem. candelabri c. 17. n.* 8. Menoch. *d. casu 89. à num. 27. & d. lib. 6. præsumpt. 53. à n.* 6. Mascard. *de probat. concl. 788. n.* 2. Gutier. *canon. lib. 1. c. 38. n.* 30. Marr. *de iurisdict. p. 1. cap. 8. num.* 28. Cui præsumptioni potest adhærere filius, etiam in foro animæ, & dicto matris non credere, ex Sot. *de Iustit. lib. 4. q. 7. art.* 20. Couarr. *in regul. peccatum, par. 1. n.* 3. Menoch. *d. casu 89. n.* 28. Card. Mantic. *d. lib. 2. tit. 14. n.* 8. Gutier. *loco proximè citato*, Molin. *d. tract. 3. disp. 101. n.* 3. Nec etiam mater, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit, tenetur in vtroque foro interiori & exteriori crimen suum marito, aut etiam filio reuelare, iuxta tradita *in collect. ad c. officij, de pænit. & remiss.*

In gloss. *Potestatem, fin.* ibi, *verè enim probari non* 9
potest de patre, &c. Notatur ad hoc quòd filiationis probatio difficillima est, & penè impossibilis reputatur ex parte patris, vt per Duen. *regul.* 387. Paris. *consil. 10. col. 1. lib.* 2. Menoch. *cons. 1. num. 22. & dict. casu 89. n.* 6. Paleoth. *de nothis & spur. c.* 21. Mascard. *de probat. concl. 787. n.* 3. Valasc. *cons. 134. num.* 2. & meliùs *cons. 176. num.* 2. Cardos. *in praxi iudicum, verbo probatio, num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas accidentalis resoluitur per contrarium accidens, non verò hæc ex natalium radice procedit.*
2 *Mulier per secundas nuptias dignitatem, primi mariti intuitu, impetratam amittit.*
3 *Vidua quæ secundo nubit, amittit priuilegia sibi ex persona prioris mariti communicata.*
4 *Vxores maritorum suorum conditione tenentur, eorúmque genere nobilitantur, aut si illi ignobiles, obscurantur, secus si mortua vidua honestè viuendo*, num. 5.

L. Cùm te. X.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Raulinæ.*

DIgnitas accidentalis per accidens contrarium 1
resoluitur, non verò hæc, quæ ex natalium radice procedit. Mulier per secundas nuptias dignita- 2
tem primi mariti intuitu impetratam amittit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Nota quòd vidua, quæ secundo nubit, priuilegia 3
ex persona prioris mariti sibi concessa & communicata amittit, maximè si secundus vir inferioris dignitatis sit, quod expressè probat *l. mulieres 9. C. de incolis lib. 10. l. Hisp. 7. tit. 2. part. 4.* ibi, *E à vn despues que fuere muerto su marido la llamaran ansi, si non casare con otro de menor guisa. l. 9. tit. 11. lib. 2. noua Recopilat.* ibi, *despues de su muerte goze como hijadalga, saluo si casare otra vez con ombre que no sea hijodalgo*, vbi Azeued. *num.* 6. Anton. Cortez. *in tract. de potestate Regia, quæst. 29. n. 50. in fine*, Auiles *ad cap. Prætor. in proœm. num.* 36. Mariens. *l. 3. gloss. 8. num. 3. tit. 1. lib. 5. noua Recopilat.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo mulier, num.* 27. Pichard. *in tract. de nobilit. communicat. num.* 64. vbi *num.* 66. subdit quòd licèt verum sit licere mulieribus nouiori iure Pontificio & Regio, secundas contrahere nuptias, hoc tamen lucrum, seu priuilegium viduis à lege concessum propter matrimonium præcedens, ideo propter secundas

amittitur nuptias, quia cessat ratio, quare concessum fuit priuilegium, quippe cessat matrimonium morte viri, cessat etiam fictio iuris, qua matrimonium durare fingebatur propter viduitatem ad conseruationem honoris vxori quæsiti ex persona viri, ex *l. fin. C. de bonis mat.*

4 *Sed ob matrimonium cum senatore contractum*, &c.] Notatur ad hoc quòd vxores maritorum suorum conditione tenentur, eorúmque genere nobilitantur, aut si illi ignobiles sint, obscurãtur, vt per *l. Hisp. 3. titul. 21. & l. 3. tit. 15. part. 2. lib. 7. tit. 2. part. 4. l. 9. tit. 11. lib. 2. noua Recop.* Tiraquel. *de nobilit. c. 18. & ad leges connub. l. 1. gloss. 1. part. 1. n. 18.* Petr. Mexi. *ad pragm. frument. conclus. 2. n. 63.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 31. & 32.* Auiles *ad capita Prætor. in proœm. ex n. 1.* Anton. de Padilla *in l. voluntas n. 5. C. de fideicom.* Perez *l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordin. pag. 1373. in fine,* Petr. de Auend. ño *resp. 20. n. 7. in princip.* Mieres *de maioratu, part. 1. quæst. 51. n. 34.* Otalora *de nobilitate, part. 4. c. 3.* Ioan. Garc. *eodem tract. gloss. 1. §. 1. sub num. 44.* D. Barbos. *in l. quia tale, ex num. 23. ff. soluto matrim.*

5 *Virum postea sortita es*, &c.] Secus si maneat vidua honestè & castè viuendo, quia tunc priuilegiis viro mortuo concessis gaudere debet, vt per Hippol. *in l. vnica, n. 55. C. de raptu virg.* Tiraquell. *d. tract. de nobilit. cap. 18. num. 5. 13. & 14.* Auiles *in d. proœm. num. 36.* Azeued. *d. l. 8. num. 5. tit. 11. lib. 2. noua Recopilat.* Ioan. Garc. *regul. 497. num. 6.* Viui. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 2. num. 6. pag. 703.* Frideric. Bruckman *in tractat. de different. vtriusque sexus, part. 1. membr. 3. art. 8. à fol. 107.* Cabed. *Lusitan. decis. 98. à princip. part. 1.* vbi quòd viduæ tandiu gaudent priuilegiis maritorum, quandiu in viduitate manent post mortem illorum, & *num. 2.* quod etiam procedit in priuilegiis exorbitantibus, & *num. 3.* intelligit de priuilegiis, quæ conceduntur ratione dignitatis innatæ, secus in illis, quæ competebant marito ratione alicuius officij publici, idem Cabed. *ead. part. 1. decis. 213. n. 16.* vbi quòd vxores Senatorum viduæ gaudent maritorum priuilegiis, per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 2. tit. 59. §. 15.* de quo etiam D. Barbos. *in d. l. quia tale, num. 28.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo dignitas, n. 4.* Franc. à Sousa *in repet. l. fœmina, part. 2. n. 18. ff. de regulis iuris.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus vxorem suam à patre repetit, patre illam secum detinente reluctantem.*

2 *Filia fœmina in mariti potestatem transeunte, pater adhuc patriam potestatem in ea retinet. liberatur tamen à patria potestate per contractum matrimonium de iure Regio Lusitano, & Castellæ,* num. 3.

L. Si inuita. XI.

Iidem AA. & CC. Alexandro.

1 MAritus repetit suam vxorem à patre, si pater eam reluctantem secum detineat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd etsi filia fœmina transiret in potestatem mariti, adhuc tamen pater retinebat patriam potestatem in ea, vt per Gregor. Lopez *l. 5.*
3 *gloss. 4. verbo que decienden dellos, tit. 5. part. 6.* de iure tamen Regio Lusitano, & Castellæ, filius, vel filia per contractum matrimonium liberatur à patria potestate, de quo vide citatos per me *in collectan. ad l. si vt proponis 5. supr. hoc eod. tit.*

SVMMARIVM.

1 *Consensus ad nuptias tam liberorum, quam parentum liber reciprocè requiritur, &* num. 2.

3 *de Consensu ad nuptias quòd debet esse liber, & carere omni metu, remissiuè.*

L. Nec alium quidem. XII.

Iidem AA. & CC. Sabino.

CONsensus ad nuptias tam liberorum, quàm parentum liber reciprocè requiritur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Hieron. de Monte *in miscell. quæst. cap. 9.* Duaren. *in prælud. tit. soluto matrim. tractat. de nupt. cap. 2. pag. 2.* 2

De consensu ad nuptias quòd debeat esse liber, & carere omni metu, vide latè tradita per me *in votis nouiss. decis. voto 1. per tot.* 3

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non contrahi per instrumenta confecta super dote.*

2 *Matrimonium contractum sine instrumentis per indicia probari potest.*

3 *Matrimonium Nobilium, Magnatum, & Principum non probatur per testes, sed requiritur instrumentum siue scriptura.*

4 *Matrimonium non plenè probari per instrumentum dotis.*

L. Neque sine nuptiis. XIII.

Iidem AA. & CC. Onesimo.

PEr instrumenta confecta super dote non contrahitur matrimonium. Sine instrumentis contra- 1
ctum matrimonium per indicia probari potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 2

Nota quòd matrimonium Nobilium, Magnatum, & Principum non probatur per testes, sed requiritur instrumentum, siue scriptura, vt per Hippol. *in rub. de probat. num. 22.* Mascard. *de probat. concl. 1023. n. 22. per text. in authent. maximis, C. de iudic.* 3

Instrumenta facta ad probationem matrimonij, &c.] Notatur ad hoc quòd matrimonium per dotis instrumentum plenè non probatur, vt per scribentes *in cap. illud, de præsumpt.* vbi vltra instrumenta requiruntur alia adminicula, Roman. *singul. 446. Nunquid per instrumentum*, Mascard. *de probat. conclus. 1026. num. 2.* 4

SVMMARIVM.

1 *in Matrimonio contrahendo dissoluendóque libertas non impedienda, & cur,* num. 2.

3 *Diuortium olim fieri potuisse absque vlla causa.*

4 *pro Matrimonio contrahendo non potest promitti pœna, etiam in ipsis sponsalibus, irrita hac pœna,* num. 5. 6.

L. Neque

L. Neque ab initio. XIV.

Iidem AA. & CC. Titio.

1 IN contraheodo matrimonio, & dissoluendo libertas voluntatis non impedienda. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 *Liberam facultatem contrahendi,* &c.] Quia matrimonia debent esse libera, & gaudere plenissima libertate, vt per Paris. *cons.61.n.31. lib.4. & cons.53. n.46.eod.lib.4.* Hippol. Rimioald. *cons.77.n.14.* inter matrimonialia Zileti, Nauar. *cons.3.sub n.3.de sponsalib.* Fachinæ. *controuers. lib.3.cap.28. vers. ad secundum respondeo,* Rot. *decis.643.num.9.part.1.recentior.* quos & alios refero *in votis nouissim. decis. voto 1.n. 18.cum seq.*

3 *Atque distrahendi matrimonij,* &c.] Ergo diuortium olim fieri poterat absque aliqua causa, & ex mera voluntate, vt per D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim.part.2.à n.7.* vbi *n.8.* aduertit, quòd causæ propter quas liceret diuortium celebrare, nulla lege certa fuerunt enumeratæ, sed potiùs arbitrio iudicis videntur relictæ, quæ deinde fuerunt expressæ, & limitatæ per *l.consensu, C. de repud.* & ab eo tempore ob nullas alias potuit diuortium licitè & impunè celebrari: si autem nihilominus de facto celebraretur extra prædictas causas, incurrebant quidem pœnæ expressæ *in d.l. consensu,* nihilominus tamen per diuortiũ censebatur esse solutum matrimonium, etiam quoad vinculum, vt colligitur ex *d.l.consensu, §.fin.* Si igitur quis diuertebat propter causas legibus approbatas, laude dignus existimabatur, & præterea dotem mulieris lucrabatur; si verò præter dictas causas diuertebat, pœnis afficiebatur, & nihilominus per diuortium; soluebatur matrimonium: concludit idem D. Barbos. *vbi suprà num.9.* quòd hæc de iure ciuili Romanorum obtinuerunt, nam Christus reducens matrimonium ad sinceritatem suæ primæ institutionis, & originis, præcepit matrimonium ob nullam causam posse dirimi quoad vinculum, &c.

4 *Transferri ad necessitatem,* &c.] Notatur ad hoc quòd non potest pœna promitti pro matrimonio contrahendo, etiam in ipsis sponsalibus, vt per Couarr. *de sponsalib.p.2.c.3.§ 7.n.5.* vbi hanc prohibitionem non solùm inter ipsos contrahentes, sed etiã inter eorum parentes, ac reliquos qui iure propinquitatis sponsos attingit, constitutam asserit, latè
5 Sanchez *de matrim.lib.1.disp.30.à princ.* vbi resoluit pœnam adiectam contractui sponsalium esse prorsus irritam, ac proinde violantem fidem non teneri in vtroque foro eam soluere, subditque non tantùm pœnam esse irritam dũ per ipsos sponsos apponitur, sed etiam quando inter eos, qui ipsos sponsos ita iure sanguinis attingũt, vt probabile sit fortè vt inducantur ad matrimonium, ne consanguinei pœnam soluant, dummodo tamen promissio pœnæ ita concepta sit, vt matrimonij necessitatem inducat, ne ea incurratur. Rebell. *de obligat.iustit.p.2.lib.4.q.7.n.1.*

6 In gloss. *Necessitatem.* ibi, *promittis decem,* &c. Notatur ad hoc quòd pœna adiecta contractui sponsalium, etiamsi sit modica, minimè valet, vt per Sanchez *d.lib.1.disp.30.num.11.*

L. Vxorem. XV.

Iidem AA. & CC. Tatiano.

MAnumissor vxorem ducit libertam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1. suprà hoc tit.*

Avth. Sed nouo iure.

NVptias cum liberta patronus adhibitis instrumentis dotalibus licitè contrahit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.suprà hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Pater filiam exponens, & non consentiens in eius nuptias cum nutritoris filio, alimentorum expensas soluit,* & num. 2. 3.
4 *Infans expositus à patre sui iuris efficitur, paterque patriam potestatem amittit.*

L. Patrem. XVI.

Iidem AA. & CC. Rhodoni.

PAter filiam exponens, & non consentiens in nuptias filiæ cum nutritoris filio, alimentorum expensas soluit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumuntur *l.Hisp.35.tit.15.p.5.* vbi statuitur non posse repeti alimenta facta amore Dei, nisi alimentata fuisset mulier in domo alimentantis, & nutriens velit eam in proprij filij matrimonio collocare, & illa, vel pater nolit, quia tunc impediens matrimonium soluit nutrienti alimentorum expensas, vbi Greg. Lop. *gloss.3. verbo feria tenudo,* notat quòd text. in præsenti loquitur quando pater exposuerat istam mulierem eius filiam, & quòd *d.l.35.partita* non facit in hoc fundamentum, sed solùm in eo quòd nutritor eam aluerit causa pietatis. idem Gregor. Lop. *l.3.glos.4. verbo por ello, in fino, eod. tit. & part.* per hunc text. tenet nutritorem propter ingratitudinem repetere expensas factas in alendo. Corduba de Lara *in l.si quis à liberis §.idem iudex n.49.in princ. & n.50.ff. de liberis agnosc.* vbi amplia procedere etiam in patre, qui filiũ exposuit, is enim si recusat ne filius ducat vxoris altoris filiam, cogetur refundere alimenta. Surd. *de aliment.tit.6.quæst.1.n.15.* vbi asserit hîc agi de patre qui filiam exposuerat, & ea alita fuit ab alio pietatis & miserationis gratia, quo casu repetitio ei non daretur præstitorum alimentorum, cùm pietate motus fuerit, sed cùm vellet is eam filio proprio vxorem dare, pater exponens recusabat dotem dare, & ideo in pœnã conceditur repetitio præstitorum alimentorum, quę alioquin non daretur cessante ingratitudine, & odio patria, idem Surd. *eod.tit.6.quæst.18.n. 15.* vbi tradit quòd licet regulariter pater qui filiam infantem exposuit, non teneatur alimenta reddere, quæ alius præstitit, *l.1. C. de infant. expos.* si tamen non patiatur, aut consentiat, sed impediat quominus illa nubat filio altoris, cogitur refundere alimenta omnia præteriti temporis, iuxta hunc text. & sic propter odium & ingratitudinem patris limitatur hîc regula generalis, quæ vult, quòd alimenta præstita intuitu pietatis non repetantur, & ex Salicet. subdit quòd propter ingratitudinem conceditur in præsenti ius repetendi quod priùs non competebat, & *n.16.* tenet quòd pater satis dicitur prohibere, vel impedire quando negat dotem, dare sine qua filius altoris non vult illam ducere in vxorem.

Alimentorum solutioni, &c.] Etiamsi quis ea præstiterit non animo gerendi alterius negotium, quia nihilominus datur alimentorum repetitio, vt per Petr. de Rauena *sing.435.* Surd. *d.tit.6.q.1. num.15. & q.18.n.15.in fine.*

3 *In hoc solummodo casu, &c.*] Ergo si pater volens ac nemine impellente filium exponat, non repetuntur ab eo alimenta in eius filio educando consumpta, vt per Surd. *d. quæst. 9. num. 2. vers. quòd si pater,* vbi ad hoc comprobandum inducit textum *in præsenti*, dum ait repetitionem concedi eo solummodo casu quando pater prohibet ne filia exposita nubat filio eius, quem aluit, atque ita excludit omnes alios casus; sed *num. 6.* limitat quando suscipiens infantem filium, aut seruum expositum, protestaretur se animo repetendi impensurum.

4 In gloss. *Renitatur*, fin ibi, *sed videtur quod patria potestas sit soluta*, &c. Notatur ad hoc quòd infans expositus à patre sui iuris efficitur, patérque amittit patriam potestatem, vt per *l. Hispan. 4. tit. 20. part. 2. vbi gloss. 2.* Paleoth. *de nothis & spur. cap. 6; num. 6.* Corduba de Lara *in d. l. si quis à liberis §. si quis ex his, n. 10.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris. lib. 11. cap. 11.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 20. vers. decima species.*

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ sunt illicitæ inter ascendentes & descendentes, parentes & liberos, personásque liberorum & parentum loco habitas: item inter quasdam ex latere affinitatis intuitu coniunctas personas.*

2 *Coniugium olim vsque ad septimum consanguinitatis gradum interdicebat Ecclesia. postmodum restricti sunt gradus consanguinitatis vsque ad quartum,* num. 3. *quoad affinitatem ex copula licita ad quartum vsque, ex illicita vero, & fornicaria vltra secundum gradum non extenditur,* num. 4.

5 *Incestus non solùm cum consanguineis, sed etiam cum affinibus committitur. committitur per filium carnaliter cognoscentē ascendentem in infinitum, & per patrem carnaliter cognoscentem descendentem vsque in infinitum,* num. 6.

L. Nemini liceat. XVII.

Iidem AA. & CC.

1 INter ascendentes, & descendentes, parentes, & liberos, personásq; liberorum, & parentum loco habitas, item inter quasdam ex latere affinitatis intuitu coniunctas personas nuptiæ sunt illicitæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 174.*

De intellectu huius l. vide Anton. Contium *subcessiu. lection. iuris ciuilis lib. 2. cap. 1. n. 9.*

2 Olim Ecclesia coniugium interdixerat vsque ad septimum consanguinitatis gradum, vt constat ex *cap. 1. & cap. nulli 35. quæst. 3. & cap. ad sedem 35. quæst. 5. cum similibus.* Postmodum sub Innocentio III. in Concilio Lateran. de quo *in cap. non debet,*
3 *de consang. & affinit.* restricti sunt gradus consanguinitatis vsque ad quartum; quæ restrictio non solùm in collateralium linea, sed etiam in recta ascendentium, & descendentium intelligenda est, Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 51. n. 22. & disp. 53. num. 1.* Basil. Pont. *de impediment. matrim. cap. 38. §. 2. vers. praeterea,* Bonacin. *de matrimon. quæst. 3. puncto 5. §. 1.*
4 *num. 7. cum seqq.* Quoad affinitatem verò adest noua dispositio Concilij Trid. *sess. 24. de reform. matrim. c. 4.* vbi statuitur affinitatem ex copula licita ortam dirimere vsque ad quartum gradum, ex illicita verò & fornicaria, vltra secundum gradum non extendi de quo vide Doctores agentes, quos plena manu retuli *in collect. ad d. cap. non debet, & ad Concil. Trid. in d. c. 4.* Vide incestum committi non solùm cum consanguineis, sed etiam cum affinibus, in supradictis gradibus, tenent Bermond. *de publ. concubin. tit. de incestu num. 2.* Petr. Greg. *synt. iuris lib. 9. c. 11. n. 19. & lib. 36. cap. 7. num. 1.* Petr. Caball. *resol. crimin. casu 200. n. 6. cum seqq. & n. 94.* Farin. *in praxi crimin. q. 149. n. 42. & à n. 60.* tenet incestum committi per filium carnaliter cognoscentem ascendentem in infinitum, & per patrem carnaliter cognoscentem descendentem vsque in infinitum. 5 6

SVMMARIVM.

1 *Viduæ nondum completo 25. ætatis anno absque parentum consensu nuptias non repetunt. intellige vt* num. 4.

2 *Vidua in electione secundi mariti à patre dissentiens, iudicis auxilio inter competitores moribus potiorem, & à vidua approbatum sortitur.*

3 *Viduæ proximi consanguinei in marito assignando digniores sunt, ad quos proximo gradu non pertinet viduæ hereditas.*

5 *Mulier si stante statuto non potest contrahere sine consensu consanguineorum, & consanguinei nolint consentire, iudex examinabit causam contradictionis, & si est iusta, bene, sin minus, iudex permittet contrahere mulieri, &* num. 7.

6 *Matrimonium inter pares facilè præsumitur, inter dispares non ita.*

L. Viduæ. XVIII.

Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Senatum.

VIduæ nondum completo 25. ætatis anno absque parentum consensu nuptias non reperunt. 1 2
In electione secundi mariti vidua à patre dissentiens iudicis auxilio inter competitores moribus potiorem, & à vidua approbatum sortitur. Proximi viduæ 3
consanguinei in marito assignando digniores sunt, ad quos proximo gradu non pertinet viduæ hæreditas. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Tamen in secundas nuptias sine patris consensu, &c.] 4
Aduerte quòd hic text. dum habet filiam emancipatam ante 25. annū non posse secundas nuptias contrahere sine licentia patris, procedit de honestate, non de rigore, nec de necessitate, vt per Ioan. à Gattonib. *in rubr. de secundis nupt. n. 69.* Couar. *de sponsa. lib. p. 2. c. 3. §. 8. n. 4.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 6. n. 27.* vbi per hunc text. dicit quòd patris consensus adhuc requiritur si filia vidua velit ad secunda vota transire, & subdit text. *in præsenti* loqui, quando non excedit annum vigesimumquintum, & vtrumque concurrit simul, quòd scilicet sit vidua & emancipata, & tandem concludit quòd eiusmodi consensus est de honestate, non necessitate requisitus.

Auctoritatem quoque iudiciariæ cognitionis, &c.] 5
Aduertit per hunc text. Tiraq. *de iure marit. gl. 8. n. 127. cum seq.* quòd stante statuto quòd mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorū, si cōsanguinei requisiti nolunt consentire, iudex examinabit causam contradictionis, & si est iusta causa, bene quidem, sin minus, iudex permittet mulieri cōtrahere: de quo etiam Menoch. *d. arbitr. casu 211. num.*

num.6.cum seqq. Azeued. *l.4.à num.1.tit.3.lib.5.nouæ Recop.*Gonzal.*ad reg.8.Cancel.gloss.47.n.37.*

6 *Vt si pares sint genere, ac moribus*,&c.] Notatur ad hoc quòd inter pares matrimonium facilè præsumitur, non item inter dissimiles, atque inæquales, vt per Tiraq. *l.5.connub.gloss.1.p.5.n.31.*

7 *Sed ne fortè ij, qui gradu proximo*,&c.] Notatur ad hoc quòd quando statutum requirit proximiorem consanguineum, si proximior contradicit, & quidem sine iusta causa, iudex in eius locum sufficiat alium remotiorem, qui consentiat, si habeat alium.

SVMMARIVM.

1 *Consobrini ex duobus fratribus, & binis sororibus, legitimas contrahunt nuptias, hodie non ita*, num.2.

L. Celebrandis. XIX.

Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Eutychiano P. P.*

1 CONsobrini ex duobus fratribus, & binis sororibus legitimas contrahunt nuptias. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad leg.1. num.1.suprà hoc tit.*

Vide pro intellectu Anton.Cont.*success.lect.iuris ciuilis lib.2.c.1.n.11.*

2 Hodie non obtinet decisio huius text. vt tradit D.Barbos.*in l.si ante 6.num.41. in med ff.soluto matrim.* vbi præstat rationem, quod in materia matrimonij leges cedunt iuri Canonico, *cap.quadam lex 35.quæst.3.* de quo dixi *in collectan.ad l.nemini liceat 17.suprà hoc eod.tit.* & præter ibi citatos adde Azor. *institutionum moralium part.1.lib.5.cap.20.quæs.1.in princip.*

SVMMARIVM.

1 *in Matrimonio filiæ patre orbatæ, matris & coniunctorum consensus requiritur; si mater non adsit, curator cum propinquis, & iudex in euentum, maritum puellæ assignat.*

2 *Filia emancipata tenetur adhibere patris consensum quando vult nubere.*

3 *Mulieri naturale est tacere, propter verecundiam.*

L. In coniunctione. XX.

Impp. HONOR. & THEOD. AA. *ad Theodorum. P.P.*

1 IN matrimonio filiæ patre orbatæ, matris, & coniunctorum consensus requiritur, si mater non absit, curator cum propinquis, in euentum iudex, maritum puellæ assignat. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

2 *Sed si sui iuris puella sit*,&c.]Notatur ad hoc quòd filia emancipata tenetur adhibere patris consensum quando vult nubere, vt per Surd. *de alimentis, tit.1. q.6.num.28.*

3 *Et si puella cultu verecundiæ*,&c.]Notatur ad hoc quòd naturale est mulieri propter verecundiam tacere, vt per Tiraquell. *ad l.9. connub. gloss.1.part.9. num.152.* vbi ait hanc legem loqui de puella, quæ præ verecundia de nuptiis suis interrogata, subticet.

Barbos. Collect. in Cod. Tom. II.

SVMMARIVM.

1 *Milites caligati ad protectoris vsque personam, matrimonia licitè contrahunt cum ingenuis mulierib.*

2 *Milites caligati, de vilioribus & obscurioribus.*

3 *Caligatus vnde.*

4 *Caius Cæsar, vnde Caligula cognominatus.*

5 A, *dictio separationem denotat.*

6 Vsque ad, *regulariter includit.*

L. A caligato. XXI.

Impp. THEOD. & VALENT. AA. *Basso P. P.*

CAligati milites ad protectoris vsque personam, matrimonia licitè contrahunt cum ingenuis mulieribus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.* 1

Caligati milites viliores & obscuriores significantur, secundùm Brisson.*lib.2.select.antiq.c.5.* Caluin.*in suo Lexic.iuridic.verb.caligati milites,pag.136.* vbi aduertit in hac l.pro *protectoris*, legendum *Præfecti cohortis*: subditque caligatum dici *à caliga*, hoc est, tibiali, siue ocrea, quod erat crurum armatura, vnde Caius Cæsar Caligula cognominatus est, quòd manipulati habitu inter milites educatus esset, vt Sueton. *in eius vita c.9.* refert; de milite igitur caligato, hoc est, gregario, manipulati, siue infimæ conditionis, dicit Iuuenal. 2 3 4

Cùm duo crura habeas, offendere tot caligatos.

De dictione *A*, quòd denotet separationem, vide Bertachin.*in suo repert.p.1.lit.A,in princ.* Surd. *dec. 282.n.8.*Gutier.*lib.2.pract.q.153.num.2.*Gonzal.*ad reg.8.Cancel.gloss.12.§.1.n.23.* 5

Vsque ad.] Hæc particula regulariter includit, prout latè ostendi *in tractat.de dictionib.vsufrequent. dict.437.num.5.cum seqq.* 6

SVMMARIVM.

1 *Donationes ante nuptias, instrumentaque pactorum dotalium, pompæ item omissio, vt extrinseca non vitiant matrimonia perfecta.*

2 *Matrimonium inter pares facilè præsumitur, non item inter inæquales.*

3 *in Nuptiis contrahendis, amici sunt conuocandi.*

L. Si donationem. XXII.

Iidem AA. *Hierio P.P.*

DOnationes ante nuptias, instrumentaque pactorum dotalium, pompæ item omissio vt extrinseca non vitiant matrimonia perfecta. Collig͂ut ex Ordin.Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Inter pares,&c.]Notatur ad hoc quòd facilè inter pares matrimonium præsumitur, non item inter dissimiles, atque inæquales, vt per Tiraquel. *in l.5.connub.p.5.gloss.1.n.31.* 2

Atque amicorum fide,&c.] Notatur ad hoc quòd in contrahendis nuptiis amici sunt conuocandi, vt per Tiraquell. *de pœnis temperand.causa 22.num.75.* Roland.*cons.49.num.29.col.3.* metipsum *in votis nouiss.decis.tom.1.voto 1.n.56.* vbi quòd tempore, quo celebrantur matrimonia, adhiberi solet pater, mater, mulieres, & tam consanguinei vxoris, quàm mariti, amici, 3

amici,& multi alij. Nam vbi tempore contracti matrimonij nullus aderat consanguineus,aut familiaris, præsumitur voluntas,& illata violentia. Alciat. *consil.5.num.22.* Ferret.*cons.296.num.11.* Seraphin. *decis.859.n.7.* Gregor.XV.*decis.316.num.39.* Sicut è contrario cessare præsumptionem metus in actu, in quo interuenit præsentia coniunctorum ipsius contrahentis,dixerunt Bart. & Doctores *in l. transactionem,la 2.C.de transact.* Paul.Paris. *cons.26.n.68. libr.3.* Farinac. *fragment.crimin.part.2.verbo metus, num.149.*declarando cum Sanchez *de matrim.lib.4. disp.12.*

SVMMARIVM.

1 *Imperialis clementia lapsos erigit, & natalium restitutione spem melioris conditionis non adimit.*
2 *Clementiam denegans veniam nullam vicissim speret.*
3 *Mulieres scenicæ in restitutione natalium dum ad meliorem conditionem migrare nituntur, clementia & fauore digna sunt.*
4 *de Clementia Principem ornante & commendante, remissiuè.*
5 *in supremo Gubernatore quæ maximè requirantur.*
6 *Princeps conferendo æquitatem videtur dispensare de omni infamia.*
7 *Delinquens peracta pœnitentia, & impetrata, indulgentia habetur pro eo, qui non peccauit.*
8 *Scenicæ impetrata à Principe venia licitè contrahunt Nuptias cum ingenuis.*
9 *Matris restitutio, & legitimatio liberis eiusdem prodest.*
10 *Patritius si à Cæsare impetrata priùs licentia duxisset in vxorem illam,quæ iam artem lubricam, & scientiam exercuisset, confectis istrumentis dotalibus, filij efficiuntur legitimi, & patri succedunt.*
11 *Infamiam iuris Rex potest abolere.*
12 *Filia quæ peccauit in corpus suum, licèt ipso iure sit exhæredata, tamen si pœnituerit, censetur reuocata exhæredatio.*
13 *Filia emendata digna est veniâ.*
14 *Nobilis, qui per infamiam & vitæ turpitudinem nobilitatem amisit,eandem non recuperat,nisi restituatur per Principem.*
15 *Legitimatus à Principe perinde habetur, ac si medio tempore nulla fuisset illegitimitatis maculâ aspersus.*
16 *Scenici qui.*
17 *Histriones, & ludentes in scenis, sunt infames.*
18 *Matrimonium potest esse sine dote, non verò dos sine matrimonio.*

L. Imperialis. XXIII.

Imp. IVSTIN. A. *Demosthení P.P.*

1 IMperialis clementia lapsos erigit,& natalium re-
2 stitutione spem melioris conditionis non adimit. Clementiam denegans veniam nullam vicissim spe-
3 ret. Mulieres,scenicæ in restitutione natalium dum ad meliorem conditionem migrare nituntur, clementia & fauore dignæ sunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.5.sup.hoc tit.*

4 De clementia Principem ornante & commendante vide Senec. *de clementia, cap.3.* vbi nihil optimè esse dicebat, quod Romanum Imperatorem magis commendet quàm clementia, Garc.Mastrill. *de magistrat.tom.1.lib.3.c.1.num.48.*

Vnde in quolibet supremo Gubernatore ad rectam Reipub.gubernationem reperiri debent deuotio,probitas,circunspectio,clementia,& in subditos dilectionis affectus, iustitia, animi fortitudo, constantia,prudentia,liberalitas,& potentia,de quo vide Tiraquell. *de nobilit.c.17.n.40.cum seqq.* Gregor. *l.8.tit.5.par.3.* Corset.*in repet.cap.grandi,de supplen. negl. Pral.lib.6.col.16. in fine, cum seqq.& in tract.de potestate Regis,p.2.quæst.20.* Bellug. *in speculo Principum,rubr.8.11.& 12.* Molin. *de primogen.lib.1.c.5. num.20.* Iust.Lips. *de monitis & exemplis lib.1.c.2. 6.7.& 8.lib.2.cap.9.cum seqq.* Garc.Mastrill.*d.lib.3. cap.1.per tot.* Lusit.& conciuis meus Martin.de Carualho Villasboas in lib. quem scripsit, *Espeio de Principes y ministros.* 5

§. Præsenti sanctione.

Princeps conferendo dignitatem videtur dispensare de omni infamia. Delinquens peracta pœnitentia,& impetrata indulgentia habetur pro eo,qui non peccauit. Scenicæ impetrata à Principe venia licitè contrahunt nuptias cum ingenuis. Matris restitutio, & legitimatio liberis eiusdem prodest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1. suprà hoc tit.* 6 7 8 9

Probat hic text.quòd si patritius à Cæsare impetrata priùs licentia duxisset in vxorem illam, quæ iam artem lubricam, & scenicam exercuisset, sed quæ resipuisset, confectis dotalibus instrumentis, alij efficiuntur legitimi ex eo connubio,& patri succedunt,vt per Menoch.*cons.18.n.5.* 10

Notatur ad hoc quòd Rex potest abolere iuris infamiam,vt per *l.6.tit.6.part.7.vbi gloss.2.* Sfort. Odd. *de in integrum restit.p.2.q.92.* Molfes. *in sum. tract.5.c.8.n.32.*metipsum *de offic.& potest.Episcopi, p.2.alleg.43.v.20.* 11

Vt si delicta mala,& inhonesta conuersatione,&c.] Argumento huius text.tenent Doctores, quòd licèt filia; quæ peccauit in corpus suum, ipso iure sit exhæredata,tamen si pœnituerit, & ad frugem melioris vitæ fuerit redacta, censetur reuocata exhæredatio,vt per Greg.Lop. *l.5.verbo desheredar, tit.7.p.6.* Ludou.Gom. *in §.ex maleficiis, n.44.Instit.de actionib.*Guilelm. *in cap.Raynutius,verbo in eodem testamento,el 2.num.38.*vbi Couarr.*num.18.de testament.* Menchacq. *de success.creat.§.10.num.612. & §.30. num.170.& 192.* Eman.Costa *in l.Gallus,§. & quid si tantum,p.3. num.192.ff.de liber. & posthum.* Crass. *in §.testamentum,quæst.45.num.9.*Surd.*de alimentis, tit.7.quæst.1.n.28.cum seqq.* Molin.*de Iustit.tract.2. disp.176.vers. dubium præterea,* D.Barbos. *in l.1.p.4. num.44.ff. soluto matrim.* vbi *num.45. vers. neque obstant,*subdit hanc l.tantùm probare quòd filia emendata digna est venia,& gratia,sed si pater noluit,nullo iure probatur quòd cogatur iniuriam sibi irrogatam per filiam remittere. 12 13

Notatur etiam ad hoc quòd nobilis,qui per infamiam & vitæ turpitudinem nobilitatem amisit,eandem non recuperat,si relicta turpi vita bonis se moribus omnino deuoueat,nisi per Principem restituatur,vt per Tiraquell.*de nobilit.c.14.n.4.* 14

Omni macula penitus direpta,&c.] Notatur ad hoc quòd legitimatus à Principe perinde censetur, ac si medio tempore nulla fuisset illegitimitatis macula aspersus, vt per Menchaq. *de success. progressu,§.2.à num.42.* Cald.Pereira *post quæst. forens.cons.26.n.3. vers.quamobrem.* 15

In

16 In gloss. *Scenicis*. ibi, *quæ ludunt in scena*, &c. Scenici sunt ludiones, seu ludij, qui in scena ludos agunt, aliàs *histriones* dicti, vt sunt omnes, qui quæstus causa in scenam prodeunt notabiles, veluti mimi, & histriones ita Caluin. *in suo Lexic. verb. scenici, pag. mihi* 832.

17 In eadem gloss. ibi, *& etiam sunt infames*, &c. Notatur ad hoc quòd histriones & ludentes in scenis sunt infames, vt per Borrel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum, rubr.* 11. §. *vendendum, n.* 18. *lit. H*, metipsum *d. alleg.* 43. *num.* 10.

18 In gloss. *Dotalibus* ibi, *nam & sine dote potest esse matrimonium*, &c. Ita Petr. Gregor. *syntagm. iuris, p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 18. *num.* 12. vbi dicit quòd licèt dos non sit sine matrimonio, tamen sine dote matrimonium esse potest. Surd. *decis.* 62. *num.* 14. *& cons.* 361. *n.* 14. Gutier. *in cap. quamuis pactum, super illis verb. dote contenta, n.* 1. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 6. 8. & 14. Castill. *controuers. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 38.

SVMMARIVM.

1 *Scenicæ mulieres ob præstitum iuramentum non tenentur permanere in turpi vita.*
2 *Scenica filia dicitur quæ nata est tunc, cùm mater in scenicis exercitiis versabatur: natæ post restitutionem natalium ingenuæ sunt.*
3 *Matrimonij priuilegio fruuntur liberi nati post impetratum priuilegium, non procreati antea, nisi ad specialem supplicationem Princeps antè natis concesserit restitutionem.*
4 *Nuptiæ legitimæ subsistunt, dotalibus instrumentis cessantibus, exceptis necessariis, & incestis nuptiis.*
5 *Matrimonia inter pares subsistunt cessantibus instrumentis dotalibus.*
6 *Iusiurandum rei illicitum seruari non oportet.*
7 *Inhabilitas parentis reddit inhabiles filios post delictum natos.*
8 *Iuramentum quæ continere debeat.*
9 *Filium Regis non dici illum qui natus est ante adeptum à patre Regnum.*

AVTH. Quod eis.

1 Scenicæ mulieres ob iuramentum præstitum non tenentur permanere in turpi vita, quia iuramentum super re illicita præstitum non seruandum, *in princip.* Consequens dignitatem restitutus tacitè vi-
2 detur, *in §. similes verò*. Scenica filia dicitur quæ nata est tunc cùm mater in scenicis exercitiis versabatur. natæ post restitutionem natalium ingenuæ sunt.
3 Matrimonij priuilegio fruuntur liberi nati post impetratum priuilegium, non antea procreati, nisi ad specialem supplicationem Princeps antè natis resti-
4 tutionem concesserit, *in §. illud*. Dotalibus instrumentis cessantibus, exceptis necessariis & incestis
5 nuptiis, nuptiæ legitimę subsistunt. Matrimonia inter pares cessantibus instrumentis dotalibus subsistunt, *in §. imò & illud*. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

6 *Expressum est illicitum rei iusiurandum seruari non oportere*, &c. [Vide S. Thom. 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 7. *ad* 2. *& quæst.* 98. *art.* 2. *ad* 1. Caiet. *in sum. verbo periurium.* §. 2. Con. *in cap. quamuis pactum part.* 1. §. 6. *n.* 6. Nau. *in man. cap.* 12. *n.* 15. *vers. decimosexto*, Gregor. de Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 7. *puncto* 4. §. 2. Soar. *de Religion. tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 2. *c.* 14. *per tot. & cap.* 18. Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 2. *& cap.* 7. *num.* 2.

Si quidem post expurgationem, &c.] Hinc videtur 7
colligi quòd inhabilitas & incapacitas parentis reddit inhabiles filios post delictum natos, non verò eos, qui antea nati fuerunt, vel post restitutam habilitatem de quo vide S. Augustin. *super Deuteron. q.* 42. *tom.* 4. *suorum operum*, interpretans *c.* 42. vbi dicitur, *Non morientur patres pro filiis*, inquit, quid est ergo quod alibi dicitur, *Deus reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem?* de filiis nondum natis illud intelligitur, hîc autem de filiis iam natis est facta distinctio: non enim trahit aliquid à patre, qui iam natus erat, quando pater eius peccauit. Idem S. August. *super Psal.* 84. *vers.* 5. *lit. F*, ibi, Etenim peccata parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt parentes iam natis filiis, iam enim nati filij ad se pertinent, & parentes ad se pertinent. Oldrad. *cons.* 224. *n.* 33. *in fine*, agens de dignitate cuiusdam Comitatus, dicit quòd inhabilitas, & incapacitas parentis reddit inhabiles filios post delictum natos, non verò eos, qui antea nati fuerunt. Archid. *in cap. frater* 17. *q.* 4. *num.* 3. agens qualiter delictum patris noceat filiis, scribit tempus natiuitatis esse attendendum, nam si antea deliquit, filio præiudicat, secus si pòst. Bart. *in l. emancipatum*, §. *si quis numero* 1. *vers. primo casu, ff. de senatorib.* ibi, Si verò quæris an ex persona patris sui, qui deliquit, filius excludatur? tunc aut fuit conceptus ante maculam patris, aut pòst. Primò casu non nocet filio casus patris, secundo casu nocet. Andr. de Isernia *in cap.* 1. *n.* 10. *vers. in secunda quæstione, quæ sit prima causa benef. amitt.* ibi, Iterum quæro, in dignitate vtrùm noceat casus patris, an nepos habeat dignitatem auitam; & hoc dependet ab illa distinctione an fuerit conceptus ante casum, vel pòst. Petr. Anchar. *in cap.* 2. *num.* 4. *de natis ex libero ventre*, ibi, Aut quæritur an possit ex persona patris, & tunc distingue, aut filius est conceptus ante maculam patris, & non nocet; aut pòst, & tunc patris macula oberit sibi. Ioan. Fab. *in §.* 2. *Instit. de ingen.* ibi, Macula contracta ex delicto parentum non debet nocere filiis antea natis: nec tales filij efficiuntur infames ob delictum paternum, nec perdunt nobilitatem, Bald. *in l.* 2. *n.* 2. *C. de libert. & eorum liber.* ibi, Delicta parentum non nocent filiis primò natis, sed postea nascituris, quia contrahunt rubiginem à linea iam infecta. Ioan. de Imola *in cap. ex parte n.* 19. *de feudis*, vbi dicit quòd nullum delictum patris quoad honores nocet filio nato, vel concepto ante delictum per parentem commissum, Eguinar. Baro *in leg. emancipatum col.* 2. *ff. de senator.* vbi tradit quòd casus, vel calamitas, quæ parenti euenit postquam filius est perfectum animal, ad eum transmitti non potest. Raph. Fulgos. *in l.* 1. §. *prætor ait n.* 7. *ff. de in ius vocant.* Iacob. Rebuff. *in l. quicunque num.* 1. *C. de princip. agent. in rebus lib.* 12. Ioan. Leceriet. *lib.* 1. *de primogenit. q.* 12. *n.* 12. *vers. secundò confirmatur hæc conclusio*, Petr. Costal. *in l. seruorum* §. *ingenui, ff. de statu homin.* Franc. Balduin. *in* § 2. *num.* 11. *Instit. de ingen.* Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia soluit part.* 3. *n.* 118. Duen. *reg.* 345. *num.* 9. Barnab. Brisson. *lib. sing. de iure connub. pag.* 11. ibi, Dignitas, quæ natiuitatis tempore inhæsit patri, ea veluti hæreditario ad posteros transmittitur, itaut quæ ante filios natos admissa est, ad filios postea conceptos manare nequaquam possit, nec casus, aut crimen patris obesse liberis iam procreatis: quia generaliter quoad statum, conditionem, ac dignitatem liberorum attinet, natiuitatis tempus spectamus.

Ratio est, quia filij procreati ante scelus commissum iuris interpretatione iudicantur tanquam ex alio patre nati, vt probat elegans text. *in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebel.* Vlpian. respondit quòd licèt deportatorum filij non faciant deficere conditionem, si sine liberis decesserit, hoc tamen procedit in filiis post delictum natis, non verò in natis antè, quia videntur quasi ab alio homine procreati: ad quam conclus. notat illum text. Alex. *ibi n. 2. in fine,* Rip. *n. 1.* Socin. *cons. 275. n. 25. lib. 2.* Ægid. Bossi. *in pract. crimin. tit. de crimine læsæ maiest. n. 138.* Mandel Alba *cons. 106. num. 25.* Vincent. de Franchis *decis. 202. num. 27.* Surd. *cons. 90. num. 21. & 22.* Marc. Anton. Peregrin. *de iure fisci lib. 5. tit. 6. num. 7.* Hippol. Rimioald. *cons. 564. num. 5. & 6. lib. 5.* Alexand. Raudens. *lib. 1. de analogis cap. 34. num. 10.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 24. n. 41. in fine, & n. 43. vers. ratio differentiæ est.*

Dum text. *in præsenti* statuit quòd liberi mulierum, quæ à scenica vita se se Principis beneficio liberarunt, siquidem post liberationem suscepti sunt, iure & priuilegio matribus concesso fruuntur, non verò si antea fuerint nati, videtur probare quòd filij ante dignitates patribus superuenientes nati, non fruuntur eisdem commodis, & prærogatiuis, quibus filij post adeptam dignitatem, ex *l. si quis decurio la 3. C. de decurionib. lib. 10. & ex l. si senator, C. de dignitat. lib. 12. l. H. §. 1. in fine tit. 1. lib. 6. noua Recop.* Greg. Lop. *l. 2. verbo las honras tit. 13. part. 2.* Couar. *lib. 1. var. c. 8. n. 5. vers. nec idem obstat.* Otalor. *de nobilit. part. 4. princip. cap. 2.* Mieres *de maior. part. 2. quæst. 4. illat. 5. num. 2.* imp. auct. Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. in fine vers. aduerte,* ibi, secus tamen est in nobilitate non originaria, sed datiua: natus enim antequam per Principem simpliciter nobilitetur, non efficitur nobilis, nisi etiam sibi nobilitas expressè conferatur, quia illa qualitas nobilitatis nunquam adesse potest, nisi perfectè adsit tempore natiuitatis. August. Berot. *cons. 258. num. 8. vers. stante ergo, lib. 3.* vbi dicit quòd cùm statuto caueretur quòd filij Brentanorum soluerent certam quantitatem, intelligendo secundùm ius, accipi debet postquam eorum parentes haberent prædictum officium, quoniam ij propriè & verè dicuntur filij talium, non autem illi, qui nati fuerunt antequam parentes haberent prædictam qualitatem, per doctrinam Bald. *in præsenti*; quo loci tradit quòd non dicitur quis talis quando non est natus talis tempore natiuitatis.

8 In glos. *Pœna.* ibi, *& nota quòd tria debet continere iuramentum, veritatem, iustitiam, & iudicium,* &c. Ita S. Thom. *2. 2. quæst. 89. art. 3.* Sot. *de Iustit. lib. 8. quæst. 1. art. 3.* Couar. *in cap. quamuis pactum part. 1. §. 6. n. 4.* Couar. *in man. cap. 12. num. 3.* Barthol. Medina *lib. 1. instruct. confess. cap. 14. §. 3.* Cardin. Tolet. *in sum. lib. 4. cap. 21* Fr. Eman. *in sum. part. 1. cap. 191. num. 4. concl. 1.*

9 In glos. *His illud.* ibi, *non est dicendus sacerdotis filius, vel Regis, qui antequam esset pater sacerdos, vel Rex, natus est,* &c. Notatur ad hoc quod filius Regis ille non dicitur, qui natus est ante adeptum à patre Regnum, vt per Bald. & Angel. *hic num. 2.* latè Bart. *in l. cùm satis, & ibi* Alex. *col. 3. C. de agricol. & censit. lib. 10.* & citatos per Guliclm. *in cap. Raynutius, verbo in eod. testamento in 1. num. 100. de testament.* Cremens. *sing. 50.* Cort. *in memorab. verbo primogenitus, vers. sed quid si Rex.* Tiraq. *de nobilit. cap. 15. n. 7. & de primog. quæst. 31. num. 1.* Didac. à Perez *in addit. ad Seguram in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, num. 73. ff. de legat. 2. & in l. 5. verbo no gozen tit. 1. lib. 4. Ordin,* & vltra eos Barthol. Bellencin. *in repet. cap. cùm Ioannes. num. 15. cum duobus seqq. de fide instrum.* refert alios Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 13. num. 45. vers. nec abs re.* Et secundum hanc sententiam Herodot. *lib. 7.* Iustin. *lib. 2. de bellis externis,* Plotarch. *in Artaxerxe.* Nauel. *p. 1. generat. 55.* Marc. Anton. Sabell. *lib. 1. Ænead. 3.* & ex nostris Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus limit. 11. n. 22. C. de inoff. testam.* Petr. Herod. *lib. 5. Decret. tit. 13. c. 4.* scribunt quòd cum in Persia orta esset controuersia inter Artamenem & Xerxem Darij filios de Persici Regni successione, forte tunc ibi adfuisse Demaratum Spartano Regno eiectum, dixisséque Spartanorum institutis filium post adeptum à patre Regnum alteri antegenito præferri, atque ob eam causam Xerxi Regnum adiudicatum fuisse; quod etiam Guicciardinus *lib. 2. histor.* valuisse scribit in contentione de Mediolanensi Ducatu inter Ludouicum, & Galeatium fratres, quorum hic ante adeptum à patre Ducatum, ille post adeptum natus fuerat, quod etiá retulit Rainald. Corsus *lib. 3. indagat. iuris c. 6.* Hanc eandem hæsitationem tradit Ioannes Aurpachus *epist. lib. 2. epist. 1.* nuper tractatam fuisse inter Alphonsum, & Aloysium illustrissimi Herculis Ducis Ferrariensis filios, quorum primus, nempe Alphonsus auo adhuc viuente fuit natus, & sic eo tempore, quo pater adhuc non erat Dux; secundus verò Aloysius patre iam tunc Ducatum obtinente, qua ratione is se præualere dicebat. Verùm tametsi res quondam fuerit controuersa, & hæc quæstio tunc in vtramque partem disputabilis esset, modò iam consuetudine est receptum vt in Regnis, & maioratibus, maximè Hispaniæ, vltimo possessori maior natu, etiamsi natus sit ante obtentum à tali vltimo possessore id Regnum, seu maioratum, præferatur nato post huiusmodi Regnum, seu maioratum obtentum, vt per Couar. *lib. 2. var. cap. 8. num. 5. vers. tertio.* Anton. Gom. *l. 40. Tauri num. 67. ad fin.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 1. num. 3.* alter Molin. Theolog. *de Iustit. tom. 3. disput. 624. num. 1. vers. porrò in maioratibus.*

SVMMARIVM.

1 *Nuptias contrahunt, intercedentibus instrumentis dotalibus, dignitatibus maximis decorati, exceptis barbaris Rom. Imperio subiectis.*

2 *Constitutiones & leges de matrimonijs quoad natalium restitutionem, & circa nuptias coniugum qualitate disparium referenda ad coniugia tempore Imperij Honorij & Theodosij contracta.*

3 *Nuptia contrahi possunt per nobiles & in dignitate constitutos, instrumentis dotalibus interuenientibus, cum concubinis, & scortis.*

4 *Matrimonium contrahere non posse maximis dignitatibus decoratos, vsque ad illustres, sine instrumentis dotalibus.*

AVTH. Maximis decorati.

Dignitatibus maximis decorati, exceptis barbaris Romano Imperio subiectis, nuptias intercedentibus instrumentis dotalibus cõtrahunt. Constitutiones & leges de matrimonijs quoad natalium restitutionem, & circa nuptias coniugum qualitate disparium referendæ ad coniugia tempore Imperij Honorij & Theodosij contracta. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1 2

Vide Boer. *decis. 264. num. 7.* vbi per hunc text. 3

tenet

tenet quòd cum concubinis, & scortis mulieribus
nuptiæ contrahi possunt per nobiles & in dignita-
te constitutos, instrumentis dotalibus interuenien-
4 tibus. Tiraq. *de nobilit. c. 37. n. 19.* vbi ex hoc text. col-
ligit quòd maximis dignitatibus decorati vsque ad
illustres non possunt contrahere matrimonium sine
instrumentis dotalibus. Ioseph. Lud. Perus. *dec. 99.
num. 9. part. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Nuptiarum conditio per ipsum actum impletur, non per potentiam.*
2 *Nuptiarum vbi fit mentio, non sufficit nubilis ætas, sed matrimonij contractus perfectus requiritur.*
3 *Nuptiarum tempus intelligitur de die, quo nuptiæ celebrantur.*
4 *in Relicto quando adiecta est dies incerta, scilicet nuptiarum, dictum relictum censetur conditionale.*
5 *Nuptiarum festiuitas intelligitur quando matrimonium per verba de præsenti fuit contractum, & mulier ad viri domum traducta, etsi nondum viri cubiculum ingressa sit.*
6 *Maritus & sponsus differunt.*
7 *Ætas requisita ad matrimonium validè ineundum, est pubertas.*

L. Sancimus. XXIV.

Idem A. ad Senatum.

1 CОnditio nuptiarum, impletur per actum ip-
2 sum, non per potentiam. Vbi fit mentio nuptia-
rum, non sufficit nubilis ætas, sed matrimonij con-
3 tractus perfectus requiritur. Tempus nuptiarum in-
telligitur de die, quo nuptiæ celebrantur. Colligunt
ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Aloys.
Leo *super 5. fol. 51. verso.*

4 *Conditionem esse adimpletam*, &c.] Notatur ad
hoc quòd quando est in relicto adiecta dies omni-
no incerta, scilicet nuptiarum, dictum relictum cen-
setur conditionale, vt per Alexand. *cons. 55. num. 1.
lib. 2.*

5 *Nisi ipsa nuptiarum accedat festiuitas*, &c.] Nota-
tur ad hoc quòd nuptiarum festiuitas intelligitur
quando matrimonium per verba de præsenti fuit
contractum, & mulier ad viri domum traducta, etsi
nondum viri cubiculum ingressa sit, vt per Bart. *in
l. Titio centum, §. fin. n. 7. ff. de condit. & demonstrat.*
Duaren. *in præl. ad tit. soluto matrim. tract. de nupt. c. 1.
in princ.* Barnab. Brisson. *in comment. de ritu nuptia-
rum.* Ranchin. *p. 4. concl. 73. cum seq.* Menoch. *de præ-
sumpt. lib. 4. præs. 147. n. 5.*

6 Notatur etiam ad hoc quòd aliud est maritus,
aliud sponsus, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss. 2.
num. 19.* Et ideo omnia iura loquentia de matrimo-
nio, & de marito, & de vxore, accipienda sunt quan-
do matrimonium per verba de præsenti contractum
est, ex sententia Conan. *de sponsalib. part. 2. cap. 1. in
initio num. 1.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 51.
num. 1.* Matiens. *l. fin. gloss. 6. num. 1. tit. 2. lib. 5. noua
Recopil.* Sed hac in re placet distinctio Sanch. *de ma-
trim. lib. 1. disp. 1. num. 3.* inter materiam fauorabilem,
odiosam, aut indifferentem, ita ut in materia fauo-
rabili veniant sponsalia & sponsa matrimonij, sen
mariti appellatione: in odiosa verò nomine mariti,
vxoris, vel matrimonij non veniunt sponsalia con-
tracta per verba de præsenti, nec sponsi ipsi de præ-
senti ante consummationem: in materia denique
indifferenti veniant qui contraxerunt per verba de
præsenti, siue consummauerint matrimonium, siue
non, non autem comprehenduntur sponsi de fu-
turo.

In quo nuptiarum ætas, &c.] Notatur ad hoc quòd 7
ætas requisita ad matrimonium validè ineundum
est pubertas, nempe annus duodecimus in fœminis,
in viro autem annus decimusquartus, vt per Sanch.
de matrimon. lib. 7. disput. 104. à princip. vbi latè
explicat.

SVMMARIVM.

1 *Filij furiosorum, & dementium, matrimonia sine parentum consensu contrahentes, donationem propter nuptias, & dotem auctoritate paterni curatoris constituunt.*
2 *Afflicta persona expensarum detrimento non prægrauanda.*
3 *in Vxore maior, quàm in viro exigitur castitas.*
4 *Mente captus, & furiosus vtplurimum à pari procedunt, differunt autem vt num. 5.*
6 *Furiosus à mente distinguitur.*
7 *Dementia quo pacto probetur, & per quos actus inducatur.*
8 *stante statuto quòd Filius non possit contrahere sine consensu patris, si pater fuerit furiosus, auctoritas iudicis adhibenda est.*
9 *Vxor vbi esset furiosa, non poterit maritus alienare immobilia, quorum dimidia pars est vxoris, nisi causâ cognitâ id ei permittatur per iudicem.*
10 *ad Nuptias liberorum furiosi & dementis conuocari debent qui ex eo genere sunt nobiliores.*
11 *Salarium non debet peti à miseris & egenis.*
12 *Consensus alicuius desideratus vbi nequit interuenire, illius loco decretum, siue auctoritas iudicis sufficit.*

L. Si furiosi. XXV.

Idem A. Iuliano P.P.

FIlij furiosorum & dementium matrimonia sine 1
parentum consensu contrahentes donationem
propter nuptias, & dotem auctoritate paterni cura-
toris constituunt. Afflictæ personæ expensarum de- 2
trimento non prægrauandæ. Colligunt ex Ord. Do-
ctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

Et quidem filiam, &c.] Notatur ad hoc quòd ma- 3
ior castitas exigitur in vxore, quàm in viro, vt per
Tiraq. *in l. 1. connub. gloss. 1. part. 1. num. 45. vers. hoc
idem.*

Quasi exemplo mente capti & furiosi, &c.] Ergo 4
mente captus, & furiosus vtplurimum à pari proce-
dunt, vt per Menoch. *cons. 82. num. 196.* Mascard. *de
probat. conclus. 1049. num. 1.* Propriè autem loquen- 5
do differunt, cùm furiosus propriè sit ille, qui est
cum rabie euidentis furoris, mente captus verò di-
catur, cui deficit mens, & consilium animi, nullum
tamen ostendens furorem, vt per Alex. *cons. 54. n. 1.
lib. 1.* Menoch. *d. cons. 82. num. 195.* Mascard. *d. concl.
1049. num. 1.*

Vt non solùm dementis, sed etiam furiosi, &c.] Ergo 6
furiosus à demente distinguitur, vt per Anton. Gom.
lib. 3. Tauri n. 7. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 45.
num. 16.* Dementia quo pacto probetur, & per quos 7
actus inducatur, vide Mascard. *de probat. concl. 503.
per tot.*

Æstima

8 *Aestimatione tamen in hac urbe excellentissimi Praesidis*, &c.] Notatur ad hoc quòd stante statuto quòd filius non possit contrahere sine consensu patris, si pater fuerit furiosus, est adhibenda auctoritas iudicis, quae consensum patris suppleat, vt per Ti-
9 raq. *de iure mariti gloss*. 8. *n*. 32. Hinc etiam vbi esset vxor furiosa, non poterit maritus alienare immobilia, quorum vxor habet dimidiam partem, nisi causa cognita id ei per iudicem permittatur, vt per D. Barbos. *in l*. 2. §. *fin*. *n*. 26. *ff*. *solut*. *matr*.

10 *Qui ex genere eorum nobiliores sunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd ad nuptias liberorum furiosi & dementes conuocati debent qui ex eo genere nobiliores sunt, cùm iura praesumant eos honestiùs se in ea re habituros, magisque consulturos commodo, & honori eorum, de quorum nuptiis tractatur, vt per Tiraq. *de nobilit*. *c*. 20. *n*. 25.

11 *Sed gratis*, &c.] Ergo pro miseris, & egenis salarium peti non debet, vt per Tiraq. *de nobilit*. *cap*. 29. *num*. 39.

12 In gloss. *Quam moderationem*, *fin*. ibi, *vel aliter dic quòd praedicta fiant auctore Praetore, vel iudice*, &c. Notatur ad hoc quòd vbi interuenire non potest desideratus alicuius consensus, loco illius decretum, siue auctoritas iudicis sufficit, vt per Alex. *in l*. 1. *ff*. *de auctor*. *tut*. Tiraq. *de iure mariti gloss*. 8. *n*. 122. vbi ante *n*. 26. per hanc gloss. tenet quòd in casu statuti requirentis consensum propinquorum in contractibus minorum, iudex debet auctoritatem interponere, nullis existentibus propinquis.

SVMMARIVM.

1 *Alumnam ducere licet quam quis filiae loco non educauit.*
2 *ex sacrosancto Baptismate leuatam ob copulationem animarum, & paternam affectionem praesumptam, vxorem ducere est prohibitum.*
3 *Nutritores & nutrices non sunt patres, aut matres propriè, ac merè naturales, sed vicem patrum tantùm, atque matrum obtinent.*
4 *Nutrix & alumnus aliis sanguine coniunctis aequiparantur, & dicuntur esse de familia.*
5 *Patrum appellatione venire nutritores.*

L. Si quis alumnam. XXVI.

Idem A. Iuliano P. P.

1 ALumnam, quam quis filiae loco non educauit,
2 ducere licet. Leuatam ex sacrosancto Baptismate ob copulationem animarum, & paternam affectionem praesumptam vxorem ducere est prohibitum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l*. 1. *n*. 1. *suprà hoc tit*.

3 *Nec enim homo sic impius inuenietur*, &c.] Notatur ad hoc quòd nutritores, & nutrices non patres sunt, aut matres propriè, ac merè naturales, sed tantùm vicem patrum, matrumque obtinent, vt per Tiraq. *in l*. *si vnquam*, *verbo susceperit liberos n*. 54. *C*. *de*
4 *reuocand*. *donat*. vbi *n*. 53. ex Angel. Aretin. per hunc text. tradit quòd nutrix & alumnus aequiparantur aliis coniunctis sanguine, & dicuntur esse de familia. Ioann. de Torres *in Philosophia morali Principum*
5 *lib*. 4. *c*. 4. *c*. 8. *pag*. *mihi* 255. vbi appellatione patrum nutritores venire dicit, refero ego ipse *in votis nouissim*. *decis*. *tom*. 1. *voto* 1. *n*. 43.

A sacrosancto suscepit Baptismate, &c.] Super hoc adest noua dispositio Concil. Trident. *sess*. 24. *de reform*. *matrim*. *cap*. 2. ibi, *Statuit* (scilicet sancta Synodus) *vt vnus tantum siue vir, siue mulier iuxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de Baptismo suscipiant; inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem ac matrem, necnon inter baptizantem ac baptizatum, baptizatique patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur*, &c. quam Tridentini Concilij decisionem multis exornaui *in collectan*. *ad ipsum*, *& de officio & potest*. *Parochi cap*.... Vnde cùm matrimonium sit prohibitum inter cognatos cognatione huiusmodi spirituali, inter eos carnalis cognitio facit incestum, vt per Petr. Greg. *syntagm*. *iuris lib*. 9. *cap*. 11. *num*. 18. Menoch. *de arbitr*. *casu* 501. *n*. 27. *&* 28. Petr. Caball. *resol*. *crim*. *casu* 200. *à num*. 67. Farin. *in praxi quaest*. 149. *num*. 48.

SVMMARIVM.

1 *Legis Iuliae, & Papiae prohibitio cessat quoad prohibitiones aetatis* 50. *aut* 60. *annorum in contrahendis nuptiis.*
2 *Sexagenariis vxorem ducere lege Poppea interdictum. Sed abrogata haec lex à Claudio Caesare, quem sequutus est Iustinianus in praesenti*, n. 3.
4 *Senes sexaginta annorum matrimonium contrahere permittitur.*
5 *Senes etiam decrepitos capaces esse matrimonij, si nullo alio impedimento praeter senectutem laborent.*

L. Sancimus. XXVII.

Idem A. Ioanni P. P.

LEgis Iuliae, & Papiae prohibitio quoad prohibitiones aetatis 50. aut 60. annorum in nuptiis 1 contrahendis cessat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l*. 1. *num*. 1. *suprà hoc tit*.

Lege Papia Poppea (ita enim legendum est, non 2 *Pompeia*) à Tiberio Caesare cautum est ne sexagenarij vxorem ducerent tanquam ad generandum minimè idonei; quam tamen legem tanquam iniquam 3 primus omnium abrogauit Claudius Caesar, & eum sequutus est Iustinianus *in praesenti*, vt per Tranquil. *in Claudio*, *c*. 13. Senec. *in libris moralis Philosophiae*, Lactant. *lib*. 1. *c*. 16. Alex. ab Alexandro *lib*. 4. *dierum genial*. *cap*. 22. Conan. *comment*. *iuris lib*. 8. *cap*. 1. *à princ*. Tiraq. *l*. 6. *connub*. *gloss*. 1. *p*. 6. *n*. 20. Menoch. *de arbit*. *casu* 58. *n*. 10. *& casu* 89. *n*. 57. vbi subdit quòd intelligitur quoad causam matrimonij, non quoad generandi potentiam.

Notatur ad hoc quòd senex qui habet sexaginta 4 annos, potest cõtrahere matrimonium, vt per Greg. Lop. *l*. 2. *gloss*. 1. *tit*. 20. *p*. 2. *& l*. 3. *gloss*. 4. *tit*. 2. *part*. 4. Anton. Gom. *l*. 9. *Tauri n*. 57. *vers*. *secundò facit*, Cou. *de sponsal*. *p*. 2. *c*. 8. §. 2. *n*. 11. D. Barbos. *in l*. 1. *ff*. *soluto matr*. *p*. 1. *n*. 96. Sanch. *de matrim*. *lib*. 7. *disp*. 92. *n*. 19. vbi reddit rationem, quia etsi senes destituantur propinqua & expedita generandi facultate, est enim in eis veluti suspensum exercitium potentiae generandi, possunt tamen habere perfectum actum coniugalem, veréque intra vas seminare: quod ad matrimonij firmitatem sufficit.

Et quamuis Anton. Gom. *citato loco* id intelligat 5 quando senex non sit constitutus in postrema, & decrepita aetate, aliter quòd impossibile sit generare, & hanc sententiam non esse improbabilem dicat Henriq. *in summ*. *lib*. 12. *de matrim*. *cap*. 7. *num*. 3. *in commento*

commente lit. X, tamen dicendum eſt ſenes etiam decrepitos capaces eſſe matrimonij ſi nullo alio impedimento præter ſenectutem laborent, nam vſus Eccleſiæ nullos ſenes à matrimonio ineundo reijcientis comprobat. Ita Cou. *d. cap.* 8. §. 2. *verſ.* 9. Duen. *regul.* 350. *limit.* 1. Matienſ. *l.* 10 *gloſſ.* 3. *n.* 4. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua Recop.* D. Barboſ. *d. l.* 1. *part.* 1. *n.* 94. Sanch. *d. lib.* 7. *diſp.* 92. *n.* 20. vbi *n.* 22. cum D. Barboſ. *num.* 97. hoc in fœmina quantumcunque vetula certum eſſe ait, & *n.* 24. cum eod. D. Barboſ. *d. loco n.* 94. ac alijs, quos ſequitur, reſoluit ſenem adeò exhauſtum, vt omnino impotens ſit ad copulam habendam, nec iudicio Medicorum iuuari arte poſſit, vel ſi poſſet quidem coire, non tamen ſeminare intra vas, eſſe matrimonij incapacem.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas & felicitas ſuperueniens communis eſt, neque diſſoluendi connubij anſam præbet.*
2 *Vxores maritorum dignitatem participant, &* n. 3.
4 *ex vna Radice quando multiplex vitium naſcitur, conſequens eſt vt eadem lege tollatur. fructus non producit radice infecta,* num. 5.

L. Si libertam. XXVIII. & vlt.

Iidem A. Ioanni P.P.

1 Dignitas & felicitas ſuperueniens inter coniuges communis eſt, neque diſſoluendi connubij anſam præbet. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd vxores maritorum dignitatem participant, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.* 18. *num.* 1. & 15. Ioann. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *ſub num.* 44. Azeued. *l.* 9. *num.* 3. *cum ſeq. tit.* 11. *lib.* 2. *noua Recop.* D. Barboſ. *in l. quia tale ex num.* 25. *ff. ſoluto matrim.* D. Ioan. Solorzan. Pereira in Indiarum Conſilio ſenator meritiſſimus *parricidij crimine lib.* 2. *cap.* 13. vbi de mutuo coniugum amore, pari fortuna, reuerentia, æqualitate & pœna agit, qui huc ſpectare rectè arbitratur ſolemnem illam formulam, qua ex veteri Romanorum more ſponſas introducentes iubebant dicere, *Vbi tu Caius, ego Caia.* quaſi cum viro paciſceretur vxor omnia inter eos communia eſſe debere.

3 Vnde vxores Senatorum, Doctorum, officialiúmque Regiæ domus maritorum nobilitatibus gaudere expreſsè cauetur *l. Hiſp.* 18. *tit.* 14. *lib.* 6. *noua Recop.* Bernard. *regul.* 785. Otalor. *de nobilit. p.* 4. *c.* 8. Mieres *de maioratu p.* 1. *q.* 51. *n.* 34. D. Barboſ. *in d. l. quia tale, n.* 53. *cum ſeqq.*

4 *Cùm enim ex vna radice*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando ex vna radice multiplex vitium naſcitur, conſequens eſt vt eadem lege tollatur, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 34. *n.* 95. vbi *num.* 96.
5 hinc dicit quòd ex infecta radice fructus non producentur.

De inceſtis, & inutilibus nuptiis.

Tit. V.

Incestæ *nuptiæ* ſunt vel iure gentium, quæ nefariæ vocantur, nempe inter parentes & liberos, necnon inter eos affines, qui parentum & liberorum loco ſunt, vt ſocerum & nurum, ſocrum & generum, vitricum & priuignam, nouercam & priuignum: vel iure ciuili, id eſt, inter cognatos tranſuerſales, & ſimiles affines. Reliquæ ſunt *inutiles*, non inceſtæ, vt inter tutorem & pupillam, de quibus *tit. ſeq.* Scripſerunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſembec. De materia vide *l. Hiſp. tit.* 3. & 15. *part.* 4. Conan. *comment. iuris lib.* 8. *c.* 5. & 6. Auend. *in diction. verbo inceſto fol.* 160. Suat. Don. à Fina, Fichard. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 3. *pag.* 708. *cum ſeqq.* Cou. *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 2. Pereg. *de iure fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 12. *cum ſeqq.* Petr. Greg. *ſyntag. iuris p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 11. *n.* 5. *cum ſeqq.* vbi cum gloſſ. in hac rub. dicit quòd poſſunt dici omnes nuptiæ, quæ legitimæ non ſunt, inceſtæ. Regner. Sixtin. *de Regalib. cap.* 15. Alex. Trentac. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de matrim. reſol.* 4. vbi latè de inceſtis nuptiis. Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis q.* 149. *n.* 121. *cum ſeqq.* vbi de pœnis inceſtarum nuptiarum.

Quis dicatur inceſtus, & quis filius inceſtuoſus? vide Vincent. de Franchis *dec.* 27. & 28. Surd. *de aliment. tit.* 5. *q.* 7. *n.* 41. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 19. *num.* 50. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor patroni liberta non poteſt inuito patrono diuertere, & cum alio contrahere nuptias.*

L. Liberta. I.

Imp. Alexand. A. *Amphigeno.*

Liberta vxor patroni non poteſt inuito patrono diuertere, & cum alio nuptias contrahere. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgoſ. Bald. Caſtr. Cuiac. Sichard. Aloyſ. Leo *ſuper* 5. *fol.* 53. Sebaſt. Næui. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

SVMMARIVM.

1 *Vxores binas nemo ſimul habeat in Imperio Romano citra pœnam infamiæ, &* num. 2. 3. 4. *pœna ducentis duas ſimul vxores arbitraria iuxta facti & perſonarum qualitatem,* num. 5.
6 *Vxores binas ducendi prohibitio locum habet etiam in ducente vnam ſponſam, & aliam vxorem, vel etiam duas ſponſas.*

L. Neminem. II.

Impp. Dioclet. & Maxim. AA. *Sebaſtiano.*

Binas vxores nemó ſimul in Imperio Romano habeat citra infamiæ pœnam. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Conan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 8. Duaren. *in prælud. tit. ſoluto matrim. tract. de nupt. cap.* 3. *pag.* 7. Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri num.* 27. Clar. §. *fornicatio num.* 31. Paul. Ghirland. *de pen. omnif. coitus quæſt.* 14. *num.* 4. *verſ. de iure autem ciuili eſt infamis ipſo iure*, Bermond. *de publicis concubin. in verbo monemus omnes laicos num.* 2. Arnald. Albert. *de agnoſcendis* 2

dis assert. Cathol. & haeret. quaest. 23. *num.* 9. Couarr. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 7. §. 3. *n.* 6. Viui. *opin.* 1057. *n.* 1. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 6. *c.* 2. *n.* 12. Menoch. *cons.* 16. *in fine, & de arbitrar. casu* 420. *num.* 96. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 80. *lit. B, vers. punitur deinde*, Caball. *resolut. crimin casu* 98. *num.* 29. Cardos. *in praxi iudicum, verbo Sacramentum matrimonij n.* 54. Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis quaest.* 140. *n.* 15. Cald. Pereira *post quaest. forens. in comment. ad §. soror, Instit. de inoff. testam. num.* 44. *vers. secun-*
3 *de etiam nubens*: qui omnes per hunc text. tenent quòd infamis est ipso iure, qui duas simul habet vxores.

4 *Binas vxores habere*, &c.] Notatur ad hoc quòd de iure etiam Ciuili interdictum vnicuique est duas simul habere vxores, vt per Anton. Gom. *d. l.* 80. *Tauri n.* 27. Arnald. Albertin. *de agnosc. assert. Cathol. quaest.* 23. *num.* 34. Menoch. *d. casu* 420. *num.* 29. *cum seqq.* Caball. *d. casu* 98. *n.* 1. Farin. *d. quaest.* 140. *num.* 1. latè Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 80. *per tot.* vbi disputat an secundae nuptiae primis non dissolutis, sed consistentibus, sint iure naturae interdictae, atque irritae.

5 *Quam rem competens iudex inultam esse non patietur.*] Ergo enim poena ducentis duas simul vxores est arbitraria iuxta facti & personarum qualitatem, de qua Salzed. *in d. pract. c.* 80. *lit. B, vers. & poena*, vbi quòd iudices ecclesiastici pro isto crimine imponunt publicam ignominiam, & in his Regnis frequentissimè rei ante portas Ecclesiae in scala ignominiosè collocantur, & *in vers. ab Inquisitoribus autem*, subdit ab Inquisitoribus fidei crimen hoc perpetrantes fustigatos ad temporalem relegationem, & quandoque ad triremes condemnatos extitisse, si viri plebeij fuerint, si verò nobiles alia iusta poena molctatos. Menoch. *d. casu* 420. *n.* 113. vbi generaliter dicit iure Pontificio illum, qui habuit duas vxores, publica ignominia puniri. Caball. *d. casu* 98. *num.* 11. *cum seq.* vbi quòd vidit isto casu impositam poenam triremium quandoque ad longum tempus, quandoque ad minus, iuxta facti & personarum qualitatem, & *numero* 27. testatur in Hetruria seruari quòd vir plures habens vxores sedens super asinum mitratus per ciuitatem fustigatur cum duabus, seu pluribus conocchiis iuxta numerũ vxorum, quas duxit, à quibus conocchiis fuso fila ducuntur: mulier autem quae plures viros accepit, eidem bireta super capite defert, & pariter super asino publice fustigatur, Farin. *d. quaest.* 140. *ex n.* 3. *cum seqq.* Apud Hispanos Castellanos *in l. fin. tit.* 17. *part.* 7. qui bis contraxit matrimonium punitur in exilio quinque annorum, & insuper confiscantur sibi omnia bona, quae habebat in illo oppido, vel loco, vbi tale matrimonium secundum contraxit, & non extantibus filiis, vel nepotibus, quibus bona applicentur, medietas applicatur parti, quae damnum passa fuit ignoranter, & alia medietas fisco, & si ambo scienter contraxerunt praedictum matrimonium, puniuntur poena praedicti exilij, & confiscatione bonorum, quae habebant in illo loco, & non extantibus filiis, vel nepotibus, applicantur fisco, *& l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. & l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 8. *etiam Ordin.* vbi quòd huic debet etiam sibi publicè imponi signum in fronte ad instar litterae Q, *& l.* 8. *tit.* 20. *lib.* 8. *noua Recop.* vbi commutantur praefatae poenę in publicam ignominiam, & poenam triremium per decem annos. Apud nostros Lusitanos per Ordin. Reg. *lib.* 5. *tit.* 19. *in princip.* poena capitis & mortis naturalis imponitur.

Quia matrimonium contrahentes simul cum duabus vxoribus videntur malè sentire de Sacramento, ideo contra eos tanquam contra suspectos de haeresi procedunt Inquisitores contra haereticam prauitatem? Ita Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 7. §. 3. *n.* 6. *vers. suspectus etiam*, latè Arnald. Albertin. *d. quaest.* 23. *ex num.* 49. *cum multis seqq.* Simanch. *de cathol. instit. c.* 40. *num.* 3. Nau. *cons.* 1. *num.* 8. *de haeret.* Perez *ad leg. ord. tit.* 1. *lib.* 3. *pag.* 44. *in fin.* Menoch. *d. casu* 420. *n.* 114. *& de praesumpt. lib.* 5. *praes.* 6. *num.* 37. Azeued. *l.* 5. *n.* 5. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua Recop.* Henriq. *in sum. lib.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. *& lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 4. Farin. *d. quaest.* 140. *num.* 14.

In gloss. *Binas vxores.* ibi, *vel sponsas*, &c. Notatur ad hoc quòd prohibitio ducendi duas vxores locum habet etiam in ducente vnam sponsam, & aliam vxorem, vel etiam duas sponsas, quia vtroque casu habet locum poena infamiae, vt per Bermond. 6
d. verbo monemus omnes laicos num. 1. *vers. & idem docet ibi glos.* Arnald. Albertin. *d. quaest.* 23. *num.* 10. *in fine*, Caball. *d. resol. crimin. casu* 98. *num.* 32. Farin. *d. quaest.* 140. *num.* 27.

SVMMARIVM.

1 *cum Ancillis domini quondam, praesertim Decuriones, non contrahebant matrimonia, & liberi nati sequebantur conditionem matris, & fiebant serui. abrogatum hoc per leges Pontificias*, num. 7.

2 *Decurio cum ancilla matrimonium contrahens, quondam in insulam relegabatur, ancilla autem detrudebatur in metallum.*

3 *Actores & procuratores criminalium processuum scienter negligentes criminum delationem, & accusationem, metalli poenam metuant.*

4 *Dominus feudi nuptiis incestuosis, & inutilibus indulgens, easque non puniens, fundi & mancipiorum rusticorum patiatur confiscationem.*

5 *in ciuitate celans & permittens fieri incestas et inutiles Nuptias pro bonorum dimidia parte confiscationem patiatur.*

6 *Serui attento iure Ciuili iustum matrimonium contrahere nequeunt.*

8 *Filij quoad seruitutem sequuntur conditionem matris seruae, & non patris liberi. Valet consuetudo, si alicubi legitimè praescripta sit*, num. 9.

10 *Propinquorum appellatione qui comprehendantur, remissiuè.*

11 *Connubium & coniugium idem sunt.*

12 *Matrimonium nuncupari solet, Matrimonium, nuptiae, connubium, & coniugium.*

13 *Connubij etymon.*

L. Cùm ancillis. III.

Imp. CONSTANT. A. *Patrocbo.*

CVm ancillis domini quondam, praesertim Decuriones, non contrahebant matrimonia, & liberi nati sequebantur conditionem matris, & fiebant serui. *in princip.* Decurio cum ancilla contrahens matrimonium, quondam in insulam relegabatur, ancilla autem in metallum detrudebatur, poena requirit cognitionem, & sententiã iudicia, *vers. si enim Decurio.* Actores & procuratores criminaliũ processuum scienter negligentes criminum delationem, & accusationem, metalli poenam metuant, *vers. Quod si actores.* Dominus feudi nuptiis incestuosis, & inutilibus indulgens, easque non puniens, fundi & mancipiorum

mancipiorum ruſticorum patiatur confiſcationem.
In ciuitate celans & permittens fieri inceſtas ac inu-
5 tiles nuptias, pro bonorum dimidia confiſcationem
patiatur, *verſ. ſi verò*. Colligunt ex Ordin. Doctores
citati *in l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

6 *Cùm ancillis non poteſt eſſe connubium*, &c.] Nota-
tur ad hoc quòd ſerui iure ciuili attento iuſtum ma-
trimonium contrahere nequeunt, vt per Azor. *inſti-
tutionum moralium part. 2. lib. 2. cap. 6. quaeſ. 10. in
princ.* Alexand. Trentacinq. *variarum reſolut. lib. 1.
tit. de legitimat. reſolut. 1. num.* 10. Cald. Pereira *in l. ſi
curatorem, verbo ſine curatore, num.* 88. *verſ. rurſus.*
7 Dum hic text. prohibet ducere ancillas, ne filij, qui
ventrem ſequuntur, quoad ſeruitutem ſerui naſce-
rentur, abrogatur per leges Pontificias, vt aduertunt
Rebell. *de obligat. iuſtit. part. 2. lib. 3. quaeſt. 3. n. 1. in
fine.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo ſacramentum
matrimonij num.* 66. vbi notat ius Canonicum inter
ſeruum & liberam approbare matrimonium *in cap. 1.
& c. ſi quis ancillam, cap. ſi quis ingenuus, & cap. ſi fœ-
mina 29. quaeſt. 2.* cum multis aliis. latè Sanchez *de
matrim. lib. 7. diſp. 19. cum ſeqq.*

8 *Nam ex huiuſmodi contubernio ſerui naſcuntur*,
&c.] Notatur ad hoc quòd filij quoad ſeruitutem
ſequuntur conditionem matris ſeruae, & non patris
liberi, vt per Anton. Gom. *ad l. 79. Tauri num. 6.* Pi-
chard. *de nobilit. communicat. n. 12.* Sanchez *d. lib. 7.*
9 *diſput. 24. n. 5.* vbi *num. 9.* ſubdit valere conſuetu-
dinem, ſi alicubi legitimè praeſcripta ſit, vt filius
non matris, ſed patris, aut vtriuſque parentis ſerui-
tutem ſequatur, itavt ſi vel ſolus pater ſeruus ſit, pro-
les ſeruituti ſubdatur, vel ad id deſiderari vtrumque
parentem eſſe mancipium, & *n. 10.* tenet quòd ſuffi-
cit tempore conceptionis, aut natiuitatis, aut medio
tempore matrem liberam fuiſſe, vt partus libertate
gaudeat, vt ſi ancilla praegnante ſit manumiſſa, dein-
deque ante partum in ſeruitutem redacta, proles na-
ta libera erit, ob libertatem matris medio illo tem-
pore comparatam, *ex § ſed & ſi quis, Inſtit. de ingen.*
vbi *num. 1.* intelligit quando ex vi natalium & ſta-
tus matris eſt futura ſoboles libera, aut ſeruituti
ſubdita.

10 *Vel etiam propinquos*, &c.] Propinquorum appel-
latione qui comprehendantur, vide citatos per me
*de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignif. appell.
224. per tot.*
11 In gloſſ. *Connubium.* ibi, *connubium & coniugium
idem ſunt.* Vide Sanchez *de matrim. in proœm. num. 4.*
12 vbi ait quatuor eſſe ſynonyma, quibus matrimoniū
nuncupari ſolet, matrimonium, nuptię, connubium,
13 coniugium: & ait connubium ab obnubendo, ſeu
velando dici; quia quaſi nube obtegitur virgo vela-
mine quodam dum benedicitur.

SVMMARIVM.

1 *Nuptias contrahentes contra praecepta legum, ſpe omni lucrorum nuptialium ſub titulo tam dotis, quàm propter nuptias donationis priuantur per fiſcum.*
2 Mandata conſtitutionéſque, *intellige Principum ſecularium, & Eccleſiaſticorum.*
3 *Donationes factae inter contrahentes inceſtas nuptias, & omnia alia nuptialia ob illis tanquam indignis auferuntur, & fiſco applicantur.*
4 *Nuptias prohibitas ſi quis contrahat errore acerrimo ductus, poteſt ſibi donatum retinere, ſecus ſi error non fuerit acerrimus, ſed ſupinus, & minus probabilis.*
5 *Error iuſtus & probabilis excuſat à pœna inceſtarum nuptiarum.*
6 *Ignorantia iuris non excuſat in totum, ſed ex parte. Excuſat fœminam contrahentem inceſtas nuptias probibitas à iure ciuili poſitiuo tantùm, non ſic à iure naturali, vel gentium*, num. 7.
8 *Ignorantia iniuſta, & non probabilis, non excuſat ab inceſtis nuptiis.*
9 *ex Matrimonio reprobato licèt ita contrahentes non conſequantur lucra nuptialia, vel aliquid ex donatione, excuſantur tamen ſi ſint minores beneficio aetatis.*
10 *Ignorantia affectata pro ſcientia habetur, & nihil prodeſt.*
11 *Ignorantia iuris, aut facti quando excuſet contrahentem inceſtas nuptias.*
12 *Impedimenti ſi vterque coniux fuit conſcius, tunc maritus priuatur dotario, & vxor dote, & acquiruntur fiſco. Si verò ſolus coniux conſcius nullitatis ignoranti coniugi aliquid legauit, valet legatum*, num. 13. *ſi mulier ſciuit impedimentum, maritus autem ignorauit, vtique mulier incidet in pœnas legis*, num. 14. *ſi ambo ignorantes impedimentum, contraxerunt inceſtas nuptias, non patientur dictas pœnas, ſed quod quilibet dedit, repetere poteſt*, num. 15. *neque incidere in illas pœnas, ſiue vterque ignorauerit, ſiue vnus eorum*, n. 16. *non eſſe idem in acquiſitis à coniuge ignaro per alium contractum inter viuos, ſed donatione acquiſita fiſco applicari*, num. 17. *at verò idem eſſe in legato, & quocunque contractu inter viuos, verior ſententia*, num. 18.
19 *Matrimonium ſi clam fuerit contractum in gradu prohibito, praetenſa ignorantia iuris contrahentes à pœnis inceſtarum nuptiarum non excuſat.*
20 *Clam aliquid facientes cenſentur habere malam fidem, nec ignorantiam, aut errorem allegare poſſunt.*
21 *Filius habitus in figura matrimonij ex parentibus inter quos impedimentum erat canonicum, an & quando ſit legitimus, &* num. 22.

L. Qui contrà. IV.

Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Andromach. Com. rer. priu.*

COntra legum praecepta nuptias contrahentes 1
ſpe omni lucrorum nuptialium ſub titulo tam dotis, quàm propter nuptias donationis priuantur per fiſcum: quam quidem pœnam confiſcationis bonorum non ſentiunt errore probabili nuptias prohibitas contrahentes dum comperto errore diſcedunt à prohibitis nuptiis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 2. ſuprà hoc tit.*

Vel contra mandata, conſtitutionéſque, &c.] Quam- 2
uis nonnulli exiſtimauerint procedere in contrahētibus inceſtas nuptias de iure ciuili, non ſecundùm prouiſionem iuris Canonici, ex quorum numero ſunt Boët. *deciſ. 263. num. 11.* Peregr. *de iure fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 25.* Surd. *conſ. 304. num. 28.* Tu tamen textum intellige de mandatis & conſtitutionibus Principùm ſecularium, & Eccleſiaſticorum, nam ante Iuſtinianum, imò antè Valentem, Theodoſium, & Arcadium Caeſares, auctores huius leg. iam Calixtus, Fabianus, & Iulius Romani Pontifices coniugia inter conſanguineos, & affines prohibuerunt, paulo latius, quàm per *cap. non debet. de conſang. & affinit.* prohibita fuerunt; conſtat enim Conſtantinum ma-

gno zelo Religiosis Christianæ incestas nuptias prohibuisse nondum à Romanis Imperatoribus vetitas auctore Soxomeno *lib. 1. eccles. histor. cap.* 8. sed etiam à summis Pontificibus Fabiano & Calixto ante ipsum damnatos, prout referunt Iacob. Cuiacius *lib. 7. obseruat.* 28. & Brisson. *in lib. de iure connubiorum*, Anton. Cont. *lib. 2. success. lect. c. 1.* ergo dispositio huius text. debet intelligi de incestis nuptiis prohibitis per ius ciuile, ac per ius Canonicum; & ideo ita interpretatur textum *in præsenti*, Couarr. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. à num. 30. cum seqq.* à quo desumpsit Alexand. Trentac. *var. resol. lib. 3. tit. de matrim. resol. 4. num.* 8.

3 *Nihil ex eodem matrimonio*, &c.] Notatur ad hoc quòd donationes factæ inter contrahentes incestas nuptias, & omnia alia nuptialia ab illis tanquam ab indignis auferuntur, & fisco applicantur, vt per Ghirland. *de pœn. omnif. seit. quæst. 2. num. 5. vers. puniuntur etiam*, Angel. *de malefic. in verbo che hai adulterato la mia donna, n. 57. vers. alia est per quam quis repellitur a lucro*, Roder. Xuar. *in tit. de las ganancias, n. 27. cum seqq. & n. 22.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num.* 55. Couarr. *d. part. 2. cap. 6. §. 8. n.* 23. Menoch. *de arbitr. casu* 502. *num.* 47. Praeil. *in summ. legum pœnal. part. 2. casu 35. n.* 2. Vincent. de Franchis *decis.* 52. *n.* 3. Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis quæst. 149. num.* 134. Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput.* 200. *n.* 9. vbi ait hunc textum loqui quando nuptiæ sunt, & quæ de iure ciuili erant nullæ, scienter à maioribus vigintiquinque annis celebratæ erant, aut postquam ad eam ætatem peruenerunt, matrimonium continuò non diremerunt, tunc enim quòd vnus coniugum ab altero vel donatione, vel contractu acceperat, amittebat fisco: secus autem si non affectato, sed iusto errore impedimenti contraxerant. nam tunc, qui bona fide eo pacto contrahebat, nihil omnino amittebat, de quo infrà. Et quòd non solùm dos, sed alia bona contrahentium incestas nuptias confiscentur ipso iure, dicam latè *in collect. ad Auth. incestas infr. hoc cod. tit.*

4 *Qui aut errore acerrimo non affectato*, &c.] Notatur ad hoc quòd si quis acerrimo errore ductus contrahat prohibitas nuptias, potest sibi donatum retinere; secus si error non fuerit acerrimus, sed supinus & minus probabilis, quia tunc fiscus donatum auferet, vt per D. Barbos. *in l. si cum dotem 13. §. fin. n.* 22. *cum seqq. ff. soluto matrim.* vbi *n.* 23. *cum gloss. verbo, fisco in præsenti*, Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum §. 36. num. 7. ad finem.* Nouell. *de dote part. 11. in princ. n. 9. ad fin. & num. 13. versic. vnde secundum prædicta*, Cost. *in cap. si pater, parte 1. verbo vxorem, num. 7. ad finem, & n. 9. de testament. in* 6. & alios, tenet quòd acerrimo errore deceptus si contrahat nuptias prohibitas, potest retinere sibi donatum, non solùm in eo sensu, vt fiscus non possit ab eo auferre, sed etiam neque ille, qui donauit.

5 Vnde error iustus & probabilis excusat à pœna incestarum nuptiarum, vt per Bermond. *de publicis concub. tit. de incestu, num.* 14. Clar. *in pract. §. incestus, num. 10. vers. excusatur incestus*, Viui. *opin.* 487. *n.* 8. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 36. cap. 7. post num.* 2. Menoch. *de arbitr. casu 502. num. 42. & num. 82. cum*
6 *seqq.* Farin. *d. quæst. 149. num.* 162 vbi *num.* 163. resoluit quòd ignorantia iuris non excusat in totum, sed
7 in parte vt pœna minuatur, & *à n.* 173. tenet quòd ignorantia iuris excusat fœminam contrahentem incestas nuptias prohibitas à iure ciuili, positiuo tantùm, non sic à iure naturali, vel gentium, & *n.* 178. resoluit quòd quando vnus coniux est ignorans incestarum nuptiarum, aut in facto, aut in iure, alter verò sciens, tunc ignorans reputabitur pro ignorante, & sic excusabitur; sciens verò habebitur pro sciente, & non excusabitur, & *n.* 186. intelligit conclusionem principalem in incestu, commisso sub specie matrimonij, secus in commisso in fornicatione. & sine matrimonio, quia cùm tunc detur opera rei illicitæ, ideo tenetur quis de incestu, etiam quòd ignorauerit consanguinitatem, maximè quando quis carnaliter cognoscit consanguineam honestam.

Notatur etiam ad hoc quòd ignorantia iniusta, & non probabilis, non excusat ab incestis nuptiis, vt per Ghirland. *d. quæst. 2. n. 6. vers. dummodo non sit ignorantia crassa, & affectata*, Alber. Angel. Cyrl. & alios, quos refert Farin. *d. quæst. 149. num.* 280. vbi tamen *num.* 179. citat Couarr. *d. cap. 6. §. 8. num. 21. &* alios tenentes quòd à pœna incestarum nuptiarum excusat ignorantia iuris, vel facti etiam crassa, & quæ ex lata culpa prouenit, sed *num.* 181. cùm eodem Couarr. vtramque componit sententiam, vt prima procedat in nuptiis, quæ incestæ sunt de iure gentium, aut naturali, secunda verò in incestis nuptiis de iure ciuili. 8

Aut ætatis ludibrio lapsi, &c.] Notatur ad hoc quòd licèt ex matrimonio reprobato lucra nuptialia, vel aliquid ex donatione ita contrahentes non consequantur, tamen si sint minores beneficio ætatis excusantur, vt per Valasc. *consult. 15. ante med.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 3. tit. de matrim. resolut. 4. n.* 11. Molin. *d. tract. 2. disp. 200. n. 9. in fine*, vbi dicit quòd dum aliquis contrahentium huiusmodi minor erat 25. annis, esto mala fide contraxisset, nihil tale amittebat, dummodo intra illam ætatem separationem ab eo coniugio efficeret. 9

Non affectata, &c.] Notatur ad hoc quòd ignorantia affectata pro scientia habetur, & nihil prodest, vt per Tiraqoell. *de retract. lignag. §. 35. gloss. 4. n.* 28. Duen. *regul. 150. limit.* 2. Cald. Pereira *de renou. emphyt. quæst. 7. num.* 18. 10

Coniunctionem huiusmodi sine vlla procrastinatione, &c.] Notatur ad hoc quòd ignorantia iuris, aut facti contrahentem incestas nuptias excusat, quando adueniente scientia impedimenti ante accusationem recedit à matrimonio, si verò perseuerat in eo, præcedens ignorantia non excusat, quia per continuationem censetur ratificare delictum, vt per Ghirland. *d. quæst. 2. num. 6. vers. quæ quidem limitationes*, Bermond. *de publ. concub. tit. de incestu, num.* 34. Viui. *opin. 487. num. 6. vers. & hoc procedit*, Menoch. *d. tract. de arbitr. casu 502. num.* 81. Farin. *d. quæst. 149. n.* 195. *cum seqq.* 11

In gloss. *Fisco vindicari.* ibi, *& hoc cùm vterque scienter contraxit.* Notatur ad hoc quòd si impedimenti vterque coniux fuit conscius, tunc maritus priuatur dotario, & vxor dote, & acquiruntur fisco, vt per Molles. *in consuet. Neapol. part. 7. cap. 7. n.* 22. Anton. Gom. *l. 52. Tauri num.* 7. Matiens. *l. 4. gloss. 2. n. 2. tit. 2. lib. 5. nouæ Recop.* Peregr. *de iure fisci lib. 5. tit. 1. num.* 13. Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4. gloss. 1. num.* 66. Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 10. num.* 5. vbi *n.* 7. subdit verius sibi videri posse sponsam retinere donec fiscus per sententiam auferat, Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 6. q. 4. n.* 10. 12

In eadem gloss. ibi, *si autem à sciente*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando solus coniux donans fuit conscius nullitatis, si ignoranti coniugi aliquid legauit, valet legatum, vt per Acost. *in cap. si pater, de testam. lib. 6. p. 1. super verb. vxorem, n.* 5. Molin. *de Iustit. tr. 2. disp. 200. n.* 5. Sanchez *d. lib. 6. disp. 2. n.* 3. 13

Notatur etiã ad hoc quòd si mulier sciuit impedimentum, maritus autem ignorauit, vtiq; mulier, quæ 14

sciuit

sciuit impedimentum, incidit in pœnas huius legis,
vt per D.Barbos. *in l.si ante 6.num.36.in princ.ff.so-*
15 *luto matrim.* Si verò ambo ignorantes impedimen-
tum contraxerunt incestas nuptias, non incidunt in
illas pœnas, sed quod quilibet dedit, repetere potest,
& sic nec vxor dotarium, nec vir lucratur dotem, sed
data hinc inde restituuntur condictione sine causa,
Couarr. *de sponsal.part.2.cap.6.§.8.num.22.& cap.7.*
§.1.num.8. Gall. *de except.part.2.tit.4.except.8.n.7.*
Marta *in rubr.ff.soluto matrim.quæst.11.num.3.25.&*
*28.*D.Barbos. *in d.l.si antè,num.35.in fine*, Cardin.
Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.lib.12.tit.33.*
num.50. Fontanell. *d.claus.4.gloss.1.n.69.* Alexand.
Trentacinq. *variarum resolut.l.3.tit.de matrim.reso-*
16 *lut.4.n.7.*vbi quòd ignoranter contrahentes in gra-
du prohibito incestas nuptias, dictas pœnas non pa-
tiuntur, & hoc siue vterque ignoranter contraxerit,
siue vnus ipsorum: nam ille propter eius ignoran-
tiam à pœnis excusatur.

17 In eadem gloss.ibi, *vel dic aliud esse cùm relinqui-*
tur ex ei testamento, &c. Secundùm hanc primam
glossæ opinionem nota non esse idem in acquisitis à
coniuge ignorato per alium contractum inter vi-
uos, sed donatione acquisita applicari fisco, secun-
dùm Doctores, quos refert & sequitur Cou. *de spon-*
18 *sal.p.2.c.7.§.1.num.8.* Sed altera sententia huius
gloss. sentientis idem esse in legato, & quocunque
contractu inter viuos, verior est, vt per Molin. *d.disp.*
200.num.6. Sanchez *d.lib.6.disput.2.num.19.* vide
apud illos.

19 In gloss. *Errore*. ibi, *clam fuerat contractum*, &c.
Notatur ad hoc quòd si clam matrimonium fuerit
contractum in gradu prohibito prætensa iuris igno-
rantia contrahentes à pœnis incestarum nuptiarum
non excusat, vt per Boër. *decis.263.sub num.15.vers.*
Marcus tamen, Couarr. *d.c.6.§.8.n.26.* Alex. Trentac.
d.tit.de matrim.resol.4.n.6.vers. hæc conclusio, vbi *in*
vers.seq. disputat an vti ignorantia iuris præsumi-
tur, ita etiam præsumatur facti ignorantia in contra-
hente palam incestas nuptias.

20 Notatur etiam ad hoc quòd qui clam aliquid fa-
ciunt, censentur habere malam fidem, nec ignoran-
tiam, aut errorem allegare possunt, vt per Tiraquell.
de retractu conuent.in præfat.num.14.& de pœnis tem-
per.causa 11.num.11.

21 In eadem gloss.ibi, *sed dico esse legitimos si vterque*
ignorauit, &c. Existimat hæc gloss. quòd filius habi-
tus in figura matrimonij ex parentibus inter quos
impedimentum Canonicum erat, legitimus erit, si
22 vterque parens fuerit in bona fide. Sed verius est hoc
sufficere si vnus fuerit in bona fide, quamuis alter
habuerit malam fidem, quia ex ignorantia vnius tan-
tùm parentis proles efficitur legitima, non solùm
quoad ignorantem, sed etiam quantum ad scientem.
Ita Ceruant. *ad l.6.Tauri n.13.* Duen. *regul.150.li-*
mit.2.vers.circa, Matiens. *in rubr.tit.1.gloss.1.n.116.*
lib.5.nouæ Recopilat. Cost. *in cap.si pater, de testament.*
lib.6.verbo vxorem,n.4. Gutier. *pract.lib.3.quæst.75.*
n.3.cum seq. Azor. *institutionum moralium p.2.lib.2.*
cap.16.quæst.3. Seraphin. *decis.1099.n.1.* Sanchez *de*
matrimonio lib.8.disput.34.n.46. Alexand. Trenta-
cinq. *d.lib.3.tit.de matrim.resol.4.n.17.*

SVMMARIVM.

1 *Fratris præmortui vxorem, & vxoris sororem nemo ducit licitè, nisi Pontificis accedat dispensatio*, n.2.

3 *Incestus committitur, quando quis carnaliter cognoscit duas vxores, eius pœna quæ, remissiuè*, n.4.

L. Fratris vxorem. V.

Iidem AAA. Cynegio.

FRatris præmortui vxorem, & vxoris sororem ne- 1
mo licitè ducit. Colligunt ex Ordin. Doctores ci-
tati *in l.1.n.1.suprà hoc tit.*

Id est, nisi Pontificia accedat dispensatio; quia nul- 2
lus gradus affinitatis in linea transuersa ita prohibet
iure naturæ matrimonium, vt illud irritum reddat;
quare Alexander VI. Summus Pontifex dispensauit
cum Rege Lusitaniæ, & Iulius II. cum Henrico VIII.
& Catharina Regibus Angliæ, & postea Clem. VII.
consultis totius Orbis illustribus Vniuersitatibus, &
maturissimo cõsilio habito decreuit auctoritate Põ-
tificia fuisse, legitimam dispensationẽ, quod decre-
tum refert ad verbum Castr. *de lege pœn.lib.1.cap.12.*
& latè probant Couarr. *de sponsal.p.2.c.6.§.10.n.6.*
Menoch. *de præsumpt.lib.2.præsumpt.10.n.45.* Rebel.
de oblig.iustit.p.2.lib.3.q.15.n.11. Matt. *de iurisd.p.4.*
casu 64.n.16. Sanchez *de matrim.lib.7.disp.66.*

Notatur ad hoc quòd incestus committitur ab eo, 3
qui carnaliter cognoscit duas sorores, vt per Vincen.
de Franchis *decis.378.* Menoch. *de arbitr.casu 502.*
n.23. Petr. Caball. *resol.crimin.casu 200.*sub *num.34.*
Farin. *in praxi crim.q.149.n.109.& 109.& num.seqq.*
tradit quam pœnam iste incurrat. 4

SVMMARIVM.

1 *Incestas contrahentes nuptias filios non habent in potestate, proprias autem facultates retinent, & his succedunt liberi, parentes, frater. Iis demum per testamenta quædam relinquunt, quibus leges non denegant successionem*, num. 2.

3 *Consilia dantes ad incestas nuptias non succedunt incestuoso, sed gradu proximo, & experti consilij illiciti ad successionem prosunt.*

4 *Incestus pœna viris inferenda extenduntur ad fœminas.*

5 *Filij contrahentium scienter incestas nuptias cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, & absque dispensatione, egrediuntur patriam potestatem, nec capere possunt bona patris per interpositam personam*, num.6.

7 *Pœnæ huius text. non habent locum quando nuptiæ non sunt propriè incestæ.*

8 *Nepotes nati ex filio incestuoso non possunt ab auo institui.*

9 *Filius militis Hierosolymitani dicitur incestuosus, & hæreditatis aui incapax.*

10 *Filius natus ex Clerico in Sacris constituto spurius dicitur, & incestuosus.*

11 *Pœna imposita contrahentibus incestas nuptias, per verbum masculini generis, comprehendit etiam fœminas.*

L. Si quis incesti. VI.

Impp. ARCAD & HONOR. AA.
Eutychiano P. P.

INcestas* contrahentes nuptias filios non habent 1
in potestate, proprias verò facultates retinent, &
his succedunt liberi, parentes, frater. Incestuosas cõ- 2
trahentes nuptias iis demum per testamenta quæ-
dam relinquunt, quibus leges successionem non de-

3 negant. Consilia dantes ad incestas nuptias nôn suc-
cedunt incestuoso, sed gradu proximo, & caperti
4 consilij illiciti ad successionem prosunt. Incestus
pœnæ viris inferendæ ad fœminas extendūtur. Col-
ligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

5 *Neque filies ex ea edicos*, &c.] Notatur ad hoc
quòd filij contrahentium scienter incestas nuptias
cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito, &
absque dispensatione, egrediuntur patriam potesta-
tem, vt per *l. Hispan. 6. tit. 18. part. 4.* Couarr. *de spon-
sal. part. 2. c. 6. §. 8. n. 10.* vbi ait, vt hæc pœna incur-
ratur, desiderari tales incestas nuptias consummatas
esse per copulam carnalem, Molin. *de Iustit. tract. 2.
disp. 229. n. 6.*

6 *Neque per interpositam personam*, &c.] Ergo nec
per interpositam personam potest filius incestuosus
bona patria capere, de quo an verum sit, vide Anton.
Gom. *l. 9. Tauri num. 21.* Paleoth. *de nothis & spur.
cap. 44. num. 3. cum seqq.* Couarr. *de sponsal. part. 2. c.
8. §. 5. num. 1.* Rojas *in epit. success. c. 20. num. 52. cum
seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 42. cap. 19. num. 5.*
Molin. *de Iustit. tractat. 2. dispute. 189.* Lessi. *in simili
tract. lib. 2. cap. 19. dub. 6. n. 59.* Azor. *institut. moral.
part. 1. lib. 2. cap. 10. à princip.*

7 *Hoc est de descendentibus*, &c.] Notatur ad hoc
quòd pœnæ huius text. non habent locum quando
nuptiæ non sunt propriè incestæ, putà quando con-
trahuntur cum cognata spirituali, vel cum muliere
vidua, seu infideli, quia pœnæ sunt molliendæ, non
augendæ, vt per Boër. *decis. 264. n. 13.* Clar. *in §. in-
cestus, n. 4.* Surd. *de alimentis, tit. 5. quæst. 7. n. 28.*

8 Dum hic text. prohibet committentem incestum
posse testari nisi inter certas personas hîc enumera-
tas, à sufficienti partium enumeratione probat, non
posse nepotes natos ex filio incestuoso ab auo insti-
tui, vt per Duen. *regal. 366. limit. 2.* Boër. *decis. 127.
n. 8.* Surd. *de alimen. tit. 1. quæst. 13. num. 6. & tit. 5.
quæst. 7. num. 36.* Matiens. *l. 6. gloss. 8. n. 23. tit. 8. lib. 5.
nouæ Recopilat.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.
96. n. 27.* Fachin. *controu. lib. 5. cap. 98.* Peregrin. *de
iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 54.* Bernard. Græuæ. *ad pract.
Cameræ Imper. lib. 2. concl. 115. num. 10. cum seqq.*
Cald. Pereira *post quæst. forens. cens. 39. num. 17.* Vin-
9 cent. de Franchis *decis. 27. à n. 4. & decis. 28.* resol-
uit filium militis Hierosolymitani incestuosum di-
10 ci, atque incapacem hæreditatis aui. Et Nouar. *in ad-
dit. ad d. decis. 27. Vincentij de Franchis*, tradit filios
natos ex Clerico in Sacris constituto spurios, & in-
cestuosos dici.

11 *Et sanè quæ viris cauimus, etiam de fœminis*, &c.]
Notatur ad hoc quòd pœna imposita contrahētibus
incestas nuptias per verbū masculini generis fœmi-
nas etiam comprehendit, vt per Anton. Gom. *l. 80.
Tauri num. 28.* Eman. Costa *in cap. si pater, de testam.
lib. 6. part. 1. verbo vxorem, num. 5.* Cardin. Mantic. *de
tacitis & ambiguis conuent. tom. 1. lib. 22. cap. 14. n. 18.*
In pœnalibus enim masculinum verbum etiam fœ-
mininum sexum comprehendit, quando respectu
vtriusq; eadem viget prohibitionis ratio, vt probant
omnes per text. *ibi in l. si quis 7. ff. de iurisdict. omn.
iud.* DD. *in l. Gallus ff. de liber. & posthum.* vbi Ias. *n. 8.*
& Galleaul *n. 33.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloss. 9.
n. 221.* Menoch. *remed. 4. adipisc. n. 6. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Nuptias incestas contrahens amittit bona, & hono-
rem, interdum etiam verberibus afficitur, si vilis
est, & n. 2. istiusmodi nuptias contrahentis non so-
lùm dos, sed & alia bona ipso iure confiscantur.
n. 3. declara vt n. 4. 5. & 6.*

7 *Nuptias contrahentes incestas priuari dignitatibus,
ex quo infamia irrogatur.*

8 *Contrahentium incestas nuptias vltra pœnam confi-
scationis bonorum, alia est, si humilis & vilis fue-
rit, verberibus in exilium mittitur, vir autem ho-
nestus infamis effectus in insulam relegatur per-
petuò, & patrem depertatum, vel damnatum, fi-
lius alere tenetur, num. 9.*

10 *Filios incestas contrahentes nuptias egredi pa-
triam potestatem.*

11 *Incestum committi etiam inter cognatos cognatio-
nis legalis, at non propriè incestas dici nuptias.*

AVTH. Incestas.

CONtrahens incestas nuptias amittit bona, ho- 1
norem, interdum & verberibus afficitur, si vilis
sit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup.
hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt 2
Rod. Xuar. *tit. de las ganancias n. 17. cum seqq.* Boër.
decis. 264. n. 12. cum seq. Conan. *comment. iuris lib. 8.
c. 6. n. 5.* Greg. Lop. *l. 50. gloss. 2. in fin. tit. 14. p. 5.* An-
ton. Gom. *l. 80. Tauri n. 15. vers. aduertend.* Tiraq. *in
l. si vnquam, verbo reuertatur n. 94.* Couar. *de sponsal.
p. 1. c. 6. §. 8. n. 3.* Duen. *reg. 150.* Rebuff. *ad leges Gal-
liæ in proœm. gl. 5. n. 65.* Clar. *lib. 5. §. incestus, n. 3. cum
seqq.* Viui. *tom. 1. comm. opin. lib. 5. tit. 3. n. 4. pag. 708.*
Peregr. *de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 12. cum seq.* Thesaur.
Pedem. decis. 100. n. 3. Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.
36. c. 7. n. 2. in fine*, Menoch. *de arbitr. casu 502. n. 55.*
Sim. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib. 2. dub. 1. sol.
4. n. 92. fol. 149.* D. Barb. *in l. si ante, n. 40. & in l. si cum
dotem, §. fin. n. 30. ff. solut. matrim.* Farin. *in praxi crim.
tit. de delict. carnis q. 149. n. 122. cum seqq.* Alex. Tren-
tacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de matrim. resol. 4. à princ.*
Pradil. *in sum. legum pœnal. p. 1. c. 8.*

Confiscatio bonorum, &c.] Notatur ad hoc quòd in- 3
cestas nuptias contrahenti non solùm dos, sed etiam
alia bona ipso iure confiscantur, vt per Ant. Gom.
*d. l. 80. Tauri n. 15. in princ. & in vers. aduertend. ta-
men*, Clar. *d. §. incestus, n. 5. & in §. fin. q. 80. n. 4. vers.
dos mulieris*, Thesaur. *d. Pedem. dec. 100. n. 2. in fi.* Me-
noch. *d. casu 502. n. 48. cum seqq.* Peregr. *de iure fisci
lib. 4. tit. 5. n. 16.* Far. *d. q. 149. n. 127.* vbi *n. 128.* tradit
nec per auth. *bona damnatorum, C. de bon. proscr.* hanc
pœnam confiscationis bonorū vllo pacto sublatam
esse, & *n. 130.* declarat vt tunc demum bona commit- 4
tentis incestum fisco applicentur, nisi is habeat fi-
lios ex alio legitimo matrimonio natos, seu nepotes,
quia tunc non fisco, sed ipsis applicantur, & *n. 131.* 5
declarat etiam vt hac pœna confiscationis bonorum
procedat in incestu commisso sub specie matrimonij
secus si sine matrimonio. Alex. Trent. *d. res. 4. à n. 2.*
vbi *n. 4.* resoluit bona contrahentium incestas nup- 6
tias ipso iure publicari, seu confiscari.

Et cingulo, si quo potitur, spoliatio, &c.] Notatur ad 7
hoc quòd contrahentes incestas nuptias priuantur
dignitatibus, ex quo infamia irrogatur, vt per Ant.
Gom. *d. l. 80. Tauri n. 10. vers. aduertend. tamen*, Ber-
mond. *de publ. concub. tit. de incestu, n. 6.* Cou. *de spon-
sal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 5. vers. vir autem honestus*, Thesaur.
d. Pedem. dec. 100. n. 3. ad fin. Menoch. *d. casu 502. n.
51. & seqq.* Farin. *d. q. 149. n. 136.*

Verberatio quoque si vilis est, &c.] Notatur ad hoc
quòd vltra pœnam confiscationis bonorum in con-
trahentibus incestas nuptias, alia est, id est, si humiles
& vilis fuerit, verberibus in exilium mittitur, vir au-
tem

tem honeſtus infamis effectus in inſulam perpetuò relegatur, vt per Alex. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 5.* Farin. *d. q. 149. num. 122.*

9 *Vt tamen pater ab eis alatur,* &c.] Notatur ad hoc quod filius tenetur alere patrem deportatum, vel damnatum, vt per Duen. *reg. 68. limit. 10.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſed vtrum, à n. 3. ff. de liber. agnoſc.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 17. à n. 18.*

10 *Liberis hoc ipſo ſui iuris effectis.*] Notatur ad hoc quòd filij contrahentium inceſtas nuptias patriam egrediuntur poteſtatem, de quo vide poſita *in collect. ad l. ſi quis inceſti 6. n. 2. ſupr. hoc eod. tit.*

11 In gloſſ. *Inceſtas. ibi, quid. tantùm de vetitis iure ſanguinis,* &c. Notatur ad hoc quòd inceſtus committitur etiam inter cognatos cognationis legalis, at non propriè inceſtæ nuptiæ dicuntur, ſed inutiles, vt per Cabell. *reſol. crim. caſu 200. n. 55. cum ſeqq.* Farin. *d. quæſt. 149. num. 44. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Nefarij & inceſtuoſi non merentur nomen naturalium, ſuntque indigni ſucceſſione, & alimentis, &* num. 2.

3 *Coitus damnatus quis.*

4 *Adulterium cum vxore aliena, & inceſtus tam cum conſanguinea, quàm cum affine, ſunt damnati.*

5 *Coitus coniugati, & ſolutæ an dicatur damnatus & punibilis.*

6 *omnis Concubitus ſacrilegus, cum Moniali ſcil. ſiue Religioſa, vel cum viro Religioſo, punitur iure ciuili.*

7 *Congreſſus Clerici cum ſoluta muliere, an ſit lege damnatus, &* num. 8. *in nato ex virgine, vel vidua, quid,* num. 9.

10 *Filij nati ex inceſtis nuptiis ſunt incapaces bonorũ patris, nec ex illis capere poſſunt ab inteſtato, vel ex teſtamento, etiam ex cauſa alimentorum, ſed omnia fiſco applicantur.*

11 *Filij ſpurij expreſsè ſumpti, id eſt, geniti ex ijs, inter quos erat impedimentum matrimonium dirimens, neque ab inteſtato, neque ex teſtamento poſſunt ſuccedere matri, quando concepti ſunt ex coitu damnato, & punibili lege humana, nulla ex parte ſuccedere matri, etiam quæ non ſit illuſtris,* n. 12. *quamuis illa mater nullos habeat liberos iuſtos,* n. 13. *In Regno Luſitaniæ quid ſeruetur.* n. 14. *E conuerſo nec matrem poſſe ſuccedere filio inceſtuoſo,* num. 15.

16 *Filius ſpurius ex Clerico, Religioſo, aut Moniali in Regno Caſtellæ profeſſis, nec matri, nec patri ſuccedit, neque eius conſanguineis, nec ab eis obtinere quicquam poteſt præter alimenta.*

17 *Filius ſpurius quando conceptus eſt ex coitu, propter quem matris ſtatuta eſt pœna mortis, talis filius ſuccedere nequit matri nec ex teſtamento, neque ab inteſtato, poteſt tamen mater illi relinquere quintam ſuorum bonorum, de qua diſponere poterit pro anima ſua. Ceteri verò filij ſpurij, nẽpe qui ex ijs ſunt geniti, inter quos eſſe non poterat matrimonium, licèt coitus nec damnatus, nec punibilis eſſet lege humana, ſuccedere nequeunt patri ex teſtamento, aut ab inteſtato in illa parte ſuorum bonorum, aut illam donatione, ſeu alio contractu inter viuos accipere,* n. 18. *Inſtitutio ſi facta ſit à patre filio ſpurio ſub conditione, ſi legitimabitur, vel ſi capere potuerit, quid,* n. 19.

20 *Filium ſpurium a patre nec ali debere, & quare,* n. 21. 22. 23. 24. 25. *De iure Põtificio quid,* n. 26.

AVTH. Ex complexu.

NEfarij & inceſtuoſi naturalium nomen non merentur: iidem ſucceſſione, & alimentis ſunt indigni. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* Aloyſ. Leo *ſuper 5. fol. 53.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, exornantque Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 8. c. 6. n. 5.* Alciat. *lib. 4. parerg. c. 5.* Dominic. Martucc. *var. explanat. lib. 1. c. 60.* Anton. Cont. *ſucceſſ. lect. iuris ciuilis lib. 2. c. 11. num. 6. & 7.* Gregor. Lop. *l. 2. gloſſ. fin. tit. 14. part. 4.* Couarr. *de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 5. num. 3. cum ſeqq. & §. 6. in princ.* Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n. 8. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Perez *ad tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 98. & l. 2. tit. 3. lib. 5. pag. 150.* Peregr. *de iure fiſci lib. 3. tit. 18. ex n. 53. & n. 82.* Madera *animaduerſ. iuris ciuilis cap. 32. per tot.* latè Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. tit. de nothis & ſpurijs reſol. 2.* 2

Seu damnato, &c.] Coitus damnatus dicitur ille, cui aliqua pœna temporalis per legem, aut conſtitutionem iuris imponitur, de quo Boſſ. *in pract. tit. de coitu damnato, n. 38.* Cou. *de ſponſal. p. 2. c. 8. §. 5. n. 17.* Bermond. *de public. concub. prope fin. in verbo qui etiam filios, n. 63.* Clar. *in §. fornicatio, n. 5.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. c. 8. q. 3.* Surd. *deciſ. 249. num. 5. & 6.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q. 21. n. 16.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. c. 35. n. 20.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 117. verſ. licèt in concluſione, n. 8.* qui conſentiunt adulterium cum vxore aliena, & inceſtum tam cum conſanguinea, quàm cum affine damnatos eſſe. 3 4

Vtrùm coitus coniugati, & ſolutæ dicatur damnatus, & punibilis, quæſtio dubia. Vna ſententia tenet huiuſmodi coitum dici damnatum, & punibilem, quam tuentur Anchar. *conſ. 335.* Iaſ. *conſ. 39. col. 2. in primo lib. 3.* Gozadin. *conſ. 21. num. 7.* Alba *conſ. 37.* Menoch. *conſ. 60. nu. lib. 1.* Couar. *de ſponſal. par. 2. c. 8. §. 5. num. 16. & 17.* quoniam, inquit, cùm adulterium cum ſoluta tam ex parte ſolutæ, quàm ex parte viri, cedat in iniuriam vxoris, damnatum & punibile eſt, licèt ratò puniatur, Molin. *d. diſp. 167. n. 8.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 2. c. 6. q. 9. & c. 8. q. 5. verſ. ſed dubiæ quæſtionis.* Alia ſuſtinet contrarium, quã defendunt Palac. *l. 9. Tauri n. 27.* Piſtor. *q. 42. n. 46. in fine.* Rolan. *conſ. 74. n. 8. & 12. lib. 1.* Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ. 18. n. 29. lib. 1.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. c. 22. num. 14. in fin.* Caball. *reſol. crimin. caſu 32.* Surd. *deciſ. 249. n. 3.* Spin. *in ſpeculo teſt. gloſſ. 16. princ. n. 90.* Farin. *in praxi crimin. q. 141. ex n. 75.* Steph. Gratian. *d. c. 35. n. 26.* Concordando tamen has opiniones diſtinctionis fœdere ſunt componendæ, vt prior locum habeat in coniugato, qui habuit mulierem ſolutã loco concubinæ, quaſi illam teneat contra prohibitionem *l. 1. C. de concub.* Secunda verò in coniugato cognoſcente ſolutam extra domum, ita D. Barboſ. *in priuatis ſcholijs ad l. ex facto, §. ſi quis rogatus el 1. verſ. ad Ordin. ff. ad Trebell.* Peregr. *d. tr. de iure fiſci, lib. 3. tit. 8. n. 36. verſ. concordando,* Steph. Gratian. *d. c. 35. à n. 27.* vbi *n. 40.* ſubdit vxoratum, qui habet filium ex concubina ſoluta, tunc habere ex coitu damnato, & punibili, quando mulier ſciret illum eſſe vxoratum. 5

Præterea omnis ſacrilegus concubitus, qui eſt cum Moniali, ſiue Religioſa Virgine Deo ſacra, vel è congreſſu cum Religioſo viro, punitur iure ciuili, *l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric. cap. impudicas, cap. virginibus 27. quæſt. 1.* Azor. *d. part. 2. lib. 2. c. 8. quæſ. 5. verſ. præterea,* Molin. *d. diſput. 167. num. 8.* 6

7 Sed dubiæ quæstionis est an congressus Clerici in sacris Ordinibus constituti cum soluta muliere, sit lege damnatus? Quidam negant esse damnatum, vt per Perez *ad titul.2. lib.5. Ordinar. pag.69.* & latiùs *tit.8.vers.vtrum autem, lib.8.etiam Ordin. pag.227.* Auendan.*lib.9.Tauri gloss.5.cum seq.*Hartm.Pistor.*q.42.per tot.*Ratio est, quoniam inter eos solùm simplex Fornicatio dicitur committi, secundùm Menoch. *de arbitr.in addit. ad casum 289.n.6. vers. tertia opinio,* Surd.*de aliment.tit.5.quæst.7.n.44.*

8 Alij verò moltò probabilius tenent complexum huiusmodi esse damnatum non solùm de iure Canonico, sed quia reprobatur per leges ciuiles, *in auth.de Monachis,§.si quis autem monasticam, & in auth. de sanctissimis Episcop.§.presbyteris,*& ideo hanc partem sequuntur Anton.Gom.*l.9.Tauri num.15.in fine,* & *ibi,*Tell.Fernandez *n.34.* Mench. *de success.creat.§.10.num.497.* Matienf.*l.6.gloss.4.n.6. cum seqq.tit.8.lib.5.nouæ Recopil.*Gam.*Lusit.decis.136.*Spin.*in speculo testam.gloss.16.princ.n.18.19.89. & 90.* Molin. *d.disput.167.num.8.* Gutier.*pract.lib.2.q.102.*Peregr. *de iure fisci lib.3.tit.8.num.37.in med.*Azor.*d.part.2. lib.2.cap.6.quæst.5.* Less.*de Iustit.lib.2.cap.19.dub.9. n.65.*Bernard.Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper.lib.2. concl.115.consid.1. n.2.* Stephan.Gratian. *d.cap.35. n.46.& seq.* resoluentes proinde filium talis Clerici in Sacris constituti nō succedere matris quod tamen in filiis Clerici in minoribus Ordinibus constituti etiam ecclesiasticum beneficium obtinentis, minimè locum habere resoluunt idem Stephan.Gratian. *d.cap.35.n.48.*& Azor.*d.lib.2.cap.6.quæst.5.vers.accedit* Franc. Barty *de success.intest. lib.18. tit.1. num.18.vers.dubitatio est in Clerico.*

9 Quid in nato ex virgine, vel vidua; Dic coitum huiusmodi esse damnatum, nam stuprum cum virgine siue vi; punitur iure ciuili, *l.stuprum.ff.de publ.iudic.§.item lex Iulia de adulteriis, Instit. eod.tit.* Item accessus ad viduam honestæ conditionis etiam sine vi, punitur eodem iure ciuili, *l.de crimine,C.qui accusare non poss.d.§.item lex Iulia de adulteriis,* sic Boss. *in pract.tit.de coitu damnato,n.23.* Azor. *d.lib.2.c.6. quæst.6.& cap.8.quæst.5.vers.præterea,* Stephan. Gratian. *d.cap.35.num.32. cum seqq.* vbi *num.37.* tenet quòd non committitur stuprum lege fori punibile cum virgine, vidua, vel alia muliere vilis conditionis,& ideo nati ex ea succedent matri, intelligendo tamen de virginibus, vel viduis infimæ conditionis passim vagantibus, non seruato verecundiæ pudore. Optimè Farin. *cons.90. per tot.*vbi latè agit an & quando impunibile sit stuprum commissum in ancillam, aliámve mulierem vilis & abiectæ conditionis. Aduertit verò Valasc. *cons.147.a n.7.* quòd attento iure Regni Portugaliæ coitus cum virgine, quam poterat ducere in vxorem, si vellet, licèt sit punibilis, & damnatus ex parte masculi, non tamen redit illum filium incapacem succedendi patri plebeio, nec matri.

10 *Omnis paternæ substantiæ indigni,* &c.] Notatur ad hoc quòd filij ex incestis nuptiis nati sunt incapaces bonorum patris, nec ex illis aliquid capere possunt ab intestato, vel ex testamento, etiam ex causa alimentorum, sed omnia fisco applicantur, vt per Ghirland.*de pœnis omni f.coitus q.2.n.8.*Bermond. *de duplicis concub.tit.de incestu, n.7. & 8.vers.& sic perpetuò notetis,*Menoch.*de arbitr.casu 502.num.60. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin.tit.de delictis carnis, quæst.249.num.137.*

11 Notatur etiā ad hoc quòd filij spurij expressè sumpti, id est, geniti ex iis, inter quos erat impedimentū matrimoniū dirimens, neque ab intestato, neque ex testamento succedere possunt matri, quando concepti sunt ex coitu damnato & punibili lege humana, vt per Anton. Gom.*l.9.Tauri num.15.*Negreiros *in introduct.vltim, volunt.lib.1.c.11.n.5.* Molin. *dict. tract.2. disp.167.n.7.* Surd. *de alimentis, tit.7.q.15. in fine,*vbi tenet filium spurium natum ex coitu pu- 12
nibili nulla ex parte succedere matri, etiam quæ non
sit illustris, quod extendit idem Surd. *decis. 249.* vt
procedat quamuis illa mater nullos habeat liberos 13
iustos, Franc. Barty *de success.ab intestat.lib.18.tit.1.*
n.18. Apud nostros verò Lusitanos per *Ordin. Reg.* 14
*lib.4.tit.93.in princ.*vt filius non succedat patri, nec
matri, sufficit esse susceptus ex coitu damnato, vel
punibili, nec requiritur vtrumque simul, ad tradita
per Valasc.*cons.29.n.13.* & vide postea *ad gloss.l.fin.*
C.de naturalib.liber. Et cùm ius succedendi sit reci-
procum, ita vt si ego non admittar ad alicuius suc-
cessionem, nec ille ad meam admittatur, Duen. *regul.*
366. versic.amplia septimo, Menoch. *cons.60.n.31.*
Franc.Marc.*Delphin.decis.12.n.4.*Peregr.*de iure fisci*
*lib.3.tit.8.numer.29.*Gutier.*pract.lib.2.quæst.102.ad*
fin.& lib.3.quæst.74.n.5. Ideo nec mater filio ince- 15
stuoso succedere potest, Gregor.Lopez *l.3.verbo les*
de la madre,tit.21.part.4. Spin. *d.gloss.16.princ.a n.*
89. Regn.Sixtin.*de vectigal.lib.2.c.11.n.15.* Valen-
tin.Forst. *de success. ab intest.lib.6.c.50. concl.4.n.10.*
Bern.Græuæ *ad pract.Cameræ Imper.lib.2.concl.115.*
*consid.1.*Molin.*d.disp.167.n.19.*

In Regno Castellæ per *l.6.& 7. tit.8.lib.5.nouæ* 16
*Recopil.*filius spurius ex Clerico, Religioso, aut Mo-
niali professis, nec matri, nec patri succedit, neque
consanguineis patris, neque potest quicquam ab eis
obtinere propter alimenta;& habetur etiam *in ea l.7.*
quòd quando filius spurius conceptus est ex coitu 17
propter quē matri statuta est pœna mortis naturalis,
vt ex adulterio matris, talis filius succedere nequit
matri neque ex testamento, neque ab intestato, po-
test tamen mater illi relinquere quintum suorum
bonorum, de quo disponere poterat pro anima sua,
refert Mol.*d.disp.167.n.13.*vbi *n.22.*admonet quando
fœmina, quæ filium alioqui spurium conciperet, à
culpa excusaretur, vel quia fuit vi oppressa, vel quia
inuincibiliter ignorauit eum, cum quo rem habebat,
non esse suum virum, vel aliqua alia ratione, filium
eo pacto genitum succedere matri vnà cum aliis fi-
liis legitimis, quoniam denegatio successionis est in
pœnam,& odium delicti parentum, vbi autem nulla
interueni t culpa, cessare debet pœna.

Cæteri verò filij spurij, nempe qui ex iis sunt ge- 18
niti, inter quos esse non poterat matrimonium, licet
coitus nec dānatus, nec punibilis lege humana esset,
succedere nequeunt patri ex testamento, aut ab inte-
stato in vlla parte suorum bonorum, aut illa in dona-
tione, seu alio contractu inter viuos accipere, vt per
l.Hisp.10.tit.12.p.6. Ord.Reg Lusit. *lib.4.tit.93.in*
princ. Couar. *de sponsal.p.2. c.8.§.5.n.3.* Paleoth.*de*
*nothis,& spur.cap.40.cum seqq.*Crass. *in §.successio ab*
intestato,q.10 Gam.*Lusit.dec.3.n.5.* Azeued.*l.6.n.4.*
cum seqq.tit.8.lib.5.nouæ Recopil. Molin. *d.disp.167.*
n.3. Less.*de Iustit.lib.2.c.19.dub.6.à n.58.* Cald.Pe-
reira *post quæst.forens.cons.27.n.6.*Card.Tusch.*pract.*
*concl.to.7.lit.S.concl.416.*ita vt si filius spurius quic-
quam de bonis patris præter alimenta obtineat, in
conscientia, tanquam illorum incapax, teneatur id
restituere hæredibus relictis in testamento, quib.per
ius accrescendi id cedit; si autem nulli sint ex testa-
mento, teneatur restituere hæredib.ab intestato pos-
suntque id exigere hæredes, ac debent: quòd si intra
duos menses exigere id negligant, tunc potest fiscus
id sibi vindicare, *d.l.10.*Spin.*d.gloss.16.princ.à n.48.*
Molin.

Molin. *d. diſp.* 167. *num.* 5. *& diſpnt.* 169. *concl.* 1. Leſſ. *d. cap.* 19. *dub.* 6. *à num.* 68. Motl. *in emporio iuris ciuilis p.* 1. *tit.* 1. *q.* 9. *n.* 40. Bened. Pinel. *ſelect. iuris lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. niſi per longiſſimum tempus bona patris poſſideat, quia huiuſmodi præſcriptione poterit ſe tueri, ſecundùm Pereg. *d. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 112. *& de fideicom. art.* 23. *n.* 94. Valaſc. *conſ.* 19. *n.* 7. Cald. Pereira *poſt quaſt. forenſ. conſ.* 39. *n.* 37. *cum ſeqq.*

19 Quid ſi inſtitutio facta ſit à patre filio ſpurio ſub conditione, ſi legitimabitur, vel ſi capere potuerit? vide Eman. Coſt. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum p.* 2. *num.* 127. *ff. de liber. & poſth.* Spin. *d. gloſſ.* 16. *n.* 124. Pereg. *d. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 88. Craſſ. *in §. inſtitutio q.* 7. *n.* 4. Cenall. *commun. contra communes q.* 472. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo ſpurius n.* 32. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 10. *q.* 9. Cardin. Tuſch. *d. lit. S, concl.* 417. *n.* 48. Paleoth. *de nothis & ſpur. cap.* 45. *n.* 2. Couarr. *d. p.* 2. *c.* 8. *§.* 5. *num.* 12.

20 *Vt nec alantur à patre.*] Mirum eſt cùm videamus bruta quos procreant nutrire, natura impellente, ſecundùm quam paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos, vt *in Pſalm.* 83. legem ciuilem, quæ ſummo plerumque iure nititur, contra naturalem omnium animantium inſtinctum natis ex illicitis nuptiis alimenta negare, quod ideo Doctoribus iniquum videtur *in cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matrim.* Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri num.* 37. Couar. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 6. *num.* 8.

21 Quidam hunc text. intelligunt, vt per *leg.* 5. *tit.* 19. *part.* 4. quòd non ſit mirum ſi patrem horum liberorum ad alendum non cogat ciuilis lex, cùm non conſtat eos tali parente eſſe natos, quòd ſufficere videbatur ad deneganda alimenta. Alij tenent hunc text. peccata non fouere, ſed peccata fugere, ſequutum conſilium illud proiiciendi oculum, ſi ſcandalizauerit; proiiciunt ergo ſcandalizantes illos liberos, & ciuili auxilio deſtituunt, vt vnius pœna multis ſit ex vſu periculum, ſi enim verum eſt, & à iure etiam Canonico receptum, filios huiuſmodi naturales non appellandos, meritò naturali illo priuilegio carere debebunt, in caſu enim huius auth. poteſt pater (vt ait Partitarum lex) filios ſi libuerit, alere, neque committet in legem, quæ non prohibuit alere, ſed permiſit non alere. Ita Greg. Lop. Madera *animaduerſ. iuris ciuilis c.* 23.

22 Nonnulli, ex quorum numero ſunt Paleoth. *de nothis & ſpur. c.* 46. *num.* 3. & Surd. *de aliment. tit.* 1. *quaſt.* 10. *circa n.* 1. dicunt quòd huius l. frequentior ratio eſt, vt in pœna filij, in quo punitur pater, *l. iſti quidem, ff. de eo quod met. cauſa*, pater ipſe ab inhoneſto, & nefario coitu, quem lex ipſa maximè abhorret, arceatur.

23 Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 168. *num.* 1. tradit diſpoſitionem huius text. intelligendam non eſſe de alimentis, ſine quibus filij ſpurij vitam amitterent, id namque apertè eſſet contra ius naturale, ac proinde manifeſtè iniquum, ſed intelligendum de alimentis, ſine quibus, vel proprio labore, ac induſtria, vel aliqua alia via poſſent vitam conſeruare, ſequitur Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *quaſ.* 1. *verſ. at quomodo.*

24 Ioan. Garc. *de expenſ. cap.* 4. *num.* 25. inquit in hoc text. alimenta negari, quia ſecundùm naturæ leges non eſt ſuſcepta proles, de qua hic.

25 Luſitanus noſter Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure, part.* 1. *in initio num.* 29. *verſ. quare*, aſſerit legem hanc ciuilem, honeſtatis, & pudicitiæ cauſa, eiúſque fauore alimenta ſpuriis & inceſtuoſis denegaſſe, ne ſcilicet dum filius ex tam inhoneſto ac turpi coitu ſuſceptus à parentibus aletetur, vt filius nominaretur, quo & parentum turpitudo implicitè nominaretur, cuius memoria, vtpote quæ & illis & aliis ſimilis admiſſi incitamentum præberet, releganda potius, quàm repetenda erat. Pro qua ratione huius text. verba inducit, vbi, *nec naturales nominandi ſunt*; non renuit Imperator huiuſcemodi filios naturales nominari, quaſi re vera naturales non ſint, ſunt enim ſicut & illi, quos naturales dicimus, quos inſpecta natura, ſecundùm quam procreantur, naturales nuncupamus, quæ & illis communis eſt, qua attenta neque illegitimi à legitimis differunt; vt tradit Surd. *d. quaſt.* 10. *n.* 6. prohibet verò Imperator ex nefario & damnabili coitu procreatos, naturales nominari, vt ita qui nec naturalis filiationis nomine nominarentur, vt filij non nominarentur; idcircóque nec à parentibus fore alendos addidit.

Cæterùm Pontificium ius, tametſi pudicitiæ & 26 honeſtatis non minus, ſed ſedulò ſtudioſum, ſpuriis omnigenis alimenta concedit *in d. cap. cùm haberet, in fine, de eo qui duxit in matrim.* vbi in collect. plures citaui Doctores, quibus addo Bened. Ægid. *d. loco n.* 31. etiam dicentem illius deciſionem in omnibus ſpuriis, etiam qui ex nefariis, inceſtuoſis, ac valdè odioſis congreſſibus ſunt concepti, locum habere, iúſque Pontificium præfatum, cùm naturali iuri innitatur, & ab illo procedat, eſſe vbique obſeruandum, non ſolùm in terris Eccleſiæ, ſed etiam Imperij, & in vtroque foro, ciuili lege exploſa.

SVMMARIVM.

1 *Nobilem, vel ignobilem non reddunt paupertas, ſed ſtatus conditio, & vilitas.*
2 *Pauper macula carens, non habetur pro perſona vili.*
3 *Paupertas ſola non inducit vilitatem mulieris, ſi bonis moribus eſt imbuta.*
4 *Humilis, & abiecta mulier quæ, remiſſiuè.*
5 *Stuprum cum ancilla an ſit punibile.*
6 *Scenicos reponi inter humiles & ſordidos.*
7 *Tabernarios inter viliſſimos reponi.*
8 *Arenarios eſſe ſordiſſimos, ignominioſiſſimóſque.*
9 *inter Humiles & abiectas perſonas numerari eam, quæ mercimoniis publicè præfuit.*
10 *Mulier humilis & abiecta viro patritio & nobili matrimonio iungi nequit.*
11 *Matrimonium inter Senatorem, & libertam de iure Canonico hodie non eſt prohibitum.*
12 *Illegitime nati ex matre vili, & abiecta conditionis, an efficiantur legitimi ex ſubſequnto matrimonio.*

L.. Humilem. VII.

Impp. VALENT. *&* MARTIAN. AA. *Palladio P.P.*

NOn paupertas, ſed ſtatus conditio, & vilitas 1
nobilem, ignobilémve aliquem reddunt. Pau- 2
per macula carens, non habetur pro vili perſona. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Aloyſ. Leo *ſuper* 53. *verſo.*

Quamuis pauperes, &c.] Notatur ad hoc quòd 3
ſola paupertas non inducit vilitatem mulieris, ſi bonis moribus imbuta eſt, vt per Farinac. *conſ.* 90. *n.* 10. vbi infert quòd ſola generis humilitas ſine inhoneſtate

neſtate vilitatem non inducit; & per hunc text. tenet Tiraq. *de nobilit. cap. 15. à num. 1. & 5.* mulierem, quæ pauper eſt, non amittere nobilitatem.

4 *Humiles verò, abiectáque, &c.*] Humiles, & abiectæ mulieres quæ dicantur, vide Caccialup. *in l. ſi qua illuſtris, num. 22. cum ſeqq. C. ad Orſician.* Ghirland. *de pœnis omnis coitus quæſt. 7. n. 4.* Franc. Vegg. *conſ. 66. num. 206. cum ſeqq.* Menoch. *d. conſ. 18. n. 4.* latè Farin. *conſ. 90. per tot.* vbi *num. 2.* plures Docto-
5 tes refert ſentientes ſtuprum commiſſum cum ancilla, vel, vt alij dicunt, cum fanteſca, ſeu fanteolaſtra libera, impunibile eſſe; ſed *num. 10. cum ſeqq.* contrarium probat, immo punibile eſſe ſtuprum commiſſum cum muliere vilis, & abiectæ conditionis libera, dummodo inhoneſta non ſit, eo quòd text. in præſenti non ancillas liberas, ſed ancillas ſeruas, & ſclauas humiles & abiectas perſonas reputat, & *num. 11.* ſubdit Doctores in iſta materia loquentes vilitatem conſideraſſe non reſpectu natiuitatis, paupertatis, aut generis, ſed reſpectu inhoneſtatis.

6 *Scenicam.*] Notatur ad hoc quòd ſcenici inter humiles, & ſordidos reponuntur, vt per Tiraq. *de nobil. cap. 34. num. 14.*

7 *Tabernariam.*] Per ſe ſcilicet hoc ſcienties, ſeu ſi per alias perſonas, vt per Tiraq. *d. tract. de nobilit. cap. 27. num. 6. cum ſeqq. & cap. 34. num. 44.* vbi dicit quòd tabernarios nemo eſt qui non inter viliſſimos reponat, adducens illud Tullij *in orat. pro L. Flacco.* Opifices, inquit, & tabernarios, atque omnem illam fæcem ciuitatum, quid eſt negotij concitare? & *n. 45.* poſt Crauet. *conſ. 163. Videndum eſt, col. 1.* ſubdit per hanc artem cauponariam derogari nobilitati, etiamſi eam artem quis exerceat pro vendendo vino, quod ex ſuis viribus natum ſit; ſi ad vlteriora proceſſum ſit, videlicet vendendo carnes, & alia edulia, quæ ex ſuis prædiis non ſint percepta.

8 *Aut arenarij filiam.*] Arenatij ſordidiſſimi, ignominioſiſſimique ſunt, vt per Tiraq. *d. c. 34. num. 56.* Dicuntur qui in arenam pugnandi cauſa deſcenderunt, ibique publicè pugnarunt; ij etiam cum feris beſtiis pugnabant, de quo Corraſ. *lib. 4. miſcel. capite 24. num. 9.* Caluin. *in ſuo lexic. iurid. verbo Arenarius.*

9 *Aut eam, quæ mercimoniis publicè præfuit.*] Notatur ad hoc quòd inter humiles & abiectas perſonas ea annumeratur, quæ mercimoniis publicè præfuit, vt per Tiraquell. *d. tract. de nobilit. cap. 3. num. 3. cum ſeqq.*

10 *Ideóque huiuſmodi inhibuiſſe nuptias, &c.*] Notatur ad hoc quòd mulier humilis & abiecta viro patritio & nobili iungi matrimonio non poteſt, vt per Menoch. *conſ. 18. num. 4.* vbi hanc Cæſarum conſtitutionem ea ratione editam credit quòd indecorum eſſet virum patritium & nobilem indecenti hoc connubio atque conſortio vileſcere, & *num. 18. in fine,* tradit hodie Iure Cæſareo nouiſſimo, & apertiùs iure Pontificio inſpecto, abſolutè omnes poſſe viles, & abiectas ducere, Gutier. *de tutel. p. 2. cap. 12. num. 8.*
11 vbi etiam tradit hodie attento iure Canonico non eſſe prohibitum matrimonium inter Senatorem, & libertam.

12 Vnde illegitimè natos ex matre vilis, & abiectæ conditionis non effici legitimos ex ſubſequuto matrimonio, tenent Angel. per *text. ibi in auth. quibus modis nat. effic. legit. §. ſed & aliud, collat. 6.* Cæpol. *caut. 247.* aliàs *250. incip. Debes ſcire*, Petra ſancta *ſing. 60.* Socin. iun. *conſ. 52. num. 2. lib. 1.* Martin. Laudenſ. *in tract. de legitimat. num. 158.* Verùm contrariam ſententiam, immo ante natos per ſubſequens matrimonium legitimari, quamuis pater ſit illuſtris, & mater viliſſimæ conditionis, meritò ſuſtinent Siluan. *conſ. 3. dub. 1.* Duen. *reg. 350. limit. 8. verſ. contrariam,* Ozaſc. *Pedem. deciſ. 154.* Paleoth. *de nothis, & ſpur. cap. 21. num. 7.* Tiraq. *d. tract. de nobilit. cap. 15. n. 23.* Eman. Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. par. 2. n. 99. cum ſeqq.* Villalob. *commun. verbo legitimatio, num. 93.* Couar. *de ſponſalib. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 9.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 11. num. 9.* Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de legit. concl. 1.* Menoch. *conſ. 18. n. 14.* Fachinæ. *controuerſ. lib. 3. cap. 53.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 6. num. 51. & de iure fiſci lib. 3. titul. 17. num. 2.*

L. Licèt quidam. VIII.

Imp. ZENO *A. Epinico P.P.*

VXorem fratris, & virginem frater ſuperſtes ducere non poteſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

Vide poſita *in collect. ad l. fratris vxorem 9. ſup. hoc eodem tit.*

L. Ab inceſtis. IX. & vlt.

Imp. ANASTASIVS *A. Seueriano. P.P.*

REſcriptum permittens inceſtuoſas nuptias eſt 1
ipſo iure nullum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Co- 2
iac. *lib. 8. obſeruat. 28.* Conan. *comment. iuris lib. 8. cap. 5. num. 4.*

De interdicto matrimonio inter pupillam, & tutorem, ſeu curatorem, filioſque eorum.

TIT. VI.

PROPONITVR hîc alia ſpecies inutilium nuptiarum, ratione tutelæ, vel curationis, puellæ ſcilicet, cum tutore, *leg. 7.* cum tutoris filio, *leg. 1. 4. 6. 7.* cum curatore, *dict. l. 7.* & cum curatoris filio, *leg.* & *dict. l. 7.* Scripſerunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſemb. De materia vide *leg. Hiſpan. 6. tit. 1. part. 7.* vbi Greg. Lop. Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 8. cap. 6. num. 7. cum ſeqq.* Felin. *in cap. qua in Eccleſiarum, num. 18. de conſtit.* Bermond. *de publicis concub. fol. 112. num. 37. verſ. ex præcedenti,* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt. 58. num. 8.* qui tres vltimo loco citati tradunt hunc tit. non ſeruari, quia Imp. non poteſt diſponere circa validitatem matrimonij. Gutier. *de tutelis, & curis part. 2. cap. 12. per tot.* Paulus Montan. *eod. tract. cap. 31. effectu 8. num. 1. cum ſeqq.* Pradill. *in ſum. legum pœnal. part. 2. caſu 5. num. 2. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium prætextu ignorantiæ & ruſticitatis non excuſatur inter pupillam, & tutoris filium,* & num. 2.

3 *Ruſticitas, ſiue ſimplicitas non excuſat in his quæ ſunt*

sunt contra speciem honestatis.

4 *contra Rusticum prusumitur dolus si aliquid agit occultè.*

5 *Doli coniecturu est quando quis clam, & occultè facit quod palàm fieri solet.*

6 *ex his qua clam fiunt, suspicio arguitur fraudis.*

7 *Rusticus non excusatur quando aliquid clam agit contru precepta legis.*

L. Senatusconsulti. I.

Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. *Marino.*

1 INter popillam, & tutoris filium matrimonium prætextu ignoraotiæ & rusticitatis non excusatur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Buttig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Cuiac. Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 54. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Greg. Lop. *l.* 6. *verbo pœna de adulterio, tit.* 7. *part.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 194. *num.* 11. Paul. Montan. *de tutel. c.* 31. *effectu* 8. *n.* 1. *cum seqq.* Gutier. *in simili tract. part.* 2. *cap.* 12. *à princ.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *quæst.* 1. *vers. item obycies,* Pradil. *in summ. legum pœnal. part.* 2. *casu* 5. *num.* 2. & 3. eleganter Cenall. *commun. contra communes q.* 58. *num.* 7. vbi reddit rationem, quia io hoc casu non præsumitur rusticitas, sed dolus, & sagacitas, maximè si in tali matrimonio sit aliqua disparitas personarum etiam quoad diuitias, & *num.* 8. post Ruin. *cons.* 189. *n.* 15. *lib.* 2. Tiraq. *ad l.* 1. *connub. num.* 43. & Felin. *in cap. qua in Ecclesiarum, num.* 28. *de constit.* tenet dispositionem, & pœnam huius l. non posse hodie procedere de iure Canonico.

3 *Rusticitatis & imperitia,* &c.] Notatur ad hoc quòd in his quæ sunt contra speciem honestatis, non excusatur quis ignoranter rusticitate, aut simplicitate doctus delinquens, vt per Tiraq. *de pœnis temp. causa* 11. *n.* 10.

4 Notatur etiam ad hoc quòd contra rusticum præsumitur dolus si aliquid agit occultè, vt per Mascat. *de probat. concl.* 531. aliàs 532. *n.* 46. Menoch. *de arbitr. casu* 194. *n.* 17. *cum seqq.* Sfort. Odd. *de in integr. restit. p.* 1. *q.* 9. *n.* 68. Farin. *in praxi crimin. tit. de pœnis temperan. q.* 98. *n.* 47.

5 Notatur etiam ad hoc quòd doli coniectura est quando quis clam, & occultè facit quod palàm fieri solet, sicuti quaodo clam contrahit matrimonium, quod deinde apparet habere aliquod impedimentum, vt per Cravet. *cons.* 34. *n.* 11. & *cons.* 115. *num.* 5. Mascard. *d. concl.* 531. *num.* 43. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 3. *num.* 107.

6 Notatur quoque ad hoc quòd ex his, quæ fiunt clam, suspicio arguitur fraudis, vt per Mascard. *de probat. concl.* 815. *n.* 55. & *concl.* 297. *per tot.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo clandestinitas,* & *verbo factum* 8.

7 In gloss. *Non oportet, fin.* ibi, *vel dic clam, vnde à iure præsumitur scientia,* &c. Notatur ad hoc quòd rusticus non excusatur, quando scilicet clam aliquid contra legis præcepta agit, vt per Tiraq. *de retractu conuent. in proœm. n.* 14. & *de pœnis temper. causa* 11. *num.* 11. Roman. *sing.* 714. Ias. *in l. si quis id quod, n.* 32. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Palat. *in allegat. hæresis* §. 10. Menoch. *d. casu* 194. *n.* 17.

L. Mater pupillæ. II.

Imp. ALEXAND. A. *Byrrho.*

INter matrem popillæ, & tutorem pupilli nuptiæ subsistunt, & vitricus potest esse prigni tutor. 1
Colliguot ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem cooclus. ex hoc text. desumunt Gutier. *de tutel. p.* 2. *cap.* 12. *n.* 7. Paul. Montan. *in simili tract. c.* 31. *effectu* 8. *n.* 24. Pontan. *ad consuet. Blæsen. art.* 9. *col.* 1. *fol.* 128. 2

SVMMARIVM.

1 *Socer non prohibetur dari curator nurui, nec cura superueniens dirimit matrimonium legitimè contractum inter adultum, & filiam curatoris,* & num. 2.

3 *Bonus vir in eo quod facit, debet cauere vt non possit esse sinistra suspicio.*

L. Cùm proponas. III.

Idem A. Rogatiano.

SOcer noo prohibetur dari curator nurui, nec cura superueniens dirimit matrimooium legitimè contractum inter adultum, & filiam curatoris. Colligunt ex Ordio. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem coocl. ex hoc text. desumit Gutier. *de tutel. & curis p.* 2. *c.* 12. *n.* 4. 2

Vt autem omnis scrupulus, &c.] Notatur ad hoc quòd bonus vir in eo, quod facit, debet cauere, quòd non possit esse sinistra suspicio, vt per Gregor. Lop. *l.* 8. *gloss.* 2. *tit.* 4. *p.* 3. 3

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter filium liberti, & pupillam, cuius ipse libertus est tutor, prohibitum est,* & num. 3.

2 *Filiorum appellatione comprehenduntur etiam naturales.*

4 *Filiorum appellatione an, & quando admittantur naturales, & spurij, remissiuè.*

L. Libertinum. IV.

Imp. PHILIPPVS A. *Higinæ.*

INter filium liberti, & popillam, cuius ipse libertus est tutor, prohibitum est matrimonium. Filiorum appellatione naturales etiam comprehenduntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumit Paul. Montan. *de tutelis & curis c.* 31. *effectu* 8. *n.* 9. 3

Filiorum appellatione an & quaodo admittantur naturales, & spurij? Vide notata per me *in tr. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appellat.* 99. *num.* 13. *cum multis seqq.* 4

SVMMARIVM.

1 *Curator potest adulto suo in vxorem dare filiam,* num. 2.
3 *in Vtroque idem statuendum, cùm qualitas & ratio, ob quam in vno est aliquid statutum, est in altero, quod si abest, cessat dispositio.*
4 *Argumentum à correlatiuis non est validum quando datur diuersa ratio.*

L. Curatorem. V.

Iidem A. *&* PHILIPPVS C. *Apuleio.*

1 CVrator adulto suo potest in vxorem dare filiam. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hisp.* 6. *tit.* 17. *part.* 7. *vbi gloss.* 1. Paul. Montan. *de tutel. c.* 31. *effectu* 8. *n.* 25. Tiraq. *ad leges connub. l.* 1. *gl.* 1. *p.* 1. *n.* 45. *prope fin. vers. item vt tutor,* Menoch. *de arbitrar. casu* 194. *num.* 14.

3 Notatur ad hoc quòd in vtroque idem statuendum, cùm qualitas & ratio ob quam in vno est aliquid statutum, est in altero, quod si abest, cessat dispositio, vt per Tiraquell. *de retractu lig.* §. 9. *gloss.* 1. *num.* 4.

4 Notatur etiam ad hoc quòd non valet argumentum à correlatiuis quando datur diuersa ratio, vt per Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18. *n.* 55. *& tit.* 9. *q.* 44. *n.* 28. *& decis.* 64. *n.* 27. *& decis.* 47. *n.* 7. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 26. *num.* 15. Seraphin. *decis.* 1442. *n.* 12. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 21. *num.* 9. Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. C, concl.* 1042. *num.* 2. Franc. à Sousa *in repet. l. fœmina, ff. de regul. iuris, p.* 1. *n.* 143. plures quos refero *in tract. de locis commun. argum. iuris, loco* 20. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Filius tutoris non contrahit matrimonium cum patris pupilla, nisi impleuerit annum* 25. *vel puellæ pater dispofuerit de nuptiis, &* num. 2. *Secus si elapsum esset tempus* 25. *annorum pupillæ, & annus vtilis, & ratio est reddita,* num. 3. *De iure Canonico matrimonium minimè irritatur, nec propter omissam rationum redditionem, nec etiam quòd pupilla, siue adulta non excesserit annum* 26. num. 4.

L. Si patris. VI.

Impp. VALENT. *&* GALLIEN. AA. *Lucio.*

1 RAtionibus redditis, aut non redditis, filius tutoris non contrahit matrimonium cum patris pupilla, nisi impleuerit annum ætatis vigesimum quintum, vel puellæ pater de nuptiis dispofuerit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Conan. *commentar. iuris lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 7. Montan. *de tutel. c.* 31. *effectu vlt. num.* 22. Gutier. *in simili tract. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. *in princip.* vbi *num.* 3. subdit à contrario sensu, secus dicendum si esset elapsum tempus 25. annorum ætatis pupillæ, & annus vtilis, & ratio reddita est, & *num.* 8. addit quòd iure Canonico attento neque propter omissam redditionem rationum, neque etiam quòd pupilla, siue adulta non excesserit 26. ætatis annum, matrimonium maximè irritatur. 4

SVMMARIVM.

1 *Tutor pupillam ducens, aut filio dans nuptui, infamiam facti incurrit ob præsumptionem quod rationum redditionem istiusmodi matrimonio studeat subterfugere, &* num. 2.
3 *Tutor, vel curator non potest filium suæ pupillæ etiam adultæ collocare in matrimonium. Verum, iure Canonico attento, matrimonium inter tutorem, vel curatorem, eiúsque liberos cum pupilla, siue adulta, liberè potest contrahi.*

L. Si tutor. VII.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Paragonio.*

TVtor pupillam ducens, aut filio nuptui dans, infamiam facti incurrit, ob præsumptionem quòd rationum redditionem istiusmodi matrimonium subterfugere studeat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Menoch. *de arbitr. casu* 194. *n.* 11. Gutier. *de tutel. & curis p.* 2. *c.* 12. *n.* 2. *vers. & talis tutor.* 2

Notatur ad hoc quòd tutor, vel curator non potest filium suæ pupillæ etiam adultæ in matrimonium collocare, vt per Tiraq. *l.* 1. *connub. gloss.* 1. *p.* 1. *n.* 45. *prope fin. vers. item vt tutor.* Verùm iure Canonico attento liberè matrimonium inter tutorem, vel curatorem, eiúsque liberos cum pupilla, siue adulta contrahi potest, vt per Gregor. Lop. *l.* 6. *gloss.* 1. *tit.* 17. *p.* 6. Gutier. *d. cap.* 12. *n.* 8. 3 4

SVMMARIVM.

1 *Lex pœnalis de tutore vero loquens, ad fictum & gerentem se pro tutore non extenditur, &* numero 2.
3 *Matrimonium contractum per tutorem & curatorem, eiúsque filios, cum pupilla, vel adulta, licèt non sit validum, valet tamen, si ille, qui tutoris, vel curatoris nomine vsurpato, pro tutore, seu curatore res pupillæ administrauit, eam sibi, filióve suo copulauerit.*
4 *Constitutio exorbitans à iure communi non extenditur ad casum vbi est maior ratio.*
5 *Dos data, & promissa à pari procedunt.*

L. Si quis tutoris. VIII. & vlt.

Impp. LEO *&* ANTHEMIVS AA. *Erythrio P.P.*

LEx pœnalis de tutore vero loquens, ad fictum & gerentem se pro tutore non extenditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Greg. Lop. *l.* 2. *gloss.* 2. *in fine tit.* 16. *par.* 6. vbi habetur quòd si fiat mentio de tutore & curatore, intelligitur de 2 3

de legitimo, Gutier. *de tutel. & curis p. 2. c. 12. n. 6.* vbi per hunc text. tenet quòd licèt non valeat matrimonium contractum per tutorem & curatorem, eiusque filios, cum pupilla, vel adulta, validum tamen erit si ille qui tutoris, vel curatoris nomine vsurpato, pro tutore, seu curatore res pupillæ administrauit, eam sibi, filióve suo copulauerit.

4 Notatur ad hoc quòd constitutio exorbitans à iure communi non extenditur ad casum vbi est maior ratio, vt per Afflict. *dec. 21. n. 5.*

Vel dos super his data, vel promissa, &c.] Ergo dos
5 data, & promissa à pari procedunt, de quo vide Tiraq. *de retractu convent. ad fin. tit. n. 32.*

Si quacunque præditus potestate, (vt rector prouinciæ,) *vel ad eum pertinentes* (personæ) *ad suppositarum iurisdictioni suæ aspirare tentauerint nuptias.*

TIT. VII.

EADEM ratione, qua in superiori tit. potentatûs scilicet, prohibentur nuptiæ virginis, vel mulieris prouincialis cum eo, cuius iurisdictioni supposita est, & cum personis ad eum pertinentibus, nimirum propter potestatem, quam ille in prouinciales habet. Quare inutiles nuptiæ sunt, nisi post depositum officium eadem voluntas & consensus perseuerauerit, *supr. de nupt. l. 6.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb.

SVMMARIVM.

1 *Subditum ratione officij ad matrimonium adducens, decem auri libris mulctatur, & officio, dignitatéque priuatur,* & num. 2. *Id non obseruari apud Christianos,* num. 3.

4 *Dominus temporalis, vel iudex si seueriter, & cum nimia asperitate tractet subditos suos, potest priuari sua iurisdictione.*

5 *Iniuria facta vni de domo, intelligitur facta toti consanguinitati, & toti casatæ.*

6 *Vicarius iudicis suspecti non ideo dicitur suspectus, quia iudex illius est suspectus, quòd debet esse superior, non Vicarius illius primi iudicis inimici, & si iste non adesset, adeundus esset Princeps,* num. 7.

L. Si quis. Vnic.

Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Theodoro P.P.*

1 SVbiectum ratione officij terrore ad matrimonium adducens decem auri libris mulctatur, & officio, dignitatéque priuatur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Cuiac. Aloys. Leo, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 6. tit. 7. part. 3. vbi gloss. 1. & 2.* Capell. Tholos. *decis. 478.* Conan. *comment. iuris lib. 8. c. 6. n. 6.* Grammat. *decis. 104. n. 2.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 108. num. 2.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 5. c. 2. quæst. 1. vers. item obijcies*, vbi ex hoc text. dicit prohibitum esse 3
connubium inter Præsidem, & sibi subiectam fœminam, sed id inter Christianos minimè prohiberi asserit Molin. *de Iustit. tom. 6. tract. 5. disput. 23. n. 5. vers. lege vnica*, vbi tradit hîc haberi si iudex quicunque vim fuerit molitus facere mulieri, aut fecerit etiam per solas minas & terrorem, vt secum contrahat matrimonium, tunc ita esse suspectum quoad omnes causas illius mulieris, & eorum, qui sunt de familia eiusdem mulieris, vt omnes omnino exempti sint ab illius iurisdictione in ciuilibus, & in criminalibus, ita vt neque cum assessore possit de illis cognoscere. Morl. *in emporio iuris par. 1. tit. 2. in prælud. n. 182.* vbi tradit propter suspicionem in hoc text. iudices seculares ordinarios in totum remoueri à causæ cognitione, cum eo tamen quòd causam allegare, & probare necesse sit.

Notatur ad hoc quòd si dominus temporalis, vel 4
iudex seueriter & cum nimia asperitate tractet subditos suos, potest priuari eorum iurisdictione, vt per Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 2. num. 51. vers. ex quo infertur.*

Suorúmque domo, &c.] Notatur ad hoc quòd in- 5
iuria facta vni de domo, intelligitur facta toti consanguinitati, & toti casatæ, vt per Tiraq. *de pœnis temperan. causa 51. n. 68.*

Vicario competant, &c.] Notatur ad hoc quòd vi- 6
carius iudicis suspecti non ideo dicitur suspectus, quia iudex illius est suspectus, vt per Mascard. *de probat. concl. 952.* aliàs *953. num. 44.* Et ex Salicet. declarat Gregor. Lop. *leg. 9. gloss. 2. tit. 7. part. 3.* quòd 7
debet esse superior, non vicarius illius primi iudicis inimici, & si iste non adesset, adeundus esset Princeps, de quo consule Menoch. *cons. 53. num. 3. & 4.* latissimè Narbona *de appellat. à vicario ad Episcop. part. 1. cap. 127. cum seqq.* cuius verba libet hîc apponere. Nec nos conturbat text. *in l. vnic. C. si quacunque præditus potest.* vbi licèt ordinarius iudex, qui in prouincia administrat, recusatus sit, eius vicarius omnium tam criminalium, quàm ciuilium causarum exercitium habet; quia respondetur vicarium ibi recusato Ordinario iurisdictionem exercere posse, nec Ordinarij recusationem id aliquatenus impedire, quia noua & speciali Principum indulgentia, iurisdictio illi concessa fuit, vt satis aperiunt Cæsarum verba, *Atque omnia vel ciuilia, vel criminalia negotia quandiu idem in administratione fuerit, vicario competant*, quam interpretationem tetigit Deci. *in cap. 1. num. 70. de iudic.* Omissa tamen huiusmodi interpretatione, & aliis, quæ hactenus frequentissimis omnium vocibus probatæ sunt, quarum plures sectatur Sbroz. *lib. 3. de vicario Episcopi q. 14. n. 6.* Surd. *cons. 50. à num. 35. cum seq.* mihi videtur dictam l. vnicam vsque adhuc à nemine interpretatam (quotquot videre, aut legere contigit) fuisse intellectam. Cùm in eo errore versentur vt existiment accipiendam eam legem de vicario illius iudicis ordinarij, qui prohibitas nuptias audaci conamine contra Principum statuta contrahere nisus est; quod quidem iudicio nostro Imperatorum mentem nusquam tenuit, sed hoc potius vt si iudex ordinarius subditam mulierem in vxorem violenter accipere tentauerit, omnia tam ciuilia, quàm criminalia negotia vniuersæ eius domus vicario competant, non iudicis ordinarij, vt Accurs. *ibi*, & cæteri omnes, ineptè autumant, sed vicario Præfecti prætorio, cui decretum illud dirigitur, vt subscriptio do-

ces

cet ibi, *Theodoro Praefecto Praetorio*. Præfecti autem Prætorio vicarios in prouinciis constituebant, vt ipsorum vice administrarent. *l. 3. §. illud, de can. largit. titul.* & notat Cuiac. *in paratitl. C. de offic. vicar.* Budæ. *de verb. significat. verbo vicarius, versic. erant autem vicarij*, Vertat. *in Lexic. iuris, eodem verbo.* Quare vicario Præfecti Prætorio in illa diœcesi constituto propter Ordinarij suspicionem Imperatores causas committunt. Rursus quòd *d. l. vnic.* loquatur de vicario Præfecti Prætorio, proculdubio suadetur apertè: nam quoties in Codice Iustinianeo vicarij nomen simpliciter profertur, de vicario Præfecti Prætorio intelligitur, vt constat ex tit. *Cod. de vicar.* in quo tantùm de vicario Præfecti Prætorio agitur, atque de eo solùm intelligitur, vti explicant Cuiac. VVesemb. & Iulius Pacius *in paratitlis ad eundem tit.* Cùm enim compertum sit dictam l. vnic. de vicario Præfecti Prætorio loqui, nulla dubitatio remanet cur iudice ordinario vt suspecto recusato, seu interdicto, vicarius cognoscat, qui non erat iudicis ordinarij suspecti vicarius, nec cum eo idem tribunal constituebat, sed à Præfecto Prætorio deputatus, ac per consequens Ordinario superior cum vice sacra instar Præfecti Prætorio iudicet. *leg. 1. C. de offic. vicar.* Cuiac. *vbi suprà*, & *in l. eos qui 6. C. de appellat.* Hactenus Narbona.

Si nuptiæ ex rescripto petantur.

TIT. VIII.

CVM intellexerimus ex superioribus titulis, non consistere nuptias incestas & inutiles; quæritur nunc, an rescripto Principis concessæ valeant, quod perinde est, ac si quæramus an eiusmodi rescripta valeant. Scripserunt in hanc rubric. Cuiac. Pacian. & VVesembec.

SVMMARIVM.

1 *Nuptias non contrahit mulier inuita ob rescriptum Principis. Impetrans subreptitiè rescriptum nuptias concilians, publicationem bonorum metuat,* num. 2.

3 *Liberos matrimonialiter copulari non permittunt Principes absque licentia.*

4 *Obreptio, & subreptio quandoque idem important.*

L. Quidam. I.

Impp. HONOR. & THEODOS. AA. *Theodoro P. P.*

1 OB rescriptum Principis mulier inuita non con-
2 trahit nuptias. Impetrans subreptitiè rescriptum nuptias concilians, publicationem bonorum metuat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

3 Vide Gregor. Lopez *l. 1. gloss. 5. tit. 5. part. 4.* vbi quòd Principes sine sui licentia non permittunt liberos matrimonialiter copulari, Conan. *comment. iuris ciuilis lib. 8. c. 6. col. 2.*

4 *Obreptione precum*, &c.] Aduertit Menoch. *de arbitr. casu 201. n. 12.* aliquando idem importare obreptionem & subreptionem, id sumens ex hoc text. in quo posteaquam Imperatores in principio obreptionem appellant confictum illum consensum, quem impetrans nuptias se à puella falsò habere asseuerat, deinde *in* §. 1. subreptionem appellat, vt hinc intelligamus etiam subreptionem appellari cùm falsum narratur. Mascard. *de probat. concl.* 1123. aliàs 1128. *num.* 2. vbi tradit Imperatores Honorium & Theodosium *in praesenti* confictum illum consensum, quem impetrans nuptias se à puella falsò habere asseuerat, tam obreptionis, quàm subreptionis verbo appellasse.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum subreptitium præsumi toties quoties alicui est denegata petitio.*

2 *Rescriptum incestas tolerans nuptias, censetur esse subreptitium.*

3 *de Rescripto subreptitio, remissiuè.*

L. Nefandissimum. II. & vlt.

Imp. ZENO A. *Basilio P. P.*

RESCRIPTUM subreptitium præsumitur toties 1
quoties alicui est denegata petitio. Rescriptum 2
incestas nuptias tolerans subreptitium esse censetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

De rescripto subreptitio vide posita *in collectan. ad cap. super litteris 20. de rescript. in Decretalib.* & *ad cap. ad audientiam 31. eod. tit.* 3

De secundis nuptiis.

TIT. IX.

SECVNDARVM nuptiarum appellatione continentur etiam tertiæ, quartæ, & sequentes: vt duorum reorum appellatione, significantur etiam tres, vel quatuor, aut plures. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Scip. Gentil. *in speciali tractat. l. 1. Hispan. cum seqq. tit. 12. part. 4.* Chærian. Suar. Vezin. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 4. pag. 709.* Corras. *lib. 3. miscell. c. 1. à princ.* Conan. *comment. iuris lib. 8. c. 7.* Anton. Gom. *l. 14. Tauri à princ.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 9. cap. 26.* Boër. *decis. 186. num. 10. cum seqq.* Fachinæ. *controu. lib. 3. cap. 65.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 9. cap. 16.* Hieron. Treutler. *in thesib. vol. 1. disp. 8. thesi 5. lit. B.* Anton. Gabr. *commun. opin. tom. 3. lib. 3. tit. de secundis nupt. pag. 217.* Ioseph. Lud. *eod. tom. 3. pag. 518. sub hoc tit.* Oliban. latè *de actionib. tom. 2. lib. 1. c. 47. per tot.* & Hippol. Montaner. *in addit. ad hoc c.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 20.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 88. cum seqq.* Pradil. *in summ. legum pænal. part. 2. casu 16. à princ.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de matrim. resolut. 5.* Arimin. Tepat. *variarum sent. tom. 2. tit. 429.* & inter repetentes ciuiles *tom. 7.* Ioan. de Garronibus *super hanc rubr.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Mulier quondam intra annum luctus nubens fiebat infamis, & puniebatur pœnis hac l. expressis, &* num.2. *sed hæ pœnæ hodie sunt sublatæ de iure Canonico*, num.3. *exceptis ijs quæ respiciunt fauorem filiorem*, num.4. & 5. *pœnæ mulieri secundo nubenti intra annum luctus statutæ non afficiunt viduam intra annum secundam vxorem ducentem*, num.6.

7 *Pœna viduæ intra annum luctûs nubentis est vt efficiatur infamis, & simul ille qui scienter cum illa intra tale tempus nubit*, num.8. *vt hæc pœna incurratur, matrimonium debet esse consummatum*, num.9. *Idem videtur resoluendum in muliere, quæ intra prædictum tempus commisit stuprum*, num.10. *idque siue pariat, siue non*, n.11. *si verò post annum luctûs, non ita*, n.12. *incidit tamen in alias pœnas omnes, quas binuba patitur*, n.13. *etsi postea nubat vel cum amasio, vel cum alio*, num.14.

15 *Mulier an contrahens secundas nuptias de consensu mariti prædefuncti, aut filiorum, excusetur à pœna secundò nubentibus imposita, remissiuè.*

16 *Pœna viduæ nubentis intra annum luctûs est vt posteriori viro non possit dare in dotem, nec in vltima voluntate relinquere vltra tertiam suorum bonorum partem.*

17 *Infames aliqui testari iure valent, & eorum testamenta minimè sunt irrita propter infamiam iuris.*

18 *Pœna viduæ nubentis intra annum luctûs, est vt sit expers cuiuscunque hæreditatis, legati, fideicommissi, & donationis causa mortis.*

19 *Mulier infra annum luctûs nubens priuatur omnibus relictis à viro priori in suprema eius voluntate, ac priuatur non tantùm quoad proprietatem, sed etiam quoad vsumfructum.*

20 *Vidua intra annum luctûs nubens non potest succedere ab intestato suis consanguineis vltra tertium gradum, nec excusatur ab his pœnis vidua intra annum luctûs nubens ratione minoris ætatis*, num.21.

22 *Nubere intra annum luctûs est contra bonos mores iure ciuili.*

23 *Testator vbicunque dixit & prohibuit alienari, ne res, vel fundus exiret de familia, tunc omnes gradatim ordine successiuo sunt vocandi.*

24 *Lugendi tempus, & huius textus antiquitas, remissiuè.*

25 *Annus luctûs numeratur à die mortis prioris viri, cedit ignoranti.*

26 *Lex prohibens posse mulierem nubentem intra annum luctûs testamento viro relinquere vltra tertiam bonorum suorum partem, dicitur prohibere etiam donationem inter viuos.*

27 *Pœnæ fœminæ secundo nubenti intra annum luctûs statutæ corriguntur iure Canonico.*

L. Si qua mulier. I.

Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Eutropio P.P.*

1 MVlier quondam intra annum luctus nubens fiebat infamis, & puniebatur pœnis hac lege expressis. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Fulgos. Angel. Bald. Castrens. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super* 5. *fol.*14. Sebast. Næui. & remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* & inter repetentes *tom.*7. Ioan. de Gattonibus.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. fin. tit.*12. *p.*4. *vbi gloss.*5. *& l.*3. *tit.*6. *part.*7. *vbi gloss.*2. *& l. fin. tit. de los matrimonios, lib.*5. *Ordin. & l.*3. *tit.*1. *lib.*5. *noua Recopil.* Roman. *singul.* 248. *aliàs* 251. *Tu scis*, Socin. *regul.*272. *Mulier*, Duen. *regul.*12. *limit.*3. Alphan. *collectan.*206. Neuiz. *in sylua nuptiali*, §. *vidua non est nubendum*, *num.* 46. *cum seqq.* Viui. *commun. opin. verbo mulier ad secundas nuptias*, Roland. *de lucro dotis*, *quæst.*86. *per tot.* Anton. Gabr. *commun. opin. tom.*3. *lib.*3. *sub hoc tit. conclus.*5. vbi tradit has pœnas esse sublatas de iure Canonico, quod aliquibus modis declarat Couarr. *de sponsal. lib. part.*2. *cap.*3. §.9 *num.*6. & 7. vbi ait pœnas omnes in hac lege contentas locũ hodie etiam in foro ciuili non habere, & *num.*8. dicit fœminam filiorum tutricem, non petito tutore filiis, nec administrationis rationibus redditis secundo nubentem, iustè puniri pœnis expressis in hac lege. Verall. *decis.*25. *n.*3. *part.*2. vbi asserit pœnas hodie esse sublatas per ius Canonicum, contra secundò scilicet nubentes infra annum luctus, Gutier. *in repet. l. nemo potest. ff. de legat.*1. *num.*17. vbi quòd testator ex sua libertate testandi potest facere quòd mulier secundo nubens non incidat in pœnas huius legis, & *num.*19. & 20. tenet hodie de iure Canonico huiusmodi pœnas esse sublatas, non tamen respectu pœnarum, quæ respiciunt fauorem filiorum, Surd. *de aliment. tit.*9. *quæst.*30. *n.*1. vbi tenet has pœnas tanquam inpositas non fauore filiorum, sed ob nimiam festinantiam sublatas. Peregrin. *de iure fisci lib.*3. *tit.*15. *num.*1. vbi quòd mulier intra annum luctus nubens iure ciuili efficitur infamis, & secundo marito vltra tertiam bonorum suorum nec titulo dotis, nec ex testamento, aut donatione inter viuos transferre potest, & quòd expers præterea, & incapax redditur omnium hæreditatum, fideicommissorum, legatorum, & donationum causa dotis, ac successionum abintestato sibi obuenientium à personis vltra tertium gradum sibi coniunctis, inter viuos autem capere potest, & *num.*3. subdit pœnas festinanter nubentium intra luctus annum iure Canonum esse sublatas, pœnas verò secundarum nuptiarum fauore filiorum primi matrimonij iure ciuili indictas sublatas non esse. D. Barbos. *in l.*2. *in princ. part.*1. *n.*66. Sanchez *de matrimonio lib.*7. *disp.*88. *num.*5. vbi quòd pœna viduæ nubentis intra annum luctus est vt efficiatur infamis, tam ipsa, quàm vir eam ducens, Farinac. *fragment. crimin. part.*2. *lit. M*, *n.*397. *cum seqq.* Pradil. *in summ. legum pœnal. part.*2. *casu* 16. *n.*1. Cardos. *in praxi iudicum, verbo mulier, num.*22. vbi quòd licet mulier nubens infra annum lugubrẽ de iure ciuili fiat infamis, non incurrit tamen infamiam de iure Canonico, Molin. *de Iustit. tractat.*2. *disput.*154. *n.*9. & *tractat.*4. *disput.*8. *num.*1. *versic. secundo*, vbi quòd mulier vidua, quæ intra annum luctus ad secundas nuptias transibat, infamiam incurrebat tam ipse, quàm pater illius.

Si qua mulier, &c.] Ergo hæ pœnæ mulieri secundò nubenti intra annum luctus statutæ non afficiunt viduum intra annum secundam vxorem ducentem, vt per Boër. *decis.*187. *col. fin. num.*2. Eman. Cost. *in l. cum tale*, §. *si arbitratu, in fine*, *num.*33. *ff. de condit. & demonstrat.* Anton. Gabr. *communium opin. tom.*3. *lib.*3. *sub hoc tit. conclus.*5. *num.*7. Sanchez *dict. lib.*7. *disput.*87. *num.*20. Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.*3. *tit. de matrim. resolut.*5. *num.*8.

7 *Sit infamis*, &c.] Notatur ad hoc quòd pœna viduæ nubentis intra annum luctus est vt efficiatur infamis, vt per *l. Hisp. 3. tit. 6. p. 7.* Peregr. *d. lib. 3. tit. 15. n. 1.* Cardos. *d. verbo mulier, n. 22.* Sanchez *d. lib. 7. disp.* 87. *n. 3.* vbi etiam tradit hanc infamiam incurri ipso iure, exigi tamen sententiam iudicis declaratoriam facti. Alexand. Trentacinq. *d. tit. de matr. resol.*
8 *5. n. 2.* vbi dicit hanc infamiam ipso iure irrogari, additque quòd non solùm mulier secundò nubens intra annum luctus est infamis, sed etiam ille, qui scienter cum illa intra tale tempus nubit, Molin. *d. tract. 4. disp. 8. n. 1. vers. secundo.*

9 *Nuptiarum festinatione*, &c.] Ergo præsupponit matrimonium prius consummatum esse debere, vt per Ant. Gabr. *tom. 3. commun. opin. lib. 3. sub hoc tit. concl. 5. n. 8.* Sanch. *d. lib. 7. disp.* 87. *n. 19.* vbi tradit in hac materia pœnali appellatione nuptiarum solùm comprehendi consummatas, & ideo viduam, & quæ prius matrimonium consummauit, posterius autem minimè, non incurrere has pœnas resoluit, at *n.* 18. tenet pœnas huiusmodi non incurri, si prius matrimonium contingat esse irritum; quo loci ostendit etiam quid dicendum quando prius matrimonium validum fuit, posterius autem irritum.

10 Idem videtur resoluendum in muliere, quæ intra prædictum annum luctus stuprum commisit, *l. his solis, C. de reuoc. donat.* Palat. *in repet. rubr. de don. inter virum, & vxorem. §. 67. n. 3. & 17.* Clar. *in §. stuprum, à n. 6.* Mat. ens. *l. 5. gloss. 8. n. 5. tit. 9. lib. 5. noua Recop,* Eman. Cost. *in cap. si pater de testam. lib. 6. p. 1. verbo legauit, num. 34.* quos refert & sequitur D. Barbos. *in l. 2. in princ. part. 1. num. 66. ff. solut. matrim.* Peregr. *d.*
11 *lib. 3. tit. 15. num. 5.* omnes pœnas in hac leg. impositas locum habere in vidua stuprum committente intra annum luctus, siue pariat, siue non, & *num. 7.*
12 notat quòd si vidua post annum luctus stuprum committat, non incidit in pœnas huius l. quia vltra
13 annum non se extendit, & *num. 8.* quòd incidit tamen in alias pœnas omnes, quas binuba patitur, &
14 *n. 9.* quòd huiusmodi pœnas, in quas incidit per stuprum commissum siue intra, siue post annum luctus, non euitat si postea nubat, vel cum amasio, vel cum alio. Nam omnes pœnas impositas secundo nubentibus etiam locum habere in his, quæ inhonestè viuunt, docuerunt Bart. *in d. l. his solis, in fine,* Castill. *controu. iuris lib. 1. de vsufruct. c. 2. num.* 78.

15 Verùm mulier contrahens secundas nuptias de consensu mariti prædefuncti, aut filiorum, excusetur à pœna secundo nubentibus imposita; latè disputat Castill. *d. lib. 1. de vsufruct. cap. 2. n. 83. cum seqq.* vbi plures refert Doctores. Farinac. *fragm. crimin. par. 2. lit. M, num.* 403. vbi *n.* 404. de muliere, quæ transiuit ad secunda vota de voluntate filiorum an euitet omnes pœnas à lege ad fauorem filiorum impositas secundo nubenti; Alexand. Trentacinq. *d. resol. 5. num. 99. in fine.*

16 *Vltra tertiam partem bonorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd pœna viduæ nubentis intra annum luctus est vt posteriori viro non possit dare in dotem, nec in vltima voluntate relinquere vltra tertiam bonorum suorum partem, vt per Alexand. Trentacinq. *d. tit. de matrim. resol. 5. n. 3.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp.* 87. *num. 4.* vbi addit quod quamuis sermo hic sit de relictis in testamento, at nec inter viuos potest vltra eam quantitatem illi donare. Ex his verbis colligit Co-
17 uarr. *var. lib. 3. cap. 3. ante n. 9. vers. quarto,* quòd aliqui infames testati iure valent, & eorum testamenta minimè irrita sunt propter infamiam iuris.

18 *Omnium præterea hæreditatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd pœna viduæ nubentis intra annũ luctus, est vt sit expers cuiuscunque hæreditatis, legati, fideicommissi, & donationis causa mortis, vt per Alexand. Trentacinq. *d. tit. de matrim. resolut. 5. num. 4.* vbi hoc intelligit in donatis causa mortis, seu in relictis in vltima voluntate per virum vxori, ac etiam in donatis, seu relictis per extraneum, subditque hanc pœnam habere locum in vltima voluntate, & non in donatione inter viuos, Sanchez *d. lib. 7. disp.* 87. *n. 7.* vbi etiam tradit hanc pœnam non intelligi de relictis à viro, sed ab aliis præter virum, & *n. 8.* resoluit huiusmodi viduam intra annum luctus nubẽtem reddi omnino incapacem, ac proinde attenta legum dispositione teneri in conscientia sic accepta in vltima voluntate restituere aliis hæredibus, & *n. 6.* improbat illorum opinionem, qui intelligunt hanc pœnam de relictis à quocunque extraneo, vel à coniunctis vltra tertium gradum.

Eis etiam amittendis, quæ maritus suprema voluntate reliquerit, &c.] Notatur ad hoc quòd priuatur mulier infra annum luctus nubens omnibus relictis à viro priori in suprema eius voluntate, ac priuatur non tantùm quoad proprietatem, sed etiam quoad vsumfructum, vt per Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 22. num. 14. cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de matrim. resolut. 5. num. 6.* vbi intelligit locum habere in his, quæ mulieri secundo nubenti intra annum luctus acquiruntur ex causa lucratiua legati, vel donationis, & non in his, quæ acquiruntur ex causa onerosa, puta si ex causa emptionis acquisitio facta sit, Sanchez *d. lib. 7. disput.* 87. *num.* 10. vbi *num.* 11. intelligit hanc pœnam etiam de acceptis titulo donationis à priori viro, ea enim omnia perdit mulier transiens ad nuptias intra annum luctus, & *n.* 13. temperandam esse hanc pœnam asserit vt intelligatur de solis acceptis à priori viro titulo lucratiuo, quæ enim titulo oneroso ab eo capit, non amittit prædicta vidua, latè Castil. *dict. lib. 1. de vsufructu cap. 2. per tot.* 19

Non vltra tertium gradum, &c.] Notatur ad hoc quòd vidua intra luctus annum nubens non potest succedere abintestato suis consanguineis vltra tertium gradum, vt per Alexand. Trentacinq. *d. tit. de matrim. resol. 5. num. 6.* Sanchez *d. lib. 7. disp.* 87. *n.* 15. vbi *num.* 17. tradit quòd non excusatur ab his pœnis vidua intra annum luctus nubens ratione minoris ætatis. 20 21

Ne in iis, in quibus correctionem morum, &c.] Notatur ad hoc quòd nubere intra annum luctus, est contra bonos mores iure ciuili, vt per Sanchez *de matrim. lib. 7. disput.* 89. *n.* 40. Notat D. Barbos. *in l. 1. part. 7. num. 17. & 18. ff. solut. matrim.* quod in hac l. aufertur à muliere quasi indigna, propter læsos mores ciuiles, quia scilicet nupsit ante annum luctus, quod repugnat bonis moribus ciuilibus, & ideo ablatum ex ea causa non applicatur fisco: si igitur auferretur ab aliquo tanquam ab indigno propter verum delictum, tunc fisco applicaretur, ex *l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoff. testam.* 22

Gradibus seruatis, &c.] Notatur ad hoc quòd vbicunque testator dixit & prohibuit alienari ne res, vel fundus exiret de familia, tunc omnes de familia non simul, sed gradatim ordine successiuo vocantur, ita vt proximior in gradu semper præferatur, ita Anton. Gom. *l. 40. Tauri num.* 40. 23

De temporibus ad lugendos defunctos destinatis, & de huius text. antiquitate, vide Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lectionum lib. 2. cap. 208. per totum.* 24

In gloss. *Festinatione.* ibi, *nubendo intra annum à tempore mortis primi viri.* Notatur ad hoc quòd annus 25

annus hic luctos numeratur à die mortis prioris viri, atque cedit ignoranti, vt per Sanchez *d.lib.7.disp.87.num.2.*

26 In gloss. *Testamento.* ibi, *nec etiam inter viuos,* &c. Notatur ad hoc quòd lex prohibens mulierem nubentem intra annum luctus posse testamento vltra tertiam bonorum suorum partem viro relinquere, dicitur prohibere etiam donationem inter viuos, vt per Salicet. *hîc q.1.* & Ioan. de Garronibus *num.110.* Menoch. *cons.344.num.22.* Sanchez *d.lib.7.disp.87.num.4.*

27 Io glos. *Honorarias fin.* iuncta addit. ibi, *addas quòd pœna qua imponitur mulieri eo quòd nimis festinanter nubit, de qua in hac lege, hodie est sublata,* &c. Notatur ad hoc quòd hodie pœnæ fœminæ secundo nubensi intra annum luctus statutæ corriguntur iure Canonico, quo attento possunt impunè ad secundas nuptias viduæ transire quocunque tempore, per *cap. fin. hoc tit. in Decretalib.* Ita est dispositum *l. Hisp. 3. tit. 1. lib. 5. noua Recop.* & resoluunt Socin. 272. *in fine,* Bertachin. *in suo Dictionar. lit. V, verbo vidua nubens infra annum luctus,* Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. verbo & vxorem, decis. 5. vbi de success. ab intest. n.90.* Greg Lopez *l. 3. verbo fasta vn año, tit. 12. p. 4.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ in proœm. gl. 5. n. 66.* Couarr. *de sponsalib. p. 2. cap. 3. § 9. n. 5. & 6.* Eman. Costa *in cap. si pater, de test. lib. 6. verbo legauit, num. 34.* Sarmient. *lib. 1. select. cap. 4. num. 4.* Menchaq. *de success. progressu lib. 3. §. 27. num. 29.* Clar. *§. stuprum, n. 6.* Perez *l. fin. vers. est tamen inquirendum tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 53.* Azeued. *l. 3. n. 1. & 2.* & Matiens. *gloss. 1. num. vnic. & gloss. 2. num. 1. & n. 44. tit. 1. & l. 5. gloss. 8. num. 5. tit. 9. lib. 5. noua Recopil.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 22. num. 15.* Gutier. *practic. lib. 2. quæst. 95. num. 5.* Spin. *in speculo testam. gloss. 14. princ. num. 99.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 742. num. 2.* Azor. *inst. moral. part. 1. lib. 5. cap. 10. quæs. 1. vers. leges omnes ciuiles.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. M, num. 398.* vbi quòd mulieri secundo nubenti infra annum luctus omnes pœnæ impositæ à iure ciuili fuerunt sublatæ, & correctæ de iure Canonico, illæ scilicet, ex quibus nulla filiis potest resultare vtilitas, illæ verò, quæ ad fauorem filiorum introductæ sunt, & eorum commodo, & vtilitati cedunt, de iure Canonico correctæ non fuerunt: latè Alex. Trentac. *d. tit. de matrim. resol. 5. num. 9.* vbi declarat hoc non procedere in matre tutrice, quæ non petito tutore, nec reddita administratione intra annum luctus secundo nubit, nam in hoc casu pœnæ iuris ciuilis per ius Canonicum non dicuntur correctæ, nisi mater esset minor 25. annis, latè Sanchez *d. lib. 7. disp. 87. ex n. 21.* vbi *n. 27.* resoluit has pœnas esse correctas quoad vtrumque forum Ecclesiasticum, & seculare, Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 4. n. 52. pag. 713.* Molin. *de Iustit. tract. 4. disp. 8. n. 5.* Gasp. Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. q. 30.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 430. c. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier pariens intra annum luctus ex alio quàm defuncto marito in pœnas lege præcedente expressas incidit.*

2 *Mater tutrix contra iuramentum nubens nec liberis alios tutores petens, priuatur filiorum successione.*

3 *Iurata secundarum nuptiarum renuntiatio ex Iustiniani clementia remissa matribus tutelas liberorum gerentibus.*

4 *Pœna mulieris intra annum luctûs nubentis locum habent in vidua stuprum committente, seu in corpus suum intra annum luctûs peccante, in vidua quæ suscepta tutela filiorum prioris matrimonij, præstitóque iuramento se non transituram ad secundas nuptias, nisi priùs tutorem peteret filiis, & rationem redderet, ac solueret, quæ ad illos attinebant, contra id iuramentum ad secundas transibat nuptias,* num. 5. *amplia vt* num. 6.

AVTH. Iisdem.

MVlier pariens intra annum luctus ex alio 1
quàm defuncto marito, in pœnas lege præce-
dente expressas incidit. Mater tutrix contra iura- 2
mentum nubens, nec liberis alios tutores petens,
priuatur filiorum successione. Iurata renunciatio se- 3
cundarum nuptiarum ex Iustiniani clementia remissa matribus tutelas liberorum gerentibus. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit. & tom. 7. reper.* Ioan. de Garronibus.

Ea quæ parit intra luctus tempus, &c.] Notatur ad 4
hoc quòd omnes pœnæ lege præcedente expressæ locum habent in vidua stuprum committente, seu peccante in corpus suum intra annum luctus, vt per *l. Hispan. fin. tit. 22, part. 4. vbi gloss. 6. & leg. 3. tit. 6. part. 7. vbi gloss. 3.* Menchaq. *controuers. vsu frequent. lib. 1. cap. 8. num. 12.* vbi ait huius text. decisionem & pœnam non aliter procedere, quàm si intra tempora luctus pepererit ex altero viro, quàm ex marito præmortuo, vel etiam si non pepererit, si tamen stuprum commiserit; quod sanè habere locum ait quoad lucra, quæ ex matrimonio illo profecta fuerunt. Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. lib. 3. sub hoc tit. conclus. 8.* vbi quòd pœnę secundo nubentium afficiunt mulierem, quæ inhonestè vixerit mortuo marito, licèt non nupserit secundo. Peregr. *de iure fisci lib. 3. tit. 15. numer. 5.* vbi ampliat in vidua stuprum committente, siue pariat, siue non, Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat. verbo mulier. num. 22. in fine,* Hieronym. de Laurent. *Auenionens. decis. 80. numero 1.* Pradil. *in summa legum pœnalium part. 2. casu 16. num. 4.* Molin. *de Iustit. tractat. 4. disput. 8. numer. 6.* vbi per hunc textum resoluit pœnam infamiæ, & cæteras pœnas lege præcedente impositas incurrere viduas, quæ intra annum luctus cum aliquo fornicantur, subditque has pœnas non reperiri sublatas iure Canonico, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 5. num. 26.* vbi tenet quòd in vidua stuprante non est aliquid immutatum per Canones, per quos inhonestas improbatur, siue stuprum sit infra annum, siue pòst, cùm in vtroque casu si inhonestè viuat, incurrat omnes pœnas incapacitatis relictorum, latè Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 90. num. 2. cum seqq.*

Item & ea quæ, &c.] Notatur ad hoc quòd infa- 5
miam, & cæteras pœnas, quas dictum est iure ciuili statutas esse viduæ, quæ intra annum luctus transibat ad secundas nuptias, incurrit vidua, quæ suscepta tutela filiorum prioris matrimonij, præstitóque iuramento se non transituram ad secundas nuptias, nisi priùs tutorem peteret filiis, & rationem redderet, ac solueret, quæ ad illos attinebant, contra id iuramentum ad secundas transibat nuptias, vt per Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 9. n. 6.* Peregr. *de iure fisci*
lib. 3. tit. 16. num. 1. vbi ampliat etiam quòd in assum- 6
ptione tutelæ non iurauerit alias appetere nuptias; & deinde notat text. hunc explicitè loqui in matre post susceptam tutelam nubente, non prouiso de tutore filiis suis, nõ redditis rationibus, nec reliquis

restitutis, ita vt ista tria copulatiuè adimpleri debeant, vt pœnas euitet sibi vt suprà inflictas, nec releuaretur si alterum, vel duo ex eis requisitis adimpleuisset, Menoch. *cons.* 175. *num.* 13. vbi subdit quòd prædicta tria requiruntur copulatiuè, & non sufficit eorum aliquod adimpleri, & post Ioan. de Garronibus *hîc n.* 27. & alios aduertit *num.* 14. quòd quamuis iste tex. videatur fundare decisionem super iuramento præstito per matrem quando suscepit tutelam, tamen idem omnino est si non iurasset, & *num.* 15. tradit quòd quamuis per dictum Apostoli correcta sint iura ciuilia, quæ pœnas imponunt contrahentibus secundas nuptias; tamen hæc pœna priuationis successionis, & omnium legatorum etiam hodie viuit, quia non est simplex pœna, sed prouisio in fauorem filiorum, & rationem reddit, quia transiens ad secunda vota non reddita ratione tutelæ, & non solutis reliquis, magis peccat quàm ea, quæ cùm non sit tutrix, secundò nubit infra annum luctus, ideo seueriùs etiam punitur, & *num.* 17. aduertit hunc actum transeundi ad secunda vota ante exactam redditionem rationis, adeò legibus odiosum esse, vt bona quoque secundi viri censeantur tacitè pro administratione præteriti temporis obligata, Anton. Gabr. *tom.* 3. *comm. opin. lib.* 3. *sub hoc tit. concl.* 9. *à princ.* vbi *n.* 2. quòd ista dispositio non est sublata per dispositionem iuris Canonici, Molin. *de Iust. tr.* 4. *disp.* 8. *n.* 7. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 88. *n.* 13. vbi subdit has pœnas non contrahi si mulier hæc filiorum tutrix sit minor, quamuis malè assumpserit tutelam, vtpote, quæ minoribus est interdicta, & subdit hanc pœnam locum non habere in viro.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri ad lugendum maritum prædefunctum quondam annuum spatium constituebatur, & infra annum luctus nubens infamia notabatur, atque lucra nuptialia amittebat.*
2 *De tempore lugendi defunctos, remissiuè.*
3 *Maiores quare decem mensium spatium lugendi viros dederint, remissiuè.*
4 *Nobilitate quis priuatur per infamiam.*
5 *Mulier transiens ad secunda vota amittit omnia ea, quæ à viro accepit ex eius testamento, & aliàs. infra annum luctus nubens largitatem sponsalitiam perdit,* num. 6.
7 *τὸ* Amittat, *prolatum à lege in tempore futuro, importat canonem latæ sententiæ.*

L. Si quæ ex fœminis. II.

Iidem AAA. *Eutropio P.P.*

1 MVlieri ad lugendum maritum prædefunctum quondam annuum spatium constituebatur, & intra annum luctus nubens infamia notabatur, atque lucra nuptialia amittebat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 *Intra anni spatium,* &c.] De temporibus ad lugendos defunctos destinatis, vide Guid. Pancirol. *in thesaur. var. lect. lib.* 2. *c.* 208.

3 *Paruum enim tempus post decem menses,* &c.] Maiores quare decem mensium spatium lugentibus viros dederint? vide Iacob. Ræuard. *var. siue de iuris ambiguit. lib.* 1. *c.* 20.

4 *Nobilisque personæ,* &c.] Notatur ad hoc quòd per infamiam priuatur quis nobilitate, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 24. *à princ.*

Atque omnia quæ de prioris mariti, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier transiens ad secunda vota amittit omnia ea, quæ à viro accepit ex eius testamento, & aliàs, vt per Cephal. *cons.* 123. *num.* 6. *lib.* 1. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *litt. M, n.* 399. 5

Vel iure sponsalium, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier infra annum luctus nubens sponsalitiam largitatem perdit, vt per Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 87. *num.* 12. 6

In gloss. *Amittat.* ibi, *per sententiam,* &c. Notatur ad hoc quòd verbum *amittat*, prolatum à lege in tempore futuro, importat canonem latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.* 152. *cum seqq. C. de reuocan. donat.* Sed latam sententiam, & idem quod ipso iure, denotare tenent Couarr. *in cap. si heredes, n.* 8. *de testam.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 8. *n.* 21. *versic. falsis,* Ioan. de Salas *in tractat. de legibus q.* 96. *tract.* 14. *disp.* 15. *sect.* 6. *sub n.* 78. Suar. *in simili tract. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 15. Farin. *fragm. crim. p.* 2. *verbo lex, num.* 126. 7

SVMMARIVM.

1 *Mulier transiens ad secunda vota, quicquid ex facultatibus primi viri titulo lucroso tam per sponsalia, quàm nuptias est consequuta, tenetur moriens reseruare liberis communibus, non seruari de consuetudine Regni Portugaliæ.* num. 4.
2 *Fœminæ secundò nubentes ad vitam possident acquisita titulo lucratiuo à prioribus maritis, & hisce fruuntur, nihil autem firmiter alienant, aut transferunt.*
3 *Mulier binuba si affecta bona alienauit contra legum prohibitionem, tenetur ad istiusmodi restitutionem.*
5 *Filij si viua matre non sunt conquesti de transitu ad secundas nuptias, huius l. vendicatio non transfertur in heredes extraneos, secùs ad suos.*
6 *Mulier contrahens secundas nuptias de consensu mariti prædefuncti, an excusetur à pœna secundò nubentium.*
7 *Mulier transiens ad secundas nuptias de voluntate filiorum primi matrimonij, euitat pœnas secundarum nuptiarum. amplia vt* num. 8. *& resolue vt* num. 9. *etiam tacitus consensus filij non conquerentis de secundis nuptiis sufficit vt mater non priuetur,* num. 10. *Idem est in patre qui post exhæredationem factam de filio, dicitur remisisse iniuriam, recipiendo illum in domum, simul habitando, & conuiuendo,* num. 11. *amplia ad minorem, cui neque competeret restitutio in integrum, quæ non datur minori agenti ad executionem pœnæ,* num. 12.
13 *Tutor consentiens matri secundo nubenti, non potest remittere pœnam legis.*
14 *Maritus etiam transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare proprietatem bonorum filiis prioris matrimonij.*
15 *Vidua luxuriosè viuentis, vel ad secundas nuptias transeuntis, eadem ratio.*
16 *Vxor aliquid quocunque titulo lucratiuo à marito accipiens, tenetur transeundo ad secundas nuptias id totum integrè reseruare filijs prioris matrimonij.*
17 *Mulier transiens ad vota secunda, an amittat lucrum à lege, seu consuetudine delatum coniugi, & an illud reseruari debeat filiis prioris matrimonij. In bonis communicatis inter virum & vxorem, quid,* num. 18.

19 *Filij*

19 *Filij prioris matrimonij an habeant partem in lucris habitis ex secundo matrimonio per patrem, aut matrem, quæ secundo nupsit.*

20 *Mulier transiens ad secundas nuptias an teneatur reseruare arrhas filiis prioris matrimonij, à quo processerunt, & in illis, vel in bonis, quæ reseruari debent prædictis filiis prioris matrimonij? an ipsa, vel maritus superstes possit aliquem ex illis meliorare, vel absque Regia facultate maioratum instituere.*

21 *Res quando peruenit ex bonis mariti ad mulierem titulo oneroso, an dispositio huius legis sibi locum vendicet.*

22 *de Bonis, quæ coniux transiens ad secundas nuptias acquisiuit, data sibi contemplatione coniugis defuncti, quid.*

23 *in Emphyteusi à marito proueniente, quam sibi & vxori de nouo acquisiuit, an possit nominare filios secundi matrimonij.*

24 *Mulier transiens ad secũdas nuptias, an possit relinquere plus filiis secundi matrimonij, quam primi.*

25 *Coniux transiens ad secundas nuptias non amittit proprietatem bonorum à coniuge defuncto sibi relictorum, si ex eo matrimonio filij non sunt suscepti.*

26 *Mulier ad secundas transiens nuptias tenetur reseruare etiam illud, quod habuit à marito causâ nuptiarum.*

27 *Vir si legatum aliquod relinquat vxori, vel vxor viro, tenetur vterque transiens ad secundas nuptias id reseruare filiis prioris matrimonij.*

28 *Pater si pupillariter substituat matrem filio impuberi, an bona illa, quæ ex substitutione pupillari patris per mortem filij mater est consequuta, teneatur reseruare filiis prioris matrimonij.*

29 *Mater transiens ad secundas nuptias non potest disponere de proprietate illorum bonorum, quæ reseruare tenetur filiis prioris matrimonij, ea alienando, aut obligando.*

30 *Mulier alienare lucrum prohibita, quod ex matrimonio percepit, id potest assignare vni ex liberis.*

31 *Pater, vel mater, si ex legis dispositione habent electionem relinquendi certa bona alicui filiorum primi matrimonij quem elegerit, debet eligere filium benemeritum.*

32 *Mulier ad secundas nuptias transiens statim amittit dominium prædictorum bonorum, transfertúrque in filios, retento sibi solo vsufructu.*

33 *Mater binuba quicquid acquisiuit ex successione vnius ex liberis prioris matrimonij, id reseruat liberis prioris matrimonij superstitibus, & in portione per traditionem impetrata vsumfructum dumtaxat obtinet,* & num. 35. *Nullis liberis ex priore marito superstitibus vxor de bonis per hæreditatem & prius matrimonium acquisitis liberè disponit,* num. 34.

36 *Coniux transiens ad secundas nuptias succedit pleno iure absque obligatione reseruationis in bonis à coniuge defuncto profectis, ac sibi acquisitis, quando filij suscepti sunt ex priore matrimonio, at omnes absque prole obierunt. Idem dicendum quando superesset filius vnicus, vel plures, sed omnes incapaces,* n. 37. *Quòd si omnes obierint filij superstite nepote, huic reseruationi locus est,* n. 38.

L. Fœminæ. III.

Iidem AAA. *Floro P. P.*

1 MVlier transiens ad secunda vota, quicquid ex facultatibus primi viri lucroso titulo tam per sponsalia, quàm nuptias consequuta est, tenetur moriens liberis communibus reseruare, *in princ.* Fœminæ secundò nubentes acquisita lucroso titulo à maritis prioribus ad vitam possident, & hisce fruuntur, 2
firmiter autem de hisce nihil alienant, aut transferunt, *in vers. nec quicquam.* Mulier binuba si affecta 3
bona alienauit contra legum prohibitionem, ad istiusmodi bonorum restitutionem tenetur, *in versic. nam si.* Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, pluribúsque exornant *l. Hispan.* 3. *in med.* & *l.* 14. & 15. *tit.* 12. *part.* 4. Mynsing. *cent.* 5. *obseruat.* 24. Roland. *consf.* 95. *per tot. lib.* 1. & *consf.* 81. *lib.* 3. Bursat. *consf.* 12. *lib.* 1. Decian. *resp.* 44. *à princ. vol.* 5. Alphan. *collect.* 17. Sarmien. *lib.* 1. *select. cap.* 4. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 3. *in princip. pag.* 714. Chætian. & Vezin. *eod. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 16. *cum seqq. pag.* 711. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 3. *sub hoc tit. concl.* 1. Ioseph. Ludou. *eodem tom.* 3. *sub hoc tit. conclus. vnic. pag.* 518. Menoch. *consil.* 155. *n.* 6. 7. 12. & 13. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 61. Surd. *decis.* 99. & 100. Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 26. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo dispositio* 11. Mich. Grass. §. *successio ab intestato, quæst.* 17. *à num.* 4. & *quæst.* 25. Fachinæ. *controuers. iuris lib.* 3. *cap.* 64. *cum seqq.* Cort. *in memorabilib. verbo nuptiæ, pag.* 617. Couarr. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 7. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 95. *n.* 2. & *lib.* 3. *quæst.* 43. *num.* 23. Hippol. Montaner. *in addit. ad Oliban. de actionibus, p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 13. *cum multis seqq.* Mieres *de maiorat. part.* 1. *quæst.* 71. *num.* 10. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 14. *num.* 39. Ioan. Garc. *de donat. remunerat. num.* 42. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 41. *n.* 5. *cum seqq.* & *lib.* 7. *disp.* 88. & 89. Pradil. *in summa legum pœnal. p.* 2. *casu* 16. *num.* 6. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 98. Mart. *de iurisdict. p.* 4. *Centur.* 2. *casu* 181. *n.* 20. *cum seqq.* Castill. *controuers. lib.* 1. *de vsufructu cap.* 2. *num.* 9. *cum seqq.* Valasc. *consult.* 16.

Testatur Valasc. *consult.* 16. *n.* 9. *versic. postremò,* 4
se ab antiquis Senatoribus & peritissimis Aduocatis accepisse decisionem huius legis in prima parte de reseruatione lucrorum pro filiis primi matrimonij non seruari de consuetudine nostri Regni Portugaliæ: refert Gutier. *practic. lib.* 4. *quæstion.* 45. *num.* 19.

Multa circa intellectum huius legis adducit Hippol. Montaner. *d. cap.* 47. *num.* 13. vbi resoluit quòd 5
si filij viua matre non sunt conquesti de transitu ad secundas nuptias, huius legis vendicatio, seu conditio non transfertur in hæredes extraneos, secus ad suos, quia filius præmoriens matri binubæ bene transmittit ad hæredes suos nepotes, pronepotes, & reliquos descendẽtes proprietatem bonorum, quam sibi mater reseruare tenebatur, & *num.* 14. quando possit monasterium loco filij hæc remedia intentare, & 21. ait procedere hanc l. etiamsi nulliter essent secundæ nuptiæ obtentæ, & *num.* 24. quòd filiis non extantibus ex primo matrimonio cessat dispositio huius leg. & quòd filiis incapacibus ex forma statuti non datur remedium huius legis.

Vtrùm mulier contrahens secundas nuptias de 6
consensu mariti prædefuncti, excuserut à pœna secundo nubentibus imposita? In qua quæstione quamuis Sarm. *select. interpr. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 3. subtiliter defendat consensum mariti, vt mulier secũdò nubat, non præiudicare filiis, nec excusare mulierem, nec murare ius; nihilominus tamen, cùm mulier secundò nubendo inferat iniuriam priori marito, cuius

anima oupetis repetitis contristatur, *§. quæ verò nunc,*
vers. nos igitur, in auth. de nupt. & marito volenti &
consentienti nulla fit iniuria contrarium meritò su-
stinent, Marta *de iurisdict. part. 4. cent. 2. casu* 181. *n.*
23. & plures, quos refert & sequitur Castil. *d. lib. 1. de*
vsufructu cap. 2. num. 83. cum seqq.

7 Similiter constituendum est quòd mulier transiens
ad secundas nuptias de voluntate filiorū primi ma-
trimonij, euitat pœnas secundarum nuptiarum, nec
est locus tunc decisioni huius text. cum similibus, vt
per Guilielm. Benedict. *in c. Raynutius, de testament.*
verbo qui cum alia matrimonium contrahens, num. 202.
Anton. Gom. *l. 15. Tauri, num. 6. in fine.* Petr. Gregor.
syntagm. iuris lib. 9. cap. 26. n. 54. Hippol. Riminald.
cons. 569. num. 170. lib. 5. Padil. *in l. cum donationis,*
num. 6. C. de transact. Roland. *cons. 95. num. 16. lib. 1.*
& cons. 81. à num. 10. lib. 3. Bursat. *cons. 12. num. 41. &*
42. lib. 1. Menoch. *cons. 155. n. 13. lib. 2.* vbi *numeris*
8 *seqq.* ampliat ad nepotes, quibus consentientib. ces-
sat dispositio huius legis, cùm sit par ratio nepotum
& filiorum. Cancer. *var. resolut. part. 1. c. 5. de success.*
9 *abintestato, n. 29.* vbi *num.* 31. resoluit, quòd si mater
de cōsensu viri in testamento, aut aliàs dato secun-
do nubat, impunè ad secunda vota transit. Plaça *in*
epit. delictor. c. 45. n. 1. Surd. *cons. 91. à n. 20.* Anton.
Gabr. *d. lib. 3. sub hoc tit. concl. 1. n. 29. & 33.* Mariens.
l. 1. tit. 1. gloss. 2. num. 43. lib. 5. noua Recopil. Stephan.
Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 140. n. 3.* Sanchez
d. lib. 9. disp. 89. num. 43. Castill. *d. lib. 1. de vsufructu*
10 *cap. 2. num. 93. cum seqq.* Tacitus etiam consensus filij
nō conquerentis de secundis nuptiis sufficit vt ma-
ter non priuetur, cùm per illam taciturnitatem in-
ducatur voluntas, & ratificatio nuptiarum, vt per
Menoch. *d. cons. 155. n. 16. cum seqq.* Castill. *d. c. 2. n.*
11 94. Stephan. Gratian. *d. c. 140. n. 6.* vbi *num.* 8. idem
tradit in patre qui post exhæredationem factam de
filio, dicitur remisisse iniuriam recipiendo illum in
domum simul habitando & conuiuendo, & *num.* 12.
post Surd. *decis. 99. num. 12. & decis. 100. num. 1. & 7.*
12 ampliat ad minorem, cui neque competeret restitu-
tio in integrum, quæ non datur minori agenti ad
executionem pœnæ prout hæc priuatio est inducta
in pœnam contra mulierem secundò nubentem,
maximè cùm hæc dicatur iniuria quæ fit filiis primi
matrimonij, quæ videtur remissa per habitationem
& conuictum, quo casu minor non dicitur læsus, nec
restituitur, intelligendo in minori viginti quinque
annorum, secus quatuordecim, qui non posset sine
tutore remittere expressè, vnde multò magis, neque
13 tacitè & *num.* 15. post Surd. *cons. 164. n. 50.* tradit tu-
torem consentientem matri secundo nubenti non
posse remittere pœnam huius legis. Quamuis hunc
consensum debere esse expressum, nec sufficere taci-
tum, teneant Cancer. *d. p. 1. c. 5. de success. ab intestato,*
n. 29. in med. Sanchez *d. lib. 7. disp. 89. n. 44.*

14 *Fœminæ.*] Vel etiam viri; maritus enim transiens
ad secundas nuptias tenetur reseruare proprietatem
bonorum filiis prioris matrimonij, in quibus casibus
vxor reseruare tenetur, & dispositum in vxore in
hac materia, habet quoque locum in marito, vt per *l.*
Hisp. 4. tit. 1. lib. 5. noua Recopil. vbi expressè decidi-
tur in vtroque coniuge idem quod hoc esse seruan-
dum, gloss. *verbo possessione, infr. hoc eod. text.* Boët. *de-*
cis. 187. à princ. & decis. 190. n. 1. Bursat. *cons. 12. n. 1. in*
fine, Roland. *cons. 95. n. 8. cum seqq. & n. 44. & 50. lib. 1.*
Anton. Galeat. Maluas. *cons. 51. n. 13. lib. 1.* Couar. *de*
sponsal. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 7. Viui. *tom. 1. commun.*
opin. lib. 5. tit. 5. n. 3. vers. & pœnaista, Molin. *de pri-*
mogen. lib. 2. cap. 10. num. 59. Cald. Pereira *de nominat.*
emphyt. quæst. 14. num. 39. Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 95.*
num. 3. Pradil. *in summa legum pœnal. part. 2. casu 16.*
num. 6. Cancer. *var. resolut. part. 1. cap. 5. num. 26.* Ca-
stil. *d. lib. 1. de vsufruct. cap. 2. num. 14.* Chætian. *tom. 1.*
commun. opin. lib. 5. tit. 4. num. 17. pag. 711. vbi tenet
quòd dispositio huius legis ita locum habet in patre
secundo nubente, vt in matre. Sanchez *de matrim.*
lib. 7. disp. 89. num. 10. Surd. *de aliment. tit. 1. q. 46. n. 5.*
Ferrer. *in constit. Catalon. gloss. 6. num. 20.*

Ad secundas, &c.] Idem si luxuriosè vixerit vidua, 15
quæ eodem modo priuatur proprietate bonorum ex
prioris viri substantia acquisitorum, & tenetur ea re-
seruare filiis prioris matrimonij, perinde ac si ad se-
cundas nuptias transiisset, vt per Anton. Gabr. *d. lib. 3.*
sub hoc tit. concl. 5. num. 12. & concl. 3. num. 10. & 11.
Angul. *de meliorat. l. 2. gloss. 1. num. 6.* Pinel. *l. fin. n. 18.*
C. de bonis matern. vbi *num.* 19. in viro viduo forni-
cante aliter sentit Azeued. *l. 4. n. 10. & 55. tit. 1. lib. 5.*
noua Recopil. Quamuis Anton. Gom. *l. 5. Tauri n. 16.*
& Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 90. num. 14.* existi-
ment viduam fornicantem non priuari ea proprieta-
te, nec teneri reseruari filiis prioris matrimonij, ne-
dum virum.

Quicquid ex facultatibus, &c.] Probat hic text. 16
vxorem aliquid quocunque titulo lucratiuo à mari-
to accipientem, siue ex donatione inter viuos, siue ex
vltima voluntate, teneri transeundo ad secundas
nuptias id totum integrè reseruare filiis prioris ma-
trimonij, vt per Sanchez *d. lib. 7. disp. 89. à n. 5.* Me-
noch. *cons. 155. à num. 1.*

Primò quæritur vtrùm mulier transiens ad secun- 17
da vota amittat lucrum à lege, seu consuetudine con-
iugi delatum, & an illud reseruari debeat filiis prio-
ris matrimonij; vide Boër. *decis. 185. n. 7.* Pinel. *in l. fi.*
num. 10. cum seqq. C. de bonis matern. Bursat. *consil. 12.*
num. 5. lib. 1. Mariens. *l. 6. gloss. 2. num. 1. in fine, & n. 3.*
tit. 9. lib. 5. noua Recopil. Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 59.*
num. 12. & 14. & quæst. 123. num. 2. D. Barbos. *in l. si ab*
hostibus, §. fin. n. 71. in fine, & num. 72. ff. soluto ma-
trimonio.

Secundò quæritur quid dicendum in bonis com- 18
municatis inter virum & vxorem; vide Cald. Pereira
in l. si curatorem, verbo sua facilitate, num. 8. C. de in
integrum rest. minor. vbi resoluit huius communica-
tionis lucra coniugem transeuntem ad secunda vo-
ta non admittere, non ex eo quòd huiusmodi lucra
sint legalia, sed magis ex eo, quia à bonorum com-
municatione procedentia à titulo magis oneroso,
quam lucratiuo procedunt, ex notatis per Rip. hic *n.*
43. & Palat. *in rep. rubr. de donat. inter virum & vxor.*
§. 67. num. 17.

Tertiò quæritur vtrùm filij prioris matrimonij ha- 19
beant partem in lucris habitis ex secundo matrimo-
nio per patrem, aut matrem, quæ secundo nupsit; vi-
de Mich. Crass. *§. successio ab intestato, q. 17. n. 3. vers.*
in lucris verò habitis, Azeued. *l. 9. n. 5. tit. 9. lib. 5. no-*
ua Recopil. vbi se remittit ad Boër. *decis. 203. n. 2.*

Quartò quæritur vtrùm mulier transiens ad se- 20
cundas nuptias teneatur reseruare arrhas filiis prio-
ris matrimonij, à quo processerunt, & in illis, vel in
bonis, quæ reseruari debent prædictis filiis prioris
matrimonij, so ipsa, vel maritus superstes possit ali-
quem ex illis meliorare, vel absque Regia facultate
maioratum instituere; vide Guilielm. Benedict. *in c.*
Raynutius, verbo & vxorem, decis. 5. n. 87. Molin. *de*
primogen. lib. 2. c. 10. n. 59. cum seqq. Mieres *de maio-*
rat. part. 1. quæst. 54. Aymra *de partit. part. 3. quæst. 15.*
Mariens. *l. 3. gloss. 2. n. 42. tit. 1. lib. 5. noua Recop.* Aze-
ued. *in l. 4. n. 4. eiusdem tituli, & libri,* Gutier. *pract.*
lib. 2. quæst. 18. & lib. 3. quæst. 43. n. 24. & 25. & lib. 4.
quæst. 65. n. 7. Valasc. *consult. 16. per tot.* Roder. Xuar.

in

*in l.quoniam in prioribus,in declarat.ad legem Regni limit.*10.*num.*2.Angul.*de melioration.l.*2.*gloss.*1.*n.*5. Sanch. *de matrim. lib.*6. *disput.*41.*num.*3. vbi cum omnibus præter Valasc. resoluit teneri reseruare arrhas filiis prioris matrimonij, quas ab eorum patre mulier accepit, inter illósque esse æqualiter diuidendas ex testamento,aut ab intestato, nec posse ex illis instituere maioratum,aut meliorare quemquam eorum filiorum.

21 Quintò quæritur an dispositio huius l. si vendicet locum quando res peruenit ex bonis mariti ad mulierem titulo oneroso,nempe emptionis,permutationis,vel alio simili? Negatiuè respondent Valasc. *consult.*16.*num.*7. Anton.Gabr. *d.lib.*3. *sub hoc tit. concl.*x.*num.*40. Sanch.*de matrim.*1.*lib.*6.*disput.*41. *num.*1. optimè Menoch. *cons.*155.*num.*6.*cum seqq.* Marta *d.casu* 181.*num.*27. nam tantùm habitum ex causa merè onerosa excluditur à dispositione huius l.Anton.Gabr. *d.tit.concl.*1. *à num.*39. D.Barbos. *in l.*2.*in princip.part.*1.*num.*162.*in fine,ff.solut.matrim.* Marta *de Iurisd.part.*4.*casu* 181.*num.*27. quæ enim quæsita non videntur ex titulo lucratiuo, non sunt reseruanda liberis primi matrimonij, quia hæc lex loquitur tantùm in habitis titulo lucratiuo, *de sponsalib.part.*2.*cap.*7.§.1.*num.*8.*ad fin.* Pinel. *in leg.fin. num.*3.*C.de bonis mater.*Mariens.*l.*6.*gloss.*2.*n.*2.*tit.*9. *l.*5.*noua Recop.*& *ibi* Azeued.*post princ.* quos refert & sequitur D.Barbos.*in l.si ab hostibus* 11.§.*fin.n.*63. *ff.soluto matrim.* Gutier. *practic.lib.*4.*tit.*65.*num.*6. Vincent.de Franchis *decis.*438.*num.*1. Valasc. *cons.* 103.*num.*30.vbi *n.*31.refert quæ dicatur quæsita titulo lucratiuo.

Vnde mulier transiens ad secundas nuptias non amittit proprietatem donationis remuneratoriæ à marito sibi factæ, ac proinde non tenetur reseruare illam filiis prioris matrimonij,vt per Palat. *in repet. rub.de donat.inter virum & vxor.*§.50.*num.*55.*vers. pro complemento,* Anton.Gabr. *d.lib.*3. *sub hoc titul. concl.*x.*num.*39. Vincent.de Franchis *vbi suprà n.*4. Menoch. *d.cons.*155. *ex num.*6. Gutier. *pract.lib.*4. *q.*65.*n.*11.

22 Sextò quæritur quid censendum de bonis, quæ coniux transiens ad secundas nuptias acquisiuit sibi data contemplatione coniugis defuncti? Vide Ant. Gom.*l.*14.*Tauri num.*7.Vincent.de Franchis *dec.*18. *num.*7. D.Barbos. *in d.l. si ab hostibus,*§.*fin.num.*72. Valasc.*d.cons.*16.*num.* 2.Molin.*de Iustit.tract.*2.*disp.* 431.*col.*7.*vers.dubium est,* Sanch. *d.lib.*7. *disput.*89. *num.*7.

23 Septimò quæritur de emphyteusi à marito proueniente, quam sibi & vxori de nouo acquisiuit, an possit nominare filios secundi matrimonij? Vide Cald.Pereira *de potest.nominandi cap.*1. *num.*51. Cabed.post Lusitanas decis. *Aresto.*91.*p.*1.

24 Octauò quæritur vtrùm mulier transiens ad secundas nuptias possit relinquere plus filiis secundi matrimonij, quàm primi? Affirmant posse, Tiber. Decian.*resp.*35.*num.*24.*lib.*1. Borgnin.Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto num.*85. Negant non posse Boër. *decis.*201.Hippol.Riminal. *cons.*341.*num.*38. *lib.*2. Anton.Gabr. *d.lib.*3.*sub hoc tit.concl.*4. *n.*44. & pleniùs & elegantiùs resoluit Anton. Thesaur. *Pedem.decis.*170.

Susceptis ex priori matrimonio filiis,&c.] An idem procedat in auis, proauis, & aliis ascendentibus ad secundas nuptias migrantibus? vide Sanch. & ab eo citatos *de matrim.lib.*7.*disp.*89.*n.*1x.

25 Ex his verbis colligit idem Sanch.*d.disp.*89.*n.*34. coniugem transeuntem ad secundas nuptias non amittere proprietatem bonorum à coniuge defuncto sibi relictorum, si ex eo matrimonio filij non sint suscepti.

Quicquid ex facultatibus priorum maritorum,&c.] 26
Notatur ad hoc quòd mulier transiens ad secundas nuptias tenetur reseruare etiam illud,quod habuit à marito causa nuptiarum,puta sponsalitiam largitatem, donationem propter nuptias, donationem bonorum, vel aliam similem donationem, vt per Ant. Gom. *l.*14. *Tauri num.*3. Per hæc text. verba multi censent bona,quæ coniux transiens ad secundas nuptias acquisiuit sibi data contemplatione coniugis defuncti non reseruari filiis prioris matrimonij, de quibus Sanch. *d.lib.*7.*disp.*89.*num.*17.

Aut testamento iure directo,&c.] Notatur ad hoc 27
quòd si vir legatum aliquod relinquat vxori, vel vxor viro,tenetur vterque transiens ad secundas nuptias id reseruare filiis prioris matrimonij, vt per Boër.*decis.*185.*num.*7.Molin.*de primogen.lib.*2.*c.*10. *num.*60. Mariens.*l.*3.*glos.*2. *num.*3.*tit.*1. *lib.*5.*noua Recop.*Azeued.*l.*4.*num.*21.& 29.*eod.tit.*1. Sanch. *d. lib.*7.*disp.*89.*n.*14.vbi *n.*15.quærit quid dicendum si 28
pater in suo testamento substituat pupillariter matrem filio impuberi,an bona illa,quæ ex substitutione pupillari patris per mortem filij mater consequuta est,teneatur reseruare filiis prioris matrimonij,& *num.*16.resoluit quòd quando ex testamento,vel donatione coniugis defuncti,non tamen ex bonis ipsius,consequitur aliquid alter coniux,id minimè reseruandum est filiis prioris matrimonij.

Vel cuiuslibet munifica liberalitatis, &c.] Aduer- 29
tit D.Barbos. *in l.*2.*in princip.part.*1.*num.*162.*prope fin.vers. comprehendetur,* dispositionem huius text. generaliter conceptam esse,vt scilicet vxor secundo nubens non solùm donata per maritum reseruaret filiis primi matrimonij,sed etiam habita ratione pacti quòd aliquid lucraretur ex bonis mariti,colligitque deinde quòd in hac materia non solùm reseruantur filiis primi matrimonij habita ex mera donatione,sed & lucra mixta,prout sunt lucra ex dote,& pari ratione etiam donatio ob causam reseruanda est filiis primi matrimonij, & tantùm ea donatio ob causam non includetur in hac lege quando causa talis est vt faciat donationem transire in contractum merè onerosum.

Alienandum in quamlibet extraneam personam, &c.] Notatur ad hoc quòd mater transiens ad secundas nuptias non potest disponere de proprietate illorum bonorum, quæ filiis prioris matrimonij reseruare tenetur ea alienando, aut obligando, vt per Sanch. *de matrim.lib.*7.*disp.*89.*num.*6.vbi *num.*7 resoluit alienante parente eiusmodi lucra, integrum non esse filiis prioris matrimonij reuocare viuente parente alienationem,& *num.*8.tenet quòd si parens non alienauit,sed consumpsit,tenentur etiam hæredes ad æstimationem quando culpa parentis,qui reseruare tenebatur, res illa periit, atque consumpta est, si enim absque eius culpa periit, perit vero domino,nempe filiis.

Ad quemlibet ex filiis,&c.] Notatur ad hoc quòd 30
mulier prohibita alienare lucrum,quod ex matrimonio percepit,id potest assignare vni ex liberis, vt per Tiraq. *de retractu lig.*§.11.*glos.*6.*n.*10.

In quem contemplatione meritorum, &c.] Notatur 31
ad hoc quòd si pater,vel mater ex legis dispositione habet electionem relinquendi certa bona alicui filiorum primi matrimonij quem elegerit, debet eligere filium benemeritum,vt per Paul.Castr.*cons.*193. incip. *In causa quam habet,*Palat. *in repet.cap.per vestras,de donat.inter vir.& vxor.not.*3.§.16.*n.*4.vbi aduertit quod quamuis hæc lex hodie sit correcta in

sua dispositione, per *auth. hoc lucrum, infr. hoc eod. tit.* per quam illa lucra æqualiter deferuntur filiis primi matrimonij, nihilominùs ratio legis durat, & ex ea, vt ex lege, possumus argumentari, Cou. *in reg. peccatum, de regul. iuris lib. 6. part. 2. §. 7. num. 7.* vbi ait hîc decidi fœminam secundò nuptam debere, quæ lucro à priore coniugio habuit, filiis eiusdem matrimonij relinquere mortis tempore, ita tamen vt possit eadem lucra conferre cuilibet ex filiis in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ iudicium matet crediderit dirigendum. Molin. *de primog. lic. 2. c. 5. n. 59. vers. hi autem omnes,* vbi dicit hîc esse dispositum quòd mater, quæ debet filiis prioris matrimonij lucra eiusdem reseruare, possit vni ex eisdem illa prælegare, dummodo in illum non ex sola voluntate, sed ex contemplatione meritorum iudicium suæ liberalitatis direxerit, vbi etiam addit Hispanos scribentes, ex quorum numero sunt Palat. Segur. Ludou. Gomez, Anton. Gomez, & alij, quos ipse refert, frequenter inferre solere parentem, qui Regiæ facultatis virtute primogenium instituit, in foro conscientiæ teneri inter filios suos eligere non solùm dignum, sed etiam digniorem, aliàs mortale crimen incurrere, idque ipsum dicendum esse in parentibus, qui ex legum Regiarum decisione primogenium ex tertia, vel quinta bonorum parte inter liberos instituunt, vel meliorationem faciunt, sed contra eos resoluit ipse Molina contrarium, & *n. 61.* assignat differentiæ rationes inter decisionem huius text. & leges, ac facultates Regias.

32 *Possidendi tantùm,* &c.] Notatur ad hoc quòd statim mulier transiens ad secundas nuptias amittit dominium prædictorum bonorum, transferturque in filios retento sibi solo vsufructu, vt per Anton. Gom. *l. 15. Tauri num. 3.* Sanch. *de matrimon. lib. 6. disp. 41. num. 1.* & *ibi* etiam per *auth. lucrum, infr. hoc eod. tit.* subdit quòd talia bona æqualiter inter filios diuiduntur, nec poterit mater in eis aliquem meliorare.

Aduertas quod dispositio huius l. quatenus concernit fauorem liberorum primi matrimonij, adhuc hodie procedit & seruatur, vt per Chærian. *tom. 2. commun. opin. lib. 5. tit. 4. n. 26. p. 711.*

§. Illud etiam.

33 Mater binuba quicquid ex successione vnius ex liberis acquisiuit, id reseruat liberis prioris matrimonij superstitibus, & in portione per traditionem
34 impetrata vsumfructum dumtaxat obtinet. Nullis liberis ex priore marito superstitibus vxor de bonis per hæreditatem & prius matrimonium acquisitis liberè disponit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

35 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 5. de success. ab intest. n. 25.* vbi *num. 26.* intelligit quoad bona, quæ filius intestatus reliquit, quæ sibi obuenerant ex parente præmortuo. Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 89. num. 18.* dum ait coniugem succedentem abintestato filio prioris matrimonij in bonis, quæ is filius ex parentis substantia habuit, teneri transeundo ad secundas nuptias ea bona reseruare filiis prioris matrimonij, ac amittere illorum proprietatem solo vsufructu retento, subdítque per expressum text. *in §. hinc, auth. de nuptiis collat. 4. vers. si autem intestatus,* nec referre siue parens transeat ad secundas nuptias post obitum filij, cui in bonis parentis abintestato successit, siue ante illum, & *num. 19.* resoluit, hoc adeò verum esse vt etiam procedat in legitima iure debita parenti superstiti ex illis bonis paternis, in quibus filio abintestato successit, eam enim teneri reseruare filiis prioris matrimonij concludit. Cald. Pereira *de potestate eligen. cap. 17. num. 33.*

Quòd si nullam, &c.] Notatur ad hoc quòd coniux transiens ad secundas nuptias succedit pleno iure absque obligatione reseruationis in bonis à coniuge defuncto profectis, ac sibi acquisitis, quando filij suscepti sunt ex priore matrimonio, at omnes absque prole obierunt, vt per Anton. Gom. *l. 14. Tauri num. 1.* Tell. *l. 6. Tauri, n. 19. in fine,* Boër. *decis. 185. n. 17.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 4. n. 8. pag. 709.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 23. num. 9.* Matienf. *l. 3. gloss. 2. n. 15. tit. 1. lib. 5. noua Recop.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 671. num. vnic.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 89. num. 37.* vbi subdit idem esse dicendum quando superesset filius vnicus, vel plures, sed omnes incapaces, perinde enim est ac si mortui essent. Quòd si omnes obierint filij superstite nepote, huic reseruationi locus erit, huic enim & alij descendenti tenetur auus, seu alius ascendens bona reseruare à coniuge præmortuo acquisita transeuntes ad secundas nuptias, vt per eundem Sanch. *d. disp. 89. num. 12.* 36 37 38

Notat Pur. *part. 3. decis. 4.* quòd text. iste dum vult quòd mater transiens ad secunda vota non possit disponere de lucris nuptialibus, sed ea filiis primi matrimonij reseruare deberet, haberet etiam locum quando illæ nuptiæ de facto, & nulliter essent contractæ, subditque hunc §. loquentem in matre habere etiam locum in patre.

Avth. In donatione.

Mulier secundo nubens proprietatem donationis propter nuptias ab extraneo etiam constitutæ amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Anton. Gom. *l. 14. Tauri num. 7. vers. secundo.* 2

Avth. Lucrum.

Lucrum ex secundo matrimonio matris debetur prioris matrimonij liberis per portiones æquales. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *l. 14. Tauri n. 3. ad fin.* Roder. Xuar. *in tit. de arrhis num. 70. vers. prætereà.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 60.* vbi ait quòd licèt *in l. fœminæ, sup. hoc eod. tit.* concessa fuisset facultas vxori eligendi vnum ex filiis ad prælegandum ei lucra à primo marito ex causa lucratiua acquisita, ea tamen facultas ablata fuit eidem per hanc auth. quoad hanc electionem, atque prælegandi potestatem. Valasc. *consult. 16. num. 5. in fine.* Gutier. *pract. lib. 4. quæst. 65. num. 5. prope fin.* & *num. 14.* resoluit post multos quos refert, mulierem secundo, vel tertio nubentem teneri reseruare arrhas à primo, vel secundo marito habitas filiis illius matrimonij, cuius causa promissæ, & datæ fuerunt, ac proinde meliorationẽ de illis facere non posse in persona alicuius ex filiis illius matrimonij, sed æqualiter inter illos diuidenda esse, latè Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 89. n. 3.* vbi tenet quòd quãuis per d. l. fœminæ concedatur matri vt pro suo arbitrio posset inter filios prioris matrimonij diuidere acquisita à priore coniugem, quorum proprietatem amiserat, ac in eis præferre quam ex illis mallet, at hæc 2

hæc electio & diuisio sublata sunt per ius Autheoticorum, quod prædictas leges corrigens statuit ea lucra æquè inter filios prioris matrimonij diuidenda, nec integrum esse parenti aliquem illorum in quantumuis modica parte præferre, vt constat ex hac auth. & ex auth. *de nupt. §. venient. collat. 4. & in auth. de non eligen. secundo nubentes, §. prospeximus collat. 1.* additque ipse Sanch. quòd licèt dubitetur an hoc correctum sit per *l. Reg. Hisp. 19. Tauri*, hodie *l. 3. tit. 6. lib. 5 noua Recop.* quæ absolutè & indistinctè permittit parentibus in tertia & quinta bonorum suorum parte quemlibet ex filiis, vel descendentibus præferre, cæterùm nullo pacto correctas esse prædictas leges asserit, quia lex Regia loquitur in bonis proprijs ipsorum coniugum, at hæc bona reseruanda prioribus filiis non sunt proprium transeuntis ad secundas nuptias patrimonium, sed solum vsumfructum in eis retinet, &c. & *num. 4.* hoc temperat, nempe non posse in his bonis præferri aliquem ex filiis prioris matrimonij, vt intelligatur quando coniux secundo coniugatus habuit immediatè ea bona à coniuge defuncto; si enim ex successione filij prioris matrimonij habeat aliqua bona, in quibus filius parenti defuncto successerat, potest coniux superstes ea diuidere inter filios reliquos prioris matrimonij, ac in eis quemlibet illorum præferre, sicut potest id efficere de proprijs suis bonis, hoc tamen excepto quòd illa bona sunt necessariò reseruanda filiis prioris matrimonij, ac inter ipsos solos diuidenda, hæc autem minimè, sed inter vtriusque matrimonij filios, & reprobat Sarmient. *select. lib. 7. cap. 11. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Mater binuba filio prioris matrimonij ex testamento succedet. Ab intestato succedens portionis acquisita vsufructuaria est adinstar rerum, quas antè nuptialis donationis titulo acquisiuit,* n. 2.

3 *Maritus si relinquit aliquid vxori in testamento, vel è contra vxor marito, tenetur etiam hodie reseruare filijs primi matrimonij.*

4 *Filius si, postquam successit patri suo, instituta matre in legitima, reliquerit in testamento tertiam partem bonorum suorum alicui fratri, & postea frater iste abintestato decedat, & mater illi succedat, tunc illam tertiam partem, in qua frater primo defuncto fratri successit, non tenetur mater, quæ secundo nupsit, alijs fratribus prædictorum, tanquam ex paterna substantia prouenientem reseruare. De bonis, quæ peruenerunt ad filium ex substantia aui, aut aliorum ascendentium præter patrem, aut matrem, quid? & an parens succedens filio in ea substantia auita amittat proprietatem transiens ad secundas nuptias, & teneatur reseruare filij prioris matrimonij,* num. 5.

6 *Coniux transiens ad secundas nuptias non succedet pleno iure absque obligatione reseruationis in bonis à coniuge defuncto profectis, ac sibi acquisitis, quando filij suscepti sunt ex priori matrimonio, at omnes absque prole obierunt.*

7 *Filium vnicum habens, & transiens ad secunda vota, an illum habeat plenum successorem.*

AVTH. Ex testamento.

1 Mater binuba ex testamento filio prioris matri-
2 monij succedet. Abintestato succedens portionis acquisitæ vsufructuaria est adinstar rerum, quas antè nuptialis donationis titulo acquisiuit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit. & tom. 7 repet.* Ioann. de Gattonibus.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *l. 14. Tauri num. 2.* vbi aduertit quòd licèt de iure antiquo mulier post mortem mariti contrahens secundas nuptias teneretur reseruare filiis primi matrimonij bona obtenta à filio eiusdem matrimonij titulo successionis ex testamento, vel abintestato, tamen hodie non tenetur prædicta bona habita ex testamento filij reseruare, sed tantùm eo casu, quo abintestato succedit, quia ex testamento dicitur capere sicut extraneus. Vincent. de Franchis *decis. 18. num. 13.* vbi ait verba illa, *ex paterna substantia,* non intelligenda de fructibus paternæ substantiæ, & *ibi* Amendola *in addit. num. 4.* tenet procedere hanc Auth. si superstites filij matrem priuari desiderant, & *num. 7.* restringit hunc text. quando mater filiorum consensum siue ante, siue post matrimonium habet. D. Barbos. *in l. post dotem 41. ff. soluto matrim. n. 76.* vbi per hunc text. tenet quòd si mulier conuolet ad secundas nuptias in bonis filij descendentis, non habet nisi vsumfructum quoad bona, quæ ad eum quocunque modo peruenerunt ex substantia patris; deinde ponit decessisse aliquem filium ex primo matrimonio, cui fratres successerunt in proprietate, deinde aliquem ex istis fratribus decessisse, mater succedet huic filio etiam in proprietate quoad partem, quam habuit ex successione fratris, quia non videtur hanc partem habuisse ex successione paterna immediatè, sed potiùs ex successione filij, cuius respectu mater transiens ad secunda vota non reperitur priuata vt non possit æqualiter ei succedere cum aliis fratribus, Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 89. num. 41.* vbi testatur in hoc text. expresè probari quòd si filius decedens testetur, & instituat parentem hæredem bonorum, quæ à parente defuncto consequutus est, tunc parens ille superstes ad secundas nuptias transiens succedit plenè in illis bonis quoad proprietatem & vsumfructum, atque potest de illis disponere, sicut de aliis proprijs; & idem dicendum asserit si filius ille per modum legati, vel fideicommissi relinquat ea bona parenti, vel si in codicillo relinquat, vel donet inter viuos, eo quòd in omnibus his euentibus capit parens ex expressa filij dispositione instar extranei, atque adeò militet eadem ratio, quæ in successione testamentaria, & citat Ant. Gabr. *tom. 3. communium opinion. lib. 3. concl. 3. n. 20. cum seqq. sub hoc tit.* & idem Sanch. *ibid. n. 42.* resoluit hoc procedere siue ante, siue post secundas parentis nuptias filius obierit. Et quòd extendant hic text. ad matrem & patrem, dicit Ferret. *in constit. Cathaloniæ gloss. 6. n. 24.*

Quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt, &c.] Ergo text. procedit tantùm in bonis quæ filius habuit à patre, vt per Anton. Gom. *ad l. 14. Tauri num. 2. vers. dubium tamen,* vbi per hunc text. aduertit quòd si maritus relinquit aliquid vxori in testamento, vel è contra vxor marito, tenetur etiam hodie reseruare filiis primi matrimonij; vnde si maritus relinquat vxori quintum bonorum per viam institutionis, vel legati, vel è contra vxor marito, tenentur illud reseruare filiis primi matrimonij, secundùm iura Codicis, quæ in hoc non reperiuntur correcta per text. *in præsenti,* quia loquitur & procedit quando mater, vel pater aliquid recepit à filio ex testamento, quia tunc non tenetur reseruare, quia capit vt extraneus; secus verò quando vnus coniux recepit ab altero, quia tenetur reseruare propter intuitam, 3

riam, quam sibi facit per transitum ad secunda vota.

4 Vnde si filius postquam successit patri suo, instituta matre in legitima, reliquerit in testamento tertiam partem bonorum suorum alicui fratri, & postea Frater iste ab intestato decedat, & mater illi succedat, tunc illam tertiam partem, in qua frater primo defuncto fratri successit, non tenetur mater, quæ secundo nupsit, aliis fratribus prædictorum, tanquam ex paterna substantia prouenientem reseruare; quia cùm hæc tertia pars non prouenerit ex substantia patris, sed ex patrimonio fratris dimanauerit, reseruari non debet, tametsi mater ad secundas conuolauerit nuptias, ex natura dictionis, *ex*, quæ causam proximam & immediatam denotat, ex citatis per me *de dictionibus vsufr. dict.* 115. *num.* 3. *cum seq.* tum etiam, quia hæreditas postquam est adita efficitur propriũ matrimonium adeuntis, nec dicitur ampliùs hæreditas, *leg. sed si plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupil. substit. l. eius, qui in prouincia, §. fin. ff. si certum per.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. p.* 4. *num.* 19. *&* 20. tum denique quia leges quæ propter transitũ ad secundas nuptias mulierem priuant proprietate eorum bonorum, quæ habuit à priori marito, vel à filiis ex paternis bonis, pœnales sunt, & odiosæ, ac per consequens strictam admittunt interpretationem, & restringi debent Menoch. *cons.* 155. *num.* 7. Vincent. de Franchis *part.* 1. *decis.* 18. *num.* 6. Ioan. Cephal. *cons.* 288. *num.* 9. *lib.* 2. Ex quibus hanc opinionem tenent Ioan. de Gattonib. *hic num.* 25. Corne. *cons.* 286. *col.* 2. *lib.* 1. D. Barbos. *in d. l. rest doteem num.* 76. Castill. *quotid. controuersiar. iuris lib.* 1. *de vsufructu cap.* 2. *num.* 60. *cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 89. *n.* 22. quicquid dicat Azeued. *l.* 4. *num.* 5. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua Recopil.*

5 Quid autem dicendum sit de bonis, quæ peruenerunt ad filium ex substantia aui, aut aliorũ ascendentium præter patrem, aut matrem, an parens succedens filio in ea substantia auita amittat proprietatem transiens ad secundas nuptias, & teneatur reseruare filiis prioris matrimonij? Negatiua pars verior est, quia text. iste cum similibus loquitur de bonis, quæ ex substantia paterna venerunt ad filium, & in materia hac pœnali nomine substantiæ paternæ minimè comprehenditur auitarum, quia per transitum illum ad secundas nuptias iniuria principaliter infertur memoriæ coniugis præmortui, non autem aliis ascendentibus: & ideo ita defendunt Boër. *decis.* 298. *n.* 5. Gregor. Lop. *l.* 26. *verbo fincar. tit.* 13. *part.* 5. Anton Gom. *l.* 14. *Tauri num.* 8. Anton. Gabr. *commun. tom.* 5. *lib.* 3. *sub hoc tit. concl.* 3. *num.* 16. Azeued. *l.* 4. *num.* 43. *tit.* 1. *&* *l.* 6. *num.* 3. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recop.* Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 89. *num.* 13. quicquid contrarium teneant Matiens. *d. l.* 3. *glos.* 2. *num.* 85. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recop.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 163. *col.* 3. *notab.* 3.

6 In glos. *Filij.* ibi, *quem solum habebat.* Notatur ad hoc quòd coniux transiens ad secundas nuptias non succedit pleno iure absq; obligatione reseruationis in bonis à coniuge defuncto profectis, ac sibi acquisitis, quãdo filij suscepti sunt ex priori matrimonio, at omnes absque prole obierunt, sed cõiux in solo vsufructu succedit, ac proprietas, quæ ad vltimum filium defunctum pertinebat, transfertur ad hæredes illius filij abintestato, vt per Ludou. Roman. *cons.* 279. *in fine.* Sed contra hanc glos. tenendum est succedere tunc parentem pleno iure, consolidarique proprietatem cum vsufructu, vt resoluunt Anton. Gom. *l.* 14. *Tauri num.* 1. Matiens. *l.* 3. *glos.* 8. *num.* 15. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua Recop.* Ceual. *communium contra communes* 671. *num. vnic.* Cald. Pereira *de potest. eligendi cap.* 10. *num.* 18.

Verùm habens vnicum filium, & transiens ad secunda vota habeat illum plenum successorem? vide Ceuall. *commun. contra commun. q.* 273. *in princ.* 7

SVMMARIVM.

1 *Lucra destinata viro & vxori in casu non existentium liberorum, competunt hisce si res ad eum casum & statum perueniat.*
2 *Totius & partis idem est iudicium, & n.* 3.
4 *Argumentum à toto ad partem valet dum. intellige, vt num.* 5.
6 *Totum singulas partes continet.*

AVTH. Sed & si quis.

Lucra destinata viro, & vxori in casu non existen- 1
tium liberorum, competunt hisce si res ad eum
casum ac statum perueniat. Item totius & partis 2
idem est iudicium. Colligunt ex Ordin. Doctores
citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

Aduertit Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §* 69. *num.* 31. *vers. ad idem facit*, hîc probari quòd si primum pactum committitur filiis existentibus vt vxor acquirat certa bona, & deinde filij moriantur, committitur secundum pactum, quia non existunt filij, & concludit hoc esse speciale in illo casu.

Ad illud verò quòd totius & partis idem sit iudi- 3
cium, & à toto ad partem valeat argumentum, vide
Euerard. *in topicis legal. loco* 80. Cantiuncul. *in simili* 4
tract. loco 5. Petr. Andr. Gammar. *in Dialectica legali lib.* 1. *loco* 4. Rebuff. *in l. appellatione rei* 72. *vers. negatiuè cum seqq. ff. de verb. signif. pag. mihi* 350. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 45. *num.* 17. Surd. *consil.* 435. *num.* 51. Flamin. Paris. *de confidant. q.* 28. *n.* 106. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *lit. A, concl.* 499. *à princip.* Intellige quando est eadem ratio. Bertaz. 5
de clausul. instrum. claus. 81. *gloss.* 19. *num.* 1. Borgnin. Caualcan. *decis.* 55. *num.* 112. *p.* 2. Menoch. *cons.* 71. *num.* 5. Sord. *cons.* 193. *n.* 6. *& cons.* 435. *n.* 81. Iacob.
Gall. *cons.* 48. *n.* 24. Card. Tusch. *d. concl.* 499. *num.* 3. 6
Et quòd totum contineat singulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quælibet eius pars, vide per citatos à metipso *de Axiom. iuris vsufruq. axiom.* 220.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalitias largitates collatas per parentes, nati ex quocunque coniugio liberas retinent.*
2 *Donatio propter nuptias facta ad compensationem sponsalitiæ largitatis liberis secundi matrimonij reseruanda est.*
3 *Donata coniugi secundæ, nullis cum hac liberis progenitis, licèt adsint liberi ex primo matrimonio, iure proprietatis secundo coniugi pertinent.*
4 *Sponsalitiæ largitates retinentur per hos liberos, qui nati sunt ex coniugiis, ob quæ largitates collatæ fuerunt.*
5 *Secundæ nuptiæ dicuntur non solùm quæ secundæ, sed etiam tertiæ, & vlteriores respectu præcedentium.*

L. Cùm aliis. IV.

Impp. HONOR. & THEODOS. AA. *Mariniano P.P.*

1 EX quocunque coniugio nati liberi sponsalitias largitates per parentes collatas, liberas retinent.
2 Donatio propter nuptias facta ad compensationem sponsalitiæ largitatis liberis secundi matrimonij re-
3 seruanda est. Donata coniugi secundæ, nullis cum hac liberis progenitis, licèt adsint liberi ex primo matrimonio, proprietatis iure ad secundum coniu-
4 gem pertinent. Sponsalitiæ largitates retinentur per hosce liberos, qui nati sunt ex coniugiis, ob quæ largitates collatæ fuerunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.suprà hoc tit.*

Aduertit Blas. Robles Salzedo *in tract. de repræsent. lib.2.c.19.n.22.* hanc l. de transuersalium successione loquutam non esse trahendam ad descendentium successionem.

5 *Omnis posteritas ex quocunque suscepta viro,* &c.] Notatur ad hoc quòd secundæ nuptiæ non solùm dicuntur quæ secundæ sunt, sed etiam tertiæ, & vlteriores respectu præcedentium, vt per Palat. *l.15. Tauri n.8.* & *ibi* Castill. *n.1.* Anton. Gom. *n.6. in fine.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp.88.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Lucra quæ mulier secundo nubens liberis prioris matrimonij tenetur reseruare, maritus ad eadem custodienda liberis primi matrimonij obstringitur,* & num.6.
2 *Dotem, aut donationem propter nuptias à priore coniuge datam, coniuges secundò nubentes liberis primi matrimonij reseruare tenentur.*
3 *Donata ante nuptias, ab vxore binuba in dotem conuersa, liberis prioris matrimonij propria permanent.*
4 *Patre defuncto res prioris matrimonij liberis propria, per hosce vindicantur.*
5 *Bona liberis prioris matrimonij propria pater secundo nubens non alienat, eorum tamen administrationem per secundas nuptias minimè amittit, & horum diuidendorum licentiam retinet.*
7 *Coniux transiens ad secundas nuptias, priuatur statim ipso iure dominio omnium lucrorum, quæ à coniuge defuncto perceperat, applicatúrque communibus liberis, retento sibi dum vixerit solo vsufructu.*
8 *Pater ob transitum ad secunda vota non perdit liberorum administrationem, nec filiorum tutelam,* num.9. *nec priuandus est prolis educatione, sicut mater,* num.10.
11 *Lucra reseruanda liberis primi matrimonij ad eos pertinent, licèt non fuerint patris heredes, modò matri vltimò decedenti succedant.*
12 *Filia vbi propter dotem excluditur à successione fauore masculorum, tunc illud, quod vltra dotem debebatur ratione legitimæ, applicatur masculis.*
13 *Donatio facta patris contemplatione, censetur prouenisse ab ipso patre, & pater donasse videtur.*
14 *Dans pro alio, illum repræsentat.*

L. Generaliter censemus. V.

Impp. THEOD. & VALENT. AA. *Florentio P.P.*

QVæ lucra mulier secundo nubens prioris matrimonij liberis reseruare tenetur, ad eadem cu- 1
stodienda liberis primi matrimonij obstringitur maritus. Dotem, aut donationē propter nuptias à prio- 2
re coniuge datam coniuges secundo nubentes liberis primi matrimonij reseruare tenentur. Res ante 3
nuptias donatæ in dotem ab vxore binuba conuersæ liberis prioris matrimonij propriæ permanent. Patre 4
defuncto res prioris matrimonij liberis propriæ per 5
hosce vindicantur. Bona liberis prioris matrimonij propria pater secundo nubens non alienat, eorum tamen administrationem per secundas nuptias minimè amittit, & horum diuidendorum licentiam retinet. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.* & *tom.7. repet.* Ioan. Nicolaus.

Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem, ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *l.14. Tauri n.4.* vbi ait quòd sicut mater transiens ad secunda vota, tenetur reseruare filiis primi matrimonij bona, quæ habuit à marito, vel ex successione alicuius filij, ita pater transiens ad secunda vota, tenetur reseruare filiis primi matrimonij bona, quæ habuit ab vxore, vel ex successione alicuius filij: idem per hunc text. tenent Boër. *dec.87. num.2.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. qu.14. num.39.* D. Barbos. *in l.2. in pr. par.1. num.162. vers. quod postea ff. soluto matrim.* Gutier. *pract.2. quæst.95. num.3.* Ioan. Garc. *de coniugali acquestu num.9.* Farinac. *fragm. crimin. part.2. lit. M, num.405.*

7 *Dominium autem rerum,* &c.] Notatur ad hoc quòd coniux transiens ad secundas nuptias, priuatur statim ipso iure dominio omnium lucrorum, quæ à coniuge defuncto perceperat, applicatúrque communibus liberis, retento sibi dum vixerit solo vsufructu, vt per Sanch. *de matrim. lib.7. disp.89. num.2. vers.* & *priuatur statim.*

8 *Negotia verò liberorum,* &c.] Notatur ad hoc quòd pater ob transitum ad secunda vota non perdit liberorum administrationem, vt per Boër. *decis. 266. num.1.* Anton. Gom. *l.14. Tauri num.15.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp.88. n.12.* vbi rationem præstat, quia huiusmodi administratio conceditur sibi ratione vsusfructus, quem in his bonis habet, & adhuc tunc cum secundo coniugatus retineat. *l. fin. C. de bonis matern.* inde est vt retineat etiam legitimam administrationem; quod secus in fœminis tenet, quæ vtpote leuiores, ac iudicij stabilitate destitutæ sæpiùs nuptiarum nouarum amore captæ non solùm res filiorum, sed etiam vitam addicunt, vt ait text. *in l. lex quæ tutores, C. de administr. tutor.* vide Gutier. *de tutelis part.1. cap.9. num.22. in princip.* vbi tenet patrem legitimum administratorem filiorum, licèt aliud contrahat matrimonium, non tamen amittit prædictam administrationem legitimam, quia in eo cessat ratio prohibitionis, quæ in matre adest, & militat: cùm animus viri præsumatur constantior, & firmior, & non subiicitur fœminæ, sicut ipsa subiicitur viro.

Vnde patrem secundo nubentem non amittere 9
filiorum tutelam, tradunt Boër. *d. decis. 266. num.2.* Baëc. *de decis. tutor. cap.4. num.51.* Menchaq. *de success. creat. lib.2. §.12. num.36.* Pinel. *in l. fin. 15. C. de bonis mater.* Matiens. *l.3. gloss.2. num.10. tit.1. lib.5. noua Recop.* Spin. *in speculo testam. gloss.29. princ. n.14.* Gutier.

Gutier. *d. num.* 22. *post princip.* Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 88. *num.* 12. *in fine*, vbi *num.* 10. subdit patrem secundò nubentem non esse priuandum educatione prolis, sicut matrem.

§. In his autem.

11 Lucra reseruanda liberis primi matrimonij pertinent ad eos, licèt patris hæredes non fuerint, modò matri vltimo decedenti succedant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

12 *Liberis communibus seruare*, &c.] Notatur ad hoc quòd vbi filia propter dotem excluditur à successione fauore masculorum, tunc illud, quod vltra dotem debebatur ratione legitimæ, applicatur masculis, vt per Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 25. *n.* 13.

13 Notatur etiam ad hoc quòd donatio facta patris contemplatione censetur ab ipso patre prouenisse, & pater videtur donasse, vt per Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 16. *num.* 1. Sim. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.* 1. *interpr.* 2. *dub.* 2. *solut.* 6. *n.* 2.

14 & 3. quos & alios refert Surd. *decis.* 322. *n.* 54. vbi citat Bald. in præsenti dicentem quòd dans pro alio, illum repræsentat.

SVMMARIVM.

1 *Liberi prioris matrimonij, modò non ingrati, acquirunt lucra legalia ob parentum secundas nuptias*, & num. 3. *Qualis ingratitudo filiorum exigatur vt huic reseruationi locus non sit, & quis tunc succedat, remissiuè*, num. 4.

2 *Coniuges matrimonia non iterantes possunt nuptiarum lucra liberè consumere, non consumpta liberi ex illis matrimoniis, quorum intuitu lucra sunt acquisita, vendicant.*

AVTH. Hæres.

1 Liberi prioris matrimonij, modò non ingrati, lucra legalia ob parentum nuptias secundas ac-

2 quirunt, & sibi reseruant, *in princ.* Coniuges matrimonia non iterantes possunt nuptiarum lucra liberè consumere non consumpta liberi ex illis matrimoniis, quorum intuitu lucra acquisita sunt, vendicant, *in §. illud.* Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Boër. *decis.* 185. *num.* 9. vbi quòd proprietatem lucri ex pacto prouenientis, quam perdit transiens ad secunda vota, vendicare possunt filij, etiamsi non sint hæredes parentum. Anton. Pichard. *in l. si arrogator, n.* 37. *ff. de adopt.* Blas. Robles Salzedo *in tract. de repræsentat. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 16. Cald. Pereira *de potest. elig. cap.* 17. *num.* 33. vbi quòd filiis secundo nubentis lucra prioris matrimonij debent conseruari, etsi parenti ad secundas nuptias conuolanti hæredes non possint. Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis matern. p.* 1. *num.* 38. vbi ait in hoc text. disponi vt liberi, quibus lex certum lucrum defert ex bonis parentis, possint illud accipere, etiamsi hæredes parentis esse nolint, quia non defertur iure hæreditario, nec offenditur regula *l.* 1. *ff. de acquir. hæred.* subditque textum non agi de lucro non agnito transmittendo. latè Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 89. *num.* 25. vbi per hunc text. tenet quòd coniux superstes transiens ad secunda vota tenetur filiis reseruare bonorum proprietatem, quæ à defuncto coniuge acquisiuit, quamuis filij non sint hæredes coniugis defuncti, eo quòd hæreditati renuntiauerint, & hoc nisi filij repellantur à successione ratione ingratitudinis: & hoc esse verum affirmat, quamuis renuntiatio iureiurando firmata sit, subditque nec esse locum huic reseruationi quando filij alia ratione incapaces essent, vt si professi essent in Ordine Minorum.

Nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.] Qualis autem ingratitudo filiorum exigatur vt huic reseruationi locus non sit, & quis tunc succedat? vide Guilielm. Bened. *in cap. Raynutius, de testament. verbo & vxorem, decis.* 5. vbi de success. ab intestato, *num.* 84. Ioann. de Garronibus *in auth. ex testamento, sup. hoc eod. tit. notab.* 11. & 12. *num.* 60. *cum seqq.* in noua edit. quos refert Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 89. *n.* 25. *in fine.* 4

AVTH. Vxore mortua.

Lucra dotis, & donationis propter nuptias omnino sunt reseruanda liberis illius matrimonij, matrimonio morte, vel diuortio soluto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Hieron. de Laurent. *Auenionensi decis.* 45. *num.* 10. Fab. de Anna *controu.* 74. 2

SVMMARIVM.

1 *Mulier secundo nubens marito plus tribuere nequit, quàm vni ex liberis, & loco legitimæ, horum parentibus relinquere licet, ac plura relicta corruunt*, & num. 2. 3.

4 *Nouerca quòd concurrat cum filiis vsque ad supplementum legitimæ, procedit etiam quòd filius supplementum non peteret, & quòd defertur filiis, & aufertur coniugi, confunditur cum legitima, quæ antea non erit per filios detrahenda*, num. 5.

6 *Filium detrahere primò suam legitimam, & deinde reliquorum bonorum debere fieri diuisionem.*

7 *Filia renuntians hæreditati patris, non videtur renuntiare iuri, quod postea sibi competit ex hac l. scil. vt possit auocare dotem inofficiosam à matre datam, & lucra ibi delata accipere.*

8 *Mater quando donat filio Clerico ex secundo matrimonio, nihil potest quæri patri.*

9 *Mulier transiens ad secunda vota non potest secundo viro relinquere plusquàm vni ex nepotibus ex filio.*

10 *Minor pars data filio, quam nequit excedere, relicta secundo viro, est computanda pensatis non solùm quæ filius habuit in testamento parentis, sed etiam quæ ab ipso superstite habuit.*

11 *Mulier transiens ad secunda vota, si plus relinquat viro, quàm vni ex filiis, cui minus reliquit, illud solùm vlterius erit irritum.*

12 *Relictum secundæ vxori vltra modum huius l. an sit vnà cum fructibus restituendum.*

13 *Intellectus l. hac edictali 6. C. de secund. nupt.*

14 *Mater transiens ad secundas nuptias si legitimè caueat, rerum mobilium percipit commoda, res autem immobiles licitè non alienat. In rebus mobilibus in æstimationem deductis, satisdatione præstita vsumfructum habet*, num. 15. *si præfatorum mobilium nomine satisdare non vult, nec satisdationem præstare potest, facultas satisdandi conuertitur ad hæredes, eo fine vt pro æstimatione mobilium*

mobilium facta vsuras, aut pensiones soluant, num. 16. *si hæredes satisdationem præstare non possunt, res apud vxorem cum tacita bonorum hypotheca remanent,* num. 17.

18 *Annona ciuiles, remissiue.*

19 *Redditus annui computantur inter bona immobilia.*

20 *Peritis in arte vbi quid mandatum, eorum iuramento declarari debet.*

21 *Æstimatio potest probari per peritos assumptos à iudice.*

22 *Mulier, vel maritus transiens ad secunda vota non potest aliquo modo alienare bona immobilia, quæ habuit à primo marito. si verò sint mobilia, debet fieri eorum æstimatio per arbitros electos à partibus, & præstari satisdatio de restituendo.*

23 *Pater transiens ad secundas nuptias tenetur cautionem præstare de bono vsu aduentitiorum, quorum habet vsumfructum.*

24 *Mulier secundò nubens, & dotem à filiis primi matrimonij repetens, an teneatur ipsis filiis cauere de dote, aut saltem maritus secundus.*

25 *in Æstimatione & valore alicuius rei mobilis vbi dubium vertitur, committendam id officialibus, & personis, quæ verisimiliter de eo possunt cognoscere.*

26 *Æstimatores bonorum vbi non fuerint deputati de publico, debent nominari à partibus.*

L. Hac edictali. VI.

Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. *Erythrio P.P.*

1 MVlier secundò nubens marito plus tribuere nequit, quàm vni ex liberis, & loco legitimæ horum parentibus relinquere licet, ac plura relicta
2 corruunt. Vel sic. Coniux transiens ad secunda vota, non potest vllo titulo in secundum coniugem transferre plus, quàm reliquerit vni ex filiis primi matrimonij cui minus reliquerit, & quod vltrà reliquerit, non valet, sed inter liberos æqualiter diuiditur. Colligunt ea Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* post omnes Aloys. Leo *super 5. fol. 54.* Giph. *tom. 1. pag. 379. & tom. 7. repet.* Steph. Bertrand.

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, multisque eam ornant Alphan. *collect. 1.* vbi plures refert Doctores ex antiquioribus, Crescent. *decis. 4.* aliàs 273. *de donat.* Rota Auenion. *diuers. dec. 93.* Pute. *decis. 1 lib. 2.* Hippol. Riminald. *cons. 406. lib. 4.* Magon. *decis. 107.* Thesaur. *decis. 170.* Fachin. *controuers. lib. 3. c. 66.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo verba 15.* Vincent. de Franchis *decis. 318.* Garc. Mastril. *Sicil. decis. 175 per tot.* Francisc. de Ponte *cons. 35. lib. 1.* Franc. Roman. *in different. iuris Saxonici part. 2. differ. 47. fol. 393.* Petr. Pech. *in tractat. de testament. coniug. lib. 2. c. 10.* Viui. *lib. 2. opin. 319.* aliàs *com. 1. commun. lib. 5. tit. 4. n. 6. pag. 709.* Bellacomb. *ibidem num. 7.* idem Viui. *num. 51. pag. 713. & eodem lib. 5. tit. 12. solut. matrim. num. 120. pag. 750.* Azeued. *l. 1. num. 16. tit. 2. ad fin. tit. 2. lib. 5. noua Recopil.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 38. n. 31.* latè Ant. Gabr. *comm. com. 3. lib. 3. tit. de secundis nupt. concl. 4.* cum 20. ampliationibus, & 24. limitationibus ad decisionem huius l. traditis, omnino pro illius vera intelligentia & praxi videndus. Anton. Oliban. *de actionib. part. 2. lib. 1. cap. 47.* & Hippol. Montaner. *ibidem in addit.* latè Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 1. à princip.* vbi *num. 2.* dicit quòd si vxor plus secundo viro reliquerit, quàm filio prioris matrimonij, illud vero cum fructibus restituendum, & *num. 3.* quòd vxor ex causa alimentorum non potest plus relinquere secundo viro, quàm vni ex filiis prioris matrimonij, & *num. 4.* quòd si vxor vsumfructum relinquat secundo viro vltra id quod reliquit filio prioris matrimonij, reuocatur, & *num. 16.* tradit hanc legem non habere locum quando secundo viro inopi aliquid relinquitur in alimenta. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. collect. 3.* Marta *de iurisdict. part. 4. casu 181.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 197. & c. 300.* Merlin. *in tractat. de legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 22.* bene Sanch. *de matrimonio lib. 7. disput. 88. n. 3.* vbi declarat, latè Armin. Tepat. *variarum resolut. tom. 2. tit. 430. cap. 2. & 3.* Castil. *controuers. lib. 1. de vsufructu cap. 2. num. 41.* vbi ait dispositionem huius text. procedere tam in fœminis, quàm in viris. Benedict. Ægid. *in tractat. de iure & priuileg. honest. art. 6. n. 17.* vbi tradit hac l. vt coniugis secundas nuptias contrahentis immoderatis largitionibus erga nouum consortem obuiatur, ne noui coniugis excrescente amore decrescant bona in præiudicium liberorum primi tori, idcirco statutum esse ne, qui ad secundas conuolat nuptias, in nouum coniugem transferre possit lucratiuo titulo, siue inter viuos, siue vltimæ voluntatis acto, vltra portionem vni ex filiis ex primo matrimonio susceptis datam, aut derelictam, & si plures sint filij, nec portio omnium æqualis sit, minor pars spectanda erit, & quod vltra donatum, relictúmve coniugi fuerit, liberis accrescet, salua tamen semper illis legitima permanente.

Quando constat de mente statuentium, censetur derogatum huic l. cùm illius dispositio tanquam iuris positiui possit tolli, & in totum abrogari, vt in terminis resoluit Stephan. Gratian. *d. c. 197. n. 4. & 5.* subdens quòd nunquam præsumitur derogatum huic l. latiùs idem Stephan. Gratian. *d. cap. 300.* vbi pluribus conclusionibus materiam discutit, vbi *n. 6.* firmat secundam. Quamuis vxor non possit relinquere secundo viro plusquam vni ex filiis primi matrimonij, iuxta hanc l. tamen illius dispositio potest tolli à statuto, & abrogari, quasi lex contineat ius voluntarium & positiuum, non autem ius naturale, & necessarium, & *n. 8. cum trib. seqq.* aliam tertiam firmat, & probat conclusionem. Statutum non solùm potest derogare expressè huic l. sed etiam tacitè, cùm sufficit quoquo modo apparere de volũtate statuentium, nec enim est necessaria præcisa & expressa derogatio; vnde satis dicitur sublata dispositio huius l. quando datur in totum, vel in parte dos secundo viro, si vxor decedat cum filiis primi matrimonij, vel in similibus casibus.

Hæc lex dum habet quòd nouerca concurrat cum filiis vsque ad supplementum legitimæ, procedit etiam quòd filius supplementum non peteret, vt per Pute. *decis. 16. lib. 2. in correctis.* Et quod defertur filiis ex dispositione huius l. & quod aufertur coniugi, confunditur cum legitima, quæ antea non erat hoc casu per filios detrahenda, Hieron. Gabr. *cons. 13. n. 24. lib. 1.* Stephan. Gratian. *d. c. 300. n. 43.* In terminis huius l. filius detrahit primò suam legitimam, & deinde de reliquis bonis debet fieri diuisio, iuxta ipsam l. Rot. Auen. *diuers. decis. 95.* Boër. *dec. 201. n. 4.* Franc. Marc. *q. 23. p. 2.* Rol. *cons. 61. vol. 3. & cons. 29. vol. 4.* 4 5 6

Multis in locis plura de materia huius text. adducit Gasp. Bæç. *in tract. de non melior. dot. ratione filiab.* & in primis *cap. 10. n. 73.* resoluit quòd filia renuntians hæreditati patris non videtur renuntiare iuri, quod postea sibi competit ex hac l. scilicet vt possit reuocare dotem inofficiosam, à matre datam, & lucra ibi delata accipere, & *n. 76.* an dispositio huius legis 7

cessat quando versatur fraus, & *cap.13.n.13.* tradit quòd dispositio huius legis iubens vt mater secundo nubens non possit secundo marito in dotem dare plusquam vni ex filiis primi matrimonij, non habet locum quando filij sunt naturales, ex ea ratione, quia ibi illud disponitur non solùm in fauorem filiorum, sed etiam in pœnam secundo nubentis, ideo cùm habens naturales, non habeat filios ex primo matrimonio; non potest dici secundo nubens, neque est digna pœna, sed præmio, neque filios afficit iniuria, sed potius honorat, corrigendo vitam præteritam ornamento matrimonij, & *n.12.in fine*, tradit quòd hæc lex non habet locum in filiis legitimatis, & *n.26.* resoluit hanc legem, quæ limitat dotes, non habere locum quando filij sint abrogati, seu adoptati, & *c.17.n.15.* tenet hanc legem quæ taxat dotes, non habere locum quando dos datur marito benemerito, & *cap.19.n.1. & 2.* tenet quòd quamuis ex hac l. dispositum sit vt mater non possit dare in dotem secundo marito vltra certam summam, illa præfinitio non habet locum quando secundus maritus accipit pro suis, & mulieris liberis nascituris, quia hæc lex loquitur in dote, quæ constituitur marito, & non impedit quominus mater possit plus relinquere filiis secundi matrimonij, quàm primi, & *n.3.* tradit quòd licèt hæc lex reprobet omnes fraudes, ex quibus maior dos aduersùs legis dispositionem dari possit, non censetur fraus maiorem dotem constituere si ea constituatur in fauorem filiorum & *c.21. n.5.* quòd dispositio huius legis, quę prohibet mulierem dare secundo viro dotem vltra certam summã, seruanda est, etiam si ante nuptias det dotem, veluti extraneo, & non nomine, vel titulo dotis, & *cap.30. n.5.* testatur dispositionem huius legis præfinientis summam, quam vxor potest dare in dotem secundo marito, seruandam esse etiamsi mulier non det marito, sed alteri eius amico.

8 *Pater materve*, &c.] Ergo in vtroque loquitur textus, vt aduertunt Sanchez *d.lib.7.disp.88. num.3. in fine*, Marta *de iurisd.part.4. casu* 181.*n.*13. vbi *n.*15. resoluit quòd quando mater donat filio Clerico ex secundo matrimonio, nihil potest quæri patri, & *num.16.* quòd ex prohibitione huius legis consideratur sola ratio acquisitionis, quæ fit patri.

9 *Procreatis liberis*, &c.] Nota, quòd mulier transiens ad secunda vota non potest secundo viro relinquere plusquam vni ex nepotibus ex filio, quia hæc lex locum habet quoque in nepote, sicut in filio, vt per Surd. *decis.*73.*n.*11.

10 *Vltima voluntate relicta, aut data*, &c.] Notatur ad hoc quòd minor pars data filio, quam nequit excedere relicta secundo viro, est computanda pensatis non solùm quæ filius habuit in testamento parentis, sed etiam, quæ ab ipso superstite habuit, ita vt si filius coniugis secundo nubentis consequutus sit ab ipso centum vitæ tempore, & totidem in testamento, poterit hic dare posteriori coniugi ducenta, vt per Sanchez *d.lib.7.disp.88.sub n.3.*

11 *Tanquam non scriptum*, &c.] Notatur ad hoc quòd si mulier transiens ad secunda vota plus relinquat viro, quàm vni ex filiis, cui minus reliquit, illud solum vlteriùs erit irritum, vt per Sanchez *d.disp.88. sub num.3.*

12 *Ad personas deferri*, &c.] Vtrùm relictum secundæ vxori vltra modum huius legis sit vnà cum fructibus restituendum? vide latè Surd. *dec.*171.*per tot.* vbi resoluit cum aliis, quos citat; filios primi matrimonij reuocare cum fructibus quicquid pater reliquit secundæ vxori vltra modum huius legis.

13 In gloss. *Diuidi*, ibi, *item nota quòd hac lex intelligitur*, &c. Notatur ad hoc quòd hæc lex intelligitur cùm mulier quæ secundo nupsit liberos habeat, & pactum apponat vt vir lucretur dotem, quòd si tale pactum non apposuerit, liberè potest omnia bona in dotem dare, & valebit constitutio, siue datio doris omnium bonorum in vita, nec reuocabitur per dispositionem *l.hac edictali, infr.hoc eod.tit.* vt per Ant. Gabr. *d.tit.de secundis nupt.concl.4.num.*52.*cum seqq.* Baeç. *de non meliorandis c.*10. *n.*62.*& c.*16. *num.*39. *&* 40. Castil. *controu.lib.1.de vsufr.c.2.n.*41.

§. His illud.

Mater transiens ad secundas nuptias si legitimè cauear, rerum mobilium percipit commoda, res autem immobiles licitè non alienat. 14 Mater secundo nubens in rebus mobilibus in æstimationem deductis satisdatione præstita vsumfructum habet. 15 Mater si præfatorum mobilium nomine satisdare non vult, nec satisdationem præstare potest, facultas satisdandi ad hæredes conuertitur, eo fine vt pro æstimatione mobilium facta vsuras, aut pensiones soluant. 16 Quòd si hęredes satisdationem pręstare non possint, res apud vxorem cum tacita bonorum hypotheca remanent. 17 Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.supra hoc tit.*

Annonarum quoque ciuilium, &c.] De annonis ciuilibus multa congerit Eman. Mendez de Castro *ad tit.C.de annonis ciuil.lib.lib.11.* Et per hunc text. resoluit Couat. *var.lib.3.c.7.num.2.vers.secundo*, annuos reddirus inter bona immobilia computari à iure, de quo Eman. Mendez *ad d.tit.de ann.ciuil.n.*34. 18 19

Interposito sacramento, &c.] Notatur ad hoc quòd vbi aliquid peritis in arte est mandatum, suo iuramento debet declarari, vt per Couar. *lib.2.var.c.*13. *n.*4. Pinel. *in l.2.C.de rescind.vend.p.3.c.4.n.*3. Bellacomb. *tom.1.comm.opin. lib.4.tit.9. de probat. n.*159. *pag.*495. Menoch. *de arbitr.lib.1.q.*58.*n.*4. Mascard. *de probat.concl.*654.*à princ.* vbi quòd æstimatio potest probari per peritos assumptos à iudice ad hoc, & eis priùs præstito iuramento de æstimatione ex bono & æquo facienda. Villalob. *comm.opin.lit.S, n.*27. Eman. Suar. *recept.sentent.lit.P, n.*93. Farin. *in praxi crim.p.7.tit. de opposit.contra examen testium qu.*73. *n.*96. vbi *n.*99.*cum seq.* concludit indistinctè verius esse non admitti peritorum relationem sine iuramento, sed circa modum iurandi esse differentiam, quia si deponunt super re perceptibili non solùm iudicio intellectus, sed etiam sensu corporeo, tunc tenentur iurare de veritate dicenda; si verò deponunt non de re perceptibili sensu corporeo, sed iudicio intellectus, tunc debet præstari iuramentum, non veritatis, sed credulitatis. 20 21

Mobilium verò rerum, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier, vel maritus transiens ad secunda vota, non potest aliquo modo alienare bona immobilia, quæ habuit à primo marito; si verò sint mobilia, debet fieri eorum æstimatio per arbitros electos à partibus, & præstari satisdatio vt post mortem coniugis transeuntis ad secunda vota restituatur illud pretium, & æstimatio, vel restituantur illa bona mobilia si non sint deteriorata, vel restituantur cum æstimatione damni, vel deteriorationis, vt per Anton. Gom. *l.*14. *Tauri n.*5. 22

Quo cauere debent, &c.] Notatur ad hoc quòd pater transiens ad secundas nuptias tenetur cautionem præstare de bono vsu aduentitiorum, quorum habet vsumfructum, vt per Sanch. *de matrim.lib.7.disp.*88. *n.*35. vbi citat Pinel. *in l.1.p.2.n.*31.*&* 75.*C.de bonis mater.* Matiens. *l.3.gloss.2.n.16.tit.1.lib.5.noua Recop.* 23

Sed

24 Sed quid ſi mulier ſecundo nubens, & dotem à filiis primi matrimonij repetens, teneatur ipſis filiis cauere de dote conſeruanda, & reſtituenda in caſibus à iure expreſſis, iuxta hunc text. aut ſaltem maritus ſecundus teneatur? vide Boër. *dec.* 109. *per tot.*

25 *Quas vtraque pars*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando vertitur dubium ſuper valore, & æſtimatione alicuius rei mobilis, committitur officialibus & perſonis, quæ veroſimiliter de eo poſſunt ſcire & cognoſcere, & pretium declarare, vt per Ant. Gom. *tom.* 2. *var. c.* 9. *n.* 5. *in fine.*

26 Notatur etiam ad hoc quòd æſtimatores bonorum vbi non fuerint deputati de publico, à partibus nominari debent, attento iure nouiſſimo huius text. vt per Valaſc. *de partitionib. c.* 9. *n.* 2. vbi ſubdit hoc ius nouiſſimum eſſe de ſtylo Regni Caſtellæ, ſecundum Ayoram *in ſimili tract. c.* 5. *col.* 2.

SVMMARIVM.

1 *pro Auro intuitu donationis propter nuptias promiſſo à marito, ſi aurum in mariti ſubſtantia non extat, hæredes cautionem vſurarum nomine præſtãt.*
2 *Bona matris nuptias iterantis ſunt obligata liberis prioris matrimonij pro rebus quas intuitu nuptiarum mater à primo marito percipit.*
3 *Parentes nuptias ſecundas intermittentes, de lucris nuptialibus pro libito diſponunt.*
4 *Mulieris ſecundò nubentis bona ſunt tacitè obligata pignori pro reſtituẽdis filiis prioris mariti arrhis, & donationibus, quas ei prior maritus dedit, in obligatione tacita veniunt bona futura*, n. 5.

AVTH. Sed ſi aurum.

1 PRo auro intuitu donationis propter nuptias promiſſo à marito, ſi aurum in mariti ſubſtantia non extat, hæredes cautionem vſurarum nomine præ-
2 ſtant, *in princ.* Bona matris nuptias iterantis ſunt obligata liberis prioris matrimonij pro rebus quas intuitu nuptiarum mater à primo marito percepit, & hæc vendicare liberi prioris matrimonij poſſunt,
3 *in §. omnibus videlicet.* Parentes nuptias ſecundas intermittentes de lucris nuptialibus pro libitu diſponunt, & diſpoſitione parentum circa ea ceſſante, omiſſa, aut repudiata hæreditate, lucra nuptialia vendicare poſſunt, *in §. ſin verò liberorum.* Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

4 *Tanquam ſi iure pignoris, vel hypotheca*, &c.] Notatur ad hoc quòd mulieris ſecundo nubentis bona ſunt tacitè obligata pignori pro reſtituendis filiis prioris mariti, arrhis, & donationibus, quas ei prior maritus dedit, vt per *l. Hiſp.* 26. *tit.* 13. *p.* 5. vbi *gloſ.* 5. Neguzant. *de pignorib. p.* 2. *membr.* 4. *n.* 80. & 165. & *p.* 5. *membr.* 1. *n.* 5.

5 Notatur etiam ad hoc quòd in obligatione tacita legali veniunt bona futura, vt per Neguzant. *d. p.* 2. *membr.* 4. *n.* 11. Surd. *dec.* 163. *n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Filius tranſmittit ad deſcendentes ius vendicandi lucrum donationis nuptialis, excluditque aſcendentes, & collaterales*, & num. 2.
3 *ad Filios quæ pertinent tanquam filios, tranſeunt ad nepotes iure repræſentationis.*
4 *Filius, qui debebat habere partem donationis propter nuptias, ſi moriatur relictis filijs, mater poteſt eligere filium, vel nepotem, vel ex nepotibus alterum, aut inter filios quem voluerit.*

L. In quibus. VII.

Imp. ZENO *A. Sebaſtiano P. P.*

FIlius tranſmittit ad deſcendentes ius vendicandi lucrum donationis nuptialis, excluditque aſcendentes, & collaterales. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* 1

Bene Sarmient. *ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. ex hoc text. colligit ex mortuo filio eius filij hoc ius proſequi poſſint, hinc inferens huiuſmodi lucrum non in pœnam, ſed ob id, quod intereſt, ratione naturali eſſe inductum, quia ſi eſſet mera pœna ratione iniuriæ, non tranſiret ad hæredes; hinc etiam deſumens quòd ſilentium filij etiam vſque ad mortem non tollit ius ſibi competens, quod non eſſet ſi reſpueret vendictam, vel pœnam, &c. 2

Infert etiam Tiraquell. *de iure primogen. quæſt.* 40. *num.* 41. & 87. ad quæſtionem patrui & nepotis, vt latiùs oſtendam *ad l. ſi quis* 8. *infra hoc eod. tit.* Et ex hac l. notat Martin. Laudenſ. *in tract. de primogenitura, quæſt.* 38. quòd ea quæ pertinent ad filios tanquam filios, tranſeunt ad nepotes iure repræſentationis, prout eum refert Blaſius Robles Salzed. *in tract. de repræſentat. lib.* 15. *n.* 2. vbi *num.* 15. procedere ait tantùm in bonis, de quibus agit, & in quibus filius admittitur non ſimpliciter vt filius, ſed vt filius hæres; ſed poſtea exiſtimat quòd tempore quo lata fuit hæc lex, filij non admittebantur, niſi eſſent hæredes matris, quòd multis pòſt annis fuit moderatum, *in auth. hæres, infr. hoc eod. tit.* 3

Eligendi videlicet quos voluerint, &c.] Notat Roder. Xuar. *in titul. de arrhis, numero* 69. *verſic. certè, in medio*, textum in præſenti loqui in caſu in quo mulier tenetur reſeruare filiis primi matrimonij donationem propter nuptias, quam ipſa lucrata eſt, quòd ſi filius, qui debebat habere partem illius donationis, moriatur filiis relictis, mater poteſt eligere filium, vel nepotem, vel ex nepotibus alterum, & hoc ſecundùm vnum intellectum; vel ſecundùm alium ipſe filius præmoriens poteſt inter filios eligere dicendo, Domina mater portionem illam, quas vos debetis mihi reſtituere, reſtituatis filio meo prædilecto, quem eligo, & in hoc ſecundo intellectu reputari mirabilem iſtam legem aſſerit, & ſic licèt portio ſua pertineat ad filios ſuos, vt hîc dicit text. tamen poteſt eligere vnum ipſe, ſiue mater. 4

SVMMARIVM.

1 *Lucra debita ob ſecundas nuptias liberis prioris matrimonij per parentes mortuos ante terminum, quo deferebantur, tranſmittunt defuncti liberi ad ſuos deſcendentes.*
2 *Filius mortuus ante patrem, aut matrem, aut etiam ante ſecundas nuptias alterius parentis ſuperſtitis, tranſmittit ad nepotes portionem lucri, quod ſibi erat prouenturum ex futuris illis nuptiis, ſi ad eas vſque vixiſſet, nec quicquam ex ea portione obtinent patrui.*
3 *Succeſſio patrui, aut nepotis, vltra admittenda &* num. 4. *ceſſante prouiſione poſſeſſorum, & coniugum ſecundò non nubentium, quoad lucra nuptialia, locum eſſe in ſucceſſione liberorum prouiſione legis*, num. 5.

6 *Alienatio prohibita illam etiam continet, quæ fit prætextu testamenti.*
7 *Alienandi verbum includit hæredis institutionem quando de ea fit mentio permissiuè.*
8 *Alienationis nomine venit institutio hæredis, etiam verbis generalibus facta.*

L. Si quis prioris. VIII.

Imp. IVSTIN. A. *Mannæ P. P.*

1 LVcra debita ob secundas nuptias liberis prioris matrimonij per parentes mortuos ante terminum, quo deferebantur, transmittunt defuncti liberi ad suos descendentes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.supr.hoc tit.*

2 Tiraquel. *de iure primogen.quæst.*40.*num.*41.dicit quòd in hoc text. filius mortuus ante patrem aut matrem, aut etiam ante secundas nuptias alterius parentis superstitis, transmittit ad nepotes portionem lucri, quod erat sibi prouenturū ex futuris illis nuptiis si ad eas vsque vixisset, nec quicquam ex ea portione obtinent patrui, & hanc decisionem infert ad quæstionem patrui & nepotis, prout etiam *ibid.n.*87. quæ adeò controuertitur à Doctoribus, vt non solùm dubia videatur eius decisio, sed etiam dubium sit quæ sententia inter eos sit communior, & sæpe in litibus occurrentibus armorum potius vi, quàm peritorum ancipiti iudicio rem decisam fuisse, testatur Iust. Lips. *de monitis & exemplis lib.*2.*c.*4. *monitu* 3.

3 Vna sententia tenet in maioribus repræsentationem esse admittendam, ac per consequens nepotem præferendum patruo, & hanc tuentur Ordin. Reg. Lusitan. *lib.*4.*tit.*100.*in princ.* Oldrad. *cons.*224.*incip. Istæ sunt allegationes*, Anton. Gom. *l.*40. *Tauri sub num.*65. Couarr. *pract.cap.*38.*num.*6.*vers.etenim*, *& num.*18.*vers.quid si dixerit*, Humad. *l.*2.*num.*3.*tit.*15. *part.*2. Molin. *de primogen.lib.*3.*c.*6.*n.*2. *cum seqq.& à n.*24. Mench. *de success.creat.*§.27.*n.*10. Salazar *de vsu, & consuet.cap.*12.*num.*57. Perez *l.*1.*vers.ex qua ratione, tit.*2.*lib.*5.*Ordin.Lusit.* Iacob. de Saa *in tract. de primogen.num.*16. Matiens. *leg.*5.*gloss.*1.*num.*1.2. *&*6.*tit.*6.*lib.*5.*noua Recop.* Mench. *de præsumpt.lib.*4. *præsumpt.*95.*n.*14.*cum seqq. & cons.*124. *num.*81. *& cons.*357.*num.*21. Spin. *in speculo testam.gloss.*1.*princ. num.fin.* Magon. *Lucensi dec.*19. copiosè Eman. Costa *in quæst.de patruo, & nepote*, Ioan. Leccrier *de primogen.lib.*1.*qu.*25.*&* 26. Fachinæ. *controuers.iuris lib.*6. *c.*2. Anton. Chiosi. *cons.*7.*per tot.lib.*1. Ioan. Vincent. Honded. *cons.*63.*per tot.lib.*2. Pichard. *in tract.de repræsentat.sub tit.de hæredib.quæ abintestato*, §. 3.*n.*34. Castill. *controuers.lib.*1.*c.*20.*n.*2. *cum seqq.& lib.*3. *c.*19.*n.*104. *cum seqq.* Blas. Robles Salzed. *de repræsentat.lib.*2.*cap.*25.

4 Alia sententia ex diametro præcedenti contraria tenet repræsentationem non habere locum in successione maioratus, ac per consequens patruum præferendum esse nepoti, stando in regulis ordinariis eiusdem successionis dum aliud ex dispositione legis, statuti, aut consuetudinis, seu hominis, non fuerit legitimè deprehensum, quam quidem tuentur Oldra. sibi contrarius *cons.*94.incip. *Eleganter, col.*5. *vers.amplius*, Eman. Costa *de success. Regni Portugaliæ p.*1.*à n.*20.*& p.*2.*à n.*24. Gam. *decis.*174. *n.*5. *& dec.*307.*n.*16. Valasc. *de iure emphyt.q.*50.*num.*30.*& consult.*171.*n.*17. Cald. Pereira *de nomin.emphyt.q.*17. *n.*24.*& quæst.forens.lib.*1.*q.*19.*n.*20. Cardos. *in praxi iudicum, verbo filius, num.*72. Molin. *de Iustit.tract.*2. *disp.*626.*num.*11.*& disp.*630.*cum seq.* Cardin. Mant. *de coniect.vlt.volunt.lib.*8.*tit.*9.*n.*10.

§. Illud etiam.

Cessante prouisione possessorum, & coniugum secundò non nubentium quoad lucra nuptialia, locus est in successione liberorum prouisioni legis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.num.1.sup. hoc tit.* 5

§. Certum esse.

Alienatio prohibita illum etiam continet quæ fit prætextu testamenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.* 6

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Thoming. *decis.*14. Surd. *de aliment. tit.*8. *priuileg.*38. *n.*11. vbi quòd alienandi verbum includit hæredis institutionem, quando de ea fit mentio permissiuè. & *dec.*124.*n.*1. vbi plures in idem citat Doctores, & *numeris seqq.* rem bene declarat, Cald. Pereira *de resol.emphyt.cap.*5.*num.*42. 7

Notari solet ad hoc quòd alienationis nomine venit institutio hæredis etiam verbis generalibus facta, vt per Ruin. *cons.*112.*num.*10.*lib.*2.*& cons.*122. *n.*12.*lib.*3. Angul. *cons.*81.*n.*15. Menoch. *cons.*1130. *n.*19.*vers.& verè pro allegato, & num.seq.* Peregrin. *de fideicom. art.*40. *in* 3.*difficult.n.*57. *&* 59.*versic. non obstant contraria*, quos refert Fusar. *de substit.q.*593. *num.*34. 8

SVMMARIVM.

1 *Hæredem generaliter instituens lucra nuptialia prioris matrimonij transferre non præsumitur.*
2 *Liberi adeuntes pro parte hæreditatem parentum nuptias iterantium, lucra nuptialia alienata reuocare non possunt.*
3 *Pater alienando omnia bona, filijs lucra matrimonialia reseruasse præsumitur.*
4 *ob Lucra debita liberis prioris matrimonij, contemplatione nuptiarum, quas celebrant parentes, horum bona sunt liberis tacitè hypothecata, sicut bona matris, ita patris nuptias iterantis obligata sunt liberis pro lucris conseruandis, ac etiam pro aliis bonis à matre, maternáve linea ad filium translatis,* num.5.
6 *Pater, cui per eius vxorem relictus fuerat vsusfructus omnium bonorum, si cœpit malè versari, alienando, & conuolando ad secunda vota, an cogatur facere inuentarium.*
7 *Bona, quæ filij ex materna substantia, vel linea materna prouenerint, pater reseruare tenetur. Quis autem dicatur de linea paterna, remissiuè* num.8. *Idem est dicere de linea paterna, & de paterna parte*, num.9.
8 *ad remouendum Patrem ab administratione, & ad obliganda bona, & reddendam rationem, exigitur dolus, nec sufficit culpa; ad eum verò remouendum, negligentia, & culpa sufficit.*

AVTH. Nunc autem.

HÆredem generaliter instituens lucra nuptialia prioris matrimonij transferre non præsumitur, *in princ.* Liberi adeuntes pro parte hæreditatem parentum nuptias iterantium, lucra nuptialia alienata reuocare non possunt, *in* §. *talem vero.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.* 1.*suprà hoc tit.* 1 2

Notari

3 Notari solet hic text. ad hoc quòd pater alienando omnia bona præsumitur filiis lucra matrimonialia tesctuasse, vt per Alciat. *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 5.* Menoch. *in simili tract. lib. 3. præsumpt. 20. num. 1.*

§. In illo.

4 Ob lucra debita liberis prioris matrimonij contemplatione nuptiarum, quas celebrant parentes,
5 horum bona liberis sunt tacitè hypothecata. Sicut bona matris, ita patris nuptias iterantis obligata sunt liberis pro lucris conseruandis, ac etiam pro alijs bonis à matre, materna ve linea ad filium translatis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

Vide Couarr. *variarum lib. 1. cap. 8. num. 6. vers. est & alia,* vbi tradit quòd pro conseruatione rerum aduentitiarum, vel pretij ipsarum, habet filius tacitam hypothecam aduersùs bona patris. Neguzant. *de pignorib. part. 2. membr. 4. à num. 19.* Anton. Gom. *l. 14. Tauri num. 5.* vbi tenet quòd pro securitate bonorum, quæ filiis primi matrimonij debent reseruari, omnia bona ipsius parentis transeuntes ad secunda vota sunt tacitè per legem eis obligata; vbi etiam dubium excitat & resoluit, si talis mater de facto alienauit prædicta bona, quæ tenebatur reseruare, statim amittat illa, & filij prioris matrimonij possint in vita eius auocare, & petere à possessoribus. Pinel. *ad l. 1. C. de bonis matern. p. 2. num. 31.* vbi quòd patre transeunte ad secundas nuptias, bona eius obligantur liberis prioris matrimonij pro iis, quæ reseruare eis tenetur.

6 Pater, cui per eius vxorem relictus fuerat vsusfructus omnium bonorum mobilium, & immobilium, ad quem tamen vsusfructus de consuetudine non spectabat, si cœpit malè versari alienando immobilia, & conuolando ad secunda vota, an cogatur facere inuentarium; vide Boër. *decis. 61. per tot.*

7 *Materna linea*, &c.] Notatur ad hoc quòd illa bona, quæ filiis ex materna substantia, vel linea materna prouenerint, pater reseruare tenetur, vt per Boër. *decis. 192. num. 5.*

8 Quis autem dicatur de linea paterna, aut materna,
9 vide Bartol. *cons. 10. Viso statuto,* quem refert Tiraq. *de retractu lign. §. 1. gloss. 9. n. 3. in fine.* Aducite idem esse dicere de linea paterna, & de paterna parte, Rot. *in Mediolanens. iurispatronatus 28. Nouembris 1619.* coram R.P.D. Pirouano, impressa per Vioian. post suam praxim iurispatron. *decis. 71. n. 3.* & in eadem coram eodem 30. Octobris 1617. apud eundem *decis. 73. num. 4.* Lineæ appellatione qui contineantur, vide posita per me *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appell. 135.*

10 Io gloss. *Ius hypotheca.* vbi, *nisi ipse suspectus habeatur de fraude,* &c. Aduertit per hanc gloss. Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 2. num. 34.* quòd ad remouendum patrem ab administratione, & ad obligandum bona, & reddendam rationem, exigitur dolus, nec sufficit culpa; ad remouendum verò patrem, sufficit negligentia, & culpa.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges secundò nubentes quod vltra quantitatē lege præscriptam dant sibi mutuo quocunque prætextu, nullum effectum habet. Datum vltra debitum legale secunda coniugi, & relictum inter liberos vtriusque matrimonij, In capita diuidendum est, n. 2. illud plus datum haberi tanquam non scriptum, neque relictum, aut datum, vel donatum, & dari deberi filiis primi matrimonij, & inter eos solos diuidi, & sic totum illud, quod plus fuit datum, vel relictum vitrico, aut nouercæ, aut eorum filiis, deuolui ad filium, vel filios primi matrimonij, vt ipsi plus consequantur, quam vitricus, vel nouerca, num. 3.*

L. Quoniam præteritæ. IX.

Idem A. Mennæ P.P.

QVod vltra quantitatem lege præscriptam coniuges secundo nubentes mutuo sibi quocun- 1
que prætextu dant, id nullum habet effectum. Vltra 2
debitum legale coniugi secundæ datum, & relictum, inter liberos vtriusque matrimonij in capita diuidendum est. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit 3
Boër. *decis. 301. n. 6. in princip.* vbi subdit illud plus datum haberi tanquam non scriptum, neque relictum, aut datum, vel donatum, & dari deberi filiis primi matrimonij, & inter eos solos diuidi, & sic totum illud, quod plus fuit datum, vel relictum vitrico, aut nouercæ, aut eorum filiis, deuolui ad filium, vel filios primi matrimonij, vt ipsi plus consequantur, quàm vitricus, vel nouerca.

SVMMARIVM.

1 *Liberi ingrati carent lucris ex secundis parentum nuptiis.*
2 *Ingratitudo nocens liberis non consistit in nuda parentum assertione, sed indubitatas probationes exigit.*
3 *Filium ingratum priuari alimentis.*
5 *Ingratitudo plenè, & dilucidis argumentis probanda, ad illámque probandam non est deferendum iuramentum in supplementum probationis, n. 5.*
6 *Ingratitudo non præsumitur, nisi probetur.*

L. Cùm apertissimè. X. & vlt.

Idem A. Demostheni P.P.

INgrati liberi carent lucris ex secundis nuptiis pa- 1
rentum. Ingratitudo liberis nocens non in nuda 2
parentum assertione consistit, sed indubitatas probationes requirit, & exigit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

Ab omni huiusmodi lucro, &c.] Ex hac generalita- 3
te videtur colligi filium ingratum priuari alimentis, de quo vide Lara de Corduba *in l. si quis à liberis, §. idem iudex, n. 5. ff. de liberis agnosc.* Mattens. *l. 8. gl. 1. num. 29. tit. 8. lib. 5. noua Recopilat.* D. Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. par. 4. n. 41.*

Liquidis & indubitatis probationibus. &c.] Nota- 4
tur ad hoc quòd debens ingratitudinem probare illam plenè & dilucidis argumentis debet probare, vt per Cott. *in memorabil. verbo ingratitudo 1.* Mascard. *de probat. conclus. 898. num. 18.* vbi *num. 19.*
hinc deduci asserit, vt ad illam probandam non sit 5
deferendum iuramentum in supplementum probationis, de quo idem Mascard. *concl. 1356. aliàs 1363. num. 61.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 33. num. 86.*

6 Notatur etiam ad hoc quòd ingratitudo non præsumitur, nisi probetur, ideo eam allegans debet probare, vt per Mascard. *d. concl.* 898. *num.* 1. De ingratitudine multa scripserunt. Tiraquel. *l.* 9. *connub. n.* 27. *cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 4. *n.* 11. *cum seqq.* Azeued. *l.* 2. *num.* 1. *tit.* 1. *lib.* 1. *noua Recopil.* Fr. Eman. Roder. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 54. *art.* 6. Flamin. Parif. *de resignat. benefic. lib.* 6. *quæst.* 4. *n.* 51. Fr. Anton. de Gueuara *part.* 2. *montis Caluarij cap.* 8. *pag. mihi* 189.

Si secundo nupserit mulier, cui (primus) *maritus vsumfructum reliquit.*

TIT. X.

HIc titulus est pars superioris, & suppletur in hoc, quod illo deest. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Villalob. Bellacomb. & alios *tom.* 1. *communium opin. lib.* 5. *tit.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Mulier secundò nubens vsumfructum à marito sibi testamento relictum amittit, eo ad liberos prioris matrimonij translato, cum fructibus donatum ante nuptias fructum retinet, quibus priuetur, & quæ amittat conuolans ad secundas nuptias,* n. 2. *an ipso iure, remissiuè,* num. 3.

L. Si vsumfructum. I.

Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Tatianum P. P.*

1 MVlier iterans nuptias vsumfructum à marito sibi testamento relictum amittit, eo ad liberos prioris matrimonij translato, cum fructibus donatum ante nuptias fructum retinet. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castrens. Bald. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 55. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Quibus priuetur, & quæ amittat mulier si conuolet ad secundas nuptias? vide Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 430. *c.* 7.

3 *Amittant.*] An ipso iure, vide Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.* 116. *& seq. C. de reuocand. donat.* Rebell. *de obligat. iustit. part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 6. *num.* 38. & citatos per me *de dictionib. vsufrequent. dict.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus ea lege constitutus vt per secundas nuptias pereat, per festinationem ad nuptias secundas amittitur: constitutus autem in dote, aut ante nuptias donatione, non amittitur per nuptias iteratas,* & num. 2.

3 *Vsusfructus an amittatur per transitum ad secundas nuptias.*

4 *Legatum à marito vxori factum si vidualem vitam egerit, vel donec secundo nupserit, amittitur ab vxore si secundo nupserit.*

5 *Vxore per maritum simpliciter relicta domina, & vsufructuaria, filiis solùm eius hæredibus institutis, intelliguntur vxori relicta tantùm alimenta, non verò proprietas, nec etiam vsusfructus. amplia vt* num. 6. 7. *limita vt* num. 8. 9.

AVTH. Hoc locum.

VSusfructus ea lege constitutus vt per nuptias secundas pereat, per festinationem ad secundas nuptias amittitur: constitutus autem in dote, aut ante nuptias donatione per nuptias iteratas non amittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Alphan. *collect.* 299. Crass. *recept. sentent. §. legatum, quæst.* 24. Fachinæ. *controu. lib.* 5. *cap.* 47. 2

Vtrùm vsusfructus amittatur per transitum ad secundas nuptias; vide Boëri. *decis.* 198. 3

Vt ex secundis nuptiis interierit, &c.] Notatur ad hoc quòd legatum à marito vxori factum, si vidualem vitam egerit, vel donec secundo nupserit, amitti ab vxore si secundo nupserit, vt per Couarruu. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 13. *versicul. quinto,* Villalob. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 1. *pag.* 714. 4

In gloss. *Derogari, fin.* ibi, *sed quid si dicat vir, Relinquo eam dominam & vsuariam,* &c. Notatur ad hoc quòd vxore per maritum simpliciter relicta domina, & vsufructuaria, filiis solùm eius hæredibus institutis, intelliguntur vxori relicta tantùm alimenta, non verò proprietas, nec etiam vsusfructus, vt per Boër. *decis.* 44. *num.* 39. *& decis.* 61. *n.* 3. vbi quòd quando patet facit vxorem vsufructuariam, & massariam, extantibus liberis, non habet nisi alimenta, *& dec.* 194. *num.* 4. *& seqq.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, num.* 163. *C. de reuoc. donat.* Rot. Bonon. *decis.* 98. *num.* 1. Cott. *in memorabilib. verbo vxor, pag.* 935. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num.* 168. *ff. de liber. agnosc.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 5. Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, num.* 17. *in princ.* Crass. *in §. legatum, quæst.* 14. *num.* 1. Cozadin. *consi.* 47. *num.* 1. *& consi.* 94. *num.* 2. *vol.* 1. Anton. Gab. *commun. opin. lib.* 5. *tit. de vsufructu concl.* 2. latè Mascard *de probat. concl.* 1419. aliàs 1426. *n.* 18. vbi per hanc glossam, quam communiter Doctores sequi affirmat; tenet quòd si testator reliquit vxorem donnam, dominam & vsufructuariam, prout sæpe fieri solet, liberis hæredibus institutis, vxori alimenta tantùm, non autem vsusfructus debetur, cum præeminentiæ tamen prærogatiua, quam in domibus vxores habere consueuerunt, & *n.* 19. ampliat vt procedat indistinctè in quacunque persona, cui testator vsumfructum legauit, veluti si mater, soror, vel nurus, auia, & cæteræ huiusmodi personæ liberis hæredibus extantibus fuerint vsufructuariæ relictæ, adhuc enim alimenta solùm debentur, sicut in vxore diximus, & *n.* 21. ampliat etiam vt procedat quamuis filij prioris matrimonij essent hæredes instituti, & *n.* 23. etiamsi adsint alia verba testatoris pleniora, quàm illa vulgaria, & à *n.* 25. limitat diuersis modis, & præcipuè quoties de contraria testatoris voluntate appareret, veluti si testator relinquat vxori totum, integrum, & plenum vsumfructum omnium bonorũ, sine aliqua diminutione: vel si adessent verba; pleno iure, vel plenariè, vel cum plena & libera administratione; vel si testator dixisset se relinquere liberum omnium bonorũ vsumfructũ, 5 6 7 8

quia,

quia huiusmodi verba ampliant legatum ad verum & plenum vsumfructum, & *num.* 29. & 30. limitat
9 etiam quando filij morerentur, & quando extranei essent hæredes instituti, quia tunc vxor pleoum haberet vsumfructum. Sim. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. l. 4. solut. 5. dub.* 10. *n.* 44. & *seq.* latè Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs.* 139. *n.* 2. *cum seqq.* Brunor. à Sole *q.* 48. *per tot.* Petr. Gregor. *syntag. iuris p.* 1. *lib.* 4. *c.* 3. *de vsufructu n.* 9. Anton. Quesada *diuers. quæst. iuris cap.* 14. *à princ.* Peregr. *de fideicom. art.* 12. *n.* 28. & 29. Hieron. Gabr. *cons.* 97. *lib.* 1. & *cons.* 128. *lib.* 2. Ioan. Betetta *cons.* 50. *li.* 1. Angel. Matheac. *de legat. & fideicom. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 7. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 8. & *quæst.* 15. & *cons.* 218. *num.* 1. 7. 8. & 11. *cum seqq.* Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 57. *num.* 6. *cum seqq.* Cenall. *communium contra commun. quæst.* 497. *per tot.* latissimè Castill. *controuers. iuris lib.* 1. *de vsufructu cap.* 45. *per tot.*

De dotis promissione, & nuda pollicitatione.

Tit. XI.

SVMMARIVM.

1 *Actio non datur ex pollicitatione, etiam fauore dotis. Contrarium*, num. 2.

PROMISSIO fit per stipulationem, pollicitatio fit nudo solius pollicentis consensu, pactum fit nudo vtriusque partis consensu. Ex his omnibus nascitur dotis obligatio. Sicut pletunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp.* 8. *tit.* 11. *part.* 4. Conan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 8. *à princip.* Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 1. Tiraquell. *ad finem tit. de retractu conuent. n.* 52. *cum seqq.* Donat. à Fina, Suar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 6. *pag.* 717. *cum seqq.* D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 1. *num.* 11. *cum seqq. ff. soluto matr.* Cardin. Mant c. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 1. *cum seqq.* Rebell. *de obligat. iustit. par.* 2. *lib.* 5. Armin. Tepat. *variar. sentent. tom.* 2. *tit.* 45. 4. *de dotis promissione.*

1 In gloss. rubr. ibi, & *est pollicitatio solius offerentis promissio*, &c. Notarut ad hoc quòd ex nulla pollicitatione, etiam fauore dotis, datur actio, vt per Natt. *cons.* 253. *num.* 5. *lib.* 1. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 19. Cæs. Costa *lib.* 3. *var. ambiguitatum iuris c.* 22. *col.* 2.
2 D. Barbos. *in d. par.* 3. *num.* 13. vbi *num.* 14. contrariam sententiam intelligit de ea pollicitatione quam quis facit præsenti & tacenti. hæc enim promissio attenta figura, pollicitatio est, quia continet solam promissionem offerentis; tamen attenta iuris præsumptione magis pactum est, quia præsens & tacens præsumitur consentire in sibi fauorabilibus.

SVMMARIVM.

1 *Dos re & genere incerta non potest peti ex pacto nudo.*
2 *Intellectus huius textus communior, & magis verus.*
3 *Dotis incerta promissio fauore dotis valida.*

L. Frustra existimas. 1.

Imp. ALEXAND. A. *Claudiæ.*

DOs incerta re & genere ex pacto nudo peti non potest. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 53. *verso*. Sebast. Næui. Giph. *tom.* 1. *pag.* 386. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Circa intellectum huius text. & concordiam cum alio *in l. cum post* 69. §. *gener. ff. de iure dot.* in quo probatur incertæ dotis constitutionem valere, maximè laborant Doctores, vt videre est per Conan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 4. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 19. Sarment. *lib.* 8. *select. ad l. quidam in testamento. num.* 11. *ff. de legat.* 2. Anton. Gubert *de dote cap.* 4. *num.* 1. & 2. Ioan. Robert. *lib.* 4. *sentent. iuris cap. fin.* Charond. *lib.* 1. *verisimil. cap.* 17. Forcatul. *in cupidine Iurisconsult. cap.* 2. *num.* 9. Bald. Nouell. *de dote part.* 6. *priuil.* 11. *num.* 1. Ioan. Fridéric. de Solis *in suo tract. de dote part.* 1. *quæst.* 15. *num.* 13. Constan. stin. Harmenop. *in promptuario iuris lib.* 4. *tit.* 8. §. 44. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 149. *num.* 36. & *de præsumptionib. lib.* 1. *præs.* 43. *num.* 7. *cum seqq.* & *præs.* 9. *num.* 5. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.* 3. *tit.* 5. *num.* 9. Nicol. à Salia *in suis Siculmentis iuris Ciuilis pag.* 23. Fornel. *lib.* 3. *selection. c.* 24. Spin. *in specu lo testament. gloss.* 10. *princip. num.* 15. Dominic. Marcucci. *variar. explanat. lib.* 3. *c.* 93. Fachin. *controuers. iuris lib.* 8. *cap.* 75. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 64. *n.* 13. Euerard. Bronchors *cent.* 3. *enantiophanon cap.* 10. Aromæus *disp.* 15. *ad Pandectas thesi* 13. Ioseph. Gonzal. *var. quæst. cap.* 4. *per tot.* & *præcipuè num.* 9. Iul. Cæs. Imbrian. *in l.* 1. *num.* 38. *C. de edendo.* Franc. Duaren. *lib.* 1. *disp. anniuers. cap.* 56. Giammat. *in tract. extensionum part.* 1. *num.* 103. D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 47. & 48. *ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 42. *cum seq.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 4. 8. 10. & 13. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. l.* 1. *tit. de verb. signif. resol.* 5. *num.* 5. Blas. Roblea Salzedo *in tract. de repræsentat. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 38. & *seqq.* Pichard. *ad* §. *si scriptum* 17. *num.* 14. *cum seqq. Instit. de inutilib. stipulation.*

Ex quibus ille intellectus communior est & magis verus, qui distinguit & inter patrem nomine filiæ dotem promittentem, & inter ipsam filiam. Posteriori casu propter incertitudinem nulla est promissio. *l. stipulationum* 74. *l. vbi autem non apparet* 75. *l. triticum* 94. *ff. de verbo. obligat.* & in his terminis loquitur text. *in præsenti.* Et idem procedit in extraneo dotem promittente, cùm eadem sit ratio. Priori autem casu dotis promissio vtilis est, vt Papinianus respondit *in d.* §. *gener.* ea ratione, quia paternum officium est dotare filiam, idque pro modo facultatum suarum, & mariti dignitate, nisi de certa quantitate conuentum fuerit. Vnde promissio ex lege, & legibus certitudinem accipit, nullus autem legibus dotia præfinitus est modus, quo mulier cura conuentione teneatur, imò potest indotata nubere, quod etiam procedit in alia persona, cui sit officium docendi, vt loquens de curatore dicit *l. quæro* 60. *ff. de iure dot.* Et intellectus iste probatur ex Constantino Harmenopolo *citato loco.* Si spopondetit mulier, inquit, dotem dare non adiecta quantitate, aut re certa expressa, quæ in dotem detur, inutilis est eiusmodi dotis promissio, vtpote cùm possit mulier vel vilissimum quidpiam dotis nomine exhibere. Alia causa 2

est patris pro filia pollicentis, qui etsi quantitatis dotem non præfinierit, rata tamen est, ac valida promissio. Hoc enim cùm dicit pater, non sese quamlibet dotem, sed quæ facultatibus par sit, daturum indicat. Hactenus Harmenopulus, & sequuntur Rip. *in dict. l. lata stipulatus, num.* 18. vbi Ruin. *in* 1. *lectur. num.* 22. *ff. de verbor. obligat.* Alciat. *in d. l. triticum n.* 14. vbi Hubert. Giph. *num.* 7. *ff. eod. tit.* Barthol. Socin. *in l.* 1. *n.* 53. *vers. ideo considera*, vbi Alciat. *n.* 114. *&* 115. Camill. Visitatin. *num.* 140. Cuman. *num.* 8. Zaz. *num.* 53. Corras. *num.* 17. *ad fin.* 2. *lecture*, D. Barbos. *num.* 47. *&* 48. *par.* 3. *ff. soluto matrim.* Corras. *in l. qui liberos n.* 179. *ff. de ritu nupt.* Baldum *in* §. *generaliter num.* 6. *Instit. de legat.* Iacob. Cuiac. *in recit. ad libros responsorum Papiniani super d.* §. *gener. pag.* 156. *super tit. C. de dotis promiss. pag.* 299. Conan. Duaren. Gammara, Fachinæ. Ioan. Frideric. Solis, & Nicol. à Salis, *citatis locis.*

3 Iuxta quos distinctionis terminos intelligenda est illa Doctorum communis opinio indistinctè, & generaliter dicentium promissionem dotis incertam fauore dotis valere, vt post multos dicunt Bald. Nouell. *de dote par.* 6. *princ. priuil.* 71. Campeg. *in simili tract. q.* 80. *n.* 1. Constantin. Roger. *eod. tract.* §. 8. *n.* 5. *&* 17. Afflict. *decis.* 337. *num.* 9. *& decis.* 371. *per tot.* Peralta *in l.* 1. *n.* 26. *ff. de legat.* 2. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 19. Ioseph. Ludou. *Perus. dec.* 99. *n.* 6. *p.* 2. Menoch. *cons.* 192. *à n.* 9. *lib.* 3.

In summar. text. ibi, *duo specialia circa idem non possunt concurrere*, &c. Ita Bursat. *cons.* 271. *num.* 25. *lib.* 3. Rimin. iun. *cons.* 418. *num.* 20. *lib.* 4. Tiber. Decian. *cons.* 74. *n.* 51. *lib.* 3. Surd. *cons.* 34. *num.* 46. *lib.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 518. *n.* 27. *& cap.* 520. *num.* 10. Sed verius est circa eandem rem duo specialia concurrere posse, non solùm in dote, in quibus terminis loquitur textus *in præsenti*, sed in omni materia, *l. singularia* 15. *ff. de rebus cred. l. licet* 43. §. 1. *ff. de iure dot. l. iure militari, ff. de testam. milit. l. facere* 10. *ff. de testam. milit.* (iuxta affirmatiuam litteram, quam nonnulli Codices retinent, & sequitur Duaren. *ad illum tit. cap.* 4.) *l. ex militari* 11. *ff. de testam. milit. l. si quis filio* 6. §. *irritum, vers. nisi fortè miles, ff. de iniusto, rupto, l. eius* §. 1. *ff. de testam. l. si filiusfam.* 34. *vers. si perseuerasset, ff. de test. milit. l. vlt. C. ad Senatusconsf. Velleian.* §. *si ab hostibus* 6. *Inst. quibus modis ius patr. potest. solu.* defendunt Ruin. *in l.* 1. *n.* 16. vbi Paris. *n.* 54. Socin. sen. *n.* 52. *&* 53. Socin. iun. *n.* 218. *&* 219. Crot. *num.* 93. Bolognet. *num.* 143. Alciat. *num.* 113. D. Barbos. *num.* 47. *part.* 3. *ff. soluto matrim.* Constan. *de dote cap.* 9. *n.* 5. *Lusit.* Barthol. Philipp. *de fictionib. p.* 5. *cap.* 4. Ioan. Vaudus *lib.* 2. *quæst. var. q.* 4. Ioseph. Gonz. *var. quæst. cap.* 4. *per tot.* & præcipuè *num.* 6. Pichard. *in* §. 1. *num.* 11. *Instit. de militari testamento.*

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum longi temporis præstatione quod inducitur, vnica inducitur promissione, &* num. 2.
3 *Dotis promissio satis probata dicitur, probatâ vsurarum ipsius promissione.*
4 *vnica Promissio idem operatur quod plures præstationes.*
5 *Dotis fauore aliquem obligari efficaciter ex verbis enunciatiuis.*
6 *Sponsa quando dotem promisit sponso, & non tradidit, & nihilominus ipse sponsus sustinuit onera matrimonij, veniunt fructus sub nomine interesse.*
7 *Sponsa promittens dotem, licitè videtur intelligere postquam contractum fuerit matrimonium.*

XI. Si pro dote. II.

Imp. GORDIANVS A. *Herodoto P. P.*

QVod inducitur præstatione vsurarum longi temporis, illud inducitur vnica promissione. 1 Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Rodet. Xuar. *in l. post rem iudicatam, in declarat. leg. Regni limit.* 2. *in princip.* vbi ex hac l. probat quòd si pa- 2 ter, vel extraneus promisit marito dotem pro muliere, quòd ex hoc contractu licèt mulier prætendat interesse quòd dos soluatur viro suo, non tamen habet actionem ex eo contra promittentem vt soluat dotem viro suo cùm in contractibus persona extrinseca non subaudiatur. Brunor. à Sole *in locis comm. verb. dos* 17. *incip. Dotis promissio*, vbi quòd dotis promis- 3 sio dicitur satis probata, probata promissione vsurarum ipsius dotis. Mascard. *de probat. conclus.* 567. alias 568. *n.* 1. vbi quòd dotis promissio probatur ex promissione vsurarum dotis, vbi *n.* 3. subdit quòd dotis promissio non probatur ex tractatu matrimonij contrahendi, videlicet ex eo quòd testes deponant huiusmodi dum tractabatur de contrahendo matrimonio, interrogatum quid vellet dare in dotem, respondisse centum velle dare, nam ex hoc non probatur ipsa dotis promissio, Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 14.

Notatur ad hoc quòd vnica promissio operatur 4 idem quod plures præstationes, vt per Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 22. *num.* 31.

Notatur etiam ad hoc quòd ex verbis enuntia- 5 tiuis quis obligatur efficaciter fauore dotis, vt per Bald. Nouell. *de dote part.* 6. *priuil.* 78. *n.* 5. *& seq.* D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 3. *n.* 17. *ff. soluto matr.*

In glos. *percipiet.* ibi, *an autem dicendum sit idem si* 6 *sponsus*, &c. Notatur ad hoc quòd quādo sponsa promisit dotem sponso, & non tradidit, & nihilominus ipse sponsus sustinuit onera matrimonij, veniunt fructus sub nomine interesse, vt per Socin. *cons.* 170. *col. pen. ad fin. lib.* 2. Gozadin. *cons.* 33. *num.* 11. Surd. *dec.* 192. *n.* 14. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab.* 6. §. 8. *num.* 1. D. Barbos. *in l. si ante* 6. *num.* 5. *ff. soluto matrim.* vbi contra hanc 7 glos. tenet eo quòd sponsa promittens dotem, tacitè videtur intelligere postquam contractum fuerit matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Dotis incertæ promissio arbitrio viri boni commissa & subiecta videtur, &* num. 2. 5. *idem fauore piæ causæ*, num. 3.
4 *Dos incerta est liquidanda pro modo facultatum promittentis, & dignitate mariti.*
6 *Dotis fauore id speciale est, vt si quantitas dotis conferatur in arbitrium alterius, & ille noluit, vel non possit arbitrari, non extinguetur dispositio, sed recurretur ad alterius boni viri arbitrium. intellige vt n.* 7. *non habere locum istud notabile in augmento dotis*, num. 8.
9 *Dotis incerta promissio facta ab extraneo, non est valida.*
10 Arbitrium, *in contractibus bonæ fidei & dotis, arbitrium boni viri designat.*

11 Desin

11 *Dotis promissio collata etiam in meram voluntatem promittentis valida est.*

12 *in Dotis causa ordinariè procedendum.*

L. Si cùm ea. III.

Idem A. Claudio P.P.

1 PRomissio dotis incertæ boni viri arbitrio commissa, & subiecta videtor. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ti-
3 raq. *de privilegiis piæ causæ, privil.145.* vbi idem di-
cit favore piæ causæ, Gregor. Lop. *l.1. gloss.4. col.2. in med. tit.11. part.2.* Ceuall. *commun. contra commun.*
4 *q.440. per tot.* vbi *num.2.* dicit quòd dos incerta est
liquidanda pro modo facultatum promittentis, &
dignitate mariti, Nouell. *de dote part.6. privil.8. & 9.*
Brunor. à Sole *in locis communib. verbo dotis incertitudo*,
5 *tudo*, vbi quòd dotis incertitudo in eius constitutio-
ne arbitrio boni viri semper certificanda est. Cardin.
Mantic. *de tacitis & ambigu. convent. lib.12. tit.22. num.7.*

6 Notatur ad hoc quòd speciale est favore dotis, vt
si quantitas dotis conferatur in arbitrium alterius, &
ille nolit, vel non possit arbitrari, non extinguetur
dispositio, sed recurretur ad alterius boni viri arbi-
trium, vt per Bald. Nouell. *num.212.* Crot. *num.93.*
Bolognet. *num.142.* & Pontan. *num.57. in l.1. ff. soluto matrim.* Hippol. Rimioald. *in princ. Inst. quibus alienare licet n.62.* Cou. *pract. c.28. num.1. vers. primum,*
Menoch. *de arbitr. quæst.68. num.39. & cons.93. n.11.*
Surd. *de alimentis tit.8. privil.71. num.4.* D. Barbos. *in d. l.1. ff. soluto matrim. part.3. num.41. &*
7 *in l. si æstimatis 41. eod. tit. num.2.* vbi intelligit proce-
dere hanc specialitatem in dote quod si non recor-
tatur ad boni viri arbitrium, non valeret dotis con-
stitutio, & maritus cogeretur habere vxorem indo-
tatam. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.2. cap.254. num.59.*

8 Declara tamen hoc notabile non habere locum
in augmento dotis, si quis enim dotis nomine pro-
miserit mille, & quod amplius fuerit Titius arbitra-
tus, non est recurrendum ad arbitrium boni viri ipso
non arbitrante, & per consequens augmentum dotis
non debetur, Castr. *cons.11. Viso dicto libello col.2. post med. vers. quantum ad secundum lib.1.* Cort. iun. *cons.35. in fine num.18. lib.1.* Roland. *de lucro dotis quæst.88. num.4. tom.9. fol.385.* Phanuc. *eod. tit. post princ. in vers. restituenda num.41. ad med. vers. & in hac materia, tom.9. fol.412.* Ratio differentiæ est, quia
in dote receditur à persona arbitratoris, & recurritur
ad arbitrium boni viri, ne vxor remaneat indotata,
cùm etiam dos possit declarari pro modo faculta-
tum, & ratione personarum. *l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. l. si filia, ff. de legat.3.* Aliud est in augmento
dotis, quod si non debetur, non ex hoc facit, vt vxor
possit dici remanere indotata, & sic in augmento
cessat ratio illa, quæ favore dotis recipitur, maximè
si conditio personæ non plus exposcat, quasi suffici-
at dotem fuisse congruam absque augmento, sequi-
tur Stephan. Gratian. *d. cap.254. à n.60.* vbi *num.61.*
reprobat Menoch. *cons.93. num.44. & per tot.* contra-
rium tenentem.

9 Notatur etiam ad hoc quòd non valet dotis pro-
missio incerta facta ab extraneo, vt per Duaren. *lib.2. disp. c.56.* Cald. Pereira *qu. forens. lib.1. q.18. n.44.* vbi
ait id sentire textum *in præsenti*, dum requirit dotem
conferri in arbitrium boni viri, quasi si non confe-
ratur tanquam incerta non valeat, Ceuall. *citato loco*

Arbitratus fuisset, &c.] Notatur ad hoc quòd hæc 10
verba sui natura boni viri arbitrium significant, vt
post Ias. Socin. & Roland. probat Menoch. *de arbitr. lib.1. quæst.7. num.31.* Cald. Pereira *d. lib.1. q.18. n.41. ver. ex quibus*, vbi per hunc text. tenet quòd verbum, *arbitrium*, in contractibus bonæ fidei & dotis designat boni viri arbitrium, & post Nouell. *de dote part.6. privil.8.* attenta hac ratione ex mente huius text. infert quòd si dos conferatur in potestatem promittentis per verba importantia meram & liberam voluntatem, non valebit promissio.

Notatur etiam ad hoc quòd valet dotis promissio 11
etiam collata in meram promittentis voluntatem,
ob illa verba text. *quodcunque arbitratus fuisset*, quæ æquipollent verbis importantibus meram voluntatem propter dictionis illius vniversalis naturam, vt per citatos à D. Barbos. *in d. l.1. ff. soluto matrimon. part.3. num.38.* vbi *numeris seqq.* id multipliciter declarat.

Iure iudiciorum, &c.] Notatur ad hoc quòd in 12
causa dotis ordinariè est procedendum, vt per Palat. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. notab.2. §.1. num.50.* Tiraq. *de retractu lig. §.1. glos.14. n.98.* Nouell. *de dote part.9. privil.15.* D. Barbos. *in d. l.1. p.1. num.44. ff. soluto matr.*

SVMMARIVM.

1 *Dotem datam non probat confessio nuda sine numeratione, & num.2.*

3 *Confessio viri de dote recepta, quam recepisse minimè constat, vel de maiori summa, an censeatur donatio illius dotis, aut augmentum.*

4 *pro Dote præsumpta conceditur actio.*

5 *Maritus plebeius, vel ignobilis, seu senex, quando contraxit matrimonium cum muliere nobili, vel iuvene, & facit sibi aliquam donationem, eam dotando, valebit talis constitutio dotis.*

L. Si voluntate. IV.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Rufo.*

COnfessio nuda sine numeratione dotem datam 1
non probat. Confessos se plus dotis nomine
accepisse, quàm re vera accepit, ad id, quod deest,
agere adhuc potest. Colligunt ex Ordin. Doctores
citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *folio 55. verso.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Cas- 2
san. *in catalogo gloriæ mundi part.8. consid.35. vers. hinc est.* dum per hunc text. tenet quòd maritus confitendo plus recepisse ab vxore, quàm receperit, non sibi præiudicat talis confessio ad id quod plus est confessus, quin ad illud agere possit, Hippol. de Marsil. *sing.345.* Cou. *lib.1. var. c.7. n.3. vers. sed quid,* Alphan. *collect.152.* Cald. Pereira *post quæstiones forens. cons.16. n.3.* vbi dicit hunc text. singularem ad hoc quòd si quis promittat centum, & recipiat liberationem ducentorum, videtur tacitè pacisci, vel tacitè videtur fuisse initum pactum de decentius præstandis. latè Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. sub tit. de iure dotium resol.8. per tot.*

Vtrùm confessio viri de dote recepta, quam rece- 3
pisse minimè constat, vel de maiori summa, censeatur donatio illius dotis, aut augmenti? vide Valasc. *consult.5. à num.3.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disp.*

disp.439. Sanch. *de matrim.lib.6.disput.9.per tot.*

4 Notatur ad hoc quòd pro dote præsumpta conceditur actio, vt per Eman. Costa *in l. si ex cautione pag.264.n.2.C. de non numer.pecun.* D.Barbos. *in l.1. p.3.n.4.post princ.ff.solut.matr.*

In gloss. *Petendis* 1. ibi, *vt faciunt ignobiles cùm nobiles accipiunt*, &c. Dum hæc glos. dicit valere confessionem de dote recepta nisi animo simulandi fiat, vt faciunt ignobiles cùm ducunt nobiles, videtur sentire non præsumi animum donandi quando vir ignobilis, aut senex fatetur se dotem recepisse ab vxore nobili, aut iuuencula; ita Couar. *de sponsalib. part.2. cap.3.§.3.num.2.* D.Barbos. *in l.quæ dotis 34. num.56.ff. soluto matrim.* Verùm eam confessionem valere, & in dubio censeri factam animo donandi, ac remunerandi, & statim eam donationem esse firmam, & irreuocabilem, meritò sustinent Bart. *hîc num.2.* Boër. *decis.204.n.6.* Cassan. *d.consid.35. vers. hinc est*, Palat. *in repet.rub.de donat.inter virum, & vxor.§.45.n.15.* Duen. *reg.221. vers. limita 11.* Tiraq. *de nobilit.cap.18.num.19.* Vincent. de Franchis *decis.119. n.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.3.præs.12. num.77.* Ioseph. Ludou. *Vmbriæ decis.66.num.12.& 13.* Alexand. Trentacinq. *d.resol.8.n.1. vers.sed dubitatur.* Valasc. *cons.4.n.7.& cons.5.num.18.* Molin. *d.disp.459. vers.secundum si eadem confessio*, Surd. *decis.229.num.15.* Sanch. *de matrim.lib.6.disp.7.num.3. & disp.9.num.8.*

5 Notatur ad hoc quòd quando maritus plebeius, vel ignobilis, seu senex contraxit matrimonium cum muliere nobili, vel iuuene, & facit sibi aliquam donationem, eam dotando, cùm ista donatio sit remuneratoria nobilitatis, sed iuuentutis ipsius mulieris, valebit talis constitutio dotis, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor.§.31. in princip.* Anton.Gom. *l.50.Tauri n.66. col.2. in princ.* Clar. in *§.donatio quæst.9.num.5.*

SVMMARIVM.

1 *ex Dotis promissione agit maritus, non mulier, &* num.2.& 5.
3 *si Pater, vel alius promittat dotem genero, ex illa promissione solus gener habet actionem, non autem mulier, in cuius fauorem dos promissa fuit.*
4 *Declaratur l.si pater, C.de dotis promiss.*

L. Si pater. V.

Iidem AA. & CC. *Dasumianæ.*

1 EX promissione dotis agit maritus, non mulier. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num. 1.suprà hoc tit.* Aloys.Leo *super 5.fol.56.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Guid. Papæ *dec.375.* Anton.Gabr. *tom.3.commun.lib.3.tit. de iure dotium concl.3. à principio.* vbi multipliciter limitat. Fachin. *controuers.lib.8.cap.73.* D.Barbos. *in l.1.part.3.num.11.ff.soluto matrim.* vbi hunc text.

3 probare ait quòd si pater, vel alius promittat dotem genero, ex illa promissione solus gener habet actionem, non autem mulier in cuius fauorem dos promissa fuit, & *num.15. vers.ex quibus*, notabilem declarationem ad hanc l. se præstare asserit, vt licèt mulier non habeat actionem ad petendam dotem promissam marito, id sit accipiendum in eo sensu, vt illa non possit conuenire illum, qui dotem marito promisit, cæterùm dotis restitutionem potest à marito petere, quia in eius fauorem lex inducit actionem ex stipulatu, &c. Cancer. *var.par.1.cap.9.num.118.* vbi per hunc tex. tenet quòd si maritus est stipulatus decem sibi dati à patre vxoris suæ, siue ab aliquo extraneo ei competit actio, & non eius vxori.

4

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa nudo pacto, cum scriptura, aut sine scriptura, peti potest.*
2 *ex nudo pacto Dotis præstandæ oritur actio.*
3 *Pactum de dote danda, siue etiam pactum de dotando, hodie confirmari etiam per legem, ac proinde tanquam legitimam conuentionem producere actionem.*

L. Ad exactionem. VI.

Impp. THEOD. & VALENT. AA. *Hierio P. P. post alia.*

DOs promissa nudo pacto, cum scriptura, aut sine scriptura peti potest. Ex nudo pacto dotis præstandæ oritur actio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.suprà hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l.Hisp.10.tit.11.par.4.* vbi *glos.1.* Connan. *comment. iuris lib.5. cap.3. in princ. & lib.8. num.8.* Alciat. *lib.1.parerg.c.1.& lib.5.paradox.cap.3.* Ias. *in §.fuerat.num.63. Instit. de actionib.* Hippol. *de fideiussor. num.357.& 359.* Caballin. *milleloq.793.* Alphan. *collect.555.* Bald.Nouell. *in tract.de dote par.6.priuil.1. num.1.* Aquilin. *ad tit.Instit.de verbor.obligat.n.98.* latè & eleganter D. Barbos. *in l.1. part.3. à num.1. ff.soluto matrim.* vbi aduertit quòd decisio huius l. est noua & correctoria iuris antiqui, nam ante hanc constitutionem ex pacto dotis promissorio tantùm tribus casibus actio dabatur: primò si mulier dotem pro se promitteret: secundò si pater mulieris promitteret: tertiò si debitor mulieris pecuniam, quam ei debebat, in dotem dixerit, aliæ autem personæ si pro muliere dotem promitterent communi tantùm iure obligabantur efficaciter scilicet interueniente stipulatione, & tamen hodie ex decisione huius l. omnes dotem promittentes ex pacto nudo efficaciter obligantur, & *num.2.* notabile ex hac l. colligit 3
quòd scilicet pactum de dote danda, siue etiam pactum de dotando, hodie etiam confirmatur per legem, atque proinde tanquam legitima conuentio producet actionem, & sic decisionem huius l. etiam locum habere in pacto de dotando, & in quocunque consensu dotem promittendi ex illius generalitate colligit; & deinde pro concordia distinguit quòd si fiat pactum de dotando in terminis huius l. ex eo non producetur actio; si verò promittens dotet, vel dicat se daturum ex causa dotis, tunc ex huiusmodi pacto producitur actio; aduertit tamen *num.4.* quòd quicquid sit in pacto de donando, tamen tex. *in præsenti* generaliter procedet in quacunque promissione dotis, nam dotis fauore fauorabilius proceditur, quàm in donatione, & *num.5.* quòd priuilegium huius l. magis respicit maritum, quàm vxorem, & *num.11.* tenet quòd si constante matrimonio mulier dotem promittat marito, vel soluto matrimonio maritus promittat dotem restituere vxori, adhuc locum habet decisio huius l. & *num.12.* ad perfectam huius l. explicationem illud menti tenendum ait: eam non procedere si dos incerta promittatur per pactum nudum, iuxta resoluta *in l.1.sup. hoc*

hoc eod.tit. Molin. *de Iustit.tract.2.disp.423.num.5.* Polyd.Ripa *obseru.86.num.1.* Menchaq. *controuersiar. illustr.lib.1.cap.15.num.15.* Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.tom.1.lib.12.tit.2.num.12.* vbi per hunc text. tenet contractum dotis esse nominatum respectu mariti, & *tit.4.num.11.* quòd actio ad exactionem dotis promissæ marito competat. Tiraq. *de priuil. piæ causæ priuil.111.* vbi quòd ex simplici & nudo pacto fauore piæ causæ efficax nascitur actio, Anton.Hering. *de fideiussor.c.6.n.200.* Anton.Scap. *de iure non scripto lib.4.c.8.* Ioseph.Ludou. *Perus.decis.9.n.26.* Ioan.Bapt.Thor. *in compendio dec. Neap. in verbo promissio probata*, Camill.Borrel. *in summ. decis.p.3.tit.5.à num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Pater simpliciter dotem dando, non exprimens ex quibus bonis det, de propriis dedisse censetur. Exprimens quòd dat de bonis propriis, & filiæ quatenus locuples, de propriis dedisse, sin egenus, de filiæ bonis censetur promisisse*, num.2.

3 *Pater tenetur dotem constituere pro filia, seu filio emancipato.*

4 *Pars rata, portio, quid, remissiuè.*

5 *Dos promissa, & dos data, à pari procedunt, & dos promissa propriè dos dicitur.*

6 *Pater sicut tenetur dotare filiam suam, ita tenetur dare donationem propter nuptias filio suo.*

7 *Pater tenetur dotare filias.*

8 *Dotandi onus originem trahere ex affectu naturali. Amplia.*

I. *Procedere tam in dote data, quàm promissa*, num.9.

II. *Et si filia habeat bona, & sic diues sit, non procedere quando pater inops esset, & pauper*, num.10.

III. *In hærede patris*, num.11.

IV. *Etiam in patre semel dotem constituente filiæ, si illa fuerit amissa*, num.12.

V. *Etiamsi filia sit nupta*, num.13.

VI. *Etiam si pater sit administrator bonorum filiæ*, num.14. *Limita.*

I. *Non procedere in filia ingrata*, num.15.

II. *Non habere locum in filia naturali, quæ non sit legitima*, num.16. *intellige, vt* num.17.18.

19 *Dos data, vel promissa à patre pro filia, præsumitur data, vel promissa ex bonis ipsius patris. Ampliationes quamplurimas, vide* num.20. *Limitationes nonnullas*, num.21.

22 *Explicatur textus in præsenti.*

23 *Pater si promisit dotem de bonis suis & filiæ, & tempore promissionis erat inops, videtur totum promittere de bonis filiæ. Si dotem promiserit simpliciter, vt puta mille, an intelligatur de bonis suis totam dotem promisisse, quamuis ad eam soluendam facultates ipsius non sufficiant, remissiuè*, num.24.

L. Si pater dotem. VII. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Ioanni P.P.*

1 PAter simpliciter dotem dando, non exprimens ex quibus bonis det, de propriis dedisse cense-
2 tur. Exprimens quòd dat de bonis propriis, & filiæ quatenus locuples, de propriis dedisse, sin egenus, de filiæ bonis promisisse censetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.* post omnes Aloys. Leo *super 5. fol.56.* Giphan. *tom. 1. pag.194.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt multísque exornant Socin. *reg.281.* Roman. *sing.402.* Gerard. *sing.71.* Alciat. *de præsumpt.reg.1.præs.26.& lib.8.parerg. cap.43.* Afflict. *decis.178. & seq.* Bald. Nouell. *in tract.de dote, par.6.princip.in 3.& 6.priuil.* Alphan. *collect.228.* Mynsing. *cent.6.obseru.85.* Anton.Gom. *l.50.Tauri num.21. à princip.& n.22. cum seqq. & num.25. ad fin.* Gasp.Baëç. *de non meliorandis filiabus cap.7.num.10. & cap.11.num.104. 114.138.143.146.& seq.* Ioseph.Ludouic. *Perus.decis.21.* Menoch. *cons.370.& de præsumpt.lib.3.præs. 15.* Brunor.à Sole *in locis communib.verbo filius 3.& 6.* latè Garc.Mastrill. *Sicil.decis.186. per tot.* D.Barbos. *in l.1.part.3.n.11.& 15.ff.soluto matr.* Mascard. *de probat.concl.1150,* latè Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig.conuent.lib.12.tit.19.à num.1. vsque n.17.* Cald.Pereira *quæst.forens. lib.1. quæst.18. à princip.* Molin. *de Iustit.tract.1.disp.424.per tot.&* præcipuè *num.2.* Camill.Borrel. *in summ. decis.part.3.tit.5. à num.22.*

Vel emancipatus, vel emancipata, &c.] Notatur ad hoc quòd pater tenetur dotem constituere pro filia, 3
seu filio emancipato, vt per Barr. *in l.si cùm dotem, §.transgrediamur, ff.soluto matrim.* Palat. *in repet.rubr. de donat.inter virum & vxor. §.21.num.16.& §.36. num.8. cum seqq. & in repet.cap.per vestras, eod.tit. notab.3.§.14.* Anton.Gom. *l.29.Tauri num.16.vers. secundo,* D.Barbos. *in l.1.part.4.n.1.ff.soluto matr.* vbi ait quòd hic text. dum in principio loquitur etiam in filiis emancipatis, & postea proponit regulam generalem officium esse paternum dotare liberos, bene probat obligationem dotandi filios etiam ad emancipatos pertinere, & respondet ad text. *in l.qui liberos, ff.de ritu nupt.& n.144.vers.amplia tertiò,* Cald. Pereira *post quæstiones forens.cons.14. n.8.vers. immo etiam,* Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig.conuention. lib.12.tit.19.n.11.* vbi etiam ait quòd ex hoc datur intelligi quòd onus dotandi patri incumbit non iure patriæ potestatis, sed iure sanguinis, & legitimæ propagationis.

An pro rata portione, &c.] Quid sit rata pars, seu 4
portio, vide Tiraq. *de retractu lig.§.11.gloss.8.à princip.* & citatos per me *de dictionib.v.sufr.dict.341.*

Vel promiserint.] Ergo dos promissa, & dos data, 5
pari procedunt, & dos promissa propriè dos dicitur, de quo vide Vacon. *declar.iuris lib.6.declar.93.n.8.* Phanuc. *de lucro dotis pag.42.à num.21.* Tiraq. *de retractu conuent. ad fin.tit. num.32.cum seqq. & n.39.* Campeg. *de dote part.5.quæst.30.* Magon. *Floren.decis.13.sub num.26.& decis.84. num.12. & decis.86. num.2.& 3.* Franc.de Ponte *cons.10.num.21.cum seq. vol.1.* Ioan.Andr.Georg. *alleg.45.num.27.& 28.* Ioseph.Ludou. *Perus.decis.21.n.12.* Camill.Borrell. *in sum.decis.p.3.tit.5.num.29.* D.Barbos. *in rub.ff.soluto matrim.part.4.à princip.* Cald.Pereira *de renouat.emphyt.quæst.18.n.1.cum seq.& post quæst.forens.cons.14. num.9.*

Vel ante nuptias, &c.] Notatur ad hoc quòd sicut 6
pater tenetur dotare filiam suam, ita tenetur dare donationem propter nuptias filio suo, vt per Anton. Gom. *leg.50.Tauri num.10.col.1. vers.tertio,* Aluar. Valasc. *cons.2.n.11.* Nouell. *de dote part.6.speciali 17. n.1.* Guilielm.Bened. *in cap.Raynutius, de testament. verbo dotem n.29.* Connan. *comment. iuris lib.8.c.8. num.8.* D.Barbos. *in l.1.part.4.num.14.ff.soluto matr.* vbi post Corras. & Baëç. aduertit hanc obligationem videri hodie cessare, cùm donatio propter nuptias non sit in vsu, & sic patrem hodie pro filio

minimè

minimè teneri donationem propter nuptias constituere concludit, & *num.* 15. resoluit patrem pro filio masculo non cogi arrhas constituere in Hispania vbi sunt in vsu, & videntur succedere loco donationis propter nuptias.

7 *Paternum esse officium dotem*, &c.] Notatur ad hoc quòd pater tenetur dotare filias, vt per *l.* 8. *tit.* 11. *part.* 4. vbi Greg. Lop. *verbo el padre*, Nouell. *de dote part.* 6. *priuil.* 11. *cum duobus seqq.* Boër. *decis.* 130. *à num.* 4. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 11. *vers. nec ipsam, & n.* 54. Menoch. *de arbitr. casu* 460. *& cons.* 331. *num.* 18. Gam. *Lusitan. decis.* 155. *&* 376. Ascan. Clem. *de patria potest. effectu* 11. *num.* 1. Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. reg.* 11. *num.* 3. Treutler. *in suis disput. selectis part.* 2. *disput.* 7. *thesi* 2. Thoro *in compen. decis. Neapol. verbo dotare filiam*, Mastrill. *Sicil. decis.* 186. *num.* 3. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.* 3. *tit.* 4. *num.* 27. Aldouin. *cons.* 104. *num.* 32. Carsdos. *in praxi iudicum & Aduocat. verbo pater num.* 16. *&* 17. Rebell. *de obligat. iustit. par.* 2. *l.* 5. *q.* 4. *à princip.* Card. Mantic. *de tacitis & amb. conuent. lib.* 12. *tit.* 16. *à princ.* & præcipuè *num.* 20. vbi intelligit hoc onus dotandi priùs incumbere patri, deinde ordine successiuo ipsi auo paterno, Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 35. vbi dicit hanc l. non procedere in matre, ac proinde matrem dotando simpliciter non videri de bonis suis dotare, sed de bonis filiæ, nisi administrauerit bona filiæ, prout illa administrabat pater, latè D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto*
8 *matrim. p.* 4. *à princ.* vbi ait onus dotandi ex affectu naturali originem trahere, & *n.* 19. post Bursat. *cons.* 215. *num.* 8. *lib.* 2. dicit verba supradicta intelligenda de officio necessario, & ex necessitate subeundo, ex eo, quia hîc non dicitur officium esse paternum dotare filias, sed additur, omnino esse paternum officium, expendens dictionem, *omnino*, quæ est præcisa & necessitatem importans, idem tenet Menoch. *d. lib.* 3. *præs.* 15. *à n.* 6.

9 Amplia primò procedere tam in dote data, quàm promissa, vt per Fortun. *in l. iurisgentium, in princip. num.* 96. *ff. de pactis*, D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 4. *n.* 144. *in princ.*

10 Amplia secundò etsi filia habeat bona, & sic diues sit, *d. l. Hisp.* 8. *tit.* 11. *part.* 4. vbi Gregor. *verbo el padre*, Guilielm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo dotem, num.* 21. Conan. *dict. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 7. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab.* 6. §. 13. *à num.* 5. Cotras. *epistol. quæst. cap.* 21. Costan. *de dot. cap.* 3. *num.* 13. Duaren. *in rubr. ff. soluto matrim. tit. de dot. cap.* 3. Cou. *de sponsalib. part.* 2. *c.* 3. *num.* 8. *in princ.* Cald. Pereira *d. quæst.* 18. *n.* 2. Card. Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 16. *sub num.* 15. Aldouin. *consil.* 104. *num.* 33. Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 88. Cæs. Barz. *Bonon. decis.* 29. *num.* 45. & insignis D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 4. *num.* 16. *vers. succedit tertia quæstio, cum seqq.* vbi *num.* 18. ait hunc text. pro hac parte esse expressum cùm loquatur in filia habente bona, & tamen dicit officium esse paternum dotare filias, Camill. Borrell. *d. par.* 3. *tit.* 4. *num.* 34. vbi *num.* 35. declarat non procedere quando pater inops esset, & & pauper, quia tunc excusaretur ab onere dotandi filiam.

11 Amplia tertiò in hærede patris, vt per Gasp. Baëc. *d. tract. de non melioran. filiab. c.* 2. *num.* 26. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. non tantum num.* 56. *ff. de liber. agnosc.* D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 4. *n.* 344. *vers. amplia secundò*, Rebell. *de obligat. iust. p.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *n.* 7. *&* 8. Card. Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 18.

12 Amplia quartò procedere etiam in patre semel dotem filiæ constituente si illa fuerit amissa, nam pater tenetur nouam dotem constituere filiæ quæ casu fortuito dotem datam amisit, *auth. quod locum, C. de collat.* D. Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 1. *vers. quod licet pater*, Rebell. *d. p.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *n.* 19. *&* 20. Cald. Pereira *d. q.* 12. *n.* 31.

Amplia quintò etiamsi filia sit nupta, quia dos ei 13
debet cõstitui non solùm vt possit nubere, sed etiam vt vir possit onera matrimonij sustinere, vt per glos. *verbo lege in l. obligamur, ff. de actionib. & oblig.* Corras. *in l. qui liberos n.* 55. *ff. de ritu nupt.* Benincas. *de paupert. q.* 8. *spec.* 3. *n.* 2. Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri, n.* 12. vbi dicit hoc verum, quamuis filia nubat contra voluntatem patris saltem de iure Canonico, Padil. *in auth. res quæ n.* 72. *C. commun. de legat.* Tiraq. *cessante causa limit.* 22. *num.* 9. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 2. *c.* 4. *in fine*, Card. Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 5. *vers. primum ergo.*

Amplia sextò etiamsi pater sit administrator bo- 14
norum filiæ, nam adhuc ex bonis propriis videtur dotasse, vt per Greg. Lop. *d. l.* 8. *verbo el padre*, Menoch. *de arbitr. casu* 88. *num.* 47. Mascard. *de probat. conclus.* 1150. *num.* 29. D. Barbos. *in dict. leg.* 1. *part.* 4. *num.* 145. vbi respondet ad *l. Nesennius, ff. de negot. gestis.*

Alias ampliationes adducit Cardin. Mantic. *d. lib.* 15
12. *tit.* 16. *à num.* 6. videlicet, quamuis filia sit nupta sine consensu patris, & *num.* 8. etiamsi filia nupserit viro indigno, & *num.* 14. etiamsi in corpus suum peccauerit, & indigno postea nupserit, si pœnitentiam egerit.

Limita primò vt non procedat in filia ingrata, 16
Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 565. Cardin. Mantic. *d. tit.* 16. *n.* 18. *&* 19.

Limita secundò vt non habeat locum in filia naturali, quæ non sit legitima, *l. vxorem, §. pater naturalis, cum gloss. ff. de legat.* 3. Capyc. *decis.* 180. Nouell. *de dote p.* 6. *priuil.* 17. Ascan. *de patria potest. effectu* 16. *cap.* 6. *num.* 39. Roland. *cons.* 73. *num.* 43. *vol.* 1. Gasp. Baëç. *de non melioran. filiab. cap.* 1. *num.* 11. Duen. *reg.* 366. *ampl.* 3. Crass. *in §. institutio quæst.* 7. *n.* 17. *&* 18. Aldouin. *cons.* 103. *numero* 14. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 15. *& cons.* 310. *num.* 2. Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 4. *n.* 27. *& q.* 8. *num.* 3. D. Barbos. *in d. lib.* 1.
part. 4. *num.* 55. vbi intelligit limitationem in filia 17
naturali habente bona, itavt si filia naturalis non habeat bona, ex quibus se dotet, tunc pater naturalis teneatur eam dotare; aduertit tamen filiam naturalem non mereri tantam dotem, quantam filiam legitimam, sed dotem ad quantitatem alimentorum hoc casu restringendam, Card. Mant. *d. lib.* 12. *tit.* 16.
num. 19. vbi etiam intelligit quando filia habet vnde 18
se possit alere, sed si non habet vnde alimenta percipiat, sicut pater tenetur eam alere, ita etiam tenetur dotare vsque ad eam quantitatem, ex qua possit alimenta percipere.

Ex sua liberalitate hoc fecisse, &c.] Notatur ad hoc 19
quòd dos data, vel promissa à patre pro filia præsumitur data, vel promissa ex bonis ipsius patris, vt per Doctores citatos *supr. n.* 2. & omnium latissimè Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 15. *per tot.* & D. Barbos. *d. l.* 1. *p.* 4. *à n.* 144.

Multas ampliationes refert Menoch. *d. præs.* 15. *à* 20
num. 9. vbi extendit etiam ad donationem propter nuptias, quam pro filio facit pater, cùm præsumptio sit quòd eam fecerit ex propriis bonis, non autem filij, & *num.* 11. extendit etiam ad filios emancipatos; & *num.* 13. extendit quoque ad viduam iterum dotatam à patre, cùm præsumatur dotata ex bonis ipsius patris, & *num.* 17. extendit quando pater promisisset dotem excessiuam, nam & hoc casu præsu-

mitur

mitur de suo promisisse, dummodo tot habeat in bonis, vt eam soluere possit, & *n.* 18. extendit etiam quando pater habet quidem tot bona, quæ possunt sufficere ad dotandam filiam illam, cui dotem constituit, sed tamen non habet tot vt deinde possit in posterum dotare alias filias, nam adhuc dos hæc præsumitur constituta ex bonis ipsius patris, & *n.* 19. extendit etiam quando pater post ipsam dotis promissionem, vel solutionem protestaretur se omnino de bonis filiæ id egisse, & *n.* 22. extendit etiam quando pater constituendo dotem filiæ dixit dotem constituere ex propriis bonis, & ex bonis filiæ, nam & hoc in casu præsumitur patrem in totum constituisse dotem ex bonis suis propriis. Aliquas ex his ampliationibus & alias tradit D. Barbos. *d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 144. videlicet si dos per patrem sit simpliciter promissa, quia tunc non poterit postea tempore traditionis declarare quòd tempore promissionis intellexit etiam de bonis filiæ; & idem esse in expensis, quas pater facit tempore nuptiarum familiæ, nam adhuc ex bonis propriis videbitur illas fecisse, & *num.* 35. ampliat etiamsi pater sit administrator bonorum filiæ, nam adhuc ex bonis propriis videtur dotasse.

21 Limitationes nonnullas cumulat Menoch. speciata *præsumpt.* 15. *n.* 24. *cum seqq.* vbi restringit supradictam conclusionem, vt non procedat quando pater dando, vel promittendo dotem claris verbis declarauit quòd ex bonis filiæ dabat, vel constituebat dotem; veluti si dixerit quòd centum ex suis bonis assignabat, seu dabat, & alia centum ex bonis ipsius filiæ, vel si dixerit, promitto mille, quorum dimidiam ex bonis meis, alteram verò dimidiam ex bonis filiæ meæ: vel si pater dixerit se constituere, vel promittere eam summam computato in ea omni, & toto eo, quod ipsi filiæ debetur, tam ex bonis paternis, quàm maternis, & *n.* 32. restringit etiam vt locum non habeat quando pater promittit dotem non genero, sed ipsimet filiæ, hoc enim casu præsumitur promisisse etiam ex bonis ad ipsammet filiam pertinentibus, vtputa ex dote materna. D. Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 4. *num.* 146. *vers. quam primam conclusionem*, vbi limitat, nisi pater pro dote filiæ expresse assignauerit res, quę ad eam ex hæreditate materna pertinebant, nam cùm tunc clarè constet res maternas contineri in dotis promissione, cessat præsumptio huius legis. prout etiã cessabit si pater promittat dotẽ de bonis filiæ, nulla facta mentione bonorum propriorum, & *n.* 147. limitat decisionem huius l. non procedere in Regno Castellæ, nam cùm pater in eo possit filiabus dotem constituere ex bonis lucratis constante matrimonio, *l. Tauri* 53. quæ hodie est *l.* 8. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recopilat.* etiamsi morte vxoris sit solutum matrimonium, pater simpliciter dotem promittens, si sint lucra quæsita constante matrimonio, de illis semper videtur dos promissa: & idem esse in Regno Portugaliæ subdit, quando matrimonium contrahitur per dotem, & arrhas, apposito pacto quòd lucra communicentur, quia eadem militat ratio; si verò in Regno Castellæ non sint lucra, tunc inducetur decisio huius legis. In Regno autem Portugaliæ si matrimonium contrahatur secundùm Regni consuetudinem, cùm tunc omnia bona communicentur, semper ex bonis communibus dotes exsoluendæ: at *n.* 148. limitat in matre, vel aliis ascendentibus per lineam maternam, nam si dotem promittant simpliciter de bonis filiæ, vel neptis, videntur promisisse, quæ fortè apud eos sint, & quoad hanc limitationem duos casus distinguit: & *n.* 150. *in fine*, limitat etiam si pater alias filias suas dotauit tam de bonis suis, quam maternis, nam tunc simpliciter aliam filiam dotans, eodem modo videtur dotasse causa æqualitatis seruandæ, vbi tamen id declarat, & *n.* 151. *in med.* limitat quando alius (cuius non erat officium dotare) erat debitor mulieris, nam tunc simpliciter promittendo dotem pro muliere, videbitur animum compensandi habuisse, & consequenter in effectu de bonis mulieris promisisse, quod tamen dupliciter ibi declarat. Alias declarationes adducit Molin. *d. disp.* 424. *n.* 3. *cum seqq.*

Poterat enim, &c.] Explicat D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 4. *num.* 163. *versic. infertur secundo*, vt text. *in præsenti* loquatur quando tempore promissionis pater habebat idoneam substantiam ad soluendam dotem promissam, & præterea poterat ei superesse vnde se aleret secundùm dignitatem, aliàs enim vel nihil soluet ex bonis suis, vel saltem eam tantùm partem, quam commodè soluere possit, facta prædicta deductione. 22

Et idem D. Barbos. *ad l. maritum* 13. *ff. solut. matr. n.* 71. *vers. denique*, ex hoc text. colligit quòd si pater promisit dotem de bonis suis & filiæ, & tempore promissionis erat inops, videtur totum promittere de bonis filiæ, ea quidem ratione, quia si de suo videretur promittere, quasi generum deceperit, condemnandus esset in solidum, & si non esset soluendo, esset in carcerem mittendus, iuxta *l. fin.* §. *fin. ff. quæ in fraud. credit.* 23

Disputat Cardin. Mantic. *d. lib.* 12. *tit.* 19. *n.* 15. *cum seqq.* si pater simpliciter dotem promiserit, vtputà mille, an intelligatur de bonis suis totam dotem promisisse, quamuis ad soluendam totam dotem eius facultates non sufficiant; & *ibi*, interpretatur text. *in præsenti.* 24

In gloss. *Intelligi*. ibi, *nam ibi non compellitur auia*, &c. Aduertit D. Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 105. *vers. vnde mens*, quòd mens huius gloss. non fuit dicere absolutè præsumptiones expressas *d. l. Nesennius*, tanquam fortiores excludere præsumptum animum donandi, de quo *in l. vn.* §. *accedit, C. de rei vxor. act.* sed tantùm primã præsumptionem expressam *in d. l. Nesennius*, quòd qui administrat bona, non videtur habuisse animum donandi, etiam locum sibi vindicare in dote, vt est expressum *in l. cùm post*, §. 1. *ff. de admin. tut.* aliæ enim præsumptiones expressæ *d. l. Nesennius*, quoad alimenta, quoad dotem minimè sunt admittendæ: nam quamuis extraneus simpliciter præstando alimenta videtur præstitisse animo repetendi ab eo, cui ius alendi de iure incũbebat, vt est expressum *d. l. Nesennius*, tamen diuersum erit in dote, quia fauore illius præsumetur donandi animus, *d.* §. *accedit*, & tandẽ concludit quòd explicando prædicto modo glossam istam, vera erit eius conclusio.

In gloss. *Idoneam*, ibi, *tantùm, vel talem*, &c. Iuxta posita in hac gloss. non videtur vera resolutio & interpretatio ad hunc text. *in vers. poterat enim*, dum ex eo colligunt communiter Doctores quòd si pater expressè non declarauit pro qua parte bona filiæ venirent in dote, sed effuso sermone vsus est, in promptum incidit periculum, quia scilicet ex suis bonis tenebitur dotem soluere, quamuis facultates idoneas non habeat; hinc etiam resoluentes quòd si pater penitus sit inops, tunc semper dos sit soluenda ex bonis filiæ; si verò habeat facultates, ex illis dotem dabit, quamuis per hoc in promptum incidat periculum, id est, non supersint ei bona sufficientia ad se alendum; quia multo verior est resolutio in hac materia, quòd si pater habeat idoneas facultates ad soluendam dotem, de bonis suis tenetur dotem præstare; si verò soluta dote sibi non supersint necessaria ad vitam sustinendã, tunc quasi inopia tentus, nihil

nihil ex bonis suis soluat; si verò retentis necessaria ad alimenta aliquam partem dotis possit soluere, eam vtique ex bonis suis soluet, & reliquum ex bonis filiæ, vt per Mascard. *de probat. p. 3. concl.* 150. *n.* 14. D. Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 4. *n.* 161. *prope fin.* vbi *n. seq.* obiicit quare textus *in præsenti, in fine* dicit, *patrem in promptum incidere periculum*; sed meritò respondet quòd dicitur incidere in periculum, quia quando effuso sermone vtitur, ex bonis suis dotem exoluet, & quamuis ei supersint necessaria ad se alendum, tamen in periculum incidit, quia facilè ad inopiam redigi potest: subditque item dici in promptum incidere periculum, quia integram dotem soluet ex bonis suis, non habito respectu ad numerum liberorum, nam quamuis pater teneatur dotem constituere attento numero liberorũ, *l. si filiæ, ff. de leg.* 3. tamen si doté filiæ effuso sermone promisit, tunc ex bonis suis tenebitur dotem promissam soluere, non habito respectu ad numerum liberorum, neq; quòd alias filias habeat, quas tenetur etiam dotare: quamuis verum sit quòd mortuo patre poterunt alij filij reuocare dotem quatenus præiudicat eorum legitimam, interim tamen valebit dotis datio, &c.

De iure dotium.

Tit. XII.

Dos est pecunia marito nuptiarum causa data, vel dicta, vel promissa. Vel ius pecuniæ constitutæ marito pro oneribus matrimonij. Vel, quòd vxor secum ad maritum defert, quódve marito cauet matrimonij ergò. Vel, pensatio onerum matrimonij. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide *leg. Hispan.* 1. *cum seqq. tit.* 11. *part.* 3. Cohan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 9. Donat. à Fina, Viui. Vezin. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 7. Anton. Gabr. *tom.* 3. *etiam commun. lib.* 3. *pag.* 212. Ioseph. Ludou. *eod. tom.* 3. *pag.* 461. *sub hoc tit.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 12. *tit.* 1. *cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib.* 3. *sub hoc tit.* Arminio. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 456. Rebell. *de obligat. instit. part.* 2. *lib.* 5. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 423. *cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. decis. part.* 3. *tit.* 4. *de iure dotium.* Henric. Bocer. *disp. de vniuerso iure part.* 1. *classi* 2. *disp.* 18. *de iure dotium.*

SVMMARIVM.

1 *Dotis constitutio si incipit à promissione, re euicta agi potest de euictione: vbi à traditione incipit circa rei æstimationem, cessat de euictione actio. Amplia.*

I. Etsi donatio inciperet à traditione, si res à patre, vel ab extraneo data fuit marito, æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, num. 2.

II. Si dolus interuenerit ex parte dantis, & tradentis dotem, num. 3. *si verò vxor rem alienam dolosè dedisset in dotem, aduersus ipsam non datur actio de dolo,* num. 4.

III. Si mulier donataria sibi specialiter cauit de actione, num. 5.

IV. Quando extraneus, qui dotem donauit, & tradidit, tam soluto matrimonio, sibi reddi stipulatus fuerit, num. 6.

V. Quando pater, & non extraneus dotem donarit, num. 7.

VI. Si is, qui rem alienam in dotem donauit, temerariè asseruit rem ipsam propriam suam esse, num. 8.

VII. Quando mulier dotem marito constituit, & tradidit, num. 9. *Limita si mulier haberet alia bona, ex quibus se dotare posset,* num. 10.

11 *Dotis datio, seu donatio quando dicatur incipere à traditione, seu à promissione, & quæ sit ratio differentiæ, quòd vno modo, aut alio incipiat.*

12 *Verba* Offert, donat, & tradit, *apposita in instrumento donationis, seu venditionis, non inducere traditionem, nisi res fuisset præsens; inducere verò licentiam ingrediendi possessionem authoritate propria.*

13 *Fundus dotalis quando est æstimatus, ad instar emptoris aget maritus de euictione.*

L. Euicta. I.

Impp. Sever. *&* Antonin. AA. *Nicephoro.*

Constitutio dotis si incipit à promissione, re euicta agi potest de euictione: vbi à traditione incipit circa rei æstimationem, cessat de euictione actio. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Bal. Castr. Sichard. Aloys. Leo *super* 5 Sebast. Næui. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 598. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 22. *tit.* 11. *part.* 4. *vbi gloss.* 2. Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *c.* 2. *n.* 37. Caballin. *de euict.* § 4. *n.* . Bernard. *reg.* 227. Bald. Nouell. *de dote p.* 7. *priuil.* 44. Campeg. *in simili tract. par.* 1. *quæst.* 80. *n.* 1. *priuil.* 24. *& p.* 2. *quæst.* 83. Capell. Tholos. *decis.* 171. Boer. *dec.* 67. *n.* 4. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 25. *cap.* 22. *n.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 7. *qu.* 20. *n.* 25. *cum seqq.* Portol. *de consortib. eiusdem rei & fideicom. legali c.* 11. *n.* 18. Monter. à Cueua *Aragon. decis.* 13. *num.* 27. D. Barbos. *in l. æstimatis* 51. *num.* 14. *&* 16. *vers. sed quid, &* *n.* 19. *ff. solut. matrim.* Cald. Pereira *in resp. pro Duce Bragant. vers. nam licet*, Valasc. *de partit. cap.* 37. *n.* 3. Molin. *de Iust. tract.* 2. *disp.* 252. *vers. secundo, in fine,* Fontanel. *de pactis nupt. p.* 2. *clausul.* 5. *gloss.* 8. *par.* 14. *num.* 31. Guzman. *de euictionib. q.* 26. *num.* 2. Rebell. *de obligat. instit. part.* 2. *lib.* 5. *qu.* 11. *num.* 6. *cum seqq.* Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 427. *num.* 2. vbi *n.* 3. reprobat quosdam, quos tacito nomine refert, asseuerantes correctam iam hodie esse hanc l. per *l. vn. § vt plenius, C. de rei vxor. act.*

Amplia primò etsi à traditione donatio inciperet si res à patre, vel ab extraneo data fuit marito, æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, quia tunc dotans de euictione tenetur, vt per Cyn. *n.* 5. & Bald. *num.* 1. *&* 9. *in præsenti*, Caballin. *d. num.* 7. *vers. & dum ita*, Portol. *vbi suprà n.* 21. D. Barbos. *in d. l. æstimatis, n.* 14. vbi de interpretatione *l. Mæuia* 50. *§ fin. ff. hoc tit.* Anton. Gom. *d. cap.* 2. *n.* 37. Fontanel. *d. part.* 14. *num.* 32. *& p.* 13. *gloss.* 8. *num.* 23. Guzman. *d. quæst.* 16. *num.* 9. 2

Amplia secundò si dolus interuenerit ex parte dantis, & tradentis dotem, vt si rem alienam scienter in dotem donauit, & matrimonium contrahere volentes non admonuit, nam tunc etsi hæc rei alienæ in doté datio à traditione inceperit, donator actione de dolo ad æstimationem & interesse rei euictæ, & ad sumptus, & expensas factas tenebitur, ita probat text. 3

text. *in præsenti*, & resoluunt *ibi* Odofred. *num. 2. & 8.* Cyn. *num. 2. & 3.* Bald. *num. 1. versic. sed ponamus,* Salicet. *num. 1. & 4.* Anton. Gom. *d. cap. 2. n. 37.* Portol. *d. cap. 11. num. 20.* Monter à Cueua *d. decis. 13. num. 17.* Fontanel. *d. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 33.* Si verò vxor rem alienam dolosè dedisset in dotem, aduersùs ipsam non datur actio de dolo, quia est infamatoria, *l. 1. ff. rerum amot.* sed actio in factum, vt in hoc text. Paul. de Citanidis *de iure patron. part. 3. quæst. 12. secundæ causæ num. 15.* Guzman *d. quæst. 26. num. 68.*

5 Amplia tertiò si specialiter mulier donatoria sibi specialiter de euictione cauit, quoniam tunc etsi donatio doris à traditione incepetit, donator de euictione tenetur ratione conuentionis, vt per Cou. *lib. 2. var. c. 15. n. 1.* Roland. *cons. 67. vol. 4.* Cæs. Barz. *decis. 64. n. 58.* Cancer. *lib. 3. var. cap. 4. de seruit. n. 20.* Fontan. *vbi suprà n. 6.* Garc. Mastrill. *Sicil. decis. 36.* vbi, promissionem euictionis pro reditibus in dotem datis ad alios reditus in locum primorum subrogatos si fuerint euicti, non extendi, latè Guzman *d. quæst. 26. à n. 77. vsque ad 89.*

6 Amplia quartò quando extraneus, qui dotem donauit, & tradidit eam soluto matrimonio, sibi reddi stipulatus fuerit, quoniam ex eo hoc casu donator non simpliciter donauit, cùm rem ipsam soluto matrimonio sibi reddi stipulatus fuerit, quia de euictione teneri debebit, Neguzant. *de pignorib. par. 2. memb. 4. n. 27. & 28.* Portol. *dict. c. 11. n. 24.* Guzman *d. q. 26. n. 40.*

7 Amplia quintò quando pater, & non extraneus dotem donaret, nam tùnc ex eo quòd officium paternum est filiam cum effectu dotare, si res in dotem data euincatur, pater, etsi à traditione dotis datio incepetit, de euictione tenetur, Riminald. *in §. 1. n. 78. cum duobus seqq. Instit. de donat.* Neguzant. *d. membr. 4. num. 27. & 28.* Campeg. *de dote, part. 2. quæst. 85.* Monter à Cueua *d. decis. 13. num. 21.* vbi pro genero contra socerum donatorem Regiam audientiam iudicasse testatur. Contrariam opinionem scilicet, patrem de euictione non teneri, & ea quæ dicta sunt de docte respectu extranei, etiam in socero dotante procedere, tenent Caballin. *in d. §. 4. n. 7. vers. & in patre, per text. in præsenti*, qui in socero loquitur, Portol. *d. c. 11. n. 25.* D. Barbos. *in d. l. æstimatis 51. n. 17.* vbi iuribus pro contraria opinione adductis satisfacit, Monter à Cueua *d. decis. 13. n. 23.* Fontanel. *d. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 21.* vbi *num. 24.* ait quòd hæc opinio non videtur amittere dubitationem, quia donationes, quæ pro dote à parentibus fiunt, non solent simpliciter fieri ex solo paterno amore, sed semper pro viribus legitimæ, Cancer. *var. lib. 3. c. 4. n. 29.* Guzman *d. q. 26. n. 41.*

8 Amplia sextò si is, qui rem alienam in dotem donauit, temerariè asseruit rem ipsam propriam suam esse, nam propter temerariam hanc assertionem de euictione tenebitur, Ias. *cons. 73. n. 3. vol. 1.* Portol. *d. c. 11. n. 26.* Guzman *d. q. 26. n. 42.*

9 Amplia septimò, quando mulier dotem marito constituit, & tradidit, nam licèt euictis rebus in dotem datis de euictione maritus non possit agere, ipsa tamen propter proprium interesse poterit agere de euictione aduersùs illum, à quo emit fundum dotalem, aduersùs quem habebit actionem de duplo, *l. si pro re 22. §. si euictione, ff. de euict. l. non solum, & l. quamuis, ff. hoc tit.* Caballin. *d. §. 4. n. 8.* D. Barbos. *in d. l. æstimatis, num. 17.* Fontanel. *d. claus. 5. gloss. 8. p. 14. n. 18.* Guzman *d. q. 26. n. 11.*

10 Limita si mulier haberet alia bona ex quibus se dotare posset. Bald. *cons. 468. lib. 4.* Caballin. *d. §. 4.* *num. 8.* Monter à Cueua *dict. decis. 13. num. 17. in fine.*

Datio dotis, seu donatio quando dicatur incipere à traditione, seu à promissione, & quæ sit ratio differentiæ, quòd vno modo, aut alio incipiat? Dic tunc donationem incipere à traditione quando in effectu res traditur, tempore quo fit donatio, Bart. *in l. si prædia, ff. de acquir. possess.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de mat. possess. in præfat. num. 50.* vbi tradit verba, *offert, donat*, & *tradit*, apposita in instrumento donationis, seu venditionis, non inducere traditionem, nisi res fuisset præsens; inducere verò licentiam ingrediendi possessionem propria auctoritate, Cels. Vgo *cons. 53. num. 4.* Monter à Cueua *dict. decis. 13. num. 25.* vbi *num. 26.* subdit per verba, *dedit*, & *tradidit*, etsi res in conspectu esset, verè dominium translatum non fuisse, nisi vt illud transferretur partes conuenirent, & dotem non dici incipere à traditione nisi res præsens fuisset, Cancer. *var. lib. 3. cap. 4. à n. 29.* Fontanel. *d. claus. 5. gloss. 8. p. 14. n. 34. & 39.* vbi quòd dicitur incipere traditionem quando adest clausula *constituti*, Cardin. Tusch. *pract. concl. litt. E. concl. 366. n. 7.* Differentias verò, quæ versantur, si incipiat vno modo, aut alio, tradunt Anton. Gom. *d. cap. 2. n. 35.* Monter à Cueua *d. decis. 13. n. 27.* Matth. Coler. *German. decis. 4.* Fontanel. *vbi suprà n. 36.* 11 12

Si quidem res æstimata fuerit, &c.] Notatur ad hoc quòd quando fundus dotalis est æstimatus ad instar emptoris, aget maritus de euictione, vt per D. Barb. *in l. si æstimatis 51. n. 20. ff. solut. matrim.* vbi declarat. 13

SVMMARIVM.

1 *Filia, quæ sibi fuit stipulata partem dotis maternæ de matris voluntate, non prohibetur illam petere, etiamsi à matre fuerit instituta in minori parte, nisi probetur quòd mater clam instituit ne à viro eius peteret.*

2 *Filia agens ex proprio contractu, non agit pro hæreditaria portione, sed secundum formam contractus: potest tamen exceptione repelli si instituta sit animo compensandi, seu iussa est esse contenta portione institutionis, & prælegatis, iussaque non petere à marito.*

3 *Donatio causa mortis fieri potest pacto nudo.*

L. Si stipulatio. II.

Imp. ANTONIN. A. *Alluuiadi.*

Filia, quæ sibi fuit stipulata partem dotis maternæ de matris voluntate, non prohibetur illam petere, etiamsi à matre fuerit instituta in minore parte, nisi probetur quòd mater eam instituit ne à viro eius peteret. Item filia agens ex proprio contractu, non agit pro hæreditaria portione, sed secundùm formam contractus: potest tamen exceptione repelli si instituta sit animo compensandi, seu iussa est esse contenta portione institutionis, & prælegatis, iussaque non petere à marito. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1 2

De materia & intellectu huius text. agit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 10. num. 11. vers. secundo, cum seqq.* vbi refert quòd in hac l. mater habebat Seiam, & Pollam filias, & nuptui collocauit Pollam, quam passa est stipulari sibi reddi partē dotis proprio marito nūmeratam, quæ alioquin erat restituenda matri dotanti: decessit mater, hærede instituta Polla, pro tertia suorum bonorū parte; dubitatum fuit an Pol-

Is petere possit portionem illam dotis;& respondendū videbatur petere non posse,quia mater instituendo Pollam ipsam in tertia parte suæ hæreditatis, videtur voluisse compēsare cum ea portione dotis stipulata à Polla sibi reddi,iuxt. text.*in l.huiusmodi, §. cùm pater,ff.de leg.1.& in l.si cùm dotē §.si pater,ff.soluto matr.*Contrarium tamen fuit diffinitum ab Antonino Imp.*in præsenti*,quòd imino Polla consequi posset partem dotis sibi reddi stipulatæ,atque ita locum non esse compensationi.Ratio est,quia quando testator relinquit aliquid creditori voluntario,præsumitur reliquisse non animo compensandi , sed vt vtrumque habeat, *l.creditorem,ff.de legat.2.l.vnic.§. sciendum, C.de rei vxor.act.* Et rursus præsumitur à testatore relictum animo compensandi quando ipsemet testator non erat debitor:in caso itaque huius l.quòd Pollæ debebatur debitum , erat voluntarium mariti Pollæ,non autem necessarium matris,& ideo locus esse potuit compensationi : qoòd autem esset ibi debitum voluntarium mariti Seiæ, apparet, quia & voluntate matris,dotantis,& consensu ipsius mariti adhibita fuit Polla ad stipulandum,atque ita debitum habuit initium voluntarium,&c.

D.Barbos.*in l.qua dotis 34.n.10.ff.soluto matr.* vbi *num.*13.ex hac l.colligit quòd si mulier adhibet aliquem ad stipulandum dotis restitutionem, in dubio non censetur adhibitus donandi animo,nisi id clarè sit expressum & respondet ad text.*in l.cùm maritus 29.§.fin.ff.de pactis dotal.*et reiectis nonnullis interpretationibus, tandem, *n.*14. concludit sibi placere intellectum quod in specie *d. l. cùm maritus, §.fin.* primò mulier pacta est dotem restitui fratri in casum soluti matrimonij per mortem, & deinde frater fuit stipulatus in eundem casum sibi dotem restitui : primum igitur pactum videtur interpositum ex causa donationis,quia fuerat interpositum à sorore in fauorem fratris,& sic coniunctæ personæ,& sic præsumitur interpositum donandi animo,iuxta reg. *l.vlt. § fin.ff.de donat.* Vnde quamuis postea frater fuerit adhibitus ad stipulandum, non debet præsumi mutatio prioris voluntatis,*l.cum qui , ff. de probat.* sed potiùs fuisse stipulatum ad acquirendam actionem ex propria stipulatione,quæ ex pacto sororis ei quæri non poterat,iuxta reg.*l.1.C.per quas personas nobis acq.*deinde *n.*15.ait quòd aduersùs istam responsionem nimis vrgere videtur textus *in præsenti*,ibi mater,quæ dedit dotem, pacta est certam illius partem reddi filię si morte matris solueretur matrimonium, & filia postea fuit adhibita ad stipulandū, & tamen textus sentit non præsumi fuisse adhibitam donandi animo,nisi de eo constet.ergo textus iste apertè impugnat responsionem, quam tamen defendens respondet quòd hic text.*in princ.*proponit regulam generalem,quòd si pacto subiecta est stipulatio in certum casum,& euenit cōditio,stipulans habet actionem ad petendam dotis restitutionem : quæ regula cùm etiam extraneos contineat , necessariò intelligenda est quando constat de donandi animo , nam aliàs quoad extraneos etiam in prædicto casu non præsumitur donandi animus , quod volens significare Imp.in hoc text.inferens ex illa reg.generali ad casum specialem sibi propositum,subdit quòd mater pacta est in fauorem filiæ , & donandi animo passa est eam stipulari dotis restitutionem,quod ius ex stipulatione quæsitum regulariter ei tolli non potest,requisiuit igitur donandi animum tam ad declarationem regulæ generalis positæ *in princ.*quàm vt ex prædicta regula bene sequeretur illatio,quam fecit ad casum specialem.

Voluisse filiam suam, &c.] Quamuis Bologoet.*in d.l. qua dotis num.38.& 44.* contenderit in specie huius l.agi de donatione causa mortis,nihilominus tamen D.Barbos. *ibi.num.17.in princ.*tenet imò agi de donatione inter viuos , cùm Imper. exigat quod vt filia non possit agere efficaciter ex stipulatione, oporteat eam esse Institutam , & ei prælegata fuisse relicta ea mente vt ipsa prælegatis contenta à dotis petitione desisteret,ex quo innui ait agi hîc de donatione irreuocabili,neque ab eius petitione esse desistendum nisi expressè constet fuisse prælegatum compensandi animo iuxta *l. compensandi, C. de hered.instit.*& iterum *n.84.vers.ex qua collig.*

In gloss. *Contentámque.* ibi, *idem si esset mera donatio*, &c.Notatur ad hoc quòd donatio causa mor- 3
tis pacto nudo fieri potest,vt per Roman. *sing.523.* Ias.*in §.in personam num.61.* vbi Ludou.Gom.*n.41. vers.item circa, Instit.de actionib.* Anton. Gom. *var. tom. 2.cap.4.n.16.col.3.* Tiraq. *in l.si vnquam, verbo donatione largitus, n.348. C. de reuocan.donat.* Cou. *in rub.de testam.p.3.num.14.* Ceuall. *commun.contra commun.q.208.à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus dotalis potest manumitti per virum in testamento,& inter viuos.*

2 *Seruus dotalis subiectus restitutioni ratione contractus dotalis,interim manumitti potest per dominum,& valet manumissio.*

L. Etsi dotis. III.

Imp. ALEXAND. A. *Euphemio.*

SErnus dotalis potest per virum in testamento, & 1
inter viuos manumitti.Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.*

Ex hac l.colligit Nicol. Garc. *de benefic.p.5.c.9. n.168.* quòd maritus rectè potest manumittere seruos dotales absque donatione vxoris,subditque donationem,seu licentiam vxoris ad hoc requiri,vt id quod vir ex liberto assecutus fuerit eam quam patronus , non teneatur restituere vxori , nisi negotium vxoris gerens manumiserit.

Notat D.Barbos. *in l.1.part.5.num.82.in princ.ff. soluto matrim.*ex hoc text.quòd subiecta restitutioni per contractum si alienentur,non retractatur alienatio, etiamsi postea euenerit conditio restitutionis,& *in l. dotalem 62.n.16.cum seqq.* per hunc text. tenet 2
quòd seruus dotalis subiectus restitutioni ratione contractus dotalis , interim manumitti potest per dominum, & valet manumissio,& *n.17.in princ.*respondet ad text.*in l.ea quæ,C.si mācip.ita fuerit alien.* vt procedat in seruo,qui specialiter prohibetur manumitti , nam etiamsi hæc prohibitio facta sit per contractum, tamen manumissio aduersùs eam facta non valebit,*d.l.ea quæ*,& deinde idem D.Barbos.disputat si maritus ante solutum matrimonium seruum non manumisit , sed ei reliquit libertatem directam, vel fideicommissariam iuxta terminos huius l.an valeat ea datio libertatis ? Idem quoque D.Barbos. *in d.l.1.part.5.n.77.in medio* , post Nouell.*de dote p.8. priuil.6. à n.1.* aduertit per hunc text. iure Digestorum soluto matrimonio non transferri ipso iure dominium rerum dotalium in vxorem , sed remanere dominium penes maritum , vel eius hæredes, & tantùm sequuta traditione per restitutionem dotis dominium vxori quærebatur, quod tamen per nouam dispositionem *l.in rebus 30.inf. hoc eod. tit.* immutatum est, vt ibi dicemus.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Mulier potest marito suo in dotem dare omnia bona sua, & num.* 2.

3 *in Dote arbitranda dignitas, vel indignitas mariti consideranda est.*

4 *Dos non potest constitui in bonis, quæ in contractu alienari fuisset prohibita.*

L. Nulla. IV.

Idem A. Valenti.

1 MVlier marito suo potest dare in dotem omnia bona sua. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 65. *verso*, Giphan. *tom.* 2. *pag.* 401.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 14. *tit.* 11. *part.* 4. Boër. *decis.* 301. *in princ.* Conan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 5. Forcatul. *dialog.* 39. Duen. *regul.* 319. *n.* 1. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 16. vbi respondet *ad l. vnic.* 3. *de inoff. dotib.* vt scilicet ibi reuocatio minimè fiat ex eo quòd omnia bona dentur in dotem, sed quia redit dos in præiudicium legitimæ filiorum, & pariter respondet *ad l.* 1. *C. si aduersus dotem*, quia ibi minor restituitur non ex eo quòd omnia bona dedit in dotem, sed quia maritus non fuit dignus tanta dote secundùm qualitatem suæ personæ, loci, & patrimonij, & *n.* 17. quærit quid in dubio quando mulier simpliciter contrahit matrimonium, an videatur omnia bona sua in dotem dare?

3 In gloss. *Nulla lege, vnic.* ibi *sed quia non erat vir dignus tam magnam dotem habere*, &c. Per hanc glos. tenet Palat. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab.* 3. §. 23. *n.* 3. *versic. considerabis*, quòd iudex in arbitranda dote considerare debet dignitatem, vel indignitatem mariti, quia ratione suę indignitatis, vel ignobilitatis minuetur dos, Tiraquel. *de nobilit. c.* 20. *n.* 63. vbi quòd in constituenda dote nobilitas viri consideranda est, vt scilicet maior dos constituatur propter ipsius nobilitatem.

4 In eadem gloss. ibi, *ea lege vt non alienes*, &c. Notatur ad hoc quòd si in contractu bona fuissent prohibita alienari, non posset in eis dos constitui, & sic bona restitutioni subiecta non possunt alienari pro dote, quando specialis & indiuidua extat testatoria prohibitio alienandi casum dotis specificè comprehendens, vt per Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum & vxorem*, §. 16. *n.* 8. Roder. Xuar. *in l. quoniam, super l. Regni, limit.* 2. *num.* 11. Boër. *decis.* 120. *num.* 5. & 6. Petr. de Rauenna *singul.* 134. Fabian. de Monte *in tractat. de empt. & vendit. part.* 4. *quæst.* 21. *num.* 30. Rimin. iun. *cons.* 514. *num.* 31. Tiraquell. *de iure primogen. quæst.* 61. *num.* 9. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 11. Bursat. *cons.* 17. *num.* 22. *versic. tertia sit conclusio*, Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri num.* 87. *versic.* 9. *col.* 2. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis maternis, p.* 3. *num.* 65. Burg. de Paz *cons.* 9. *num.* 18. Rimin. iun. *cons.* 514. *num.* 31. *cum seqq. lib.* 5. Cephal. *consil.* 574. *num.* 19. *cum seqq.* Viui. *concl.* 663. & *decis.* 18. *num.* 9. Menoch. *cons.* 923. *num.* 2. & *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *num.* 186. Peria *de fideicommiss. quæst.* 8. *num.* 419. & *seq.* Peregr. *in simili tract. art.* 42. *num.* 58. Seraph. *decis.* 447. *n.* 4. Surd. *decis.* 62. *num.* 10. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num.* 14. *C. de in integrum restit. minor.* Fusar. *in tract. de substitution. quæst.* 531. *num.* 80.

SVMMARIVM.

1 *Si res æstimata est in dotem data, soluto matrimonio retinetur per virum, si offeratur æstimatio, & num.* 2.

3 *Bona immobilia æstimata in dotem data obligant maritum ad pretij, non autem ad corporum restitutionem, dominium ex tali æstimatione, quæ faciat emptionem, transfertur in virum, num.* 4.

5 *Bona dotata si sunt æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, præsumitur, vera conditio.*

6 *Rerum dotalium æstimatio constituit in dubio emptionem & venditionem.*

7 *Rerum dotalium dominium an & quando transeat ad maritum, remissiuè.*

8 *Æstimatio iure facta in dubio emptionem facit.*

9 *Permutatio rei æstimata facit emptionem.*

10 *Rerum dotalium æstimatio, vel aliàs, tunc emptionem efficit, cùm æstimata sit ad quantitatem dignam pro ipsarum rerum iusto pretio, aliàs secus. limita vt num.* 11. 12.

13 *Res data in dotem, æstimata ea æstimatione, quæ facit venditionem, desinit esse dotalis, & efficitur mariti, ideóque eam alienare potest.*

14 *in Restitutione pretium tantum & non bona restituenda sunt.*

L. Quoties. V.

Idem A. Statiæ.

SI res æstimata est in dotem data, soluto matrimonio res retinetur per virum, si æstimatio offeratur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 56. *verso.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 18. *tit.* 11. *part.* 4. *vbi gloss.* 2. Roland. à 2
Valle *cons.* 92. *n.* 9. & *seq. lib.* 2. Cephal. *cons.* 351. *num.* 13. & *seq.* Conarr. *pract. cap.* 28. *num.* 1. Pelaez *de maior. part.* 4. *quæst.* 19. *num.* 15. latè Suar. & Mich. Grass. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 5. *tit.* 7. *ex n.* 84. *pag.* 726. & *seq.* Alex. Raudens. *variarum resolut. cap.* 32. *n.* 10. Camil. Borrel. *in summ. decis. part.* 3. *tit.* 5. *n.* 236. latè Cancer. *variarum resolut. part.* 1. *cap.* 9. *ex num.* 122. vbi limitat regulam quòd æstimatio rei dotalis in dubio facit emptionē, quando pretium, seu quantitas qua res dotalis est æstimata, non dicitur consona, nec congrua ipsi rei. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 89. *num.* 8. *cum seq.* & *tom.* 3. *commun. opin. sub hoc tit. conclus.* 1. *col.* 2. *versic. ampliatur modò, pag.* 461. vbi reddit rationem, quia cùm ob æstimationem fuerit contracta emptio, & venditio, cuius natura est vt dominiū transeat in emptorem cum omnibus periculis, quæ inde exoriri possint, ideo maritus, vel eius hæredes tenentur restituere non rem æstimatam datam in dotem, sed pretium ipsius rei, & deinde diuersimodè ampliat, & limitat Brunor. à Sole *in locis commun. verbo bona immobilia* 9. vbi quòd bona immobilia 3
æstimata in dotem data obligant maritum ad pretij, non autem ad corporum restitutionē, latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 74. *num.* 3. *cum seqq.* vbi *num.* 5. subdit quòd æstimatio rei in dotem datæ in arbitrio collata si ipsi non æstiment, ea censetur facta quæ emptionem faceret ad pretium quod tēpore traditionis res illa iustè valebat, & *à n.* 15. multis modis restringit huius text. conclusionem, veluti quando æstimatio facta fuit ad alium finem, quàm vt faceret emptionem, vt si æstimatur res ad cognoscendum valorem rei vt probari possit si fortè mari-

tus postea fundum damnificaret, hoc sanè casu æstimatio non facit emptionem, & venditionem, sed fundus ipse dotalis manet: vel quando conuentum fuit quòd soluto matrimonio res datæ in dotem restituantur pro eodem pretio, quæ æstimatæ fuerunt; nam hoc etiam casu res has dotales manere, non autem deberi æstimationem concludit, & *num.* 23. restringit etiam quando æstimatio non æquiualet ipsi rei, sed est longè minor, nam & tunc non præsumitur facta venditio, sed res manent dotales, D. Barbos. *in l. si æstimatis* 51. *num.* 4. *ff. solut. matrim.* vbi dicit quòd text. *in præsenti.* in sensu directo probat quòd vbi res sunt æstimatæ, & illarum pretium offert maritus, poterit illas retinere inuita vxore; subditque argumentum à contrario sensu ita accipiendum, vt si maritus non offerat rerum æstimationem, quia scilicet non potest propter inopiam, tunc res dotales vxori restituendæ sunt, quia vbi maritus non est soluendo, resoluitur æstimatio ac si nunquam fuisset facta: *l. in rebus* 30. *iunct. gloss. verbo æstimata*, *C. hoc tit.* idem ferè sustinet *ibidem num.* 25. *vers. tertio*, dum ait quòd si tempore soluti matrimonij maritus non sit soluendo, quia tunc venditio quæ propter æstimationem videtur facta, irritabitur ac si nunquam facta fuisset, ita vt licèt maritus res æstimatas tanquam suas liberè alienare possit, iuxta hunc text. tamen si tempore soluti matrimonij maritus non sit soluendo, vxor res illas alienatas per rei vendicationem repetit, ac si semper remansissent dotales, & nunquam fuissent æstimatæ, ex *d. l. in rebus*, Surd. *cons.* 225. *n.* 2. Honded. *cons.* 14. *num.* 43. *& seq. lib.* 1. Beltramin. *in addit. ad Greg. XV. decis.* 573. *num.* 16. vbi ait quòd regulariter quando dos est data æstimata, talis æstimatio facit venditionem, & transfert dominium bonorum dotalium in maritum, idem Surd. *decis.* 257. *num.* 1. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 78. *num.* 1. vbi quòd æstimatio in dubio facit emptionem, idem Gutier. *de gabell. quæst.* 25. *num.* 21. vbi *num.* 22. post Gregor. Lopez *l.* 18. *in gloss. el pro, o el daño, tit.* 11. *part.* 4. resoluit æquitatem huius l. solùm locum habere quando res dotalis, quæ fuit euicta, est data æstimata ab ipsa muliere, secus si ab extraneo, vel patre mulieris, Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 426. *num.* 10. latè Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 38. *ex num.* 27. vbi per hunc text. tenet quòd prædium in solutum marito præuia æstimatione datum censetur ipsi venditum, etiamsi in instrumento dicatur vt dos debeat restitui sicut fuit habita, & recepta, & *num.* 29. tradit censeri factam emptionem quando præcessit promissio dotalis in quãtitate, secus quando datur fundus in dotem, nulla præcedente promissione dotis in quantitate, quia tunc fundus habendus est pro dotali, licèt enim fiat æstimatio, censetur potiùs facta vt probetur valor rei, vel sciatur quantitas bonorum, quæ consignatur, & *n.* 31. requirit ad hoc vt dicatur facta emptio, quòd æstimatio huiusmodi sit facta in eodem instrumento & *à num.* 32. tenet si probaretur quòd maritus tunc temporis non esset soluendo, æstimationem non facere emptionem, neque transire dominium in maritum, neque in emptores bonorum dotalium, itavt mulieri competeret rei vendicatio, quamuis dominium non sit ciuile, sed tantùm naturale, quasi lex fingat nunquam præcessisse in damnum vxoris, & *num.* 38. resoluit quòd quando res æstimata datur in dotem, si nuptiæ non sequantur, debet restitui res data, non pretium. Magon. *Lucen. decis.* 76. Garc. Mastrill. *decis.* 194. Peregr. *consil.* 86. *vol.* 5. Rot Rom. *dec.* 257. *p.* 4. *diuers.* aliàs in nouissimis apud Farin. vbi fuit decisum rem in dotem æstimatam datam in dominium mariti transire, & maritum non ad restitutionem rei in dotem æstimatæ, & in solutum datæ, sed tantùm ad pretium teneri, & *decis.* 258. fuit resolutum quòd vxori marito decocto vtilis rei vendicatio competit contra bona data in dotem, etsi æstimata, contra tertios possessores, pro dotis suæ recuperatione, & *decis.* 259. quòd vxori fructus dotis, & donationis propter nuptias ex bonis mariti à die petitionis ab hæredibus debentur; latè Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *sub hoc tit. resolut.* 1. *per tot.* vbi variis modis ampliat, & limitat, Rebell. *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 5. *q.* 2. *n.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 162. *& seq.*

In summar. text. ibi, *sed maritus habet electionem*, &c. Hinc fortè Carol. Molin. impius auctor *in consuet. Paris. tit.* 2. §. 56. *n.* 40. *cum seqq.* existimauit tunc demum æstimationem in dotibus facere venditionem, si contingat maritum, vel eius hæredem soluto matrimonio malle dictam æstimationem, & non fundum restituere, secus ait si malit potiùs ipsum fundum restituere prout potest, & electionem habet, per *l. plerumque, in fine. ff. hoc tit.* Sed illum meritò reprobat Gutier. *d. tract. de gabell. q.* 25. *n.* 23. ex eo, quia omnia iura probantia æstimationem in dotibus facere emptionem, indistinctè loquuntur, & procedunt statim re in dotem data æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, non expectato, an maritus eligat æstimationem, vel rem ipsam restituere, soluto matrimonio, & *n.* 24. etiam refutat aliud assumptum quod affirmat idem impius auctor, nempe stante prædicta æstimatione posse maritum, si velit, prout electionem habet, restituere fundum æstimatum in dotem datum, non verò teneri eius æstimationem præstare, &c.

Maritus dominium consequutus, &c.] Notatur ad 4
hoc quòd dominum ex tali æstimatione, quæ faciat emptionem, in virum transfertur, vt per Fontanel. *de pact. nupt. p.* 2. *clauf.* 5. *gloss.* 8. *p.* 13. *num.* 19. Castill. *controu. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. Et notatur etiam ad hoc 5
quòd præsumitur vera venditio si bona dotata sunt æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, vt Hippol. Riminald. *in princ. Instit. quibus alienare licet, ex n.* 3. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 44. Aluar. Valasc. *de partit. cap.* 10. *num.* 11. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 16. *n.* 23. Suar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 82. *pag.* 726. vbi tenet quòd æstima- 6
tio rerum dotalium constituit in dubio emptionem, & venditionem.

An & quando dominium rerum dotalium ad ma- 7
ritum transeat; latè & eleganter resoluit Molin. *dict. tract.* 2. *disp.* 426. *à princ.* vbi *num.* 1. & 2. agit quando res dotales traduntur inæstimatæ, & neque in pondere, neque in numero, neque in mensura consistũt, & *num.* 3. quando marito in dotem dantur inæstimatæ res, quæ in pondere, numero, aut mensura consistunt, & *à num.* 4. ostendit ad quem pertineat periculum, damnum, aut commodum rerum æstimatarum marito in dotem traditarum.

Allegari vulgò solet hic text. ad hoc quòd æsti- 8
matio iure facta in dubio facit emptionem, vt per Tiraquell. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 10. *cum seq.* Lassarte *de decima vendit. cap.* 11. *num.* 1. Couarr. *pract. cap.* 28. *num.* 1. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 26. *de contrah. empt. num.* 36. *pag.* 619. vbi ait æstimationem posse emptionem præsumptam facere in dubio quando pretium correspondeat ei, aliàs secus, D. Barbos. *in d. l. si æstimatis, num.* 20. *ff. soluto matrim.* Gutier. *cons.* 17. *n.* 19. *cum seqq. & d. tract. de gabell. quæst.* 25. *à num.* 1. vbi *num.* 4. subdit etiam per- 9
mutationem rei æstimatæ facere emptionem, & *n.* 10. obstet

10 obseruat æstimationem rerum dotalium, vel aliàs
tunc efficere emptionem, cùm æstimatio fit ad quantitatem dignam pro ipsarum rerum iusto pretio, aliàs
11 secus, & *n.* 14. limitat quando res æstimata sic datur, vt non æstimatio, sed res ipsa reddi debeat, velu-
12 ti si eam dedero ad ostentationem, & pompam, & *n.* 15. etiam limitat, quando res simpliciter æstimata traditur super negotio quod venditioni repugnat, latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 74. *à n.* 3.

13 Argum. huius text. resoluit Valasc. *consult.* 113. *num.* 3. quòd licèt mulier dans pro se in dotem prædium emphyteuticum, non teneatur requirere domini consensum, nec soluere laudemium, tamen secus erit si sit dos æstimata tali æstimatione, quæ faciat emptionem, & *n.* 6. tenet quòd res data in dotem, æstimata ea æstimatione, quæ facit venditionem, desinit esse dotalis, & efficitur mariti, & ideo eam potest alienare, & *num.* 22. tradit quòd dominus directus in re emphyteutica, dotata, & æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem, non habet electionem, nec potest dicere quòd vult eam pro eodem pretio, quæ æstimata est.

14 *Retinebit eas*, &c.] Ergo in restitutione pretium tantùm, & non bona restituenda sunt, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 74. *num.* 3. & 4. Gutier. *cons.* 17. *num.* 20. *cum seqq.* Castill. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 10. Honded. *cons.* 14. *à num.* 44. *vol.* 1. Surd. *decis.* 99. *num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Pater dotans filiam non potest sibi quærere actionem nisi per stipulationem, cæteri etiam possunt ex nudo pacto.*
2 *Pater, vel extraneus dotem dantes possunt pacisci vt soluto matrimonio per mortem eis dos restituatur in solidum.*
3 *Pater relinquit filiæ dotem in testamento, masculo herede instituto, frater non potest apponere pactum dotis restituendæ ipsi fratri, & minuere ius testamenti, & debiti naturalis.*

L. Auia tua. VI.

Imp. MAXIMIN. A. *Sulpitio.*

1 PAter dotans filiam non potest sibi qoærere actionem nisi per stipulationem. cæteri etiam possunt ex nudo pacto. Colliguot ex Ordio. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 56. *verso.*

2 De materia latè agit D. Barbos. *in l. si cùm dotem* 23. *in princip. à num.* 1. *ff. soluto matrim.* vbi ait ex ea l. *in princ.* colligi conclusionem quòd pater, vel extraneus dotem dantes possunt pacisci vt soluto matrimonio per mortem eis dos restituatur in solidum, cùm ille text. videatur malè coniongere extraneum & patrem paciscentes; ex eo, quia respectu patris dotem daotis non sufficere prædictum pactum, sed requiri stipulationem vt pater dotis restitutionem in se transferat, expresse probat text. *in præsenti;* & reiecta responsiooe, quam tradit glos. *verbo mulieri, in d. l. si cùm dotem,* quam communiter approbari asserit Campeg. *de dote part.* 3. *q.* 224. *n.* 1. pro vera explicatione huius difficultatis videndum proponit idem D. Barbos. quánam ratione in hoc nostro text. fuerit constitutum quòd pater dotem dans pro filia non possit in se transferre dotis restitutionem per pactum, sed ad hoc necessariam esse stipulationem, & *num.* 2. 3. & 4. refert & reprobat quatuor rationes, quas assignat gl. *verbo simplici, in hoc text.* Sed postquam aduersùs quartam tribus mediis insurgit, tandem illis non obstantibus ab ea se non recedere profitetur; & *à n.* 7. disputat, textum nostrum allegans, vtrùm stipulatio sit necessaria ad inducendam nouationem, an verò illa induci possit per alium quemcunque contractum?

Bald. *hic col.* 2. *vers.* & *ex hoc dicto*, tenet quòd si 3
pater reliquit dotem filiæ in testamento, masculo hærede instituto, frater non potest apponere pactum dotis restituendæ ipsi fratri, & minuere ius testamenti, & debiti naturalis, sequuntur Anna *antiq. alleg.* 129. *n.* 2. & 3. & *sing.* 601. *part.* 2. Vincent. de Franchis *p.* 1. *decis.* 196. *n.* 3.

L. Cùm à socero. VII.

Imp. GORDIANVS A. *Marco.*

PAter stipulando dotem sibi restitui ex interuallo non præiudicat filiæ non consentienti. Colligũt ex Ordio. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Pacta inita in aliquo subiecto intelliguntur repetita in eius augmento,* & num. 2.
3 *De dote quod dicitur, intelligitur etiam de eius augmento.*
4 *Additamentum eiusdem est naturæ, cuius & principale.*
5 *Augmenti idem iuris est, ac rei aucta, vbi non vrget diuersa ratio.*
6 *Augmentum dotis quod ius attinet, formaliter consideratur vt dos.*
7 Pertinere, *verbum quid importet, remissiuè.*

L. Etiamsi non dotem. VIII.

Idem A. Agrippinæ.

PActa inita io aliqoo subiecto intelliguntur repe- 1
tita in eius augmeoto. Colligunt ex Ordio. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, 2
multisque exornant Salzed. *ad Bernard. reg.* 58. Albert. Bruo. *de augmento, & diminut. fol.* 8. & 9. *col.* 3. & 4. Neguzaot. *de pignorib. p.* 2. *memb.* 4. *n.* 46. Boër. *decis.* 50. *n.* 17. Bursat. *cons.* 179. *num.* 4. *vol.* 2. Paris. *cons.* 126. *vol.* 1. Campeg. *de dote p.* 3. *q.* 9. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus num.* 181. Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri n.* 12. *ad fin.* vbi extendit etiam ad dotem, hypothecam, & venditionem, Ioan. Garcian. *reg.* 331. *per tot.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.*
conuent. lib. 11. *tit.* 19. *n.* 13. vbi per hunc text. tenet 3
quòd illud quod dicitur de dote, intelligitur etiam de eius augmento. Camill. Borrel. *in sum. decis. p.* 3. *tit.* 5. *n.* 497. *cum seq.*

Vnde additamentum esse eiusdem naturæ cuius 4
& principale, per hunc text. tenent Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 51. *cum seqq.* & *gloss.* 10. *num.* 28. & *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.* 226. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 117. *pag.* 729. Menoch. *de arbitr. casu* 159. & *cons.* 93. *num.* 13. & *cons.* 194. *num.* 5. *cum seqq* Surd. *decis.* 88. *num.* 10. & *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 42. *num.* 76. *cum seqq.* D. Barbos. *in l.* 1. §. *quod si in patris num.* 10. *ff. soluto matrim.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 124. *n.* 28. Card. Tusch.

practic.concl. tom.1. lit.A, concl.555. à num.1. Fusar. *de substitut.quæst.652.num.6.* Rota *decis.94. num.3.* apud Farin.*part.2.recent.* vbi dicitur quòd augmenti idem iuris est ac rei auctæ,& *dec.72.num.4.* id intelligitur vbi non vrget diuersa ratio. Hinc argumento huius text.tenet Bald. quòd si communitas conduxit Doctorem ad legendum vno anno cum salario centum florenorum, si eligitur alio anno sine repetitione salarij, intelligitur pro eodem, cuius dictum sequuntur. Palat. *in repet.rub.de donat.inter virum & vxor.§.62.n.29.* Corset. *in sing.verb.salarium* 4. Ias. *in l.diem n.14.ff.de offic.assess.*

6 Notatur hic text. ad hoc quòd augmentum dotis quoad ius attinet, formaliter consideratur tanquam dos, vt per Alphan.*collect.*498. D. Barbos. *in rub.ff.soluto matrim.p.3.num.65.prope fin.*

7 *Vel ad se pertinerent*, &c.] *Pertinere* verbum quid importet, vide metipsum *in tract.de dictionib.vsufrequent.dict.*257.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in dote præfertur fisco posteriùs contrahenti, & num.2.*

3 *Maritus si antequam contraheret cum vxore, contraxit cum fisco, hypotheca tacita fisci præfertur hypothecæ vxoris; si verò priùs contraxit cum vxore, hypotheca vxoris præfertur hypothecæ fisci: si fuerit dubium, quæ harum hypothecarum fuerit prior, hypotheca dotis præfertur hypothecæ fisci.*

4 *Fiscus & dos pari priuilegio censentur quoad ius hypothecæ.*

L. Dotis. IX.

Imp. DECIVS A. & C. *Vrbicanæ.*

1 MVlier in dote præfertur fisco posteriùs contrahenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.supra hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Greg. *l.33.gloss.2.tit.13.p.5.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.*

3 438.*num.5.* vbi per hunc text. tenet quòd si antequam maritus contraheret cum vxore, contraxit cum fisco, hypotheca tacita fisci præfertur hypothecæ vxoris; si verò priùs contraxit cum vxore, hypotheca vxoris præfertur fisci hypothecæ, & post Anton. Gom. *l.50.Tauri num.40.* resoluit quòd si fuerit dubium, quæ harum hypothecarum fuerit prior, hypotheca dotis præfertur hypothecæ fisci.

Pulchrè Cou. *practic.cap.29.à princip.* adducens Cæsarum constitutionem *in l.pecunia, C.de priuileg. fisci*, qua cauetur expressè fiscum priorem creditorem agere posse ad pecuniam posteriori creditori à debitore solutam, etiamsi ea iam consumpta sit bona fide, si debitor sit inops, nec habeat bona vnde possit fisco satisfacere; disputat sitne idem in quocumque priore creditore, qui priuilegium habeat, & præsertim in vxore ratione dotis habente? Peregr. *de iure fisci lib.6.tit.6.n.8.vers.at in creditoribus.*

4 In gloss. *Magis esse* 1. ibi, *fiscus & fœmina paribus passibus ambulant*, &c. Ita Conar. *lib.1.var.cap.16. num.5.* vbi quòd fiscus & dos pari priuilegio censentur quoad hypothecæ ius, Neguzant. *de pignorib. p.2.memb.4.n.108.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.lib.11.tit.15.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio quando facit emptionem, mulier tenetur ex empto ad rem, & maritus soluto matrimonio tenetur ad æstimationem, & interim periculum, & augmentum spectant ad maritum, &* num.2.

3 *Matrimonio soluto dos debet solui mulieri, vel eius æstimatio, si sit æstimata.*

4 *Mulier debet compellere maritum ad æstimationem soluendam per actionem ex empto.*

5 *per Æstimationem periculum & deterioratio rerum dotalium pertinet ad maritum.*

6 *Pretij vbi facta mentio, ibi dicitur fieri emptio, & venditio.*

L. Cum dotem. X.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Ingenuo.*

QVando æstimatio facit emptionem, mulier tenetur ex empto ad rem, & maritus soluto matrimonio tenetur ad æstimationem, & interim periculum, & augmentum spectant ad maritum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num.1.supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem concl. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt *l.Hisp.26.tit.11.part.4.* quæ decidit quòd soluto matrimonio dos debet solui mulieri, vel eius æstimatio si sit æstimata. D. Barbos. *in l.si æstimatis 51. n.4. in fine.ff.soluto matrim.* vbi per hunc text. tenet quòd mulier debet compellere maritum ad æstimationem soluendam per actionem ex empto. 1 3 4

Quis enim dubitet, &c.] Notatur ad hoc quòd post æstimationem periculum & deterioratio rerum dotalium pertinet ad maritum, vt per *l.Hisp.18.tit. 11.part.4.vbi gloss.3.* Afflict. *decis.270. n.4.* Ioseph. Ludou. *Perus.decis.10.num.2.& 8.* Anton. Gom. *l.50. Tauri num.44.* Quesaq. *quæst.iuris quæst.114.in fine.* Azor. *de partit.part.1.cap.7.num.6.* Castill. *controuers. lib.1. de Vsufructu cap.4.num.9.* Fontanel. *de pactis nupt.part.2.claus.5.gloss.8.part.13. num.13.* D. Barbos. *in d.l.si æstimatis num.5.in princip.* vbi aduertit vtilitatem videri mulieris quòd res æstimentur, ne aliàs periculum ad eam pertineat, hinc inferens per *l.mortis sua causa 45.§.1.ff.de donat.inter virũ*, quòd si vestes dentur æstimatæ marito, & mulier consentiente marito illis vtatur, periculum deteriorationis ad maritum pertinet; at si inuito, vel ignorante marito, mulier illis vestibus vtatur, damnum deteriorationis tenebitur marito soluere, latè Molin. *de Iustit.tract.2.disp.426.n.4.cum seqq.* vbi agens quando res omnes, aut aliquæ datæ sunt marito in dotem æstimatæ, distinguit inter eam æstimationem, quæ fit vt sciatur ipsarum valor, idque ad effectum vt maritus intelligat, an competens dos quoad valorem ipsi cum vxore tradatur, aut constitutum maneat quantum pro eis redditurus sit maritus si tempore dissoluti matrimonij cõperiatur culpa ipsius perijsse, aut deteriores esse factas: & inter æstimationem quæ fit vt ex tunc res dotales marito tradãtur quasi venditæ eo pretio, ita quòd in illis tanta, vel tantæ valoris quãtitas tradatur ei in dotem. In priori huius distinctionis euentu periculum, damnum, ac commodum rerum ita in dotem traditarum pertinet ad vxorem, in posteriori vero (vt regulariter in his 5

Castellæ,

Castellæ, & Lusitaniæ regnis dos tradi consueuit æstimata) dominium rerum ita in dotem traditarum omnino transit in maritum, ad eúmque spectat periculum totum, commodúmque, aut incommodum earum, &c. & *num.* 14. subdit quæ de dominio, commodo ac periculo rerum dotalium dicta sunt, locum non habere quando aliqui in Lusitania contractu medietatis bonorum celebrarunt matrimonium, sed solùm quando illud celebrarunt contractu arrharum, & dotis, &c.

Notatur hic text. ad hoc quòd sumenda est interpretatio illa, vt potius naturali, quàm accidentali naturæ conueniat, vt per Menoch. *cons.* 1. *n.* 17.

6 In gloss. *Quos enim.* ibi, *nam si est emptio, ergo pretium, & è contra*, &c. Notatur ad hoc quòd pretij mentio vbi facta est, ibi dicitur emptio, & venditio fieri, vt per Hippol. *sing.* 105. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 1. Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 25. *&* 27. Menoch. *remed.* 4. *retin. num.* 10. *& cons.* 17. *num.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 616. *num.* 5. *cum seqq.* Perez *l.* 1. *statim post princ. tit.* 4. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 175.

L. De iis quæ. XI.

Iidem A A. *&* C C. *Seueræ.*

PRo rebus dotalibus, & abreptis agit maritus, non vxor. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Fundus emptus ex pecunia dotali non efficitur vxoris, adeò sola pecunia repetitur, vel eius residuum, vbi pars fuit restituta,* & num. 2.

3 *Emptum per maritum nomine proprio ex pecunia dotali, de consensu vxoris, efficitur vxoris, & ei dominium acquiritur.*

4 *Emptorem ex pecunia dotali sine consensu vxoris, vel ex pecunia non dotali, quæ marito ab vxore fuit donata, vel aliàs erat vxoris propria, in subsidium quando vir non est soluendo, efficitur dotale, & vxori datur rei vendicatio.*

5 *Mulier minor 25. annis si dedit pecuniam in dotem, & maritus ex ea pecunia fundum emit nomine proprio, tunc iste fundus acquiritur vxori, etiam si contractus sit celebratus nomine mariti.*

L. Ex pecunia. XII.

Iidem AA. *&* CC. *Rufinæ.*

1 FVndus emptus ex pecunia dotali non efficitur vxoris, ideo sola pecunia repetitur, vel eius residuum, vbi pars restituta fuit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sub hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Tiraq. *de retractu lig.* §. 58. *gloss.* 1. *num.* 16. Neguzant. *de pignorib. p.* 5. *membr.* 1. *num.* 139. *vers. & ex hoc, & num.* 40. Cuiac. *lib.* 5. *obseru.* 29. Pereg. *cons.* 110. *tom.* 3. Aldouin. *cons.* 67. Cæs. Manente *cons.* 104. Rebell. *de obligat. instit. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 7. *&* 8. Hier. Magon. *Florent. decis.* 9. *num.* 3. *&* 4. Ioan. Bapt. Thoro *in compendio decis. Neapo. verbo medietas pretij,* Camill. Borrel. *in sum. decis. part.* 3. *tit.* 5. *num.* 272. *& seq.* Conan. *comment. iuris lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 10. *in fine,* Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, num.* 36. *in fine,* Rebuff. *in l. Labeo,* §. *item, ff. de verbor. signif. pag.* 97. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *titul.* 7. *num.* 20. *pag.* 721. vbi quòd res empta ex pecunia dotali non efficitur dotalis si expressè actum non sit, & subdit hoc fallere in subsidium quando maritus non esset soluendo, quia tali casu posset mulier ad rem emptam ex ea dotali pecunia recurrere; & procedere conclusionem ait quando maritus, vel alia tertia persona emit rem, vel fundum de pecunia dotali; vbi verò mulier emeret fundum de ea pecunia, fundus ipse dotalis efficeretur, si vtile esset mulieri, aliàs non. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 88. *num.* 4. vbi quòd res empta ex pecunia dotali absque vxoris consensu, quamuis eius pecunia non sit vxoris nisi in subsidium, D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 3. *num.* 73. *cum seqq.* Garc. Mastril. *Sicilia decis.* 36. *n.* 2. latè Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 27. *per tot.* & præcipuè *à num.* 4.

Hi Doctores variè in hac conclusione firmanda loquuti sunt, eo quòd text. *in l. res quæ, ff. hoc tit.* expressis ait verbis. *Res, quæ ex dotali pecunia comparata sunt, dotales esse videntur.* cum quo concordat *l. si cùm dotem,* §. *fin. ff. soluto matr.* quorum decisioni ex diametro videtur obstare text. *in præsenti.* Accurs. vtroque loco quadam distinctione huiusmodi textus conciliare studuit: aut enim, inquit, ex voluntate mulieris res illæ comparatæ sunt ex pecunia illa dotali, cùm hoc futurum sit vtilitati eidem mulieri: aut non. Si primò, procedit responsum *in d. l. res quæ;* sin secundò, locum habet decisio huius l. sequitur Cardin. Mantic. *dict. lib.* 12. *tit.* 27. *num.* 4. & Gutier. *pract. lib.* 5. *q.* 87. *n.* 4. Alij verò, ex quorum numero sunt Cuiac. *lib.* 5. *obseruat.* 29. Euerhard. Broncorst *cent.* 1. *assert.* 65. existimarunt in hoc text. regulam proponi generalem, quòd scilicet res empta ex pecunia dotali minimè efficiatur dotalis, at verò *in d. l. res quæ,* limitationem subijcit, vt nonnisi marito non existente soluendo res ex ipsa dotali pecunia comparata pro dotali habeatur, ne mulier ipsa dotem amittat. Denique Iul. Pac. *cent.* 5. *quæst.* 53. *sub hoc tit.* & Nicol. à Salis *in suis sicilimentis iuris in d. l. res quæ,* aiunt in illa *l. res quæ,* non dici res ex ipsa dotali pecunia comparatas verè dotales esse, sed quasi dotales, cùm verbum, *videtur,* de quo *ibi,* sit nota impropietatis, &c.

In gloss. *Non tamen quæritur.* ibi, *nisi hoc ageretur* 3
ab vxore & viro, vt dos fieret, &c. Notatur ad hoc quòd emptum per maritum nomine proprio ex pecunia dotali de consensu vxoris efficitur vxoris, & ei dominium acquiritur, vt per Socin. *reg.* 343. *vers. fallit in re empta.* Roland. *cons.* 86. *num.* 15. *lib.* 4. Alb. *cons.* 451. *num.* 37. *& cons.* 746. *num.* 1. Honded. *cons.* 41. *num.* 27. *vol.* 1. Matiens. *l.* 2. *gloss.* 2. *num.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recop.* Gutier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 87. Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. E, concl.* 138. *num.* 59. *&* 40. Giurb. *decis.* 11. *num.* 16. Quod vt procedat duo copulatiuè requiruntur, scilicet quòd mulier consentiat, & præterea quod ea subrogatio sit vtilis vxori, vt per hanc gloss. resoluunt Nouell. *de dote part.* 2. *num.* 5. *& part.* 11. §. *hactenus, num.* 9. Capyc. *decis.* 85. *num.* 3. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 36. Gutier. *d. lib.* 3. *pract. quæst.* 88. *num.* 3. 4. *&* 18. Barz. *decis.* 27. *num.* 23. Natt. *cons.* 650. *num.* 10. Polid. Ripa *obseru.* 119. Rimin. iun. *ad princ. Inst. quibus alienare licet num.* 91. *&* 92. Molfes. *ad consuet. Neapel. parte* 6. *quæst.* 8. *n.* 2. Giurba *decis.* 111. *num.* 16. Camill. Borrel. *d. part.* 3. *tit.* 5. *num.* 282. sequitur D. Barbos. *in d. part.* 3. *rub. ff. soluto matrim. num.* 78. vbi subdit ex dictis inferri quòd licèt subrogatio sit vtilis mulieri, tamen ei non erit locus si vxor non consentiat, expressè scilicet contradicendo, nam aliàs si subrogatio

gatio est vtilis, & ipsa taceat, præsumitur consentire, sufficiatque ex postfacto scire & tacere.

4 Nota quòd emptum ea pecunia dotali sine vxoris consensu, vel ex pecunia non dotali, quæ marito ab vxore fuit donata, vel aliàs erat vxoris propria, in subsidium quando vir non est soluendo, efficitur dotale, & vxori datur reiuendicatio, *l. res qua* 55. *ff. hoc tit.* Bald. Nouell. *de dote p.* 7. *priuil.* 15. Campeg. *in simili tract. part.* 4. *quæst.* 8. Franc. Marc. *decis.* 508. *num.* 24. *part.* 1. Roland. *cons.* 86. *num.* 2. & 15. *lib.* 4. Cost. *de remed. subsid. remed.* 61. *n.* 3. Gutier. *d. q.* 88. *num.* 4. & 18. & *de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 88. *vers. non obstat secundò*, Marta *in votis nouiss. decis. voto* 127. *num.* 9. Monach. *Lucensi dec.* 42. *num.* 5. & 6. Giuiba *d. decis.* 11. *num.* 15. D. Barbos. *in dict. part.* 3. *rub. numer.* 76. vbi agit de conciliatione huius l. cum *l. res qua. ff. hoc tit.*

5 In ead. gloss. ibi, *ex pecunia autem minoris*, &c. Vult hæc gloss. quòd si mulier minor 25. annis dedit pecuniam in dotem, & maritus ea ea pecunia fundum emit proprio nomine, tunc iste fundus acquiretur vxori, etiamsi contractus sit celebratus nomine mariti, vt per Bald. *hic num.* 3. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 53. contra quos tamen insurgit D. Barbos. *in d. p.* 3. *rub. ff. soluto matr. à n.* 84.

SVMMARIVM.

1 *Mater non potest dare rem filiorum pro dote sua; & accipienti non competit actio nomine euictionis, si fuit sciens, nisi pactum, vel stipulatio intercesserit de euictione præstanda.*

2 *Maritus vt admittatur ad agendum de euictione, oportet ignorare rem dotalem traditam, esse alienam.*

3 *Emptor quando scienter emit rem alienam, si ab eo fuerit euicta, non agit de euictione, imò nec ad pretium, nisi expressè sibi cautum fuerit de euictione.*

4 *Dos peti efficaciter potest ex simplici pollicitatione. Contrarium*, num. 5.

L. Si à matre. XIII.

Iidem AA. & CC. *Catulæ & Statiæ.*

1 MAter non potest dare rem filiorum pro dote sua; & accipienti non competit actio nomine euictionis, si fuit sciens, nisi pactum, vel stipulatio intercesserit de euictione præstanda. Colligunt ea Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd vt maritus admittatur ad agendum euictione, oportet ignorare rem dotalem traditam, esse alienam nam si sciret indistinctè, non poterit agere de euictione, nisi de ea stipulatus sit, vt per Ias. *in § fueras num.* 34. *Instit. de action.* D. Barbos. *in l. si æstimatus* 51. *num.* 20. *ff. soluto matr.* Et per hunc text. tenet Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 43. *in*

3 *princ. vers. septimus*, quòd quando emptor scienter emit rem alienam, si ab eo fuerit euicta, non agit de euictione, imò nec ad pretium, nisi expressè sibi cautum fuerit de euictione.

Si neque pollicitatio, neque stipulatio intercessit.] Ergo requiritur quòd promittatur euictio, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 12. *gloss.* 1. *n.* 7. *cum seqq.*

4 In gloss. *Pollicitatio.* ibi, *quæ sufficit in dote constituenda*, &c. Notatur ad hoc quòd ea simplici pollicitatione dos efficaciter peti potest, vt per citatos à D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 3. *num.* 12. *in fine*, vbi tamen *num.* 13. contrarium defendit, & intelligit glossam cum sequacibus loqui de ea pollicitatione, quàm quis facit præsenti & tacenti; hæc enim promissio attenta figura pollicitatio est, quia continet solam promissionem offerentis, tamen attenta iuris præsumptione magis pactum est, quia præsens & tacens præsumitur consentire in sibi fauorabilibus. *l. qui patitur, ff. mandati.*

SVMMARIVM.

1 *Mater non cogitur dotare filiam nisi ex magna & probabili causa, vel lege specialiter expressa, &* num. 3. *causa illa quæ*, n. 4. *Idem quod statuitur in matre respectu dotis filiarum, statui etiam*

9 *debet in filiis respectu matrum, ex ratione correlatiuorum*, num. 5.

2 *Pater non potest dotare filiam communem ex bonis vxoris, eâ non consentiente.*

6 *Maritus non potest constituere dotes filiabus ex bonis quomodocumque pertinentibus ad vxorem.*

7 *Mater heretica cogitur dotare filias catholicas.*

8 *Mater Iudæa dotare tenetur filiam Catholicam, etiamsi pater sit diues. intellige, vt* num. 9.

L. Neque mater. XIV.

Iidem AA. & CC. *Basilissæ.*

MAter non cogitur dotare filiam nisi ex magna & probabili causa, vel lege specialiter expressa. Pater ex bonis vxoris suæ non potest dotare filiã communem non consentiente vxore. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1 2

Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem, ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 9. *tit.* 11. *part.* 4. Boër. *decis.* 129. *num.* 3. Conan. *comment. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 7. Corras. *in l. qui liberos num.* 71. *ff. de ritu nupt.* Palat. *in repet. c. per vestras de donation. inter virum, in princ.* §. 21. *num.* 4. Padilh. *in auth. res quæ num.* 59. *C. commun. de leg.* Tiraq. *de iure primog. qu.* 62. *num.* 6. Henric. Bocer. *disput. de vniuerso iure, part.* 1. *class.* 2. *disp.* 18. *num.* 14. Menoch. *de arbitrar. casu* 460. *num.* 1. Gam. *Lusit. decis.* 376. *num.* 1. *vers. his præmissis*, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 14. *n.* 12. *cum seqq.* D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 82. *vers. vlterius & sextò, ff. soluto matrim.* Molin. *de Iustitia tract.* 2. *disp.* 424. *num.* 1. *vers. mater verò*, Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *qu.* 18. *num.* 18. & *cons.* 1. *num.* 6. Valasc. *cons.* 92. *num.* 9. Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 4. *num.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 50. *num.* 11. & *cap.* 65. *num.* 10. Castill. *controuers. lib.* 6. *cap.* 137. *num.* 62. *cum seqq.* Rebell. *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *num.* 2. 3

Nisi ex magna & probabili causa.] Exemplificant Cyn. & Bart. *hic*, quando pater est inops, & mulier diues, vel quando mortuo patre filia remanet inops, neque ex legitima patris potest congruè se dotare, & mater est diues: his enim duobus casibus magna & probabilis causa videtur, propter quam mater cogenda sit filiam dotare, ne aliàs filia ad impudicitiam dilabatur, & quia certum est his casibus matrem cogendam esse filiam alere, & ita eisdem casibus cogetur dotare. Ita Gam. *d. Lusit. decis.* 376. *n.* 1 Menoch. *de arbitr. casu* 460. *n.* 2. plures quos refert & sequitur D. Barbos. *d. part.* 4. *num.* 82. *vers. recepta tamen hæc conclusio*, vbi adducit contrariam aliorum sententiam quòd his etiam casibus mater non sit cogenda 4

geoda filiam dotare, & ad rationem communis sententiæ responsorum ipsorum præbet, tandem inquit non esse recedendum à recepta sententia, ex eo quia text. *in præsenti* expresse probat matrem ex probabili & necessaria causa cogendam esse filias dotare, nec vlla causa magis probabilis & necessaria excogitari possit, quam sunt prædictæ, prout ipse D. Barbos. cum iudicio ponderauit; & addidit quòd si fuerit alia causa probabilis, & necessaria similis suprà relatis, etiam cogetur mater filiam dotare; cùm enim textus *in præsenti* nullam causam exprimat, id relinquendum est iudicis arbitrio; & per contrarium non cogetur mater etiam in prædictis casibus filiam dotare: præterea si mater sit etiam pauper, indistinctè non cogetur dotare illam: & pariter si filia iam nupta sit, quamuis, eo casu pater cogeretur filiæ iā nuptæ dotem constituere, id tamen in matre non procederet; & hæc omnia ex sententia aliorum obseruauit, atque tradidit D. Barbos. *citato loco*. Et id ipsum, quòd scilicet in prædictis casibus mater teneatur dotare filiam inopem, vltra relatos per D. Barbos. tenuerunt Greg. Lop. *d. l. 9. glos. 1. in princ. tit. 11. part. 4.* Gasp. Baeça *de non meliorandis filiabus, cap. 11. num. 7.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si mater num. 14. ff. de liber. agnoscend.* Surd. *decis. 119. num. 2. & de alimentis tit. 1. quæst. 4. num. 3. & quæst. 14. num. 13. cum seqq.* Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 12. tit. 16. num. 23. & 24.* Anton. Fab. *in suo Cod. ad tit. de inoff. testam. defini. 31. n. 12.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 50. num. 12. & cap. 65. num. 10. & tom. 2. cap. 331. num. 12. cum seqq.* Rebel. *d. lib. 5. quæst. 4. num. 1.* vbi quòd mater in nullo foro tenetur dotare filiam nisi ex magna & rationabili causa, vt si ex dotis defectu nequeat nubere, præsertim si pudicitia eius periclitetur, sequitur Castill. *d. lib. 6. cap. 137. num. 63.* vbi *num.* 64. ait de iure Regni Castellæ id ipsum statuendum esse, licet *in d. l. 9. tit. 11. part. 4.* nulla mentio fiat de probabili huiusmodi, & necessaria causa. In eodem tamen Regno Castellæ hodie existentibus bonis lucratiuis non obtinere locum text. *in præsenti*, asserit D. Barbos. *d. l. 1. part. 4. num. 90. vers. in regno igitur Castellæ*; nam si adsint bona lucrata, etiam mulier pro parte dimidia tenetur dotem dare ex illis, adeò quòd licèt solus maritus promittat dotem pro filia communi pro dimidia, ex bonis lucratis per vxorem soluenda est, sequitur Castill. *d. cap. 137. num. 67.* subdens quòd hodie, sicut olim, obtinebit decisio huius l. & tradita resolutio quando non adsint bona lucrata, communia scilicet, constante matrimonio acquisita, & in his locis, in quibus non adest consuetudo, ex qua bona inter coniuges communicentur, quæ durante matrimonio acquiruntur; nam si maritus sit inops, mulier verò diues, ea tenebitur in subsidium dotare filias, & sic seruabitur quoties necessaria & probabilis causa adsit. Et idem ius obseruari profitetur *ibidem* mortuo marito, quia si maritus bona non reliquerit, ex quibus dotibus filiarum congruenter succurri, & satisfieri possit, mulierque sit diues, ex bonis matris diuitis dotes constitui debebunt filiabus.

5 Quemadmodum ergo in matre respectu dotis filiarum sic statuitur, ita quoque statui debere in filiis respectu matrum, ex ratione correlatiuorum videtur, & sic est tenendum filium ex iusta, probabili, & necessaria causa ad dotandam matrem teneri, vtputa si mater inops, esset iuuenis, & formosa, & pudicitiæ immineret periculum: ita Mascard. *de probat. concl. 61. num. 4.* Mieres *de maioratu part. 4. quæst. 27. n. 18.* Surd. *d. tit. 1. quæst. 22. ex num. 12.* latè Menoch. *consil. 1078. num. 10. cum seqq. lib. 11.* Castill. *d. lib. 6. c. 137. n. 66.* quicquid teneant Corduba de Lara *in l. si quis à liberis. §. verum ex num. 87. ff. de liber. agnoscendis*, Cardin. Mantic. *d. lib. 12. tit. 16. n. 24.*

Neque pater de bonis vxoris &c.] Notatur ad hoc quòd maritus non potest dotes filiabus constituere ex bonis quomodocunque pertinentibus ad vxorem, vt per D. Barbos. *in d. l. 1. p. 4. n. 91. ff. soluto matr.* vbi ostendit quid obseruetur in Regno Castellæ, & Portugalliæ. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 424. n. 11. vers. neque maritus vxore inuita.* 6

In gloss. *Causa.* ibi, *vt quia sit hæretica, filia verò orthodoxa*, &c. Notatur ad hoc quòd mater hæretica cogitur dotare filias Catholicas, vt per *l. 9. tit. 11. part. 4. vbi gloss. 2.* Ias. *in §. fuerat num. 114. & seq. Instit. de action.* Duen. *reg. 356. vers. limita 1.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 21. n. 5.* Padil. *in auth. res quæ num. 61. C. commun. de legat.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si mater num. 16. ff. de liber. agnosc.* Surd. *de alimentis tit. 1. quæst. 14. n. 17.* vbi quòd mater hæretica tenetur dotare orthodoxam filiam, etiam quæ habeat patrem diuitem, & *num. 18.* quòd mater Iudæa dotare tenetur filiam Catholicam, etiamsi pater sit diues, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 189. num. 33.* D. Barbos. *in d. l. 1. p. 4. num. 82.* vbi *num. 85. in fine*, ex Corduba de Lara hoc amitti ait in illis prouinciis, in quibus bona non confiscantur propter crimen hæresis (vt hodie obseruatur in Francia, & Germania.) nam cùm in his prouinciis bona apud hæreticos remaneant, inducetur *l. cognouimus, Cod. de hæret.* subditque pariter ex duobus Iudæis, siue Sarracenis, si maritus ad fidem reuertatur, cogi matrem Iudæam, siue Sarracenam, orthodoxam filiam dotare. 7 8 9

SVMMARIVM.

1 *Instrumentorum dotalium amissio non nocet, si aliæ sunt probationes.*
2 *Si non apparet instrumentum de dotis datione, potest illa probari per testes. Etiamsi lege municipali caueatur intra certam summam probari non posse per testes, sed per instrumentum, poterit tamen per testes probari,* num. 3. *amplia, vt* num. 4. 5.
6 *Dos probari potest etiam per præsumptiones.*

L. Cùm citra. XV.

Iidem AA. & CC. *Vlpiano.*

AMissio instrumentorum dotalium non nocet, si aliæ sunt probationes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

In gloss. *Probantis.* ibi, *per testes*, &c. Notatur ad hoc quòd si de dotis datione non appareat instrumentum, potest illa probari per testes, vt per Bald. *cons. 461. Lupus habuit, num. 2. volum. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 569. à num. 1.* vbi *num. 2.* ampliat, etiamsi lege municipali caueatur intra certam summam probari non posse per testes, sed per instrumentum. nam licèt dos excedat dictam summam præscriptam à statuto, poterit tamen per testes probari, & *num. 3.* ampliat vt ad talem probationem possit admitti frater, vel alius, qui dotauit, intelligens hoc de fratre quando agitur inter nepotes suos, & *n. 4.* ampliat etiam locum habere in mediatore, siue proxeneta, istiusmodi namque admittuntur ad probandam dotem. 2 3 4 5

In

6 In ead. gloss. ibi, *Vel præsumptiones.* Notatur ad hoc quòd dos etiam per præsumptiones probari potest, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.* 170. *C. de reuoc. donat.* Roland. à Valle *de lucro dotis, in quæst. suis de stat. lucr. dot. quæst.* 75. *num.* 20. Mascard. *dict. tract. de probat. conclus.* 566. *num.* 5.

L. Ante diuisionem. XVI.

Iidem AA. & CC. *Æmilio.*

SOror habens bona indiuisa cum fratre, potest partem suam in dotem dare, etiam fratre ignorante, vel inuito. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Dans proprietatem in dotem, retento vsufructu, non potest in præiudicium proprietarij vendere, vel alio modo disponere.*

2 *Vsufructuarius qualiter vti debeat, vt substantiam rei fructuariæ neque immutet, neque corrumpat.*

L. Res quas. XVII.

Iidem AA. & CC. *Sabino.*

1 DAns proprietatem in dotem, retento vsufructu, non potest in præiudicium proprietarij vendere, vel alio modo disponere. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

2 Vsufructuarius qualiter vti debeat vt substantiam rei fructuariæ neque immutet, neque corrumpat? vide latè Castill. *controu. lib.* 1. *de vsufructu c.* 33.

L. Si socrus. XVIII.

Iidem AA. & CC. *Menestrato.*

SI vir ab vxore recipit nudam proprietatem, cum pacto de lucrando à socero vsumfructum, soluto matrimonio morte mulieris nihil restituit, secus si vsumfructum non recipit in dotem, quia tunc ei non prodest pactum de lucrando. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

L. Cùm patrem. XIX.

Iidem AA. & CC. *Achilli.*

1 EX pacto, vel stipulatione patris non quæritur actio filiæ emancipatæ, & testator potest grauare hæredem ne actione sua agat, salua tamen falcidia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit D. Barbos. *in l. Gaius* 46. *n.* 7. *ff. soluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis pertinent ad maritum onera sustinentem matrimonij, quos si vxori concedit, repetit ab ea quatenus effecta est locupletior, &* num. 2.

3 *Dos constituitur vt ex eius fructibus maritus sustineat onera matrimonij.*

4 *Fructus, seu vsuræ dotis, an debeantur, si mortua vxore supersint filij marito, & è contrà.*

5 *fructus an possint donari.*

L. Pro oneribus. XX.

Iidem AA. & CC. *Tiberio.*

FRuctus dotis pertinent ad maritum onera matrimonij sustinentem, quos si vxori concedit, repetit ab vxore quatenus vxor locupletior effecta est. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, *l. Hisp.* 25 *tit.* 11 *par.* 4. *vbi glos.* 4. & 5. in qua statuitur quòd vt fructus dotis maritus lucretur, tria sunt necessaria, scilicet matrimonium esse contractum, & dos tradita, & quòd sustineat de facto onera matrimonij, Connan. *comment. iuris lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 4. Palat. *in repet. rub. de donat. inter,* §. 62. *num.* 11. *in fine*, vbi quòd rerum dotalium fructus ad maritum spectant pro oneribus matrimonij supportandis. Honded. *conf.* 3. *à n.* 27. *vol.* 1. Bec. *conf.* 115. *n.* 15. Camill. Borrell. *in sum. decis. part.* 3. *tit.* 4. *n.* 4. Petr. Greg. *syntag. iuris lib.* 9. *c.* 19. *de oneribus matrim.* Neguz. *de pignorib. par.* 2. *memb.* 4. *num.* 50. Roman. *sing.* 539. Tiraq. *de retractu lig. ad fin. tit. n.* 108. Anton. Gom. *l.* 52. *Tauri num.* 23. Matiens. *l.* 4. *gloss.* 1. *num.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *noua Recop.* vbi addit quòd de iure Regni Castellæ omnes fructus constante matrimonio percepti ex quibuscunque bonis sunt communes mariti & vxoris, sicut cætera eo constante acquisita, Corduba de Lara *in l. si quis à liberis,* §. *si quis ex his, num.* 293. *ff. de liber. agnoscen.* D. Barbos. *in l. de diuisione* 5. *n.* 1. *cum seqq. & n.* 49. *ff. soluto matrim.* vbi quòd marito nomine fructuum nihil debetur antequam sustineat onera matrimonij, Cald. Pereira *post quæst. forens. conf.* 14. *num.* 15. *vers. veritate.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 8. *n.* 18. vbi quòd fructus dotis mariti intelliguntur esse pro oneribus matrimonij, *& tit.* 13. *n.* 2. vbi quòd dos datur pro oneribus matrimonij. *& tit.* 30. *num.* 14. vbi quòd si maritus putatiuus sustineat onera matrimonij, fructus dotis lucratur, sicut verus. Rebell. *de oblig. iust. p.* 2. *lib.* 5. *q.* 10. *n.* 35. vbi quòd maritus sustinens onera matrimonij post traditionem dotis facit fructus suos, dummodo non sit ante nuptias, quia tunc omnes dotis fructus debent augere dotem. Giurba *decis.* 72. *num.* 14. 2

Notatur ad hoc quòd dos constituitur vt ex eius fructibus maritus sustineat onera matrimonij, vt per Surd. *de aliment. tit.* 1. *qu.* 33. *n.* 8. *& tit.* 7. *quæst.* 17. *n.* 1. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 3. *à n.* 3. vbi quòd dos non datur pro matrimonio contrahendo, sed pro supportandis oneribus matrimonij; nam matrimonium est Sacramentum Ecclesiæ conferens gratiam, & ideo pro contrahendo matrimonio pecunia dari non debet, quia esset simonia, sed datur pro sustinendis oneribus matrimonij, Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia c.* 10. *n.* 10. per hunc text. tenet dotem non esse pretium matrimonij, sed necessariam ad onera matrimonij sustinenda, idem citato hoc text. firmat Rip. *in tract. de simonia, p.* 1 *art.* 2. *num.* 10. *vers. non obstat,* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 73. *num.* 1. vbi per hunc text. asserit titulum dotis ex parte mariti recipientis illam, esse onerosum. idem dicit Palat. *in rep. cap. per vestras not.* 3. §. 22. *n.* 7. 3

Vnde

Vnde cessante matrimonij onere interesse dotis non debetur, Plot. *in tractat. de in litem iurando*, §.11.*num*.4. D.Barbos. *in dict.l.de diuisione, numer*.4. ibi, *si ille onera non sustineat*, quasi cessante ratione fructus non lucratur, Surd. *dict. tit*.1. *quaestion*.42. *num*.31. *cum seqq*. Castill. *controuers. lib*.3.*cap*.23. *num*.58. Fontanel *de pactis nuptialibus, clausu*.6.*gl*.2. *part*.1.*num*.4.& *part*.6.*num*.34. Nam istud interesse maritus praecipuè tam ratione damni emergentis, quàm lucri cessantis consequitur, tanquam scilicet alimentum ad sopportanda onera matrimonij, Grat. *consil*.57.*num*.5.*vol*.1. Baëz *de non meliorandis filiabus cap*.25.*num*.10. Surd. *d.quaest*.42. *num*.2.& 3.& *num*.53. vbi ait non dici cessare onus matrimonij, quamuis pacto teneatur vxorem alere, Caualcan. *decis*.22.*num*.7.*part*.4. Mar. Giurba *dec*.22.*num*.13. Fontanel. *d.claus*.6.*gloss*.2.*part*.1. *num*.5. Stephan Gratian. *discept. forens. cap*.44. *num*.1. & *cap*.527. *num*.1.

Veluti si solutum fuerit matrimonium, quia onera considerantur solùm respectu personae vxoris, cui maritus subministrat alimenta, quae ea mortua cessant: ita D.Barbos. *in dict.l.diuortio*, §. *ob donationes*, *n*.19. *in fino*, ff. *soluto matrimonio*, Stephan. Gratian. *discept. forens.c*.240.*num*.19.& *cap*.244. *num*.37. & *cap*.427. Beltramin. *ad Gregor. XV. decis*.573.*n*.17. Fontanel. *dict. clausul*.6.*gloss*.2.*part*.1. *à num*.28. & meliùs *num*.32. Idem etsi per mortem ipsius mariti dissoluatur matrimonium, Neguzant. *de pignoribus*, *part*.5.*membr*.3.*num*.16. Ioan. Baptist. Lup. *de vsuris, commento* 1.§.4.*num*.81. Gam. *Lusitan. decis*.71. *num*.2. Quesada *quaest. iuris*, *quaest*.23.*n*.1. Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. tom*.1. *tit. de pignorib*. & *hypoth. resolut*.2.*num*.13. *in versic. hac sexta*, Castill. *dict. lib*.3.*cap*.23. *num*.60. Fontanel. *clausul*.5. *gloss*.8.*part*.15.*num*.38. & *clausul*.6. *gloss*.2. *part*.1. *num*.28.

Idem etsi per diuortium dissoluatur matrimonium, vt notant Steph. Gratian. & alij in locis *suprà* citatis, nisi diuortium esset illius qualitatis, quod non annullat matrimonium, & non facit res dotales desinere esse dotales, vt si maritus esset prodigus, seu versisset ad inopiam, siue bannitus, aut deportatus esset, siue furere coepisset, nam in istis casibus, & similibus vxor poterit agere contra maritum, vt cedat sibi actionem contra suum patrem, vel promittentem sibi dotem, vt per Osasc. Cacheran. *Pedemont. decis*.135.*num*.9. Caualcan. *decis*.21.*num*.14. *par*.4. Et nisi etiam diuortium fiat per saeuitiam mariti, ex eo quòd in vxorem saeuit vulnerando, & percutiendo cum baculo, aut per adulterium, aut morbum Gallicum, aut ob venenandi conatum, nam tunc maritus non excluditur ab onere alendi vxorem, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem notab*.3.*in princip*. Tiraquell. *de retractu lign*.§.10.*gloss. vnic. num*.14.& 16. Couar. *de sponsalib. part*.2.*cap*.7.§.5.*num*.2. Corduba de Lara *in l.si quis à liberis*, §. *si quis ex his*, *num*.34.& 35. ff. *de liber. agnoscen*. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib*.9. *cap*.19.*num*.4. Matiens. *l*.2.*gloss*.1. *n*.33.*tit*.9. *lib*.5. *noua Recopil*. Surd. *de aliment. tit*.1.*quaest*.32.*num*.17. Peguera *crimin. decis*.20. *à num*.4. Gut. *canon. lib*.1. *cap*.24.*num*.7. Borgnin. Caualcan. *decis*.10. *part*.2. D.Barbos. *in rubr. ff. soluto matrimonio*, *part*.2. *n*.43. Fontanel. *de pactis nuptialib. clausul*.6 *gloss*.2.*part*.4. *num*.70. Sanchez *de matrim. lib*.9.*disput*.4.*num*.20. Intellige quando maritus vxori seorsim habitanti praestat alimenta; si verò nulla alimenta praestiterit, cùm matrimonij onus, quod consistit in alenda vxore, non sustineat, interesse dotis petere non poterit, nec fructus pignoris lucrari, Gregor. Lopez *leg*.15. *gloss*.5.*tit*.11.*part*.4. Caualcan. *dict. decis*.21.*num*.27. *part*.4.& *num*.46.*versic. sed quando*, Surd. *dict. tit*.1. *quaest*.32.*n*.23. vbi quòd tunc dos debet esse apud maritum quando sustinet onera matrimonij, D.Barbos. *dict. part*.2.*num*.45. vbi ait quòd ab eo tempore, quo mulier culpa mariti recessit, non facit maritus fructus dotis suos, nam cùm non subeat onera matrimonij, idque culpa sua prouenerit, succedit regul. *leg. ab hostibus* 11.§.*fin*. ff. *soluto matrimonio*, Stephan. Gratian. *dict. cap*.24.*num*.16.& 20. vbi tradit maritum non facere fructus dotis suos, cùm non subeat onera matrimonij, idque culpa sua proueniat, & subdit debere intelligi quando maritus nulla alimenta praestiterit vxori seorsim habitanti, & si illa praestiterit, vt tenebatur, & cogi poterat, fructus dotis, & quod superest ex alimentis eius lucro cedere, Castill. *d.lib*.3.*cap*.23.*num*.60.61.*in fine*, & 64. Fontanel. *dict. clausul*.6.*gloss*.2.*part*.1.*num*.10. vbi in casu, quo mulier seorsim à viro in domo patris habitauerat, recesseràtque ab eo, timens eius iram, ex quo de frigiditate illum coram iudice Ecclesiastico accusauerat, ait fuisse dictum quòd ex eo quòd onera matrimonij non sustineret, nec vxorem aleret, nec alias expensas pro ea faceret, pensiones censualium dotalium per illud tempus, quod habitauit extra domum viri, spectare vxori, & non viro, & *num*.12. tenet quòd in casu, quo mulier culpa mariti ab ipso recessit, & ipsi non praestat alimenta, tunc fructus dotis augent dotem.

Vtrùm autem si mortua vxore supersint filij marito, & è contra, fructus, siue vsurae dotis debeantur; vna sententia tenet deberi, ea potissimum ratione, quia filij sunt pars oneris matrimonij, ita 4
Cumia *super ritibus Siciliae cap*. 94. *numer*.2. Petr. Vbald. *in tractat. de duobus fratribus, part*.6.*quaest*.8. *num*.19. vbi *num*.20. reprehendens Ruinum, dicit malè sensisse per mortem vxoris onera matrimonij cessare. Borgnin. Caualcan. *decis*.16.*num*.15. *part*.3. vbi affirmat ita se obtinuisse in causa vertente inter ipsum & socerum mortua vxore sua, relictis tribus filiis, & *decis*.22.*num*.18.*part*.4. vbi tradit deberi vxori manentibus filiis ipsius, & posse agere contra haeredes mariti vt sibi cedant actionem contra patrem suum, siue promissorem, &c. Cardinal. Tusch. *practic. conclus. tom*.2.*litt. D*, *conclus*.271.*numero* 111.& 112.

Altera sententia, cui tanquam probabiliori adhaereo, asserit huiusmodi fructus, siue vsuras dotis non deberi extantibus filiis, sed mortua vxore, eo quòd istud priuilegium est omnino personale concessum marito ad supportanda onera matrimonij, quae consistunt in alenda vxore. Ita post ordinarios *in cap. salubriter. de vsuris*, Palat. *in repetit. dicti cap. per vestras*, *notabili* 6.§.8. *incip*. *Octauò infertur*, *numero* 4. *versicul. ex quo dicebat*, *pag*.441. Ruin. *consil*.162. *numero* 3. *lib*.5. Hieronymus Gabr. *consil*.20. *numero* 88. *lib*.2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap*.427.*num*.3.*cum sequentib*. vbi respondet fundamentis in contrarium per eum adductis.

In gloss. *Locupletior. fin*. ibi, *sed videtur fructus posse donari*, &c. Per hanc gloss. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem*, §.47.*num*.23.*in fine*, *vers. ex praedictis*, infert ad vnum quotidianum, & satis notabile quòd si vir erat prodigus, & omnes fructus dotis prodigaliter consumebat, donauit fructus dotis vxori auarae, quae propter auaritiam non consumpsit, sed cõseruauit, talis donatio valida erit, nec poterit maritus illos repetere: quia licèt vxor ex ista 5

donatione facta sit locupletior, maritus tamen non est factus pauperior, cùm apud ipsum fructus essent perituri consumptione.

SVMMARIVM.

1 *Res dotalis aestimata deteriorationis gratia repetitur soluto matrimonio, & non aestimatio, &* num.2.

3 *Rerum dotalium aestimatio non efficit venditionem, vbi adijcitur clausula illa, quòd soluto matrimonio illae res in dotem datae restituantur sub eisdem pretijs.*

4 *Quecunque aestimatio in dubio praesumitur facta eo modo, & ad illum effectum vt operetur emptionem & venditionem. Limita vt* num.5.

6 *Maritus non tenetur neque ad res dotales restituendas, neque ad aestimationem, si perierint, aut deteriores effectae sine ipsius culpa.*

L. Si inter. XXI.

Iidem AA. *&* CC. *ad Geminium.*

1 Res dotalis aestimata deteriorationis gratia repetitur soluto matrimonio, & non aestimatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, *l.19. Hispan. tit.11. part.4. vbi gloss.2.* Boër. *decis.327. n.10. & 11.* Anton. Gom. *l.50. Tauri n.44. vers. item etiam deducitur, & seqq.* Ias. *in §. actionum,*

3 *n.80. Instit. de actionib.* Couar. *pract. c.28. n.1.* vbi per hunc textum tenet rerum dotalium aestimationem non efficere venditionem, vbi adiicitur in contractu clausula illa, quòd soluto matrimonio illae res in dotem datae restituantur sub eisdem pretiis, & *num.4.* dicit singularem hunc textum ad probandum aestimationem rerum dotalium non efficere emptionem, vbi adiicitur huic aestimationi quòd soluto matrimonio restituantur vxori pro eodem pretio, quo fuere aestimatae. Suar. & Mich. Grass. *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.7. num.83. pag.726.* vbi quòd non censetur emptio & venditio si dicatur quòd res restituatur soluto matrimonio eodem pretio, quo fuit aestimata. Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.9. cap.18. sub num.2.* Camill. Borrell. *in summ. decis. p.3. tit.5. ex num.230.* Cancer. *variarum part.1. c.9. num.122. versic. in ista materia,* Ioseph. Ludou. *commun. opin. to.3. sub hoc tit. concl.1. vers. limitatur primò, pag.462.* vbi agit de re aestimata data in dotem eâ conuentione inter virum & vxorem facta vt soluto matrimonio res illae restituantur pro eodem pretio, quo fuerunt aestimatae, Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.16. num.23.* vbi tradit hîc decidi emptionem tunc cessare propter aestimationem quando matrimonio soluto eadem res, & non illius aestimatio est vxori restituenda, quoniam hoc casu non desinit mulier domina esse, quemadmodum contingit quando venditio contrahitur, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.12. tit.28. n.19.* vbi citato hoc textu dicit, quòd quando res dotales dantur aestimatae, hoc pacto vt ipsae si extent restituantur habita ratione augmenti & diminutionis, & si non extent, earum aestimatio reddatur, tunc si res soluto matrimonio factae sint deteriores, vel minoris pretij, maritus vsque ad aestimationem factam tenetur, sin autem sint pretiosiores, lucrum ad maritum pertinet. Molin. *de Iustit. tract.2. disp.426. num.5.* Putc. *decis.376. par.3.* Surd. *consil.330. num.25.* Menoch. *de praesumpt. lib.3. praesumpt.74. n.19.* D. Barbos. *in l. si aestimatis 51. n.28. & 29. versic. tertia, ff. soluto matrimonio,* vbi ponit conclusionem quòd si res dotales fuerint aestimatae apposito pacto vt post solutum matrimonium res restituerentur, habita ratione augmenti, & diminutionis, tunc res dotales, quae extant, praecisè restituendae sunt, ac si nulla facta esset aestimatio: & deinde ad conclusionis explicationem aduertit quatuor formas huiusmodi pactorum in iure inueniri expressas, Gutier. *de gabell. quaest.12. n.22.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.3. sub hoc tit. resolut.1. num.20.* vbi tradit quòd si res tempore restitutionis est deteriorata per maritum, deuenitur ad aestimationem factam, Mastrill. *Siciliae decis.149. num.9.* Castill. *decis.21. num.3.* Fontanell. *de pactis nuptial. claus.5. gloss.8. part.25.* Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis.573. num.16. in fin. vers. & hoc maximè colligeretur,* Rebell. *de obligat. iustit. p.2. lib.5. q.2. à num.7.*

In gloss. *Aestimatae* 1. ibi, *quid autem si non appareat,* &c. Notatur ad hoc quòd quaecunque aestimatio in dubio, alio non apparente, praesumitur facta eo modo, & ad illum effectum vt operetur emptionem, & venditionem, vt per Gregor. Lopez *l.18. gloss.2. tit.11. part.4.* Bernard. *regul.228.* Gratian. Falcon. *regul.164.* Anton. Gomez. *l.50. Tauri n.44. col.2.* Hippol. Riminald. *in princip. Institut. quibus alienare licet, à numer.72.* Ayora *de partit. part.1. cap.7. à num.4.* Pinel. *in l.2. C. de rescindenda vendit. par.1. cap.1. num.18.* Couarr. *practic. cap.28. num.1.* Mascard. *de probat. conclus.620. à princip.* vbi diuersis modis limitat, & praecipuè quando aestimatio non esset congrua & condigna rei, vel quando facta fuisset ex interuallo, vel quando omne commodum, & incommodum non transiret in accipientem, vel quando probaretur aestimationem fuisse factam ad hunc potissimum finem, vt cognosceretur rei pretium, vt in futurum posset probari an esset deterior facta, & *conclus.664. à princip.* vbi *numer. 5.* quòd aestimatio probat praesumptiuè emptionem siue fiat, siue committatur arbitris, siue alteri personae, & *num.6.* quòd aestimatio in dubio emptionem praesumere facit, etiam in re in dotem tradita, & *num.9.* quòd aestimatio facit emptionem etiam in contractibus, quorum natura est indifferens circa translationem dominij, & *num.12.* quòd aestimatio non probat emptionem quando in contrarium apparet tacita mens contrahentium, & *num.16.* quòd aestimatio rei dotalis facit emptionem quando maritus est soluendo, Ioseph. Ludou. *Perus. decis.89. num.1. & conclus.10. ampliat.5.* Honded. *consil.14. num.40. cum seqq. lib.1.* Gutier. *practic. lib.3. qu.77. num.2. & 8. & cons.17. num.21. cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum lib.3. sub hoc tit. de iure dotium, resolut.1. num.1. & 9.* Castill. *Siciliae decis.21. num.2.* Surd. *consil.225. num.2.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disput.426. num.7.* Quesada *quaest. iuris cap.14. num. vltim.* Castill. *controuers. lib.1. de vsufructu, cap.4. num.12.* Fontanell. *de pactis nuptialibus, clausul.5. gloss.8. par.13. num.25.* Alexand. Ludou. aliàs Gregor. XV. *decis.573. numero 4.* vbi Beltramin. *in annot. num.16.* Seraphin. *decis.1207. num.1.* vbi fuit resolutum supra dicta procedere, etiamsi non constet de aestimatione, sufficit enim constare in certa quantitate dotem fuisse constitutam, & postea bona esse viro tradita, quia tunc aestimatio à lege facta censetur pro pretio quod tunc bona valebant, Perez *l.1. in princip. tit.7. lib.5. Ord. pag.175.*

In

In gloss. *Diminutæ, fin. ibi, & hoc dolo, vel culpa viri,* &c. Notatur ad hoc quòd maritus non tenetur neque ad res dotales restituendas, neque ad æstimationem si perierint, aut deteriores fuerint effectæ absque ipsius vlla culpa, vt per Socin. *cons. 65. col. 2. n. 3. in fine, & lib. 1.* Couar. *practic. cap. 28. num. 4. in princ.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 12. tit. 28. num. 19. versic. sed quod dicitur.* Suar. & Mich. Grass. *d. lib. 5. tit. 7. num. 83. vers. sed nunquid.*

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest alienare rem, quam pro filia dedit in dotem, nec recepit.*

2 *Dote restituta fundus alienari liberè potest. intellige, quando dos restituta remanet penes ipsam mulierem,* num. 3.

L. Rem quam XXII.

Iidem AA. & CC. Libyanæ.

1 PAter rem quam pro filia dedit in dotem, nec recepit, alienare non potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

2 Nota quod post dotem restitutam fundus dotalis liberè potest alienari, vt post Bald. tenet Aretin. *in rubr. ff. soluto matrim. numero 2.* Ias. *numer. 10.* Rip. *numero 71.* & Alciat. *numer. 51.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri numer. 59. vers. ex quo primò infertur.* quod tamen

3 est intelligendum, quando dos restituta remanet penes ipsam mulierem; nam si ad illius patrem reuertatur, pater fundum dotalem alienare non potest, vt tenet *gloss. 1. hic,* Ias. *in d. rubr. num. 12.* Alciat. *num. 52. per authent. sed quamuis, C. de rei vxor. act.* vbi Salicet. *num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor non potest vendere prædium dotale, nec vendenti consentire, marito non consentiente, & n. 2. amplia vt* num. 3.

4 *Dominium rei dotalis est mariti.*

5 *Maritum non effici simpliciter dominum dotis, sed tantùm quoad ius administrandi, & faciendi fructus suos.*

6 *Maritus quamuis non possit alienare fundum dotalem, etiam consentiente vxore; poterit tamen mulier eum alienare marito consentiente. Contrarium* num. 7.

8 *Mulier si consentiret alienationi rei suæ dotis, & cum iuramento confirmârit, non poterit ei tunc contrauenire. Amplia vt* num. 9. *& limita vt* num. 10.

L. Si prædium. XXIII.

Iidem AA. & CC. Diogeni.

1 VXor non potest vendere prædium dotale, nec vendenti consentire, marito non consentiente. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol. 57.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Corras. *lib. 5. miscellan. cap. 14. in princ. & n. 6.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 30. gloss. 1. num. 28. & de iure mariti gloss. 8. num. 100.* Gratian. Falcon. *regul 26.*

3 vbi diuersis modis ampliat, & præcipuè in vidua, & etiamsi mulier alienaret dotem ad tempus solutionis matrimonij, Afflict. *decis. 336. num. 1.* Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat. verbo fundus, num. 9.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 18. n. 49. & 50.*

Cùm rei sibi quæsitæ dominium, &c.] Notatur ad hoc quòd dotalis rei dominium mariti est, vt per Menoch. *de arbitr. casu 39. numero 19.* Et dum expressè in hac l. dicitur quòd vxor res dotales semel in dotem traditas marito, alienare non potest, & reddit rationem, quia dominium earum rerum marito quæsitum non potest mulier ipsa alienando auferre, videtur probari dotalium rerum, quæ inæstimatæ in dotem datæ sunt, dominium maritum habere, vt per Doctores citatos *ad gloss. verbo naturali, in l. in rebus 30. infrà hoc eodem tit.* Sed contra eos est communis Doctorum resolutio, de qua *ibi*, cui non obstat text. *in præsenti*, cui satisfacere conantur Pinel. *in l. 1. part. 2. numer. 12. C. de bonis maternis,* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. ex his, n. 252. ff. de liber. agnosc.* qui respondet verum esse constante matrimonio vxorem esse dominam dotis, ideo tamen (licèt domina sit) res dotales alienare non posse, quia læderetur vir, qui sustinet onera matrimonij, propterea quòd per alienationem careret commodo fructuum quod ex lege illi competit, ideo alienatio prohibita est ipsi vxori. Verùm hanc solutionem improbat D. Barbos. *in l. dotalem, numero 1. in fine, ff. soluto matrimonio,* ex eo quòd text. *in præsenti,* non fundetur in læsione viri, sed dumtaxat moueatur principaliter ea ratione quòd mulier non potest alienando auferre dominium marito quæsitum, quæ ratio secundùm eum euincit dominium dotis esse penes maritum. Sed pro Corduba de Lara considerari potest vxorem constante matrimonio res dotales alienare non posse, propter rationem prædictam, hoc est, quia cùm dos detur marito propter onera matrimonij, quæ sustinet, læderetur ius mariti in fructibus, & administratione ex tali alienatione, & tolleretur illi nocenti rei iam quæsitæ dominium, hoc est, dominium illud quod in marito constante matrimonio dari suprà diximus, quod cùm à tempore contracti matrimonij, & traditionis dotis sibi quæsitum fuerit, per alienationem vxoris non potest auferri: vnde quamuis hîc dicatur rei iam quæsitæ dominium marito auferri non posse, non tamen expressum est illud esse verum, & proprium dominium, aut quale dominium sit, sed dumtaxat dicitur dominium, quod ex aliis legibus de improprio quodam dominio, quod subtilitate, aut fictione iuris procedit, intelligendum est: vt alio loco intellexit idem D. Barbos. *in l. diuortio, §. si fundum, num. 29. in pri. c. ff. solut. matrim.* vbi 5
expressè dicit quod maritus non efficitur singulariter dominus dotis, sed tantùm quoad ius administrandi, & faciendi fructus suos, & eorum respectu dominus appellatur.

Nolenti minimè poterit.] A contrario sensu videtur probare hic text. quòd quamuis maritus non possit alienare fundum dotalem, etiam consentiente vxore, *l. vnic. §. & cùm lex, Cod. de rei vxor. action.* tamen è contra mulier fundum dotalem alienare poterit marito consentiente, vt per Cyn. & Alberic. *in præsenti.* Contrarium tamen verius est, quia si maritus non potest alienare fundum dotalem etiam consentiente vxore, ergo neque vxor consentiente marito, cùm eadem sit ratio prohibitionis, & quia aliàs facilè fraudari posset prædicta legis prohibitio. Ita Palat. *in repet. rubr. de donat. inter, §. 17. n. 8.* Nouell. *de dote part. 7. spec. 1. num. 12.* Campeg. *in simili tract. part. 4. quæst. 22.* Franc. Marc. *decis. 424. num. 3. part. 1.* Roder. Xuar. *in tit. de las arrhas, num. 51.* Valasc. *tom. 2.* *consult.*

consult. 150. *num.* 6. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 5. *num.* 4. *ff. soluto matrim.* vbi respondet in hoc text. non esse sumendum argumentum à contrario sensu, quia esset contra dispositionem *dict. l. vnic.* §. *& cum lex*, deinde ait posse faciliùs responderi hanc legem procedere in terminis *l. Iulia*, quæ permittebat alienationem fundi dotalis consentiente coniuge, & hac de causa præsupponit text. *in præsenti*, consentiente marito vxorem posse fundum dotalem alienare.

8 In gloss. *Nihil interest.* ibi, *& posset ipsa venire contra venditionem etiam iuratam*, &c. Notatur ad hoc quòd si mulier consentiret alienationi rei suæ dotis, & iuramento eam confirmauerit, ei non poterit tunc contrauenire, vt per Bald. Nouell. *de dote, part.* 7. *priuileg. fin.* Campeg. *in simili tractatu part.* 4. *quæst.* 11. Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum,* §. 17. *numer.* 17. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri numero* 57. Couar. *in cap. quamuis pactum, part.* 2. §. 1. *numero* 5. Roland. *consil.* 82. *numer.* 2. *lib.* 2. Viui. *decis.* 133. *num.* 2. Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. Franc. Marc. *decis.* 327. *numer.* 2. *part.* 1. Paris. *cons.* 75. *num.* 2. *cum seqq. vol.* 3. Ioan. Baptist. Costa *de facti scientia & ignorant. insp.* 14. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg.* 76. *num.* 1. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 141. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 5. *num.* 73. *&* 74. *ff. solut. matrim.*

9 Quod quidem extenditur, quamuis ex ea alienatione rei dotalis iuramento confirmata, mulier maximè læderetur, quia remaneret indotata, nam adhuc contra eam venire non poterit, Campeg. *dict. quæst.* 11. Roland. *d. consil.* 82. *numero* 20. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *sub hoc tit. conclus.* 1. *num.* 7. Ioan. Angel. Pisanel. *in addit. ad Afflict. decis.* 311. Benechend. *in addit. ad Seraphin. dict. priuileg.* 76. *numer.* 5. Gutier. *d. cap.* 1. *numero* 19. *&* 20. vbi hanc partem sequitur quando maritus tempore contractus & alienationis erat soluendo, licèt postea tempore exactionis dotis bona non sint, ex quibus mulieri solui possit, Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 3. *numero* 19. Morquech. *de diuisione bonorum lib.* 1. *cap.* 9.
10 *numer.* 41. *&* 42. vbi limitat interueniente læsione enormissima in alienatione rei dotalis. Quicquid aliud velint Afflict. *d. decis.* 311. *numer.* 5. *&* 6. Burg. de Pax *quæst. ciuili* 7. *num.* 58. Rodriq. *de annuis redditibus lib.* 2. *quæst.* 5. *numer.* 16. Auendan. *de censib. cap.* 94. *num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Mulier vbi dotem perdit ex culpa, dos non reuertitur ad eum, qui eam dedit, nisi sibi fuerit pactus, & stipulatus, &* num. 2.
3 *Matrimonium vbi soluebatur per diuortium culpâ mulieris, ipsa totam dotem amittebat.*
4 *Dos ob ingratitudinem reuocari nequit.*

L. Si dotem. XXIV.

Iidem AA. *&* CC. *Aurelio & Lysimacho.*

1 VBi mulier ex culpa perdit dotem, dos non reuertitur ad eum, qui eam dedit, nisi sibi fuerit pactus vel stipulatus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor. Lopez *l.* 23. *gloss.* 1. *in medio, titul.* 11. *part.* 4. Anton Gom. *l.* 40. *Tauri num.* 91. *versic. sexto*, Bocer. *in disput. de iure vniuerso classi* 2. *disput.* 18. *num.* 60.

Hanc culpa vxoris dissoluto matrimonio, &c.] Notatur ad hoc quòd apud Iureconsultos si mulieris culpa per diuortium soluebatur matrimonium, ipsa totam dotem amittebat, vt per D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. part.* 1. *num.* 149. *ff. solut. matrim.* 3

Licèt eam ingratam circa vos fuisse ostenderitis, &c.] Notatur ad hoc quòd dos ob ingratitudinem reuocari nequit, vt per Boër. *decis.* 27. *in fine.* Bellacomb. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 5. *tit.* 7. *numer.* 125. *pag.* 729. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 6. *verbo & sera, num.* 20. Gom. *Lusitan. decis.* 163. *num.* 3. Gutier. *de iurament. confirmat. par.* 1. *cap.* 10. *numer.* 4. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part.* 1. *collectan.* 17. *versic. secundo*, Mariens. *l.* 1. *gloss. fin. num.* 3. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ recopilat.* Mieres *de maioratu part.* 1. *quæst.* 12. *num.* 196. *&* 199. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 281. *versic. hac etiam ratione*, Ceuall. *communium contra communes quæst.* 73. *numero* 5. Quicquid contrarium existimauerint Rip. *in repetit. l. fin. C. de reuocand. donat. quæst.* 51. *numero* 168. & Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis maternis part.* 3. *num.* 62. *versic. infertur* 32. vbi tamen intelligit textum *in præsenti* procedere in muliere ingrata dotanti, ne eius ingratitudo noceat viro à quo hîc dos non aduocatur, quia scilicet quoad eum causa onerosa est; contrarium verò sentit quoad mulierem vt dos ab ea reuocari possit ob ingratitudinem: & sic respectu vxoris soluto matrimonio propter ingratitudinem dotem reuocari præter Pinel. *d. illat.* 32. *versic. sed contra*, tenent Mariens. *d. l.* 1. *gloss. fin. num.* 3. *versic. sed quoad muliere*, Mieres, *dict. quæst.* 12. *num.* 197. *&* 198. vbi tradit mortua persona, cuius respectu donatio non potest reuocari, quasi cessante causa reuocabilem effici, Cancer. *variarum part.* 3. *cap.* 2. *de inuentar. num.* 222. vbi tradit priuilegia, quæ conceduntur rei gestæ fauore alicuius matrimonij cessare soluto eo per mortem viri sine liberis, Fontanel. *de pactis nupt. clausul.* 4. *gloss.* 28. *num.* 12. *& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio de dote reddenda mulieri testandi causa, committitur illa mortua etiam intestata.*
2 *Causa finalis quando dicatur, & quando impulsiua, remissiuè.*
3 *Fundus quando relinquitur ad vsum, vel vsumfructum, tunc videtur relicta proprietas. limitatur id* num. 4.
5 *Res quando relinquitur in gaudimentum, venit fundus, non vsusfructus.*
6 *Fundus quando relinquitur, vt eo legatarius gaudere possit, debetur proprietas.*

L. Si mulier. XXV.

Iidem AA. *&* CC. *Entychiano.*

STipulatio de dote reddenda mulieri testandi causa committitur illa mortua etiam intestata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Circa materiam huius text. vide Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 7. *numer.* 30. vbi ait in casu huius legis vxorem fuisse stipulatam sibi dotem reddi vt de ea testaretur, & respondere Imperatorem ait eam dotem ad hæredes mulieres abintestato succedentes pertinere, quia illi stipulatio conditionalis non est, sed magis causam continens, propter quam fuit 2

fuit stipulatio, vt ex illis verbis deducitur, ibi, *nec conditionem, sed causam continet*, quo loco hunc text. planè docere, contrarium esse obseruandum tradit si stipulatio fuerit conditionalis. D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrimonio, p.* 1. *num.* 38. *ante med.* vbi ait textum loqui in modo continente quòd quis testatetur, quod quidem cohæret personæ. *l. illa institutio, ff. de hered. instit.* & ideo non impletur per hæredem, *l. vn. §. ne autem, C. de caduc. tollend.*

2 In gloss. *Mulier*, 1. ibi, *non enim fuit hec conditio, sed causa scilicet impulsiua, vel efficiens*, &c. Notat Tiraquell. *in tractat. Cessante causa, limit.* 1. *n.* 52. quòd cùm causa tendit ad commodum solius accipientis, ea causa præsumitur impulsiua, si ad commodum concedentis, vel alterius tertij finalis. Causa finalis quando dicatur, & quando impulsiua, vide Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *litt. C. concl.* 141. *& seq.*

3 In eadem gloss. ibi, *& videtur quòd proprietas*, &c. Notatur ad hoc quòd quando relinquitur fundus ad vsum, vel vsumfructum, tunc videtur relicta proprietas, vt per Natt. *consil.* 211. *num.* 17. Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, num.* 78. Menoch. *cons.* 352. *num.* 17. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 133. *num.* 11.

4 vbi *num.* 12. id limitat si dictum fuit ad vsum, & vsumfructum, seu ad vtendum & fruendum tempore vitæ suæ, quia hæc postrema verba, *tempore vitæ suæ*, significant solum ipsum vsumfructum fuisse relictum, Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 3. vbi *n.* 4.

5 quòd quando relinquitur res in gaudimentum, venit

6 fundus, non vsusfructus, & *num.* 5. quòd quando fundus relinquitur, vt eo legatarius gaudere possit, proprietas debetur.

L. Si genero. XXVI.

Iidem AA. & CC. Demostheni.

1 PAter non potest stipulari filio emancipato, nec dotem extraneo reddi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit D. Barbos. *in l. Gaius* 46. *num.* 4. *ff. soluto matrimonio.*

Vide Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 14. *tit.* 28. *num.* 55. vbi ait probari *in præsenti* quòd si quis rem suam dederit in dotem genero, & stipuletur eam extraneo reddi soluto matrimonio, stipulatio non valet. Eman. Costa *select. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 1. *&* 2.

3 *Nec tibi prohibente iure*, &c.] Notatur ad hoc quòd filio emancipato non potest pater stipulari, vt per Conan. *comment. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 3. Eman. Costa *d. cap.* 15. *à princip.* quicquid contrarium, imò filio emancipato posse patrem stipulari, & ei vtilem actionem quærere, teneant Bart. *in l. quod dicitur, n.* 7. *ff. de verborum obligat.* Cuiac. *ad African. tract.* 7. §. 12. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis maternis, part.* 2. *n.* 73. Menoch. *cons.* 162. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Maritus licèt sit lucratus dotem, non tamen tenetur ad soluendum tributa aliarum rerum vxoris suæ, sed tenentur possessores, seu successores.*

2 *Pater si dedit dotem filiæ, & non fuit stipulatus sibi reddi, an maritus, qui hoc casu lucratur dotem, teneatur ad onera hæreditaria.*

L. Licèt dos. XXVII.

Iidem AA. & CC. Pompeiano.

LIcèt maritus sit lucratus dotem, non tamen tenetur ad soluendum tributa aliarum rerum vxoris suæ, sed tenentur possessores, seu successores. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Vide Gregor. Lopez *l.* 23. *gloss.* 1. *in fine, tit.* 11. *p.* 4. 2
vbi remissiuè quid in patre, qui dedit dotem filiæ, neque fuit stipulatus sibi reddi, an maritus, qui hoc casu lucratur dotem, teneatur ad onera hæreditaria, Boër. *dec.* 244. *num.* 11. vbi quòd ad relicta, vel legata, seu donationes per vxorem factas in testamento, vel codicillis, non tenetur maritus, licèt lucri dotem faciat, sed hæredes vxoris tenentur, & infert ad casum de quo ibi, quòd licèt maritus promiserit exequi testamentum, debet intelligi quoad funeris impensam solùm, & vsque ad summam ascendentem partem dotis, quam lucratus fuit, & non vltrà.

SVMMARIVM.

1 *Dos, & donatio propter nuptias possunt auctoritate curatoris generalis, vel specialis, constitui, & exigi, licèt curator, vel fideiussor minus habeant in bonis, quàm sint res in dotem constituta.*

2 *Mulier minor* 25. *annis potest per se dotem dare de bonis mobilibus auctoritate curatoris, de immobilibus verò non potest sine iudicis auctoritate.*

3 *nihil attinet an Fideiussor tutoris, seu curatoris sit æquè locuples ac pupillus.*

L. Mulier. XXVIII.

Imp. ZENO A. Æliano P.P.

AVctoritate curatoris generalis, vel specialis dos & donatio propter nuptias possunt constitui, & exigi, licèt curator, vel fideiussor minus habeant in bonis, quàm sint res in dotem constitutæ. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Vide *l. Hispan.* 14. *tit.* 11. *p.* 4. vbi est constitutum quòd potest mulier minor 25. annis per se dotem dare de bonis mobilibus curatoris auctoritate, sed de immobilibus non potest sine iudicis auctoritate, Cuiac. *lib.* 16. *obseru.* 14. 2

Licèt tempore creationis fideiussorem, &c.] Ergo non est necesse quòd fideiussor tutoris, siue curatoris sit æquè locuples sicut pupillus, de quo vide Roder. Xuar. *tit. de compensand.* §. 4. *n.* 14. *& seqq.* 3

In gloss. *Præstitisse, fin.* ibi, *curator erat diues.* Vide Hippol. *in l.* 1. §. *præterea, n.* 134. *ff. de quæst. & in rub. de fideiussor, num.* 227.

SVMMARIVM.

1 *Viro vergente ad inopiam, etiam constante matrimonio mulier potest dotem exigere, & hypothecariâ agere, sicut posset matrimonio dissoluto, &c.* & num. 2.

3 *Vendicans rem aliquam præfertur omnibus, & quibuscunque aliis creditoribus.*

4 *ad Inopiam peruenisse censetur, qui pluribus se fideiussoribus immiscet.*

5 *Dos non potest repeti marito incipiente malè vti substantia sua.*

6 *Fructus dotis & donationis propter nuptias seruire debent in alimenta vxoris & matris.*

7 *Dotis restitutio ita est restricta vt mulier se, virum & familiam possit sustentare.*

8 *Mulier licèt tacitè hypotheca priuilegio gaudeat in donationibus ante, vel propter nuptias, non vtique habebit priuilegium prælationis, quod soli doti conceditur. intellige vt* num. 9.

10 *Mulier vt admittatur ad dotis restitutionem, non requiritur maritum esse inopem, sed satis est quòd incipiat vti malè substantia sua.*

11 *Vxor potest repetere dotem propter mariti inopiam.*

12 *Vxor si constante matrimonio aduersùs maritum agat propter inopiam, &c. satis probabitur mariti paupertas per vulgi opinionem.*

13 *Vxor poterit agere contra socerum qui recepit dotem, si ad inopiam vergat, ad dotis, & aliorum bonorum restitutionem sicut posset agere contra maritum.*

14 *Dos si esset data socero, & marito, altero eorum ad inopiam vergente, poterit vxor agere ad dotis & aliorum bonorum restitutionem.*

15 *Dotis & donationis propter nuptias restitutio non debet euitari, etiamsi offeratur cautio per maritum in casu vergentiæ ad inopiam.*

16 *Bona mariti recipientis à muliere, vltra dotem, bona paraphernalia tacitè videntur hypothecata pro eorum administratione & restitutione.*

17 *ad Dotis & donationis propter nuptias restitutionem non datur vxori directa actio in rem ratione dominij, sed solùm ratione hypothecæ, vel personali.*

18 *Vxor vt possit repetere dotem auocando res mariti alienatas per hypothecarium, necessarium quòd procedat excussio in bonis mariti, an ille sit soluendo, necne.*

19 *Excussionis exceptio an obstet viro & vxori agentibus ad dotem contra possessores bonorum tacita actione hypothecaria, remissiuè.*

20 *Rerum paraphernalium fructus non pertinent viro, sed soli vxori: de bonis autem paraphernalibus tenetur vxor alere virũ in casu necessitatis,* n. 21.

22 *Paraphernalium fructus non pertinere ad virum, nisi tantùm ad vsum, & quatenus excedunt vsum debere restitui hæredibus, hodie corrigitur per leges Hispanas.*

23 *Casu quo vxor constante matrimonio propter inopiam mariti dotem repetit, maritus in solidum tenetur. Quòd si propter paupertatem mariti dos fuerit restituta vxori, si maritus postea efficiatur diues, dos restituta vxori non debet iterum reuerti ad eius administrationem.*

L. Vbi adhuc. XXIX.

Imp. IVSTIN. A. *Mennæ P.P.*

1 VIro vergente ad inopiam, etiam constante matrimonio mulier potest dotem exigere, & hypothecaria agere, sicut posset matrimonio dissoluto: debet tamen dos exacta pro oneribus matrimonij deseruire, & alienari non potest pactis dotalibus in casúm soluti matrimonij reseruatis; idem in donatione propter nuptias. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr. hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol.57.* Giphan. *tom.1.pag.403.*

2 Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem, ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 29. tit.1.p.4.* vbi statuitur posse mulierem durante matrimonio dotem exigere si ex mala viri administratione mulier timet dotis dissipationem, vel vt maritus de ea idoneè caueat, aut in alterius manum ponat, vt de dotis fructibus ambo sustententur, vbi Greg. Lop. *gloss. 2.* remissiuè quando quis dicatur malè vti substantia sua; Neguzant. *de pignorib. part. 2. membr. 4. num. 64. & part. 5. membr. 1. num. 29. 38. & 39. ad fin. & p. 6. memb. 2. num. 4. & part. 8. membr. 1. num. 27.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, in princip. §. 3. num. 2. & 3.* vbi quòd in hac l. multa adduntur ad *l. si constante, ff. soluto matrim. & §. 17. in princip.* conclusionem facit quòd marito ad inopiam vergente, constante matrimonio, potest vxor dotem, & donationem propter nuptias ac bona paraphernalia à marito repetere. Sebast. Medices *de casibus fortuitis, p. 2. quæst. 4. num. 54.* Benintend. *dec. 68. n. 5.* Cornazan. *decis. 95. num. 1.* Ioseph. Ludou. *Lucensi dec. 22. num. 19. & 21.* Viui. *decis. 538. num. 8. cum seqq.* Marcel. Cala *de modo articulandi, & probandi §. 2. glos. 1. num. 151.* Escob. *de ratiocin. lib. 2. comput. 18. num. 10. & seq.* Montan. *de tutel. cap. 36. regul. 1. num. 9.* Vincent. Caroc. *de sequestro q. 2. p. 2. princ. à num. 1.* Marsull. *ad Capyc. decis. 46. sub num. 4.* Hering. *de fideiussor. cap. 1. num. 12. & c. 6. num. 184.* Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed. 1. sub num. 4.* Menoch. *cons. 1124. n. 2.* à Ponte *dec. 19. n. 19. & 20.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 44. n. 21.* latè D. Barbos. *in d. l. si constante, in princ. à n. 1.* vbi refert illorum opinionem, qui ad sciendum à quo tempore incipiat competere dotis restitutio vxori propter inopiam mariti, tria distinguunt tempora, in quibus diuersæ leges circa hoc latæ fuerunt, & *num. 6.* explicat decisionem *d. l. si constante, & n. 7.* vlteriùs perquirit an in aliquo ei aduersetur decisio huius text. Conti. *lib. 1. dispunct. c. 7.* Menoch. *cons. 5. n. 36.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 83.* Castill. *controuers. lib. 4. c. 26. à princ.* Giurba *dec. 16. n. 1.*

Easdem res vendicare, &c.] Aduertit Palat. *in repet. cap. per vestras, in princ. §. 20. num. 1. vers. nec obstat,* quòd Imper. non habuit respectum in præsenti ad vendicationem ratione dominij, sed ratione hypothecæ. Notatur ad hoc quòd vendicans rem aliquam præfertur omnibus, & quibuscunque aliis creditoribus, vt per Caroc. *de deposito p. 2. q. 4. num. 1.* Matiens. *l. 6. gloss. 5. num. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ Recop.* Castill. *controu. lib. 3. c. 16. n. 75.* 3

Maritus ad inopiam sit deductus, &c.] Vide Hippol. *singul. 574.* vbi tenet quòd ad inopiam censetur peruenisse qui pluribus se fideiussionibus immiscet. Mich. Grass. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 12. solut. matrim. num. 80.* vbi tenet constante matrimonio non posse dotem repeti marito incipiente malè vti substantia sua, & *num. 81.* tenet mulierem repelli ab hac dotis repetitione, si vxor sciens contraxit matrimonium cum viro inope, & non existente soluendo, & *num. 82.* per gloss. *in præsenti* tradit hoc priuilegium repetitionis dotis habere quoque locum in socero recipiente dotem, & vergente ad inopiam, Amat. Roderic. *in tract. de concursu & priuileg. credit. par. 1. art. 1. num. 29. prope fin.* vbi tenet quòd si euidentissimè appareat mariti facultates ad inopiam vergere vt insufficientes sint ad solutionem dotis, repetitio ipsius dotis vxori competit. 4

Vel à creditoribus posterioribus, &c.] Nihil dicit de anterioribus, quia tempore huius l. adhuc nõ fuerat edita *l. assiduis, C. qui pot. in pignore,* quæ de nouo cõcessit, vt etiam anterioribus præferatur, quod ex eo constat, quia hæc lex fuit edita ante *l. in rebus 30. infrà hoc eod. tit.* cùm in fine illius fiat mentio huius l. & post vtramque fuit edita *d. l. assiduis,* quia illarum facit mentionem. Ita D. Barbos. *in l. 1. par. 6. num. 10.*

ff. solu.

ff. soluto matrim. Vtrùm autem mulier virtute tacitæ hypothecæ præferri debeat in repetitione suæ dotis omnibus mariti creditoribus ante contractam dotem in eisdem bonis expressam, & anteriorem hypothecam habentibus? vide Cou. *lib. 1. var. c. 7.* Anton. Gom. *Tauri ex n. 39.* Matienf. *l. 7. glos. 5. n. 4. tit. 16. lib. 5. nonæ Recop.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 16.* Ænn. Robert. *lib. 4. rerum iudic. cap. 19.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 438.* Ceuall. *commun. quæst. 371.* D. Barbos. *in d. l. 1. part. 6. à n. 1.* Amat Roderic. *d. art. 1. n. 6. cum seqq.*

6 *Sed fructibus earum ad sustentationem*, &c.] Notatur ad hoc quòd fructus dotis, & donationis propter nuptias seruire debent in alimenta vxoris & matris, vt per Suid. *de aliment. tit. 1. quæst. 35. n. 3.* vbi *n. 4.* quòd fructus dotis sunt viri, & seruire debent
7 ad alendum virum: Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 12. tit. 30. num. 9.* vbi quòd dotis restitutio est restricta vt mulier se, virum & familiam sustentare possit.

8 *Quo dotis & ante nuptias donationis*, &c.] Propter æquiparationem hic pactam dotis & donationis ante nuptias, videtur insinuari ius tacitæ hypothecæ & priuilegium prælationis competere mulieri pro ante nuptias donatione, vel propter nuptias; sed communis Doctorum sententia est, quòd licèt mulier tacitæ hypothecæ priuilegio in his donationibus gaudeat; non vtique prælationis priuilegium habebit, quod soli doti conceditur, vt latè comprobant Neguzant. *de pignorib. 4. membro secunda partis n. 64.* Anton. Gom. *l. 51. Tauri n. 41.* Merier. *lib. 2. de priuileg. creditor. tit. 5. n. 41. cum seqq.* D. Barbos. *in l. 1.*
9 *ff. soluto matrim. part. 4. num. 31.* vbi intelligit quando mulier allegat donationem propter nuptias sibi factam ad effectum eam lucrandi, secùs si ad effectum vt ex ea obtineat dotis faciliorem restitutionem, quia tunc cum effectu videatur agi de dotis conseruatione, habebit ius prælationis. Amat. Roderic. *d. art. 1. num. 21.* vbi *num. 22.* subdit textum *in præsenti* de tacitæ hypothecæ tantùm priuilegio intelligendum esse, quod habet aduersùs cæteros mariti creditores in eius bonis sicut in dote, non verò de prælationis priuilegio intelligi oportere. Et notat Couar. *lib. 1. var. cap. 7. num. 1. in princip.* per hunc text. quòd si maritus bona paraphernalia administrauerit, pro eis recuperandis vxor tacitam hypothecam habet.

10 In gloss. *Ad inopiam*, ibi, *scilicet quando vir cœpit malè vti sua substantia.* Notatur ad hoc quòd hodie non requiritur maritum esse inopem vt mulier admittatur ad dotis restitutionem, sed satis esse quòd maritus incipiat vti malè substantia sua, vt per Anton. Constan. *de dotib. c. 6. n. 1.* Campeg. *de dote, pag. 3. quæst. 19.* Bursat. *cons. 56. n. 1. ad fin. lib. 1.* quos refert, sed non sequitur, D. Barbos. *in d. l. si constante 25. in princ. n. 3. in fine.*

Hac in re optimè Palat. quem refert & sequitur Castill. *lib. 4. c. 26. n. 2.* infert post editam *d. leg. Partita 29.* decisionem non posse sustinere Bart. doctrinam, quam ibi adducit, quòd licèt vir bene inchoet vti substantia sua, si malum exitum habuit, quia perdit, vel depauperatur, nihilominus poterit vxor vti remedio prædicto, quia res dicitur malè geri respectu finis; & verè quidem concludit in hunc modum. Sed per prædicta tene contrarium, quoniam si maritus cœpit bene vti substantia sua, non potest tunc dici ad inopiam vergere, si postea casu mala successit, &c. Deinde subdit idem Castill. *d. cap. 26. num. 3.* quòd dos licèt de iure communi repeti possit à viro durante matrimonio si efficiatur pauperior iure tamen Regio de quo *in d. l. 29. Partita*, non potest repeti nisi culpa mariti fiat pauperior, & in hanc sententiam citat idem sentientes Olan. *in concordia iuris communis & Regij lit. D, num. 76. & 77.* Ioan. Bapt. Villalob. *in antinom. iuris communis & Regij lit. D, num. 32. & in ærario commun. opin. lit. D, num. 209.*

In ead. glos. ibi, *tunc in quantum facere potest*, &c. 11
Notatur ad hoc quòd propter mariti inopiam potest vxor repetere dotem, adeò quòd non habeatur ratio, ne maritus egeat, vt per Palat. *in repet. d. cap. per vestras in princ. §. 37. à princ.* Vnde per hanc glos. tenet Cancer. *var. part. 1. cap. 9. n. 112.* quòd quando maritus constante matrimonio conuenitur pro dote, non habet beneficium ne egeat.

In ead. glos. ibi, *secundum opinionem vulgi*, &c. 12
Notatur ad hoc quòd si constante matrimonio vxor aduersùs maritum agat propter inopiam, seu quia is malè vtatur bonis, ad dotis restitutionem, cùm agatur de modico præiudicio, satis probabitur mariti paupertas per vulgi opinionem, vt per Palat. *in repet. d. cap. per vestras in princ. §. 18. n. 31.* Duen. *reg. 299. vers. limita 5.* Hippol. *in l. de minore, §. plurium, num. 56. ff. de quæst.* Cou. *l. 2. var. cap. 6. n. 8. vers. item satis probatur*, vbi respondet ad text. *in l. si constante, ff. soluto matrim.* requirentem euidentissimam probationem. Mascard. *de probat. concl. 1019. n. 1.* vbi quòd probatio per famam, maritum scilicet re sua abuti, satis esse vt is dotem restituat, & *n. 2.* subdit quòd plenè probandum est maritum re sua abuti, cùm agitur hypothecaria contra extraneum, cùm probatio per famam tunc non sufficiat, & *n. 3.* tenet tunc per famam rectè probari, maritum re sua abuti, cùm huiusmodi fama habuit originem ex probabilibus coniecturis, idem Mascard. *concl. 1154.* aliàs *1159. n. 20.* vbi quòd fama facit plenam probationē quando agitur de modico præiudicio, & citat hanc glos. Benintend. Bonon. *decis. 68. num. 1.* Ioseph. Ludouic. *Lucensi decis. 22. num. 14.* D. Barbos. *in l. si constante 25. in princ. n. 63. in fine, ff. soluto matrim.* vbi *num. 64.* respondet ad text. *in ead. l. si constante*, ibi, *euidentissimè*, vt hoc verbum sit interpretandum iuxta subiectam materiam, secundùm reg. *l. si vno, ff. locati*; si ergo adiiciatur facto negatiuo non restricto ad locum, vel tempus, intelligitur de ea probatione, quæ fit per vulgi opinionem, quia licèt non sit euidens probatio, est tamen euidens apparitio quòd maritus sit pauper, nec enim hoc debet apparere ex duorum, vel trium iudicio, sed ex vulgi & vicinorum opinione.

In ead. glos. ibi, *dico idem quod in viro*, &c. Nota- 13
tur ad hoc quòd poterit vxor agere contra socerum qui recepit dotem, si ad inopiam vergat, ad dotis, & aliorum bonorum restitutionem, sicut posset agere contra maritum, quia militat eadem ratio, vt per Palat. *in repet. d. cap. per vestras in princ. §. 29. n. 1.* Campeg. *de dote part. 3. quæst. 27. n. 2.* D. Barbos. *in d. l. si constante, n. 61.* vbi *n. 72.* opponit de text. *in l. si verò 65. §. de viro, ff. eod.*

In ead. gloss. ibi, *Item quid si ambo teneantur, scili-* 14
cet socer & vir, &c. Notatur ad hoc quòd si dos esset data socero & marito, altero eorum ad inopiam vergente poterit vxor ad dotis & aliorum bonorum restitutionem agere, vt per Palat. *in repet. d. cap. per vestras, in princ. §. 32. ante num. 1.* vbi intelligit quando maritus, & socer sunt obligati tanquam duo rei debendi, putà si hoc est actum tacitè, vel expressè, quia tunc propter paupertatem vnius, potest agi contra alium.

In ead. glos. ibi, *Sed pone in nostro casu virum velle* 15

dare fideiussorem, &c. Notatur ad hoc quod dotis & donationis propter nuptias restitutio non debet euitari, etiamsi offeratur cautio per maritum in casu vergentiæ ad inopiam, vt per Palat. *in repet. d. cap. per vestras, in princ.* §. 7. *vers. subdit*, & §. 33. *à num.* 1. vbi dicit ita tenendum tanquam verius, & æquius, ac mulieri, & dotibus magis fauorabilius, Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, n.* 31. *col.* 5. Cald. Pereira *de potestate elig. cap.* 19. *num.* 9. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 44. *n.* 24. & *Marchia decis.* 149. *num.* 9. *cum seqq.* Ioseph. Ludouic. *Lucensi dec.* 12. *num.* 8. & 11. Carthat. *decis.* 117. *num.* 3. & 4. Giurba *decis.* 16. *num.* 1. *in fine.*

16 In gloss. *Suppositas*, ibi, *item etiam pro alijs rebus extra dotem, idest, paraphernis*, &c. Notatur ad hoc quòd bona mariti recipientis à muliere vltra dotem bona paraphernalia tacitè videntur hypothecata pro illorum administratione, & restitutione, vt per Greg. Lop. *l.* 23. *gloss.* 2. *tit.* 13. *p.* 5. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 20. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 31. *in princ. ff. solut. matrim.* vbi addit quòd hæc tacita hypotheca inducta pro susceptione bonorum paraphernalium non habet ius prælationis, & *ibid. in vers. vlterius quæritur*, resoluit sub hac tacita hypotheca includi omnes res mariti siue mobiles, siue immobiles, & *num.* 32. disputat à quo tempore incipiat hæc tacita hypotheca.

17 In gloss. *Vendicare*, ibi, *per hypothecariam*, &c. Notatur ad hoc quòd ad consequendam dotis & donationis propter nuptias restitutionem non datur vxori directa actio in rem ratione dominij, sed solùm ratione hypothecæ, vel personalis, vt per Palat. *in repet. d. cap. per vestras, in princ.* §. 20. *num.* 1. *in princip.*

18 In gloss. *Qui non potiora*. ibi, *Item contra extraneos possessores*, &c. Notatur ad hoc quòd vt vxor possit repetere dotem auocando res mariti alienatas per hypothecariam, necessarium est quòd præcedat excussio in bonis mariti, an ille sit soluendo, necne, exemplo cæterorum creditorum, itaut antequam sit certum maritum non esse soluendo, vxor minimè agere possit contra tertios possessores, vt per Campeg. *de dote part.* 3. *quæst.* 46. Capell. Tholos. *quæst.* 338. Neguzant. *de pignorib. part.* 8. *memb.* 1. *num.* 23. Greg. Lop. *l.* 14. *verbo estar tit.* 14. *part.* 5. Boër. *decis.* 200. *num.* 8. Natt. *cons.* 81. *à num.* 1. *lib.* 1. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 18. *num.* 3. Mich. Grass. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 12. *solut. matrimon. num.* 33. *pag.* 741. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 37. *num.* 21. D. Barbos. *in l. si constante, in princ. n.* 38. *ff. soluto matrim.* vbi reprobat Palatium, Bald. Nouel. & Ioseph. Ludou. contrarium tenentes.

19 Verùm excussionis exceptio obstet viro & vxori agentibus ad dotem contra possessores bonorum tacita actione hypothecaria? vide Gail. *lib.* 2. *obseru.* 27. *num.* 9. & 10. Caroc. *in tract. de excussionib. part.* 2. *quæst.* 15. *n.* 4. Vincent. de Franchis *part.* 1. *decis.* 270. Pellic. *in consuet. Auersa c.* 9. *num.* 147. Mastril. *Sicil. decis.* 109.

20 In gloss. *Ad substentationem*. ibi, *ergo fructus donationis sicut dotis seruiunt viro*, &c. Notatur ad hoc quòd fructus rerum paraphernalium non pertinent viro, sed soli vxori, quia in solis dotalibus interuenit titulus onerosus, mediante quo maritus lucratur fructus in recompensam onerum matrimonij, vt per Ant. Gom. *l.* 50. *Tauri, n.* 33. *col.* 1. *vers. tertium.*

21 In ead. gloss. ibi, *non sic in fructu paraphernalium*, &c. Contra hanc glos. tenent communiter Doctores quòd de bonis paraphernalibus in casu necessitatis tenetur vxor alere virum, vt per Guid. Papæ *quæst.* 439. *num.* 2. Campeg. *de dote part.* 3. *quæst.* 23. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis* §. *si quis ex his, n.* 14. *ff. de liber. agnosc.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 35. *n.* 2. *in fin.* & *n.* 3. Seraph. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 107. *n.* 13.

Aduertit Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum* 22
& *vxorem*, §. 62. *n.* 11. hanc gloss. dum voluit quòd fructus paraphernalium non pertinent ad virum, nisi tantùm ad vsum, & quatenus excedunt vsum debent restitui hæredibus, hodie corrigi per leges Hispanas, quas ibi citat, quia fructus paraphernalium, & omnium aliorum bonorum viri & vxoris, æqualiter pertinent ad virum, & vxorem, ipsæ tamen res, ex quibus fructus percipiuntur, remanent eius, cuius erant, vel hæredum suorum.

In ead. gloss. ibi, *eum damnandum hoc casu in so-* 23
lidum, &c. Notatur ad hoc quòd hoc casu, quo vxor constante matrimonio propter inopiam mariti dotem repetit, maritus in solidum tenetur, vt per Michaël. Grass. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 44. *pag.* 742. Adeò quòd non habeatur ratione ille egeat, vt per hanc gloss. tenet Palat. *in repet. d. cap. per vestras in princ.* §. 37. *nec maritus opponere possit de priuilegio, l. maritum, ff. solut. matrim.* vt ibi notat D. Barbos. *n.* 32. *in medio.*

In gloss. *Abitatur*. ibi, *Quid autem si maritus effi-* 24
ciatur diues, &c. Notatur ad hoc quòd si propter paupertatem mariti dos fuerit restituta vxori, si maritus postea efficiatur diues dos restituta vxori non debet iterum reuerti ad eius administrationem, vt per Capyc. *decis.* 46. *post princ.* Palat. *in repet. d. cap. per vestras, in princ.* §. 25. *à num.* 1. Campeg. *de dote, part.* 3. *q.* 47. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 35. Tiraq. *in tract. Cessante causa, limit.* 14. *n.* 1. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 14. quos refert & sequitur D. Barbos. *in d. l. si constante* 25. *in princip. num.* 32. *ff. soluto matrim.* vbi *num.* 33. alios contrarium tenentes citat & reprobat.

SVMMARIVM.

1 *Marito vergente ad inopiam, mulier donationem propter nuptias vendicat vt domina*, & num. 2.

3 *Dominium rerum donatarum propter nuptias transit in vxorem constante matrimonio. Si ex contractu transfertur dominium ipso iure, vtile, & non directum transfertur*, num. 4.

AVTH. Donationem.

MArito vergente ad inopiam mulier donatio- 1
nem propter nuptias vindicat vt domina. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Pa- 2
lat. *in repet. cap. per vestras, in princ. de donat. inter vir. & vxor.* §. 17. *in princ.* D. Barbos. *in l. si constante* 25. *in princ. à n.* 7. *ff. soluto matrim.* vbi quòd donatio propter nuptias, sicut & dos constante matrimonio, restituitur mulieri propter inopiam mariti, cum regulariter quod disponitur fauore dotis, extendatur ad donationem propter nuptias.

Vindicare potest.] Notatur ad hoc quòd domi- 3
nium rerum donatarum propter nuptias transit in vxorem constante matrimonio, vt per Greg. Lop. *l.* 1. *gl.* 4. *verb. en España, prope fin. tit.* 11. *p.* 4. in eam enim debet transire dominium vt rem vindicare possit, idem Greg. Lop. *l.* 7. *glos.* 1. *in med. tit.* 11. *p.* 4.

Notatur

Notatur etiam ad hoc quòd si ex contractu transfertur dominium ipso iure vtile, & non directum transfertur, vt per Tiraq. *de constit. part. 2. ampl.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri etiam soluto matrimonio pro rebus dotalibus, etiam æstimatis, competit rei vendicatio, & hypothecaria, in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus; nec ei vlla currit præscriptio antequam agere possit soluto, vel constante matrimonio. &* num. 2. 3.

4 *Maritus si non sit soluendo, quamuis res data in dotem sint æstimata tali æstimatione quæ faciat venditionem, dominium transfertur in vxorem soluto matrimonio, & potest vendicare tanquam proprios, & præfertur in eis cunctis creditoribus, etiam anterioribus, ac si nulla æstimatio interuenisset.*

5 *Venditio rei dotalis æstimata tenet, quando maritus est soluendo, aliàs mulier poterit habere recursum ad rem æstimatam, etiam contra extraneos possessores. etiamsi vxor consentiat venditioni rerum æstimatarum ea æstimatione, quæ emptionem fecit, quoties maritus non est soluendo,* num. 6.

7 *Bona dotalia licèt dentur æstimata marito ea æstimatione, quæ faciat emptionem, tamen quando maritus non est soluendo, nec transit dominium in maritum, neque in emptores bonorum dotalium, & sic mulieri competit rei vendicatio; non obstante æstimatione.*

8 *Mulier soluto matrimonio pro rebus dotalibus inæstimatis alienatis per virum constante matrimonio habet rei vendicationem directam; pro illis verò quæ fuerunt æstimata, habet vtilem, scil. tunc cùm vir aliàs non est soluendo, aliter secus. Si post solutum matrimonium non remaneant bona mariti sufficientia ad soluendam dotem vxori, quantumcunque dominium rerum æstimatarum æstimatione venditionem faciente in virum transierit, nihilominus reuertitur ad vxorem,* num. 9.

10 *Rerum dotalium dominium quando pertineat ad maritum, vel ad vxorem spectet, remissiuè.*

11 *Facultates mariti quando non sufficiunt, mulier pro repetitione dotis habet duplicem actionem, scil. hypothecariam, & vtilem rei vendicationem, & potest eligere quam velit.*

12 *contra Mulierem constante matrimonio nulla currit præscriptio in dote, seu in rebus dotalibus, si maritus ipse, vel alius tertius constante matrimonio aliquid ex bonis ipsis dotalibus alienauerit, vel alio quouis modo ad aliquem tertium deuenerit. Si tamen esset inchoata præscriptio ante contractum matrimonium, non interrumperetur per superuenientiam matrimonij, & dotis constituta,* num. 13.

14 *Matrimonio dissoluto præscriptio statim incipit currere contra mulierem, eo quo desinit impedita agere, nec sibi negatur potentia agendi, & recuperandi res dotales.*

15 *Actio de dote præscribitur spatio triginta annorum à die, quo agi potuit soluto matrimonio, vel viro vergente ad inopiam. Amplia quod in dote, & in rebus dotalibus suprà resoluimus circa earum præscriptionem, locum habere in donatione propter nuptias, & in arrhis,* num. 16. *Limita in bonis paraphernalibus, quæ præter dotem paraphernæ nuncupantur,* num. 17.

18 *Præscriptio contra hypothecam dotalem incipit currere ab eo tempore, à quo mulier agendi facultatem habet.*

19 *in Contractu, vel obligatione in diem ex partium conuentione, non potest præscribi, nisi elapso tempore, vel die.*

20 *Alienatio rerum dotalium æstimatarum valet, & res vendita per mulierem ratione dotis vendicari non possunt, si maritus est soluendo, & mulier aliunde habet vnde possit dotem recuperare; secus verò si soluendo non sit.*

21 *Rei dotalis dominium sitne apud maritum, an verò apud vxorem, &* num. 22.

23 *Sciens in alterius fundo latêre thesaurum, si illum emat, non habito respectu ad thesaurum, sed secundum externam superficiem, an teneatur ad satisfactionem, remissiuè.*

24 *Exceptio non dicitur propriè nisi actionem excludat: vbi autem nullo iure quis agit, non dicitur conuentus propriè excipere.*

L. In rebus. XXX.

Idem A. Demostheni. P. P.

MVlier etiam soluto matrimonio pro rebus dotalibus etiam æstimatis competit rei vendicatio, & hypothecaria, in quibus præfertur creditoribus ex tempore anterioribus; nec ei vlla currit præscriptio antequam agere possit soluto, vel constante matrimonio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Aloys. Ricc. *super* 5. *fol.* 57. *verso.* Giphan. *tom.* 1. *pag.* 403. 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, 2
multisque exornant Canon. *comment. iuris li.* 8. *cap.* 9. *num.* 4. *cum seqq.* Corras. *lib.* 5. *miscellan. cap.* 14. *n.* 2. *&* 3. *& ad l. naturaliter.* §. *nihil commune numer.* 25 *ff. de acquir. possess.* Bald. Nouell. *in tract. de dote, par.* 8. *princip. n.* 160. 281. *&* 303. Naz. *lib.* 2. *singul. intellect. cap.* 5. Riminald. *ad princ. Instit. quibus alienare licet, vel non, à num.* 318. *vsque ad* 326. Gregor. Lop. *l.* 7. *verbo à preciada tit.* 11. *part.* 4. Neguzant. *de pignorib. part.* 5. *memb.* 3. *in* 1. *part. num.* 28. Monticul. *de inuentar. num.* 381. Alphan. *collect.* 277. Duen. *reg.* 210. *vers. limita tertiò*, Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 95. Quesad. *lib.* 1. *quæst. cap.* 14. vbi disputat vtrùm mulier matrimonio soluto pro conseruatione rerum dotalium possit res dotales, & etiam mariti bona propriè auctoritate citra pœnam occupare quousque dos sibi restituatur, & vtrùm simplici ingressu mulier absque aliqua expressione videatur ingressa pro rerum suarum conseruatione?

Siue mobilibus, siue immobilibus, &c.] D. Barbos. *in* 3
l. 1. *ff. soluto matr. part.* 5. *num.* 76. *in fine*, ait, quòd hic text. dum tenet mulieri soluto matrimonio concedi rei vendicationem ad repetendas res dotales mobiles, & immobiles à quocunque possessore, videtur probare res mobiles dotales licitè per maritum non alienari, cuius contrarium ipse antè resoluerat. & *numero* 77. ex Bart. Alciat & Corras. respondet illud nouè induci per hanc l. vt licèt maritus possit alienare res mobiles dotales, tamen si extant, in fauorem mulieris reuocatur alienatio, & quòd ita mulieri competit rei vendicatio, ac si nulla vnquam alienatio facta fuisset; sed *numer.* 78. post aliam responsionem inferendo ad casum de quo ibi, ait quòd dum text. *in præsenti* probat tam res mobiles, quàm immobiles extantes posse vendicari per vxorem, accipiendus est in eo sensu vt si extent penes maritum indistinctè

indistinctè vindicari possint per mulierem, etiam ante traditionem, quamuis iure antiquo, de quo *in l. etsi dotes, sup. hoc tit.* aliud esset, vt *ibi* notauimus; si verò non extent penes maritum, quia scilicet ab eo sint alienatæ, tunc distinguendum ait inter res mobiles, & immobiles, vt mobiles quidem vindicari non possint à tertio possessore, quia legitimè alienatæ sunt, immobiles verò possint, quia aduersùs legis prohibitionem fuerunt alienatæ.

4 *Siue æstimatæ, siue inæstimatæ*, &c.] Per hunc text. in citatis verbis tradit Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri, n.* 44. *vers. quod tamen intellige*, quòd si maritus non sit soluendo, quamuis res datæ in dotem sint æstimatæ tali æstimatione quæ faciat venditionem, dominium transfertur in vxorem soluto matrimonio, & potest vindicare tanquam proprias, & præfertur in eis cunctis creditoribus etiam anterioribus, ac si nulla æstimatio interuenisset, idem per hunc text. tenent Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat. part.* 3. *num.* 15. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 426. *num.* 10.

5 *In his vendicandis omnem habere*, &c.] Per hunc text. tenet Greg. Lop. *l.* 7. *glos.* 4. *verbo apreciada. tit.* 11. *part.* 4. quòd tunc tenet venditio rei dotalis æstimatæ quando maritus sit soluendo æstimationem, aliàs mulier poterit habere recursum ad rem æstimatam etiam contra extraneos possessores. Cou. *practic. cap.* 28. *numer.* 8. vbi ampliat etiamsi vxor consentiat venditioni rerum æstimatarum, ea æstimatione, quæ emptionem fecit, quoties maritus non est soluendo, quia tunc non obstante quòd mulier consenserit prædictæ alienationi, poterit postea soluto matrimonio eas repetere per vtilem rei vindicationem, Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 3. *num.* 24. vbi citato hoc text. ait quòd licèt bona dotalia dentur æstimata marito ea æstimatione, quæ faciat emptionem, tamen quando maritus non est soluendo, nec transit dominium in maritum, neque in emptores bonorum dotalium, & sic mulieri competit rei vindicatio, non obstante æstimatione. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. vbi ex gloss. *in præsenti, verbo æstimatæ*, in vltima solutione sentit quòd mulier soluto matrimonio pro rebus dotalibus inæstimatis alienatis per virum constante matrimonio habet rei vindicationem directam; pro illis verò, quæ fuerunt æstimatæ, habet vtilem, scilicet tunc, cùm vir aliàs non est soluendo, aliter secus. Idem Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 78. *num.* 12. vbi intelligit textum *in præsenti* tantùm procedere, cùm vir alias non est soluendo, sicque premitur ære alieno, nec satis vxori aliàs consultum est, & sic in fauorem mulieris, vbi *numer.* 13. subdit quòd quando maritus non est soluendo, tunc tertius possessor liberatur ab eius restitutione offerendo æstimationem, quia cùm successerit in ius mariti, qui vendidit, & offerat æstimationem, quam si haberet maritus, vxor non possit rem vindicare, consequitur vt in hoc casu oblata sibi æstimatione per possessorem excludatur à sua rei vendicatione vtili proposita; quod ibi intelligit soluto matrimonio addens, secus si eo constante mulier propter inopiam viri ageret pro sua dote, vt se suámque familiam alat, tunc namque tertius possessor prædictus, vel creditor posterior non admittitur offerendo mulieri æstimationem dotis. Idem Gutier. *de gabell. quæst.* 25. *numer.* 25. vbi ait hanc l. loqui & procedere in rei vindicatione vtili in subsidium propter concursum aliorum creditorum, nec mulier indotata remaneat, & sic speciali fauore dotis. D. Barbos. *in l. si æstimatis* 51. *numer.* 25. *prope fin. ff. soluto matrim.* vbi tenet quòd si tempore soluti matrimonij maritus non sit soluendo, tunc venditio, quæ propter æstimationem videtur facta, irritabitur, ac si nunquam facta fuisset, itavt licèt maritus res æstimatas tanquam suos liberè alienare possit, tamen si tempore soluti matrimonij maritus non sit soluendo, vxor res illas alienatas per rei vindicationem repetit, ac si semper remansissent dotales, & nunquam fuissent æstimatæ, & *num.* 28. tradit quòd licet res æstimatæ de consensu vxoris alienentur, tamen si maritus non sit soluendo, nihilominus irritabitur alienatio; & *ibidem in vers. secundo*, aduertit quòd cùm mulier non possit vindicare res æstimatas nisi in casu, quo maritus non possit soluere æstimationem, ad hoc vt mulier vindicare possit, semper requiritur quòd præcedat excussio bonorum mariti, itavt constet eum non habere bona, ex quibus possit soluere prædictam æstimationem; *in vers. item & tertiò*, addit ex multis quòd cùm in prædicto casu mulier admittatur ad vindicandas res æstimatas, quia maritus non potest soluere æstimationem, si tertius, à quo res vindicantur, offerat prædictam æstimationem, excludet mulierem à vindicatione, prout & maritus eam excludere posset. Idem D. Barbos. *in l.* 1. *par.* 5. *vers. quòd si æstimatio.*

Ex prædictis verbis, & præcipuè illa particula, *vendicandis*, colligit D. Barbos. *in rub. ff. solut. matrim. part.* 3. *num.* 2. *vers. secundo*, quòd dos idem est cum ipsis rebus dotalibus, dum ait quòd dos vendicatur, & tamen si ius vniuersale censeretur separatum à rebus, vendicari non posset: sed *num.* 11. tenet hanc l. non probare dotem vendicari, sed tantùm res datas in dotem vindicari posse, & quòd stant hæc simul quòd ius vniuersale non possit vendicari, & tamen res particulares illius iuris vniuersalis per se vendicari possint, vt in peculio probat *l. vendicatio* 56. *ff. de rei vindic.*

Et neminem creditorum, &c.] Notatur ad hoc 9
quòd si post solutum matrimonium non remaneant bona mariti sufficientia ad soluendam dotem vxori, quantumcunque dominium rerum æstimatarum æstimatione venditionem faciente in virum transierit, nihilominus reuertitur ad vxorem, itavt in iisdemmet rebus ad satisfactionem dotis tradendis præferenda sit vxor cæteris creditoribus mariti, etiamsi priores sint, & expressas hypothecas habeant, vt per Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat. part.* 3. *numer.* 15. *vers. non obstat*, Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 2. *numer.* 11. Meiter. *lib.* 2. *de priuil. creditor. tit.* 5. *numer.* 31. *cum seqq.* Amat. Roderic. *in tract. de concursu & priuil. creditor. part.* 1. *art.* 1. *ex num.* 19. vbi *numer.* 20. disputat an prædictum ius tacitæ hypothecæ, & priuilegij mulieri competens pro dotis repetitione in bonis mariti intelligatur illi solùm competere in rebus in dotem datis, an verò ad alia vxoris bona paraphernalia? & *numer.* 21. quærit an prædictum ius tacitæ hypothecæ, & priuilegium prælationis competat mulieri pro ante nuptias donatione, vel propter nuptias? & *n.* 26. discutit an priuilegium hoc tacitæ hypothecæ, quòd ex legis dispositione mulier habet in bonis mariti ad repetendam dotem aduersùs eiusdem viri creditores, competat à tempore traditionis dotis, vel à tempore dotis promissæ, & contracti matrimonij? & *num.* 28. post multos, quos refert, resoluit priuilegium hoc tacitæ hypothecæ & prælationis, quod mulieri conceditur ad dotem repetendam, & vt præferatur mariti creditoribus anteriores hypothecas habentibus, locum habere in dotibus, de quarum vera numeratione, & traditione apparet; secus verò si per solam confessionem mariti constet, neque receptam, aut solutam esse appareat.

In

In dote putatiua locum habere priuilegium huius l. resoluit Castill. *controuers. lib. 2. cap. 11. n. 39.*

30 *Cum eadem res & ab initio vxoris fuerint*, &c.] Rerum dotalium dominium quando ad maritum pertineat, vel ad vxorem spectet, tradunt Hippol. *sing.* 691. Robert. *lib. 3. sent. c. 18. pag. 3.* Conan. *comment. iuris lib. 8. c. 9. num. 5.* Zaz. *lib. 2. singul. intellect. cap. 5.* Alciat. *lib. 1. parerg. cap. 15.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 25. cum seq. Cod. de bonis mat.* Surd. *decis. 278. num. 6.* vbi ex Baldo hîc ait tam vxorem, quàm virum habere dominium rei dotalis, licèt diuersis respectibus, & *num. 16.* tenet maritum verè esse dominum dotis, & sic quòd dicitur dominus de præsenti, & vxor in spe ob restitutionem. Cald. Pereira *de potest. eligen. cap. 12. num. 15. in fine*, vbi per hunc text. tenet rei dotalis dominium, seu proprietatem penes vxorem residere, maritum verò rei possessionem & administrationem respectu fructuum obtinere, ex *l. doce ancillam, C. de rei vendic.* idem dicit *de extinct. emphyt. cap. 10. num. 30.* Valasc. *de partitionib. cap. 36. num. 7.* vbi tradit quòd in puncto iuris verum est dominium rerum dotalium naturaliter permansisse in dominio vxoris, vt probat hic text. sed transitum facere in maritum ex legum subtilitate quoad exercitium actionum, & res vendicandas. Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 78. n. 2. in med.* vbi tenet per hunc text. quòd bona data in dotem ab initio vxoris fuerunt, & naturaliter in eius permanserunt dominio. D. Barbos. *in l. de diuisione 5. num. 1. ff. soluto matrim.* vbi ait probari in præsenti text. soluto matrimonio dominium rerum dotalium ipso iure transferri in mulierem absque alia traditione, & subdit secus esse in marito, & *in l. 1. part. 5. num. 77. ff. eod. tit.* declarat quòd licèt iure Digestorum soluto matrimonio non transfertur ipso iure dominium rerum dotalium in vxorem, sed remaneat dominium penes maritum, vel eius hæredes, & tantùm sequuta traditione per restitutionem dotis dominium vxori quæratur, ex *l. etsi dotis, sup. hoc eod. tit.* hoc tamen per nouam dispositionem huius nostræ l. emendatum est, & nouè inductum, vt soluto matrimonio dominium rerum dotalium transferatur ipso iure in vxorem absque alia traditione, & *in l. 1. §. quod si in patris, num. 30. ff. eod. tit.* resoluit quòd aliqui tradiderunt hunc nostrum text. in dote profectitia locum habere non posse, expendentes eius verba. ibi, *ab initio vxoris fuerunt*, quæ minimè conueniunt doti profectitiæ, quæ ab initio non fuit mulieris, sed patris, ipse tamen D. Barbos. contrarium, imò decisionem huius text. etiam locum sibi vendicare in dote profectitia, verum credit, & *num. 31.* respondet illa verba nostri text. debere exponi, *ab initio*, id est, à tempore contracti matrimonij, antequam traderetur marito, vel etiam postquam traderetur, quia saltem per fictionem prius dominium videtur quæsitum mulieri, subditque aliàs sequi neque text. in præsenti procedere in dote aduentitia, quæ etiam ab initio vxoris non fuit, sed dotantis, & tamen omnes concedere ait illud priuilegium in dote aduentitia locum sibi vindicare. Ceuall. *commun. contra communes quæst. 3. à num. 24.* vbi *num. 34.* dicit quòd quamuis maritus durãte matrimonio sit dominus rei dotalis tam æstimatæ, quàm inæstimatæ, ex *d. l. doce ancillam*, tamen quando maritus in casu restitutionis dotis non est soluendo, dominium naturale residet in ipsa vxore, & sic tanquam domina potest vendicare fundum venditum etiam æstimatum, & *n. 36.* limitat quando emptores rerum dotalium offerunt mulieri æstimationem dotis, quia in hoc casu liberantur à reali restitutione, & *n. 58. cum seqq.* opponit de eo quòd duo in solidum non possunt eiusdem rei habere dominium, ex *l. si vt certo, §. duobus vehiculum, ff. commodati*, cum similibus; sed *num. 45.* post multas antea relatas solutiones, tandem concludit quòd realiter & verè maritus sit verus dominus rerum dotalium constante matrimonio, sed illudmet dominium ipso iure eo dissoluto reuertitur ad vxorem absque aliqua traditione, vt in hac l. & sic eodem tempore non fuit causatum, nec radicatum dominium in persona vtriusque, quod iura abhorrent, imò quod magis est, ante dispositionem huius text. non reuertebatur dominium rerum dotalium ad vxorem marito non existente soluendo, quando bona dotalia fuerunt æstimata ea æstimatione, quæ faceret emptionem, sed *num. 48.* se nouum intellectum ad hanc leg. assignare dicit, videlicet quòd lex ciuilis solùm tribuit marito dominium ciuile, remanente tamen dominio naturali penes ipsam vxorem, ex illis verbis ibi, *& naturaliter in eius permanserit dominio*, & ideo nullum videtur inconueniens quòd maritus habeat dominium ciuile in rebus dotalibus, vxor verò dominium naturale, idem Ceuall. *q. 758. n. 41. in fine*, vbi ait dispositionem huius l. per quam dominium fundi dotalis reuertitur ipso iure ad mulierem, non procedere fauore ipsius hæredis, aut legatarij, Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 416. n. 2.* vbi quòd quando res aliquæ dotales traduntur inæstimatæ, & neque in pondere, neque in numero, aut mensura consistunt, dominium earum iuris solùm fictione ad effectus aliquos transit in maritum, quatenus scilicet ad eum spectat administratio earum, & pertinent actiones circa illas, etiam illarum vendicatio de manu eius, qui illas vsurpauerit, non verò ad vxorem, simpliciter tamen dominium earum pertinet ad vxorem, atque, si pereant, aut deteriores reddantur, absque culpa mariti, vel accrescant, aut decrescant alluuione, vel in pretio, periculum totum, aut commodum spectat ad vxorem tanquam ad veram illarum dominam, ita vt dominium harum rerum pertineat ad maritum solum iuris fictione, seu (vt iura vocant) subtilitate legum ad effectus commemoratos, vxor verò simpliciter sit earum domina. Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 5. quæst. 1. num. 7.* vbi dicit quòd dominium rerum dotalium tunc nec ad virum spectat, nisi sola iuris fictione, siue subtilitate, videlicet ad vtendum, & fruendum, & administrandum, & agendum in iudicio, quod proinde appellari posse ait dominium commoditatis, quatenus vir propria auctoritate commoditates dotis percipere potest, éstque medium quoddam dominium inter dominium naturale, & ciuile, naturale enim in appropriatione ipsius rei secundùm substantiam consistit, ciuile verò in facultate administrandi, & agendi in iudicio, &c. Castill. *lib. 1. de vsufructu cap. 4. num. 25. cum seqq.* vbi latè hac de re agit.

Priuilegium huius l. transferentis dominium dotis ipso iure in mulierem soluto matrimonio habere etiam locum in dote putatiua, cùm & hoc pertineat ad faciliorem ipsius dotis exactionem, resoluit D. Barbos. *in l. si cum dotem 23. §. fin. n. 7. in fine, & n. 8. ff. soluto matrim.* ex eo quòd si doti putatiuæ prædictum priuilegium non competeret, multum præiudicaretur exactioni ipsius dotis. Quamuis contrarium tenuerint Bald. Nouell. *de dote part. 8. priuil. 6. num. 16. in 12. limit.* & Tiraq. *post leges connub. gloss. 8. num. 243.*

Siue in rem, siue hypothecariam, &c.] Notatur ad 31 hoc quòd quando facultates mariti, qui non est soluendo, minimè sufficiunt, mulier pro repetitione dotis duplicem habet actionem, scilicet hypothecariam,

riam, & vtilem rei vendicationem, & potest eligere quam velit, vt per Neguzant. *de pignor. p. 5. membr. 3. n. 28. & 38.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 12. tit. 27. n. 21. vers. sed contrariam*, vbi ex Baldo *in præsenti*, dicit quòd vtilis rei vendicatio mulieri conceditur quasi ad rem propriam, hypothecaria autem quasi ad rem obligatam, & si elegit rei vendicationem, debet esse contenta re ipsa, quam petit: si autem elegit hypothecariam, vt res melior sit quàm æstimatio, possit residuum petere.

12 *Omnis autem temporalis exceptio*, &c.] Notatur ad hoc quòd contra mulierem constante matrimonio nulla currit præscriptio in dote, seu in rebus dotalibus si maritus ipse, vel alius tertius aliquid ex bonis ipsis dotalibus constante matrimonio alienauerit, vel alio quouis modo ad aliquem tertium deuenerit, vt per *l. Hisp. 8. vers. E a vn dezimos, tit. 29. p. 3.* vbi Greg. Lop. *glos. 5. verbo en dote*, Paul. Castr. *cons. 466. per tot. lib. 2.* Abb. *cons. 22. lib. 2.* Bald. Nouell. *in tract. de dote p. 8. col. 2. & 5.* Balb. *de præscript. 1. p. sexte princ. n. 10. vers. 15. & n. 14. vers. vigesimus, pag. 493.* vbi concludit contra mulierem nullam currere præscriptionem, etiam longissimi temporis constante matrimonio, etiamsi matrimonium ipsum durauerit per centum annos, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 27. num. 16. & in rep. cap. per vestras eod. tit. §. 3. & §. 24.* Roder. Xuar. *in tit. de las arrhas ad l. 1. num. 56. cum seqq. & ibidem in addit. lit. A, ad num. 58. & tit. de debitis, num. 33. in princip.* Boër. *decis. 328. num. 3. cum seqq.* Couarr. *var. lib. 1. cap. 8. num. 8. in princ. & in cap. quamuis pactum, part. 2. in initio, §. 1. sub num. 9. ante fin.* Suar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 1. temp. 2. num. 32.* Menoch. *cons. 88. numero 43. & cons. 143. n. 17.* Menchaq. *illustr. controu. cap. 60. num. 40. cum seqq.* Azeued. *l. 4. num. 11. cum seqq. tit. 3. lib. 5. noua Recopil.* Cifuentes *l. 55. Tauri, num. 55.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 525. num. 53. cum seqq.* Aluar. Valasc. *tom. 2. consult. 130. num. 32.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. part. 5. num. 83. vers. denique ex prædictis, & num. 84.* vbi statuit differentiam inter bona immobilia in quibus prohibita omnino fuit vsucapio. *l. si fundum, ff. de fundo dot.* & bona mobilia, quæ sicut alienari possunt, ita & vsucapi, ita tamen quòd dum constat matrimonium, non incipit cursus vsucapionis aduersùs mulierem, sed tantùm à tempore soluti matrimonij, &c. Ratio huius conclusionis est, quia mulier impedita est per ius agere constante matrimonio, vtpote cum omnium actionum ius, & exercitium penes maritum remaneat, & ipse dominus dotis existimetur, ex *d. l. doce ancillam, C. de rei vendicat.* cum suprà adductis, vnde succedit *reg. l. 1. §. fin. C. de annali except. & auth. nisi tricennale in 2. part. Cod. de bonis mat.* vt non valenti agere propter impedimentum iuris negantis alicui ius agendi non currat præscriptio, & optimè Peregr. comprobat *decis. 44. per tot.* vbi resoluit quòd vxor constante matrimonio non potest vendicare fundum dotalem per maritum alienatum, & nec etiam possessorio recuperandæ agere, quia ipsa non possidet, nec exercitium actionum sicut competit contra tertios possessores, sed marito, qui agere posset contra alienationem nulliter à se factam.

13 Si tamen esset inchoata præscriptio ante contractum matrimonium, per superuenientiam matrimonij, & dotis constitutæ non interrumperetur præscriptio inceptsa, vt *in l. si fundum, ff. de fundo dot.* Greg. Lop. *in d. l. 8. gloss. 5.* Balb. *d. p. 1. sextæ princ. casu 16. n. 10. in princ.* Azeued. *d. l. 4. n. 20. vers. secundò limitatur, tit. 3. lib. 5. noua Recop.*

Post dissolutum matrimonium, &c.] Notatur ad hoc quod soluto matrimonio incipit statim præscriptio currere contra mulierem, ex quo desinit impedita agere, nec sibi negatur potentia agendi, & recuperãdi res dotales, vt per *d. l. Hisp. 8. vers. si no despues que el casamiento fuesse partido, & ibi* Gregor. Lop. *in verbo partido*, Balb. *d. casu 16. & sub d. num. 10. vers. & ideo licèt soluto matrimonio*, Charrian. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 7. n. 124. pag. 728.* vbi quòd actio de dote præscribitur spatio triginta annorum à die, quo agi potuit soluto matrimonio, vel viro ad inopiam vergente. Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 14. num. 97.* vbi quòd causa dotis præscribitur spatio triginta annorum, *& de retractu conuent. §. 1. gloss. 2. num. 10.* D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. part. 4. n. 17. vers. non obstat tertia ratio*, vbi ait in hoc articulo magnam videri antinomiam inter *l. si fundum, ff. de fundo dot.* & textum *in præsenti*, nam cùm fundus dotalis etiam soluto matrimonio alienari non possit, *l. etiam 12. ff. de fundo dot.* ergo neque soluto matrimonio præscribi poterit; & veram concordiam esse ait, textum *in præsenti*, non probare soluto matrimonio res dotales præscribi posse, sed tantùm probare quòd casu, quo præscribi possint, tamen præscriptio non incipiet nisi à tempore soluti matrimonij: nam cùm antea vxor esset impedita de iure agere, nulla ei potuit obiici præscriptio, ex dictis: casus autem in quibus soluto matrimonio res dotales præscribi possunt, iidem erunt in quibus ius permittit res dotales alienari, & in his admittetur præscriptio, quia cessat ratio *d. l. si fundum*, & *n. 18.* resoluit quòd si mulier à tempore soluti matrimonij passa est labi triginta annos, tunc talis longæua præscriptio ei præiudicabit, quia dispositio *d. l. si fundum*, non videtur excludere præscriptionem triginta annorum, *l. sicut, C. de præscript. 30.* Item D. Barbos. *in l. 1. ff. eod. tit. p. 5. sub n. 84.* cuius hæc sunt formalia verba. *Si autem quæras in quibus casibus res dotales vsucapi possint, recurrendum est ad iuris principia, & resoluendum res dotales immobiles etiam soluto matrimonio vsucapi non posse.* nam cùm adhuc duret iuris prohibitio quandiu actualiter non sint restitutæ, *leg. etiam, ff. de fundo dot.* locum habet regula *dictæ l. si fundum*, intelligendo tamen de præscriptione longi temporis, indistinctè possessorem securum reddet, iuxta generalem reg. *l. sicut, C. de præscript. 30. annorum*, vt resoluit Nouell. *de dote 7. p. spec. 1. col. 2. & 4.* Balb. *de præscript. 1. par. sexta princip. num. 10.* Gom. *§. fuerat, n. 41. Instit. de actionib.* quicquid contrarium pro constanti teneat Ias. *hic num. 33.* Item si res immobiles dotales datæ sint æstimatæ, nam quamuis tunc vxori indistinctè concedatur vtilis rei vendicatio aduersùs tertios possessores, gl. *dicta l. in rebus, verbo æstimata in fine*, & suprà dictum est, tamen aduersùs hanc subsidiariam actionem admittitur præscriptio longi temporis, vt tenet glos. *d. l. in rebus, verbo vsucapionem in 3. & 6. solutione, & ibi* Bald. *num. 11.* Salicet. *num. 8. in fine.* Paul. *l. cùm vir, num. 5. ad fin. de vsucap.* Camill. *hic n. 154.* Et pari ratione, quamuis in rebus mobilibus alienatis detur vxori in subsidium vtilis rei vendicatio aduersùs tertios possessores, vt suprà probauimus, tamẽ aduersùs hanc subsidiariam actionem tuti erunt possessores, si per triennium cum bona fide eas res possederunt, & ita procedet quod præsupponit *d. l. in rebus, vers. omnis*, &c. Iuxta quam resolutionem accipiendi sunt Mascard. *de probat. conclus. 1153. n. 11.* Ceuall. *commun. qu. 3. num. 7.* Raph. Cuman. *cons. 93. num. 1.* indistinctè proferentes quòd licèt mulier incipiente marito vergere ad inopiam, possit petere

petere dotem, si tamen per decem annos non petiit, si sciuit, & passa est, non potest ampliùs petere dotem.

16 Amplia ad ipsum, quod in dote & in rebus dotalibus suprà resoluimus circa earum præscriptionem, in donatione propter nuptias, & in arrhis locum habere, itavt in eis contra mulierem constante matrimonio nulla præscriptio currat post autem dissolutum matrimonium incipiat & procedat præscriptio, eo modo quo in dote, seu rebus dotalibus incipere ac procedere suprà ostendimus, ita Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum*, §. 17. *num.* 16. vbi Ioan. Barahona *lit. H, vers. ex quo etiam potest inferri*, Suar. de Paz *in pract. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 2. *n.* 32. *in princ. vers. & idem esse in rebus donatis*, Azeued. *d. l.* 4. *n.* 17. *tit.* 3. *lib.* 5. *noua Recopil.*

17 Limita in bonis paraphernalibus, quæ præter dotem parapherna nuncupantur, in his enim constante matrimonio præscriptio currit contra vxorem per text. *in cap. constitutus, de in integrum restit.* & quia in Curia Ecclesiastica potuit agere. Ita Ioann. Fab. *in l.* 1. *C. de bonis maternis*, Couarr. *variarum lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. Suar. de Paz *d. n.* 32. *per tot.* Azeued. *d. l.* 4. *n.* 18. *&* 19. quicquid teneant Palat. Rub. *l.* 55. *Tauri num.* 21. & *ibidem* Castill. *in gloss. fin. vers. adde mulier.*

Ex quo hoc infortunium, &c.] Ergo datur locus repetitioni, etiamsi propter casum fortuitum maritus fiat non soluendo, vt per Rebell. *de obligat. instit. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 12. *num.* 3. *versic. aliis*, & *n.* 4. resoluit quòd si vir malè rem familiarem non administrauerit, non potest ab eo vxor dotem exigere, etiamsi casu fortuito ad paupertatem deuenerit, intelligendo textum *in præsenti* procedere quando vir post infortunium rem familiarem non administrat prout oportet. D. Barbos. *in d. l. si constante, in princ. n.* 11. vbi quòd datur locus repetitioni huiusmodi, etiamsi propter infortunium maritus efficiatur non soluendo, & *num.* 12. tenet quòd si quis diligenter, & industriè vtitur substantia sua, & per casum fortuitum incipiat vergere ad inopiam, non admittetur mulier ad petendam dotem, nisi à tempore, quo maritus efficiatur non soluendo, cùm enim diligenter, & industriè se gerat, præsumptio est quòd etiam in futurum diligenter se geret.

18 *Minus autem idoneis*, &c.] Notatur ad hoc quòd præscriptio contra hypothecam dotalem incipit currere ab eo tempore; à quo mulier agendi facultatem habet, & sic cùm à tempore, quo maritus vergit ad inopiam, agere possit pro dote, ab eo tempore præscriptio incipit currere, vtpote cùm ampliùs ipsa impedita non sit, & cùm agere possit, cessat omninò ratio illa, ob quam constante matrimonio agere non posset, si maritus ad inopiam non deuenisset, & præscriptio currere debet, ita Balb. *dict.* 1. *part. sextæ princ. sub num.* 10. *&* 14. Mascard. *de probat. conclus.* 1153. *num.* 11. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 3. *num.* 6. Stephan. Gratian. *in addit. ad decis.* 15.

19 *Ex quo possint*, &c.] Notatur ad hoc quòd in contractu, vel obligatione in diem ex partium conuentione, non potest præscribi, nisi elapso tempore, vel die, vt per Bart. *in l. ita stipulatus, num.* 35. *in fine, & num.* 36. *post principium, ff. de verborum obligat.* Neguzant. *de pignoribus, part.* 8. *membr.* 3. *num.* 1. Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. *vers. tertiò differt.*

Esse claruerit.] Ergo eo casu, quo de probanda inopia mariti agitur, vel contra eum, vel contra extraneum non sufficit quòd testes dicant, scio quòd talis vergit ad inopiam; sed oportet quòd dicant manifestum esse maritum ad inopiam vergere, vt per Campeg. *de dote, part.* 3. *quæst.* 29 *in fine*, Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum in princip.* §. 18. *prope finem, versic. vnum finaliter*, D. Barbos. *in dict. l. si constante, in princip. num.* 64. *versic. vrget etiam in contrarium*, & *num* 66. *in medio*, aduertit quòd cùm hic text. loquatur de actione competente mulieri aduersùs tertios possessores, & ita in eo agatur de magno præiudicio creditorum, requiritur quòd plena fiat probatio de inopia mariti; itaut si testes simpliciter deponant maritum esse pauperem, illa probatio sufficiens non censebitur, quia non deponunt id esse notorium & manifestum; cæterum si addant rationem ex qua colligatur manifestum esse mariti inopiam, hoc sufficiet, quia satis est dictum testis præsumptiuè concludere; & deinde exponendo supradicta verba huius text. ait quòd satis dicitur clarere, si de eo constet per depositionem testium, vel instrumenta.

In gloss. *Æstimata.* Ex hac gloss. vulgò colligitur alienationem rerum dotalium æstimatarum valere, & res venditas per mulierem ratione dotis vendicare non posse, si maritus est soluendo, & mulier aliunde habeat vnde possit dotem recuperare; secus verò si soluendo non sit, nam in subsidium facta priùs excussione in bonis mariti res dotales tam immobiles, quàm mobiles à tertiis possessoribus poterit rei vindicare. Ita Bald. Nouell. *de dote, part.* 8. *priuileg.* 7. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis maternis, part.* 3. *num.* 15. Ias. *in §. actionum, num.* 84. *Institut. de action.* Couarr. *practic. cap.* 28. *num.* 8. *versic. etenim.* Mascard. *de probat. conclus.* 619. *num.* 6. Menoch. *consil.* 44. *num.* 14. *&* 15. Ioann. Baptist. Laderch. Imol. *consil.* 63. *num.* 2. Honded. *consil.* 41. *num.* 21. *cum sequentib. volum.* 1. Ioann. Baptist. Costa *de remed. subsid. remed.* 63. *num.* 1. Ioseph. Ludouis. *Perus. decis.* 89. *à num.* 14. Anton. Fab. *in suo Codice, lib.* 5. *tit.* 7. *de iure dotium, definit.* 43. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 78. *num.* 12. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib.* 11. *titul.* 26. *num.* 44. D. Barbos. *in dicta l. si æstimatis, numer.* 26. *ff. soluto matrimonio*, Castill. *controuers. lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 4. *num.* 54. Mari. Giurba *in comment. ad consuetud. Messanens. cap.* 15. *gloss.* 1. *part.* 1. *num.* 21. *cum sequentib.* Fontanell. *de pactis nuptialibus, part.* 2. *clausul.* 5. *gloss.* 8. *part.* 13. *num.* 68. *& clausul.* 7. *gloss.* 3. *part.* 15. *num.* 50. Cancer. *variarum, part.* 1. *cap.* 9. *num* 123. vbi procedere ait siue dicti tertij possessores possideant dictam rem dotalem titulo lucratiuo, siue onerioso, eósque liberari dicit si soluant mulieri æstimationem dictæ rei dotalis. 20

In gloss. *Naturali iure.* Disputat difficilem illam quæst. apud quem sit dominium rei dotalis, an apud maritum, an verò apud vxorem, & eam sustinet sententiam, quæ dictat dominium esse apud maritum quam quidem tenent Bald. Nouell. *de dote, part.* 8. *priuileg.* 6. *num.* 1. Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, in princip.* §. 42. *num.* 2. Segura *de bonis lucratis constante matrim. num.* 56. Pinel. *in l.* 1. *de bonis matern. part.* 3 *à n.* 12. Quesada *quæst. iuris cap.* 14. *num.* 18. Anton. Gom. *l.* 50 *Tauri n.* 20. *versic. item adde quòd vxor.* Gaill. *lib.* 1. *obseru.* 133. *n.* 7. Lancel. Gallia *consil.* 4. *num.* 15. Cephal. *cons.* 63. *n.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 214. *num.* 3. *lib.* 2. Sahag. *in cap. quanto, num.* 14. *cum seqq. de iudic.* Nicol. Grac. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *n.* 149. *cum seqq.* vbi *n.* 164. hanc opinionem longè veriorem esse, & omnino tenendam 21

profitetur; & illam probant ex *l. dotale prædium, versic. dotale prædium, ff. de fundo dot. & ex l. quamuis, in fine, ff. hoc tit. & ex l. si prædium, suprà hoc eodem, & ex l. doce ancillam, C. de rei vendicat.* cum similibus.

22 Contrariam sententiam, scilicet vxorem esse veram dominam dotis dum constat matrimonium, & maritum videri duntaxat haberi fictitium, siue improprium quoddam dominium, tenuit Martinus relatus ab hac gloss. Vnde nouiores docent verum & naturale dominium rerum dotalium apud vxorem manere, & procedere, aiunt textus, quæ pro ea expendi solent, videlicet *l. quamuis, ff. hoc tit. l. 3. §. sed vtrum, in fine, ff. de minorib.* text. *in præsenti*, cum aliis. Secundùm verò iuris subtilitatem & figmentum res dotales ad dominium viri peruenisse videri, & sic dotalium ciuile dominium viri esse, iuxta *dict. l. doce ancillam, & dict. l. si prædium*, & hoc esse aiunt quod docet Imper. *hic, versic. cùm eadem res.* Ita Conan. *comment. iuris lib. 8. cap. 9.* Eguinar. Baro *in §. 1. Institut. quibus alienare licet.* Costan. *de dotib. cap. 5. num. 3. & 4.* Corras. *lib. 5. miscell. cap. 14.* Ioan. Nicol. Delphin. *de iurepatronat. lib. 2. quæst. 11. à num. 185.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 9. num. 242.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 249. ff. de liberis agnoscen.* Spin. *in speculo testament. gloss. 10. princip. num. 76.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 13. à num. 3.* Gutier. *de tutelis & curis, part. 3. cap. 26. num. 16.* Ioan. Franc. à Ponte *consil. 35. n. 25.* Castill. *lib. 1. de vsufructu, cap. 4. ex num. 30.* vbi *n. 36.* hanc partem veriorem existimat, & omnino tenendam, D. Barbos. *in l. dotalem, ff. soluto matrimonio, à num. 7.* & præcipuè *num. 6.* vbi tenet quòd quando traduntur bona ex causa dotis, non videntur tradi ea mente vt dominium quoad omnes effectus transeat in maritum, sed tantùm quoad ius administrandi, & recipiendi fructus pro oneribus, & ideo non transferri ait dominium naturale in maritum, scilicet quoad omnes effectus. Ex quibus hæc vltima sententia videtur mihi probabilior.

23 In eadem gloss. ibi, *item pro eo, quia vir restituet thesaurum, quasi in alieno inuentum*, &c. Vtrùm is, qui sciens in alterius fundo latere thesaurum, & illum emat, non habito respectu ad thesaurum, sed secundùm externam superficiem, an ad satisfactionem teneatur? vide Rebell. *de obligat. iustit. lib. 9. quæst. 5. per tot.*

24 In gloss. *Exceptio.* Notatur ad hoc quòd exceptio non dicitur propriè nisi actionem excludat, vbi autem nullo iure quis agit, non dicetur côuentus propriè excipere, similis gloss. *in l. 2. ff. de except. & verbo defensionis, in cap. 1. de litis contest. lib. 6.* & est recepta sententia ex Deci. *in l. 2. col. 1. ff. si certum petat.* Neguzant. *de pignorib. part. 6. membr. 3. num. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Extraneo dotante licèt quoad mulierem dos sit titulus lucratiuus, & quoad virum sit titulus onerosus, tamen sicut quoad virum insinuatione non eget, ita nec quoad mulierem, licèt excedat legitimam summam.*

2 *Donatio causa dotis absque insinuatione valet. intellige vt* num. 4. *Amplia in donatione facta causa contrahendi matrimonij*, num. 5. *secus si donatio fiat à marito, vel ab alia persona prohibita*, num. 3.

6 *Lex generalis non includit causam dotis, nisi de ea mentionem faciat.*

7 *qui non potest Alienare, nec alienationi consentire potest.*

8 *Insinuatio non requiritur in quacunque donatione ob causam.*

9 *Dotis datio ab extraneo facta, si excedit quingentos aureos, æquè requirit insinuationem, ac alia quæuis simplex, ac gratuita donatio.*

10 *Donatio propter nuptias excedens summam legitimam insinuari debet, & insinuatio facta cum principali, prodest ei, cui conficiendo esset donatum, &* num. 11.

12 *tempore Donationis ante nuptias, nec sunt nuptiæ, nec nuptiarum memoria.*

13 *Extraneus, qui dotem promisit per lapsum biennij à tempore contracti matrimonij, sine alia interpellatione constituitur in mora ne teneatur ad fructus, & vsuras hac l. expressas, nec propterea prohibetur maritus dotem ante biennium petere, etiamsi promissor sit paratus vsuras soluere, & accessiones, &* num. 14.

15 *Dotis promissæ, & internsurium medij temporis, debentur, etiamsi sors principalis adhuc non fuerit tradita & exsoluta, & licèt ipsa dos in pecunia, vel auro consistat. Pro mobilibus, siue in argento, siue in auro, siue in aliis quibuscunque dos fuerit constituta, interesse viro competit ob retardatam earundem rerum consignationem*, num. 16. *Quid si per multum tempus vsuras non petijt, videatúrne remisisse*, num. 17.

18 *Panes ciuiles pro annonis ciuilibus.*

19 *Mora commissa in soluenda dote, quæ consistebat in annonis ciuilibus, hoc est, reddiisbus qui percipiuntur ex publico, maritus potest vltra dotem ciuilis annonæ, quæstum petere.*

20 *Actio datur ex nuda pollicitatione fauore dotis.*

L. Cùm quidam. XXXI. & vlt.

Idem A. Iuliano P. P.

Extraneo dotante licèt quoad mulierem dos sit titulus lucratiuus, & quoad virû sit titulus onerosus, tamen sicut quoad virum insinuatione non eget, ita nec quoad mulierem, licèt excedat legitimam summam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol. 58.* 1

Notari solet hic text. ad hoc quòd donatio causa dotis absque insinuatione valet, vt per *l. Hispan. 9. tit. 4. part. 5. vbi gloss. 12.* Duen. *regul. 224. limit. 1.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 62. versic. infertur 31.* Gam. *Lusitan. decis. 120. num. 1. & decis. 213. num. 1.* Cabed. etiam *Lusitan. decis. 135. n. 6. part. 1.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 72. num. 9. & cons. 361. à num. 2.* Palat. *rubr. in repetit. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 82. num. 2.* vbi hoc procedere ait quando donatio non est facta à marito, vel ab alia persona prohibita, D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrimonio. part. 1. num. 12. in fine, & n. 17. in fine*, & latiùs *part. 7. num. 42.* vbi aduertit quòd dos respectu mariti censetur haberi ex causa onerosa: respectu autem mulieris censetur habita ex titulo lucratiuo, ac proinde respectu mariti nunquam insinuatione indiguit, ex parte autem mulieris tâquam in mera donatione necessaria erat iure antiquo insinuatio; sed Iustinianus *in præsenti* nouè induxit vt hodie neque respectu mulieris necessaria esset insinuatio, & hoc fauore dotis, Martin. Monter à Cueua *Aragon. decis. 10. à n. 1.* vbi explicat quando causa dotis facta dicatur, Canar. *de insinuat. q. 37. & in n. 144.* ampliat etiã in augmento dotis, Ant. Gabr. 2 3

commun.

commun. lib. 3. tit. de donation. conclus. 1. n. 36. versic. sexto limita, Peregrin. cons. 76. num. 35. vol. 1. Nouell. de priuileg. dot. part. 6. priuileg. 80. Seraphin. Rot. decis. 115. num. 7. versic. his tamen non obstantibus, ibi idem procedere ait in augmento dotis, Borrell. in summa omnium decis. part. 3. tit. 11. de donat. insinuan. num. 143. Auendan. ad l. 44. Tauri gloss. 16. num. 6. Matiens. l. 7. gloss. 6. n. 13. tit. 10. lib. 5. noua Recopilat. Cardos. in praxi iudicum & Aduocat. verbo donatio, num. 10. in fine, & num. 11. Rebell. de obligat. iustit. part. 2. lib. 8. quaest. 6. num. 6. Marc. Anton. de Amatis Marchiae decis. 42. vbi de donatione facta pro puella maritanda; Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 197. num. 6. Parens meus in remiss. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 4. tit. 62. in princ. num. 7.

4 Intellige procedere tam si donatio dotis fiat à patre, quàm ab extraneo, praeterquam à marito, Palat. dict. §. 82. num. 2. Peregrin. dict. cons. 76. num. 25. Anton. Fab. in suo Codice, lib. 3. tit. 20. diffinit. 6. num. 14.

5 Amplia in donatione facta causa matrimonij contrahendi, vt per D. Barbos. d. l. 1. part. 7. num. 43. in fine, Cancer. variarum resolut. part. 1. cap. 8. n. 3. Fontanel. de pactis nupt. claus. 4. gloss. 29. num. 1. & 2. Stephan. Gratian. d. cap. 197. num. 7.

6 *Nullis monumentis*, &c.] Notatur ad hoc quòd lex generalis non includit causam dotis, nisi de ea mentionem faciat, vt per Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 47. Brunor. à Sole in locis communib. verbo dos 3. Giurba decis. 118. num. 20. Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. gloss. 14. num. 91. D. Barbos. in dict. l. 1. part. 1. num. 14. vbi ait illam opinionem videri sibi veriorem quòd lex generalis comprehendit causam dotis, quae specialiter eo casu non inuenitur priuilegiata: & in versic. non obstat quartum, sub num. 17. asserit dictum Saliceti cõmuniter approbari in praesenti quòd statutum requirens generaliter registrationem instrumenti non comprehendit causam dotis quasi nimis priuilegiatam, secundùm Deci. esse intelligendum loqui iuxta terminos huius text. quo cauetur dotem non esse insinuandam; sed num. 18. tenet meliorem sibi videri responsionem quòd Salicet. citato loco, notab. 4. considerauit insinuationem (cuius respectu dos inuenitur specialiter priuilegiata) similem esse registrationi instrumenti quam statutum requirit, & propter hanc similitudinem praedictam facit illationem, nam insinuatio principaliter requiritur propter euitandas fraudes, & tamen nihilominus fauore dotis ius constituit vt ea non sit necessaria, sic pariter nec statutum (cuius meminit Salicet.) quod registrationem requirit, propter eandem causam.

7 Notatur hic text. etiam ad hoc quòd qui non potest alienare, non potest alienationi consentire, vt per Afflict. in cap. 1. qui success. tene. num. 37. lib. 1. & in cap. 1. §. hoc quoque, num. 19. de success. feudi lib. 1. fol. 57. Cald. Pereira de resolut. emphyteut. cap. 5. num. 10.

8 In gloss. *Cùm quidam dotes*. ibi, *quoad virum est donatio ob causam*, &c. Notatur ad hoc quòd insinuatio non requiritur in quacunque donatione ob causam, vt per Capell. Tholos. decis. 381. incip. Item fuit quaesitum an donatio ob causam, Clar. §. donatio, quaest. 17. versic. sed quid dicendum, Tiraquell. in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 145. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 16. Viui. tom. 2. communium opin. lib. 8. tit. 32. num. 20. versic. quinto, vbi Suarez, num. 171. Gam. Lusitan. decis. 213. & decis. 302. num. 6. cum seqq. & decis. 348. num. 5. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 72. num. 5. & decis. 290. num. 19. Anton. Gabr. dict. lib. 3. tit. de donat. conclus. 1. num. 62. Molin. de Iustit. tractat. 2. disput. 279. num. 6. versic. donatio. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 82. num. 25. cum seqq. Camill. Borell. dict. part. 3. tit. 11. num. 139. Azor. institutionum moralium part. 3. lib. 11. de donat. cap. 6. quaest. 6. Cald. Pereira quaest. forens. consil. 19. num. 10.

In eandem gloss. ibi, *cùm extraneus dat dotem*, &c. 9
Notatur ad hoc quòd dotis datio ab extraneo facta si excedit quingentos aureos, aequè requirit insinuationem, ac alia quaeuis donatio simplex, ac gratuita, vt per Tiraquell. in dict. l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 241.

§. Simili quoque.

Donatio propter nuptias excedens legitimam 10
summam debet insinuari, & insinuatio facta cum principali prodest ei, cui conficiendo esset donatum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 11
mit D. Barbos. in l. 1. part. 7. n. 42. versic. in donatione autem, ff. soluto matrim. vbi aduertit quòd si alius daret marito vt transferret in donationem propter nuptias, tunc cùm in persona illius mera esset liberalitas, necessaria erat insinuatio, vt probat hic text. ex parte autem mulieris hoc iure attẽto non requirebatur insinuatio, quia nulla liberalitas in eius personam conferebatur; nam accipiebat illam pro securitate dotis, & sequuta dote tenebatur eam restituere marito, cap. fin. de donat. inter vir. & quamuis postea authent. vt sponsalitia largitas, in princip. collat. 9. constituerit in donatione propter nuptias etiam ex parte mariti non requiri insinuationem, tamen postea authent. vt fratrum filij §. illud quoque, collat. 9. constituit ius antiquum seruari, & ex parte mariti requiri insinuationem; hinc infert idem D. Barbosa citato loco, Doctores resoluentes in donatione propter nuptias hodie insinuationem requiri, accipiendos esse, quando traditio fit marito, accipiendos verò esse respectu mulieris, illos, qui dicunt in donatione propter nuptias hodie insinuationem non requiri, inter quos sunt Duen. dict. regul. 214. limit. 2. Rebuff. tom. 2. ad leges Galliae, tit. de insinuand. donat. artic. 1. gloss. 1. n. 20. Surd. consil. 361. num. 24. & 25. Camill. Borrell. dict. part. 3. tit. 11. num. 145. Idem ferè cum D. Barbosa sentit Aluar. Valasc. de partit. cap. 13. num. 42. dum magistraliter docet quòd donatio propter nuptias aliquando fiebat à patre filio vxorem ducenti, aliquando ab ipso filio suae vxori; & quando fiebat per ipsum maritum, vel alium ex parte & contemplatione mariti ipsi vxori, tunc quia censetur sponsalitia largitas, & tractatur de lucro vxoris, non requiritur insinuatio fauore vxoris, & procedit text. in authent. eo decursum. C. de donat. ante nupt. secus autem si talis donatio fiat à patre filio vxorem ducenti, vel ab alio, quia tunc requiritur insinuatio, & ita procedere ait iterum in praesenti, subdens isto casu illum non esse correctum, sed solùm quando talis donatio fit ipsi mulieri.

Pro alio ante nuptias donationem nuptura, &c.] 12
Notatur ad hoc quòd tempore donationis ante nuptias, nec sunt nuptiae, nec memoria nuptiarum, vt per Roderic. Xuar. in repetit. l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, quaest. 5. num. 10. post principium.

§. Præterea.

13 Extraneus, qui dotem promisit, per lapsum biennij à tempore contracti matrimonij, sine alia interpellatione constituitur in mora, vt teneatur ad fructus, & vsuras hac l. expressas, nec propterea prohibetur maritus dotem ante biennium petere, etiamsi promissor sit paratus vsuras, & accessiones soluere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

14 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Campeg. *de dote, part. 2. quæst.* 8. Copp. *in tract. de fruct. ib. lib. 3. tit. 2. cap.* 2. Surd. *cons. 459. ex num.* 4. vbi *num.* 7. quòd ex lapsu biennij à die contracti matrimonij, quo quis incipit sustinere onera matrimonij, debitor dotis dicitur in mora, & tenetur ad vsuras. Alphan. *collectan.* 697. Achil. Pedrocha *cons.* 14. *num.* 1. *vol.* 1. Camill. Borrel. *in summ. decis. part. 3. tit. 5. num.* 507. Anton. Fab. *in suo Codice lib. 5. tit. 6. de dotis promiss. diffinit.* 6. Caualcan. *dec. 26. num. 25. part.* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. c.* 143. *num.* 20. vbi tenet quòd licèt extranea promittens dotem, non constituatur in mora, nisi lapso biennio, ad effectum vt teneatur ad fructus dotis, tamen quãdo dos est promissa ad certum diem, per lapsum illius diei inducitur mora irregularis. *l. magnam, ff. de contrah. empt.* Rot. *decis.* 144 *num. 2. part. 4. diuers.* aliàs apud Fatio. *in nouiss. nouissimar.* vbi dicit quòd eo ipso quòd maritus sustinet onera matrimonij, pater, siue extraneus, qui dotem promisit, & dotare nõ tenebatur, dicitur in mora absque interpellatione, & tenetur soluere marito fructus dotis promissæ, & non solutæ, Cald. Pereira *de empt. c. 28. n.* 48. vbi resoluit quòd si maritus onera matrimonij sustinuit, videtur mulier in mora constitui citra aliam interpellationem, & consequenter ab eo tempore tenetur fructus marito reddere, & *num.* 49. respondeo ad text. *in præsenti*, dicit illũ apertè probare biennium, de quo *hic*, habere eundem effectum, & eandem moram inducere, quã inducit litis contestatio, ita vt biennium non requiratur vt mora contrahatur, sed vt committatur illa mora qualificata, quam inducit litis contestatio quo fit, ait ille, vt licèt mora contracta ratione implemẽti recepti purgari possit, vt sentit *gloss. fin. in 2. intellectu in l. de diuisione, ff. solut. matrim.* secus erit lapso biennio, tunc enim purgari non potest sicut neque post litem contestatam. *l. si insulam, ff. de verbor. obligat.* optimè D. Barbos. *in d. l. de diuisione, n.* 41. vbi in hæc verba. *Pro vero igitur intellectu, d. §. præterea*, aduertendum est quòd licèt Alexand. *hic num. 11. ad fin. & n.* 12. & Ias. *num.* 10. *ad fin.* Vincent. *num. 8. post med.* Campeg. *de dote, part. 1. quæst. 8. ad fin.* Cephal. *cons. 485. num. 112. lib.* 4. Ruin. *cons. 223. num. 13. lib. 1. & cons. 61. num. 5. lib.* 4. Roland. *cons. 65. n. 1. lib.* 4. & Thom. Grammat. *decis. 70. num.* 1. dicant textum illum probare in promissione dotis non incurri moram irregularem, nisi post bienniũ, tamen text. ille hoc non dicit, sed illud potiùs quòd lapso biennio à die promissionis dotis vsuræ debentur, ac si super petitione dotis lis fuisset contestata, & sic probat lapsum biennij post dotem promissam eam inducere moram, quam solet inducere litis cõtestatio, vt *ibi* aduertit Rainer. & Alber. *num.* 3. Socin. *hic num.* 12. Ias. *in l. si mora, num. 21. infrà eod. & in l. si ex legati, n. 21. infr. de verb. oblig. & l. quoties in diem, n. 8. eod. tit.* notabiliter Crot. *in l. si insulam, n.* 5. & *ibi* Iacob. Niger *à num* 21. *infrà de verbor. obligat.* Boër. *decis. 6. num.* 7. secundùm quam considerationem clarè respondetur argumento ex illo textu deducto aduersùs communem quam defendimus; nam dicemus per implementum mariti quemcunque dotis promissorem constitui in mora saltem irregulari, vt communis vult: cæterùm lapso biennio eam moram maiores vires acquirere, & eos producere effectus, quos solet producere mora contracta per litis contestationem, & sic *in d. §. præterea*, non agitur de mora irregulari, vt post alios existimauit Roland. *cons. 65. n. 3. lib.* 4. Thom. Grammat. *decis. 70. num.* 1. sed potiùs de regulari, &c. Hactenus D. Barbosa.

Etiamsi non fuerint adhuc res principales traditæ, &c.] Notatur ad hoc quòd dotis promissæ, & interusurium medij temporis debentur, etiamsi sors principalis adhuc non fuerit tradita & ex soluta, & licèt ipsa dos in pecunia, vel auro consistat, vt per Carol. Ruin. *consil. 61. num. 5. vol.* 4. Cald. Pereira *d. cap.* 18. *n. 47. versic. huiusmodi*, Surd. *de aliment. tit. 1. quæst.* 41. *num.* 11. vbi dicit interesse dotis non solutæ deberi marito, siue dos sit in pecunia, siue in fundo, Quesada *in diuersis quæst. iuris quæst. 26. col. 6. in fine*, vbi tradit ex rebus mobilibus, iocalibus, & non fructuosis deberi interesse, Rolydor, Ripa *obseru.* 71. 15

Siue in argento, siue in muliebribus ornamentis, &c.] 16
Notatur ad hoc quòd pro mobilibus, siue in argento, siue in auro, siue in muliebribus ornamẽtis, siue in veste, siue in alijs quibuscunque dos fuerit constituta, interesse viro competit ob retardatam earundem rerum consignationem, quod verum hîc dicit Bald. si tria concurrerent, dotis nempe promissio, matrimonij contractio, & onerum sustentatio, sequuntur Alexand. *consil. 73. num. 9 vol.* 5. Cephal. *consil. 485. num. 111. & sequent.* Lodou. Cato *cons.* 37. *num.* 123. inter cons. Marzar. Ioan. Baptist. Costa *de rata portione, quæst. 155. num.* 15. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 42. num.* 147. Aldouin. *consil.* 85. *num.* 18. Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 432. num. 2. 3. & 6.* quos refert & sequitur Mari. Giurb. *decis. 72. num.* 13. vbi *num.* 15. subdit textum *in præsenti* non rei mobilis fructum considerasse, cùm nec de ouibus, aut vaccis, siue alijs speciebus fructiferis loquatur, sed matrimonij tantùm onus inspexit postquam de vestibus, ornamentis muliebribus, & alijs auri, vel argenti iocalibus agant, quæ nullum fructum sua natura afferre certò scimus; attamen interesse pro eis deberi viro decidit hic text. cuius matrimonij onera satis sustinuisse virum apparet ex emptione iocaliũ, vestium, aliorúmque pertinentium ad ornatum vxoris, domus suæ, & familiæ, &c. & *num.* 16. post Rip. *d. obseruat.* 27. aduertit ex rebus mobilibus percipi fructus per resolutionem & nouam implicationem in bonis immobilibus, itaut si dixerit testator æs alienum de fructibus bonorum suorum soluendum esse, de mobilibus etiam bonis intelligendum, quæ si fructus non producerent, satis est posse eos percipi per resolutionem, & nouam implicationem in bonis immobilibus, & sic fructus, qui ex rebus ipsis mobilibus immediatè non possunt percipi, sunt quoque est si ex pecunia perciperetur, quæ vel in alterius fructuosæ rei emptionem fuisset impensa, vel quæ illis venditis per nouam implicationem in bonis immobilibus fructus faceret.

Et quid si per multum tempus non petiit vsuras, an videatur remisisse; vide Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, § si quis ex his, num. 61. ff. de liber agnoscen.* Mascard. *de probat. conclus.* 1362. *num.* 94. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 25. num. 2. & 5.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 23. num.* 17. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 42. num. 92. & 97.* D. Barbos. *in l. quis, num. 46. ff. soluto matrim.* Gasp. Roderic. *de annuis redditibus, lib. 3. quæst. 7. num.* 65. 17

cum seqq. Aluar. Valasc. *consult.* 8. *num.* 9. Fontanel. *de pactis nuptialibus, clausul.* 6. *gloss.* 2. *part.* 6. *n.* 18. *cum seqq.* resoluentes huiusmodi vsuras censeri remissas si eas per triginta annos maritus non petierit. Quicquid decennium sufficere teneant Palat. *in repetit. cap. per vestras, notab.* 3. §. 1. *num.* 3. *pagin.* 344. Tiraquell. *de rescript.* §. 1. *gloss.* 4. *vers. octauò istis.*

18 *Vel panis ciuiles.*] Id est, annonæ ciuiles, de quibus Cœli. Rhodig. *lib.* 9. *lect. antiq. c. cap.* 16. *pag.* 334. Alciat. *in tit. C. de frument. vrbis Constantinop. lib.* 11. *& lib.* 8. *parerg. c.* 5. Sonsbech. *partib.* 3. *feud. num.* 85. Mendez à Castro *de annon. ciuil. lib. n.* 8. vbi *n.* 9. subdit id credibile esse dici, quia Honorius Imper. *in l.* 1. *C. de frument. vrbis Constantinop. lib.* 11. iussit frumentum annonæ clientibus suis in pane cocto exhiberi, ne domestici, qui in Palatio Principis militant, quibus annona præstari debet, frumentum acceptum vendant, & postea necessariis indigeant.

19 *Necnon panis ciuilis quæstum*, &c.] Hinc patet quòd mora commissa in soluenda dote, quæ consistebat in ciuilibus annonis, hoc est, redditibus, qui percipiũtur ex publico, maritus potest vltra dotem ciuilis annonæ quæstum, hoc est, illud, quod lucrari potuisset de dote, si sine mora sui soluta fuisset, petere, ita Palat. in repetit. *cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab.* 3. §. 1. *n.* 3. *pag.* 344.

20 In gloss. *Spoponderit.* ibi, *pollicendo.* Notatur ad hoc quòd ex nuda pollicitatione fauore dotis datur actio, de quo latè Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrimon. part.* 3. *n.* 12. *cum seqq.* & citati *ad rubr. suprà de dotis promiss.*

De rei vxoriæ actione in ex stipulatu actionem transfusa, & de natura dotibus præstita.

TIT. XIII.

REPETEBATVR olim dos rei vxoriæ actione bonæ fidei, non interueniente stipulatione; ea autem interueniente, repetebatur actione ex stipulatu stricti iuris. Hodie ex Iustiniani constitutione semper agitur ex stipulatu. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide *leg. Hispan.* 23. *tit.* 13. *part.* 5. *& l.* 30. *tit.* 11. *part.* 4. Bellscomb. Viui. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 8. *pag.* 789. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *pro Dote competit actio ex stipulatu, etiamsi stipulatio non intercesserit, vel intercesserit inutiliter.* & num. 2.

3 *in Contractu dotis præsumitur intercessisse stipulationem, etiamsi verè non intercesserit.*

4 *Marito competit agere vel condictione ex lege, vel ficta actione ex stipulatu.*

5 *Expressum ex mente, & coniecturis dicitur expressum non quidem propriè, sed impropriè.*

6 τὸ Intelligere, *improprietatem denotat.*

7 *tantum operatur Fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero.*

8 *Solemnitas quæ non requiritur in actu, si interueniat, & minùs aptè, dictum non vitiat.*

9 *Depositio non necessaria, si rectè non fiat, non nocet.*

10 *pro Dote bona sunt tacitè obligata,* & num. 11.

12 *Actio ex stipulatu pro dote est bonæ fidei.*

13 *Actio rei vxoriæ est sublata, tamen quod erat vtile in ea, transfusum est in actionem ex stipulatu.*

14 *Relictum à viro vxori, non intelligitur in dubio relictum animo compensandi cum dote, ac proinde vtrumque peti potest,* & num. 15.

16 *Vxor relicta vsufructuaria non prohibetur dotem petere, & legatum vsusfructus.*

17 *Legatum relictum à debitore an præsumatur relictum animo compensandi remissiuè.*

18 *Debitor voluntarius si leget aliquid creditori suo simpliciter, non videtur legasse animo compensandi, vt procedat quando debitor legat: secus si dotem promittat pro creditore.*

19 *Actio ex stipulatu pro dote transit ad successores.*

20 *non fit Dotis retentio propter malos mores vxoris pudorem matrimonij non lædentes, propter res donatas, vel amotas, seu propter communes liberos alendos, nec propter impensas in rebus dotalibus factas, sed repetantur prædicta actionibus competentibus.*

21 *Matrimonium si soluatur culpâ mulieris, non debet ei dos restitui, sed potiùs penes maritum remanere.*

22 *Iudicium inter coniuges, quod olim* De moribus *appellabatur, hodie est sublatum.*

23 *Retentio duplex propter liberos apud antiquos.*

24 Ne *pro non.*

25 *Retentio in dote non admittitur.*

26 *Maritus potest repetere ab vxore, vel hæredibus expensas necessarias factas in rebus dotalibus.*

27 *Maritus licèt faciat impensas voluptarias de consensu mulieris, non habet tamen actionem ad illas petendas.*

28 *Ebrietas quotidiana in muliere leuis æstimata ab Accursio.*

29 *Muliere mortua in matrimonio, actio ex stipulatu suâ naturâ transit ad hæredes.*

30 *Dos lucrum dicitur.*

31 *in Actione de dote maritus condemnatur in quantum facere potest, & rerum mobilium, & iurium restitutio debet fieri intra annum; rerum verò immobilium incontinenti: & vsuræ debentur à tempore moræ, fructus verò tempore soluti matrimonij.*

32 *Dilatio legalis iure antiquo Digestorum non dabatur nisi in his quæ consistebant pondere, numero, & mensura.*

33 *Maritus solùm tenetur soluere dotem vxoris quantum facere commodè poterit, nisi tamen dolo suam dimisisset substantiam.*

34 *Vxor marito debet reuerentiam.*

35 *Maritus si dolo dissipauit bona propria, ea mente, ne esset soluendo, propter talem dolum amittit beneficium ne conueniatur vltra quàm facere potest.*

36 *Maritus tenetur restituere quod deduxit, si ad pinguiorem fortunam peruenit.*

37 *Iure antiquo dos soluebatur vxori, vel hæredibus annua, bima, trima die, vel in trib. annis, in quolibet anno tertia pars; hodie verò, iure Codicis attento, si dos consistit in rebus immobilibus statim fit restitutio sine aliqua dilatione; si verò in quantitate, vel rebus mobilibus, debet restitui intra annum à die soluti matrimonij.*

38 *Heredes viri si statim post mortem ipsius volunt restituere dotem consistentem in re mobili, cuius tamen restituendæ actio non competebat nisi post annum, si non expectato eo anno restituant dotem, poterunt detrahere interusurium medij temporis. Transacto anno, quid,* n.39.

40 *Lapsus diei concessi per legem, miserationis gratia constituit debitorem in mora, absque alia interpellatione.*

41 *Dos si consistit in rebus immobilibus, non lucratur maritus, vel heredes fructus, cum statim debeat fieri restitutio.*

42 *Maritus ob leuem culpam non amittit beneficium.*

43 *Maritus putatiuus non gaudet dilatione legali concessa pro restitutione dotis.*

44 *Vidua inops intra annum, seu tempus restituendæ dotis, alenda est ab heredibus viri.*

45 *Maritus si durante dilatione legali aliquos fructus, vel vtilitatem percipit ex rebus mobilibus, illos irreuocabiliter facit suos.*

46 *Matrimonium licèt sit solutum morte mariti re ipsa, iuris tamen fictione intelligitur durare saltem in primo anno sequenti, qui dicitur annus luctûs, cùm in illo nubere non possit.*

47 *Partûs ancillarum dotalium, & etiam per seruos dotales quæsita extra operas eorum, vel res mariti, pertinent ad mulierem; fœtus verò, & fructus pertinent ad maritum, sed pro rata temporis vltimi anni veniunt diuidendi, si dos fuit inæstimata; & si tẽpore diuisionis alter filiorum dotem vxoris, vel nurus detinuerit, præcipuam cautionem defendendo præstare tenetur coheredibus.*

48 *Grex si datur viro in dotem inæstimatus, periculum est mulieris: sin æstimatus, licèt fructus gregis dotalis cedat viri lucro, tenetur tamen vir loco capitum demortuorum de fructibus supplere defectum.*

49 *Filia si efficiatur sui iuris morte patris, vel emancipatione, actio de dote consolidatur in eius persona, etiamsi à patre fuerit exheredata, & dos confertur, & in legitima portione computatur.*

50 *Dos si consolidatur per emancipationem in persona filiæ, à fortiori idem erit si à principio dos detur filiæ emancipatæ.*

51 *Pactum simpliciter conceptum, tacitè videtur collatum in tempus, quo filia efficiatur sui iuris, & sic dos fuerit consolidata in eius persona.*

52 *Pater si sit stipulatus dotem sibi reddi, & decedat constante matrimonio ipsius filia, postea soluto matrimonio per mortem viri, vel vxoris, dos pertinet ad filiam, & eius heredes.*

53 *Extraneus dotem dans, vel promittens pronuntiare, censetur ei donare, nisi stipulatus, vel pactus fuerit sibi reddi, extraneus, dicitur qui non habet in potestatem, &* num.54.

55 *Dos aduentitia soli filiæ restituenda, nisi extraneus, qui dederit, pactus aliter fuerit in eius constitutione.*

56 *Dotantem posse incontinenti stipulari dotem sibi restitui, soluto matrimonio. intellige quando is, qui promisit dotem, ad id cogi poterat,* num.57.

58 *Dotem quando quis promisit marito pro vxore absente, licèt respectu mulieris absentis videatur esse pollicitatio, tamen fauore dotis lex fingit stipulationem in fauorem mulieris absentis, quasi illa pro se esset stipulata.*

59 *Extraneus stipulari nequit vt penes alium maneat, etiamsi sit hæres mariti.*

60 *Dotis datio facta ab extraneo dicitur esse vera liberalitas, & donatio.*

61 *Extraneus quis.*

62 *Dos promissa, seu promissum, & datum nomine dotis, an contineatur dotis appellatione.*

63 *Fictio, & præsumptio differunt.*

64 *Stipulatio ficta, & non præsumpta, quæ.*

L. Rem in præsenti. Vnic.

Imp. IVSTIN. A. *ad Pop. vrbis Constantinop. & ad vniuersos prouinciales.*

PRo dote competit actio ex stipulatu, etiamsi sti- 1
pulatio non intercesserit, vel intercesserit inutiliter. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Butrig. Fulgos. Angel. Castrens. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super* 5.*fol.*58.*verso*, Sebast. Næuiensis, siuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Anton. Gom. *l.*50.*Tauri num.*37.*in princ.* vbi per hunc textum tenet competere vxori pro petenda dote in quantitate existente à marito de iure antiquo rei vxoriæ actionem, hodie verò personalem ex stipulatu, & omne ius & priuilegium, quod erat in prima, est translatum in secunda, imo etiamsi stipulatio concipiatur inutiliter inter maritum & vxorem, vel nullo modo interponatur, semper fingitur interuenisse. Viui. *tom.*1.*communium opin.lib.*5.*tit.*8.*num.*2.*pag.*730. vbi contra Paul. de Castro defendit per hanc legem esse correctam *l. ad exactionem, suprà de dotis promiss.* subditque quòd quemadmodum mulieri soluto matrimonio datur actio ex stipulatu per hanc legem, ita etiam in fauorem mariti conceditur ipsi eadem actio ad petitionem dotis promissæ, Ferdinand. de Mendoça *disput. iuris ciuilis ad titul. ff. de pactis, libr.*3.*cap.*9.*numero* 26. *in fine.*

Notatur ad hoc quòd in contractu dotis præsu- 3
mitur intercessisse stipulationem, etiamsi verè non intercesserit, vt per Grammat. *decis.*103.*num.*7. Mich. Grass. *tom.*1.*communium opin.lib.*5.*tit.*7.*de dotis promiss.num.*23.*cap.*720. Menoch. *de præsumpt. lib.*3.*præsumpt.*5.*num.*2.*cum seqq.* Nouell. *in l. si constante, num.*77.*ff. soluto matrimonio.* Marc. Mantu. *dialog.*24.*num.*1. & 2. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.*9.*cap.*24.*num.*11. Camill. Borrell. *in summ. decis. part.*3.*tit.*5. *à num.*11. D. Barbos. *in l.*1.*ff. eodem tit. part.*3.*num.*5.*versic. vltima, & num.*20. agit de priuilegio quod fauore dotis fingitur stipulatio, siue ea non fuerit interposita, siue inutiliter interuenerit, circa quod priuilegium nonnullas excitat, & resoluit difficultates, prima est hoc priuilegium videri superfluum, quia videbatur sufficere priuilegium, *l. pen. C. de dotis promiss.* secunda vtrùm prædicta stipulatio dicatur ficta, vel præsumpta.

Per ex stipulatu actionem, &c.] Ergo & correcta 4
dicetur decisiò *l. penultim. C. de dotis promiss.* de quo tamen vide D. Barbos. *in dict. l.*1.*part.*3.*num.*6. vbi refert Fortun. Corras. & Anton. Costant. existimantes etiam hodie obtinere decisionem *dict. l. penultim. & numeris sequentib.* id declarat, subditque *n.*8. prope finem, esse in electione mariti, vel agere condictione ex *dict. l. penult.* vel ficta actione ex stipulatu, & *num.*9. examinat quænam vtilitas ex hoc resultet.

Vt intelligatur re ipsa, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
expressum ex mente, & coniecturis dicitur expressũ non quidem propriè, sed impropriè, quia verbum, *intelligitur*, improprietatem denotat, vt per Tiraq. *de* 6
*iure mar. glos.*7.*num.*174. Ferre. *in constit. Cathalon. gloss.*

glos. 2. *num.* 108. Accac. Anton. *in comment. ad l.* 5. *ff. de condit. & demonst. n.* 105. Metipsum *de dict. vsufrequent. dict.* 424. *n.* 1.

7 Notatur etiam ad hoc quòd tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, vt per Euerard. *in topic. legal. à vi fictionis num.* 4. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 51. *num.* 18. Rot. *decis.* 104. *num.* 3. *& decis.* 166. *num.* 8. *& decis.* 219. *num.* 3. apud Farin. *part.* 1. *recentior.* & posita per me *de Axiomat. iuris vsufreq. axiomat.* 97. *num.* 1. *cum seqq.*

8 *Eodémque modo etsi inutiliter*, &c. [Notatur ad hoc quòd solemnitas, quæ non requiritur in actu, si interueniat, & minus aptè non vitiat actum, vt per Anton. Gom. *l.* 46. *Tauri num.* 37. *vers. item quod*, vbi intelligit quando lex ex certa scientia, & casu certo fingit eam. *& l.* 50. *num.* 37. *in princip. & tom.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 32. *prope fin. & tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 4. *in prin-*
9 *cip.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 7. *glos.* 3. *num.* 5. vbi quòd depositio quæ non est necessaria, si rectè non fiat, non nocet, *& de nobilit. cap.* 37. *num.* 99. *& seq.* Hippol. *in l. vnius*, §. *custodiæ num.* 4. *cum seq. ff. de quæstion.* Nau. *in cap. cùm contingat, de rescript. secunda causa nullit. vers. non obstat sextò*, Alphan. *collect.* 74. vbi quòd quando aliquid non requiritur de necessitate, si illud omittatur, vel ineptè exprimatur, non vitiat actum, Brunor. à Sole *de locis communib. verbo solemnitas* 2. vbi quòd solemnitas non necessaria addita actui licèt ineptè interponatur, non vitiat actû in quo debitæ solemnitates interpositæ fuerint.

§. Et vt pleniùs.

10 Pro dote bona sunt tacitè obligata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

11 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, *l. Hisp.* 23. *tit.* 13. *part.* 3. vbi *glos.* 2. Nouell. *de dote part.* 6. *spec.* 7. *num.* 8. Mynsing. *cent.* 3. *obseruat.* 3. *vers. primum*, Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.* 9. *cap.* 14. *n.* 2. Iacob. Thoming. *Lips. decis.* 36. *num.* 1. Camill. Borrell. *in sum. decis. part.* 3. *tit.* 5. *num.* 422. *& seq.* Neguzant. *de pignorib. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 24. *cum seqq.* Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 37. *vers. item etiam competit*, vbi per hunc textum tenet competere vxori & hæredibus eius tacitam hypothecam in bonis mariti, quod notabiliter extendit vt procedat etiamsi maritus sit minor 25. annis; Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 7. *num.* 1. latè Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 46. *à num.* 1. vbi quòd tacita hypotheca inducitur à iure in rebus mariti pro restitutione dotis, & in bonis mulieris pro dote promissa præstanda, vel rebus dotalibus euictis, & *à num.* 7. disserit à quo tempore incipiat & contrahatur tacita hypotheca inducta à iure in bonis mariti pro restitutione dotis; Barnab. Cornazan. *decis.* 35. *n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 50. *num.* 3. *& priuil.* 49. *in princ.* vbi *numeris seqq.* ampliat procedere in fructibus dotis, & *cons.* 494. *à n.* 1. vbi quòd bona omnia viri tacitè censentur obligata pro dotis restitutione, & *num.* 3. quòd vxor eueniente casu restitutionis dotium potest eligere ex bonis mariti, quæ sibi magis placuerint, vt ius suum prosequatur, & *num.* 6. quòd mulier in restitutione suarum dotium potest omittere hypothecam expressã conuentionalem, & exercere generalem, quæ sibi ea lege competit. Matth: Coleri. *de processib. execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 193. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matr. part.* 3. *num.* 27. vbi per hunc text. tenet quòd si quis dotem promiserit marito pro muliere, bona promittentis dotem censebuntur tacitè hypothecata marito pro dotis solutione, etiãsi promissor dotis protestetur quòd non vult bona sua esse obligata pro dote si maritus non consentiat, & *n.* 28. contra Affl. &c. Mynsing. Neguzant. Corduba de Lara, & Gutier. resoluit bona mariti non censeri tacitè hypothecata pro alimẽtis debitis vxori, & *n.* 29. pariter tenet pro bonis lucratis constante matrimonio bona mariti nõ censeri tacitè hypothecata, *& ead. l.* 1. *p.* 6. *à princ.* vbi tenet quòd mulier habens tacitam hypothecam pro dote, iuxta hunc text. præfertur creditoribus anterioribus habentibus tantùm hypothecas tacitas, non tamen præfertur aliis hypothecis tacitis priuilegiatis. *& in l. si cùm dotem* 3. §. *transgrediamur num.* 28. *ff. eod. tit. soluto matrim.* Fachin. *controuers. lib.* 12. *cap.* 33. latè Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 19. *à princip.* Castill. *controuers. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 423. *num.* 6. vbi quòd causa dotis habet tacitam hypothecam non solùm in bonis viri, vt dos reperatur soluto matrimonio, sed etiam vir habet tacitam hypothecam in bonis promittentis sibi dotem tum vt illa ei soluatur, tum etiam ad interesse si aliquid dotis, postquam fuerit ei soluta, euincatur: latiùs *disput.* 438. *num.* 2. vbi resoluit citato hoc text. quòd pro dote etiam recuperanda habet vxor tacitam hypothecam in bonis omnibus viri, etiamsi maritus sit minor 25. annis, quoniam cùm habilis sit in ea ætate ad contrahendum, etiam censetur habilis ad accessoria contractui matrimonij, & *num.* 3. tenet priuilegium hoc tacitæ hypothecæ non conuenire sponsæ per verba de futuro, neque competere ei, qui vxorem dotauit cum pactu vt ad se reuerteretur dos in euentu, v.g. quòd matrimonium sine liberis dissolueretur. Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 5. *q.* 11. *num.* 10. Camill. Borrel. *in summ. decis. p.* 3. *tit.* 3. *num.* 71. *cum seqq.*

In gloss. *Ex vtroque latere.* ibi, *sed nunquid si vir*, &c. Notatur ad hoc quòd vir non habet priuilegium prælationis quòd cæteris præferatur creditoribus sicut vxor, vt per Boër. *decis.* 328. *n.* 3.

§. Sed etsi.

Actio ex stipulatu pro dote est bonæ fidei. Item 12
actio rei vxoriæ est sublata, tamen quod erat vtile 13
in ea, transfusum est in actionem ex stipulatu. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Vide D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. part.* 3. *n.* 8. *in fine*, vbi per hunc text. dicit actionem ex stipulatu pro dote competentem esse bonæ fidei, & *num.* 9. tenet marito olim non competere rei vxoriæ actionem, quia illa oriebatur quasi ex contractu dominato, & sic tantùm respiciebat vxorem, nec poterat marito applicari, subdítque loco rei vxoriæ fuisse subrogatam actionem ex stipulatu, quæ hodie ex parte mariti censetur bonæ fidei, &c. Idem D. Barb. *in l. de diuisione, ff. eod. tit. n.* 76. aduertit quòd actio competens marito ad petendam dotem est bonæ fidei, & *num.* 77. tradit actionem competentem extraneo ad repetendam dotem, iuxta terminos huius *l. vnic.* §. *accedit esse stricti iuris.*

§. Primum.

Relictum à viro vxori non intelligitur in dubio 14
relictum animo compensandi cum dote, ac proinde vtrumque peti potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Roder. Xuar. *in tit. de arrhis num.* 36. Cardos. *in*

praxi iudicum & Aduocat. verbo pater num.37. in fine.

16 Et per hunc text. tenent Capra *cons.72. num.18.* Bellon.*cons.31.num.4.* Cephal.*cons.184.lib.2.* Steph. Gratian. *discept.forens.tom.1.cap.134.à num.1.* quòd vxor relicta vsufructuaria non prohibetur dotem petere & legatum vsusfructus, quicquid alij contrarium sentiant, vt per Caualcan. *de vsufr.n.112.* Bertazz.*cons.ciuili 56.in 1.dub.* Pereg.*de fideicommis. art.33.n.41.* Surd.*cons.112.n.44. & de aliment.tit.9. quæst.16.n.16.cum seqq.*

17 Vtrùm legatum relictum à debitore præsumatur relictum animo compensandi; vide Corras. *lib.3. miscel.c.1.n.7.* Afflict.*decis.44.n.9.* Gregor.Lop.*l.16. verbo los deneros tit.9.part.6.* Eman. Costa *in cap.si pater,de testament. lib.6. part.1. verbo legauit,n.17.* Cou.*in c.officij,n.2.de testament.* Anton.Gom.*tom.1. var.c.12.n.27.* Cardin.Mantic. *de coniect. vltim.volunt.lib.10.tit.2.* Sim.de Prætis *de interpr.vltim. volunt.lib.4.dub.6.à n.18.* Achill.Pedroch. *cons.25.ex n.1.* Crass. *in §.legatum q.22. n.4.cum seq.* Mascard. *de probat.concl.96.& 333.* Menoch.*de præsum.lib.4. præs.109.& seq.& cons.17.& 18.& cons.151.n.22.& cons.162.n.22. cum seqq.* Surd. *cons.112. n.42. cum seqq.* Gutier. *de tutel.p.3.c.5.n.2.cum seqq.* Molin. *de Iustitia tract.2.disp.200.vers.hoc facto,* Castill.*controuers.lib.1.de vsufruct.cap.49.n.6.cum seqq.* Cald.Pereira *quæstion.forens.lib.1.q.16.*

18 *Sciendum itaque est,edictum,*&c.] Notat D.Barbos. *in l.1.ff.soluto matrim.part.4.n.58.* elegantem limitationem ad reg. huius l.in qua probatur quòd si debitor voluntarius aliquid leget creditori suo simpliciter,non videtur legasse animo compensandi,vt procedat,quando debitor legat, secus si dotem promittat pro creditore, nam tunc animo compensandi videtur promisisse, & rationem differentiæ præstat, quia titulus legati ex se donatio est, & titulus donationis excludit animum præsumptum compensandi, quia aliàs propria non dicetur donatio; quæ ratio cessat in titulo dotis, quia dos propriè dicetur, etsi dicamus debitorem animo compensandi dotem promisisse pro creditore,&c.

§. Maneat ex stipulatu.

19 Actio ex stipulatu pro dote transit ad successores. Colliguntex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. supr.hoc tit.*

Pro intellectu huius text. consule nostrum Gouean.*lection.variar.iuris Ciuilis lib.2.c.5.* qui breuiter,sed dilucidè sic ait: Iustinianus in l. vnic. de rei vxor. act. *Manet*(sicenim lego,non *maneat*, vt vulgò legitur) *ex stipulatu actionis ius ad successores, & sine mora transmissionis incorruptum.* Quem locum Accurs.de mora & dilatione legitima reddendæ dotis intelligit, de qua *in §.actio,ead.l.* Sed mihi aliter videtur.Nam dotem,quæ in rebus immobilibus posita est,annua die reddi vult Imperator; quare loci huius intellectus ex Vlpiano petendus est, qui in *Instit.tit.de iure dot.* scribit. Ita ius actionis de dote mulierem ad hæredes olim transmisisse,si vir in reddenda moram fecerat.Hactenus Goueanus.

§. Taceat.

20 Propter malos mores vxoris pudorem matrimonij non lædentes, propter res donatas, vel amotas; seu propter communes liberos alendos,nec propter impensas in rebus dotalibus factas fit dotis retentio, sed prædicta actionibus competentibus repetantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1.sup. hoc tit.*

Si culpa mulieris dissolutum matrimonium, &c.] 21
Notatur ad hoc quòd si culpa mulieris soluatur matrimonium, dos ei restitui non debet,sed potiùs penes maritum remanere, vt per D.Barbos.*in l.1. in princip.part.1.num.52.vers.succedit igitur,ff. soluto matrim.*

Quid enim opus est inducere ob mores retentionem, 22
&c.]De iudicio quodam inter coniuges, quod olim *De moribus* appellabatur,agit D.Barbos.*in l.viro atque vxore 40. à princip.ff. soluto matrim.* vbi *num.2. post princip.* subdit iudicium huiusmodi hodie sublatum fuisse, & retentiones, quæ ex eo fiebant per Iustinianum *in præsenti.*

Sileat ob liberos retentio, &c] Optimè D. Barbos. 23
in l.post dotem 41.ff.soluto matrim.n.4.vers.& si obijcias, declarat apud antiquos duplicem retentionem dari propter liberos,& *n 5.vers.adde quod verius,* tradit quòd tam retentio,quæ conceditur propter liberos quando filia moritur in matrimonio, quàm retentio,quæ permittitur quando culpa mulieris soluebatur matrimonium, fuerunt sublatæ per Iustinianeum *in præsenti*; vnde colligit quòd illa dictio, 24
ne, de qua *in hoc §.* non affert causam præcedentis dicti,vt aliàs afferre solet,*l.impensa.ff.de verb.signif. & l.2.in fine,ff. quod iussu*, sed stat tanquam aduerbium prohibendi,& ponitur pro dict.*non*,iuxta *l. in lege censoria 203.§.seruos,ff.de verb.signif.*

Sed nec retentio ob res amotas,&c.]Notatur ad hoc 25
quòd in dote non admittitur retentio, de quo vide Bald.Nouell.*part.8.priuil.1.* Negusant. *de pignorib. part.5.memb.1.num.36.* Petr. Gregor.*syntagm.lib.9. cap.24.sub n.11.* Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.lib.11.tit.16.n.7.* D.Barbos. *in l.diuortio 8.§. ob donationes à n.1.ff.soluto matr.* vbi per hunc text. tenet quòd maritus non potest retinere res dotales eo prætextu quòd mulier aliquid ei debeat,vbi latè resoluit in causa dotis admitti compensationem, & id probat *numeris seqq.* contrariisque respondet,*& in l.si cum dotem 25.§.fin.ff.eod.tit.num.10. in princip.* vbi ait quòd licèt per l. seq. propter impensas factas in rebus quasi dotalibus prædictæ res retineri possint,tamen in dote vera propter impensas dos retineri non potest,per text.*in præsenti*,Cald.Pereira *de emption.& vendit.cap.27.num.3. in princip.* vbi quòd in re dotali marito expendendi retentionis ius non datur. Camill. Borrel. *in sum.decis. part.3. tit.3.n.427.*

Sed nec ob impensas, &c.] Probat hic text. quòd 26
maritus potest repetere ab vxore,vel hæredibus expensas necessarias in rebus dotalibus factas, adeò quòd si dos consistit in specie, & quantitate simul expensæ factæ in re,vel specie diminuunt ipso iure dotem in pecunia, vel quantitate: si verò in specie tantùm non diminuit ipso iure, sed fundus, vel res potest retineri loco pignoris donec sibi fiat solutio; vtiles verò potest recuperare si sint factæ de consensu, & voluntate vxoris, vel sit diues quòd possit commodè soluere: voluntarias verò non repetit, sed potest mulier auferri sine notabili detrimento rei,& mutatione prioris status. Ita Anton. Gom.*l. 50. Tauri n.55.* Negusant.*de pignorib.p.5. memb.4. num.8.* D.Barbos. *in l. diuortio 8.§.ob donationes n.4. in med.ff.soluto matrim. & in rub.ff. eod. tit.part.3. num.18.* vbi dicit regulam iuris ciuilis esse,impensas necessarias factas in rebus dotalibus dotem ipsam minuere ipso iure, & *num.21.* ait multum differre rem retineri posse iure pignoris donec impensæ soluantur, vel dicere quòd impensæ necessariæ minuant

nuant dotis vniuersitatem ipso iure, quia impensæ necessariæ dicuntur minuere dotem ipso iure,& vtiles impensæ non diminuere ipso iure,sed propter illas res melioratas retineri posse: & *in ead.l. diuortio, §.fin.n.68.* regulam constituit vtiles impensas posse deduci & peti per maritum,& non solùm posse deduci,iure retentionis,sed & traditas repeti.Cald.Pereira *de empt.& vendit.cap.27.n.3.*

27 *Quod si voluptaria sint*,&c.] Notatur hic text.ad hoc quòd licèt maritus faciat voluptarias impensas de consensu mulieris,tamen non habet actionem ad illas petendas, vt per glos. *hic verbo licet.* Mathesil. *sing.92.*Menoch.*remed.15.recup.num.535.*vbi tradit rationem specialitatis,D.Barbos. *in d.l.diuortio.§.fin. part.1.n.89.in fine & 90.* vbi tenet hoc esse speciale in marito;quamuis vltra illum si qui fecerit impensas voluntarias de voluntate domini , vel dominus postea ratum habuerit,is habebit actionem aduersùs dominum ad obtinendas impensas voluntarias,*l.3. §.sed si mutua,ff.de in rem verso,l.denique,10.§.idem Labeo,in fine,ff.mandati.*

28 In gl.*Mores*,ibi, *vt si quotidie se inebriet*,&c.Notat Tiraq.*in l.9. connub.glos.1.p.9.n.205.* quòd Accursius leuem hìc existimauit quotidianam ebrietatem in muliere.

§. Illo proculdubio.

29 Muliere mortua in matrimonio actio ex stipulatu secundùm suam naturam transit ad hæredes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1.num. 1. sup. hoc tit.*

30 *In lucrum*,&c.] Ergo dos dicitur lucrum , vt per Tiraq.*in l.si vnquam,verbo donatione largitus,n.176. C.de reuocand.donat.*

§. Cùm autem.

31 In actione de dote maritus condemnatur in quantum facere potest,& rerum mobilium,& virium restitutio debet fieri intra annum, rerum verò immobilium incontinenti, & vsuræ debentur à tempore moræ , fructus verò à tempore soluti matrimonij. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup. hoc tit.*

32 *In iis,quæ pondere,numero*,&c.] Eleganter D.Barbos.*in l.2.in princip.part.1.num.4. in princ. ff.soluto matrim.*aduertit quòd iure antiquo Digestorum non dabatur legalis dilatio in omnibus mobilibus , sed tantùm in his , quæ pondere , numero, & mensura consistebant,hæc enim annua,bima,trima die restituebantur,vt asserit Iustinianus *in præsenti*,quia scilicet in iis non eædem res , sed aliæ eiusdem qualitatis reddendæ sunt, *l.res in dotem 43.ff.de iure dot.* & ideo,quia facilis non erat restitutio,data fuit prædicta dilatio , quam postea Iustinianus restrinxit ad annum , & in compensationem huius oneris,illum fauorem tribuit maritis , vt pro omnibus rebus mobilibus haberent dilationem legalem, vt apertè colligitur ex hoc text.*in vers.exactio* ; & idem D.Barb. *ibidem* admonet cauendum esse ab Harmenopulo *in promptuar.lib.4.cap.8.pag.186.* dum dicit etiam hodie dilationem legalem non competere nisi pro mobilibus consistentibus pondere , numero , & mensura,contra clara verba dicti vers.exactio illam concedentia in quibuscunque mobilibus ; & sic tenet mobilia non esse hodie restituenda nisi post annum. Deinde disputat quæst.si maritus durante dilatione legali aliquos fructus,vel vtilitatem percepit ex rebus mobilibus,vtrùm illos irreuocabiliter faciat suos vel transacto anno eos teneatur in vxorem transferre ; Idem D.Barbos. *in l.diuortio 8.§.non solùm, n.4. ff.eod.* tradit Iustinianum hìc referre mobilia pondere,& numero consistentia annua, bima, trima die restitui vsque ad sua tempora.

Sed in quantum maritus facere potest, &c.] Notatur ad hoc quòd maritus solùm tenetur soluere dotem vxoris quantum commodè facere poterit , nisi tamen dolo suam diminuisset substantiam,nam tunc eam cogeretur soluere,etiam supra id quod commodè facere posset ; præterea si maritus commodè non possit soluere totam dotem,tenetur præstare cautionem quòd si ad pinguem fortunam venerit, integrá illam soluet,vt per *l.Hisp.vlt.tit.11.part.4.*Molin.*de Instit.tract.2.disp.442.num.5.*D.Barb.*in d.l.diuortio, §.non solùm num.4.*Rebel.*de obligat.iustitia p.2.lib.6. q.11.sect.1.num.10.* 33

Et reuerentia debitum maritali, &c.] Notatur ad hoc quòd vxor reuerentiam marito exhibere debet, vt per Tiraq. *in l.1.connub. glos.1.p.1.n.41.* D. Barbos.*in l.maritum 13.num.53.in fine, & n.54.ff.soluto matr.* vbi reddit rationem, quia vxor subiecta est viro,& sub eius dominio & potestate,vt *Genes.3.* & probat *cap.quæcunque 30.dist.*& hac ratione tenetur vxor ei obedire tanquam capiti & superiori,*cap.est ordo,& c.mulierem 33.q.5.* 34

Si non dolo malo versatus est,&c.] Notatur ad hoc quòd si maritus dolo dissipauit bona propria ea mente,ne esset soluendo,propter talem dolum amittit beneficium ne conueniatur vltra quàm facere potest,vt per Calcan.*cons.50.num.10.* D.Barbos.*in d.l. maritum 13.num.101.ff.soluto matr.* vbi subdit probari hunc animum ex his,quæ dixit ante factam dissipationem, & hinc infert à cessante ratione quòd si maritus non dissipauit bona propria animo præiudicandi vxori,sed alteri, is dolus non faciet perdi dictum beneficium, & *num.* 104. resoluit propter leuem culpam maritum non amittere hoc beneficium. 35

Si ad meliorem fortunam,&c.] Tenetur ergo maritus restituere id quod deduxit si ad pinguiorem perueniat fortunam,vt per eundem D.Barbos.*d.l.maritum 13.n.100.in fine.* 36

Exactio autem dotis celebretur, &c.] Notatur ad hoc quòd de iure antiquo soluebatur dos vxori, vel hæredibus annua,bima,trima die , vel in tribus annis,in quolibet anno tertia pars ; hodie verò hoc iure Codicis attento,si dos consistit in rebus immobilibus, statim fit restitutio sine aliqua dilatione , vel termino ; si verò consistit in quantitate,vel in rebus mobilibus , debet restitui intra annum à die soluti matrimonij,vt per *l. Hisp.31.tit.11.part.4.* Ias.*in §. fuerat num.27.& 28.Instit.de actionib.*Anton.Gom. *l.50.Tauri num.46.* Bellacomb. *tom.1.commun.opin. lib.5.tit.7.num.21.pag.721.*vbi tenet quòd licèt per hunc tex.dos consistens in pecunia etsi statim sequuta morte viri non sit restituenda , sed intra annum, quamuis hæredes sint diuites tamen fallit si dos fuit legata vxori, idem Bellacomb. *eod.lib.5.tit.8.num.1. pag.72.* vbi quòd exactio dotis consistentis in pecunia soluto matrimonio competit viduæ post annum , quæ autem consistit in rebus immobilibus, competit viduæ statim post mortem mariti,quod intelligit nisi pendente anno luctus ipsa vidua alatur in domo ipsorum hæredum,quia tunc fit compensatio fructuum cum dictis alimentis,& si plus est in fructibus , quàm ascendunt alimenta illud plus ipsi viduæ reddendum erit , idem Bellacomb. *eod. lib.5. tit.8.num.8.pag.371.* & Viui. *ibidem num.9.* vbi tenent per hunc text. hæredes mariti defuncti teneri vxori 37

vxori iure dotis bona immobilia statim tradere, mobilia verò intra annum, hoc ipsum dicit Mich. Grass. *eod. lib. 5. commun. titul.* 12. *numer.* 50. *pag.* 742. Kirchou. *ibidem numero* 91. *pag.* 747. vbi quòd dos quando consistit in pecunia soluto matrimonio morte viri per hæredes viri statim non est restituenda, sed infra annum, etiamsi ipsi hæredes essent diuites, & haberent facultatem statim eam restituendi, idem Kirchou. *ibidem n.* 94. *pag.* 748. vbi quòd alimenta petere non potest mulier ab hæredibus primo anno dilationis à lege hæredibus mariti statutæ finito, ad soluendum ei dotes consistentes in pecunia, quia cùm mulier primo anno elapso in sua potestate habuerit exigere dotem, quam repetere neglexerit, sibi imputabit si illam non exegit, & ideo per eam peti non possunt alimenta ab hæred.bus viri. Cou. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 3. §. 9. *n.* 10. *vers. quarto*, vbi quòd mariti defuncti hæredes tenentur relictæ vxori dotis bona immobilia statim tradere, mobilia verò intra annum, quorum mobilium fructus efficiuntur ipsorum hæredum, nec tenentur ipsi restituere eos post anni dilationem cum bonis ipsis. Cott. *in memorab. verbo dos el* 2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 44. *num.* 52. vbi quòd hæredes mariti non alunt viduam si dotem volunt restituere intra annum, & *à n.* 63. quòd dos consistens in immemorabilibus reddi debet statim non expectato anno, & *n.* 64. quòd vidua non est alenda ab hæredibus nisi intra annum luctus quando dos consistit in bonis immobilibus, D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. part.* 1. *n.* 40. vbi tradit quòd licèt per hunc text. maritus ad res mobiles dotales restituendas habeat anni dilationem, tamen quando culpa mariti dissoluitur matrimonium quoad thorum, non gaudet maritus prædicta dilatione, sed statim tenetur restituere, idem D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. part.* 1. *num.* 1. *ff. eod. tit.* vbi tradit quòd iure Digestorum restituebatur dos, annua, bima, trima die, idest, in tribus annis, scilicet in quolibet anno tertia pars dotis, immobilia autem data in dotem illo iure attento statim restituebantur; sed iure Codicis immobilia statim etiam restituuntur, sed mobilia transacto anno, & *n.* 2. per hunc text. concludit quòd quatenus pertinet ad rei immobilis restitutionem, nulla est differentia inter ius Digestorum, & ius Codicis, sed vtroque iure immobilia statim restituuntur: subditque per hunc text. probari quòd mobilia, vel se mouentia etiam hodie non restituuntur statim: sed tantùm elapso anno à die soluti matrimonij, & *num.* 3. resoluit prædictam dilationem annalem competere etiam mariti diuiti, & cui facile sit mobilia statim restituere propter generalitatem huius text. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 442. *num.* 2. vbi citato hoc text. tradit quòd licèt olim de iure Digestorum fuerit sancitum vt vir, aut hæredes illius tenerentur restituere dotem annua, bima, trima die, idest, intra tres annos restituendo singulis annis die vltima singulorum vnam tertiam partem, nihilominus hodie constitutum est vt dos quando consistit in bonis immobilibus inæstimatis statim absque mora quoad ea bona restituatur: quando verò consistit in rebus mobilibus, aut mouentibus, vel in iuribus corporalibus inæstimatis, aut denique quando certa summa in valore est reddenda, tunc quoad hæc omnia dos restituatur intra annum à die soluti matrimonij, & subdit ex Anton. Gom. quem citat, iam hodie in Regno Castellæ solere in dotalibus instrumentis deduci in pactum vt dos soluatur intra triginta dies, à dissoluto matrimonio, standúmque esse tali pacto, aut cuicunque alteri, quòd ea in parte fuerit adhibitum, idem tradit Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 6. *quæst.* 21. *sect.* 1. *num.* 5. vbi *numeris seqq.* id multipliciter declarat. Cancer. *variar. resol. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 98. & 99. vbi quòd si dos consistebat in rebus mobilibus, quæ pondere, numero, & mensura consistunt, restitutio dotis debet fieri post annum à tempore soluti matrimonij; si verò in rebus immobilibus consistat, statim venit restituenda.

Sed omnimodo intra annum, &c.] Optimè Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 36. post Bald. Ial. & Cottam aduertit quòd si hæredes viri volunt statim post mortem ipsius restituere dotem consistentem in re mobili, cuius tamen restituendæ actio non nisi post annum competebat, secundùm hunc text. si non expectato eo anno, restituant dotem, poterunt detrahere interusurium medij temporis.. 38

Quid transacto anno? vide Mich. Grass. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 10. *pag.* 731. vbi tenet quòd si post annum hæredes ipsi essent in mora, adhuc mulier nequiret aliquid accipere, seu petere pro alimentis ab hæredibus mariti, quoniam præsumeretur vsura. Idem Mich. Grass. *d. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 78. *pag.* 746. vbi quòd mulier post annum non potest petere alimenta, siue vsuras dotis, nisi postquam ipsa periit dotem, hæredes in mora extiterunt, tunc enim interesse damni emergentis peti potest, Bellacomb. *ibidem n.* 95. *pag.* 748. vbi tradit, mulierem viduam mortuo viro etiam post annum non posse consequi ab hæredibus viri interusuria dotis sibi non restitutæ, maximè si ipse habuerit vnde se alere & dictam dotem exigere potuerit, quod tamen intelligi & restringi solere ait nisi mulier dotem in iudicio petierit, faciendo quicquid potuerit, vel aliàs secundo marito sustinente onera sit obligata ratione dotis promissæ, non traditæ saltem per protestationem, cum eo casu vti damnum emergens possit mulier à dictis hæredibus dicta interusuria, vulgo alimenta consequi. 39

Notatur etiam ad hoc quòd lapsus dici concessi per legem, miserationis gratia (prout est annus, qui datur marito ad restituendas res dotales mobiles) constituit debitorem in mora absque alia interpellatione, vt per D. Barbos. *in prælud. l. si mora* 10. *n.* 10. *in fine*, & *n.* 11. *ff. soluto matr.* 40

Illico restituendis.] Ergo etiam tempore feriarum, de quo D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matr. part.* 1. *num.* 42.

Fructibus videlicet immobilium, &c.] De materia vide Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 47. vbi tradit per hunc text. quòd si dos consistat in rebus immobilibus, non lucratur maritus, vel hæredes fructus, cùm statim debeat fieri restitutio; si verò dos consistit in rebus mobilibus naturaliter fructuosis, vt in seruis, iumentis, & similibus rebus, similiter non lucratur fructus, sed tenetur restituere vxori finita dilatione legali, vel conuentionali, & maritus, vel hæredes gaudebunt vsu & interusurio medij temporis: si verò dos consistat in pecunia numerata, possunt ea vti illo medio tempore, & postea restituere sine vsura, fructu, vel interesse, idem ferè tradit Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 442. *num.* 3. Matiens. *l.* 3. *gl.* 2. *num.* 25. & 35. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua Recop.* Gam. *Lusit. decis.* 123. *num.* 3. vbi quærit an maritus teneatur hæredibus vxoris fructus dotis immobilium restituere, siue dos æstimata fuerit ea æstimatione quæ fecit emptionem, siue non? & deinde à quo tempore fructus isti debeantur. D. Barbos. *in l. diuortio* 8. §. *non solùm num.* 12. *ff. soluto matrim.* vbi tenet fructus immobilium semper pertinere ad vxorem, nam cùm lex iubeat immobilia statim restitui, si id nõ præstet, 40

maritus

maritus videtur esse in mora. *l. magnam, C. de contrah. & commit. stipul.* & consequenter tenebitur ad fructuum perceptorum restitutionem, *l. mora, §. in bonæ fidei, ff. de vsuris.* subditque fructus mobilium non incipere pertinere ad vxorem nisi post annum, & sic post finitam dilationem legalem, antea enim non potest videri maritus constitutus in mora restituendi mobilia, & consequenter neque tenebitur ad fructuum perceptorum restitutionem: & ad hunc modum videri explicandum asserit textum *in præsenti. vers. similique modo*, vt scilicet à tempore soluti matrimonij pertineant fructus mobilium ad vxorem, qui scilicet nati, & curati fuerint constante matrimonio, vt quia operæ seruorum locatæ fuerant; item & nauis fuerat locata, nam hi fructus diuidentur pro rata, & sic sua pars statim est restituenda vxori: ad quod expendit quod in isto vers. *exactio, in princip.* concessus est annus marito ad restituendas res mobiles, & eo transacto iubet text. maritum teneri præstare vsuras æstimationis rerum mobilium; ergo durante dilatione legali ad nihilum teneri debet: quare *d. vers. similique modo*, probans fructus mobilium esse statim restituendos, ne sibi ipsi incontinenti videatur contradicere, debet declarari modo de quo suprà. Expendit etiam quòd in *d. ver. similique modo*, commiscentur exempla, in quibus vertitur diuersa ratio, nam proponit exemplum in pensionibus domorum locatarum, quas certum est statim ad vxorem pertinere, prout & ipsa domus ei statim est restituenda: & idem est in annonis ciuilibus, quia & rebus immobilibus accedunt, *l. fin. §. præterea, C. de iure dot.* Vnde alia exempla, quæ subiungit de vecturis nauium; vel operis seruorum, debent etiam intelligi in casibus, in quibus statim debeant pertinere ad vxorem, quod vtique tantùm verificatur in casu, de quo suprà, vel etiam quando fructus tales sint, vt etiam constante matrimonio non pertineant ad maritum, nam & hi augent dotem, *l. si marito 32. §. fin. ff. soluto matrim.* & sic statim sunt restituendi, &c.

Ad idem videndus D. Barbos. *in l. 2. in princ. part. 5. num. 6. ff. soluto matrim.* qui ait textum *in præsenti* apertè probare quòd fructus, vel vsuræ in rebus dotalibus mobilibus non debentur nisi post annum; in immobilibus autem illico debentur à tempore soluti matrimonij, & rationem differentiæ assignat, quia in rebus mobilibus, durante dilatione legali mora considerari non potest in marito, & consequenter neque tenebitur maritus ad fructuum restitutionē; elapso autem anno tenebitur, quia tunc dies interpellat pro homine, & consequenter videtur maritum in mora constituere; in rebus autem immobilibus, quæ statim sunt restituendæ, illicò à principio videtur incursa mora, vnde meritò in illis veniunt fructus à tempore soluti matrimonij; quo pacto intelligendum esse ait hunc text. *in vers. fructibus*, generaliter dicentem fructus mobilium esse restituendos mulieri, iuxta distinctionem factam in principio, vt scilicet in immobilibus veniant à die soluti matrimonij, in mobilibus autem à die finitæ dilationis legalis. Et quamuis Zas. *lib. 2. singul. respons. cap. 3. num. 11.* & Ioan. Garc. *de expens. cap. 8. num. 32. & 34.* existimauerunt d. vers. *fructibus*, per se stare, & diuersum casum à præcedentibus continere, tamen ipse D. Barbos. *citato loco n. 7.* tenet contra eos, quòd scilicet ex contextu litteræ patet dictum vers. *fructibus* venire continuatiuè ad præcedentia, & ob id debere recipere interpretationem, de qua *suprà*. & *n. 8.* tenet Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri num. 47.* quem extollit Ioan. Garc. *d. cap. 8. num. 3.* non bene percepisse mentē huius text. *in §. exactio*, dum dicit quòd si res mobilis ex se producat fructus, (vt quia sit nauis, vel animal) hi fructus elapso anno sunt restituendi vxori etiamsi percipiantur durante dilatione legali; si verò res mobilis ex se non producat fructus, vt est pecunia, si durante dilatione legali maritus ex ea aliquod lucrum percipiat, non tenebitur restituere mulieri, quia durante prædicta dilatione licitè pecunia dotali vtitur.

42 In gloss. *Versatus est.* Notatur ad hoc quòd maritus propter leuem culpam non amittit beneficium. *l. maritum. ff. soluto matr.* vt per Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis. §. sed si filius à num. 90 ff. de liber. agnosc.* D. Barbos. *in d. l. maritum num. 104.*

43 In gloss. *Restituendi.* ibi, *sed quid erit hodie*, &c. Notatur ad hoc quòd maritus putatiuus non gaudet dilatione legali concessa pro restitutione dotis, vt per Roder. Xuar. *tit. de la ganancias n. 10. & 11.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 56. vers. septimè infero*, Tiraq. *de iure mariti gloss. 8. n. 239.* Cou. *de spons. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 24.* Cancer. *var. p. 1. cap. 9. num. 106.* D. Barbos. *in l. si cum dotem 23. §. fin. num. 18. ff. soluto matrim.*

44 In ead. gloss. ibi, *sed quid si nil aliud habent*, &c. Notatur ad hoc quòd vidua inops intra annum, seu tempus restituendæ dotis alenda est ab hæredibus viri, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ tit. de sent. prouis. art. 3. gloss. 1. num. 10.* Pinel. *ad l. 4. C. de bonis mater. num. 6.* vbi *num. 7.* aduertit quòd etiam intra annum non potest applicari hæc quæstio, vbi nulla est dos, quæ restitui debeat, & *num. 8.* dicit verius hæredes viri non teneri alere viduam etiā inopem extra terminos huius gloss. Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 48.* vbi tenet quòd intra tempus dilationis legalis, vel conuentionalis, in quo debet fieri restitutio dotis, vxor debet ali à marito, vel hæredibus eius, nisi quando mulier non haberet alia bona ex quibus se alere possit, vel quando morte mariti solutum esset matrimonium, seu quando maritus, vel eius hæredes volunt statim dotem restituere, Afflict. *decis. 284. num. 4.* vbi concludit quòd non datur interesse dotis nisi quando debitor dotis fuit in mora, & vxor est pauper, & non habet vnde possit viuere nisi de sua dote, vel constat quòd passa fuerat interesse, etiamsi haberet aliunde vnde posset viuere, quia tunc ratione interesse passi debetur istud interesse, Nouell. *de dote part. 7. priuil. 7. vers. ex prædictis*, Sord. *cons. 221. n. 41. & de aliment. tit. 1. q. 45. n. 26.* Auendan. *de censib. cap. 31. num. 9.* vbi asserit maritum teneri pendente dilatione soluere socero, siue vxoris suæ cognato interesse, vel alimenta ad rationem viginti pro vno, Anton. de Amatis *var. resolut. res. 49. num. 92.* Neguzant. *de pignorib. 5. memb. 5. part. num. 17.* Menoch. *cons. 7. à num. 55.* Gabr. Aluarez *de priuil. pauper. part. 1. quæst. 56.* vbi si mulier pauper pro alimentis, vel aliis necessariis sumptibus pecuniam sub vsuris acceperit, vel aliter ex dotis retardata solutione læderetur, huiusmodi interesse, damnúmque emergens petere posse, deberéque consequi, tradit latè Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 6. quæst. 11. sect. 1. num. 6.* vbi dicit quamdiu dos non redditur vxori intra tempus iure, vel pactione præfixum, si mulier non sit inops, sed habeat aliunde alimenta, non tenetur ei maritus, nec eius hæres alimenta præstare; quòd si aliunde alimenta non habeat, esto habeat parentes diuites, & alimenta petat, alenda erit de fructibus ipsius dotis; quòd si nulli sint tales fructus, vel non sufficiant, ex bonis mariti supplendū erit, quod insuper opus fuerit durante præfato tempore, & *n. 8.* subdit quòd hæres mariti

non

non tenetur vltra quantitatem dotis vxori alimenta præstare, nec vltra annum à die soluti matrimonij. Latè D. Barbos. *in princip. part.* 1. *num.* 16. *ff. soluto matrim.* vbi ait distinctionē huius glos. communiter approbari, videlicet quòd aut mulier est diues, & ex fructibus immobilium statim restitutorum, vel etiā ex fructibus paraphernalium potest se alere, & tunc maritus, vel eius hæres nihil ei tenebuntur præstare alimentorum nomine; si verò mulier sit inops, neque aliunde habeat vnde se alat, tunc maritus, vel eius hæres tenentur mulieri alimenta præstare ex prædictis fructibus, quam resolutionem dicit probare plures alios, quos retulit Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his n.* 117. *ff. de liber. agnosc.* Matiens. *l.* 3. *gloss.* 2. *n.* 19. *tit.* 1. *lib.* 5. *noua Recop.* Thesaur. *Pedem. decis.* 43. *num.* 1. Vnde idem D. Barbos. *ibid. num.* 17. primam sic firmat conclusionem. Quòd si mulier sit diues, & habeat vnde se alat, neque maritus, neque eius hæres ex prædictis fructibus aliquid tenentur dare vxori; contra Ruin. Corn. Corduba de Lara, Mynsing. Ioan. Garc. & Thesaur. quos ibi refert & reprobat; deinde *num.* 21. aliam adducit conclusionem. Quòd si mulier sit inops, neque habeat aliunde vnde se alat, tunc maritus, vel hæres ex fructibus perceptis durante dilatione legali, & sic intra annum tenentur eam alere: & *numeris seqq.* hanc conclus. à nonnullorum impugnationibus defendit, & *n.* 23. *cum seq.* explicat quando mulier dicatur inops, vt hæc conclusio verificari possit.

45 In ead. gloss. ibi, *dilatio legalis debet esse vtilis viro,* &c. Notatur ad hoc quòd si maritus durante dilatione legali aliquos fructus, vel vtilitatem percipit ex rebus mobilibus, illos irreuocabiliter facit suos, vt per Cou. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 3. *§.* 9. *num.* 9. Viu. *lib.* 2. *communium opin.* 320. Ioan. Garc. *de expensis cap.* 8. *num.* 10. *ad fin.* D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. part.* 1. *n.* 5. *cum seqq. ff. soluto matr.* vbi contra Ant. Gom. Bald. Nouell. Zas. & alios contrarium tenentes, hanc partem defendit, & idem repetit *in l. diuortio* 8. *§. non solùm n.* 2. *ff. eod. tit. soluto matrim.* Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 6. *gloss.* 2. *p.* 1. *n.* 45.

46 In ead. gloss. ibi, *Item adhuc videtur durare primum, cùm nec possit nubere secundo.* Hanc gloss. dicit notabilem Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor.* §. 11. *num.* 5. ad hoc quòd licèt matrimonium sit solutum morte mariti re ipsa, iuris tamen fictione intelligitur durare saltem in primo anno sequenti, qui dicitur annus luctus cum in illo nubere non possit.

§. Cúmque ex stipulatu.

47 Partus ancillarum dotalium, & etiam per seruos dotales quæsita extra operas eorum, vel res mariti, pertinent ad mulierem, fœtus verò & fructus pertinent ad maritum, sed pro rata temporis vltimi anni veniunt diuidendi, si dos fuit inæstimata, & si tempore diuisionis alter filiorum dotem vxoris, vel nurus detinuerit, præcipuam cautionem de defendendo præstare tenetur cohæredibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Vide D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. part.* 1. *num.* 9. *ff. soluto matrim.* vbi ait probari in præsenti quòd fructus mobilium pro rata temporis sunt diuidendi inter coniuges, & *in l. diuortio* 8. *in princ. part.* 2. *num.* 5. vbi citato hoc text. tradit quòd licèt maritus fructus dotales colligat, & percipiat, non tamen irreuocabiliter eos facit suos, nisi pro rata temporis, quo sustinuit onera matrimonij, & reliquos vxori debet restituere, idem resoluit Rebell. *de obligat. instit. part.* 2. *lib.* 6. *quæst.* 12. *sect.* 2. *num.* 14. vbi *num.* 15. subdit vltimi anni fructus diuidendos esse pro rata inter coniuges, vel hæredes eorum, vt si per octo menses vltimi anni durauit matrimonium, vir debet habere bessem fructuum, vxor verò trientem, hoc est, ex duodecim partibus, in qua fructus diuidi possunt, vir octo partes, vxor verò quatuor recipere debebit: incipiet autem, inquit, vltimus annus per comparationem ad primum, itavt primus incipiat quando non solùm matrimonium contractum est, sed etiam dotis traditio ipsi marito facta fuit. Quòd si talis esset fundus dotalis, qui bis in anno ferret fructus, eadem ratio esset habenda dimidij anni, quę integri. Quòd si maritus fundum cùm fructibus pendentibus restitueret, cauere debebit vxor de fructibus restituendis pro rata, sicut si maritus locasset fundum colono, cauere deberet de restituenda parte mercedis pro rata, &c.

Fœtus autem iumentorum, &c.] Hinc initium sumpsit *l. Hisp.* 21. *tit.* 11. *part.* 4. in qua statuitur quòd si 48
grex datur viro in dotem inæstimatus, periculum est mulieris, si autem datur æstimatus, licèt fructus gregis dotalis cedat viri lucro, tenetur tamen vir loco capitum demortuorum de fructibus supplere defectum, & hoc cùm species certæ dantur in dotem; si autem quid detur in dotem pondere, numero, vel mensura consistens, periculum & commodum est viri.

§. Videamus.

Si filia efficiatur sui iuris morte patris, vel eman- 49
cipatione, actio de dote consolidatur in eius persona, etiamsi à patre fuerit exhæredata, & dos confertur, & in legitima portione computatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Vide *l. Hisp.* 30. *tit.* 11. *part.* 4. Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus ampl.* 15. *num.* 2. *pag.* 451. vbi tradit quòd licèt actio dotis soluto matrimonio sit communis patri & filiæ, vt *in l.* 2. *§.* 1. *ff. soluto matr.* tamen mortuo patre in vita filiæ integra actio dotis consolidatur in ipsam filiam, vt probat hic text. subditque cum Bart. reprobata glos. *in præsenti*, quòd bene potest pater per stipulationem incontinenti sibi prouidere, & impedire ius consolidationis apponendo in dote onus, & conditionem; videlicet quòd soluto matrimonio sine liberis dos reddatur, & restituatur sibi, & suis hæredibus, nam per talem expressam conuentionem & stipulationem impeditur ius consolidationis, dato quòd filia superuixisset patri, idem ferè tenet *ibidem super declarat. legis Regni, quæst.* 6. *num.* 2. *ad fin.* Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 28. *post med.* vbi per hunc text. tenet quòd si tempore dotis constitutæ erat in potestate, sed soluto matrimonio reperiatur sui iuris morte patris, vel emancipatione, tota actio quæritur filiæ, & consolidatur in eius persona, licèt à patre sit exhæredata, D. Barbos. *in l.* 2. *§. quòd si in patris, num.* 8. *ff. soluto matrim.* vt tradit quòd licèt actio dotis communis sit inter patrem & filiam, itavt soluto matrimonio viuo patre dos ad eum reuertatur, *l. dos à patre, C. soluto matrimon.* si tamen matrimonium durer tempore, quo pater moritur, dos in solidum consolidatur in persona filiæ, vt probat text. *in præsenti.* & *n.* 11. per hunc text. tenet quòd si tempore datæ dotis filia sit in potestate; & tamen postea efficiatur sui iuris, exinde dos consolidatur in persona filiæ, itaut actio dotis sua sit insolidum, & non communis; subditque post Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 28. & Baëc. *in tract. de non meliorandis filiabus cap.* 21. *num.* 18.

quòd

quòd cùm *l.45. Tauri* constitutum sit filiam nuptam post velationes ex potestate legis effici sui iuris, ideo in hispania nunquam actio erit communis inter patrem & filiam, sed in solidum efficietur filiæ, & *n.12.* Id in Regno Portugaliæ à fortiori procedere ait, cùm per matrimonium solùm de præsenti ibi filia ex potestate legis efficiatur sui iuris.

50 *Emancipauerit* eam, &c.] Ergo si per emancipationem dos consolidatur in persona filiæ, à fortiori idẽ erit si à principio dos detur filiæ emancipatę, de quo tamẽ vide D.Barbos. *in d.l.2.§. quòd si in patris, n.36.*

51 Notatur ad hoc quòd pactum simpliciter conceptum tacitè videtur collatum in tempus, quo filia efficiatur sui iuris, & sic dos fuerit consolidata in eius persona, vt per D.Barbos. *in d.l.2.§. quod si in patris, num.48.*

52 In gloss. *Pisum.* ibi, *nunquid erit hoc verum*, &c. Notatur ad hoc quòd si pater sit stipulatus dotem sibi reddi, & decedat constante matrimonio ipsius filiæ, postea soluto matrimonio per mortem viri, vel vxoris dos pertinet ad filiam, & eius hæredes, vt per Anton.Gom. *d.l.50. Tauri n.18. ante vers. ex quibus,* Aoendan. *ad l.25. Tauri, gloss. vnic. n.9.* Roder. Xuan. *suprà citato loco.*

§. Accedit.

53 Extraneus dotem dans, vel promittens pro muliere, censetur ei donare, nisi stipulatus, vel pactus fuerit sibi reddi, & extraneus dicitur, qui non habet in potestate. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

54 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
55 munt *l. Hispan 30. tit.11. part.4.* vbi statuitur dotem aduëtitiam soli filiæ esse restituendã, nisi extraneus, qui dedit, aliter pactus fuerit in constitutione, Palac. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. n.12.* vbi limitat dispositionem huius text. quando mulier haberet patrem, qui posset & teneretur illam dotare, sed non dotauit, quia fortè erat absens, vel in remotis, vel in carceribus, aut fortè perfidia detentus nollet maritare, & dotare filiam, tunc si amicus, vel coniunctus dotem promiserit, non præsumitur donatio, sed animo repetẽdi, & repeteret à patre, & *n.12.* ex his infert ad vnum singulare, & quotidianũ quòd si extraneus, qui dedit, vel promisit dotem pro muliere, erat aliàs debitor eiusdem mulieris in eadem quantitate, vel maiori, etiamsi non expressisset, quòd animo compensandi, vel se liberandi à muliere hoc faceret, præsumitur quòd animo se liberandi hoc fecisset. Anton.Gom. *l.50. Tauri n.23. in fine*, vbi tradit conclusionem ex hoc text. desumptam, quòd quando extraneus promittit dotem alieni puellæ, vel mulieri, videtur ei donare, intelligendam esse nisi sit eius administrator, & *n. 28. vers. ex quibus*, per hunc text. ait quòd si coniunctus, vel extraneus dedit, vel promisit dotem, tunc tota dos, & actio eius, quæritur mulieri, & eius hæredibus, quia videtur donare, Iacob. Mandel. *cons.12. num.11. vol.1.* Franc. Vegg. *consil.37. n.6.* Valasc. *consult.127. n.11.* Camill. Borell. *in summ. decis. part.3. tit.4. à num.48. cum multis seqq.* vbi *n.54.* extendit faciliori modo procedere in patre dotem promittẽte, & *n.68.* tenet quòd frater etiam dotans sororem præsumitur animo donãdi illam dotare, & *n.70. cum seqq.* limitat, nisi sic dotantes essent administratores, aut debitores mulieris, & *tit.5. n.11. & 14.* Mascard *de probat. concl.572. à princ.* vbi probari ex hoc text. asserit quòd dos data ab extraneo mulieri præsumitur donata, si is extraneus à marito illius mulieris stipulatus non fuerit eam sibi reddi soluto matrimonio, & *n.3.* ampliat procedere etiam quando dos datur ab extraneo mulieri absenti, & *n.4.* ampliat etiam quando is extraneus nomine mulieris esset stipulatus dotem sibi reddi, nam adhuc manet præsumptio donationis, & *n.5.* ampliat vt eo magis procedat in patre dotante, faciliùs namque præsumitur donatio in ascendente, quàm in extraneo, & *n.7.* ampliat etiam in fratre dotante sororem etiam diuitem, nam in dubio præsumitur dotasse de bonis propriis & animo donandi, nisi aliqua coniectura vrgeret in contrarium, qua posset colligi animum fratris non fuisse donandi, & *n.16. & 17* post Menoch. *de arbitr. casu 88 à n.4.* limitat non procedere quando mulier, cui per extraneum assignatur dos, habet patrem diuitem, à quo potest dotari, tunc nempe præsumitur dotem dari animo repetendi ab ipso patre, & deinde limitat quando extraneus administraret bona dictæ mulieris, D.Barb. *in l.1. part.4. n.58. ff. solut. matr.* vbi ait hunc §. procedere quando is, qui nihil debebat simpliciter dotem promisit, tunc enim præsumetur donandi animus, secus si debitor mulieris pro ea dotem promiserit, quia credendum animo liberandi se ab obligatione, qua mulieri tenebatur, prædictam promissionem fecisse, non autem animo donandi, & *in l.2. in princ. §. quod si patris, n.37. ff. solut. matr.* vbi ait procedere quando pater velit vt quocũque modo soluatur matrimonium, dos ad eum reuertatur, tunc enim tempore datæ dotis oportet hoc modo stipulari, quòd si non stipuletur, tunc si dos detur filiæ emancipatæ, in vno tantùm casu dos ad eum reuertetur, si morte filiæ soluatur matrimonium, & *n.38.* infert explicationem ad hũc §. dum facit differentiam inter dotem datam filiæ in potestate, vel filiæ emancipatæ, quia in primo casu fingitur stipulatio in fauorem patris, non sic in secundo, nam ex prædictis ait in hoc esse similitudinem inter prædictos casus, quòd si morte soluatur matrimonium, dos vtroque casu ad patrem reuertetur, *l. iure succursum 7. in prin. ff. de iure dot. & in l. si cum dotem 23. §. si pater n.26. post med. ff. eod.* vbi ait quòd licèt Bart. Alex. Vincent. Xuar. & Roman. quos ibi refert, dictũ huius text. de pacto patris quòd impediat consolidationem fieri dotis in filiæ persona, intelligant quando conditio huiusmodi pacti impleta est viuo patre, secus si eo mortuo, tamẽ contrarium verius existimat cùm pater sibi paciscens, & hæredi videatur pacisci, *l. si pactum, ff. de probat. l. qui de reddenda, ff. de pact. dotal.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.1. à n.18.* vbi ait in hoc text. probari eũ, qui dotare non tenetur si dotẽ promisit donasse videri. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.13. tit.13. à n. 4. & à n.10.* quærit quòd si quis non tenetur dotare, & ex alia causa sit debitor mulieris, an animo donãdi, vel cõpensandi ei dotem dedisse, vel promisisse intelligantur, & *à n.14.* disputat si extraneus dotẽ dederit, vel promiserit pro muliere, quæ habet patrem vel aliũ, cui dotandi onus incumbit, an animo donandi, vel potiùs repetendi dedisse, vel promisisse intelligatur.

Stipulatione autem, vel pacto interposito, &c.] Dum 56
probat hic text. dotantem posse incontinenti stipulari dotem sibi restitui soluto matrimonio, intelligitur per D.Barbos. *in l.1. p.4. n.136. ff. soluto matr.* vt
non procedat quando is, qui promisit dotem, ad id 57
cogi poterat, nam tunc prædictum pactum in sui fauorem concipere non potest: vnde infert quòd si pater relinquat in testamento dotem filiæ, non potest filius eam soluens stipulari vt soluto matrimonio sibi reddatur; & quòd si frater dotauit sororem ex bonis propriis, non potest ponere prædictum pactum, si dotem ex necessitate legis præstitit.

58 Notatur ad hoc quòd quando quis promisit dotem marito pro vxore absenre, licèt re pectu mulieris absentis videatur esse pollicitatio, tamen fauore dotis lex fingit stipulationem in fauorem mulieris absentis, quasi illa pro se esset stipulata, vt per Natt. *consil.* 2, 3. *num.* 5. *lib.* 2. Nouell. *de dote part.* 6. *priuil.* 78. *num.* 3. D. Barbos. *in d.l.* 1. *part.* 3. *n.* 15.

59 *Sed si non specialiter extraneus dotem dando*, &c.] Ergo non potest stipulari vt penes alium maneat, etiamsi sit hæres mariti, de quo vide D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 146. *versic. hu ita, ff. solut. matrim.*

60 *Cum donasse magis mulieri*, &c. [Notatur ad hoc quòd dotis datio facta ab extraneo dicitur esse mea liberalitas, & donatio vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.* 240. *C. de reuoc. donat.* Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæst.* 1. *num.* 21. vbi per hunc text. tenet quòd dos data ab extraneo censetur donatio, & *n.* 23. rationem assignat, quia donatio præsumitur quando nulla subest necessitas, *l. donari, ff. de regulis iuris.*

61 *Extraneum autem intelligimus*, &c.] Notatur ad hoc quòd extraneus est qui in potestate filiam non habet, vt per Gouean. *lect. variarum iuris ciuilis lib.* 2. *cap.* 4. vbi etiam quòd fauore dotis etiam mulieri absenti quæritur actio.

62 In gloss. *fe erit.* ibi, *item ex promissione fit dos*, &c. Vtrùm dos promissa, seu promissum, & datum nomine dotis, appellatione dotis contineatur, vide Roland à Valle *de lucro dotis quæst.* 5. *n.* 14. Ias. *in* §. *fuerat. num.* 127. *Instit. de action. & in l. si donaturus*, §. *si quis indebitam, n.* 14. *ff. de condict. ob causam*, Afflict. *in cap.* 1. §. *donare, n.* 35. *qualiter poterat olim feudum a iën. lib.* 2. *fol.* 34. *& in cap.* 1. *de natura success. feud. num.* 79. *lib.* 3. *fol.* 98. Negúzant. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 4 *num.* 71. Syluan. *cons.* 2. *n.* 48. 49. 74. *&* 76. Tiraquel. *de retractu tit.* 2. *ad fin. num.* 32. *cum seq.* Campeg. *de dote part. vlt. quæst.* 14. Achil. *decis.* 18. *n.* 1. *de constit.* Vacon. *lib.* 6. *declarat iuris cap.* 9 3. *num.* 9. Osach. *decis.* 21. *num.* 15. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 1. *num.* 21. D. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. part.* 4. *num.* 4. Gam. *Lusitan. decis.* 187. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 14. *num.* 9. quorum plures retuli *de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 84.

63 In gloss. *Præsumatur.* ibi, *id est, fingatur, super id enim quod est certum fingitur, super incerto præsumitur.* Hanc differentiam inter fictionem & præsumptioné ponunt Alciat. *de præsumpt. in prælud. part.* 1. *à num.* 2. Beroi. *in cap. at si clerici, in princ. num.* 110. *de iudic.* Euerard. *in centur. legali in loco à fictione, num.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 8. *num.* 10. vbi *numeris seqq.* alias adducit differentias.

64 Notatur etiam ad hoc quòd ficta est, & non præsumpta stipulatio, quæ fauore dotis fingitur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 5. *num.* 4. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 21. *in princ. ff. solut. matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Patri dotem filiæ ad se reuersam eâ denuo nubente non licitum est minuere, nisi eius patrimonium fortuitò fuerit diminutum, & num.* 2. *etiamsi secundus vir tantam dotem non mereatur, num.* 3. *procedit si patre viuo filia iterum nubat, num.* 4. *Amplia hanc auth. locum habere.*

I. tam in dote data per patrem filiæ, quam in promissa, num. 5.

II. Etiamsi dos data in primo matrimonio fuerit modica, num. 6.

III. Licet pater, qui dotem promiserat, nunquam illam soluisset, num. 7.

IV. Si filia iterum non nubat, sed ingrediatur monasterium, n. 8.

9 *Pater qui filiam secundo nupti tradidit, si pro ea promittat dotem simpliciter, non videtur intellexisse de noua dote sed de antiqua, quam in primo matrimonio pro ea dedit.*

10 *Dos primo viro data, an & quando secundo tacitè intelligatur constituta.*

11 *Fundus dotalis vbique positus non potest alienari, vel obligari etiam consentiente matrimonio, licèt in aliis rebus mulieri possit renuntiare iuri hypothecarum, & num.* 12.

13 *de Lege Iulia prohibente ne maritus res dotales alienare possit inuita vxore remissiuè.*

14 *Mulier si consentit vt res mariti sibi hypothecata alienentur, & sic liberentur ab eius hypotheca, huiusmodi consensus, siue tacita renuntiatio hypothecæ tam tacita, quàm expressa valebit. intellige, vt num.* 15.

16 *Fundus dotalis, etiam consentiente vxore, hodie non potest alienari per maritum, etiamsi transactio biennio à die primæ alienationis iterum comprobarit, num.* 17. *Nec ipsa mulier viro consentiente fundum dotale alienare potest, num.* 18.

19 *Maritus res tam mobiles, quàm immobiles sibi in dotem datas, alienare potest.*

20 *Rerum dotalium alienatio adeò est inualida, vt possit maritus contra proprium factum venire, & etiam constante matrimonio res per se alienatas, ab emptore vendicare.*

AVTH. Sed quamuis.

PAtri dotem filiæ ad se reuersam ea denuo nubente non licitum est minuere, nisi eius patrimonium fortuitò fuerit diminutum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 59. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Dec. *consil.* 35. *num.* 6. D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 54. *in princip. ff. soluto matrim.* vbi ampliat, etiam si secundus vir tantam dotem non mereatur, & *in l. si cum dotem* 25. §. *si pater, ff. eodem tit.* vbi dicit text. *in præsenti* procedere, si patre viuo filia iterum nubat, nam eo mortuo cessat huiusmodi obligatio, neque filiæ iterum nubenti ad dos præcipua danda est, nisi quando de verisimili mente testatoris esset quòd ea dos præcipua ad filiam pertineret; & est ratio, quia mortuo patre, filia habet ex bonis patris legitimam, per quam ei videtur satisfactum: & *num.* 27. tenet cessare dispositionem huius authét. si filia per mortem patris obtineat legitimam, ex qua possit se dotare, nisi legitima, minor sit quàm dos semel data, subditque quòd si quando pater dedit primam dotem, & non apposuit pactum impeditiuum consolidationis, non poterit illud apponere in secundo matrimonio, quia sic non videretur in secundo in matrimonio dotem sine diminutione dare, latè *in l. post dotem* 41. *num.* 35. *cum seqq. ff. eod. tit.* Cal. Pereira *de renou. emphyt. quæst.* 18. *num.* 12. *&* 47. *& quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 18. *n.* 31. vbi infert per hunc text. ad illud quòd licèt pater semel filiam dotauerit, si tamen illa casu fortuito dotem admiserit, tenetur ei nouam dotem constituere. 2 3 4

Amplia primò hanc authent. locum habere tam in dote data per patrem filiæ, quam in promissa, iuxta æquiparationem, *l. ex mortis*, *in fin. C. de pactis conuent.* Ita Syluan. *consil.* 2. *à num.* 74. Gasp. Baeç. *de* 5

non

non meliorand. filiab. cap. 16. *num.* 12. D. Barbos. *in d. l. post dotem* 41. *num.* 33. *in princip.* contra *gloss. in præsenti*, & citatos per eundem D. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. part.* 4. *num.* 6. *in fine.*

6 Amplia secundò procedere, etiamsi dos data in primo matrimonio fuerit immodica, nam & hanc pater filiæ iterum nubēti tenetur integram restituere, Gasp. Baëç. *d. cap.* 16. *à num.* 3. D. Barbos. *d. l. post dotem, à num.* 33. *versic. Item adde*, vbi refert Syluan. *d. cons.* 1. *à n.* 60. concludere quòd dos data in primo matrimonio reddenda est filiæ iterum nubenti, etiāsi nubat sine patris consensu viro, qui attenta dignitate, & qualitate tanta dote dignus non sit.

7 Amplia tertiò procedere licèt pater, qui dotem promiserat, nunquam illam soluisset, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 2. *ad fin. num.* 6. *&* n. 35. *& de iure maritt gloss.* 3. *n.* 3. *&* 4.

8 Amplia quartò locum obtinere si filia iterum non nubat, sed ingrediatur monasterium, vt per Boër. *decis.* 131. *num.* 8. Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab.* 3. §. 12. *num.* 2. Neguzant. *de pignoribus, part.* 2. *membr.* 4. *num.* 54. Gasp. Baëç. *d. tractat. de non meliorandis filiab. cap.* 14. *num.* 4. Eman. Costa *in l. cùm tale, §. si arbitratu, amplias.* 11. *num.* 2. *ff. de condit. & demonstr.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 2. *tit.* 456. *cap.* 14. *in princip.* quorum tamen resolutionem non putat tutam D. Barbos. *d. l. post dotem, n.* 33. *in fine, & num.* 34. ex eo, quia cùm hæc authent. loquatur quando filia iterum contrahit matrimonium carnale, non ex extendendā ad ingressum Religionis, pro cuius ingressu minor solet dari dos, quàm pro matrimonio carnali, ac proinde tenet non esse cogendum partem dare maiorem dotem, quàm soleat dari pro ingressu Religionis.

9 Demùm in materia huius text. aduertit D. Barbos. *in d. l. post dotem, n.* 34. *in princip.* quòd si pater, qui filiam secundo nuptui tradidit, pro ea promittat dotem simpliciter, non videtur intellexisse de noua dote, sed de antiqua, quam in primo matrimonio pro ea dedit, itavt si fortè maiorem dotem promittat, quam dederit in primo matrimonio, antiqua dos videatur includi in promissione, & id, quod deest, ex suo præstabit.

10 An & quando dos data primo viro, secundo tacitè intelligatur constituta? vide latè Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 15. *per tot.*

§. Et cùm lex Iulia.

11 Fundus dotalis vbique positus nō potest alienari, vel obligari etiam consentiente muliere, licèt in aliis rebus mariti mulier possit renuntiare iuri hypothecarum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

12 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Anton. Gubert. *de sponsalib. tit. de dotium singular. versic. duodecimò fundus*, Gasp. Caballin. *milleloq.* 691. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 9. *cap.* 24. *sub num.* 11. *versic. aliud priuilegium*, Camill. Borrel. *in summ. decis. part.* 3. *tit.* 5. *à num.* 217. D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 5. *num.* 7. *in princip. ff. soluto matrimonio*, vbi ex generali prohibitione indistinctè concepta in hoc textu, vt res dotales neque consentiente vxore alienari possint, infert eām alienationem non valere etiamsi vtilis sit vxori: sed deinde melius distinguit quòd si fundus dotalis vtiliter alienetur, & eius loco alius subrogetur, tunc valida censetur alienatio; sed si eius loco alius non subrogetur, sed retineatur pretium, quod subest consumptioni, & amissioni,

non valebit alienatio, quātumcunque aliquo respectu vtilis videatur, quia satis est, vt dos nō remaneat ita secura, vt antea: & *ibidem n.* 12. *versic. secunda principalis conclusio*, tenet per hunc textū, quòd hodie fundus dotalis non potest alienari etiam consentiente vxore, quia mulier habet fragile consilium, & ideo illi facilè iura subueniunt, & *n.* 13, ampliat vt procedat etiamsi mulier transacto biennio à die primæ alienationis, eam iterum cōprobet, adhuc enim inualida censebitur prædicta alienatio, & *num.* 18. *in princ.* citato hoc textu tenet non licere mulieri alienationem rei dotalis ratificare, & *num.* 43. limitat nisi mulier consentiat alienationi animo decipiendi emptorem, vt quia tempore alienationis asseruit eā rem non esse dotalem, cùm tamen re vera dotalis esset, nam tunc in præiudicium mulieris decipientis, ea alienatio habebitur pro valida, nam dolus mulieris faciet ne hoc casu ei competat fauor, de quo in hoc textu, & *num.* 45. *vers. denique*, expendit pro hac parte rationem huius text. in quo propter fragilitatem consilij mulieris irritatur rerum dotalium alienatio facta de eius consensu; ergo satis innuitur mulieribus decipientibus illum fauorem non communicari, Fontanel. *de pactis nuptial. lib. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 13. *num.* 14. Rebell. *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 5. *q.* 2. *n.* 17. *& quæst.* 7. *sect.* 2. *n.* 4.

Lex Iulia fu di dotalis, &c.] De hac lege Iulia prohibente ne maritus res dotales alienare possit inuita vxore, vide Anton. August. *in libello de legibus & Senatusconsult. tit. de lege Iulia de fundo dotali*, Alex. ab Alex. *dierum genial. lib.* 4. *cap.* 8. Camill. Borrel. *d. part.* 3. *tit.* 5. *ex num.* 218. D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 5. *à princ.* 13

Sed ne ex consensu mulieris hypotheca, &c] Nota quòd si mulier cōsentiat vt res mariti sibi hypothecatæ alienentur, & sic liberentur ab eius hypotheca, huiusmodi consensus, siue tacita renuntiatio hypothecæ tam tacitæ, quàm expressæ valebit, vt per Neguzant. *de pignorib.* 4. *membr.* 2. *part. à n.* 84. D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 5. *n.* 59. *vers. vlterius.* vbi *num.* 61. *prope fin.* id intelligit quando res erat hypothecata vxori ex vna tantùm causa, & de cōsensu vxoris maritus eandem rem alienauerit, vel alteri obligauerit: aliter enim dicendum ait si res vxoris sit obligata ex duplici causa, & limitatiuè vni renuntiat, quia alterā videtur tacitè conseruare, & *n.* 66. ampliat procedere non solùm in hypotheca generali quam mulier habet in rebus mariti, sed etiā in hypotheca speciali, nam & huic mulierem renuntiare posse defendit. 14 15

Nec consentiente muliere, &c.] Notatur ad hoc quòd etiam consentiente vxore fundus dotalis hodie per maritum non potest alienari, vt per Bald. Nouel. *de dote, part.* 7. *spec.* 1. *n.* 5. *vers. fallit primò*, Couarr. *in c. quamuis pactum, part.* 2. §. 1. *n.* 10. Gutier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 62. D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 5. *num.* 1. *&* 3. *&* 13. vbi ampliat etsi mulier transacto biennio à die primæ alienationis iterum comprobaret, Pichard. *in princip. Instit. quibus alienare licet, num.* 9. *&* 12. Fontanel. *d. claus.* 7. *gloss.* 3. *part.* 13. *n.* 18. Neque ipsam mulierem viro consentiente fundum dotale alienare posse resoluunt Gutier. *d. cap.* 1. *n.* 105. vbi tradit nec eius fideiussorem teneri, quia nec naturaliter obligatur, D. Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 5. *num.* 4. 16 17 18

Alienare.] Siue census constituere, ad not. per Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. *vers. sin verò.*

In fundo autem non æstimato, &c.] Notatur ad hoc quòd maritus res tam mobiles, quàm immobiles sibi in dotem datas, & æstimatas ea æstimatione, quæ faciat emptionē, potest alienare, quia talis æstimatio 19

facit definere rem omnino esse dotalem, & haberi ac si empta fuisset à viro, vt per Campeg *de dote, part.1.quæst.40.num.2.* Couarr.*pract.cap.* 28. *num.* 1. Anton.Gom.*l.*50. *Tauri num.*42. Matienf.*l.*7 *gloss.*7. *num.*16.*cum seq.tit.*11. *lib.* 6. *noue Recopil.* Vnde secus dicendum in rebus datis in dotem non æstimatis, nisi sint ex iis, quæ in genere suo functionem recipiunt, id est, quæ in pondere, numero, vel mensura consistunt, nam tunc ipsarum alienatio valet, secundùm Fab.de Monte *de empt.* 4. *quæst. princ. num.* 13. Couarr.*pract.d.cap.*28.*n.*6. Anton. Gom.*d.l.*50.*Tauri n.*43. Spin.*in speculo testament.gloss.*12.*princ.n.*92. Gutier.*d.part.*1.*cap.*1.*num.*8. D. Barbos.*in d.l.*1.*part.*2. *n.*76.*cum seqq.* Fontanel.*d.claus.*5.*glos.*8.*part.*13.*n.*4. *cum seqq.*

20 In gloss. *Alienare.* ibi, *si contra fiat ipse vir vendicat,* &c. Notatur ad hoc quòd adeò inualida est alienatio rerum dotalium, vt possit maritus contra proprium factum venire, & etiam constante matrimonio res per se alienatas ab emptore vendicare, siue reuocare, vt per Campeg.*de dote, par.*4 *q.*10. Nouell. *eod.tract.part.*7.*spec.*1.*num* 1. Anton. Gom.*l.*50.*Tauri n.*63. Pinel.*in l.*1. *C.de bonis matern.p.* 3. *num.* 73. Baëç *in tract.de non meliorandis filiab cap.*34.*num.* 4. Gutier *d.part.*1.*cap.*1.*num.*94. D. Barbos.*in d.l.*1.*p.*5. *num.*14.*in fine, & num.*25. Sempron.Asci *decis.*135. *num.* 7. Beneehend *ad Seraph. de priuileg. iurament. priuil.* 76. *num.* 1. quod verum est, etiamsi maritus iurauerit non contrauenire alienationi à se factæ, quia non fundat in proprio commodo, siue præiudicio, alienando enim illi videtur renuntiasse, sed incommodo, & præiudicio vxoris & filiorum, ad quorum alimenta fructus rerum dotalium sunt deputati, & iuramentum in præiudicium eorum non valet, Nouell.*de priuileg.dotis, priuil.*7.*limit.*20. Hippol.Rimin.*in princ.Instit.quibus alienare licet, n.*44. & 543. Gutier.*d.cap.*1.*n.* 96. D. Barbos *in d.l.*1.*p.*1.*num.* 17. Beneebend *in addit. ad Seraphin. d.priuil.* 76.*in fine,* Guzman.*de euictionib.quæst.*26.*n.* 69. Vnde colligitur maritum non teneri ad trahendam emptori rem dotalem venditam, quamuis talis alienatio in eius præiudicium valeat ad hoc vt ipse teneatur ad interesse, & de euictione ex huiusmodi venditione, si emptor rem essa dotalem ignorabat, Gutier.*dict.c.*1. *n.*104. D.Barbos.*d.l.*1.*p.*5.*a n.*20.

De pactis conuentis tam super dote, quàm super donatione ante nuptias, & paraphernis.

Tit. XIV.

Dos est, quæ marito datur propter onera matrimonialia sustinenda. De donatione ante nuptias dictum est suprà *tit.* 3. Parapherna quæ & *ἔξω φερνα* in Pandectis, sunt bona mulieris non data in dotem. Scripserunt in hac rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide *l.Hisp.*1.*cum seqq.tit.*11. *p.*4. Vezin. Donat. à Fina, & Bellacomb. *tom.*1.*commun.opin.lib.*5.*tit.*9.*pag.*742. Arimin. Tepat.*var.sentent.tom.*2.*tit.*458. Pacta conuenta quæ dicantur, tradit Guid. Pancirol *var.lect.lib.*2.*cap.*17.

In gloss. huius rubr. ibi, *quòd vxor præter dotem secum ducit,* &c. Hæc gloss explicat quæ dicantur bona paraphernalia, cuius meminit Surd.*de alim.tit.*1. *quæst.*33.*num.*16. Molin.*de Iustit.tract.*1.*disp.*430.*n.*1. Menoch.*cap.*56.*n.*5.

L. Legem. I.

Impp. Sever. & Antoninus. AA. *Nicæ.*

Pacta nuda etiam super dote non sunt seruanda, & non dicitur nudum, quod cohærentia contractus seu traditionis est vestitum. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Fulgos. Angel. Bald. Castrens. Cuiac Sichard. Aloys. Leo *super* 5.*fol.*59.*verso.* remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen *in concord.*

Hæc lex est repetita *in tit.de pactis, l.legem* 10. vide *ibi* posita.

S V M M A R I V M.

1 *Dotis fructus ex pacto in alimenta mulieris versi non possunt repeti, & num.* 2. *in quantum autem facta locupletior non ita, num.*3.

L. Fructus. II.

Imp. Antonin. A. *Theodotæ.*

Fructus dotis ex pacto versi in alimenta mulieris 1
non possunt repeti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*num.*1.*sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Gregor. Lopez *l* 25.*gloss.*1.*verbo fructus, in med. tit.*11.*part.*4. Anton Gom.*l.*50. *Tauri num.*33.*col.*2. *in fine,* vbi tenet per hunc text. quòd si maritus taci- 3
tè, vel expressè fructus dotis donauit vxori, potest repetere in quantum est facta locupletior, cùm non valeat donatio; verùm si ipsa ex fructibus se & familiam suam aluisset, non posset repetere.

S V M M A R I V M.

1 *Pacisci nequit pater mulieris vt viro præmortuo liberis existentibus pars dotis retineatur pro liberis.*

2 *Pactum ita initum, vt si morte mariti soluatur matrimonium, pars dotis à patre pro muliere data, remaneat penes heredem mariti, est inualidum.*

3 *Declaratur* l.cùm dos, in princ.ff.de pactis dotal.

4 *Extraneus si promittat dotem pro muliere, adhuc non valebit pactum quòd præmoriente marito, dos penes eius heredem remaneat.*

5 *Pacisci non potest quòd muliere viua dos ad alium pertineat.*

6 *Pactum quòd præmoriente marito dos penes eius heredes remaneat, licèt non sit validum, valet tamen pactum quòd donatio propter nuptias remaneat penes heredes vxoris, etiamsi illa ante maritum decedat.*

L. Quamuis. III.

Imp. Gordianus A. *Torquatæ.*

Pater mulieris non potest pacisci, vt viro præ- 1
mortuo liberis existentibus pars dotis retineatur pro liberis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*n.*1.*supr.hoc tit.*

Notatur hic text. ad hoc quòd pactum ita initum, 2
vt

si morte mariti soluatur matrimonium, pars dotis à patre pro muliere datæ remaneat penes hæredes mariti, inualidum est, vt per Nouell. *de dote, p.7. priuileg.11. num.15.* Boër. *decis.208. num.2.* D. Barbos. *in l.2. in princ. part.1. num. 143. versic. secundò amplia, ff. soluto matrimonio*, vbi respondet ad fundamenta, quibus motus contrarium tenuit Crot. *ibi num. 22.* & idem D. Barbos. *ibidem n.144. versic. neque etiam obstat*, respondet *ad l. cùm dos, in princ. ff. de pactis dotalib.* vt veniat declaranda, quòd scilicet tẽpore do-
3 tis possit pater ponere pactum quod velit, dummodo ex eo non sequatur filiam indotatam remanere, quia tunc non valebit, & *num.146.* per hunc textum
4 tenet quòd si extraneus dotem promittat pro muliere, adhuc non valebit pactum quòd præmoriente marito dos remaneat penes eius hæredem, & *n.148.*
5 *prope fin.* per hunc textum tenet incontinenti non posse pacisci quòd muliere viua dos ad alium perti-
6 neat. & *num. 157.* notat quòd licèt non valeat pactum vt præmoriente marito dos remaneat penes eius hæredes, per hunc textum tamen valet pactum quòd donatio propter nuptias remaneat penes hæredes vxoris, etiamsi illa ante maritum decedat.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum matris non prodest filio etiam in dote restituenda vt contra patrem detur actio, propria autem filiæ stipulatio sic.*
2 *Mater filiis stipulari nequit.*
3 *Dotis fauore alteri quis stipulari potest.*

L. Pactum dotale. IV.

Idem A. Agatho.

1 PActum matris non prodest filio etiam in dote restituenda vt contra patrem detur actio, sed propria filij stipulatio sic. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. supr. hoc tit.*

2 Probat hic text. quòd mater filiis stipulari non potest, vt per Nouell. *de dote, part.6. priuileg. 22. post princ.* Anton. Gabr. *commun. lib.3. tit. de verborum obligat. conclus.1. num.7.* D. Barbos. *in l. Gaius 46. num.2. ff. solut. matrim.*

3 Notatur ad hoc quòd fauore dotis potest quis alteri stipulari, vt per Bald. Nouell. *de dote p. 6. princ. priuileg.22. & 23.* Titaquell. *de priuileg. piæ causæ, priuileg.114. versic. & bene facit.* Anton. Gabr. *d. concl.1. num.73.* D. Barbos. *in d. l. Gaius, num.5.*

S V M M A R I V M.

1 *Pactum vt bona mulieris post eius mortem pertineant ad maritum, non valet, & sic pactum de futura successione inualidum est etiam inter maritum, & vxorem.*
2 *Hæreditas non potest alteri dari per contractum inter viuos.*
3 *Pactum inter duos, fratres ita initum vt altero decedente sine liberis, alter eius bona habeat, validum est.*
4 *Intellectus* l. nemo potest, ff. de legat. 1.
5 *Extraneus, pro eo qui non succedit ab intestato.*
6 *Vendere quis ita potest, vt ius, aut dominium in emptorem non transferatur, nisi post mortem venditoris.*

L. Hæreditas. V.

Impp. Dioclet. *&* Maximian. AA. *Claudio.*

PActum vt bona mulieris post eius mortem pertineant ad maritum, non valet, & sic pactum de futura successione non valet etiam inter maritum & vxorem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. supr. hoc tit.* 1

Notatur hic text. ad hoc quòd hæreditas non potest alteri dari per contractum inter viuos, Tiraq. 2 *de priuileg. piæ causæ, priuileg.106. & in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.132. C. de reuocand. donat.* vbi notat quòd licèt per hunc textum non valeat pactum, aut conuentio inter viuos de hæreditate viuentis, valet tamen si inter duos fratres ita fiat 3 vt altero decedente sine liberis, alter eius bona habeat, aut è vicissim, Menchaq. *de success. lib.2. §.18. num.106. pag. 426.* vbi quòd non licet cuidam alio modo, quàm per modum vltimæ voluntatis de hæreditate sua disponere, Menoch. *consil.1. n.139.* vbi quòd pacto hæreditas dari non potest, quia hoc modo testamenti solemnitas subuerteretur, contra *l. nemo potest, ff. de legat.1.* & *consil.92. num.45. cum gloss. in præsenti*, hunc textum procedere quando in dotali 4 instrumento extraneus stipulatus est mulieris dotem ea mortua sibi dari, secus si cum ea conuentum fuit, hinc inferens illud, quod dicitur, non licere de hæreditate viuentis pacisci, esse intelligendum cùm inter duos de hæreditate tertij absentis fuerit conuentum, asserens diuersum esse quando cum ipso hæreditatis domino paciscitur, & *num.50.* ait procedere principalem resolutionem cùm de vniuersa hæreditate in contractu matrimonij actum fuit, vt illa relinqui debeat per modum vltimæ voluntatis, secus cùm non tota hæreditas, sed bona sunt per viam contractus promissa, quia tunc tenet promissio, ex quo non impeditur libera testandi dispositio. Vnde per hunc textum tenet Couarr. *in rub. de testament. part.2. num. 4.* non valere pactum per quod vltimæ voluntatis libertas tollitur. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.2. n.44.* vbi dicit vniuersos Doctores ex hoc textu colligere hæreditatẽ pacto dari non posse, & rationem ex Alciato assignat, quia posse quempiam de patrimonio in tempus mortis disponere, est speciali legis indulgentia concessum, cùm in id tempus dispositio referatur, in quo non est futurus dominus; at lex hanc dispositionem indulsit, dummodo certa forma fieret, nempe testamenti solemnis. Fachinæ. *controuers. lib. 6. quæst.95.* tenet valere donationem causa mortis totius hæreditatis, & textum *in præsenti*, quatenus decidit hæreditatem non posse dari pacto, dicit intelligi de pacto irreuocabili, secus de donatione causa mortis, quæ reuocabilis est; cuius tamen contrarium defendit Sanchez *d. cap.2. num.48.* & *à num. 50.* differtat in fauore piæ causæ possit hæreditas pacto dari, & priuilegio militum in hoc gaudeat.

In gloss. *Extraneis.* ibi, *extraneum appellat eum, qui* 5 *ab intestato non succedit.* Ita Sanchez *d. lib. 7. cap. 2. num.48. post med.*

In gloss. *Nulla actione.* ibi, *sin autem à muliere bona* 6 *eius post mortem suam*, &c. Notatur ad hoc quòd potest quis ita vendere vt ius, aut dominium in emptorem non transferatur, nisi post mortem venditoris, vt per Titaquel. *de retractu lign. §.1. glos.10. n.118. vers. vigesimoprimò quæro.* & alios citatos *ad l. vnic. in fine, suprà vt actiones ab hæredibus.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum initum cum patre filiam dotante, vt ea mortua in matrimonio, viri cedat lucro, validum resolue vt num. 2.*

L. Si conuenit. VI.

Iidem AA. & CC. *Ruso.*

1 PActum initum cum patre filiam dotante, vt ea mortua in matrimonio, viri cedat lucro valet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* & post omnes Gisphan. *tom. 1. pag. 426.*

2 Vide D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 159. prope fin. ff. soluto matrimonio,* vbi resoluit per hunc textum, si pactum simpliciter concipiatur vt mortua in matrimonio muliere dos retineatur per maritum, nulla facta mentione liberorum, valere pactum siue liberi extent, siue non extent, iuxta pacti generalitatem, & *num.* 160. tenet pactum de lucranda dote non reuocari per susceptionem liberorum, quantumcunque in pacto de liberis non fuerit facta mentio.

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus potest stipulari dotem restitui nepotibus mortua filia in matrimonio.*

2 *Intellectus* l. pater pro filia 7. C. de pactis.

L. Pater pro filia. VII.

Iidem AA. & CC. *Phileto.*

1 AVus paternus potest stipulari dotem restitui nepotibus mortua filia in matrimonio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Circa intellectum huius text. vide D. Barbos. *in l. Gaius 46. num. 8. ff. solut. matrim.* vbi veriorem dicit quòd hic text. procedat in nepotibus susceptis ex filio, quos auus habet in potestate, quibus certum ait posse stipulari; & subdit non obstare huic recepto intellectui, quòd eo admisso malè diceret text. *in præsenti*, auum non potuisse eis quærere actionem directam, sed vtilem tantùm ex æquitate illis concedi, cùm certum sit his, quos habet in potestate, stipulando directam quærere actionem, *l. quod dicitur* 103. *ff. de verb. oblig.* quia respondet quòd aut tu intelligis stipulatũ fuisse nepotibus nõdum natis, vel iam natis: si primo modo intelligas, dicendum esse ait ideo illis vtilem actionem quæri, & non directã, quia cùm tempore stipulationis nepotes nondum essent in potestate, de rigore non debuit valere stipulatio, valet tamen, quia tacitè videtur collata in tẽpus, quo nepotes debent esse in potestate, prout per contrarium dicimus, quòd si tempore stipulationis filij sint potestate, quæretur eis vtilis actio, quamuis collata sit in tempus, quo non sint futuri in patria potestate, *l. quodcunque, §. quis ita, ff. de verbor. obligat.* & sic probabit hic text. posse auum stipulari nepotibus nondum existentibus in rerum natura, & ita expressè Guid. *cons.* 54. *n.* 9. Si secundo modo intelligas, respondendum asserit stipulationem fuisse generaliter conceptam, & verificari posse siue viuo auo filia moreretur, siue post eius mortem, si primus casus eueniat, fatendum est actionẽ directam nepotibus acquiri, iuxta reg. *l. quod dicitur* 103. *ff. de verb. oblig.* quæ iure potestatis in auũ transfertur, iuxta regul. *l. placet, ff. de acquir. hæred.* Si autem secundus casus eueniat, tantùm vtilis actio potuit quæri nepotibus, quia reducitur res ad terminos, *l. quodcunque, §. si quis ita ff. de verbor. oblig.* &c. Hactenus D. Barbosa.

SVMMARIVM.

1 *in Paraphernalibus muliere prohibente vir se immiscere nequit, & num. 2.*

3 *Mulier si viro rerum suarum administrationem non prohibeat, potest ipse eas liberè administrare.*

4 *Ius bona paraphernalia administrandi translatum in maritum potest vxor tacitè, vel expressè reuocare pro libitu.*

5 *Bonum ab æquo decisens an dari possit.*

6 *Parapherna, quæ.*

L. Hac lege. VIII.

Impp. Theod. & Valent. AA. *Hermisdæ. P. P.*

IN rebus paraphernis muliere prohibente vir se 1 non potest immiscere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2 munt Gregor Lopez *l. 6. gloss. 4. col. 5. ante med. tit. 11. part. 6.* Natt. *cons. 75. per tot. lib.* 1. D. Barbos. *in l. 1. part. 1. num. 39. ff. solut. matrim.* Tiraquel. *de iure mariti gloss. 9. num.* 1. vbi per hunc textum tenet quòd si 3 mulier ipsa viro rerum suarum administrationem non prohibeat, potest ipse eas liberè administrare, & idem D. Barbos. *in d. l. 1. part. 1. n.* 29. vbi per hunc 4 textum tenet ius administrandi bona paraphernalia translatum in maritum posse vxor tacitè, vel expressè ad libitum reuocare.

Quamuis enim bonum erat, &c.] Per hunc textum 5 tamen nonnulli dari posse bonum ab æquo descisens, expendentes quòd Imperatores hìc dũ æquitatem bonitati opponunt, asserunt bonum quidem futurum, vt mulier quæ propriam personam marito committit, committeret etiam parapherna, id est, 6 bona, quæ habet extra dotem; subiungunt tamen, *quoniam conditores legum æquitatis conuenit esse fautores, nullo modo,* &c. quibus verbis æquitate adducti decernunt oppositum eius, quod proximè bonũ esse dixerant; & videtur confirmare gloss. communiter recepta *hic verbo bonum,* quæ docet separari quidem, atque distingui bonitatem ab æquitate. Sed horum placitum optimè declarat Angulan. *in tract. de legibus, & constit. Princip. lib. 1. controuers. 8. n.* 18. distinguens inter bonum in materia iustitiæ, & in aliis materiis, vt prius non possit sine æquo inuenire, posterius autem, scilicet bonum in communi rectè dari possit ab æquitate separatum; ait quòd bonum, cuius meminit Imper. *in præsenti*, nõ versabatur in materia iustitiæ, sed in quodã actu prudentiæ, secũdùm quẽ admonet legislator ille quòd sicuti mulier personam suam viro commiserat, poterat etiam prudẽter bona paraphernalia eidem cõmittere, vt constat ex verbi, ibi, *quamuis enim bonum erat, mulierem, quæ se ipsam marito committit, res etiam eiusdem pati arbitrio gubernari, attamen quoniam conditores legum,* &c. quibus manifestum est bonum, de quo *hic*, non versari in actu iustitiæ, sed in actu prudentiæ, vnde mirum non est si tale bonum sine æquo reperiatur; bonum enim in aliis materiis, præterquam in materia iustitiæ, rectè inuenitur ab æquitate separatum; qua ratione

ratione rectissimè etiam subiungebant Imperatores in huius text. specie, æquitate attenta, cui fauere debent legum conditores, nullo modo oportere quòd muliere prohibēte vir in paraphernis se immisceat, vt denotant illa verba, quæ sequuntur ibi, *attamen quoniam cōditores legum æquitatis conuenit esse fautores nullo modo*, vt dictum est, *muliere prohibente virum in paraphernis si volumus immiscere.* Opposuerunt ergo Imperatores æquum bono, sed non bono in actu iustitiæ, quod impossibile est ab æquitate separari, sed in actu prudentiæ, quod bonum extra iustitiam optimè reperitur ab æquitate seiunctum & separatum. Hactenus Anguianus.

SVMMARIVM.

1 *Pacta de lucrando super dote, & donatione propter nuptias interposita debent esse æqualia in quoto, non in quanto, à quocunque dos detur, vel donatio.*
2 *Dos à marito, seu sponso data ab extraneo, ad ipsam vxorem pertinet, & quasi ab ipsa procedens est censenda.*
3 *Dotem permittens si stipulatus sit eam sibi reddendam soluto matrimonio, maritus eam minimè lucrabitur vxore adulterante.*
4 *Dos data & promissa differunt.*
5 *Offerens alius, & deponens, alteri liberationem parit.*

L. Ex morte. IX.

Imp. LEO & ANTHEMIVS AA. *Nicostrato P. P.*

1 PActa de lucrando super dote, & donatione propter nuptias interposita debent esse æqualia in quoto, non in quanto, à quocunque dos, vel donatio detur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Similique modo*, &c.] Notatur ad hoc quod ab extraneo dos marito, seu sponso data ad ipsam pertinet vxorem, & quasi ab ea procedens est censenda, vt per Cald. Pereira *de potest. eligen. cap. 12. num. 15.* vbi aduertit quòd quando dos marito traditur, breui manu priùs vxori traditio censetur; cuius ille nomine capit, non suo absolutè.

3 Notatur etiam ad hoc quòd si promittens dotem stipulatus si eam sibi soluto matrimonio reddendam, minimè eam lucrabitur maritus vxore adulterāte, vt per Azeued. *l. 4. num. 29. tit. 20. lib. 8. noua Rec.* Sanch. *de matrim. l. 10. disp. 8. n. 8.*

4 *Dotem dederit, seu promiserit*, &c.] Ergo dos data & promissa à pari procedunt; sed contrarium sustinet D. Barbos. *in rub. ff. soluto matr. part. 4. à num. 2.* vbi *num. 3. in princ.* tenet dotem promissam propriè non esse dotem, sed promissionem dotis dandæ, & *ibi, in fine*, resoluit quòd statutum faciens mentionem dotis simpliciter, intelligitur de dote data, non autem de promissa, & *n. 4.* respondet mentem huius text. esse quòd quicquid maritus lucrari potest ratione pacti ex dote data per mulierem, idem etiam lucrum debet facere vxor ex donatione propter nuptias data per maritum, siue huiusmodi lucrum debeatur ex dote data, siue promissa, & sic loquitur quando in pacto fuit facta mentio tam dotis datæ. quàm promissæ.

Pro te videtur offerre, &c.] Ergo alius offerens, & deponens alteri parit liberationem, vt per Tiraq. *de retracta lig. §. 1. gl. 9. n. 258.*

SVMMARIVM.

1 *Inter Dotem & donationem propter nuptias æqualitas tam in constituendo, quàm in eius augmento, & pactis de lucrando, seruanda est, & n. 2.*
3 *Donatio propter nuptias hodie in desuetudinem abiit.*

AVTH. Æqualitas.

INter dotem, & donationem propter nuptias hodie debet esse æqualitas tam in constituendo, quàm in eius augmento, vel etiam in pactis de lucrando. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 10. vers. sexto in fine*, vbi quòd æquis passibus vtraque ambulat tam dos, quàm donatio, *& vers. decimo*, vbi per hunc text. tradit quòd in eadem quantitate, in qua fuit dos constituta, in eadem debet fieri ista donatio ante nuptias, vel propter nuptias, & non in maiori. Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum & vxor. §. 18. n. 1.* vbi citato hoc text. dicit quòd si ex pacto vir lucratur dotem præmortua vxore, eodem modo vxor lucrabitur donationem propter nuptias præmortuo viro, Conan. *comment. iuris lib. 8. cap. 9. n. 8.* Ranchin. *part. 3. concl. 221.* D. Barbos. *in l. 2. in princ. part. 14. num. 163. ff. soluto matrim.* vbi quòd pactum de lucrando certa parte dotis per maritum, tacitè in se continet pactum de lucranda æquali parte ex donatione propter nuptias per vxorem. Valasc. *consf. 3. n. 3. in fine.* 2

In gloss. *Pari*; *fin.* ibi, *sed cùm hodie*, &c. Notatur ad hoc quòd donatio propter nuptias non est in vsu, & per desuetudinem aboleuit, vt per Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum & vxor. §. 21. in princ.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 13.* Greg. Lop. *l. 1. verbo costumbre, tit. 11. part. 4.* Clar. *§. donatio quæst. 11. in princip.* Tell. *l. 16. Tauri num. 8.* Mandel. *consf. 22. n. 8.* Bursat. *consf. 179. num. 91. vol. 2.* Auendan. *l. 29. Tauri glos. 2. num. 1.* Angul. *de meliorat. l. 9. glos. 3. num. 10.* Ayora *de partition. part. 2. quæst. 44. in fine*, Spin. *in speculo testament. glos. 18. num. 95.* Matiens. *l. 1. glos. 8. num. 8. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* Azeued. *l. 12. num 4. eod. tit. 6.* Ioan. Garc. *de donat. remuner. num. 50.* Valasc. *consult. 2. num. 11.* D. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 14. ff. soluto matr.* vbi ex Corras. & Bæç. subdit patrem hodie pro filio minimè teneri donationem propter nuptias constituere, & *in l. si cùm dotem, §. si pater, num. 11. & in §. transgrediamur num. 30. ff. eod. tit.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 1. num. 1. ante fin.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 43. num. 11.* vbi ait quòd licèt donatio propter nuptias esset necessaria, & præcisa, ea tamen necessitas consuetudine abrogata est. Cancer. *var. part. 1. cap. 9. n. 89.* vbi dicit hanc resolutionem huius glos. esse intelligendam de donatione propter nuptias, quæ fiebat ex necessitate iuxta leges Codicis, non de hodierna conuentionali, quæ fit ex partium conuentione, & *num. 90.* concludit donationem propter nuptias debitum esse hodie conuentionale. 3

SVMMARIVM.

1 *Quæ nihil ex dote conscripta præstitit, viro mortuo*

nihil omnino percipiet ex donatione, & quæ minus, quàm professa est, dedit, pro quantitate præstitæ, sentiat, & lucrum.

2 *Donatio propter nuptias est necessaria, & præcisa.*

3 *Dotis augmentum non debetur mulieri, quando dos à muliere non fuit exsoluta marito; parte dotis soluta, augmentum partis debetur pro rata, nisi huic Authenticæ esset renuntiatum.*

4 *Dote non soluta, non debetur donatio propter nuptias.*

5 *Uxor quæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino à viro mortuo percipere debet ex donatione.*

6 *Dos tantùm promissa, & non tradita, verè dos est.*

7 *Maritus si in mora fuit recipiendi dotem, tenetur eius hæres arrhas uxori persoluere, & habetur dos pro tradita.*

8 *Dos habetur pro tradita quoad lucrum arrharum, si interuenit oblatio, depositio, & consignatio dotis.*

9 *Dos intelligitur illa, quæ tradita est, & soluta viro.*

10 *Coniuges si inter se pacti, vt qui prius præcederet, lucraretur respectiuè, vel partem donationis propter nuptias, vel partem dotis, quid vno, vel altero casu veniente seruari debeat.*

AVTH. Sed quæ.

1 QVæ nihil ex dote conscripta præstitit, nihil omnino viro mortuo percipit ex donatione, & quæ minus, quàm professa est, dedit, pro quantitate præstita & lucrum sentiat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.*

2 Vide Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 43. num.11.* vbi per hunc text. tenet donationem propter nuptias esse necessariam & præcisam, subditque eam necessitatem consuetudine esse abrogatā, Bellacomb. *to.1. commun. opin. lib.5. tit.9. num.11. pag.732.* vbi post

3 Guid. Pap. *decis. 274. citato hoc text.* ait augmentum dotis non deberi mulieri quando dos à muliere marito non fuit exoluta, quòd si pars dotis soluta fuerit, & partis augmentū pro rata deberetur, nisi huic auth. esset renuntiatum; & procedere ait eo casu, quo mulier ipsa dotem promittere, & fuisset in mora etiam dotem non soluendi, tunc enim dote non soluta, nec augmentum deberetur. Ranchin. *p. 2. decis. 466. & part.3. decis. 221.* Mich. Ferrer. *p.*

4 *3. obseru. c.49.* Cancer. *var. part.1. c.9. num. 146.* vbi quòd dote non soluta donatio propter nuptias minimè debetur, sed tantùm dote soluta, seu pro rata dotis solutæ debetur donatio propter nuptias. Aluar.

5 Valasc. *cons. 3. num. 3.* vbi tenet hîc probari quòd vxor, quæ nihil ex dote cōscripta præstitit, nihil omnino à viro mortuo percipere debet ex donatione, sed quæ minus quàm promisit dedit, pro quantitate præstita lucrum debet sentire, & *cons. 137. num.1.* vbi resoluit quòd vxor quæ non soluit integram dotem, non lucratur arrhas integras, & si soluit duntaxat partem dotis, lucratur arrhas tantùm pro rata dotis

6 solutæ, & *num. 2.* quòd dos tantùm promissa, & non tradita, verè dos est, & comprehenditur in statuto deferente marito lucrum dotis præmortua vxore, & *num. 3.* quòd vbi fit mentio de dote data, non habet

7 locum in dote promissa, & *num. 4.* quòd si fuit maritus in mora recipiendi dotem, tenetur eius hæres arrhas vxori persoluere, & habetur dos pro tradita,

8 & *num. 11.* quòd dos habetur pro tradita quoad lucrum arrharum si interueniat oblatio, depositio, & consignatio dotis.

Notari solet hic text. ad hoc quòd dos intelligitur 9
illa, quæ tradita est, & soluta viro, vt per Cab. *Lus. dec. 177. num. 2. part. 1.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part. 4. num. 6.* & 8. vbi post Bart. concludit quòd licèt statutum loquatur in dote data in odium vxoris morosæ, habebitur dos pro data, vt sic maritus consequi posset, quod statutum defert, vbi dos data esset, nisi maritus dederit dilationem ad soluendum; quæ vera esse intelligit, si mulier, quæ non soluit dotem, fuerit constituta in mora per interpellationem, vt per lapsum diei expressi.

Aduertit D. Barbos. *in d. rub. part. 4. n. 7. in fine*, quòd 10
si coniuges inter se pacti sint, vt si maritus prædecederet mulier lucraretur certam partem donationis propter nuptias, & si vxor prædecederet, maritus lucraretur certam partem dotis, si contingat maritum prædecedere, mulier ratione pacti nihil lucrabitur, si ipsa dotem non tradidit marito, provt tenebatur, vel si pro parte dedit, pro ea tantùm parte lucrabitur donationem propter nuptias, & pariter si vxor prædecederet, & ipsa dotem dedisset, maritus autem non traderet vxori donationem propter nuptias, nihil lucrabitur ex dote.

L. Lex Leonis.

Imp. IVSTIN. A. *Mennæ P.P.*

MAius pactum de lucrando super dote, vel donatione, non inualidatur, sed ad paritatem cum minore reducitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *sola Paraphernalium traditione maritus dicitur factus procurator ad exigendum, ideo agens non cauet de rato, & vsuras potest in communes vsus conuertere; sortem verò debet seruare, & vbi mulier sibi non prouidet de hypotheca, lex ei tacitam hypothecam in bonis viri concedit, & maritus in his eandem debet adhibere diligentiam, quam in suis, & num. 2.*

3 *Eo ipso quòd mulier voluit vt aliqua bona essent extra dotem, ac proinde paraphernalia, ipsa tamen aut instrumenta eorum tradidit marito, vel in demum eius intulit, eidem videtur committere custodiam, & administrationem illorum, & dare mandatum ad exigendam, non verò aliquam donationem facere.*

4 *Paraphernalia vbi simpliciter traduntur, non videtur in maritum translatum dominium, sed tantum custodia, & administratio.*

5 *Maritus potest vsuras bonorum paraphernalium in proprios vsus conuertere. potest eas expendere in se vxorem, & sic in vsus promiscuos, num. 6.*

7 *pro Paraphernalibus bonis omnia bona mariti tacitè sunt hypothecata, dummodo maritus tacitè, vel expressè habuerit eorum administration. & quoad huiusmodi bona mulier non habet priuilegium prælationis aliis creditoribus anterioribus, num. 8.*

9 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, & quidem specialis, non generalis.*

10 *Instrumentum debiti alicui tradens, videtur eidem dare mandatum ad exigendum debitum in instrumento contentum.*

11 *Mulier expressam hypothecam recipiens non videtur*

videtur tacita renuntiare legali.

12 *Procurator præsumitur apud quem sunt acta causæ.*

L. Si mulier. XI. & vlt:

Idem A. Ioanni P. P.

1 Ex sola traditione paraphernalium dicitur maritus factus procurator ad exigendum, ideo agens non cauet de rato, & vsuras potest in communes vsus conuertere; sortem verò debet seruare, & vbi mulier sibi de hypotheca non prouidet lex ei tacitam hypothecam in bonis viri concedit, & maritus in his eandem diligentiam debet adhibere, quam in rebus suis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag.* 437.

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 17. tit. 11. part. 4.* vbi constitutum est quòd pro restitutione dotis sunt bona viri tacitè obligata, licèt obligatio expressa non intercedat, & idem de paraphernalibus, quod est illud, quod mulier sibi retinet extra dotem, & si talia bona det vxor marito, vt durante matrimonio ipse habeat earum dominium, habebit, aliàs si dubitatur, nequaquam, vbi Greg. Lop. *glos. 2. & 3.* vbi intelligit in bonis, quorum administrationem tacitè, vel expressè vxor cessit marito, nam si nullam administrationem vir habuit, sed vxor ea administrauit, tunc bona mariti non sunt tacitè hypothecata, seu pro eis obligata. Neguzant. *de pignor. part. 2. memb. 4. num. 87. cum seqq. & n. 157. vers. 2. & part. 5. memb. 3. part. 1. n. 46. in princip.* Socin. *reg.* 286. Boër. *decis.* 332. vbi quærit quid si maritus longè post matrimonium contractum obligauit pro restitutione dotis generaliter bona sua, vel specialiter aliqua bona, an vxor tunc habeat tacitam hypothecam, vel eam amiserit? Tiraq. *de iure mariti gloss. 9. n. 1.* vbi per hunc text. tenet quòd si mulier viro rerum suarum administrationem non prohibe- , potest ipse eas liberè administrare.

3 *Sancimus itaque*, &c.] Notatur ad hoc quòd eo ipso quòd mulier voluit vt aliqua bona essent extra dotem, ac proinde paraphernalia, ipsa tamen aut instrumenta eorum tradidit marito, vel in domū eius intulit, eidem videtur committere custodiam, & administrationem illorum, & dare mandatum ad exigendum, non verò aliquam donationem facere, vt per *d. l. Hisp. 17.* Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri num. 20. vers. secundò potest habere*, Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 33. n. 2. in vers. sed tu considera*, vbi aduertit in specie huius l. plura concurrere, ex quibus mandatum ad exigendum præsumi debet, nec tenetur maritus agens cauere de rato, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 9. n. 2.* Castill. *controuers. lib. 2. cap. 23. num. 32. & 33.* D. Barbos. *in l. 1. part. 1. n. 39. prope fin. vers. sed si paraphernalia, ff. soluto matrim.* vbi ait
4 quòd si paraphernalia simpliciter tradantur, non videtur in maritum translatum dominium, sed tantùm ei videtur commissa custodia, & administratio prædictorum bonorum nomine vxoris, quod quidem administrandi ius reuocabiliter fuisse translatum in maritum tenet, posséque vxorem ad libitum tacitè, vel expressè illud reuocare; subditque hinc fieri vt mulier ea bona paraphernalia etiam constante matrimonio possit vendicare à marito, vel à quolibet alio tertio possessore, quantumcunque maritus diues sit, & non vergat ad inopiam. Menoch. *cons. 1. n. 71.* vbi tenet per hunc text. quòd non potest maritus ad libitū de paraphernalibus vxoris disponere, & *cons. 56. n. 5.* etiam per hunc text. tradit paraphernalium bonorum dominium remanere apud ipsam mulierem, licèt aliquando eorum administrationem viro mulier concedat. Et quòd regulariter dominium paraphernalium bonorum non transferatur in maritum, tenent Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his n. 236. ff. de liber. agnosc.* D. Barbos. *in d. l. 1. part. 3. n. 67. vers. & sic non potest. ff. soluto matr.* Castill. *d. lib. 2. cap. 23. n. 31.*

Et vsuras quidem eorum, &c.] Notatur ad hoc
quòd maritus potest cōuertere in proprios vsus, vsu- 5
ras perceptas à debitoribus bonorum paraphernaliū, & sic fructus eorum non tenetur restituere vxori, aut eius hæredibus, qui cùm essēt industriales, percepti fuerunt & consumpti à marito ex voluntate vxoris, vt per Cou. *de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 1. n. 2.* Grammat. *decis. 103. n. 173. cum seqq.* Thesaur. *Pedem. dec.* 187. Contrarium tamen verius sibi videri asserit D. Barbos. *in d. l. 1. part. 1. n. 30.* vbi respondet non obstare textum *in præsenti*, quia loquitur in vsuris exactis per maritum, in quibus magna industria & diligentia requiritur, & *n. 31. in princ.* etiam respōdet hunc textum non probare generaliter maritū posse conuertere vsuras paraphernalium in suos vsus, sed
copulatiuè dicere, posse eas expendere in se & vxo- 6
rem, & sic in promiscuos vsus, ex quibus vxor eandem habeat vtilitatem cum marito; quod Doctores hic exemplificant quando vsuræ impēduntur in alimentis, vel aliis necessariis tam marito, quàm vxori, & illis, qui eis promiscuè inseruiunt; quare si maritus, subdit ille, vsuras in suos tantùm vsus impenderet (vt quia ex illis emit fundum proprio nomine) tenetur has vsuras vxori restituere, quia sumus extra casum huius l.

Habeat hypothecam contra res mariti, &c.] Nota- 7
tur ad hoc quòd pro bonis paraphernalibus sunt tacitè hypothecata bona omnia mariti, dummodo maritus tacitè, vel expressè habuerit administrationem eorum paraphernalium bonorum, vt per Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 40.* Couarr. *var. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Gutier. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 46. num. 2.* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 6. quæst. 3. à num. 3.*
Molin. *d. Iustit. tractat. 2. disput. 441. num. 1.* vbi 8
subdit quòd mulier quoad huiusmodi bona non habet priuilegium prælationis aliis creditoribus anterioribus, quoniam priuilegium prælationis soli doti inuenitur concessum. Cancer. *variar. part. 1. cap. 9. num. 17.*

Notari solet hic text. ad hoc quòd prouisio homi- 9
nis facit cessare prouisionem legis; vt per Neguzant. *de pignoribus. part. 2. membr. 4. num. 87.* vbi dicit quòd promissio hominis facit cessare prouisionem legis specialis, non legis generalis, & quoad actionem nascituram, secus quoad iam natam, latè Anton. Gabr. *commun. tit. 1. de regulis iuris concl. 8.* Gutier. *in repet. § sui à n. 60. Instit. de hæred. qualit. & differ. & cons. 12. n. 12.* Bec. *cons. 82. num. 20.* vbi ait quòd procedit in casu prouiso; non autem extenditur ad alium casum; Menoch. *cons. 151. num. 27. & cons. 602. n. 5. 10. 11. & 20. & de præsumpt. lib. 4. præs. 190. n. 40. & 41.* vbi dicit quòd tunc prouisio hominis facit cessare prouisionem legis quando est super eodem facto, & ad idem tendunt, secus si tendunt ad diuersa, Surd. *de alim. tit. 9. q. 25. num. 27.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 54. num. 23.* latè Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P, conclus. 951. per tot.* Card. Mant. *de tacitis & ambig. Conuent. tom. 1. lib. 11. tit. 25. n. 30.* vbi ex Bald. ait hunc text. loqui quando prouisio legis sit in defectum prouisionis hominis.

In

10 In gloss. *Ratihabitatione*.ibi, *vel veriùs tacitè fuit hoc mandatum*. Notatur ad hoc quòd tradens instrumentum debiti alicui, videtur eidem dare mādatum ad exigendum debitum in instrumento contentum, vt per Roman. *sing.636.& cons.446 num.*10. Guid.Pap. *decis.*13 *in fine*, Boër. *decis.*281. *num.*7. Alciat. *de præsumpt.reg.*1. *præs.*33. *ex num.*1. *cum seqq.* Palat. *in repet.cap.per vestras, de donat. inter virum notab.*1.§.1. *num.*3. Strach. *de mercat.tit. mandati num.*30. Auendan. *ad l.*44. *Tauri gl.* 14. *num.* 20. Castill. *d. lib.*2. *cap.*23. *num.*13. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent.lib.*7.*tit.*9.*num.*1. vbi citata hac gloss. tenet quòd ex traditione instrumentorum, quæ ad causam pertinent, mandatum tacitum concipitur, quia procurator intelligitur is apud quem instrumenta causæ reperiuntur, & *n.*2. aduertit hanc esse semiplenam præsumptionem cùm quis producit in actus instrumēta causæ, & ideo admittitur præstita cautione de rato, quam si non præstiterit, à limine iudicij repellitur, & *num.* 3. subdit non obstare textum *in præsenti*, quia loquitur de marito, qui habet quodammodo titulum in bonis paraphernis vxoris, itē quia quæritur hic an per traditionem instrumentorum factam ab vxore marito ipse maritus exorneretur à cautione de rato, & deciditur eum exornari, cuius rei duplex est ratio, prima quia constabat de traditione vera facta ab vxore ipsi marito; secunda, quia maritus legitimam habet administrationem bonorum paraphernalium, & ideo multo faciliùs mandatum præsumitur, ex hoc autem non sequi ait quòd si quis ostendat, vel etiā in actis producat iura ad causam pertinentia, præsumatur legitimus procurator, quia alia præsumptio capi potest, & *num.*4. per hunc text probat quòd si probetur dominium instrumenta causæ eidem tradidisse, tunc non est necesse quòd caueat de rato, quia mandatum ad agendum præsumitur, quod tamen restringit *num.*5. vt non habeat locum in eo qui non est solitus fungi officio procuratoris, quia dominus magis præsumitur ei tradidisse instrumenta causa custodiæ. Aduertit igitur idem Cardin.Mantic. *d.lib.*7.*tit.*5.*num.*7. mandatum facilè præsumi, si is, cui tradita sunt instrumenta ad agendum, sit coniunctus, & *num.*8. resoluit mandatum præsumi si instrumenta ad agendum sint ei tradita, qui procuratoris officio fungi solet, & *num.*9 per hunc text. tradit maritum præsumi procuratorem constitutum ab vxore, quæ tradidit ei instrumentum.

11 In gloss. *Contentam*. Notatur ad hoc quòd mulier expressam recipiens hypothecam non videtur tacitæ legali renuntiare, vt per Neguzant. *de pign.*4.*memb.* 2.*partis n.*86. D.Barbos. *in l.*1.*part.*5.*n.*69.*ff.solut.matr.* Surd. *de alim.tit.*1.*q.*42.*n.*45.

12 In gloss. *Ex quo pecunia*.ibi, *sed non ex quo apud eum nomina permanserunt*, &c. Notatur ad hoc, quòd ille apud quem acta causæ, vel iura sunt, præsumitur procurator, vt per Hippol. *in l.si quis ne quæstio, n.*170. *ff.de quæst.* Rip. *in c.cùm M.n.*2.*de constit.* Boër. *decis.* 154.*n.*9. Ioseph.Ludou. *Perus.decis.*110.

De dote cauta, non numerata.

Tit. XV.

DE *dote cauta, non numerata*. id est, promissa, necdum soluta. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac.Pac.& VVesemb. De materia tit. vide *l.Hisp.*4.*cū seqq.tit.*11.*p.*4. Bellacomb. *tom.*1.*commun.opin.lib.*5. *tit.*7. *de iure dotium, num.* 22. & 23. *pag.*721. Anton.Gom. *l.*50.*Tauri num.*52.& 53. Menoch. *de arbitr.casu* 133.*num.*4.& 5. & *cons.* 7. *num.* 10. vbi quòd quando apparent aliqua iudicia dotis numeratæ, dos dicitur vera, etiamsi solùm in instrumento sit confessata, & *de præsumpt.lib.*3.*præs.*12. & 13. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæst.* 2. *num.*4. vbi quòd confessio dotis receptæ non ita præsumitur simulata quando emanauit erga patrem & fratrē vxoris, sicut quando emittitur in fauorem vxoris, Aluar.Valasc. *cons.*5.& 6.*per tot.* vbi plures refert casus, in quibus confessio dotis receptæ valet Menchaq. *controuers. vsufreq.lib.*3.*cap.*46.& 47. Gail. *lib.* 2. *obseruat.* 81. Mynsing. *cent.*1.*obseru.*61. Gutier. *de iuram. confirm. part.*1.*cap.*15. Mascard. *de probat.concl* 362.& *seq.* & *concl.*566.*cum duabus seqq.* Bursat. *cons.*42.*lib.*1. Cornazan. *Lucens.decis.*130. Camill.Borrell. *cons.*56. Magon. *Florent.decis.*68. Cæs. Barz. *decis.*126. *num.* 32. Surd. *decis.*116. Fachin. *contr. lib.*8. *à quæst.*77. *vsque ad* 88. D Barbos. *in l.*1.*part.*6.*num.*26.*cum seqq. ff. solut.matr.* Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 9. Alexand. Trentacinq. *var.resol.lib.*3.*tit. de iure dot.res.*7.& *tit. de pign.res.*6. Stephan Gratian. *discept.forens. tom.* 1. *cap.*16.*num.*142.*cum seqq.* Molin. *de Iustit.tractat.*2. *disp.*438. Cardin.Mantic. *de tacitis, & ambig.conuent. lib.*12.*tit.*10.*per tot.* Ariminn.Tepat. *var.sentent.tom.*1. *tit.*159.

SVMMARIVM.

1 *Dos confessata, sed non numerata effectualiter, repeti non potest, & n.*2.

3 *Confessio dotis receptæ facta coram testibus, vel in scriptura priuata, aut publica, non probat, sed tenentur, vt valeat, mulier, vel eius heredes probare veram & realem traditionem, siue numerationem.*

4 *Intellectus* l.dotem 1.C.de dote data non num.

5 *Dotem facit non promissio, sed numeratio.*

6 *Confessio dotis receptæ probat quando præcessit promissio, & n.*8.

7 *Confessio dotis receptæ præiudicat creditoribus, si præcedat promissio dotis, aut si est lapsum tempus præfixum ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

9 *Confessio constante matrimonio facta non præsumitur fraudulenta quando retro fuit dos promissa, aliàs secus.*

10 *Confessio dotis receptæ facta in testamento sustinetur in vim legati, seu fideicommissi.*

11 *Post lapsa tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, confessio dotis receptæ facta per maritum præiudicat tam ipsi, quàm creditoribus, & tertio possessori, etiam quòd non præcesserit dotis promissio.*

L. Dotem. I.

Impp. Sever. & Antoninvs. AA. & CC. *Dionysiæ.*

DOs confessata, sed non numerata effectualiter, 1
repeti minimè potest. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *super* 5.*fol.*59.*verso*, Seb. Neui. Giphan. *tom.*1.*pag.*439. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Rip. *in cap. 1. n. 3. de don. inter virum*, Duen. *reg. 260. amp. 9.* Ant. Gom. *l. 50. Tauri n. 52. in princ.* vbi quòd
3 confeſſio dotis receptæ modò ſit facta corã teſtibus, modò in ſcriptura priuata, modò in publica, nõ probat, ſed ad hoc vt valeat tenentur mulier, vel hæredes eius probare veram & realem traditionem, ſeu numerationem, Menchaq. *controu. vſufreq. lib. 3. c. 46.*
4 *à princip.* & præcipuè *num. 7.* Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. conſ. 16. num. 2.* Aluar. Valaſc. *conſ. 5. num. 3.* vbi dicit hunc textum, & totum titulum eſſe intelligendum de confeſſione emanata ante contractum matrimonium, quod tamen ſperabatur contrahi, quia tunc præſumitur facta ſub ſpe futuræ numera-
5 tionis, Cabed. *Luſit. deciſ. 177. num. 2. part. 1.* vbi quòd non promiſſio, ſed numeratio dotem facit. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. l. 12. tit. 10. n. 19.* vbi dictum quòd ſola numeratio efficiat dotem, intelligit quoad effectum vt mulier poſſit eam repetere ad differentiam confeſſionis mariti, quæ cùm facta ſit ſub futuræ numerationis, ad dotis repetitionem non ſufficit.

6 Nam confeſſio dotis receptæ cõſtante matrimonio facta probat, vbi præceſſit promiſſio, ita Cou. *var. lib. 1. cap. 7. num. 6.* Lancel. Gallia, Cephal. *deciſ. Pedem.* Bellon. Bec. Alciat. & Anchar. quos citat
7 Surd. *deciſ. 55. num. 5. & deciſ. 116. num. 1.* vbi reſoluit quòd confeſſio dotis receptæ facta per maritum creditoribus præiudicat, ſi præcedat promiſſio dotis, aut ſi eſt lapſum tempus præfixum ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, prout
8 *ibi num. 2.* & id ipſum quòd confeſſio dotis receptæ probat quãdo promiſſio præceſſit, cum aliis tradidit Ioſeph. de Ruſticis *ad l. cum aũus, ff. de condit. & de-*
9 *monſtr. lib. 2. cap. 16. num. 60.* & quòd confeſſio conſtante matrimonio facta non præſumatur fraudulenta quando retro fuit dos promiſſa, aliã ſecùs tradunt Maſcard. *de probat. concl. 362. n. 2.* Cæſ. Barz. *Bonon. deciſ. 126. n. 32.* quicquid dicat Surd. *d. deciſ. 116. n. 9. verſ. non obſtat, & n. 20* loquitur tamen quando delictum, vel debitum præcedit dotis confeſſionem, nam contra eum eſt verior opinio, iuxta ea quæ reſoluit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 2. c. 362. à num. 21.* vbi requirit quòd debitum ſit magnum, & faciunt quæ Valaſc. *conſ. 5. n. 9.* vbi reſoluit quòd quando præceſſit promiſſio certa dotis in inſtrumento, & poſtea ex interuallo maritus confeſſus eſt ſe recepiſſe præfatam dotem promiſſam, tunc ex huiuſmodi actibus, ſcilicet præuiæ promiſſionis dotis per inſtrumentum, & ſequutæ confeſſionis de dote recepta ex interuallo, oritur præſumptio tam vehemens dotis numeratæ, quòd denegatur marito ampliùs querimonia non numeratæ dotis.

10 Sic etiam confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento ſuſtinetur in vim legati, ſeu fideicommiſſi, quamuis non conſtet de vero debito, neque teſtator vltra confeſſionem aliquid vlteriùs diſpoſuerit, vt per Surd. *deciſ. 295. per tot.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. c. 116. num. 42. cum ſeqq.* Ludou. Peguera *deciſ. 149. per tot.*

11 In gloſſ. *Facit.* ibi. *aliàs non valet niſi præſcriptum ſit*, &c. Notatur ad hoc quòd poſt lapſa tempora ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, confeſſio dotis receptæ facta per maritum præiudicat tam ipſi, quàm creditoribus, & tertio poſſeſſori, etiam quòd non præceſſerit dotis promiſſio, vt per Capntac. *deciſ. 196. lib. 1.* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 103. num. 18. & diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 362. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Dos, & eius augmentum, confeſſata animo donandi confirmatur morte confitentis, & n. 2.*

3 *Declaratur* l. quæ de ſuò, 2. C. de dote caut. non num.

4 *Dos confeſſata animo donandi, etſi nulla interfuerit traditio ante mortem donantis, ipſius morte confirmatur.*

5 *Donatio inter virum & vxorem confirmatur ſicta rei tradititione contrarium, n. 6.*

L. Quòd de ſuo. II.

Imp. ALEXANDER. A. *Papinianæ.*

Dos & eius augmentum confeſſata animo donandi confirmatur morte confitentis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt, 2
Corraſ. *lib. 4. miſcel. cap. 1. num. 4. & 5.* Surd. *deciſ. 166. num. 12.* Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ. 66. num. 3. part. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 12. num. 38.* Nouell. *de dote part. 10. num. 7.* Roland. à Valle *conſ. 93. vol. 1.* Cou. *var. lib. 1. cap. 7. ſub num. 4. verſ. quòd ſi confeſſio dotis recepta*, Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de iure dot. concl. 3. num. 5.* Menchaq. *controu. vſufreq. lib. 3. cap. 46. num. 10.* D. Barboſ. *in lib. 1. part. 6. num. 29. ff. ſolut. matrim. & num. 31.* vbi ait hunc text. lo- 3
qui quando conſtabat maritum animo donandi confeſſionem dotis receptæ feciſſe, & etiam requirere ad hoc neceſſariam mortem mariti, vt ea confeſſio facta animo donandi confirmetur, ſubdítque ſi animo donãdi facta eſſet ante matrimonium, ſtatim irreuocabiliter valere, per *l. 1. C. de donat. ante nupt.* ſed ſi ſumus in dubio, non præſumi donandi animũ, ſed potiùs credi factam confeſſionem ſpe futuræ numerationis, Valaſc. *conſult. 5. n. 3.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 3. tit. de iure dotium reſolut. 7. num. 28. verſ. hæc confeſſio*, vbi dicit morte confirmari hanc præſumptam donationem quando non excedit ſummam quingentorum aureorum, Molin. *de Inſtit. tract. 2. diſp. 439. num. 22.* Rebell. *de obligat. iuſtit. part. 2. lib. 6. q. 10. ſect. 2. n. 13.*

In gloſſ. *Peti poteſt.* ibi, *ſed illud accipe quando poſt ſtipulationem non fuit ſequuta traditio*, &c. Notatur 4
ad hoc quòd dos confeſſatã animo donandi, etſi nulla interfuerit traditio ante mortem donantis, ipſius morte confirmatur, vt per Cou. *lib. 1. var. cap. 7. num. 14. verſ. ſed quod*, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 76. num. 3.* vbi hanc gloſ. auream appellat, Menchaq. *controuerſ. vſufreq. cap. 46. num. 10. lib. 3.* vbi in fine tradit ſpeciale eſſe in donatione dotis, aut dotis augmentis quam conſtante matrimonio maritus facit vxori, quia cùm dos ſui natura conſtante matrimonio penes maritum eſſe debeat tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem, *l. doce ancillam, C. de rei vend.* Fruſtrà fieret eius traditio conſtante matrimonio, cùm ſtatim ad maritum confeſſio reuerſura eſſet, ſicque eius retentio breui manu pro traditione habetur quaſi breui manu & mulieri tradita, & illico ad maritum reuerſa fuerit, Valaſc. *conſult. 5 num. 16.* vbi dicit quòd in contrarium non moueat quòd aliàs donatio inter virum, & vxorem, vt morte confirmetur, traditionem præambulam requirit, *l. Papinianus, ff. de donat. inter virum & vxor.* quia ius ſingulare eſt in hoc caſu vt huiuſmodi confeſſio de recepta etiam pro

traditione

traditione habeatur, Alexand. Trentacinq *var.resol. lib.3.tit.6. de donat. resol.6.num.4. vers. hec conclusio.* Molin.*de Iustit.tract.2. disp.439. num.16.* vbi quòd augmentum aut constitutio dotis, si constante matrimonio viri donatione fiant, reputantur quasi tradita à viro vxori.

5 In ead glos.ibi, *vel aliud quod pro traditione habeatur,*&c. Notatur ad hoc quòd per fictam rei traditionem confirmatur donatio inter virum & vxorem, vt per Rot.*decis.342.num.1.part.1.* recentissimè Palat *d § 36.n.7.* vnde Anton. Gom. *l.17. Tauri sub num.16.* per hanc glos. tenet ea inutili, & inualido contractu posse transferri possessionem per actum fictum. Hinc si in donatione interuenit constitutom, sufficit. Tiraq *de iure constit.part.1.num.50.* Clar.*§.donatio quæst.9.vers.in hoc proposito*, Alex.Trentacinq.
6 *d.resol 6. n.4. vers.hinc est*, qoamuis contrarium teneantur idem Anton Gom.*l.45.Tauri. n.3n.* & Ceuall.*commun.contra commun.quæst.12.n.4.* resoluentes non confirmari hanc donationem per huiusmodi fictam rei traditionem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis non numerata exceptio debet opponi infra annum à die matrimonij morte, vel repudio dissoluti, & num.2.*

3 *Intellectus l.3. vers. sed pollicitatio tantùm subsequuta, &c. C. de dote causa, non num. & vers. liceat non numerata pecunia exceptionem opponere, &c. eod.tit. n.4.*

5 *Maritus si affirmauerit dotem sibi fuisse traditam, & numeratam, dos dicitur verè numerata, & non confessata.*

6 *cum Marito alius reus deberdi ex causa dotis potest constitui. An autem teneantur insolidum, vel saltem pro parte virili, remissiuè, n.7.*

8 *Si maritus & socer teneantur ad dotis restitutionem, & vnus ex suis efficiatur non soluendo, an dos possit repeti, remissiuè.*

9 *Dotis non numerata exceptioni cùm maritus semel renuntiauerit, an possit eam opponere ampliùs. an talis renuntiatio praiudicet creditoribus, numer.10.*

11 *Donatio ex confessione dotis recepta à marito facta post celebratum matrimonium, an iuramento confirmetur, & reddatur irrenocabilis, remissiuè.*

L. In dotibus. III. & vlt:

Imp. IVLIANVS A. *Menna. P. P.*

1 EXceptio non numeratæ dotis debet opponi intra annum à die matrimonij morte, vel repudio dissoluti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, exornántque Palat.*in rep.c.per vestras, de donat.inter virum & vxor.notab.1.num.10.vers.octauus*, Anton. Gom.*l.50.Tauri num.* 52. Bellacomb.*tom.1.commun. opin.lib.5.tit.8.num.13.pag.732.* Donat.à Fina *tom.2. atiam commun.lib.7.tit.19.de confessis, num 274. pag.* 301. Couar. *lib.1.var.cap.7. num.5.& 6.* Menchaq. *controuers.vsufreq. lib.3.cap.46. à princip.* Brunor.à Sole *in locis communib. verbo dos 2.* Gotier. *de iuram. confirmat. part.1. cap.22. num. 10. post med.* Fachin. *controuers. iuris lib.8. cap.74. & 77.* Donell. *in comment.ad l.si quis arbitratu 43.num.13. ff. de verb.obligat.* Cardi. Mantic.*de tacitis & ambig. conuent. lib.25. tit.2.num.9.* Molin.*de Iustit. tract.2. disp.439. à princip. & præcipuè num.2.* Aluar. Valasc. *consult.5. num.7.* vbi aduertit hunc annum non corrigi per aoth. seq. quando ante biennium soluitur matrimonium; quòd si matrimonium durat vltra biennium vsque ad decennium, & non excedit decennium, locus est querelæ vsque ad tres menses computato biennio in illis annis, quòd si matrimonium dissoluitur, post decennium denegatur omnino querela non numeratæ dotis, Rebell. *de obligat. instit. pars.2.lib.6.quæst.10.sect.2.* Bened. Ægid. *in repet. l.ex hoc iure, ff.de instit.& iure, part.1. cap.11. à num.38.* vbi etiam disputat an prædicta exceptio non numeratæ dotis iure Lositano procedat.

Sed pollicitatio tantùm subsecuta, &c.] D.Barbos. 3
in l.1.part.6.num.54.ff.soluto matrim. tenet hunc tex. in hit verbis esse intelligendum quando pollicitatio dotis facta est in instrumento, & maritus in eodem instrumento confitetor se dotem recepisse, tunc enim competet marito querela non solutæ dotis; & rationem assignat, quia cùm vtrumque incontinenti actum fuerit, facilè credetur spe futuræ numerationis id factum esse: deinde subdit posse etiam responderi, hunc text. procedere quando præcessit mariti cõfessio, & postea sequitur dotis pollicitatio, quia tunc euidens est confessionem mariti factam fuisse spe futuræ promissionis Addit postremò quòd Cou.*d.lib.1.c.7.n.6.post princ.* existimat hanc l. posse etiam intelligi quando non interuenit vlla promissio dotis expressa, sed tacita, collecta ex eo quòd voluntate soceri, vel vxoris maritus confessus est se dotem recepisse, iuxta text. *in l.si voluntate, C.de dotis prom:* hæc enim tacita promissio seqoetur naturam confessionis ex qua deducitur, ac ita ea non obstante locus erit querelæ non solutæ dotis.

Liceat non numerata pecunia exceptionem opponere. 4
&c. Contrarium videtur sentire text. *in l.in contractibus, §.sed quoniam, vers. illis etiam, C. de non num. pecun.* sed Eman.Costa *in l.si cautione.fallent.14.eod. tit.* intelligit textum illum de geminata confessione facta à marito dotis receptæ post interuallum vnius post aliam, quasi tunc denegetur exceptio non numeratæ dotis: vel meliùs intelligitur secũdùm communiorem illius expositionem qoando præcessit promissio certæ dotis in dotali instrumento, & postea ex interuallo maritos confessus est se recepisse præfatam promissam dotem ea eiusmodi actibus, nempe præuiæ in instrumento promissionis dotis. & subsecutæ ex interuallo confessionis dotis receptæ, quia tunc oritur tam vehemens præsumptio dotis numeratæ, seu traditæ, vt deinceps marito, & hæredibus illius denegetur exceptio non numeratæ, seu non traditæ dotis, vt exponunt Cou. *d. lib.1.cap.7. num.6.* Anton. Gom. *d.l.50. Tauri num.51.* Valasc. *d.cons.5.num.9.* In nostro verò textu non est sermo de confessione receptæ dotis ex interuallo promissionis eiusdem dotis, sed de confessione, quæ ob solam dotis promissionem simul facta est, quando dos promittebatur, vt exponit Molin. *d.disput.439. num.6.*

Illud in hac materia est magna animaduersione 5
dignum quòd si maritus affirmauerit dotem sibi fuisse traditam & numeratam, dos dicitor verè numerata, non autem confessata, vt per Gozadin.*cons. 42.num.13.vers.tertiò quando*, Crauet.*cons.40 num.7.* Roland. *cons.93. num.35. lib.1.* Paris. *cons. 86. num. 19. lib. 3.* quos refert & sequitur Menoch. *cons.7. num.11.*

6 *Quam dotem suscepisse vnà cum marito conscribitur,* &c.] Ergo simul cum marito alius reus debendi ex causa dotis potest constitui, vt per Campeg. *de dote, part. 3. quæst.* 179. Octauian. *decis.* 43. *num.* 15. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib.* 15. *tit.* 2. *num.* 8. *cum seq.* D. Barbos. *in l. si cùm dotem* 23. *§. transgrediamur, n.* 48. *versic. potest tamen interuenire, ff solut. matrim.* Vtrùm autem teneantur insoli-
7 dum, vel saltem pro parte virili? vide eundem D. Barbos. *ibidem n.* 35. *in fine, & num.* 36. Cardin. Mantic.
8 *vbi supra.* Si maritus & socer teneantur ad dotis restitutionem, si vnus ex his efficiatur non soluendo, an possit dos repeti? vide eundem D. Barbos. *ad l. si constante* 25. *in princip. num.* 105. *ff. eodem tit. soluto matrim.* & distinguit duos casus. Primus est quando non tenentur tanquam duo Rei, sed quilibet pro parte sua, iuxta regul. *l. reos, §. cùm in tabulis, ff. de duobus reis,* & in hoc casu expeditum asserit quòd ille qui non est soluendo, conueniri potest pro sua parte ad dotis restitutionem. Secundus casus est quando maritus & socer tenentur ad dotis restitutionem in solidum, quasi duo Rei debendi, tunc si vxor velit conuenire ad dotis restitutionem illum, qui effectus est non soluendo, sine dubio poterit aduersùs eum vti remedio dictæ *l. si constante*; at verò si velit conuenire reum, qui est soluendo propter illum, qui effectus fuit non soluendo, non poterit id facere.

9 In gloss. *Vel.* ibi, *sed dic quòd & ipsi renuntiant exceptioni non numeratæ dotis,* &c. Notatur ad hoc quòd exceptioni dotis non numeratæ maritus semel renuntians eam nequit ampliùs opponere, vt per Menoch. *cons.* 7. *n.* 8. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 22. *n.* 17. Sed verior est resolutio, quæ sic distinguit. Aut renuntiatio fit incontinenti, id est, eodem tempore, quo facta fuit confessio, & tunc renuntiatio nihil nocet, aut fit ex interuallo, & tunc nocebit: ita Nouell. *de dote part.* 10. *n.* 5. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 52. Aluar. Valasc. *consult.* 5. *n.* 12. D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 6. *n.* 27. *in fine, &* 28. *ff. solut. matrim.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 439. *n.* 4. Alex. Trentacin. *var. resol. lib.* 3. *tit. de iure dotium, resol.* 7. *n.* 12.

10 Vtrùm autem creditoribus præiudicet si durante tempore quo querela proponi potuit, maritus confessus, prædictæ querelæ solemniter renuntiauit? vide Couarr. *d. cap.* 7. *n.* 4. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 52. Mathesil. *singul.* 191. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 13. Aluar. Valasc. *consult.* 6. *per tot.* Molin. *d. disput.* 435. *n.* 26. D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 6. *num.* 42. *in fine, & n.* 43. qui omnes, excepto Anton. Gom. resoluunt renuntiationem querelæ factam per maritum intra tempora illam proponendi, nihil obstare creditoribus.

Sed controuersia non parua est inter Doctores num præsumpta donatio ex confessione dotis receptæ facta à marito post celebratum matrimonium iuramento confirmetur, ac irreuocabilis reddatur? vide Couarr. *d. c.* 7. *n.* 4. Duen. *regul.* 219. *ampl.* 2. *vers. est tamen verum*, Menoch. *d. lib.* 3. *præsumpt.* 12. *n.* 41. *cum seqq.* Camill. Porrel. *in summ. decis. part.* 3. *tit.* 9. *num.* 47. *& seq.* Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *cum seqq.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 71. *num.* 55. *&* 56. Molin. *d. disp.* 439. *num.* 23. Valasc. *consult.* 5. *num.* 18. Rebell. *de obligat. instit. p.* 2. *lib.* 6. *q.* 10. *sect.* 2. *à n.* 10. *vers. sed quid.*

SVMMARIVM.

1 *Annus, de quo in l. præcedenti, non corrigitur quando ante biennium matrimonium soluitur; si verò durat vltra biennium, & non excedit decennium, locus est querela vsque ad tres menses, & biennium computatur in his annis, num.* 2. *si matrimonium dissoluatur post decennium, querela denegatur, & minori currit hoc tempus, ideòque restitutio est necessaria, n.* 3. *post lapsa tempora nec maritus, nec eius hæres audiri debet, num.* 4. *contrarium, num.* 5.

AVTH. Quod locum.

ANnus, de quo in l. præcedenti, non corrigitur 1
quando ante biennium matrimonium soluitur: si verò durat vltra biennium, & non excedit decennium, locus est querelæ vsque ad tres menses, & 2
biennium computatur in his annis. Quòd si matrimonium dissoluatur post decennium, querela dene- 3
gatur, & minori currit hoc tempus, & ideo restitutio est necessaria.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Hippol. *singul.* 345. Cassan. *in consuet. Burgund. rub.* 4. *§.* 5. *verbo confession, n.* 5. Valasc. *consult.* 5. *num.* 7. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri n.* 52. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 439. *num.* 2. *post princ.* Rebell. *de obligat. instit. p.* 2. *lib.* 6. *q.* 10. *sect.* 1.

In gloss. *Transcurrerit.* ibi, *nam nullo modo,* &c. No- 4
tatur ad hoc quòd post lapsa tempora neque maritus, neque eius hæres audiri debet, si allegent non fuisse numeratam dotem, quantumcunque onus probandi hoc in se velint assumere, vt per *l. Hisp.* 9. *tit.* 1. *p.* 5. Eman. Costa *in l. si ex cautione, in vlt. fallent. à n.* 4. *C. de non num. pecun.* D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 6. *n.* 36. *ff. solut. matrim.* vbi concludit verius & receptius esse non solùm creditores, sed & maritum esse audiendum post lapsa tempora si in se assumat onus probandi dotem re vera ei non fuisse numeratam.

De donationibus inter virum, & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.

TIT. XVI.

VT donatio inter coniuges confirmatur morte donantis; sic & donatio quam parens contulit in aliquem ex suis liberis, quæ causa, cur hic agatur de donationibus parentum, & de ratihabitione, qua vel donationes, vel alij actus confirmantur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *Ordin. Reg. Lusitan. lib.* 4. *tit.* 65. *& l. Hisp.* 4. *tit.* 11. *part.* 4. Duen. *regul.* 221. Bellacomb. Donat. à Fina ac alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 10. *pag.* 733. Anton. Gom. *l.* 51. *Tauri, & tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 23. *cum seqq.* Couar. *lib.* 1. *variarum cap.* 19. Duen. *regul.* 121. Mozz. *de contract. tract. de donat. cap. de personis inter quas cad. ex num.* 16. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 18. *cap.* 10. *& lib.* 9. *cap.* 25. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 189. *cum seqq.* Lusit. Ioan. Martin. Acosta *in addit. ad tract. libellorum, annot* 81. *num.* 10. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.* 2. *lib.* 21. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 40. Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 3. *tit. de donation. resol.* 6. *pag.* 244. *cum seqq.* Anton. Thesaur. *decis.* 32. Clar. *§ donatio q.* 9. Hieron. Treutler. *disp. selectar. part.* 2. *disp.* 29. *thes.* 4. Less. *de Iust. lib.* 2.

*cap.*18.*dub.*12. Azor. *instit.moral.part.*3 *lib.*11.*de donat. cap.*10.*de donat.inter vir.& vxor.* Rebell.*de obligat.instit.part.*2.*l.*1.*quæst.*8.*à num.*44.*& lib.*6.*quæst.*15. *per tot.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnit.lib.*25.*n.*158. *vers.quartum,* Camill. Borrell. *in summ.decis.*p.3.*tit.*9. Arimin. Tepat. *variar.sentent.tom.*2.*tit.*453. Sanchez *de matrim.l.*6.*à disput.*1.*vsque ad* 17. Iacob. Cancer. *var.resolut.part.*1.*cap.*8.*à n.*58.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus licet occupet bona vt vacantia, donatio tamen facta in vxorem vires non perdit.*

2 *Donatio inter virum & vxorem vt valeat, & confirmetur morte, non requiritur hæreditatis aditio. si in testamento facta, & hæreditas defuncti non sit adita, corruet cum alijs in testamẽto dispositis, n.*3.

L. Bona. I.

Imp. ANTONIN A. *Triphenæ.*

1 LIcèt fiscus occupet bona vt vacantia, tamen donatio facta in vxorem vires non perdit. Colligunt ex Ordin. Cyn Bart. Salicet. Buttig. Angel Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Cuiac. Aloys. Leo *super* 5.*fol.*60. Sebast. Næui. remissiuè Cald. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Vide Anton. Gom. *var. tom.*2.*c.*4.*num.*23.*versic. aduertendum,* vbi per hunc textum tenet quod ad hoc vt donatio inter virum & vxorem valeat, & confirmetur morte, non requiritur hæreditatis aditio, quod etiam tradunt Padil. *in l.eam quam,num.*63. *C. de fideicom.* Clar. §.*donatio, quæst.*5.*num.*2. Molin. *de primogen.lib* 1.*cap.*12.*num.*14. D. Barbos. *in l.qua dotis* 34. *num.*124.*in fine,ff.solut.matrim.* vbi *num.* 125. subdit quòd si huiusmodi donatio in testamento facta sit, & non sit adita hæreditas defuncti, corruet cum aliis dispositis in testamento.

SVMMARIVM.

1 *Miles non potest donare focariæ, id est, concubinæ, & n.*2.

3 *Donationes à militibus factæ suis concubinis nullæ sunt. Amplia*

*I. procedere in militibus nostri temporis, qui arma profitentur, num.*4. *& qui sunt parati & salariati ad bellum ineundum, n.*4.

II. in milite insignito Cruce Domini nostri Iesu Christi, num. 6. *& alij etiam aliorum Ordinum militarium candidati: vt Commendatarij S. Ioannis Hierosolymitani, vel S. Iacobi, vel de Calatraua, n.*7.

*III. in Clericis, seu Religiosis, n.*8. *quamuis donatio fuerit cum iuramento, n.*9.

10 *Donatio facta à Clerico suæ concubinæ potest repeti per fiscum Ecclesiæ, non autem per hæredes ipsius Clerici.*

*IV. in Doctore ex Licentiato, n.*11.

*V. in educatis, & sic in militibus litteratæ militiæ, num.*12.

VI. vt sicut concubina non capit à concubinario, sic nec etiam vir concubinarius ab ea capiat, n. 13. *Limita*

*I. in Principe milite, n.*14.

*II. tam in milite armato, quàm in alijs, quando donatio remuneratoria est, vt probatis meritis valeat intra eorum æstimationem, n.*15.

*III. in milite Clerico, vel Doctore donante concubinæ alterius, n.*16.

*IV. si tempore donationis cessabat concubinatus saltem per triennium, n.*17.

18 *Donatio facta à Clerico, milite, & cæteris personis supradictis concubinis suis, esto quòd sit irrita, an firmetur iuramento donantis.*

19 *Concubina an possit à concubinario petere mercedem operarum, quas illi præstitit.*

20 *Donatio facta concubinæ ab vxorato, vel ab alio, inter quos complexus esset punibilis, vel illicitus secundùm leges ciuiles, an valida sit.*

21 *Focaria an differat à concubina, & quæ propriè dicatur, & vnde.*

L. Si ancillam. II.

Idem A. Marco militi.

MIles non potest donare focariæ, id est, concubinæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*n.*1.*supr.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.*4.*tit.* 66. Viui. *tom.* 2. *commun.opin.lib.*8.*tit.*32.*num.* 14. *vers. quia quemadmodum pag.*407. Gam. *Lusit.decis.*220.*num.*4. Brunor. à Sole *in locis communib.verbo miles*, Henric. Bocer. *disput.class.*2.*disput.*19.*num.*7. Gutier. *de iuram. confirm.part.*1.*cap.*6.*num.*3. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.*329. *num.*3. Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo donatio, num.*11. Marta *de iurisd.p.*4. *casu* 114. *num.*4. Benedict. Ægid. *in tract.de iure & priuil.honest.art.*8.*num.*22.*cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut.lib.*3. *de donat. resol.*7. *num.* 2. *cum seqq.* Thesaur. *decis.*111.*num.*1. Camill. Borrell. *in summ.decis.tom.*3.*tit.*10.*num.*234. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect.decis.collect.*791.*vers.limita quartò,* Farin. *fragment.crim.p.*1.*verb. concubina, num.*565. *cum seqq.* Molin. *de Iustit.tract.*2.*disput.*375.*num.*14. vbi 2
admonet in hoc text. in militum fauorẽ esse conces- 3
sum vt donationes à militibus factæ suis concubinis eatenus nullæ sint quòd reuocare possunt, repetereque quod dono illis dederunt, atque ideo si quid gratis illis promiserunt, neque in conscientiæ, neque in exteriori foro tenerentur illud soluere. Azor. *instit. moral.part.*3.*lib.*11.*de donat.cap.*3.*quæst.*4. latè Peregrin. *de iure fisci lib.*2. *tit.*9.*à n.*3. vbi quòd cõcubinæ donata miles reuocare potest, & si non reuocauerit, non capit concubina, sed fiscus auferre potest, subditque ex Baldo quòd solus fiscus poterit opponere.

Primò amplia procedere in militibus nostri tem- 4
poris, qui arma profitentur. Roman. *cons.* 43. *ad primum*, Palat. *in rubr. de donat. inter virum & vxor.* §.37.*num.*10. Gutier. *d.p.*1.*cap.* 6.*num.*9 vbi intelli- 5
git de iis, quæ sunt propriè milites parati & salariati ad bellum ineundum. Farin. *d.verbo concubina, n.*669. Peregrin. *d.lib.*2.*tit.*9.*num.*8.

Secundò amplia in milite insignito Cruce Domi- 6
ni nostri IESV CHRISTI, Gam. *Lusit.decis.*126. *n.*4. Benedict. Ægid. *d.art.*8.*num.*24.*vers.idem etiam*, vbi extendit ad alios etiam aliorum Ordinum militariũ 7
candidatos; & sic ad Commendatarios S. Ioannis Hierosolymitani, vel S. Iacobi, vel de Calatraua extendunt Anton. Gom. *l.* 51. *Tauri num.* 68. Gutier. *d.part.*1.*cap.*6.*num.*8. Fr. Eman. *q.Regul.tom.*1.*q.*27. *art.*12.

Tertiò amplia in Clericis, seu Religiosis, arguen- 8
do à milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ vt per Palat. *in repetit.d.rubr.*§.39.*à princ.* Port. Imol.

Imol. conſ. 21. in 1. dub. Peregr. d. lib. 2. tit.9. n 4.
Roland. à Valle conſ. 98. n. 1. & ſeqq. lib. 1. Gam.
d. Luſit. deciſ.216. n.4. Viui. tom.1. comm.opin. lib.8.
tit.32.n.15.verſ.ſiquidem omnia, pag.507. Gutier. d.
cap. 6. n. 5. Alexand. Trentacinq. d.lib.3. ſub tit.de
donat. reſol.7. n.4. Anchar. Regien. part.2.quaſt.12.
n.3. cum ſeqq. Ioſeph. Ludou. concl.25. in 1. fallent.
Decian. tract.crimin.lib.1. cap. 21. n. 24. Rebuff. in
concord.tit.de publicis concubin.verſ.ſeptima pœna, Fa-
rinac. d. verbo concubina, n. 573. cum ſeqq. Mozz.
vbi ſuprà n. 1. & 23. Surd. conſ.469. n.1. cum ſeqq.
Spin. in ſpecul. teſtament. part. 14. rubr. n. 10. Card.
Mantic. de tacitis & ambiguis conuent. lib. 21. tit. 3.
n.13. vbi ſubampliat, quamuis donatio fuerit cum
iuramento, Benedict. Ægid. d. art.8. n. 24. vbi tamen
9 num. 25. ait hanc ampliationem non ſibi probari,
Marta de ſucceſſ. legali tom.2.part.4.quaſt. 28.art.11.
n. 36. 38. & 41. idem Marta de iuriſdict. part. 4.
10 centur.1. caſu 114. n.4. vbi etiam reſoluit donatio-
nem factam à Clerico ſuæ concubinæ poſſe repeti
per fiſcum Eccleſiæ. non autem per hæredes ipſius
Clerici, de quo eſt videndus Palat. in repet.d.rubr.
de donat.inter virum, §.39.n.7. Padil. in rubr. C. de fidei-
commiſ. n.18.

11 Quartò amplia in Doctore & Licentiato, quia
in hoc & in aliis omnibus fauorabilibus regulariter
parificantur militi, vt per Palat. in d.repet.rubr § 38.
per tot. Anton.Gom. d.l.53. Tauri n.68. Gam. d. Luſit.
deciſ. 226. n. 4. Roland. à Valle conſ. 11. n.20.lib.2.
Farinac. d.verbo concubina, n.581. Gutier. d.cap.6.n.6.
Alex.Trentac. vbi ſupr.n.11.

12 Quintò amplia in Aduocatis, & ſic in militibus
litteratæ militiæ, per Syluan. conſ.88. n. 9. Caſſan.
in conſuet. Burgund.rubr.1.§.6.n.4.fol.33.verſo, & rub.
4.§.7. Roder. Xuar. in l.2.tit.de los gouernos, lib.3. fori
quaſt.fin.n.12. Gutier. d.cap.6.n.6. Peregr. d.lib.2.tit.9.
n.7. Cardin Mantic. d.tit.5.n.13. Farinac. d.verbo con-
cubina, n.581.

13 Sextò amplia vt ſicut concubina non capit à con-
cubinario, ſic nec etiam vir concubinarius ab ea ca-
piat, vt per Viui. d.lib.8.tit.32. n.15. verſ. & aduerte,
pag.407. Peregrin. d.lib.2.tit.9.n.16. Surd. conſ.469.
n.1. cum ſeqq. Farin. d.verbo concubina, n.546. & ſeq.
Alex.Trentacinq. d.reſol.7.n.10.

14 Limita primò in Principe milite, vt per Tiraquel.
de nobilit.cap.37.n.52. Peregr. d.lib.2.tit.9.n.14. Mar-
ta de ſucceſſ.leg.tom.2.p.4.q.18.art.11. à n. 49. Alex.
Trentacinq. d.reſol.7.n.7.

15 Limita ſecundò tam in milite armato, quàm in
aliis, quando donatio remuneratoria eſt, vt probatis
meritis valeat intra eorum æſtimationẽ, vt per Ber-
mond. de publ.concub.verbo contra prædictos, num.15.
cum ſeqq. Palat. in d.rubr.de donat.inter virum & vxo-
rem, §. 39. n. 13. verſ. vnum non eſt omittendum,
Gam. d.deciſ.226. n.4. verſ. quæ omnia, Guillelm. in
cap. Raynutius, verbo & vxorem, deciſ.5. num.161. Ti-
raquel. in l.ſi vnquam, verbo donatione largitus, n.24.
Viui. d.lib.8.tit.32.num.25.verſic. vnde ſi clericus, Ber-
mond. de publicis concubin. in gloſſ. contra prædictos,
num. 26. Anchar. Regien d.part.2.quaſt.12.num.5.
Farinac. d.verbo concubina, n. 593. vbi ait valere vſ-
que ad concurrentem quantitatem meritorum, &
non vltra, Decian. conſ.24.num.24. lib. 3. Vrſill. ad
Afflict. deciſ.102.in princ. Theſaur. d.deciſ.111.n.6.7.
& fin. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.29.n.11.
Peregr. d.lib.2.tit.9.num.11. Gutier. d.cap.6.num.11.
Benedict. Ægid. d.art.8.num.24.in fine, verſic. limitant
verò; vnde cum huiuſmodi ſeruitia facta à concubi-
nis in donatores debeant probari, non eſt ſtandum
confeſſioni concubinarij, de quo Palat. d.§.39.n.15.

Bellacomb. tom.1. communium opin.lib.5.tit.15. de con-
cubinis, n.11. pag.754. Cardoſ. in praxi iudicum, &
Aduocat. verbo donatio, n.7. Menoch. d.lib.3. præſumpt.
29.n.27. Regien. d.q.11.n.15. cum ſeqq. Farin. d.verbo
concubina, n.595. Card.Mantic. de tacit.& ambig.con-
uent.lib.21.tit.3.n.15. Alex.Trentacinq. d.lib. 5. ſub tit.
de donat.reſol.7.n.6.

Limita tertiò in milite, Clerico, vel Doctore do- 16
nante concubinæ alterius, quia ceſſat cauſa prohi-
bitionis ne propter libidinem, eius illecebris alle-
ctus bonis propriis ſpolietur, ita Card. Mantic. d.tit.
3.n.14. Lancell. Gallia de ſtatut.q.5.n.38. Farin. d.verb.
concubina, n.608.

Limita quartò ſi tempore donationis ceſſabat con- 17
cubinatus, ſaltem per triennium, argum. authent. de
monachis, §. ſancimus, collat.1. Capyc. dec.ſ. 102. Gui-
lielm d.deciſ.5.n.161. Alex.Trentacinq. d.reſol.7.n.8.
Vrſill. ad Afflict. deciſ.102.n.1. Lancell.Gall. d.q.3. à
n.39. Farin. vbi ſupr.n.591.

An donatio facta à Clerico, milite, & cæteris per- 18
ſonis ſupradictis concubinis ſuis, eſto quòd ſit irrita,
firmetur iuramento donantis? vide Couarr. in cap.
quamuis pactum, part.1.§.1.n.4. ad fin. Gutier. d.cap.6.
à nu.13. qui negatiuam tuentur partem. Lancellot.
Gallia de ſtatut.quaſt.5.num.7.in fin. Peregrin. d.lib.2.
tit.9.num.15. Farinac. d.verbo concubina, à num.602.
Mancin. de iuram.part.4. effectu 220. Surd. conſ.469.
num 12. Anton. Theſaur. deciſ. 111. Alex.Trentac.
d.reſol.7.n.5.

Vtrùm concubina poſſit à concubinario petere 19
mercedem operarum, quas illi præſtitit? vide Cab.
Luſit. deciſ.116. per tot. part.1. vbi negatiuè iudicatum
fuiſſe aſſerit.

Vtrùm donatio facta concubinæ ab vxorato, vel 20
ab alio, inter quos complexus eſſet punibilis, vel il-
licitus ſecundùm leges ciuiles, valida ſit? negatiuam
partem tenent Palat. in repet.d.rubr. §.37. Tiraquell.
in l.ſi vnquam, verbo donatione largitus, n. 24. Bru-
nor à Sole in locis communib. verbo donatio 9. & 12.
Kirchou. tom.1. commun.opin.lib.2.tit.7. de eler. coniug.
n.18. pag.175. Viui. tom.2. lib.8. tit.31. n.15. pag. 406.
Peregr. d.lib.2.tit.9.n.2. Gam. Luſit. dec.226. Cardoſ.
in praxi iudicum verbo donatio n.16. Molin. de Iuſtit.
tract.2. diſp.275. num.3. Card.Mantic. d.tit.3.num. 12.
& probat Ordin. Regia Luſit. l.4. tit.66. in princ. ibi,
ſe algun homem caſado der a ſua barregan alguan couſa
mouel ou de raiz, in qua generalitate comprehendũ-
tur etiã pecuniæ, & aliæ res, quæ vſu conſumuntur;
nam appellatione mobilium contineri pecuniam,
probat text. authent. de nuptiis, §. ſi verò vniuerſa,
collat.4. ibi, in pecuniis, aut in aliis mobilibus, &c. Ti-
raquell. de retractu lign.§.1.gloſ.7.num. 103. Rebuff.
ad l. mouentium. ff. de verbor.ſignif. pag.402. Gam. dict.
Luſit. deciſ.236.n.2.

Focaria tua, &c.] Focaria an differat à concubina, 21
& quæ propriè dicatur. vide Prate. in Lex.iuris, ver-
bo Focaria, Benedict. Ægid. d.art.8.num.19. vbi ait in
hoc text. militum cõcubinas focarias appellari à fo-
co dictas, quaſi ſcilicet amaſij ſui foco aſſidentes,
quod concubinæ concubinarij domo retentæ pro-
prium eſt, Caluin. in ſine Lexic. iurid. verbo focarias,
vbi ſic vocat amicas militum quòd earum præcipua
cura ſit foci, & nullius præterea rei ſolicitudinem
habeant. Verùm Guid.Pancirol. in theſauro variarum
lectionum lib.1.cap.45. verb. Focaria, tenet focariam
mulierem dici illam, quæ larem & focum, ædéſque
ſeruabat, vt nominis docet etymologia, & ideo dicit
quòd hæc, de qua loquitur hic text. ædes militis eo
abſente cuſtodiebat; quare non tãtùm cõcubinis, ſed
nec aliis mulieribus donare milites poſſe intrepi-

dè defendit,& *lib.2.cap.210.*tenet focariam non vocari meretricem in hoc text. cùm & viri focarij reperiantur nominati.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ab vxore confirmatur morte, & si erat in patria potestate, etiam patris mors requiritur, licèt à principio consenserit.*

2 *Donatio facta à socero in generum quondam, statim perficitur.*

3 *Donatio inter coniuges ipso iure morte confirmatur etiam morte ciuili, per professionem scilicet in Religione emissam, num.4.*

5 *Donatio inter coniuges vt morte donantis confirmetur, necesse est vt res donata tradita sit donatario, saltem ficta traditione ante mortem donantis, alioquin est nulla. ad hunc effectum satis est, si res donata sit tradita per clausulam* constituti, *vel per alium actum fictum, per quem ciuilis possessio adquiritur, num.6.*

7 *Donatio inter viuos quando ab vno coniugum alteri facta morte donantis confirmatur, tunc retrotrahitur ad tempus, in quo traditio rei ita donatae facta est, huiusmodi donatio non confirmatur morte donantis, si donatarius ante donantem è vita discedat, vel si donans ipse tacitè, vel expressè donationem reuocet, num.8.*

9 *Donatio censetur tacitè reuocata si diuortium inter coniuges sequatur.*

10 *Donatio inter virum & vxorem putatiuos facta constante matrimonio non confirmatur morte donantis.*

L. Donatio. III.

Idem A. Epicteto.

1 DOnatio facta ab vxore confirmatur morte, & si erat in patria potestate, 'etiam patris mors re-
2 quiritur, licèt à principio consenserit; & donatio facta à socero in generum quondam, statim perficitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. supr. hoc tit.*
3 *Vsque ad vltimum diem vitæ, &c.*] Notatur ad hoc quòd donatio inter coniuges ipso iure morte confirmatur, vt per Anton.Gom.*l.50.Tauri n.65. & tom.2. var.cap.4.num.23.vers.aduertendum est*, Clar.*in §.donatio, quæst.9.num.6.* Couarr.*in rubr.de testam.part.3. num.3.* Sebast.Medices *in tractat. Mors omnia soluit, part.1.num.47.* Valasc.*consult.106.num.13.* Cardos.*in praxi iudicum, & Aduocat. verb. donatio, num.69.* Cardin. Mantic.*de tacitis & ambiguis conuent.tom.2. lib.21.tit.7.* Rot. *decis.341.num.1.part.1. recentissim.* vbi quòd donatio inter virum, & vxorem morte donantis confirmatur, dummodo verè, aut fictè per cõstitutum in vita res donata tradatur. Rebell.*de oblig. instit.p.2.lib.6.q.13. sect.2. n.9.* Azor *institut. moral.*
4 *p.3.lib.11.de donat.cap.10.n.7.* vbi *n.8.* quòd confirmatur etiam morte ciuili,' per professionem scilicet in Religione emissam, Benedict. Pineil. *select.iuris interpret.lib.2.cap.2.n.11.* Molin.*de Iustit.tract.2.disp.*
5 *289 num.4.* vbi resoluit vt donatio inter coniuges morte donantis confirmetur, necesse est, vt res donata tradita sit donatario, saltem ficta traditione ante mortem donantis, alioquin est nulla omnino, &
6 *n.5.* dicit ad hunc effectum satis esse si res donata tradita sit per clausulã *Constituti*, vel per aliũ actum fictum, per quem ciuilis possessio acquiritur, & *n.8.* aduertit quòd quando donatio inter viuos ab vno 7
coniugum alteri facta morte donantis confirmatur, tunc retrotrahitur ad tempus in quo traditio rei ita donatæ facta est, non quidem quoad dominium, eo quòd licèt traditio sit facta, dominium nunquam in donatarium transit quousque donatio morte donãtis sit confirmata, & *n.11.* ait huiusmodi donationem 8
morte donantis non confirmari si donatarius ante donantem è vita discedat, vel si donãs ipse tacitè, vel expressè donationẽ reuocet, & *n.12.* quòd tacitè cẽsetur donatio reuocata si diuortiũ inter coniuges se- 9
quatur, per *l.sed interim, §.si maritus, & l.cùm hic status, §.si diuortium ff.hoc tit.* Rebell.*de obligat.instit.p.2. lib.6.quæst.13.n.9.* vbi *n.10.* requirit traditionem rei donatæ veram, vel fictam, & *n.13.* subdit quòd sufficit mors ciuilis, & *n.16.* addit quòd donatio inter viuos reuocata, morte non confirmatur, Alex.Trentacinq. *var.resol.lib.3. tit.de donat.resol.6.n.2.* vbi *n.4.* tres distinguit casus, primum cùm præmoritur marita donans, tunc valet donatio vxori facta; secundum cùm præmoritur vxor donataria, tunc donatiõ ad donantem reuertitur; tertium cum ambo simul moriuntur, & ignoratur quorum alter priùs sit mortuus, tunc vt donatio valeat, præsumitur priùs mortuus donans; & deinde intelligit principalem conclusionem, quando interuenit traditio rei donatæ siue vera, siue ficta, etiam per constitutum.

Licet, vt suprà vidimus, donatio inter coniuges 10
morte donantis & præcedente rei donatæ vera, vel ficta traditione confirmetur: tamẽ donatio inter virum & vxorem putatiuos facta constante matrimonio non confirmatur morte donantis *l. cùm hic status, §.si quis sponsam. ff.hoc tit.* Ratio discriminis est, quia licèt in vtroque matrimonio coniux donãs decedat in voluntate donandi, tamen quando errat circa qualitatem coniugis donatarij putando scilicet esse coniugem cùm re vera talis non sit, censetur errare circa causam finalem donãdi, atque adeò ex defectu causæ finalis, & quasi defectu legitimæ voluntatis corruit donatio: vide Campeg.*de dote p.1. q.97.n.4.* Tiraq.*post leges connub.gloss.8.n.249.* Palat. *in repet.rubr.de donat.inter virum & vxor.rubr.36.n.7.* Anton.Gom.*l.52.Tauri n.77.in fine*, Sanch *de matr. lib.6.disp.1.n.9.* D.Barbos. *in l.si cùm dotem 23.§.fin. n.20.ff.solut.matr.* Rebel. *d.p.2. lib.6. q.7.n.4.* Vnde colligit D.Barbos.*cit.loco*, quòd si maritus sciens non valere matrimonium, donauit vxori putatiuæ, cùm tunc cesset ratio, de qua suprà, induceretur per mortem confirmatio.

L. Nec inter. IV.

Idem A. Claudiano.

DOnatio facta inter soceros, vel eorum iuri 1
subiectos, non valet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.supr.hoc tit.*
Hanc eandem conclusionem tenent Palat. *in re-* 2
pet.rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.42.à princ. Sanchez *de matrim.lib.6.disp.1.num.10.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio genero facta à socero non confirmatur huius morte, matrimonio cum filio durante, & n.2.*

3 *Socer si nurui, vel genero donauit, & postea filius eius, vel filia constante matrimonio decesserit, non confirmatur donatio, nisi postea socer durante eadem voluntate diem suum obierit.*

L.Si

L. Si vt proponis. V.

Imp. ALEXANDER. A. *Quintillæ.*

DOnatio genero facta à socero non confirma-
1 tur huius morte, matrimonio cum filia durante.
te. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n. 5.*
supr.hoc tit.
Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
2 mit Palat. *in repetit.rubr.de donat. inter vir. & vxor.*
§.42, à princ. & §.73.num.1.vers.nec obstat. vbi ratio-
nem assignat, quia mortuo socero filia viua adhuc
durat. Tiraquel. *de iure mariti, gl.5. num.86.* vbi ait
hic probari quòd donatio facta inter virum, & vxo-
3 rem ex consensu patris donantis, in cuius erat pote-
state, non confirmatur nisi morte vtriusque, & donã-
tis, & patris ipsius. Cardin. Mantic. *de tacitu & ambi-*
guu convent.lib.21.tit.7.n.43. vbi per hunc text. tenet
quod si socer nurui, vel genero donauit, & postea
filius eius, vel filia constante matrimonio decesserit,
non confirmatur donatio, nisi postea socer durante
eadem voluntate diem suum obierit.

SVMMARIVM.

1 *Vir licèt deponat rem nomine vxoris, non perdit dominium.*
2 *Donatio vxori facta reuocatur si vxor præmoritur.*
3 *Vxor quicquid acquirit constante matrimonio, præsumitur de bonis mariti.*
4 *in Donationibus inter coniuges licèt traditio rei donatæ facta sit, dominium nunquam transit in donatarium, quousque donatio morte donantis sit confirmata.*
5 *si quid reperitur Vxorem quæsiuisse in vita viri, præsumitur quæsitum de bonis viri. intellige vt num.6. idem de vxore putatiua, num.7. de vidua intra annum luctus, n.8. limita vt n.9.*
10 *Donatarius si moriatur ante donantem, nulla est donatio inter coniuges viuos facta.*

L. Etiamsi. IV.

Idem A. Nepotiano.

1 LIcèt vir deponat rem nomine vxoris, non per-
2 dit dominium, & donatio facta vxori, si vxor
3 præmoritur, reuocatur. Idem quicquid acquirit vxor
constante matrimonio, de bonis mariti præsumitur.
Colligunt ex Ordin Doctores citati *in l.1.n.1.suprà*
hoc tit.
Causa proprietatis ea ratione, &c.] Notatur ad hoc
4 quòd in donationibus inter coniuges factis licèt tra-
ditio rei donatæ facta sit; dominium nunquam in do-
natarium transit quousque donatio morte donantis
sit confirmata, vt per Clar. *§.donatio, quæst.9.num.7.*
Anton. Gom. *l.50. Tauri num.65. & tom.2.var. cap.4.*
n.23. Couarr. *in rubr.de testament.part.3. n.5.* Molin.
de Iustit.tract.2.disp.289.num.8.
Nec est ignotum, &c.] Notatur ad hoc quòd si ali-
5 quid reperitur vxorem quæsiuisse in vita viri, præsu-
mitur quæsitum de bonis viri, vt per *l.Hisp.2.tit.14.*
part.3.vbi gloss.4. Alciat. *de præsumpt. reg.3. præsumpt.*
26. Boër. *decis.81.num.5. & num. 6. vers. primo casu,*
Cremens. *sing.6.in princ.* Mascard. *de prob.concl. 214.*
num.1. Hippol. Rimin. *ad §.1. ex num. 135. Instit. per*
quas person. Anton. Gabr. *commun.tit.de presumpt.con-*
clus.15. Perez *l.1.col.4.in princ.tit.4.lib.5. Ordin.pag.*
158. D. Barbos. *in l.qua dotis 34.n.34.ff.solut. matr.*
Menchaq. *controu.illustr.p.1.lib.2.cap.105.n.7.* Iacob.
de Paz *quæst.ciuili 8.n.28.* Aluar. Valasc. *consult.103.*
n.1. vbi *n.4.* id intelligit, si sumus in dubio, quia tunc 6
attento iure communi omnia acquisita ab vxo-
re præsumuntur de bonis mariti, nisi probet vxor
clarè à se esse quæsita, & sua esse, latissimè Menoch.
de præsumpt.lib.3.præsumpt.51.per tot. vbi *num.5.* ex-
tendit ad vxorem putatiuam, nam & quæsita ab hac 7
ipsa præsumuntur ex bonis mariti quæsita, & *n.14.*
extendit vt locum habeat etiã in vidua intra annũ 8
luctus, & *à num.27.cum seqq.* limitat multipliciter, & 9
præcipuè quando maritus cõfessus est pecuniam il-
lam fuisse ipsiusmet vxoris, vel quando mulier esset
industria vt verisimiliter ex suis negotiationibus
potuisset acquirere bona illa ex lucris à se factis, vel
quando appareret mulierem habuisse pecuniam à
consanguineo, vel ab amasio, seu turpi quæstu, vel
constaret fuisse diuitem, & viro pauperi nupsisse. Et
aduertit Perez *citato loco*, quòd in Regno Castellæ
omnia bona, quæ reperiuntur tempore mortis alte-
rius vtriusque coniugis, præsumuntur communia.
Cùm donatio, &c.] Notatur ad hoc quòd si dona- 10
tarius ante donantem moriatur, nulla est facta inter
coniuges viuos donatio, vt per *l.Hisp.4.tit.11.part.4.*
Rebell. *de oblig.iust.part.2.l.6.q.13.n.18.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio non tenet inter veros coniuges; inter putatiuos verò licèt teneat, non tamen in effectu. si vterque coniux inscius impedimenti putabat matrimonium valere, an donatio inter eos sit valida num. 2.*

L. Si ex voluntate. VII.

Idem A. Theodotæ.

DOnatio inter cõniuges veros non tenet, inter 1
putatiuos verò licèt teneat ipso iure, nõ tamẽ
in effectu, quia reuocari potest. Colligunt ex Ordin.
Doctores citati *ad l.1.n.2 suprà hoc tit.*
Quando vtérque coniux inscius impedimenti (in 2
quo euentu loqui hunc textum existimauit gloss. *ver-*
bo fisco, in l.cùm hic status, §.fin.ff.hoc tit.) putabat ma-
trimonium valere donationem inter eos esse validã,
sed tamen posse illam donantem reuocare, existima-
runt Angel. *in summ.verbo donatio 3.num.5.* Syluest.
eod.verb.2.quæst.1. Tabien. *eod.verb.3.quæst.3.num.4.*
in fine; sed dicendum est donationem nihil prorsus
valere, prout significat text. *in præsenti*, quasi dicat li-
cèt videatur valere in rigore iuris; at quia re vera
non erant coniuges, non valet, & potest donator re-
petere, Palat. *in repetit.rubr.de donat. inter virum &*
vxor.§.36.à pr.n. Couar. *de sponsal.part.2. cap.7. §.1.*
num.7. Anton. Gom. *l.52. Tauri, num.55.in fin. & n.77.*
Tiraquell. *de iure mariti gl.8.num.249.* Eman. Costa
in cap.si pater de testament.lib.6.part.1.verbo vxorem à
num.18. latè Sanchez *de matrim.lib.6.disp.2.per tot.*
& præcipuè n.9.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum donatio inter coniuges non valet; & eatenus reuocatur, quatenus recipiens sit locupletior. valet autem, si coniux coniugi donat fructus ex prædio percipiendo 1, n.2.*

L. Si fructus. VIII.

Idem A. Leoni.

1 FRuctuum donatio etiam non valet inter coniuges, & eatenus reuocatur, quatenus recipiens locupletior efficitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Nota quòd valet donatio si coniux coniugi donet fructus ex prædio percipiendos, quia donans non fit pauperior nam potius ex industria, quam ex re ipsa fructus illi perficiuntur, iuxta *l. fructus percipienda, ff. de vsur.* & not. per Pinel. *in l. 2. cap. 4. num. 3. C. de rescind. vendit.* Conan. *comment. lib. 8. cap. 11. num. 4.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 23. num. 21.* Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 4. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 Dominium rerum emptarum de pecunia viri, vxoris nomine, ad vxorem pertinet si ei sunt tradita; pecunia tamen tota repetitur si fecit vt gestor, & si vt donator, quatènus est locupletior, & num. 2. de rebus emptis pro marito & vxore, eorúmque hæredibus, quid, num. 3. si vxor præsente viro, & tacente, emerit de pecuniis sibi per virum donatis, quid, num. 4 si maritus emat nomine vxoris, & ei patiatur fieri traditionem, non videri pretium donatum, nisi sit paruæ quantitatis, n. 5. distingue vt num. 6. Maritus emens pro vxore, vel dans pecuniam vt ipsa emat, vel soluens venditori pro ea, an videatur velle donare vxori, distingue, vt n. 7.

L. Etsi de tua. IX.

Imp. GORDIANVS A. *Origeni.*

1 DOminium rerum emptarum de pecunia viri vxori nomine pertinet ad eam, si ei sunt traditæ; pecunia tamen repetitur si fecit vt gestor, & si vt donator, quatenus est locupletior. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1 sup. hoc tit.*

2 Vide Angul. *de melior. l. 3. gloss. 4. num. 58.* vbi ait in hoc text. maritum comparasse pro vxore mancipia, quæ ei tradita sunt, & textum dicere quòd vxori acquiruntur, ac maritum posse agere ad pretiũ, modò numerauerit gratia gerendi vxoris negotium, modò
3 gratia donandi. Tiraquel *de retractu lignag. § 1. gloss. 9. num. 64* Boër. *decis. 23. num. 3.* vbi per hunc textum tenet quòd si maritus emisset pro se & vxore, & eorum hæredibus, aliqua bona, & vxor velit succedere in medietate illarum sic per ipsum maritum emptorum, quòd conferre debet hæredibus mariti medietatem pretij, quia in dubio ex quo tunc pro se & vxore ac eorum hæredibus præsumitur de suis pecuniis propria emisse, & gessisse hoc negotium vxo-
4 ria, & hæredum, & *decis. 81. n. 5.* similiter resoluit per hunc text. quòd vbi vxor præsente viro, & tacente, emerit de pecuniis sibi per virum condonatis, tunc tacita ista confessio viro præiudicat.

5 In gloss. *Competenti*, *fin.* ibi, *sed quid si dubitetur*, &c. Tenet hæc gloss. quòd si maritus emat nomine vxoris, & patiatur fieri traditionem, nõ videtur pretium donatum nisi sit paruæ quantitatis, vt per Angul. *de meliorat. l. 3 gloss. 5. num. 77.* distinguit tamen D. Barbos. *in l. qua dote 34. num. 36. ff. solut. matrim.*
6 quòd si maritus emit nomine vxoris, & illi facta est traditio, præsumitur donasse pretium, quia in alio non potest consistere donatio, & ita procedit text. *in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi.* si verò mulier emit suo nomine, tunc si pretium maritus pro ea soluat non præsumetur donasse pretium nisi sit in parua quantitate, & respondet ad *l. vxori 32. § fin. ff. de legat. 3.*

In gloss. *In solidum.* Refert. Angul. *d. l. 3. gloss. 4. n.* 7
58. secundùm hanc gloss. distinguendos esse tres casus pro ea resoluenda quæstione, an maritus emens pro vxore, vel dans pecuniam vt ipsa emat, vel soluens venditori pro ea, videatur velle donare vxori. nam si maritus gessit vxoris negotium (quod in dubio præsumendum est) vxor tenebitur in solidum, vel saltem in quantum facere potest. *l. non tantùm, ff. de re iudic.* Si autem maritus fecit illi donationem, ministrando ei pecuniam, vt emeret, tenebitur in quantum effecta fuerit locupletior. *l. quod autem, § eleganter, ff. hoc tit.* Si autem cum ipsa emisset, & pretium deberet venditori, & maritus ei soluit animo donandi, tenebitur in solidum, cùm in totum sit effecta locupletior, ex quo maritus eam ære alieno liberauit, *d. l. quod autem, § si vxor.*

SVMMARIVM.

1 Spoliatus ante omnia restituendus est, & sub prætextu criminis non debet quis de facto inuadere alterius possessionem.

2 Spoliatus ante omnia restituendus, non admissa exceptione proprietatis, etiamsi offeratur probatio in promptu. intellige vt num. 3.

4 Mulier suspecta de adulterio, vel de morte viri sui, non potest ob id priuari dote de facto, nec per vim, sed requiritur causæ cognitio, & si spoliaretur, ante omnia restitui deberet.

5 Agens ad restitutionem possessionis violenter, vel clam occupatæ, non potest repelli per criminis exceptionem, per quam restitutio non impeditur, vel retardatur. siue obiciatur crimen via accusationis, siue acquisitionis, num. 6. siue loquamur de iure ciuili, siue de iure Canonico, num. 7. limita vt num. 8.

L. Si maritus. X.

Idem A. Valeriano.

SPoliatus ante omnia est restituendus, & sub præ- 1
textu criminis non debet quis inuadere possessionem alterius de facto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide Boër. *decis. 238. à n. 1.* vbi per hunc textum 2
tenet quòd spoliatus ante omnia venit restituendus, nõ admissa exceptione proprietatis, etiãsi offeratur
probatio in promptu, & *num. 5.* id verum dicit in in- 3
terdicto recuperandæ, cùm tunc regulariter contra agentem non possit opponi exceptio dominij, seu proprietatis, Viui. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 7. ad leg. Iul. de adulter. num. 2. in vers. fallit. quoque. pag. 468.*
vbi per hunc textum probare ait quòd vxor suspe- 4
cta ad adulterio, vel de morte viri sui, non potest ob id priuari dote de facto, nec per vim, sed requiritur causæ cognitio, & si spoliaretur, ante omnia restitui deberet.

Nec enim quasi maleficiis, &c.] Notatur ad hoc 5
quòd agẽs ad restitutionẽ possessionis violenter, vel clam occupatæ, non potest per exceptionẽ criminis repelli, per quã restitutio nec impeditur, nec retardatur.

datur, vt per Anton.Gabr.*commun.sub tit. de restitut. spoliat. concl.* 1. *num.* 37. Menoch. *remed.* 1. *recuper.*
6 *num.*324.*cum seqq.*vbi *num.* 325. extendit vt procedat siue obiiciatur crimen via accusationis, siue in-
7 quisitionis, & *n.* 327. procedere ait siue loquamur de iure Ciuili, siue de iure Canonico, & *à num.*330.
8 limita cùm crimen obiicitur quo quis ipso iure re, & possessione priuatur si aliqua extarent indicia, præscriptiones, vel probationes, quibus accusatoré culpa ac dolo carere appareat. Verùm vt certa ab incertis separemus, duo videntur in proposito distinguẽdi casus. Primus est. Vbi crimẽ reddit omnino inhabilem criminosũ ne agens in iudicio audiatur, exceptio eius criminis potest per reum spoliatorem opponi ad repellendum spoliatum, & restitutionem impediendam, ita gloss. *verbo audientia, in cap. in nomine* 23. *dist.* Menoch. *d. remed.*1.*num.*350. Anton. Gabr. *d.concl.*1.*num.*54. quam quidem inhabilitatem agendi intellige illam, quæ absolutè & in totũ reddit aliquem omnino inhabilem, ne agens in iudicio audiatur, prout contingit in excommunicato, & bãnito. Vbi verò aliquis in casu certo agere prohibetur, vel actione caret, prout constat *l. si quis maior, C. de transact.* cum similibus, sicut ad alios casus, & actiones exercendos inhabilis non est, ita nec exceptio huiusce inhabilitatis; quæ, propriùs loquendo, est actionis priuatio, non potest contra spoliatũ de spolio agentem opponi, nec eundem repelli; quicquid non aduertat Menoch. *d.remed.*1.*num.*351 cuius opinio posset procedere vbi spoliatus agit de spolio cõmisso in eadem re, super qua actionẽ exercere, & in iudicio audiri prohibetur, quo pacto desẽditur, & procedit sententia gloss. *d.verbo audientia.* Secundus casus. Exceptio criminis ipso iure priuantis aliquem dominio & possessione, quæ per crimen ipso iure tollitur, vel inficitur, potest opponi contra spoliatum, & restitutionem impedit, vt per Beroi. *num.*42. *in cap. item cùm quis, de restit. spol.* Rip. *in §. nihil.commune num.*92. Ratio est, quia cùm talis non possideat, deficit fundamentum spolij, & restitutionis quæ in vera possessione consistit, *c. consultationibus, in fin. de offic. deleg. l.* 1. *§. si quis, vers. interdictum, ff. de vi,* ac proinde exceptio concludens defectum possessionis opponitur, non verò crimen qua crimẽ est, sed quatenus defectum possessionis concludit, & sic non exceptio criminis, sed magis possessionis deficientis, quæ probatur ex eo deficere, quod tale crimen admissum est. Vnde cum hæreticus ante sententiam declaratoriã, & quousque bona per actualem executionem à fisco occupentur, habeat veram illorum possessionem, *cap. cùm secundum, in vers. confiscationis,* cum ibi notatis, *de hæret.* ideo quantumcunque iure ipso priuetur dominio bonorum, *d.c. cùm secundum, l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest.* nihilominus si ante prolatam in eo sententiam declaratoriam spolietur possessione, ipseque agat interdicto recuperãdæ, restituendus erit, nec per criminis exceptionẽ repelli potest, ita Simanch. *de Cathol. instit. cap.*9. *num.*175. Menoch. *d.remed.*1. *à num.*331. Et hinc succedit alia resolutio quòd exceptio criminis quod non ipso iure, sed per sententiam priuat delinquentem, non potest opponi spoliato, nec eius restitutionem impedit secundùm Menoch. *d. remed.*1.*n.*32. Anton.Gabr. *d.concl.*1.*n.*37. & in hoc euentu intelligitur text. in præsenti.

SVMMARIVM.

1 *non Agitur ex promissione alicuius annui, vel menstrui facta coniugi, licèt non detur repetitio soluti.*
2 *Vestes quotidianæ datæ per maritum vxori ad proprium vsum, præsumuntur donatæ.*
3 *Erogare, id est, distribuere per singulos menses.*
4 *Annuum quando datur vxori, non repetitur quòd consumptum est, repetitur autem si quid superest per maritum, & n.* 5.

L. Sicut cessat. XI.

Idem A. Maximo.

EX promissione alicuius annui, vel mẽstrui facta 1 coniugi non agitur, licèt soluti repetitio non detur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Erogatique non dari repetitionem, &c.] Notatur 2 ad hoc quòd vestes quotidianæ datæ per maritum vxori ad proprium vsum præsumuntur donatæ, & valet ea donatio etiã constante matrimonio, nec eo soluto per maritum repetuntur. vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 11. *num.* 4. Gregor. Lop. *l.*23. *verbo paños tit.* 11. *part.*4. Clar. §. *donatio quæst.* 10. *ad finem*, Matiens. *l.*4. *gloss.*5. *num.*1. *tit.*2. *lib.*5. *nouæ Recopilat.* Gam. *Lusit decis.*308. *alias* 309. *num.*13. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 28. *cap.* 10. *num.* 19. D Barbos. *in l. quæ dotis* 34. *num.*65. *ff. solut. matrim.*

In gloss. *Erogatique.* ibi, *id est, consumpti.* Verius ex- 3 ponẽdum, id est, distributi per singulos menses, asserit D.Barbos. *in l. quæ dotis num.* 68. *vers. secundo infertur*, id enim propriè significare verbum, *erogare*, colligitur ex *l. fin. ff. de petit. hæred.* & dicit Prat. *in suo lexic. iurid. verbo Erogationes.*

In gloss. *Non dari, sic* ibi, *nisi sit immodicum.* No- 4 tatur ad hoc quòd quando annuum datur vxori, id quod consumptum est, non repetitur, sed quid superest, repeti potest per maritum, vt per Palat. *in rep. rub. de donat. inter virum & vxor.* §. 11. *n.*4. *ad med.* Campeg. *de dote part.*2. *quæst.*55. *num.*3. Petr Gregor. *d. lib.*28. *cap.* 10. *num.* 10. contra quos tamen tenet D.Barbos. *in d. l. quæ dotis num.*68. *vers. ex hac secunda conclusione.*

Eleganter idem D.Barbos. *citato loco num.*66. *vers.* 5 *vnde ad veram,* agens de interpretatione *l. ex annuo* 16. *ff. hoc tit.* aduertit quòd dum text. ille dicit quòd quando id quod superest, est immodicum, reuocari potest per maritum, non debet intelligi de immodico respectu quantitatis, sed de immodico habita relatione ad vires dotis, vt Iureconsultus clare se explicat: debere igitur attendi subdit idem D. Barb. vt cùm annuum datum sit immodicum attenta quantitate dotis, & fructibus illius, & tũc quod superest indistinctè reuocari potest; aut non est immodicum attentis viribus, & fructibus dotis, & tunc id, quod superest, siue sit modicũ, siue non, indistinctè repeti non potest, vt clarè sentit *d. l. ex annuo*: & iuxta hanc distinctionem intelligendam esse hãc glos. tradit, & quod asserunt Tiraq. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.*123. *C. de reuocand. donat.* & Menoch. *de præsumpt. lib.*3. *præs.*9. *num.*15. *ad fin* dum colligunt ex *d. l. ex annuo*, quòd si id, quod excedit, sit modicum, repeti non potest, nam secundùm D. Barbos. eorum resolutio debet intelligi si id, quod excedit vires dotis, sit modicum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter coniuges reuocatur ob specialem hypothecam, & num. 2.*
3 *Donata vxori per maritum, ab eodem, non obstante tali donatione, quibuslibet obligari, vendi, vel aliàs alienari possunt.*
4 *Donationes inter coniuges reuocari per specialem de illis bonis factam dispositionem, intellige vt num. 5.*

L. Si maritus, ij. XII.

Idem A. Secundinæ.

1 PRopter specialem hypothecam reuocatur dona-
tio facta vxori, seu inter coniuges. Colligunt ex
Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*
Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Ti-
2 raquel. *in l. si vnquam, verbo libertis, n. 112. in fine,*
3 vbi quòd rem aliàs per maritum vxori donatam, po-
test maritus non obstante tali donatione quibuslibet
obligare, vendere, vel aliàs alienare. Palat. *in repet.
rub. de donat. inter virum & vxor. § 69. num. 3.* vbi te-
4 net donationes inter coniuges factas reuocari per
specialem de illis bonis factam dispositionem, &
num. 4. intelligit quando maritus specialiter pigno-
rasset, vel obligasset rem, quam vxori donauit, secùs
si maritus obligaret generaliter omnia bona sua;
nam tunc videtur reuocata donatio, quia generalis
obligatio non afficit ita rem sicut specialis, & § 77.
num. 1. vbi per hunc text. tenet expressè fieri reuo-
cationem donationis inter coniuges factæ, si rem
quam donauit pignori dederit, Fan. *de pignorib. part.
2. memb. 1. num. 4.* Couar. *in rub. de testament. part. 3.
num. 19. vers. quartò ex his*, Tiraquel. *in l. si vnquam,
verbis libertis num. 103. in fine, & n. 105. in princ. C.
de reuocand. donat.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.
conuent. tom. 2. lib. 21. tit. 10. num. 3.* vbi quòd donatio
inter virum & vxorem per specialem hypothecam
rei donatæ intelligitur reuocata, quia donatoris
morte non confirmatur, quasi fuerit recessum à
priori voluntate. Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 289. n.
12. in fine.*

L. Siquidem. XIII.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Rufinæ.*

DOnatio valida facta vxori non præiudicat cre-
ditori anteriori, sed sequenti. Colligunt ex Or-
din. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Donatione inter viuos per maritum vxori collata in eius testamento confirmata, non debetur res, & eius æstimatio, sed res tantùm ex donatione morte confirmata, de qua potest detrahi falcidia.*
2 *Falcidia ex donationibus inter virum & vxorem quando possit detrahi.*
3 *Actum nullum confirmans an & quando videatur de nouo facere.*

L. Ex verbis. XIV.

Iidem AA. Octauianæ:

DOnatione inter viuos per maritum vxori col- 1
lata in eius testamento confirmata, non debe-
tur res, & eius æstimatio, sed res tantùm ex dona-
tione morte confirmata, de qua potest detrahi fal-
cidia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1.
num. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1.
pag. 441.*
Notatur ad hoc quòd falcidia ex donationibus 2
inter virum & vxorem detrahitur vbi locum habere
potest, vt per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 21. tit. 7. num. 2.* Molin. *de Instit. tract. 2. disput.
289. num. 10.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter, § 69. n. 2.*
Molin. *de primog. lib. 1. cap. 12. num. 19.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 14. n. 4.*
Nota ex hoc text. secundùm eius medium sum- 3
marium, quòd licèt aliàs confirmans actum nullum
videatur de nouo facere, vel dare, ex Bart. commu-
niter recepto *in l. more maiorum, in princ. num. 5. ff. de
iurisd. omn. iudic.* nihilominus tamen intelligitur nisi
actus ille nullus haberet speciem subsistentiæ sine
aliqua noua confirmatione, tunc enim confirmans
non videtur de nouo facere, vel dare, & sic habet is
text. pro subtili consideratione Socini *in l. 1. § si vir
vxori n. 14. ff. de acquir. possess.*

SVMMARIVM.

1 *ex re Donata vxori per contractum venditionis simulata, satis fieri debet fisco creditori mariti ex officio primipili, residuo remanente vxori, nisi fuisset facta reuocatio.*
2 *Contractus emptionis & venditionis inter virum & vxorem validus.*
3 *Pecunia cum qua vxor rem viri emit constante matrimonio, an præsumatur ipsius vxoris, vel potiùs de bonis viri.*
4 *Actus in dubio nomine proprio gestus censetur, non alieno. Limita vt n. 5. & declara vt n. 6.*

L. Si non verum. XV.

Iidem AA. Iustinæ & aliis:

EX re donata vxori per contractum venditionis 1
simulatæ, satisfieri debet fisco creditori mariti ex
officio primipili, residuo remanente vxori, nisi fuis-
set reuocatio facta. Colligunt ex Ordin. Doctores ci-
tati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*
Notatur hic text. ad hoc quòd valet contractus 2
emptionis, & venditionis inter virum, & vxorem, vt
per Roder. Xuar. *tit. de las ganancias num. 26. pag. mi-
hi 236.* vbi etiam latè an pecunia cum qua vxor rem 3
viri constante matrimonio emit, præsumatur ipsius
vxoris, vel potiùs de bonis viri? Bellacomb. *commun.
opin. lib. 5. tit. 10. num. 1. vers. item & contractus emptio-
nis pag. 743.*
Notatur etiam ad hoc quòd actus in dubio no- 4
mine proprio, non alieno gestus censetur, vt per
Grat. *cons. 24. num. 3. & cons. 33. num. 50. vol. 1.* Cephal.
cons. 250. num. 45. vol. 2. Mascard. *de probat. concl. 38.
à princip.* vbi *a num. 2.* diuersimodè limitat, & præ-
cipuè vt non procedat quando quis facit id, quod 5
nomine alieno est obligatus ad agendum, vt in tu-
tore, & in procuratore, & *num. 6.* declarat quòd 6
quando

quando actus fuerit factus ab aliquo, sed non constat, cuius nomine id factum sit, quia præsumitur tunc factus nomine illius, qui obligatus erat ad ipsum agendum, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 46. num. 5.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 7. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *in Emptionis fundi instrumento si maritus, honoris gratiâ, nomen vxoris adscribi fecit, ipsum fundum vendicare potest; si donandi animo, solum pretium, quod soluit, repetet. si emat nomine vxoris, & ei patiatur fieri traditionem, præsumetur animus donandi pretium, num. 2.*

3 *si Emptio sit facta nomine alterius, & emens pretium soluerit, eique tradita sit possessio, dominium ei quæritur.*

4 *Empta nomine vxoris ex mariti pecunia ei minimè donatâ, acquiruntur marito.*

L. Si filij tui. XVI.

Iidem AA. *Theodoro.*

1 SI maritus honoris gratia nomen vxoris adscribi fecit in instrumento emptionis fundi, quod fecit, ipsum fundum potest vendicare, aliàs si donandi animo, solum pretium, quod soluit, potest repetere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd si maritus emat nomine vxoris, & ei patiatur fieri traditionem, præsumetur animus donandi pretium, vt per Angul. *l. 3. gloss. 4. num. 74. & seqq. in tract. de meliorat.* vbi *num. 76. & 77.* latè de intellectu huius text. D. Barbos. *in l. qua dotis 34. num. 35. in fine, ff. soluto matrimon.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 1. lib. 21. tit. 6. num. 1. & 8.*

3 Vnde si emptio sit facta nomine alterius, & emens pretium soluerit, & ei tradita sit possessio, dominium ei quæritur, quia nomen eius, pro quo fuit res empta, debet intelligi simulatè scriptum, Bald. & Salic. *in præsenti l.* Borei. *quæst. 46. num. 5.* Franc. Marc. *decis. 506. part. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 470. num. 19. & 20.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 207, num. 9.* Simulatio enim probatur à priori, quia emptor numerauit pretium, & à posteriori, nam ei fuit tradita possessio, maximè si emptor percepit fructus. Aliud verò esset si possessio ei, pro quo facta fuit emptio, tradita esset, Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 22. num. 22.* Stephan. Gratian. *d. cap. 207. num. 10. & 11.*

4 In gloss. *Si filij tui.* ibi, *non animo donandi*, &c. Notatur ad hoc quòd empta nomine vxoris ex pecunia mariti ei minimè donata, marito acquiruntur, de quo vide Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloss. 9. n. 65.*

SVMMARIVM.

1 *Paraphernalia si consumuntur à marito, vxore consentiente, præsumitur donatio, & repetit vxor quatenus maritus est locupletior; si vero ea inuita, totum repetitur, & num. 2. soluto matrimonio maritum non teneri reddere bona paraphernalia attrita, nisi qualia nunc sunt, num. 3. fructus vbi apparerent consumpti in proprios vsus mariti; vel contra voluntatem vxoris, proculdubio sunt per maritum, vel eius hæredem restituendi, num. 4. An autem in dubio censeantur percepti huiusmodi fructus bonorum paraphernalium de voluntate vxoris, vel non, remissiuè, n. 5.*

L. De iis. XVII.

Iidem AA. & CC. *Capitolinæ:*

SI maritus consummat paraphernalia vxoris, ea consentiente, præsumitur donatio, & repetit vxor quatenus maritus est locupletior; si verò ea inuita, totum repetitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Cremen. *sing. 141. incip. Si paraphernalia*, Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. n. 86.* vbi per hunc text. resoluit maritum non teneri soluto matrimonio reddere bona paraphernalia attrita, nisi qualia nunc sunt, Ant. Gom. *l. 50. Tauri n. 44. prope fin. vers. prima conclusio*, vbi hunc text. singularem in iure dicit ad hoc quòd si talia bona mobilia paraphernalia sunt consumpta, de voluntate expressa, vel tacita ipsius vxoris, quia ea vidente, tacente, & cõsentiente sunt cõsumpta, non tenetur maritus, vel hæres eius soluere valorem, & æstimationem eorum; & *in vers. secunda conclusio.* ait ex hoc etiam text. probari quòd si maritus ex vsu, & consumptione rerum paraphernalium sit factus locupletior, tenetur restituere eatenus, quatenus est factus locupletior; ex quo infert quòd si maritus egebat aliquibus rebus mobilibus pro vsu domus suæ, & familiæ, quas desinit emere, quia habuit & consumpsit prædictas res vxoris paraphernales, tenebitur valorem, & æstimationem earum restituere, quia est factus locupletior. Et *in vers. tertia conclusio, & hoc eodẽ text. in fine*, colligit quòd si ignorante vxore, & nõ consentiente tacitè, nec expressè maritus consumpsit in domo, & vsu eius, & familiæ, tales res mobiles paraphernales, tenetur soluere valorem, & æstimationem earum, quia nulla videtur facta donatio, Thesaur. *decis. 187. num. 1.* Cancer. *var. resolut. part. 1. cap. 9. n. 18.* vbi tenet quòd si fructus industriales bonorum paraphernalium voluntate mulieris sint per maritum percepti, expressa, vel tacita, & extent, sunt restituendi, secus si sint consumpti in communem vsum & familiæ vtrique seruienti. & *num. 20.* argum. huius text. tradit quòd præsumuntur in dubio consumpti in communem vsum, & *n. 21.* per hunc text. resoluit quòd vbi fructus apparerent consumpti in proprios vsus mariti, vel contra voluntatem vxoris, proculdubio sunt per maritum, seu eius hæredes restituendi. 2 3 4

Vtrùm autem in dubio censeantur percepti huiusmodi fructus bonorum paraphernaliũ de voluntate vxoris, an non, vide Thesaur. *d. decis. 187* Camil. Borrel. *cons. 56.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 9.* Honded. *cons. 91. n. 62. lib. 1.* 5

SVMMARIVM.

1 *Rei donatæ inter coniuges dominium non transfertur, nec donatio confirmatur, si sequatur diuortium, vel donatarius præmoriatur, vel sit expressè reuocata.*

2 *Donatio inter coniuges non confirmatur si inter eos fiat diuortium.*

3 *Donatio inter coniuges facta, intelligitur reuocata si propter adulterium fuerit facta separatio thori, etiamsi facta sit traditio.*

4. Donatio

4 *Donatio censetur reuocata, si diuortium sequatur inter coniuges, nisi ex mutuo consensu, & beneplacito factum esset diuortium, aut aliunde constaret donantem velle vt nihilominus perseueret donatio.*

5 *Donatio facta vxori à marito, vxorè præmoriente resoluitur. si ambo aliquo euentu è vita discedant, neque constet apertè quis prior efflauerit animam, tunc donatio confirmatur: si autem reciprocè tales coniuges sibi donassent, vtriusque donatio confirmata maneret, & valida. An idem sit dicendum si iuramentum interueniat, remissiuè, num.6.*

7 *Donatio inter coniuges non confirmatur morte donantis, si donans ipse tacitè, vel expressè donationem reuocet.*

L. A marito. XVIII.

Iidem AA. & CC. *Materna.*

1 REi donatæ inter coniuges dominium non transfertur, nec donatio confirmatur, si diuortium sequatur, vel donatarius præmoriatur, vel sit expressè reuocata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.*

2 *Si diuortium interceßerit.*] Notatur ad hoc quòd donatio inter coniuges non confirmatur si diuortiū inter eos fiat, vt per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor. §.78. num.1. vers. idem si diuortium*, vbi addit quòd si diuortium factum sit, & deinde restauretur, quia Ecclesia reperit se deceptam, secundùm *cap. fraternitatis, de frigid. & malef.* si donator decedat constante matrimonio, confirmata erit donatio. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.21. tit.7. num.29.* vbi rationem reddit, quia hoc est probabile argumentum contrariæ voluntatis, cùm huiusmodi separatio facta sit cum animi perturbatione, & offensione; subditque huiusmodi donationem conualescere si reconciliatio sit subsequuta, & *eod. lib.21.*

3 *tit.10. num.* 8. vbi per hunc text. tenet donationem inter coniuges factam intelligi reuocatam si propter adulterium fuerit facta separatio thori, etiamsi traditio facta sit. Molin. *de Iust. tract.2. disp.289. n.*

4 12. vbi tradit ex hoc text. donationem censeri reuocatam si diuortium inter coniuges sequatur, nisi ex mutuo consensu, & beneplacito factum esset diuortium, aut aliunde constaret donantem velle vt nihilominus perseueret donatio, per *l. cùm hic status, §. si diuortium, ff. hoc tit.*

5 *Vel prior persona, quæ liberalitatem accepit*, &c.] Notatur ad hoc quòd donatio facta à marito vxori, præmoriente ipsa vxore, resoluitur, vt per *l. Hisp.4. tit.11. part.4.* Menoch. *cons.84. n.15. & de præsumpt. lib.3. præs.37. num.44* Cardin. Mantic. *d. lib.21. tit.10. num.9.* vbi citato hoc text. tradit donationem inter coniuges factam non confirmari si is, qui donationē accepit, prior decesserit. Rebell. *de oblig. iustit. part.2. lib.6. quæst.13. n.* 18. Kirchou. *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.10. n. vlt. pag.* 737. Sanch. *de matrim. lib.6. disp.14. n.20. cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.3. tit. de donationib. resol.6. num.4. &* 6. Molin. *d. tract.2. disput.289. num.11.* vbi quòd donatio causa mortis inter coniuges, redditur nulla si donatarius ante donantem è vita decedat.

Quòd si ambo ex eodem naufragio, ruina, domus incendio, aut alio simili euentu è vita discedant, neque constet apertè, quis prior efflauerit animam, tunc donatio confirmatur, si autem reciprocè tales coniuges sibi donassent, vtriusque donatio maneret confirmata, & valida, vt per *l. cùm hic status, §. si ambo, ff. hoc tit. & l. cùm inter virum ff. de rebus dub.* resoluunt Anton. Gom. *d. l.50. Tauri num.55.* Emanu. Costa *in §. si quis in bello, verbo cum filio num.15 & verbo patrem priùs moriturum n.15.* Cou. *var. lib.2. cap.7. num.4.5. & 8. vers. hinc oritur*, Menoch *d. lib.3. præs.37. num.45.* Alexand. Trentacinq. *d. resol.6. n.4.* Molin *d. disput.289. n.11. vers. quod si ambo.* Cardin. Mantic. *d. lib.21. tit.9. num.2.* vbi *numeris seqq.* disputat an idem sit dicendum si iuramentum interueniat? 6

Vel ab eo, qui donauit fuerit reuocata, &c] Notatur 7 ad hoc quòd donatio inter coniuges morte donantis non confirmatur, si donans ipse tacitè, vel expressè donationem reuocet, vt per *d. l. Hisp.4. tit.11. part.4.* Ordin. Reg. Lusit. *lib.5. tit.66. in princ.* Anton. Gom. *l.50. Tauri n.65.* Cardin. Mantic. *d. lib.21. tit.7. num.44. & tit.10. num.1.* vbi quòd huiusmodi donationes ex sola pœnitentia reuocantur, itaut si ex aliquibus coniecturis concipi possit eum, qui donauit, à priori voluntate recessisse, donatio reuocata intelligitur, Molin. *d. disp.289. n.11. vers. secundum euentum*, vbi subdit quòd non est necesse vt traditionem, seu possessionem etiam reuocet, vt Bart. voluit, sed est, si de pœnitentia donantis constet, in qua vsque ad vitæ terminum perseuerauerint non confirmando de nouo donationem, vt satis patet.

SVMMARIVM.

1 *Mater donare potest filio communi, etiam constante matrimonio.*

2 *Intellectus huius leg. remissiuè.*

3 *Donatio à matre facta valida est, & irreuocabilis. An autem requiratur traditio, vt huiusmodi donatio fiat irreuocabilis, remissiuè, num.4.*

5 *Mater si donet filio marito viuente, illiúsque patre, & de licentia ipsius, an valeat huiusmodi donatio.*

L. Si constante. XIX.

Iidem AA. & CC. *Dionysiæ.*

MAter potest donare filio communi etiam constante matrimonio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.* 1

De intellectu huius l vide Zaz. *lib.2. singul. intellect. cap.9. num.1.* Sarmient *lib.5. select. ad l. Gallus, §. & quid si is num.12. ff. de liber. & posth.* vbi quòd in casu huius l. valet actus stante etiam parte, nec ei quæritur vsusfructus, Ioan. Garc. *de coniugali acquæstu, n.121.* vbi tradit fuisse hic factam donationem simpliciter, nihilque vetare vxorem à consanguineis viri accipere si ipsi simpliciter donent, sine viri, eiúsque consanguinei respectu, aut beneficio. 2

Probat hic text. donationem à matre factam va- 3 lere, & esse irreuocabilem, vt per Paris. *cons.69. num.126. lib.3.* Duen. *reg.123. limit.6.* Palat. *num.22.* Tell. *n.8. & 81.* & Anton. Gom. *num.5. in l.17. Tauri*, Angul. *l.1. tit.6. lib.5. Recop. glos.1. num.19.* Olan. *in reduct. antinom. verbo donatio num.59.* Mieres *de maioratu part.1. quæst.28. a num.38.* Anton. Fab. *coniect. lib.7. cap.12. coll.2. in princip.* Amatis *ad l. si emancipati num.241. cum seqq. C. de donat.* qui plura circa hanc l. scripserunt, & illius conclusionem firmat Vall. *commun. contra communes quæst.245. num.1. & 2.*

Vtrùm autem requiratur traditio in donatione 4 matris

matris vt irreuocabilis fiat? vide Mieres *d.quaest.28. à num.40.vsque ad num.62.* Azeued. *l.1.num.2.tit.6. lib.5.noua Recop.* & *ibi* Matiens.*glos.3.n.3.*

5 Sed si mater donet filio viuente marito, illiúsque patre, & de licentia ipsius, an huiusmodi donatio valeat? vide Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.13.tit.18.num.31.* vbi tradit huiusmodi donationem quoad proprietatem solùm valere, non verò quoad vsumfructum, qui patri acquiritur, nisi esset expressum in donatione, quòd vsusfructus patri non acquiratur, quia per filium patri acquiritur, & donatio inter virum & vxorem est prohibita, & quod vna via prohibetur alicui, non debet alia permitti.

SVMMARIVM.

1 *Creditor viri si rem sibi pignoratam vendat vxori, pignore iam liberato non valet venditio vt simulata, nec confirmatur donatio praemoriente donataria.*
2 *Donare qui nequit, nec donanti consentire valet.*
3 *Lex factum infectum facere potest.*

L. Creditor. XX.

Iidem AA. & CC. *Claudiae.*

1 SI creditor viri rem sibi pignoratam vendat vxori, pignore iam liberato non valet venditio vt simulata, nec confirmatur donatio praemoriente donataria. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1 sup. hoc tit.*

2 Vide Tiraq. *de iure mariti glos.5.num.143.* vbi per hunc text. tenet quòd nec qui donare non potest, donanti consentire valet: idem citato hoc text. tenet Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma Vicariatus num. 90. pag.32.*

3 *Pro infectis, &c.*] Ergo lex factum infectum facere potest, de quo vide Tiraq. *de constituto p.3. limit.7. à n.44.* Surd. *cons.93. num. 8.* & alios citatos per me *in tract. axiom. iuris vsufreq. axiom.93. n.34.*

L. Si propriis. XXI.

Iidem AA. & CC. *Maucaliae.*

MVlier quae mutuò accipiens pecuniam pro viro animo donandi soluit, eam repetere non potest, nisi ex illa factus fuerit vir locupletior, vel dignitas inde empta marito fuerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Donatarius non censetur locupletior ex iurepatronatus.*
2 *Donatio inter virum & vxorem causa manumissionis facta valet.*

L. Maritus. XXII.

Iidem AA. & CC. *Archinoae.*

1 EX iurepatronatus non censetur locupletior donatarius. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd donatio inter virum & vxorem causa manumissionis facta valet, vt per Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.2. lib.11. tit.4 n.24.* vbi multipliciter declarat, & *n.62. vers. secundo,* subdit rationem, quia licèt donans factus sit pauperior, tamen donatarius non intelligitur locupletior, quam rationem amplectitur Molin. *de Iustit. tract.2. disp.289. n.17. vers. quintus.*

L. Si te in vacuam. XXIII.

Iidem AA. & CC. *Caecilianae.*

DOnatio valet inter socrum, & nurum, nec reuocatur ex poenitentia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol.60. verso.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxor. §. 41. num.2. ad fin.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.2. lib.11. tit.3. num.21.* vbi per hunc text. tenet quòd nurus potest donare socrui. 2

SVMMARIVM.

1 *Donatio coniugalis confirmatur morte donantis naturali, vel ciuili, ex qua libertas perditur, non si perditur ciuitas tantùm, libertate manente, & num.2.5. confirmatur morte naturali etiam violenta per gladium, num.3. etiamsi donatio sit tacita, vel dubitetur, aut non appareat, vtrùm donator, vel donatarius prior decesserit, vel mors sit violenta, nisi donatarius mortis causam dederit, num. 4. confirmatur si quis deportatus, vel in metallum damnatus fuerit, num. 6. confirmatur morte ciuili, qua vir donans efficitur seruus poenae, non autem si seruus hominis, num. 7. per ingressum monastery, & professionem Religionis, num. 8. dummodo praecesserit in vita donantis traditio rei donatae, num.9. traditio ficta sufficit, num. 10. confirmatur si donans tradat donatario rei donatae instrumenta, per quae eam habuit, vel si vir rem sibi debitam faciat transferri per se, vel per alium in vxorem, & illi describi in libro rationum, vbi debita describuntur, num.11. traditio facta per retentionem vsusfructus sufficit, num. 12. sufficit si maritus patiatur ex causa donationis vxorem possidere rem, quam ei commodauerit, vel ex alia causa dederit, n.13. sufficit constituti, vel precarij clausula, num.14. intellige, vt n.15.*
16 *vtcunque Acquisita vxori, non auferri ab ea propter delictum mariti, & sic ipsum delinquendo non posse illa alienare, imo ipsius vxoris remanere. distingue, vt n.17.*
18 *Donatio quam maritus fecit vxori constante matrimonio, vel è contra, non potest reuocari per fiscum, licèt talis maritus sit condemnatus per delictum, & bona eius confiscata.*
19 *Arrhae dantur in praemium pudicitiae amissae, & detrimenti virginitatis. Dantur etiam in praemium nobilitatis sponsae, vel alterius causa, n.20. in recompensationem dotis, & honoris mulieris, num.21.*
22 *Donatio quam facit maritus vxori, fit in praemium pudicitiae, vel propter pudicitiam.*
23 *Finis ostendit cuiusmodi res censenda sit.*

L. Res

L. Res vxoris. XXIV.

Imp. CONSTANTIN. A. *Petronio Probino.*

1 DOnatio coniugalis confirmatur morte donantis naturali, vel ciuili, ex qua libertas perditur, non si perditur ciuitas tantùm, libertate manente, quia tunc mors naturalis expectatur, nisi priùs reuocetur. Colliguot ex Ordio. Doctores citati *in l.1.n.1. sup hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt, Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxor.* §.70. *num.* 1. vbi intelligit de morte naturali etiam vio-
3 lenta per gladium, & §.71 *num.*1. vbi quòd confirmatur etiam donatio inter coniuges morte ciuili ipsius donatoris, vnde si maritus, qui fecit donationem, fuit relegatus, ita quòd perdidit ciuitatem, statim confirmatur donatio: & hinc infert quòd si maritus donator ingrediatur Religionem approbatam, & ibi faciat professionem, statim confirmatur donatio, Tiraq *in l. si vnquam, verbo libertis n.*122. *C. de reuoc. donat. & in tract. de iure constituti part.*1. *n.*49. & 53. Cou *in rub. de testam. part.*3. *num.*3. Afflict. *decis.* 359 *num.*7. Clar. §. *donatio* 9. §. *scias autem*, Iacob. Thoming. *Lips. decis.*8. *num.*13. Surd. *decis.*166. *num.* 10. & *cons.*171. *à num.*16. Cæs. Barz. *Bonon. decis.*66. *num.*8. Ioan. Bapt. Costa *de retrotract. c.*8. *casu* 25. *num.*1. Hieron. Treutler. *disp. select. lib.* 2. *disp.*19. *thesi* 4. *in fine*, Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de donation. resol.*6. *num.*2. latè Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 21. *tit.* 7. *à princip.* vbi
4 ampliat etiamsi donatio sit tacita, vel dubitetur, aut non appareat, v.rùm donator, vel donatarius prior decesserit, vel mors sit violēta, nisi donatarius mortis causam dederit, Molin. *de Iustit. tract.*2. *disp.*289. *num.*4. & 5. Rebell. *de obligat. iust. part.*2. *lib.*6. *q.*13. *num.*15. Camill. Borrell. *in sum. decis. part.*3. *tit.*9. *n.* 56. Benedict Pinell. *select. iuris interpret. lib.*2. *cap.* 2. *num.*5. *cum seqq.* Rot. *decis.*342. *num.*1. *part.*1. *recentissim.*

5 Amplia per hunc text. quòd donatio non solùm morte donatoris naturali, vt suprà vidimus, sed etiā ciuili confirmatur, vt per Palat. *in d. rub.* §.71. *num.*1. Tiraq. *in d. l. si vnquam. verbo libertis num.* 105. *vers. octauo*, Greg. Lop. *l.*4. *verbo en su vida tit.*15. *part.*4. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.*1. *tit.*14. & *de tacitis & ambig. conuent. lib.*21. *tit.*7. *à num.*9. vbi *n.*10. subdit
6 quòd si quis deportatus, vel in metallum damnatus fuerit, donatio confirmatur, quia ciuiliter mortuus intelligitur, Roder. Xuar. *alleg.*20. *num.*16 *cum seqq.* Molin. *d. tract.*2. *disp.*188. *num.*18. vbi per hunc text. tradit quòd licèt donationes causa mortis aliis factæ deportatione, aut grauiori pœna donantis expirēt, in fauorem tamen vxoris constitutum est vt deportatione, aut grauiori pœna viri donatio inter viuos à viro facta vxori, si traditio præcesserit, neque donatio, aut traditio suspicione pœnæ facta fuit, sit valida, bonáque proinde eo pacto donata pertineāt ad vxorem, non ad fiscū, cum facultate tamen remanente in viro, vt interim dum naturaliter viuit, possit eam donationem reuocare, sicut poterat, si à pœna non fuisset damnatus. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.*1. *c.*17. *num.*16. Benedict. Pinel. *d. lib.*2. *cap.*2. *per tot.* latè Sanch. *de matrim lib.* 6. *disp.* 17. *à princip.*
7 vbi *num.*4. resoluit hanc donationem confirmari morte ciuili, qua vir donans efficitur seruus pœnæ, non autem si seruus hominis, quia tunc euanescit donatio, & *num.*5. intelligit confirmari ea morte ciuili respectu fisci, ne ea bona donata capiat bonis viri publicatis, non autem respectu viri donantis, potest enim ipse dum superstes est reuocare; quam si reuocauerit post bonorum publicationem res donatæ erunt suæ, & non fisci, eo quòd in publicatione bonorum inclusæ non fuerint.

Vnde per ingressum monasterij, & professionem 8
Religionis huiusmodi donationem confirmari tenent Cou. *in rub. de testam. part.*3. *num.* 4. Matiens. *l.*7. *gloss.*3. *num.*7. *tit.*10. *lib.*5. *noua Recop.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo hunc contractum, num.*35. Cardin. Mantic. *d. lib.*21. *tit.*7. *num.*13. vbi hoc sine dubio locum habere ait si quis Religionem ante copulam professus fuerit, quia tunc mátrimonium dissoluitur, *c. ex publico, de conuers. coniug.* sed & si quis post copulam ex communi consensu professus fuerit, donatio confirmatur, non ea quidem ratione quòd matrimonium fuerit solutum, sed quia ciuiliter mortuus intelligitur, latè Sanch. *d. lib.*6. *disp.*17. *à num.*7. vbi *num.*9. tradit, si Religio, in qua donans professus est, capax sit possidendi in communi bona, donationem minimè confirmari, sed expectandam esse naturalem donantis mortem, & vt prius moriatur, quàm donatarius; si autem Religio incapax fuerit sic possidendi, vt est Religio Minorum, confirmari donationem ea professione sicut confirmaretur morte naturali donantis, & *n.*11. tenet posse Monachum professum in Religione possidente in communi bona, dum vita fruitur, reuocare donationem hanc vxori factam.

Intellige dummodo præcesserit in vita donantis 9
traditio rei donatæ, vt per hunc text. tenent Tiraq. *in d. l. si vnquam, verbo libertis num.*122. Palat. *in d. rub.* § 76. *num.*1. Greg Lop. *d. l.*4. *verbo en su vida.* Anton. Gom. *l.*52. *Tauri num.*65. & *tom.* 2. *var. cap.* 4. *num.*23. *vers. adaerendum*, Cou. *in d. rub. de testam. part.*3. *num.*3. Clar. *in d* §. *donatio quæst.*9. *vers. scias autem*, Matiens. *l.*7. *gloss.*2. *num.*5. *tit.*10. *lib.*5. *noua Recop.* Angul. *de meliorat. l.*4. *gloss.*4. *num.*13 Molin. *de primog lib.*1. *cap.*12. *num.*12. *in fine*, Eman. Costa *in cap. si pater part.* 1. *verbo legauit num.* 1. *de testam. lib.*6. Gutier. *practic. lib.*2. *quæst.*12. *num.*520. Valasc. *consult.*5. *num.*16. Cardin. Mantic. *d. lib.*21. *tit.*7. *num.*32. hinc inferens quòd si maritus donauit vxori domum, vel res aliquas in domo existentes, eáque in domo habitet cum marito, donatio morte ipsius mariti non confirmetur, quia nulla intelligitur facta traditio, neque vxor domum, neque res in ea positas intelligitur possidere, nec detinere, sed iure familiaritatis possidere. Oduard. Caldeira *var. lect. lib* 4. *cap.*2. *num.*13. Molin. *d. tract.* 2. *disp.*280. *num.*4. Alexand. Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de donat. resol.*6. *num.* 4. *vers. hac conclusio*, Camill. Borrell. *d. part.* 3. *tit.* 9. *num.*58. D. Barbos. *in d. l. qua dote* 34. *num.*67 *ff. solut. matrim.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*1. *cap.* 172. *num.*10. *cum seqq.* Benedict. Pinell *d. cap.*2. *num.* 23. Sanch. *d. lib.*6. *disput.*14. *num.* 6. vbi *num.* 7. ait non desiderari traditionem fieri donationis tempore, sed satis esse quocunque tempore vitæ donantis, & *n.*11. limitat si reciproca donatio inter coniuges fuerit, quia tunc non requiritur traditio.

Sed aduertendum est quòd sufficit facta traditio, 10
veluti si aliquid loco traditionis interueniat, secundùm Palat. *in d. rubr.* §.76. *num.*2. & 7. Gregor. Lop. *d. l.*4. *verbo en su vida.* Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. num.*48. Eman. Costa *in d. verbo legauit num.* 1. Anton. Gom. *l.* 52. *Tauri num.* 65. Surd. *cons.* 171. *num.*6. 18. & 19. Alexand. Trentacinq. *vbi proximè*, Molin. *d. disput.*189. *num.*5. vbi ex aliis affirmat perspicuè colligi traditionem fictam, seu virtualem censeri si maritus animo donandi incrementum (quod

in dubio præsumitur) confessus est, se maiorem do-
tem recepisse , quam re vera receperit , Camil. Borel.
dict. part. 3. tit. 9. num. 58. latè Sanchez *dict. lib. 6. disput.*
14. *num.* 10. *cum seqq.* vbi *num.* 15. hinc infert ta-
lem donationem confirmari , si donans retineat
vsumfructum , cùm talis reseruatio habeat vim tra-
ditionis , & *num.* 6. idem tenet si vxor erat debitrix
mariti , & hic animo donandi remittat , & *num.* 17.
11 *cum seqq.* similiter confirmari ait si donans tradat do-
natario rei donatæ instrumenta , per quæ eam habuit,
vel si vir rem sibi debitam faciat transferri per se , vel
per alium in vxorem , & illi describi in libro ratio-
num , vbi debita describuntur , Cardin. Mantic, *dict.*
12 *lib.* 21. *tit.* 7. *num.* 33. vbi *num.* 35. hinc refert quòd
sufficit traditio facta per retentionem vsusfructus , &
13 *num.* 36. tradit sufficere quòd si maritus patiatur ex
causa donationis vxorem possidere rem, quam ei com-
modauerit , vel ex alia causa dederit , cùm hæc patien-
tia habeatur loco traditionis.

14 Vnde sufficere constituti , vel precarij claosulam,
quia his traditio operatur , tenent Corras. *miscel. lib.* 5.
cap. 1. Tiraquel. *de iure constituti part.* 1. *num.* 53. Car-
din. Mantic. *dict. lib.* 21 *tit.* 7 *num.* 34. Molin. *d. tr. di-*
sput. 289. *num.* 5. Palat. *in repetit. d. rubr.* §. 76. *num.* 2.
15 vbi intelligit quando constituens tempore illius clau-
sulæ constituti possidebat , Sanchez *d. lib. 6. disput.* 14.
num. 24. Camil. Borrel. *d. part.* 3. *tit.* 9. *num.* 58. Alex.
Trentacinq. *d. resolut.* 6 *num.* 4. *versic. hinc est quòd si in*
donatione interuenit constitutum. Rot. *d. decis.* 342. *p.* 1.
recentissim.

16 *Damnato ac mortuo ex pœna marito* , &c.] Plura
circa hæc verba & illorum materiam tradunt Do-
ctores , inter quos videndus Palat. *in repetit. d. rubr.*
§. 66. *num.* 24. *versic. quamuis*, vbi ait bona quouis
modo acquisita vxori non auferri ab ea propter de-
lictum mariti , & sic ipsum delinquendo non posse
illa alienare , immo ipsius vxoris remanere. Pere-
17 grin. *de iure fisci lib.* 5 *tit.* 1. *num.* 148. vbi distinguit,
quòd aut donator tale commisit crimen , pro quo
post eius mortem quæri potest , & bona publicari,
& eo casu donatio infirmatur ad fisci commodum,
& hic est casus *l. cùm status* , §. *si maritus vxori* . *ff.*
hoc tit. dummodo non metu futuri criminis dona-
uerit , in quibus terminis loquitur text. ille : aut ve-
rò commisit tale crimen , pro quo viuens damnatus
fuit , siquidem capitaliter , confirmatur donatio ; si
verò deportatus fuit , in pendenti est ; nam si mari-
tus non reuocauerit , habet vxor ; si verò viuens reuo-
cauerit , capit fiscus post illius mortem , & hunc esse
casum nostri text. asserit Surd. *decis.* 116. *à num.* 4.
Tiber. Decian. *resp.* 94. *num.* 11. *vol.* 3. vbi ad hunc
textum quatenus probare videtur quòd donatio fa-
cta à marito vxori ante reatum valet , respondet
quod procedit quando non constaret quòd tempo-
re donationis concepisset maritus crimen committe-
re , & parum pòst commisisset , nam isto casu præsu-
mitur vxor conscia delicti , & ideo non tenet. Anton.
Gom. *variarum tom.* 3. *cap.* 14. *num.* 4. *col.* 3. *versic. &*
adde quòd semper , vbi per hunc textum tradit quòd
pro delicto , & eius pœna non sunt bona delinquen-
tis tacite obligata fisco , vel ei , cui debent applicari, &
l. 40. *Tauri num.* 91. *col.* 3. *versic. sed his non obstantibus*,
18 vbi tradit hic haberi quòd donatio quam maritus
fecit vxori constante matrimonio , vel è contra , non
potest reuocari per fiscum , licèt talis maritus sit con-
demnatus per delictum , & bona eius confiscata. Mo-
lin. *dict. tractat.* 2. *disput.* 288. *num.* 18. vbi in hoc text.
constitutum esse asserit , vt deportatione, aut grauiori
pœna , viri donatio inter viuos à viro facta vxori , si
traditio præcesserit , neque donatio , aut traditio suspi-
cione pœnæ facta fuit , si valida , bonaque proinde
eo pacto donata pertineant ad vxorem , & non ad fi-
scum , cum facultate tamen remanente in viro , vt in-
terim dum naturaliter viuit , possit eam donationem
reuocare , sicut poterat si ea pœna fuisset damnatus;
subditque constitutum deinde esse vt donatio causa
mortis similiter eidem vxori sine pœnæ suspicione fa-
cta valida sit , neque deportatione , aut grauiori pœna
reuocetur , integrum manente viro , interim dum na-
turaliter viuit , eam reuocare , vt de donatione inter
viuos dictum est. Idem Molin. *eod. tract.* 2. *disp.* 289.
num. 6. vbi post Gregor. Lopez *d. l. 4. verbo en su vida*,
subdit si post confiscationem bonorum viri , adiudica-
tamque rem donatam vxori maritus donationem re-
uocet , rem illam non pertinere ad fiscum , eo quòd
tempore confiscationis ad illam non habuerit fiscus.

Pudicitiæ præmio, &c.] Notatur ad hoc quòd arrhæ 19
dantur in præmium pudicitiæ amissæ , & detrimenti
virginitatis, vt per Palat. *in repet. d. rubr.* §. 12. *num.* 1.
Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 12. D. Barbos. *in l. 2. in*
princ. part. 1. *n.* 158. *in princ. ff. solut. matrim.* vbi hinc
infert debitas esse vxori paratæ , & apud illam re-
manere debere , Roder. Xuar. *tit. de los arrhas, num.* 1.
Couarr. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 3. §. 7 *num.* 12. Padil. *in auth.*
res quæ , *num.* 31. *C. commun. de leg.* idem D. Barbos. *in*
l. si cùm dotem 23. §. *fin. num.* 15. *in fin. e. ff. solut. matrim.*
Sed melius est dicere arrhas non tantum dari in præ- 20
mium detrimenti virginitatis , & pudicitiæ amissæ,
sed etiam in præmium nobilitatis sponsæ , vel alterius
causæ , vt tradunt Anton. Gom. *l.* 52. *Tauri n.* 12. Aze-
ued. *l.* 1. *n.* 26. *& l. 2. num.* 2 *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ Recop.*
Matiens. *ad rub. d. tit.* 2. *glos.* 2. *num.* 6. Gasp. Bacc. *de*
non meliorand. filiab. cap. 5 *num.* 19. vbi ait dari in præ-
mium pudicitiæ , quam viro prostituit vxor, & in præ-
mium dotis , & vt aliquid accipiat ipsa à viro, Gutier.
practic. lib. 2. *quæst.* 18. *num.* 4. Valasc. *consult.* 2. *num.* 4.
vbi refert esse imperitiam Notariorum apponere ob
virginitatis honorem, *& cons.* 16. *n.* 6. ait censetur datas 21
arrhas in recompensationem dotis , & honoris mulie-
ris, Sanchez *d. lib. 6. disp.* 27. *n.* 3. vbi *n.* 6. tradit hanc l.
& Doctores asserentes arrhas , & cætera vxori donata
censeri in præmium pudicitiæ donari , non intelligi eo
quòd illa virgo , seu pudica esset , sed quia pudicitiam
suam viro prostituit, pudorémque patitur, tradens cor-
pus viro.

Ex his verbis colligit etiam Palat. *in repet. d. rubr.* 22
§. 78. *num.* 2. quòd donatio quam facit maritus vxori,
fit in præmium pudicitiæ , vel propter pudicitiam , ita
vt si illa impudice viuat , cesset prædicta ratio, & præ-
sumatur reuocatio.

Adhuc in pendenti maneat, &c.] Notatur ad hoc 23
quòd finis ostendit cuiusmodi res censenda sit , vt per
Tiraq. *de retractu conuent. ad finem num.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Seruus nouo iure nemo fit ex supplicio , bene natus,*
à principio, & ideo matrimonium non dissoluitur; &
num. 2. intellige vt num. 3. & 4.

AVTH. Sed hodie.

NOuo iure nemo bene natus à principio ex suppli- 1
cio fit seruus, & ideo matrimonium non dissolui-
tur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num.* 1.
suprà hoc tit.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Anton. Gom. *l.* 4. *Tauri num.* 2. vbi hanc au-
thenticam intelligit quando quis est condemnatus 3

ad mortem ciuilem, puta deportationis, damnationis in metallum, vel similis pœnæ, & debet remanere viuus, quia de iure communi antiquo etiam efficiebatur seruus pœnæ, sicut antea; sed de hoc iure Authenticorum non efficitur seruus pœnæ, sed remanet sibi integer status quoad omnia, tamen condemnatus ad mortem naturalem etiam de iure Authenticorum efficitur seruus pœnæ, sicut antea, & *n.* 3. subdit hodie per illam l. Tauri indistinctè condemnatum ad mortem ciuilem, vel naturalem non effici seruum pœnæ, sed remanere liberum, habilem, & per consequens testabilem, ac si nunquam esset condemnatus. Eman. Costa *in cap. si pater, part.* 1. *verbo si absque liberis, num.* 45. *de testament. lib.* 6. Marant. *in l. is potest, num.* 113. *ff. de acquirend. hered.* vbi dicit hanc authent. loqui de damnatis, qui non moriuntur naturaliter, & iura loquentia de damnatis ad mortem, remanere incorrecta, Mench. *de success. resolut. lib.* 1. §. 3. *num.* 23. Tiraquel. *de priuileg. pia causa priuil.* 79. Gilchen *ad l.* 2. *C. qui testament. facere poss. num.* 7. Gam. *Lusitan. decis.* 362. alias 364. *num.* 2. vbi tradit quòd licet de iure antiquo condemnatus fieret seruus pœnæ, quæ adimebat libertatem, veluti quando in metallum, vel opus metalli aliquis damnatur, *l. aut damnum.* §. 1. *versic. est pœna, & l. quidam sunt, ff. de pœnis,* item qui condemnatur ad perpetuum carcerem, vel perpetuò ad opus publicum, vt puta si quis condemnetur vt carnifex fit, seu tortor, æquiparantur enim damnatis in metallum, & serui pœnæ efficiuntur, nihilominus tamen hodie nemo bene natus ex condemnatione seruus pœnæ efficitur, si modò ille superuiuat, vt sunt prædicti in opus publicum damnati: idem Gam. *in tract. de Sacrament. præstandis vltimo supplicio damnatis quæst.* 5. *num.* 10. vbi tradit dispositionem huius authent. non habere locum in his, qui ad vltimum supplicium condemnantur, & mori debent per sententiam, & *quæst.* 6. *num.* 10. vbi ait ex communi omnium resolutione textum in præsenti non habere locum nisi in his, qui post condemnationem viuere debent, vt sunt deportati, & similes, non verò in his, qui mori debent, hi enim statim lata sententia serui pœnæ efficiuntur, Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 5. *num.* 27. vbi postquam tenuit condemnatum huiusmodi, si in carcere decedat infra decem dies, quos habet ad appellandum minimè euitare hanc seruitutem; posse tamen cautum hæredem antequam hi decem labantur dies, appellare, & appellationem coram superiore prosequi, & Rei innocentiam tractare, si cupit hanc seruitutis pœnam, & capitis diminutionem vitare, deinde *n.* 30. tenet secundùm dispositionem huius text. hanc seruitutis pœnam cessare in homine liberæ conditionis, quos seruos pœnæ fieri incongruum Imperatori visum est, subditque hanc authent. solùm loqui, & procedere in damnatis in metallum, opúsque publicum, ad triremes, aut carcerem perpetuum, seu quamuis aliam similem pœnam, per quam condemnatus vita non priuatur, quo tamen casu Iustinianus à Iurisconsultorum rigore recessit, inferens proinde inter hos minimè dissolui matrimonium ante celebratum, quocirca extendi eam Iustiniani decisionem ad condemnatum capitali, & acerba sanguinis pœna non posse concludit. Benedict. Pinell. *selectar. lib.* 2. *cap.* 7. *numero* 7. & 8. Et ideo lege Regia Lusit. *lib.* 4. *tit.* 1. §. *fin.* cautum est damnatum morte naturali effici seruum pœnæ.

4 Verùm vnus Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 9. *numero* 5. *versic. crediderim*, ab omnium supradictorum sententia recessit, aitque se non dubitare in hac authent. & in corpore vnde sumitur, falsum esse dicere fuisse exceptum damnatum ad mortem naturalem, quasi post illa iura maneat seruus pœnæ; nam hic text. vniuersum loquitur, statuitque nullum ab initio bene natum esse deinceps ex supplicio seruum; quare nullum omnino esse excipiendum concludit, etiam illum, qui ad mortem naturalem sit condemnatus, cùm in hoc text. nullus excipiatur, neque oportebat fieri de illo specialem mentionem vt comprehenderetur, cùm cæteri nati ingenui, qui ante illa iura ex supplicio serui erant pœnæ, nulla facta de eis peculiari mentione, in illis iuribus censeantur comprehensi. Fateor quidem hæc omnia iuris fundamentum pro se habere, sed a communi sententia ausus non sum recedere.

SVMMARIVM.

1 *Donationes si sunt inualidæ ratione potestatis, vel matrimonij, confirmantur morte, & confirmatio trahitur retro: si autem sunt inualidæ, quia summam excedunt legitimam, expressa confirmatio in morte requiritur nec retrotrahitur.*

2 *Donatio à patre filio in potestate constituto facta non valet. Limita.*

I. quoad donationem naturalem, quæ ex donatione filio in potestate à patre facta oritur, etsi ciuilis non nascatur, n. 3.

II. Quando pater donans esset Princeps, n. 4.

III. Quando pater perseuerauerit in eadem voluntate vsque ad mortem, n. 5.

6 *Donatio facta filio non confirmatur morte, nisi præcesserit traditio.*

IV. Quando pater donat filio in potestate propter eius benemerita, n. 7.

V. Quando pater patitur filium ipsum habere vsumfructum bonorum aduentitiorum, n. 8.

VI. Quando donat pro eius legitima, n. 9.

VII. Si pater donationem iuramento confirmauit, num. 10.

VIII. Fauore matrimonij, quod de proximo est contrahendum, n. 11.

IV. Si donaret filio in potestate causa studiorum, vel Doctori, n. 12.

X. In donatione facta à patre filio famil. ex causa castrensis, vel quasi castrensis peculij, n. 13.

XI. In donatione facta à matre, quæ valet, & est irreuocabilis, n. 14.

XII. In donatione bonorum mobilium facta filio proficiscenti ad bellum, aut in aulam Regis, num. 15.

XIII. In donatione remuneratoria pro obsequiis à filio patri præstitis, num. 16.

XIV. In donatione à parente facta filio emancipato, quæ de iure tenet, n. 17.

XV. In donatione facta filio naturali, n. 18.

19 *Vt Donatio inter coniuges morte confirmetur, necesse vt non excedat quingentos aureos absque insinuatione.*

20 *Donatio inter coniuges excedens summam quingentorum aureorum, non euanescit penitus, sed solum quoad excessum annullatur, reliqua summa per mortem confirmata remanente.*

21 *Insinuatione in actis redigenda est.*

22 *Donatio inter coniuges firmatur morte donatoris, & retrotrahitur quoad fructus perceptos.*

23 *Donatio inter virum & vxorem confirmatur morte donatoris, & retrotrahitur ad tempus factæ donationis quoad fructus, & partes medij temporis, non quoad dominium.*

L. Dona

L. Donationes, quas parentes. XXV.

Imp. IVSTIN. A. *Menna P. P.*

1 SI donationes sint inualidæ ratione potestatis, vel matrimonij, confirmantur morte, & confirmatio trahitur retro. Si autem sunt inualidæ, quia summam excedunt legitimam, expressa confirmatio in morte requiritur, nec retrotrahitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol. 61.* Giphan. *tom. 1. pag. 441. & tom. 7. repet. iuris ciuilis*, Petrus de Ballapertica, & Ioannes Igneus.

2 Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd donatio à patre filio in potestate constituto, facta non valet, cui similis text. *in l. Pomponius, §. Philadelphus, ff. famil. hercisc. l. si donatione, C. de collat. l. cùm de bonis, C. de donat. l. cùm oportet, §. sin autem res, C. de bonis quæ liber. l. Hispan. 3. tit. 4. part. 5.* Bernard. *regul. 214.* Socin. *regul. 103.* Duen. *regul. 223.* Clar. *§. donatio, quæst. 8.* Roderic. Xuar. *in repetit. l. quoniam in prioribus, in princip. num. 4. & ibi* Valdes. *lit. F. & in repetit. l. 9. tit. 11. lib. 3. fori num. 31.* Palat. *in l. 17. Tauri n. 10. & ibi.* Didac. de Castill. *in gloss. 1.* Anton. Gom. *num. 4.* & Tell. *num. 1.* idem Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap. 4. num. 25. vers. item etiam prohibetur*, Donat. à Fina *tom. 2. commun. op. in. lib. 8. tit. 32. num. 91. pag. 414.* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. tit. de donat. concl. 4. & 6.* Menoch. *de arbitr. casu 132. num. 1. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num. 1.* Pinel. *in l. 1. part. 4. num. 62. C. de bonis matern.* Decian. *resp. 74. num. 1. vol. 1.* Brunor à Sole *in locis communib. verbo donatio inter patrem & filium.* Petr. Gregor. *syntag. iuris, lib. 28. cap. 9. num. 8. & 9.* Gutier. *de iurament. confirm. part. 1. cap. 4. à num. 1.* Angul. *l. 1. gloss. 1. num. 2. tit. 6. lib. 5. noua Recopil.* Matiens. *eod. l. 1. gloss. 3. num. 1.* Anton. Fab. *coniect. lib. 7. cap. 11. col. 3. vers. neque, & cap. 12. & de errorib. decad. 41. err. 6. à num. 2. & decad. 42. err. 2. per tot. p. 2. & decad. 13. errore 5. num. 8. & err. 8. num. 8. p. 1.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo donatio, num. 86. & verbo pater, num. 36.* Anton. de Amatis *decis. 147. num. 11. cum seqq. & in repet. l. si emancipati, C. de collationib. num. 238. & 241.* vbi limitat, Ceuall. *communi. contra communes quæst. 245. num. 8.* Franc. Leo. *Valent. decis. 12. num. 7. lib. 1.* Cancer. *variar. resolut. part. 1. cap. 8. de donat. nu. 51.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4. in princ. num. 2.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 2. resol. 46. n. 3.* Alexand. Trentacinq. etiam *var. resolut. lib. 3. tit. de donat. resolut. 9. num. 2.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 243. & disp. 291. à princip.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons. 28. num. 26.* Azor. *institutionum moral. part. 3. lib. 11. cap. 9.* Narbona *l. 35. gloss. 1. num. 9. tit. 3. lib. 4. noua Recopil.* Ioan. Anton. Mangil. *in tractat. de imput. & detract. in legit. quæst. 28. num. 19.* Marta *de success. legali tom. 1. part. 1. quæst. 25. art. 9. num. 12. versic. declaratur, & part. 3. quæst. 12. art. 4. num. 8.* Rot. *decis. 527. num. 1. in fine, part. 1. recentior.* Robles *de repræsentat. lib. 2. cap. 23. num. 38.* Camill. Borrell. *in summ. decis. part. 3. tit. 9. num. 149.* Rebel. *de oblig. instit. p. 2. lib. 6. q. 13. n. 22. & seq.*

3 Primò limita quoad obligationem naturalem, quæ ex donatione filio in potestate à patre facta oritur, etsi ciuilis non nascatur, vt per Bart. *in l. frater à fratre, num. 57. & ibi* Ias. *lect. 1. num. 44. ff. de condict. indeb.* Corras. *miscel. lib. 4. cap. 3. num. 5.* Gail. *lib. 2. obseru. 38. num. 8. & 9.* Roder. Xuar. *l. 9. tit. 9. de litib. lib. 3. fori num. 31. fol. 155.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. num. 3.* Gutier. *d. tract. de iuram. confirm. part. 1. cap. 41. num. 1.* Fontanel. *d. clausul. 4. in princip. num. 2.* Quamuis contrarium, immo ex tali donatione nec ciuilem, nec naturalem obligationem procedere, teneant Anton. Gom. *l. 17. Tauri num. 4.* Matiens. *d. l. 1. gloss. 3. num. 1.* Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad. 41. err. 6. num. 6.* & citati per Ceuall. *quæst. 245. num. 8.*

Secundò limita quando pater donans esset Prin- 4
ces, Duen. *d. regul. 223. limit. 1.* Tiraque. *de nobil. cap. 37. nu. 51.* Gail. *lib. 2. obseru. 38. num. 16.* Menoch. *d. lib. 3. præsump. 29. n. 97. cum seqq.* Mangill. *d. q. 45. num. 29. & 30.* Camill. Borrel. *d. p. 3. tit. 9. n. 178.*

Tertiò limita, quando pater perseuerauerit in ea- 5
dem voluntate vsque ad mortem, nam morte ipsius patris donantis confirmatur donatio, si res donata fuit tradita, *l. Hispan. 4. tit. 15. part. 6.* Anton. Gom. *l. 17. Tauri num. 3.* Angul. *de meliorat. l. 1. gloss. 1. num. 2. 3. &*
7. Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 2. num. 18.* vbi quòd do- 6
natio facta filio non confirmatur morte, nisi præcesserit traditio saltem ficta. Molin. *d. tractat. 2. disput. 243. num. 1.* Auendan. *l. 44. Tauri gloss. 9. à num. 1.* vbi quòd requiritur traditio vt confirmetur donatio inter patrem, & filium, Menoch. *d. præsumpt. 29. à n. 66.* Cancer. *variarum part. 1. cap. 8. num. 52. & 53.* vbi ad confirmationem huius donationis tria requiri tradit, scilicet traditionem rei donatæ, perseuerantiam patris vsque ad mortem, & quòd filius donatarius superuiuat patri donanti: quicquid teneat Anton. Fab. *de error. pragm. tom. 2. decad. 42. err. 2. num. 6.*

Quartò limita, quando pater donat filio in pote- 7
state propter eius benemerita, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 200.* Gail. *lib. 2. obseru. 38. num. 5.* Clar. *§. donatio, quæst. 8. à n. 2.* Anton. Gom. *l. 29. Tauri num. 23.* Menoch. *de arbitr. casu 132. num. 4.* vbi tradit qualia debent esse benemerita, vt donatio valeat, *& d. præsumpt. 29. à num. 3.* Menchaq. *controuers. vsufreq. lib. 3. cap. 47. num. 8.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 5. à num. 1.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 73. num. 1.* Mieres *de maioratu part. 1. quæst. 22. num. 166. cum seqq. in noua edit.* Fachin. *controuers. lib. 3. cap. 47.* Amatis *in d. l. si emancipati, n. 205. & à num. 414. vsque ad 430.* Marta *de successione legali tom. 1. part. 1. quæst. 25. art. 11. num. 13. & 14.* Bernard. Grauæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 40. consid. 1. num. 4.* Mangil. *d. tract. de imputat. q. 29. n. 14. & 40.* vbi tradit quòd benemerita sunt probanda, & *quæst. 45. num. 24.* Qualia autem debeant esse ista benemerita, & quomodo de eis sit necesse constare: vide Castill. *quotid. lib. 5. cap. 80. num. 37. vers. sed nec quartum, & num. 38. & 39.* Camill. Borrel. *d. p. 3. tit. 10. à num. 108. vsque ad 115. & tit. 9. à num. 165. vsque ad 175.* vbi plures refert Doctores hac de re plenissimè agentes.

Quintò limita, quando pater patitur filium ipsum 8
habere vsumfructum bonorum aduentitiorum, Tell. Fernandez *l. 17. Tauri à n. 57.* Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 29. num. 87. cum seqq. & cons. 282. n. 32.* Cardos. *d. verbo pater, num. 36. ad fin.* Surd. *de aliment. tit. 2. q. 1. n. 45.* Mangil. *in d. tract. de imputat. q. 45. n. 2. cum seqq.* Molin. *d. tract. 2. disp. 291. n. 2. versic. secundus.*

Sextò limita, quando donat pro eius legitima, quia 9
pater in legitimæ assignatione potest mortem suam præuenire, Duen. *reg. 223. limit. 5.* Anton. Gom. *l. 17. Tauri num. 5. vers. & donatio, vel assignatio legitimæ,* Menoch. *d. præsumpt. 29. num. 102.* Azeued. *l. 1. n. 12. tit. 6. lib. 5. nouæ Recop.* Morquech. *de diuis. bonor. lib. 3. cap. 3. num. 7. & 10.* Mangil. *d. q. 45. n. 25.*

Septimò limita, si pater donationem iuramento 10
confirmauit, vt per Gail. *d. obseru. 38. à num. 7.* Clar. *d. §. donatio, quæst. 8. in fine,* Gom. Arias *l. 17. Tauri*, quæ est in suo Codice *15. num. 40.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. cap. 4.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 1. num 20.*

Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil. 71. à num. 2. vbi refert rationes, in quibus ista sustinetur opinio, videlicet, quia iuramentum est de iure naturali, quod non curatur de patria potestate, quæ est de iure ciuili, & quia iuramentum est quoddam spirituale vinculum, & in spiritualibus patria potestas non attenditur, Ceuall. communium contra commun. quæst. 12. num. 6. Couarr. in cap. quamuis pactum, part. 3. §. 1. num. 5. Molin. d. tractat. 2. disp. 291. num. 2. in princ. vers. excipiuntur Aloys. Ricc. in collectan. decis. part. 1. collect. 196. Blas. Robles de Salzedo de represent. lib. 2. cap. 23. num. 41. & 42. vbi contrarium tenentes refert; sed hanc communem & receptam dicit Mangil. d. tract. de imputat. quæst. 29. num. 53. & quæst. 45. num. 28. Mieres de success. legali tom. 1. part. 1. quæst. 25. art. 11. num. 14. & 22. vers. sed donatio, & tom. 2. part. 4. quæst. 26. art. n. 410. late Camill. Borrel. d. part. 3. tit. 9. num. 158. & 162. vbi pro hac parte 36. Doctores refert, & in num. 163. alios contrarium tenentes, citat, & num. 164. hanc communiorem esse, & ab omnibus sequi dicit, & tit. 10. à n. 106. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 27. num. 33. cum seq. & cap. 82. num. 7. cum seqq. Quamuis contrarium defendant Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 47. num. 6. vbi pro se refert plures Doctores, Anton. Fab. de error. pragm. decad. 41. err. 4. & 5. & err. 6. num. 1.

11 Octauò limita fauore matrimonij, quod de proximo est contrahendum, nam hoc casu donatio a patre facta filio in potestate est valida, l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. herc. Tell. Fernan. in d. l. 27. Tauri num. 70. Auendan. l. 44. Tauri gloss. 16. num. 1. Boer. decis. 169. num. 10. Roland. cons. 44. num. 1. & cons. 70. num. 3. vol. 4. Menoch. cons. 92. num. 77. & cons. 271. à num. 1. Vincent. de Franchis decis. 205. & decis. 436. num. 5. Tiber. Decian. cons. 31. num. 69. & cons. 41. n. 22. vol. 1. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 24. de donat. definit. 1. Fachinæ. controuers. lib. 13. cap. 60. Matiens. l. 1. gloss. 8. num. 2. & 3. tit. 6. lib. 5. nouæ Recopil. Angul. l. 9. gloss. 3. à num. 13. tit. 6. eod. lib. 5. D. Barbos. in l. 1. ff. solut. matrim. p. 7. num. 30. vers. pro qua sententia, & n. 31. vers. pro concordia, vbi hanc sequitur quando donatio est respectu certi matrimonij, quod de proximo est contrahendum, Morquech. de diuis. bonor. lib. 3. cap. 6. num. 81. Fontanel. de pactis nupt. clausul. 4. in princip. num. 6. Mari. Muta decis. 15. num. 5. & 6. Camill. Borrel. d. part. 3. tit. 5. num. 216. & tit. 10. num. 107. Mangil. d. tract. de imputat. quæst. 15. num. 27. Thor. in compendio decis. Neapol. verbo donatio facta à patre filio, Hieron. Leo Valent. decis. 12. num. 8. & 10. vbi cum Thesaur. extendit etiam absque matrimonio si à patre detur pro dote, Rot. apud Cenci. post tract. de censib. decis. 16. n. 2. vbi extendit, quamuis ex causa matrimonij futuri. Et hoc casu quando donatio fuit facta ex causa onerosa, & tertio fuit ius quæsitum, vt putà si causa matrimonij, vel ingressus monasterij, vel pro suscipiendis ordinibus, tunc non poterit pater donationem reuocare. Ita Brèç. de non meliorandis filiabus cap. 1. num. 28. Angul. l. 1. gloss. 7. num. 1. & Matiens. etiam gloss. 7. tit. 6. lib. 5. nouæ Recopil. Auendan. resp. 17. in fin. Azeued. l. 10. tit. 6. eod. lib. 5. Morquech. d. lib. 3. cap. 66. num. 9. Gutier. practic. lib. 2. quæst. 65. num. 7. Fr. Eman. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 15. num. 8. Marc. tom. 3. decis. tit. de donat. cap. 130. & 132. Nicol. Garc. de benefic. part. 2. cap. 5. §. 1. num. 156. Narbona l. 15. num. 5. 24. & 25. tit. 3. lib. 1. nouæ Recopil. Contra Spin. in speculo testam. gloss. 18. princ. num. 75. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 159. num. 30. quorum opinio procedere poterit si antequam titulo meliorationis filius ad sacros Ordines fuerit promotus, reuocetur, quo casu cessat ratio contrariæ opinionis.

Et quòd hæ donationes, quæ filiis, vel extraneis fiunt, vt faciliùs contrahere matrimonium possint, quarum contemplatione matrimonium fuit contractum, non valeant reuocari etiam de consensu donatarij in præiudicium mulieris & filiorum, docent Tell. in d. l. 17. Tauri num. 73. Vincent. de Franchis d. decis. 205. Fontanel. de pactis nupt. clausul. 4. gloss. 1. n. 71. cum seqq. Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 8. de donat. num. 34. cum seqq. Thor. in compend. decis. Neapol. verb. donationes facta, pag. 167. Vnde si matrimonium non sequatur, donatio filio facta in causam matrimonij poterit reuocari, ex Tell. d. l. 17. Tauri num. 76. & 77. Matiens. d. l. 1. gloss. 8. num. 9. cum seqq. tit. 6. lib. 5. Morquech. d. lib. 3. cap. 6. num. 82. Fontanel. d. gloss. 1. n. 54. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. cap. 6. num. 61.

Nonò limita si donaret filio in potestate causa studiorum, vel Doctorat. Gom. Arias dict. l. 17. Tauri, sibi l. 15. num. 28. & 34. vbi valere irreuocabiliter defendit ob assimilationem causæ dotis, Rebuff. de priuileg. scholar. priui. eg. 60. Camill. Borrel. d. p. 3. tit. 9. à num. 175. vbi æquiparat causam studiorum causæ dotis. 12

Decimò limita in donatione facta à patre filio famil. ex causa castrensis, vel quasi castrensis peculij, Cal. Pereira in l. si curatorem, verbo læsis, num 103. versic. in his autem, D. Barbos. in l. 1. part. 7. num. 30. & 34. ff. soluto matrim. Cardol. in praxi iudicum, verbo donatio, num. 86. Ioan. Garc. de expens. cap. 4. num. 1. Pichard. post §. quadam actiones, in tract. de collation. art. 3. & 54. 13

Vndecimò limita in donatione facta à matre, quæ valet, & est irreuocabilis, vt per citatos in collect. ad l. si constante, supr. hoc cod. tit. 14

Duodecimò in donatione bonorum mobilium facta filio proficiscenti ad bellum, aut in aulam Regis, vt per Molin. d. tractat. 2. disput. 291. num. 2. versic. tertius. 15

Decimotertiò in donatione remuneratoria pro obsequiis a filio patri præstitis, vt per Molin. d. disput. 291. num. 2. versic. quartum; in liberos enim ex operibus máximè artificialibus parentibus præstitis cadunt benemerita: vnde si pater agricola, vel mercator sit, & filius industria & labore multo tempore administrauit rem, vltra legitimam pro huiusmodi laboribus fructus, salaria, & emolumenta consequi debet. Fulgos. in l. illud, num. 3. C. de collat. vbi Curt. num. 22. Anton. Gom. l. 29. Tauri n. 24. & ibi. Auendan. gloss. 4. num. 21. Baeç in tract. de decima tut. cap. 2. à num. 3. Philip. Pascal. de viribus patriæ potestatis, part. 1. cap. 8. num. 28. Azeued. l. 3. num. 24. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. Hurtada l. 3. verbo son suyos, num. 3. 7. & 8. tit. 20. p. 2. Perez l. 1. in versic. offert se nobis subtile dubium, tit. 2. lib. 1. Orden. Ayora de partit. bonorum part. 3. quæst. 3. Vincent. Caroc. de locato & conduct. sub tit. de bonis quæ liber. quæst. 1. num. 12. & 16. Aluar. de coniectur. mente testatoris lib. 2. cap. 2. num. 224. Porrò ab hac Fulgosij, & sequacium opinione plerique omnes dissentiunt, ea quidem ratione, quia filius non repetendi animo, sed magis pietatis ratione patris negotia gessisse videtur, ac deinde debiti obsequij, & honoris iure. Ita Paris. consil. 35. num. 1. vol. 1. Bertrand cons. 71. num. 6. & 7. vol. 1. Matth. Brun. cons. 151. num. 9. & seq. Aym. cons. 125. num. 10. in fine, & consil. 165. num. 6. lib. 1. Greg. Lopez l. 3. in gloss. verbo que son suios, tit. 20. part. 2. Castil. l. 27. Tauri num. 18. versic. numquid talis frater, Nauarr. in man. cap. 17. num. 144. & 148. Cornib. vir Lara in l. si quis à liberis, §. sed si filius num. vlt. ff. de liber. agnosc. Escobar de ratiocin. cap. 27. num. 58. Nicol. Euerard. cons. 92. num. 1. & 2. Vincent. de Franchis decis. 340. Ioan. de Montealegre 16

in

in praxi ciuili l.b.2. cap.1. §.12. num.1. & 4. cum seqq. Cauaican. *decis.11. num.14. & 15. part.2.* Parlador. *quotid.quæst. lib.1.cap.19.* Ceuall. *commun.contra communes quæst.152. num.10. & 13.* Morquech. *de diuis. bonorum lib.4.cap.13.num.18.* Morl. *in emporio iuris ciuilis part.1.tit.8. de rebus credit.quæst.12.* Valasc. *consult.32.& de partit.c.13.n.188.* Has contrarias opiniones concordare nituntur nonnulli; nam Ioan. Garc. *de donat.remuner.n.43. & de coniugali acquæstu n.72.* primam accipit quando constat de probata, vel saltem præsumpta filij voluntate, modò seruitij præstandi tempore de illa constiterit, putà ex protestatione, vel ex libro rationum, aut ex testium depositione: secundam verò quando sumus in dubio, quia tunc præsumendum est gratuitas patri exhibuisse operas. Alij primam intelligunt procedere in filio emancipato, qui secundùm eos operarum patri præstitarum mercedem consequi potest; secundam verò in filio in patria potestate constituto, nempe vt is ex officio operas artificiales patri præstare deb at, ex quorum numero videntur esse Gutier. *de iuram.confirm.part.1.cap.5.num.10.* & Flores de Mena *var.quæst. lib.1.quæst.8.§.2.n.24.& 29.* Et ideo filios naturales cùm non sint in parentum potestate constituti, à patre operarum mercedem consequi posse defendunt Gutier. *d.cap.5. n.11. & 12.* & Morquech. *d.cap.13. num.19.* & ex eadem ratione à matre etiam legitima eandem habere tenent Humad. *in l.3. gloss. verbo sin supos, num.3. & 4.tit.20.p.2.* Ceuall. *d.q.152. n.11. & 12.*

17 Decimoquartò limita in donatione à parente facta filio emancipato, quæ de iure tenet, quia cessat ratio prohibitionis, vt per hunc textum tenent Tiraquell. *de retract.tit.2.§.1 gloss.5.num.5.& 6.* Menoch. *de præsumpt.lib.3. præsumpt.30. à num.1.* Anton.Gom. *l.17. Tauri num.5.* Franc.Marc. *Delphin.decis.326.à num.1.* Socin. *reg.103.* Angul. *l.1.gloss.1.n.26.& 27.tit.6.de meliorat. lib.5. noua Recopilat.* Burg. de Paz *consil.14. num.14.* Franc. Milanens. *Sicil. decis.3. num.79.* Morquech. *de diuis.bonor lib.3. cap.3. à num.13.* Camill. Borrell. *d.p.3.tit.9.à num.154.& tit.10.n.105.* Anton. Fab. *de errorib.pragmat.decad.42.errore 2.num.2. p.2. & coniect. lib.7. cap.11. col.pen. versic.planè*, Mangil. *d.tract.de imput.quæst.29.num.33.* Cardos. *d.verb.donatio.num.26.* Franc.à Sousa *in repet.§.actionum,n.67. & 108.Instit.de act.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.243. num.4.*

18 Decimoquintò limita in donatione facta filio naturali, quia naturales liberi non sunt in potestate patris, & militat in eis eadem ratio, quæ in emancipatis, Duen. *regul.223.fallent.4.* Gutier. *d.tract.de iurament.confirmat.part.1.cap.5.n.11.* Anton.Fab. *coniect. lib.7.c.11.col.penul.versic.quin & filio,* Camill. Borrell. *d.tit.10.n.115.& seq* Benechend. *ad Seraph.priuileg.72. num.4.*

19 *Si vsque ad quantitatem legitimam*, &c.] Notatur ad hoc quòd necesse est vt donatio inter coniuges morte confirmetur, vt non excedat quingentos aureos absque insinuatione, vt per Anton.Gom. *variar.tom.2. cap.5.num.17.vers.quartò infero,* Angul. *de meliorat.l.1. gloss.1.num.13.* Sanchez *de matrimonio,lib.6.disput.14. num. 24.* Licèt non defuerint qui tenerent insinuationem non requiri in donatione facta à patre filio, ex quorum numero sunt Roder. Xuar. *in l.quoniam in prioribus, in princip.n.7.& 8.*& *ibi* Valdes. Azeued. *l.1. n.13.tit.6. lib.5. noua Recopil.* Fachin. *controuers.lib.3. cap.72.* Ceuall. *commun.contra commun.quæst.222.n.1.* Camill. Borrell. *in summ.decis.p.3. tit.11. de insinuand. donat.n.153.*

20 *Nam amplioris quantitatis donationem*, &c.] Notatur ad hoc quòd donatio inter coniuges excedens summam quingentorum aureorum non euanescit penitus, sed totum quoad excessum annullatur, reliqua summa per mortem confirmata remanente, vt per Palat. *in repet.rub de donat.inter vir.& vxor.§.82.num.2. in fine*, Anton. Gomez *d.tom.2. cap.4. num.17.versic. quartò infero,* Clar. *§.donatio, quæst.17. vers.sed hic incidenter,* Angul. *d.l.1. gloss.1. num.4.* Molin. *de Iustit. tract.2. disp.289. num.7.* vbi per hunc textum tenet quòd quando non præcessit insinuatio, donatio inter viuos ab vno coniuge alteri facta confirmatur morte donantis solùm quoad summam, quam sine insinuatione fas est donare, non verò quoad incrementum: si tamen in vltima voluntate, vt in testamento, aut codicillo à donante confirmata sit, tunc valet quidem quoad excessum, sed non in ratione donationis, sed legati, atque vltimæ voluntatis, quæ insinuatione non indiget, &c. Sanchez *de matrim. lib.6. disp.4.n.25.*

In actis insinuata sit, &c.] Ergo insinuatio in 21 actis redigenda est, vt per Viui. *tom.2. commun. opin. lib.8.tit.32.num.20.pag.411.* Camill.Borrell. *d.part.3. tit.11.n.16.*

Ad illud tempus referatur, &c.] Notatur ad hoc 22 quòd donatio inter coniuges firmatur morte donatoris, & retrotrahitur quoad fructus antea perceptos, vt per Palat. *in repet.rubr.de donat. inter virum, §72. in princip.* Anton.Gom. *variar. tom.2.c.11.n.30.col.3. versic.de primo,* Bellacomb. *tom.2. commun. opin. lib.7. tit.19.de confessis,num.280.pag.301.* Conarr. *in rubr.de testament.part.3.num.5.* Clar. *§.donatio,quæst.9.num.7.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.289.n.8.* Cardin.Mantic. *d.lib.21.tit.7.n.26.*

In gloss. *Referatur*, ibi, *non quantum ad dominium*, 23 &c. Notatur ad hoc quòd donatio inter virum & vxorem confirmatur morte donatoris, & retrotrahitur ad tempus factæ donationis quoad fructus, & partus medij temporis, non quoad dominium, vt per Palat. *in d.§.72.in princ.* Anton. Gom. *d.n.30.vers. de primo,* Molin. *d.disp.289.num. 3.* Cardin Mantic. *d.lib.2.tit.7.n.24.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter Imperatorem, & Augustam statim valida est, & num.2. idem in Regibus, Ducibus, Marchionibus, qui sunt sui iuris, & habent quæ spectant ad supremos Principes, n.3.*
4 *Princeps tenetur ad obseruantiam pactorum.*
5 *Donatio est contractus.*
6 *Donatio Principis legis vicem obtinet, & num. 7. intellige vt n.8.*
9 *Contractus Reipubl. vim legis habet.*
10 *Imperator, & Rex facile præsumuntur habuisse animum donandi.*

L. Donationes, quas diuus. XXVI.

Idem A. Monnæ P.P.

INter Imperatorem, & Augustam valet statim donatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n.1.suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Duen. *reg.221.vers.limita 9.& reg. 223.versic. sed vltrà,* Cott. *in memorab.verbo donatio el 1.* Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap. 1. num.1. & l.52. Tauri num.66.versic.octauus est*, Nauarr. *in manual. cap.17. num. 149.* Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. num.25.* Molin. *de Iustit.tractat.2.disp.289.num.17.in princ.* 2

Less. eodem tractat. tom. 1. lib. 2. cap. 8. dub. 12. num. 89. Cardos. in praxi iudicum, verbo donatio, num. 74. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 3. num. 1. Cardin. Mantic. de tacitis & ambiguis convent. tom. 2. lib. 1. tit. 3. n. 2. Rebell. de obligat. instit. part. 2. lib. 6. quaest. 13. sect. 1. num. 1. Mastril. de magistratib. lib. 1. cap. 4. num. 21. Camill. Borrel. in summ. decis. part. 3. tit. 9. num. 64. cum
3 seqq. vbi ampliat ibi dicendum in Regibus, necnon in Ducibus & Marchionibus, qui sunt sui iuris, & habent, quae spectant ad supremos Principes, vt sunt Duces Burgundiae, Mediolani, Sabaudiae, Mantuae, Vrbini, Rhegij, & Magni Duces Hetruriae, Marchionesque Montisferrati.

4 *Et plenissimam, habere firmitatem*, &c.] Ergo Princeps tenetur ad obseruantiam pactorum, vt per Morl. *in emporio iuris eiuslis p. 1. tit. 3. in praelud. n. 67. cum seqq.* & citatos *in collect. ad cap. 1. de probat. in Decretalib.*

5 *Vtpote Imperialibus contractibus*, &c.] Ergo donatio est contractus, de quo per Tiraq. *de iure mar. ti, glos. 5. n. 48. cum seq.* & citatos *in collect. ad auth. sacramenta puberum, sup. si aduers. vendit.*

6 *Legis vicem obtinentibus.*] Notatur ad hoc quòd donatio Principis legis vicem obtinet, quae mortuo etiam Principe locum habet, ita vt non possit ab eius successore reuocari, dummodo non multum laedat Imperij, seu Regni dignitatem, vt per Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib. 13. tit. 17. num. 16.*

7 Notatur etiam ad hoc quòd contractus Principis habet vim legis, de quo Ias. *in l. 1. n. 12. ff. de const. tut. Princip.* Menchaq *quaest. illustr. cap. 3. num. 5. cum seqq.* Gregor. Lopez Madera *animaduers. iuris, cap. 35. n. 1. & 17.* Peregr. *de iure fisci lib. 6. tit. 1. in fin.* Alphar. *de off. fisci gloss. 13. num. 3. & gloss. 34. n. 5.* Cardin. Mantic. *d. tract. de tacitis & ambiguis convent. lib. 3. tit. 10. n. 46. cum seqq.* Benedict. Aegid. *ad. l. ex hoc iure ff. de inst. &*
8 *iur. part. 2. cap. 8. num. 22.* vbi hanc conclusionem intelligit ad soliditatem, seu validitatem contractus, quam aliàs secundum ius ordinarium non habebat, vt in casu de quo hic, qui est de donatione inter coniuges, quae secundùm leges non valet, & tamen facta à Caesare Augustae coniugi, vel è contra validitatis robur contractu ipso, quasi speciali ad id lege communis legis dispensatiua, sufficit ex voluntate Principis, qui sic velle creditur, vt valeat actus quem gerit, & quod vult, potest.

9 Idem esse de contractu Reip. liberae, vt habeat vim legis, tenent Brunor. à Sole *in locis commun. verbo civitas 5.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. quod cuiusque, resolut. 2. num. 10.* Cardin. Mantic. *d. lib. 3. tit. 10. num. 67. & lib. 8. tit. 13. num. 4.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. V. concl. 262. num. 19.*

10 Notatur etiam ad hoc quòd Imperator & Rex, qui sunt in summo dignitatis gradu, facile praesumuntur donandi animum habuisse, quia eorum est proprium munificentiam & liberalitatem exercere, nam quibus Deus Opt. Max. plus dedit, magis etiam convenit elargiri, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. num. 34.* Decian. *cons. 25. num. 60. lib. 1.* Menoch. *cons. 191. num. 24. cum seqq.* Cardin. Mantic. *d. lib. 13. tit. 17. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Donator si captus ab hostibus moriatur, siue donatarius captus post mortem donatoris redeat, confirmatur donatio.*

2 *Clementia Principem ornans, atque commendans, vemissiuè.*

L. Si vnus. XXVII. & vlt.

Idem A. Ioanni PP.

Si donator captus ab hostibus moriatur, siue donatarius captus post mortem donatoris redeat, donatio confirmatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Quam humanitas, &c. De clementia Principem ornante & commendante, vide *l. Hisp. 3. tit. 1. par. 2. vbi gloss. 6.* Senec. *de clementia, cap. 3.* vbi nihil optimè esse dicebat quod Romanum Imperatorem magis commendet, quàm clementia, refert Garc. Mastrill. *de magistrat. tom. 1. lib. 3. cap. 1. num. 48.* 2

De repudijs, & iudicio de moribus sublato.

Tit. XVII.

Repudium est diuortium, seu renuntiatio, sponsaliorum matrimonij. *Actio de moribus*, quae in eum, eámve competebat, qui, quaeve causam repudij dederat, hodie est sublata. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide *l. Hispan. 1. cum seqq. tit. 10. part. 4.* Conan. *comment. iur. lib. 8. cap. 12.* Vezan. Bellacomb. Fichard. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 11. pag. 737.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 9. cap. 15.* D. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. part. 2. à princ.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 20. quaes. 1. versic. item leges ciuiles*, Sanch. *de matrim. lib. 10. disp. 1. per tot.* Aruuin. Tepat. *var. resol. tom. 2. tit. 431.*

Imperatores Christiani, qui repudia concesserunt, quomodo à culpa excusentur? vide D. Barbos. *ad rub. ff. solut. matrim. part. 2. à num. 10.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disp. 1. num. 12.* 1

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non soluitur deportatione viri, seu amissione ciuitatis, dos tamen de aequitate repetitur, & num. 2.*

3 *Maritus si damnetur in metallum, dicitur vergere ad inopiam. si sit bannitus, potest mulier repetere dotem, quasi marito deducto ad inopiam n. 4. si vagabundus, non potest mulier dotem repetere, quasi maritus incipiat malè vti substantia sua, num. 5.*

L. Matrimonium. I.

Imp. Alexand. A. *Abutiniana.*

Deportatione, viri, seu amissione ciuitatis matrimonium non soluitur, dos tamen de aequitate repetitur. Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castren. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super 5 fol. 60. verso*, Sebast. Naeui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclusionem quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Bald. Nouell. *de dote, part. 7. spec. 11. num. 8.* Cald. Pereira *quaest. forens. lib. 1. q. 17. num. 8. in fine*, Benedict. Pinel. *select. iuris interp. lib. 2. cap. 2. num. 36.* 2

Ideóque

3 *Ideóque dotis exactio*, &c.] Notatur ad hoc quòd maritus si damnetur in metallum, dicitur vergere ad inopiam, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, in princ. §. 18. num. 12.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd si maritus sit bannitus, potest mulier repetere dotem, quasi marito deducto ad inopiam, vt per Bart. *in l. si constante, num. 20. ff. soluto matrim.* & ibi Alex. *num. 16.* Ias. *num. 168.* & Nouel. *n. 49.* Campeg. *de dote part. 3. quæst. 23.* Palat. *in rep. d. cap. per vestras, §. 8. n. 11.* Roman. *cons. 392.* & alios citatos per D. Barbos. *in d. l. si constante, in princ. n. 30.* vbi tamen, *& numeris seqq.* contrarium sustinet, ex ea ratione, quia extra patriam ita quis potest lucrari vti in patria, & in bonis ablatis potest constituere fidum procuratorem, atque ita dos in tuto esse videtur; & respondet ad auth. *vt omnes obediant iudic. §. hæc considerantes, collat. 5.* vt procedat, & loquatur in eo, qui peregrinatur causa litium, nam is deueniet citò ad paupertatem, quia in litibus multi fiunt sumptus, neque propter earum occupationes potest lucro intendi: & deinde ad text. *in præsenti* respondet procedere in marito deportato, cui propter deportationem auferuntur bona, *l. deportatorum, C. de pœnis*, & ideo meritò quasi maritus sit deductus ad inopiam, mulier dotem repetere potest; & quia in specie huius text. fiscus etiam bona dotalia inuasit, vt hîc notat *glos. fin.* repetit igitur vxor dotem à fisco quasi mariti successore, iuxta *l. 2. C. ad leg. Iul.* & tandem concludit quòd si in specie huius text. marito non essent ablata per deportationem omnia bona, sed pars bonorum, quæ sufficiens esset ad dotis exactionem, non posset mulier dotem repetere, & *num. 32.* reprobat opinionem

5 asserentium quòd si maritus efficiatur vagabundus, neque vllo certo loco sedes figat, possit mulier dotem repetere, quasi incipiat maritus malè vti substantia sua.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non tenetur sponsum expectare vltra triennium, ideoque postea sine pœna nubere poterit, & num. 2.*

L. Liberum. II.

Impp. VALERIAN *&* GALLIEN. AA *&* VALERIAN. C. *Paulinæ.*

2 Mulier non tenetur sponsum vltra triénium expectare, ideo postea poterit nubere sine pœna. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 8. vers. la segunda tit. 1. part. 4.* vbi *glos. 3.* Cou. *de sponsal. part. 1. cap. 5. in initio num. 7.* Tiraq. *de iure mariti glos. 2. num. 24.* Nau. *in man. cap. 22. num. 26. casu 4.* Anton. Cuch. *instit. maior. lib. 5. tit. 10. num. 64.* Menoch. *de arbitr. lib. 3. cent. 5. casu 455. n. 7.* Viuald. *in candel. aureo part. 1. tit. de sponsal. cap. 5. num. 36.* Matienz. *ad rub. tit. 1. glos. 1. num. 48. lib. 5. nouæ Recop.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 8. cap. 2. num. 9.* Fachin. *controuers. lib. 3. cap. 33.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 54. à princip.* vbi *num. 4.* concilians aliqua iura, quæ circa temporis spatium variare videntur, ita ait. Aut sponsus abest ex causa necessaria, vt ob parentum obitum, morbum, & cætera, & tunc expectandus est donec cesset impedimentum, iuxta *l. sæpe, ff. de sponsal.* aut abest ex causa probabili & iusta, non tamen necessaria, & tunc si in eadem sit prouincia, est biennio expectandus, *l. 2. C. de sponsalib.* si in alia, triennio, iuxta text. *in præsenti*, & *à num. 5.* disputat latè vtrùmnus Canonicum *in cap. de illis, de sponsal.* correxerit ius Ciuile in hac parte, itaut non sit necessarium expectare tempus iure Ciuili præscriptum, vide posita *in collect. ad l. 2. sup. de sponsalib.*

SVMMARIVM.

1 *Repudium fictum non nocet tertio dotem stipulanti sibi reddi matrimonio morte dissoluto, & n. 2.*

3 *de Consilio à bonis, & doctis sumendo, remissiuè.*

L. Dubium. III.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Tullio.*

Fictum repudium non nocet tertio dotem stipulato sibi reddi matrimonio morte dissoluto. Colligunt ex ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Conti. *lib. 1. disp. cap. 7.* Cuiac. *lib. 13. obseru. 25.* 2

Quæ consilio rectè geruntur, &c.] Multa circa consilia à bonis, & doctis viris sumenda, tradit Garc. Mastrill. *de magistrat. lib. 2. cap. 1. per tot.* 3

L. Filiæ diuortium. IV.

Iidem AA. *&* CC. *Pisoni.*

Filiæ diuortium in potestate matris non est. Verba sunt text. ad quæ vide citatos *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Diuortium filiæ non est in potestate patris, nisi ex magna, & iusta causa; si fuerit emancipata, nullo modo.*

2 *Diuus Marcus pater, vitæ sanctitate omnibus Principibus antecelluit.*

3 *Argumentum, Non est ita, quia iure cautum non reperitur, validum. &, quod expressè sancitum non reperitur in iure, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum.*

L. Dissentientis. V.

Iidem AA. *&* CC. *Schyroni.*

Diuortium filiæ non est in potestate patris, nisi ex magna, & iusta causa, & si fuerit emancipata, tunc nullo modo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Diuus Marcus pater, &c.] Quòd sanctitate vitæ omnibus Principibus antecelluit, refert Tiraq. *de iure primogen. quæst. 17. opin. 4. num. 25.* 2

Nulla iuris præcipit constitutio.] Ergo valet argumentum, Non est ita, quia iure cautum non reperitur, vt per Tiraquel. *de pœnis tempor. causa 51. num. 86.* 3

Et quod expressè sancitum non reperitur in iure, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum. *l. si verò, §. de viro, ff. soluto matrim. cap. consuluisti 2. quæst. 5.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 44. num.* 4

num.2. & decis.87. & decis.255.num. 2. & cons.158. num.13. & cons.308.num.3.

SVMMARIVM.

2 *Matrimonium non potest dissoluere filiusfam. nisi patre consentiente, sed emancipatus sic.*

2 *Filia exclusa propter proprium delictum, pater solus actionem ad dotem repetendam habet.*

3 *Mulier diuertens sine causa amittit dotem, & illam marito acquirit.*

4 *Solemnitas eadem acquiritur in dissoluendo actum, quæ in contrahendo.*

AVTH. E contra.

2 Filius familias non potest dissoluere matrimonium nisi patre consentiente, sed emancipatus sic. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num.1.sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd exclusa filia propter proprium delictum, pater solus habet actionem ad dotem repetendam, vt per multos, quos refert & sequitur D. Barbos. *in l.2.§.quod si in patris num. 39.ff. soluto matrim.* vbi *num.* 40. rationem assignat quòd pater habet spem quòd exclusa filia dos consolidetur in illius persona, quæ spes probabilis impediet ne delictum filiæ patri in hoc iure præiudicet; & respondet ad text. *in auth. vt liceat matri & auiæ, §. quia verò quædam mulieres, collat.* 8. dum *in princip.*
3 probat mulierem diuertentem sine causa amittere dotem, & illam acquiri marito, vt debeat intelligi de dote data per mulierem ex bonis propriis, vel de dote aduentitia, quæ amittitur propter prædictam causam, *l.si dotem, C. de iure dot.* non autem vt procedat in dote profectitia, quæ communis sit inter patrem & filiam, de qua loquitur hic text. nisi ponas tempore delicti dotem esse consolidatam in persona filiæ, quia tunc & hæc amittetur ex generalitate *d.l.si dotem.*

4 *Quia sicut*, &c.] Notatur ad hoc quòd solemnitas eadem requiritur in dissoluendo actum, quæ in contrahendo, vt per *decis.Pedem.53.num.*10. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo consensus* 4. Surd. *de alimentis tit* 8.*priuil.22.num. 6.* Duen. *reg.* 187. *vers. decimooctauo*, Cald. Pereira *de potest. eligendi cap.7. num.13.* metipsum *de Axiom.iuris vsufreq.axiom.199. num.9.*

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad domum valida, licèt in citati notitiam non peruenerit, & num.2. intellige, vt num. 3.*

4 *de Citatione ad domum, remissiuè.*

L. Licèt. VI.

Iidem AA. *&* CC. *Phœbo.*

1 Citatio ad domum valet, licèt in citati notitiam non peruenerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc.tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Ti-
3 raquel. *de retractu lig.§.9.gloss.2.num.39.* Intellige de citatione valide executa; citatio enim minus legitimè intimata ligat citatum, quando ad eius notitiam peruenisset, perinde ac si legitimè intimata fuisset, ad not. per Tiber. Decian. *resp. 69. num.34.vol.4.* Ioseph. Ludou. *concl.5. num.28.* Surd. *cons.* 88.*num.*10. vbi etiam agit quibus coniecturis constare possit citandum habuisse notitiam citationis, de quo etiam Mascard. *de probat.concl.292.* Vnde quis dicitur verus contumax quando non personaliter, sed ad domum citatus est, sed notitia citationis ad eum peruenit, & non comparuit, vt ex Abb. Greg. & Rolando à Valle resoluit Ignat. del Vill. *in sylua respons. lib* 1. *resp.num.3.*

De citatione ad domum vide Abb. *cap. quoniam frequenter, in princ. num.* 21.*vt lite non contest. & in cap.causam num.5. de dolo, & contum.* Marant. *de ordine iudic.part.6.cap. de citat.memb.1.num.124.* Bellacomb. *tom.2.commun.opin. lib. 7. tit. 16. num.* 101. *pag.*281. Tiraq *de retractu lig.§.8.gloss.9.num.8.cum seqq.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. §.9. part.5. num.* 8. Menoch. *de præsump. lib.2.præs.26.* Cur. Philip. *part.1. §.12.num.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.60.num. 5.& 6.* Ignat. del. Villar. *in sylua respons. lib.1.resp.3. num.3.&* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.9.§.1.num.* 119. Amat. Roderic. *in practic. cap.4. num.27.* 4

In glos. *Marito.* ibi, *fuit tamen traditus alicui de sua familia*, &c. Intellige si fuerit maior, aut saltem doli capax, per quem citatio possit deuenire in notitiam citandi. Afflict. *in constit. Regal.lib. constit. num.4. cum seq.* Et dummodo sit apprehensus in domo. Surd. *cons.*88.*num. 6.* Et publicè fiat citatio, itaut copia illius in manibus talis domestici apponatur. Vanti. *de nullitat.tit.ex defectu citat.num.89.* Amat. Roderic. *d. cap.4.num.29.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ de marito per quadriennium noua non habuit, palàm nubens, adulterij, & cæteras pœnas euitat.*

2 *Intellectus l.vxor.C.de repud.& eius materia, fusè num.3.& 4.*

5 *Vxor quando probabiliter credens virum decessisse, alij nubit, vel è contra, tunc superuiuens coniux non potest diuortium celebrare ratione illius adulterij, nisi coniux de vita prioris coniugis certificatus steterit in secundo illo matrimonio debitum petens, aut reddens, num.6.*

7 *Clanculò factum, & in secreto, præsumitur dolosum & fraudulentum.*

L. Vxor VII.

Imp. CONSTANT. *Dalmatio.*

Mvlier, quæ de marito per quadriennium noua non habuit, palàm nubens, adulterij, & cæteras pœnas euitat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.supr.hoc tit.* 1

De intellectu, & materia huius text. vide latè Menoch. *de arbitr.casu* 420.*à num.* 122. *ad seqq.* vbi adducit Iulianum *in l. vxores. ff. de diuor.* asserentem quòd mulier absentem virum per quinquennium expectare debet; Constantinum verò in præsenti statuisse ait mulierem expectare debere quadriennium, intra quod si nullum habit indicium sospitatis eius, liberè alteri potest nubere: cæterùm Iustinianum corrigendo Constantini constitutionem definiisse *in §. nouimus in auth. de nupt.* mulierem expectare debere per decennium virum, quem sæpiùs litteris interpellauit vt ad se reuerteretur, & reuerti noluit. Subditque idem Menoch. *ibidem num.* 124. & 125. 2

& 125. verè eum non fuisse mentem Constantini *in præsenti*, vt sanciret de matrimonio mulieris, quæ quidem sciebat virum suum viuere, etsi ad se reuocare non poterat, sed statuisse de muliere illa, quæ de mariti sospitate, hoc est, an viueret, indicium nullum habuit, quasi quòd præsumptio esset eum decessisse: Quocirca, ait, eorum sorte suum agnoscens ipse Iustinianus *in §. quod autem, in auth. vt liceat matri & auiæ*, duo statuit, primum quòd etsi diu maritus in militiam sit profectus, & nullas ab eo litteras accipere potuerit, mulier de eius reditu, quem exoptabat, quod nihilominus quandiu ille vixerit, non possit mulier alteri nubere, & rectè sanciuit Iustinianus, nam quos Deus coniunxit, nemo separare potest *Matth. cap. 19.* Secundum verò est quod sancit Iustinianus, vt si mulier accepit virum suum, qui fuerat in militiam profectus, obiisse non prius alterum ducere possit, quam adeat militiæ chartularios, qui descriptos milites habent, vel tribunum militum, & de viri illius morte acceperit testimonium. Immo statuit Iustinianus, mulierem hanc adhuc expectare debere per anni spatium à die accepti testimonij. Et idem quòd Iustinian. penè statuerunt summi Pont. quorum constitutiones hac in re, quæ de magno in Ecclesia sacramento, est, obseruandæ sunt, &c.

3 Latè etiam Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis quæst.* 140. *à n.* 45. vbi ait quòd de iure Ciuili, nempe Digestorum, Codicis, & Authenticorum, sufficiebat mulierem expectare per aliquot annos virum suum absentem, quo tempore si vir non redibat, poterat, absque timore incursus alicuius pœnæ, eadem mulier secundum virum assumere: & in hoc iura Ciuilia vario modo disposuerunt, text. enim *in l. miles, §. mulier, ff. ad leg. Iul. de adulter.* dixit simpliciter absentiam longi temporis sufficere, non aliter declarando quantum debeat esse istud longum tempus, quamuis ibi glos. *in verbo si longo*, opinata fuerit esse tempus decem, aut viginti annorum, text. autem *in l. vxores, ff. de diuort.* de marito apud hostes captiuo loquens declarauit transacto quinquennio à tempore captiuitatis mulierem habere licentiam migrandi ad alias nuptias. Verùm Constantinus Imp. in hac l. mulierem maritum in militiam profectum per quadriennium expectare debere iussit, quo tempore lapso si de illius vita nullum habuit indicium, nulli pœnæ obnoxia poterit alteri viro se publicè collocare. Et Iustinianus *in §. nouimus, in auth. de nupt.* quadriennij tempus prædictum ad decennium prorogauit.

4 Quid autem nouiori iure Authenticorum, & Pontificum fuerit deinde statutum, vide posita *in collect. ad auth. immediatè seq.*

5 Notatur hic text. ad hoc quòd quando vxor probabiliter credens virum decessisse, alij nubit, vel è contra, tunc coniux superuiuens non potest diuortium celebrare ratione illius adulterij, vt per Sanch.

6 *de matrim. lib.* 10. *disp.* 5. *n.* 11. vbi limitat nisi coniux de vita prioris coniugis certificatus steterit in secundo illo matrimonio, debitum reddens, aut petens, qui tunc iam verè reus est adulterij, & *n.* 12. subdit quòd si coniux credens probabiliter alium coniugem mortuum, fornicetur, potest à coniuge ratione illius fornicationis dimitti, quia excusante iusti matrimonij ignorantia, fornicatio illa vacat culpa adulterij, nec tale est formaliter.

7 *Nec clanculò, sed publicè*, &c.] Notatur ad hoc quòd clanculò factum, & in secreto, præsumitur dolosum, & fraudulentum, cùm veritas angulum non quærat, aut diuerticula, vt per Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 26. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Mulier iure Nouell. habens virum in expeditione militiæ, non potest licitè nubere, etiam si diu eum expectauerit, nisi formam huius l. seruauerit.*

Audiens virum in prælio obijsse, non prius alij nubat, quàm per se, vel per alium adeat belli ducem, isque iuret obijsse, aliorúmque testimonia recipiat, & postea expectet per annum, aliàs puniri possit de adulterio, num. 2.

3 *Authentica per ius Canonicum correcta.*

AVTH. Hodie.

Hodie mulier habens virum in expeditione militiæ non potest licitè nubere, etiam si diu eum expectauerit, nisi formam huius l. seruauerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

De materia Sanch. *de matrim. lib. 2. disput. 46. à n.* 1. vbi postquam commemorauit iura Ciuilia, & in primis *l. vxores, ff. de diuort.* quæ tenet satis esse si mulier quinquennio virum absentem, de cuius vita prorsus dubitatur, expectet, vt possit alij nubere, quod tempus postea ad quadriennium restrictum esse ait per *l. vxor, sup. hoc eod. tit.* subdit hoc omnino correctum esse per hanc auth. in qua habetur vt vxor audiens virum in prælio obiisse, non prius alij nubat, quam per se, vel per alium adeat belli ducem, isque iuret obiisse, aliorúmque testimonia recipiat, & postea expectet per annum, aliàs puniri possit de adulterio; idem affirmat probare textum *in præsenti* Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis quæst.* 140. *num.* 49. 2

Et quamuis nonnulli existimauerint dispositionem huius auth. non esse correctam iure Canonico, nihilominus tamen alij rectiùs sentiunt correctam esse, quia *in cap. in præsentia, de sponsal.* tantùm petitur certum nuncium de morte haberi. Ita Roland. *cons.* 93. *num.* 12. *vol.* 1. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 12. *num.* 7. *tom.* 1. Gutier. *pract. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 5. *&* 6. Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 46. *num.* 1. Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri num.* 31. *vers. hodie tamen de iure Canonico*, Farin. *d. quæst.* 140. *num.* 51. *&* 52. vbi tenet quòd à iure Canonico non solùm correcta sunt iura Ciuilia Digestorum, & Codicis, & etiam auth. *de nupt. in §. nouimus*, sed etiam fuit correcta dispositio & forma tradita in hoc text. at verò *num.* 53. subdit veritatem esse, huic auth. fuisse derogatum a iure Canonico in hoc, vt scilicet in probatione mortis mariti in militiam profecti non sit restringenda probatio ad illam solam formam in auth. præscriptam, videlicet per testimonium capitanei militum, & chartularij ab ipsa muliere procuratum, quia dicta mors probari potest etiam aliis modis ab eodem iure Canonico præscriptis; non autem fuisse derogatum addit validitati probationis factæ iuxta formam huius auth. mors enim militis non credo, ait, quòd possit magis congruè & magis concludenter probari, excepto testimonio de visu cadaueris, & illius recognitione, quàm per testimonium capitanei militum, & illius chartularij, qui seruientes & viuentes milites in eius libello descriptos habet; & sic primo respectu procedere dicit communem opinionem Doctorum volentium formam, & dispositionem huius auth. correctam à iure Canonico; secundo autem respectu procedere aliam opinionem eorum, qui dixerunt dispositionem huius auth. hodie non esse correctam à iure Canonico. 3

SVM

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non potest ab altero coniugum dissolui sine causa legitima hîc expressa, &c.*

2 *Intellectus l. consensu, 8. v. dissolui praecipimus, C. de repud.*

3 *Matrimonium quoad vinculum non solui nisi per mortem.*

4 *Repudij causa quae, & num. 7.*

5 *Matrimonium solui per diuortium etiam quoad vinculum.*

6 *Iura ciuilia permittentia diuortia ob plures causas, minimè obtinere in Republ. Christiana.*

8 *Propter Adulterium inter coniuges hodie fit separatio thori. Thori separatio quando concedatur propter notorium, seu occultum coniugis adulterium, & quando adulterium dicatur notorium, vel occultum, num. 9.*

10 *Adulterium vnius coniugis an & quando compensetur cum adulterio alterius, remissiuè.*

11 *Thori separationem concedi non solùm propter fornicationem carnalem, sed etiam propter spiritualem h.e. propter haeresim, & idololatriam. Concedi etiam propter mariti sodomiticum vitium, num. 12.*

13 *Matrimonij separatio quoad thorum, & mutuam cohabitationem, an saltem licita propter causas hîc expressas.*

14 *Matrimonium separatur quoad thorum, si coniux contra Imperatorem, siue Regem aliquid fuit machinatus, & ille conscius non indicauit per se, vel per alium.*

15 *Domestici admittuntur in his, quae domi geruntur.*

16 *Probatio praesumpta sufficit in his, quae sunt difficilis probationis.*

17 *Thori separatio conceditur quando coniux alterius coniugis vitae insidiatus fuerit ferro, veneno, aut alio simili modo.*

18 *Matrimonium separatur quoad thorum si maritus mulierem verberauit verberibus, quae mulieri ingenuae non conueniunt. intellige, vt n. 9.*

20 *potest Maritus vxorem corrigere, & castigare leuiter & moderatè, non autem immoderatè, & atrociter.*

L. Consensu. VIII.

Impp. THEOD. & VALENT. AA. *Hermisdae. P. P.*

1 MAtrimonium non potest ab altero coniugum dissolui sine causa legitima hîc expressa, & vxor contrà faciens dotem perdit, & donationem propter nuptias restituit, nec intra quinquennium nubere potest. Vir autem contrà faciens dotem restituit, & donatione perdit. Et ad probationem causae admittuntur domestici, & aliàs inhabiles, lucránsque debet lucrum liberis reseruare, & pacta contra hanc l. inita, sunt ipso iure nulla. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *super 5. fol. 61. verso*, & Giphan. *tom. 1. pag. 447.*

2 *Dissolui praecipimus*, &c.] Intellige quoad thorum, manet enim vinculum matrimonij, quo coniuges prohibentur cum aliis copulari, Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. matrim. can. 7.* Viui. *tom. 1. communium opin. lib. 5. tit. 12. num. 27. pag. 740. & tom. 2. lib. 9. tit. 7. num. 13. pag. 470.* Con. *de sponsalib. part. 2. cap. 7. §. 6. num. 13.* Sanch. *de matrim. lib. 10. disput. 2. per tot.* Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis quaest. 143. num. 33* Cald. Perira *quaest. forens. lib. 1. quaest. 17. num. 3. & 6.* vbi post Accurs. *in praesenti* dicit quòd licèt ex multis causis iure Ciuili matrimonium soluatur, etiam quoad vinculum, tamen iure Canonico omnes illae causae reiectae sunt, itaut ma- 3
trimonium quoad vinculum non soluatur nisi per mortem Cardos. *in praxi iudicum, verbo Sacramentum matrimonij, num. 19.*

Causas autem repudij, &c.] Nota quòd causae, 4
propter quas licebat diuortium celebrare, nulla lege certa fuerunt enumeratae, sed potiùs arbitrio iudicum erant relictae, nam & propter leues causas legimus diuortia licitè fuisse celebrata, vt referunt Corras. *lib. 5. miscel. cap. 10. num. 4.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 9. cap. 15. num. 25.* quae deinde fuerunt expressae & limitatae per hanc l. & ab eo tempore ob nullas alias potuit diuortium licitè & impunè celebrari; si autem nihilominus de facto celebraretur extra praedictas causas, incurrebantur quidem poenae expressae in hoc text. ita D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim part. 2. num. 8.* vbi etiam addit ex hoc text. 5
colligi quòd per diuortium censebatur esse solutum matrimonium etiam quoad vinculum: & *n. 9.* tenet 6
iura Ciuilia permittentia diuortia ob plures causas minimè obtinere in Repub. Christiana, & *num. 10.* ex dictis per se infert quòd licèt Gentiles ante aduentum Christi diuortia celebrantes non peccarent, quia indissolubilitas matrimonij non procedit ex principiis per se notis, sed ex illis deducitur per remotas consequentias, ignorantias illius iuris non inducebat peccatum, tamen hodie peccabunt, cùm iam lege diuina illud inueniatur prohibitum; vnde à fortiori peccabunt Christiani diuortia celebrantes, neque per illa soluetur matrimonium quoad vinculum, & consequenter contrahendo magis erit adulterium, quam matrimonium: subditque hinc vix excusari posse Imperatores Christianos, qui aduersùs diuinam doctrinam diuortia suis legibus permiserunt, nisi dicamus eos diuortia non permisisse quasi licita iure poli, sed vt maiora mala euitarentur, & aliquid licentiae suorum temporum condonarent, de quo latè Sanch. *de matrim. lib. 10. disput. 1. per tot.* vbi *num. 12.* excusationem praefatam D. Barbosae approbat, & *num. 11.* resoluit infideles ad Christianismum conuersos si tempore infidelitatis legitimas vxores repudiauerint cogendos esse ad illas redire, quamuis iam aliud iniissent matrimonium, nisi casus accidat in quo per conuersionem alterius dirimatur matrimonium infidelitatis tempore contractum.

Si qua igitur maritum, &c.] Plures causas, ex qui- 7
bus diuortium inter coniuges fieri potest, exprimunt Sot. *in 4. dist. 39. sub fin.* Sanch. *de matrim. lib. 10. disput 3. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 31. cap. 41.* Farin. *in praxi crimin. t. de delictis carnis quaest. 143. cum seq.*

Adulterium.] Hodie propter adulterium fit in- 8
ter coniuges separatio thori, *cap. 1. 2. & 3. & per tot. 32. quaest. 7.* Con. *de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 8. & §. n. 6. vers. 6. imm̀o poterit te vxor*, Clar. *in §. adulterium, num. 12. vers. alia quoque est poena*, D. Barbos. *in d. rub. ff. soluto matrim. part. 2. sub num. 18.* Sanchez *d. lib. 10. disp. 3. num. 2. vers. prima conclusio*, Valer. Reginald. *d. lib. 31. cap. 41. num. 313.* Farin. *d. quaest. 143. num. 9.* vbi ampliat multipliciter *numeris seqq.* & praecipuè vt sufficiat violenta praesumptio, itavt non sit necessaria euidens adulterij poena & concludens probatio, & procedere extendit etiam in adulterio

tertio commisso culpa viri, vt putà si vir dederit occasionem vt ipsa mulier fornicaretur, vt puta expellendo eam de domo, denegando ei alimenta, non reddendo debitum, aut quid simile, & vice versa actionem vxori dari contra virum ad eandem separationem propter ipsius viri fornicationem concludit, & *à num.* 25. multis aliis modis limitat, & præcipuè quando vir ipsam vxorem prostituisset siue inuitam & coactam, siue volentem & consentientem, & quando maritus se cum vxore adultera aut tacitè, aut expressè conciliauit, & quando facta separatione thori maritus cum aliqua muliere fornicatur, tunc enim reintegratur matrimonium, mulierque ad virum restitui petere potest.

9 Thori separatio quando concedatur propter notorium, seu occultum coniugis adulterium, & quando adulterium dicatur notorium, vel occultum? vide Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 11. *cum seqq.* Farin. *d. quæst.* 143. *à num.* 49. *vsque ad* 68.

10 Adulterium vnius coniugis an & quando compensetur cum adulterio alterius? vide Sanch. *d. lib.* 10. *disput.* 8. Farin. *d. quæst.* 143. *à num.* 69. *vsque ad* 82.

11 Amplia non solùm propter fornicationem carnalem thori separationem concedi, sed etiam propter spiritualem, hoc est, propter hæresim, & idololatriam, vt per Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 7. §. 5. *n.* 4. Clar. §. *heresis*, *num.* 13. *vers. item propter heresim*, Mozz. *de contract. lib. tit. de matrim. cap. fin. num.* 71. D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 18. *in fine*, Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matrim. cap.* 8. *num.* 12. Ludou. Beja *respons. casuum conscient. part.* 4. *casu* 30. Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 15. *& disp.* 17. *à num.* 3. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo Sacramentum matrimonij num.* 23. Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 21. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 314. Farin. *d. quæst.* 143. *num.* 98. *cum seqq.* vbi *num.* 102. tenet vxorem sine iudicio Ecclesiæ, & propria auctoritate posse discedere à viro, qui in hæresim labitur, & *num.* 103. id multo magis procedere ait quando vnus coniux alterum in hæresim trahere conatur, & *à num.* 107. multis modis limitat. Vtrùm coniux innocens possit cogi ad recipiendum alterum coniugem lapsum in hæresim postquam fuerit ab Ecclesia reconciliatus? vide Rebell. *d. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 4. *num.* 36.

12 Amplia etiam propter mariti sodomiticum vitium thorum separari, vt per Cou. *d. part.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 6. Clar. §. *sodomia n.* 7. *vers. item propter crimen sodomiticum*, Menoch. *in tract. de arbitrar. casu* 286. *in addit.* Viui. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 7. *num.* 153. *pag.* 479. D. Barbos. *in* 2. *part. rub. ff. soluto matrim. n.* 30. Pradil. *in sum. legum pœnal. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 5. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo Sacramentum matrimonij*, *n.* 21. Mozz. *d. cap. fin. num.* 74. Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 4. *num.* 3. Farin. *d. quæst.* 143. *n.* 83. *cum seqq.* vbi *num.* 87. ampliat vt vxor possit petere separationem thori ex eo solùm quòd fuit tentata à viro de vitio sodomitico, & *num.* 88. pariter extendit vt propter sodomiam separetur matrimonium, etiam quòd vir eam commiserit non cum vxore, sed cum alia persona, & *num.* 89. etiam quòd vir propriam vxorem minimè consentientem extra claustra pudoris polluat, & *à num.* 90. extendit huiusmodi separationem concedi etiam propter sodomiam vxoris, etiam cum alia muliere commissam.

13 Vtrùm hodie propter causas expressas in hoc text. sit saltem licita separatio quoad thorum, & mutam cohabitationem? Nonnulli existimarunt propter alia crimina adulterio paria, veluti veneficium, parricidium, & cætera id genus matrimonium esse dirimendum quoad mutuam cohabitationem, vt per Rip. *in rub. de iudic. num.* 18. *&* 19. Tiraq. *l.* 16. *connub. num.* 37. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis*. §. *si quis ex his num.* 78. *cum seqq. ff. de liber. agnosc.* Sed verius est separationem quoad thorum, & mutua seruitia ob duas tantùm causas hodie permitti, ob adulterium scilicet, vel quia mulier probabiliter timet vitæ periculum si cum marito habitet, ita Sot. *in* 4. *dist.* 36. *quæst. vnic. art.* 1. *ad fin.* Gerard. *sing.* 65. D. Barbos. *in d. rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 18. Rebell. *d. p.* 2. *lib.* 4. *quæst.* 8. *sect.* 2. *num.* 11. Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 17. *à num.* 3.

Vel certè contra nostrum imperium &c.] Notatur 14 ad hoc quòd separatur matrimonium quoad thorum si contra Imperatorem, siue Regem aliquid fuit machinatus, & ille conscius non indicauit per se, aut per aliam quamcunque personam, vt per Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo Sacramentum matrimonium*, *numero* 26.

Domúsve sua ipsa inspiciente, &c.] Ergo dome- 15 stici admittuntur in his, quæ domi geruntur, de quo Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *de testib. num.* 251. *pag.* 539. Menoch. *cons.* 353. *num.* 22. Mascard. *de probat. concl.* 496. *num.* 8. *& concl.* 533. *num.* 15. *& concl.* 1359. *num.* 7. Gutier. *alleg.* 11. *num.* 8. Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 5. *in prælud. num.* 23. *in fine*, Bobadil. *in sua politica lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 102. *lit. E.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuentionib. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 11. Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *quæst.* 55. *num.* 36. Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli l.* 62. *num.* 29. quia testes inhabiles admittuntur, vbi alij non potuerunt interesse, de quo Rebuff. *de reprob. testium num.* 185. Surd. *decis.* 326. *num.* 91. Morl. *d. part.* 1. *tit* 11. *in præl. num.* 77. Cardos. *in praxi iudicum verbo testis num.* 29. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 144. *num.* 28. *cum seqq.* Et sufficit præsumpta probatio in his, quæ sunt difficilis probationis, Me- 16 noch. *de arbitr. casu* 104. *num.* 8. *& casu* 106. *num.* 2. *& casu* 340. *num.* 11. Mascard. *concl.* 57. *num.* 3. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 9. *num.* 26. *col.* 2. Fr. Eman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 12. *art.* 2.

Si sua vitæ veneno, &c.] Notatur ad hoc quòd 17 conceditur separatio thori quando coniux alterius coniugis vitæ insidiatus fuerit ferro veneno, aut alio simili modo, vt per Cou. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 2. Thesaur. *Pedem. decis.* 130. *num.* 3. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 8. vbi ponit exemplum quando mulier supposuit viro suo ad ipsum necandum facturas, herbarias incantationes, aut similia veneficia, D. Barbos. *in d. rub ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 23. *vers. succedit igitur secunda*, vbi ait hanc legem quoad effectum concedendi separationem thori ob hanc causam etiam hodie locum obtinere. Sanch. *d. lib.* 10. *disput.* 18. *numero* 6. *cum seqq.* vbi ampliat siue vir insidietur vitæ vxoris, siue vxor vitæ ipsius viri, Farin. *d. quæst.* 153. *num.* 144. vbi num. 155. ampliat, hanc resolutionem procedere etiam effectu non sequuto, & *num.* 157. ait matrimonij vinculum propter hoc non solui.

Quod maximè etiam castas exasperat.] Notatur ad hoc quòd mihi profectò vxores, præsertim castas, æquè exasperat, quam virorum congressus cum externis, impudicisque mulieribus, vt per Tiraq. *l.* 13. *connub. gloss.* 1. *part.* 13. *num.* 27. *in fine.*

Si se verberibus, &c.] Notatur ad hoc quòd, ma- 18 trimonium separatur quoad thorum si maritus mulierem verberauit verberibus, quæ mulieri ingenuæ non conueniunt, vt per Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo Sacramentum matrimonij*, *num.* 26. Valer. Reginal.

ginald. *d. lib.* 31 *num.* 317. D. Barbos. *in d. rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 31. vbi intelligit dummodo verbera sint immoderata & talia vt nisi thori separatio detur, periculum sit vitæ ipsius vxoris, alias secus, Thesaur. *Pedem. decis.* 130. *num.* 1. vbi distinguit inter percussiones & verbera atrocia, & non atrocia, inducentia periculum vitæ, & non inducentia illa, Tiraq. *ad l. 8. connub. glos.* 1. *part.* 8. *num.* 13. Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 18. *à num.* 14. *vsque ad* 17. vbi distinguit inter verberationem atrocem, & leuem, & contra D. Barbos. dicit sufficere acrem verbationem excedentem limites correctionis, etiam quòd ex ea mortis periculum non incurratur, Farin. *d. quæst.* 143. *num.* 186.

20 Vnde infertur posse maritum vxorem corrigere, & castigare, ac verberare leuiter, & cum causa, non autem immoderatè, & atrociter, de quo Tiraq. *in l.* 1. *connub. glos.* 1. *part.* 1. *à num.* 22. *& præcipuè num.* 24. *& l.* 9. *glos.* 1. *part.* 8 *num.* 13. Boer. *decis.* 304. *num.* 2. Menoch. *cons.* 31. *num.* 21. *cum seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.* 4. *cum seqq.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 11. *num.* 14. *vers. atrociter autem verberare*, Cardos. *in praxi iud. crim, verbo maritus num.* 26. Cald. Perira *in comment. ad l. vnic. C. ne ex delict. defunct. part.* 2. *num.* 56. D Barbos. *in d. rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 35. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 15. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 317. *vers. aduerte verò.* Farin. *d. quæst.* 143. *à num.* 179.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium, iure Authenticorum, celebrari nequit inter coniuges propter verbera illata vxori, sed solùm maritus illam verberantem eam pœnam incurrit, vt teneatur ex propria substantia pro ea contumelia præstari vxori quantùm valere potest tertia pars donationis propter nuptias mulieri facta per maritum, & num.* 2.

3 *Retudu, & dotis amittenda iusta causa quæ.*

4 *Mulieres à ludis publicis arcendæ, remissiuè.*

5 *Maritus si lucratur dotem, quia diuortium interuenit culpa vxoris, non tenetur ei aliquid dare, nec subministrare necessaria.*

6 *Vxor pro adulterio dotem amittit. Amplia*

I. In dote etiam promissa, quam vir quoque propter vxoris adulterium lucratur, num. 7.

II. Vxorem dotem amittere propter adulterium, non obstante quòd maritus ipsi debitum non reddat, & non obstante quacunque viri sæuitia & ipsius adulteræ paupertate, aut fame, numero 8.

III. Procedere etiam in vxore putatiua, quando scil. matrimonium est nullum propter aliquod impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, num. 9.

IV. Vt vxor, seu eius heredes agentes ad dotem possint repelli exceptione adulterij, & sic tam agendo, quàm excipiendo propter adulterium amittitur dos, num. 10.

V. Et è contra, si maritus commiserit adulterium, vxor recuperat dotem, & lucratur donationem propter nuptias, num 11. *etiam quando maritus in spretum suæ vxoris & ipsa inspiciente, cum impudicis mulieribus conseruationem habuerit, numero* 12.

13 *Adulterium vnius vxoris cum altero compensari etiam quoad dotis amissionem.*

VI. Procedere etiam in vidua, quæ si mortuo viro stuprum commiserit, etiam dotem amittit, illa quæ acquiritur heredibus mariti, num. 14.

VII. Vt maritus mortua vxore possit etiam contra heredes agentes ad repetitionem dotis excipere de adulterio, & eos sic agentes adulterij exceptione repellere, num. 14. *procedit, quando vir de adulterio vxoris mortuæ nullam habuit notitiam, num.* 16. *requiri quòd in vita mariti eadem vxor fuerit conuicta, & condemnata, num.* 17. *intellige dummodo post mortem vxoris maritus agat ciuiliter, & principaliter ad amissionem dotis, num.* 18. *procedit ampliatio quando maritus habet in manibus dotem, & contra heredes agentes ad illius repetitionem opponit, & excipit de adulterio vxoris, num.* 19. *Limita*

I. Quando vir post commissum ab vxore adulterium illud sciens tacuit, vxorem in domo retinuit, cum ea se conciliauit, & commiscuit, numero. 20.

II. Non procedere in præiudicium patris, qui filiam dotauit, ad quem soluto matrimonio dos redire debet: si vxor & filia respectiuè adulterium committat, dotem non lucratur in præiudicium patris num. 21.

III. In dote data ab extraneo, cum stipulatione vt soluto matrimonio sine liberis, sibi restituatur, num. 22.

IV. Quando maritus & vxor haberent liberos ex eadem matrimonio, num 23.

24 *propter Adulterium vxor non solùm amittit dotem, sed etiam donationem propter nuptias, seu lucrum dotis ex pacto proueniens, & bona paraphernalia, num.* 25.

26 *Serui testimonium in causa adulterij admitti. admitti in probatione criminis læsæ maiestatis num.* 27.

Avth. Sed nouo iure.

IVre nouo Authenticorum non potest celebrari 1
diuortium inter coniuges propter verbera illata vxori, sed solùm maritus illam verberantem eam pœnam incurrit vt teneatur ex propria substantia pro ea contumelia præstare vxori etiam constante matrimonio quantum valere potest tertia pars donationis propter nuptias mulieri factæ per maritum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, 2
Franc. Marc. *Delphin. decis.* 762. *num.* 2. *& num.* 7. *part.* 2. Cott. *in memorab. verbo vxor suspecta de adulterio, ad fin.* Vincent. de Franchis *Neap. decis.* 244. vbi quòd vir in vxorem sæuiens facta ob id separatione thori non solùm restituit dotem, sed etiam incurrit amissionem donationis propter nuptias, Farin. *in praxi crimin. tit. de delictis carnis quæst.* 143. *num.* 287. latè & eleganter D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 33. vbi intelligit procedere dispositionem huius auth. quando simpliciter illata sunt verbera vxori, nam licèt talia sint vt ex illis non timeatur probabile vitæ periculum, quia tamen verbera aliena sunt ab ingenuis mulieribus, vt inquit Imp. *in hac l. consensu, ad finem principij*, propter illam incurrit maritus prædictam pœnam, & non erit locus diuortio nec iure Ciuili, nec Canonico. Cæterùm si verbera talia sint ex quibus probabiliter timeatur mortis periculum, concedenda est separatio, nec tunc erit locus prædictæ pœnæ, quæ loco diuortij denegati videtur imposita: & *num.* 34. *in princip.*

princip. ex hac auth. ita explicata colligit quòd propter sola verbera, ex quibus non tenetur mortis periculum, maritus incurrit pœnam suprà relatam.

§. Vir quoque.

Conuiuia appetentem, &c.] Notatur ad hoc quòd
3 iusta causa repudij, & dotis amittendæ existimatur si
vxor ignorante viro conuiuia virorum adiuerit, vt
per D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 69. ff. solut. matrim.*

Foris scilicet pernoctantem, &c.] Notatur ad hoc quòd adulterium probatur ex eo quòd mulier pernoctauit extra domum mariti, vt per Palat. *in repetit. rubr. de don. inter vir. & vxor. § 78. n. 12. & ad cap. per vestras, eod. tit. notab. 3. in princ. n. 7.* Hippol. Riminald. *cons. 274. n. 33.* Menoch. *cons. 31. num. 21. & 25.* Aym. *cons 205. n. 4. cum seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 60.* vbi limitat non procedere quando vir illam extra domum eiecerit, & illa pernoctauerit apud propinquos, immo etiam apud extraneos, & limitat etiam quãdo mulier sic pernoctasset, vt inde ex eo posset tolli huiusmodi suspicio, vt si non exiuisset clam, sed palam, & sciente viro. Polydor. Ripa *in tract. de nocturno tempore, cap. 36. post n. 27. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. tit. de delictu carnis, q. 126. n. 176. cum seqq.*

Vel theatralibus ludis, &c.] De mulieribus à ludis
4 publicis arcendis, vide Tiraq. *l. 16. connub. gloss. 1. p. 15. n. 35. cum seqq.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 16. num. 1. & num. 38.*

Et causas dissidij, &c] Notatur ad hoc quòd si ma-
5 ritus lucratur dotem, quia diuortium interuenit culpa vxoris, non tenetur ei aliquid dare, nec necessaria subministrare, vt per Roland. *cons. 50. n. 6. lib. 1.* Hippol Rimin. *cons. 274. n. fin. lib. 3.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 13. n. 56.* quos refert & sequitur D. Barbos. *in d. rubr. ff. solut. matrim. part. 2. n. 47.*

6 *Tam dotem*, &c.] Notatur ad hoc quòd vxor pro adulterio amittit dotem, vt per Bermond. *de publ. concubin. rubr. de adulterio, n. 40.* Petrasancta *sing. 48.* Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 7. § 6. n. 1.* Anton. Gom. *l. 80. Tauri n. 47 vers. item etiam imponitur pœna amissionis,* Clar. *§. adulterium, n. 12. vers. alia quoque est pœna, & n. 13. vers. & scias,* Menoch. *de arbitr. casu 287. n. 11. cum seqq. & cons. 31. n. 17. vers. his tamen refragantibus;* Gutier. *canon lib. 2. cap. 12. n. 1.* Vincent. de Franchis *decis. 184. n. 1.* Petr. Gregor. *syntag. iuris lib. 36. cap. 6. num. 14.* Gam. *Lusit decis. 234. n. 3.* D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 52. cum seqq. ff. solut. matrim.* Garc. Mastril. *Sicil. decis. 57. n. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disput. 8. n. 2. cum seqq.* Valasc. *cons ult. 168. n. 16.* Molin. *de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 90. n. 2.* Rebell. *de oblig. iustit. p. 2. lib. 6. q. 6. n. 6.* latè Farin. *d. tit. de delictis carnis q. 141. n. 1. cum seqq.*

7 Amplia primò in dote etiam promissa, quam vir quoque propter vxoris adulterium lucratur, vt per Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 16. n. 29.* Sanch. *d. lib. 10. disp. 8. n. 5.* Farin. *d. q. 141. n. 7.*

8 Amplia secundò vxorem dotem amittere propter adulterium, non obstante quòd maritus ipsi debitum non reddat, & non obstante quacunque viri sæuitia, & ipsius adulteræ paupertate, aut fame, vt per Farin. *d. q. 141. cum seqq.*

9 Amplia tertiò resolutionem procedere etiam in vxore putatiua, quando scilicet matrimonium est nullum propter aliquod impedimentum consanguinitatis, seu affinitatis, nam & tunc etiam quòd matrimonium non adsit, vxor propter adulterium dotem perdit, & viro applicatur: de quo Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 7. §. 6. num. 1. vers. etiamsi vxor sit putatiua,* Palat. *in repet. rub. de don. inter vir. & vxor. §. 36. n. 4.* Tiraquel. *de iure mariti, gl. ff. 8. n. 238. & 264.* Baiard. *ad Clar. §. adulterium, num. 104.* Hieron. de Laurent. *Auer. decis. 145. n. 15.* Surd. *d. tit. 7. q. 16. n. 22.* Rebell. *d. lib. 6. q. 7. n. 9.* D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 94. ff. sol. matrim.* vbi pòst retulit hac de re contrarias opiniones, pro concordia distinguit, quòd si maritus putatiuus agat ad separationem thori, & amissionem dotis propter adulterium, & pro se obtineat sententiam, vxor postea opponens de inualiditate matrimonij, non audietur, cæterùm si mulier accusata ante sententiam opponat de inualiditate matrimonij, & eã probet, non adiudicabitur marito dos, quia neque adulterium videtur commissum, cùm non fuerit matrimonium: subditque attentis legibus Castellæ, & Lusitaniæ adulterium commissum in matrimonio putatiuo perinde puniri, ac commissum in vero matrimonio, Sanchez *d. lib. 10. disp. 8. n. 7.* Molin. *de Iustit. tract. 3. disp. 94. n. 1.* Farin. *d. q. 141. n. 16. cum seqq.*

Amplia quartò vt vxor, seu eius hæredes agentes 10
ad dotem possint repelli exceptione adulterij, & sic tam agendo, quàm excipiendo propter adulterium amittitur dos, vt per Couarr. *d. p. 2. cap. 7. §. 5. in fine, num. 11.* Vincent. de Franchis *decis. 184. n. 3.* Sanchez *d. lib. 10. disp. 8. n. 13. vers. sed his non obstantibus,* Farin. *d. q. 141. n. 26.*

Amplia quintò & è contra, vt si maritus commi- 11
serit adulterium, vxor recuperat dotem, & lucratur
donationem propter nuptia, vt per Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 36. cap. 6. n. 14.* Surd *d. tit. 7. q. 16. num. 40.*
Cald. Pereira *ad l. vnic. C. ex delict. defunct. p. 2. n. 54.*
Farin. *d. q. 141. à n. 36* vbi *n. 38.* subampliat etiã quan- 12
do maritus in spretum suæ vxoris & ipsa inspiciente
cum impudicis mulieribus cõuersationem habuerit,
& *à num. 39.* posse ait vnius vxoris adulterium cum 13
altero compensari etiam quoad dotis amissionem.

Amplia sextò procedere etiam in vidua, quæ si 14
mortuo viro stuprum commiserit, etiam dotem amittit, illáque acquiritur hæredibus mariti; quod tamen ita indistinctè sumptum verum non est, vide D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 67. ff. solut. matrim.* Pradil. *in summ. legum pœnal. p. 2. casu 12. n. 14.* Farin. *d. q. 141. à n. 45. vsque ad 56.*

Amplia septimò vt maritus mortua vxore possit 15
etiam contra hæredes agentes ad repetitionem dotis
excipere de adulterio, & eos sic agentes adulterij ex-
ceptione repellere, vt per D. Barbos. *in d. l. 2. in princ.*
p. 1. n. 129. in fine, vers. præterea, & ex suprà traditis, Fa-
rin. *d. q. 141. n. 59.* vbi *n. 60.* id procedere ait quando 16
vir de adulterio vxoris mortuæ nullam habuit noti-
tiam, & *n. 62.* requirit quòd in vita mariti eadẽ vxor 17
fuerit conuicta, & condemnata, & *num. 66.* intelligit 18
dummodo post mortem vxoris maritus agat ciuiliter
& principaliter ad amissionem dotis, & *n. 67.* amplia- 19
tionem procedere ait quando maritus habet in ma-
nibus dotem, & contra hæredes agentes ad illius re-
petitionem opponit, & excipit de adulterio vxoris;
secus si non per viam exceptionis, sed actionis, seu
querelæ proponeret adulterium vxoris.

Limita primò quando vir post cõmissum ab vxo- 20
re adulterium illud sciens tacuit, vxorẽ in domo retinuit, cum ea se reconciliauit, & commiscuit, vt per Couar. *d. p. 2. cap. 7. §. 6. n. 7.* Clar. *§. adulterium, n. 18. vers. caueat etiam,* Petr. Gregor. *d. lib. 36. cap. 6. n. 14. vers. item nisi reconciliata fuerit,* Sanchez *d. lib. 10. disp. 5. num. 19. & disp. 14. n. 1. & 2.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons. 39. num. 20.* Farin. *d. q. 141. à num. 68.* vbi *num. 70.* procedere ait etiam quòd reconciliatio fuerit sequuta post cœptum iudicium super amissione dotis, immo etiam post sententiam, & *n. 71.* multò magis procedere dicit quãdo maritus expresse vxori

Ss remisit,

remisit, & renuntiauit actionem, quam habebat ad illam accusandam de adulterio propter thori separationem & amissionem dotis, & n. 76. id restringit in adulterio commisso post reconciliationem, itavt si vxor reconciliata iterum fornicetur, adhuc vir dotem lucratur, nō obstante præcedēte recōciliatione.

21 Limita secundò non procedere in præiudicium patris, qui filiam dotauit, ipso enim viuēte, ad quem soluto matrimonio dos redire debet, si vxor & filia respectiuè adulterium committat, dotem non lucratur in præiudicium patris, gloss. *verbo sibi habere, ad fin. vers. item pone patrem dotasse filiam, in præsenti textu*, Boēr. *decis.* 338. *n.* 5. Baiard. *ad Clar.* §. *adulterium, n.* 10. Farin. *d. q.* 141. *à n.* 84. vbi *n.* 86. extendit vt procedat non solùm quando pater dotem sibi reddi expressè stipulatus fuit, sed etiamsi hoc stipulatus non fuerit.

22 Limita tertiò in dote data ab extraneo cum stipulatione vt soluto matrimonio sine liberis sibi restituatur, Sanchez *d. lib.* 10. *tit* 8. *n.* 7. *vers. quòd si promittens dotem*, Farin. *d. q.* 41. *n.* 90.

23 Limita quartò quando maritus & vxor haberent liberos ex eodem matrimonio, quia tunc nec maritus lucratur dotem, nec vxor donationem propter nuptias, sed ista eiusdem matrimonij liberis reseruātur, Vincent. de Franchis *decis.* 431. *n.* 21. Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 8. *n.* 12. Farin. *d. q.* 141. *n.* 93. vbi *n.* 94. subdit quòd sic & extātibus filiis alterius matrimonij vxor dotem non amittit, sed illa reseruatur filiis ex primo matrimonio natis itavt maritus dotem habeat solùm dum viuit, at eo mortuo necessariò sint relinquenda filiis adulteræ, ita Greg. Lopez *l.* 15. *in gloss. verbo del matrido, tit.* 7. *p.* 7. Couar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 7. §. 6. *n.* 4. D. Barbos. *in l.* 1. *in princ. p.* 1. *n.* 62. *in princ. ff. sol. matrim. per text. in præsenti, vers. si verò.*

Pro conciliatione text. *in auth. sed hodie, C. de adult.* qui dotem, quæ vxori aufertur propter adulterium, non applicat marito cum hoc nostro text. qui contrarium probat vt vidimus, vide D. Barbos. *in d. l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 59. *vers. sed illis omissis*, vbi ponit nouum intellectum nouāmque distinctionem pro concordia horum iurium, alium nouum se afferre ait Farinac. *d. q.* 141. *n.* 104.

24 *Quam ante nuptias donationem*, &c.] Notatur ad hoc quòd propter adulterium vxor non solùm amittit dotem, vt iam vidimus, sed etiam donationem propter nuptias, seu lucrum dotis ex pacto prouenienis, vt per Petrasanct. *sing.* 48. Clar. §. *adulterium, n.* 12. *vers. alia quoque*, Quesada *quæst. iuris ciuilis c.* 18. *num. vnic. casu* 5. D. Barbos. *in d. rubr. ff. solut. matrim. num.* 38. *& in d. l.* 2. *in princ. part.* 1. *n.* 98. Surd. *d. tit.* 7. *quæst.* 16. *n.* 30. Sanchez *d. lib.* 10. *disp.* 8. *num.* 11. Farin. *d. q.* 141. *n.* 1.

25 Extende vt propter adulterium vxor amittat etiā bona paraphernalia, vt per Hippol. *sing.* 334. *ante fin. vers. ita perdat bona paraphernalia*, Clar. §. *adulterium, n.* 15. *vers. adde quòd.* Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri n.* 47. *versic. item etiam imponitur pœna amissionis bonorum*, Surd. *d. tit.* 7. *quæst.* 16. *n.* 28. Sanchez *d. lib.* 10. *disp.* 8. *num.* 9. Eman. Costa *in cap. si pater, de testament. lib.* 6. *part.* 1. *verbo legauit, n.* 46. D. Barbos. *in d. l.* 2. *part.* 1. *num.* 54. Rebell. *d. quæst.* 6. *n.* 6. *vers. sed quod*, Farin. *d. q.* 141. *n.* 3. *cum seqq.*

Aduertit in hac materia summo cū iudicio D. Barbos. *in d. rubr. ff. solut. matrim. part.* 2. *num.* 37. pœnas præscriptas in hoc text. illi cuius culpa causatū fuit diuortium quoad vinculum, habere etiam in eo locum, cuius culpa fit diuortium quoad separationem thori, & cohabitationis, vnde infert quòd quemadmodum iure ciuili si propter culpam vxoris dirimebatur matrimonium, maritus lucrabatur dotem, & recuperabat donationem propter nuptias, quam dederat vxori, iuxta hunc text. ita etiam hodie si propter adulterium vxoris fiat diuortium quoad thorum, & mutuam cohabitationem, maritus lucrabitur dotem, & recuperabit donationem propter nuptias, per *cap. plerumque, de donat. inter virum*, & *n.* 38. per contrarium, ait, si propter adulterium mariti dirimatur matrimonium, vxor recuperabit dotem, & lucrabitur donationem propter nuptias, iuxta hunc text.

Seruum etiam, seu ancillam, &c.] Notatur ad hoc quòd serui testimonium admittitur in causa adulterij, vt per Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli l.* 62. *n.* 34. *pag.* 34. vbi requirit vt de eo quæstio habeatur. 26

Notatur etiam ad hoc quòd seruus admitti potest in probatione criminis læsæ maiestatis, vt per Maicard. *de probat. concl.* 463. *n.* 11. 27

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium posse dissolui mutuo consensu vxoris, & mariti, id iam non esse permittendum à Christiano Principe, nec licitum esse etiam Iudæo, aut Gentili, num.* 2.

L. Si constante. IX.

Imp. ANASTASIVS A. *Theodoro P. P.*

MAtrimonium potest dissolui mutuo consensu vxoris & mariti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Verùm id iam non est à Christiano Principe permittendum, nec potest esse licitum, etiam Iudæo, aut Gentili, cùm repudium sit contra ius naturæ, quod omnes obligat, vt optimè probat Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 1. *ex num.* 7. vbi *n.* 12. ex D. Barbos. duplici excusatione Imperatores repudium permittentes excusare nititur; admonétque cauendum esse à doctrina Alciati *lib.* 6. *pareg. cap.* 20. inferentis Pontificem posse leges Iustiniani repudia permittentes approbare, quoniam si matrimonium sit iam consummatum, nullo pacto valet Pontifex in eo dispensare, si autem sit ratum, quamuis possit in vno, vel altero euentu dispensare, at legem generalem de hoc indicere nullo modo potest. 2

AVTH. Quod hodie:

COmmuni consensu non dissoluitur matrimonium, nisi Religionis, & castitatis causa. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

De hac materia vide posita *in collect. ad cap.* 1. *cum seqq. de conuers. coniug. in Decretalib.*

SVMMARIVM.

1 *Diuortium impune fieri propter impotentiam coitus, transacto prius biennio. Corrigitur per alia iura, quæ triennium desiderant, n.* 2.

L. In causis. X.

Imp. IVLIANVS A. *Menna. P. P.*

PRopter impotentiam coitus potest impunè diuortium fieri, priùs biennio transacto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Corri

2 Corrigitur per alia iura, quæ trienniũ desiderant, vt aduertit Mascard. *de probat. concl.* 211. *n.* 3. & vide posita *in collect. ad cap.* 1. *& ad cap. laudabilem*, *de frigidis, & malef. in Decretalib.* vbi latè de hoc triennio experientiæ, de quo etiam Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 108. *cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium solo consensu etiam absque dote contrahi, & repudiantem vxorem indotatam sine causa puniri in quarta bonorum, applicanda mulieri: ita tamen quòd centum libras auri non excedat. idem è contra in vxore indotata virum repudiante, num.* 2.
3 *Maritus si accipit vxorem indotatam, & eam expulit è domo sua sine causa, debet ei dare ex propria substantia quartam partem, & statim.*
4 *Intellectus l. iubemus, 11. C. de repud.*
5 *Mulieres præsumuntur luxuriosæ.*
6 *Vxor dotem perdit si cum alienis hominibus descendit in balneum.*
7 *Declaratur l. iubemus, verb. iudicio de moribus.*
8 *Dos quòd non sit de natura matrimonij, remissiuè.*

L. Iubemus. XI. & vlt.

Idem A. Hermogeni Mag. offic.

1 SOlo consensu etiam absque dote cõtrahitur matrimonium, & repudians vxorem indotatam sine causa punitur in quarta bonorum mulieri applicanda: ita tamen quòd centum libras auri non excedat; & idem è contra in vxore indotata virum repudian-
2 te. Et hoc lucrum debet reseruari liberis eiusdẽ matrimonij si extant, & iudicium de moribus est sublatum, & aliæ causæ ad diuortium sunt additæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

3 *Si verò sine culpa, &c.*] Notatur ad hoc quòd si maritus accipit vxorem indotatã, & eam expulit à domo sua sine causa, debet ei dare maritus ex propria substantia quartam partem, scilicet statim, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab.* 3. *in princ. num.* 4. D. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. part.* 2. *num.* 45. *in fine*, vbi *num.* 46. aduertit hunc textum loqui quando maritus expulit vxorem à cohabitatione, mittendo ei repudium, in quibus terminis ipse fatetur quòd si interueniat diuortium, ea quarta pars substantiæ mariti applicabitur mulieri, cùm neque dos ei restitui possit; quæ data non est, neque etiam possit habere ex bonis mariti donationem propter nuptias, vnde ne culpa mariti remaneat impunita, præstabitur, inquit, prædicta quarta pars bonorum mariti vxori indotatæ; cæterùm si nulla adhuc facta est separatio, ea quarta pars non debetur vxori, sed tantùm maritus ei seorsum habitanti culpa mariti necessaria subministrabit, & diuortio demum sequuto ea quarta pars concedetur vxori.

4 Idem D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 28. *ff. solut. matrim.* vbi duobus modis intelligit hunc textum: primò vt procedat quando dos nullà promissa fuit, tunc enim maritus non potest vxorem indotatam expellere, sed sibi imputet, quia eam sine dote accepit: & ideo cogendus erit ex fructibus propriorum bonorum onera matrimonij sustinere, & vxori necessaria subministrare: secundò & meliùs procedere ait respectu mariti, is enim, qui accepit vxorem indotatã, non potest cogere vxorem, vel etiam socerũ, vt sibi dos constituatur, sed imputet sibi, qui sine dote accepit: cæterùm, addit ille, ipsa mulier indotata poterit implorare officium iudicis vt cogat patrem dotem congruam sibi constituere, &c.

Vel ita luxuriosa est, &c.] Ergo mulieres præsumuntur luxuriosæ, de quo Tiraq. *l.* 9. *connub. gloss.* 1. *part.* 9. *n.* 92. 5

Vt commune lauacrum cum viris, &c.] Notatur ad 6 hoc quòd vxor dotem perdit, si cum alienis hominibus descendit in balneum, vt per Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, § si quis ex his, num.* 78. *ff. de liber. agnosc.* Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 16. *num.* 37.

Iudicio de moribus, &c.] De hoc iudicio vide Re- 7 uard. *lib.* 4. *var. cap.* 13. *n.* 4. *cum seq.* D. Barbos. *ad l. viro atque vxore* 40. *n.* 1. *&* 2. *ff. solut. matrim.* vbi ait quòd licèt apud Iureconsultos instituta accusatione adulterij, amitteretur tota dos; tamen si eo iudicio prætermisso, maritus (quasi regens pudorem) recurrebat ad iudicium de moribus, non totam dotem lucrabatur, sed tantùm sextam dotis partem; subditque hoc iudiciũ de moribus intendi apud censores, habuisséque effectus accusationis criminalis, & tandẽ cõcludit illud hodie esse sublatum per Iustinianũ, & retẽtiones, quæ ex illo fiebãt, vt exprimitur in hoc text.

Ad communem huius text. allegationem quòd 8 dos non est de natura matrimonij, quia consistere potest sine dote, etiamsi mulier habeat bona, vide Surd. *de alimentis tit.* 7. *quæst.* 19. *n.* 5.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

TIT. XVIII.

DIREMPTO matrimonio, maritus, qui dotem propter onera matrimonij accepit, aut pater eius, qui eum habebat in potestate, aut hæres eius restituit dotem mulieri, vel patri eius, vel vtrique, vel extraneo, qui dotem sibi recipit. Dabatur olim actio rei vxoriæ, vel ex stipulatu; hodie ex stipulatu sola. Scripserũt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. itẽ Giphan *tom.* 1. *pag.* 451. De materia tit. vide Suar. Villalob Donat. à Fina *tom.* 1 *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 12. *pag.* 739. Arimin. Tepat. *var. sent. tom.* 2. *tit.* 462.

SVMMARIVM.

1 *Ancilla in dotem datã, licet æstimatã, debet restitui nedum ipsa, sed peti etiam partus potest, & n.* 2.
3 *Maritum non lucrari partum ancillæ iure communi.*
4 *Dotis confessio desinit esse suspecta, vbi eius promissio præcesserat.*

L. Dubium. I.

Impp. SEVER. & ANTONINVS. AA. *Gemillæ.*

VBi ancilla in dotem data, licèt æstimata, debet 1 restitui nedum ipsa, sed etiam partus potest peti. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Fulgos. Angel. Castrens. Bald. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *in per* 3. *fol.* 62. Sebast. Næui. remissiuè. Casal. *in annot.* & Ximen *in concordant.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
2 munt *l. Hispan. 20. tit. 15. part. 4.* vbi statuitur quòd si mulier dat ancillam suam viro in dotem, non cedit ipsa, nec partus ipsius lucro viri, nisi vir receperit eam æstimatam, promittens æstimationem soluto matrimonio reddere, & quod sustinebit interitum, & deteriorationis periculum, sed si ad vnum tantùm se obligauit, non cedunt eius lucro, D. Barbos. *in l. si æstimatis 5. n. 16. ff. solut. matrim.* vbi agit de conciliatione, huius text. cum *l. pen. §. mancipia, illo tit.* & pro illorum iurium vero intellectu aduertit quòd vbi mancipia dantur æstimata, & additur pactũ vt eisdẽ pretiis restituantur, hoc pactum in effectu importat, vt si extant, restituantur eisdem pretiis, & à contrario si non extent, tunc restituatur æstimatio, quasi æstimatio præcedens adiuncta pacto sequenti eum inducat effectũ, vt si tempore restitutionis dotis non extent mancipia, censeantur æstimata, si verò extẽt, tunc censeantur dotalia. Itẽ quòd licèt extantia censeantur dotalia, & ita periculum deteriorationis ad mulierem pertineat, *l. plerumque 11. in princ. ff. de iure dot.* id tamen intelligitur, nisi hoc contingat culpa saltem leui mariti, nam etiam in rebus dotalibus maritus tenetur de leui culpa, *l. etiam 19. §. licet, ff. hoc tit.* vnde vt pactum quòd extantia restituantur eisdem pretiis, etiãsi deterioratio cõtingat citra eam culpã, quam maritus tenetur præstare ratione dotalis contractus, & sic quantumcunque deterioratio contingat leuissima culpa mariti, de qua secundùm naturã contractus ipse non tenetur. Hinc infert ad dicta iura veram concordiam, quòd scilicet in nostro text. pactum erat quòd serui extantes restituerẽtur, quod intelligebatur vt restituerẽtur vti essent, nisi quatenus culpa secundùm naturam contractus obligaret maritum; cùm igitur ratione pacti nullũ nouum periculum ad maritum pertineret, partus ancillę ad eũ non pertinet: sed *in d. §. mancipia*, pactum fuerat vt extantes serui restituerẽtur eodem pretio, quod importat, vt maritus teneatur, etiamsi contingat deterioratio eius culpa leuissima, quod periculũ efficiet, vt partus ad eũ pertineat, &c. Gutier. *de tutel. & curis*
3 *p. 3. cap. 10. n. 9.* vbi per hunc textum tenet maritum iure communi non lucrari partum ancillæ dotalis.

4 Notatur ad hoc quòd dotis confessio desinit esse suspecta vbi eius promissio præcesserat, vt per Brun. à Sole *in locis commun. verbo dos 21. vers. dotis confessio.*

SVMMARIVM.

1 *Sicut per Exactionem expressam pater non præiudicat filio, ita nec per tacitam ex quasi contractu addictionis inductam.*

2 τὸ Exigere *refertur ad eum, qui conuentus in iudicio coactus est soluere.*

L. Secundum. II.

Iidem AA. *Aquiliæ.*

1 SIcut pater per expressam exactionem non præiudicat filio, sic nec per tacitam ex quasi contractu addictionis inductam. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Sine voluntate tua nec exigere*, &c.] Notatur ad hoc quòd verbum, *exigere* refertur ad eum, qui conuentus in iudicio coactus est soluere, vt per D. Barbos. *in l. 3. & 4. n. 25. in med. ff. solut. matrim.* vbi in contrariũ citat *l. verbũ exacta 185. ff. de verb. signif.* quo loci verbũ, *exacta pecunia*, verificatur in eo, quod sponte soluitur, & ideo pro concordia aduertit verbum, *exigere*, duobus modis accipi posse, scilicet in stricta, significatione, & significat quid ab inuito extorqueri, aut in larga significatione, & tunc in spontanea solutione verificari potest, & *n. 16.* subdit idem verbum propriè designare solutionem necessariam, quia ad id significandũ principaliter fuit inuentum, largo etiam modo posse referri, ait, ad spõtaneam solutionẽ, ea ratione, quia quãuis quis sponte soluat, tamen propter necessitatẽ causatiuam videtur soluisse, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos data seruo quem putabat esse liberum, repetitur, sed filij nati licèt sint ingenui, dicuntur spurij.*

2 *Priuilegia concessa exactioni veræ dotis, conceduntur etiam doti putatiuæ.*

L. Si ignorans. III.

Imp. ANTONIN. A. *Hostiliæ.*

DOs data seruo quem liberum esse putauit, repetitur, sed filij nati licèt sint ingenui, dicuntur spurij. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

De materia & intellectu huius text. vide D. Barbos. *in l. si cùm dotem 23. §. fin. num. 1. cum seqq. ff. solut. matrim.* vbi ait textum illum sentire quòd quando mulier ignoranter contraxit cum seruo, habet priuilegia concessa dotis veræ repetitioni, tamen si scienter cum eo contraxit, quamuis dotem possit repetere, *l. Lucius Titius 17. ff. deposit.*, non tamen habebit priuilegia dotis veræ repetitioni concessa quia illa videtur amisisse, propter rationem, *l. ait lium, in fine, ff. de minorib.* & ad hunc modum debere explicari textum in præsenti concludit.

Notari solet ad hoc quòd priuilegia concessa exa- 2
ctioni veræ dotis, conceduntur etiam doti putatiuæ, vt per Tiraquell. *post leges connub. gloss. 8. à num. 235.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 56.* D. Barbos. *vbi suprà, num. 3.* vbi *num. 4.* propter text. *in l. si concubina 17. ff. de act. rerum amotar.* qui in contrarium vrget, sic cũ Bart. distinguit, aut agitur de exigenda dote, & priuilegia concessa exactioni veræ dotis, competunt etiam quando agitur de exactione dotis putatiuæ, & procedunt text. *in præsenti, & in d. l. si cùm dotem, §. fin. & in l. 2. §. fin. ff. de priuileg. credit.* aut non agitur de exactione dotis, & tunc priuilegia concessa vero matrimonio, & consequenter veræ doti, non censentur competere matrimonio putatiuo, & consequenter doti putatiuæ, in quibus terminis ait procedere *d. l. si concubina.*

Aduertit idem D. Barbos. *n. 10. vers. hanc primam conclusionem*, in terminis huius text. liberam mulierem dedisse dotem seruo; ita vt si è contra ponas mulierem seruam contraxisse matrimonium cum libero, & ei dotem dedisse, vt contingit in specie *c. 2. de coniug. seruor.* tunc cùm serua non potuerit transferre dominium dotis in maritum sine consensu domini, poterit dominus dotem uendicare, vt est expressum *in l. Proculus 68. ff. de iure dot.* & intelligit procedere etiamsi hæc serua ex peculio dotem dederit.

SVMMARIVM.

1 *Dos data à patre per obitum filiæ ad patrem reuertitur, & num. 2. intellige vt num. 3. & 4. idem in-*

distinctè obseruari in dote profectitia, num.5. intellige siue detur filiæ in potestate, siue emancipatæ, num. 7. quocunque modo dirimatur matrimonium filiæ in potestate, dos ad patrem reuertitur, num.6.

L. Dos à patre, IV.

Imp. ALEXAND. A. *Apollonio.*

1 PEr obitũ filiæ dos data à patre reuertitur ad patrem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num. 1. suprà hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. fol. 62. verso.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 30. tit. 11. part. 4. vbi gloss. 2.* Gouean. noster *lection. variarum iuris ciuilis lib. 2. cap. 4.* vbi verbum *filiafamilias*, in hoc textu delendũm esse censet, Roder. Xuar. *allegat. 20. num. 20. in fine*, vbi
3 intelligit si filia naturaliter mortua esset secus si ciuiliter, putà quia ingressa esset monasterium, & professionem ibi fecisset. Anton. Gom. *l. 50. Tauri n. 28. versic. secundò intellige*, vbi quòd si filia decedat durante matrimonio, tota dos & actio eius quæritur patri, & consolidatur in eius persona, Boër. *decis. 186. col. 3. in princip.* Menoch. *consil. 5. num. 36.* Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 5. tit. 12. num. 33. pag. 741.* vbi
4 intelligit, si filia sine liberis moriatur, secus si filios habeat; & deinde ampliat etiamsi per patrem stipulata sit sibi reuerti liberis stantibus, si liberi adsunt tempore mortis filiæ, statim est dos ipsius matris, & filij ex successione matris veniunt, & nõ aui. Ioseph. Ludou. *tom. 3. commun. tit. de iure dotium, conclus. 2. pag 463.* Menoch. *consil. 5. num. 36.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 7. n. 6. & tit. 8. priuileg. 74.* Fachinæ. *controuers. lib. 2. cap. 71.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg. 26. in princip.* Ceuall. *communium contra communes quæst. 178. n. 1.* latè D. Barbos. *in l. post dotem 41. num. 53. ff. solut. matrim.* vbi ait decisionem huius
5 legis hodie in dote profectitia indistinctè obseruandam, & *n. 54. in princip.* pro regula constituit quòd etiam per diuortium soluatur matrimonium, dos profectitia data filiæ indistinctè ad patrem reuertitur. & *in rubr. illius tit. part. 2. num. 63. propè finem*, vbi
6 ait quòd quocunque modo dirimatur matrimonium filiæ in potestate, dos reuertitur ad patrem, latè de dote profectitia Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. lib. 12. tit. 8. per tot.*

7 Intellige conclusionem procedere siue dos profectitia detur filiæ in potestate, siue filiæ emancipatæ, vt per D. Barbos. *in l. 2. §. quod si in patris, num. 58. in princip. ff. solut. matrim.* vbi antè *in num. 37.* reprobat Anton. Gouean. *loco citato*, dum existimat particulã, *filiafamilias*, de qua *in præsenti*, esse subdititiam, ac proinde verisimilius esse Imperatorem de filia simpliciter fuisse loquutum. Sed longè verius respondери posse ait quòd in hac l. Imperator respondet secundùm casus contingentiam.

In gloss. *Filiafamil. vnic.* ibi, *hic autem illud quæritur si sunt filij ex eo matrimonio, an nihilominus habeat locum hæc lex*, &c. Notatur ad hoc quòd hæc lex habet locum si filij remanserint ex tali matrimonio, de cuius opinionis veritate vide Capye. *decis. 176.* Thesaur. *Pedem. decis. 190.* Bellacomb *d. lib. 5. tit. 12. n. 34. & 37. pag. 741.* Ceuall. *d. p. 379. à n. 2.* latè D. Barbos. *in d. l. post dotem 41. num. 49. ff. solut. matrim.* Rot. *decis. 228. à princip. part. 4. diuers.* aliàs *in nouissim. nouis Farinacij.*

SVMMARIVM.

1 *Dotis repetitioni non facit locum captiuitas vxoris sed eius mors naturalis.*
2 *Dotem non potest repetere vxor marito captiuo contrarium num. 3.*
4 *Mariti mors quomodo probanda vt vxor possit secundò nubere, sufficere probari per præsumptionem vrgentem, & famam, num. 5.*

L. Si quidem. V.

Impp. AVRELIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. *Tauro.*

CAptiuitas vxoris non facit locum repetitioni 1
dotis, sed eius mors naturalis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Ex hoc text. colligit Paul. de Castro *in rubr. ff. solut. matrim. num. 3.* marito captiuo vxorem dotem re- 2
petere non posse; sequuntur Aleiat *ibi n. 16.* Conan. *comment. iuris lib. 8. cap. 10. n. 2.* Sed contrarium, imò 3
quòd hoc casu videtur dicere dotem repetere, cùm per captiuitatem re vera soluatur matrimonium, per text. *in l. si quis sic; 57. ff. hoc tit.* tenent Campeg. *de dote p. 3. q. 4.* D. Barb. *in d. rubr. ff. solut. matrim. p. 2. n. 65. in fine, & 66.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 17. n. 7.* respondentes textum *in præsenti* non obstare huic resolutioni, quia in eius hypothesi frater captiuæ, tanquam eius hæredes repetebat dotem, & ideo meritò non auditur; nam quandiu captiuus viuit apud hostes, non censetur habere hæredem, *l. nec nos, C. de postlimin. reuers.* quasi secus esset dicendum si frater non tanquam hæres, sed ratione pacti, vel ex alia iusta causa dotem repeteret.

In gloss. *Functa est.* ibi, *sed quomodo probat eam de-* 4
functam, an erit necessarius testis, qui mortuam viderit, vel sepelierit, &c. Mors mariti quomodo probetur ad effectum vt vxor possit secundò nubere? vide Boër. *decis. 288.* Couarr. *de sponsal. part. 2. cap. 7. 2. num. 4.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 12. num. 1. cum seqq.* Viui. *tom 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probat. n. 19. pag. 477.* & Bellacomb. *ibidem num. 56. pag. 480.* Viui. *tom. 2. etiam commun. lib. 7. tit. 5. de præscript. triginta, n. 75. pag. 241.* Mascard. *de probat. conclus. 1070. cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. tom. 1. lib. 12. quæst. 6. num. 19. & quæst. 7. num. 9. cum seq. & lib. 9. quæst. 14. num. 4. cum seq.* latè Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 46. per tot.*

In eadem gloss. ibi, *quòd sic se publica habet fama*, 5
&c. Notatur ad hoc quòd mors mariti sufficit probari per præsumptionem vrgentem & famam, quãdo testes dicunt esse publicum, & notorium quòd sit mortuus, quando agitur de bonis tantùm consequẽdis, vt per Eman. Costa *in l. si duo, §. cum in bello, verbo perisset, num. 3.* Couarr. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 11. num. 6.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 672.* Marant. *in l. is potest, num. 64. ff. de acquirend. hæred.* Valasc. *consil. 71. num. 4.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo maritus, num. 15.* Sanchez *dict. lib. 2. disput. 46. num. 15.* vbi *num. 16.* plures conditiones exigit, vt fama quoad hoc propositum plenè & verè probata sit, primam vt duplici teste probetur, secundam vt testes sint omni exceptione maiores, deponántque se audiuisse à fide dignis; tertiam, vt concurrat causa rationabilis, ex qua fama orta est; quartam, vt testes deponant se audiuisse publicè à maiori populi parte, nec sat erit deponere publicè audiuisse;

quintam, vt deponant testes à quibus personis fama ortum habuerit, & à quibus ipsi audiuerint, &c.

SVMMARIVM.

1 *in Rei dotalis æstimatione tam marito, quam vxori decepto succurritur, & num. 2. intellige vt n. 3.*

L. Si circunscripta. VI.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Alexandræ & Neroni.*

1 TAm marito, quàm vxori in rei dotalis æstimatione decepto succurritur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 16.tit.11.part.4. vbi gloss. 2.* Cuiac. *lib.17.obseruat.1. Nouell.de dote, part.3. priuileg.35.* latè D.Barbos.*in l.si æstimatis §1. num. 22. cum seqq. ff.soluto matrim.* vbi tenet quòd mulieri læsæ in æstimatione rei dotalis succurritur, etiamsi læso sit intra dimidiam, quo casu electinnem dari marito ait, vt vel rem restituat, vel suppleat iustam æstimationem, præcipuè si solùm læsa sit in æstimarione; nam si læsa sit in eo, quòd tradidit rem tunc res ei resti-
3 tuenda est. Quæ omnia vera esse intelligit quando res æstimata extat, nam si non extet, tunc æstimatio præstanda est, non habito respectu vtrùm illa fuerit iusta, necne; & similiter vera esse intelligit nisi dolus mariti interueniat, nam tunc siue res extet, siue non extet, semper iusta æstimatio reddenda est, & *n.24.* tradit ideo succurri marito propter læsionem intra dimidiam, quia hoc postulat natura actionis dotis, in qua bonum & æquum præcipuè obseruatur, *l.eas.ff.de capitis diminut.* & sic non paritur vt quis locupletetur cum iactura alterius coniugis, ex *l.iure succursum 7.§.fin.ff.de iure dot.*

L. Filiæ. VII.

Iidem AA. *&* CC. *Erotio.*

1 PAter auferre potest filiæ profectitia, quæ non sunt dotalia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Henric. Bocer. *disp. iuris vniuersi, class. 2. disp. 18. n.61.* & Cuiac. *lib.17.obseru.6.*

L. Nec maritus. VIII.

Iidem AA. *&* CC. *Salustiæ.*

1 EXceptio ne quis teneatur vltra quàm facere possit, non prodest ei, qui post eam diues factus est, nec ad hæredes transit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Cuiac. *lib.7.obseru.9.* Tiraquel. *in tract. Cessante causa, part.1.n.200.*

SVMMARIVM.

1 *Rei dotalis sibi restituenda possessionem propria auctoritate nemo debet ingredi, seu actionem sibi competentem intentare.*

2 *per Dotis dationem non transferri dominium, nec possessionem ante rerum in dotem datarum traditionem.*

3 *pro Dote res mariti retinere non potest vxor viro mortuo, postquam hæredes intrarunt bonorum possessionem. possessionem vigore pacti quando quis possit ingredi auctoritate propria, num. 4. Iudex potest facere facultatem ingrediendi propria auctoritate, num. 5. Creditor quando habet auctoritatem ingrediendi possessionem auctoritate propria vigore pacti, nunquid debet adire iudicem, & si illum adeat, nunquid debeat citare partem, num.6.*

L. Dotis actione. IX.

Iidem AA. *&* CC. *Martiæ.*

QVis non debet propria auctoritate ingredi possessionem rei dotalis sibi restituendæ, sed actionem sibi competentem intentare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Vide Duen. *regul. 212.* Ioseph. Ludou. *Perus.decis.109.num.3.* Gam. *Lusitan.decis.339.num.4.versic. denuniendo, in fine*, vbi per hunc textum ait per dotis dationem dominium minimè transferri, neque possessionem ante traditionem rerum in dotem datarum, Ceuall.*commun.quæst.758.n.66.* D. Barbos.*in l. maritum 13. n. 31. ff. solut. matrim.* vbi quòd licèt ex dispositione legis translatum sit dominium, in vxorem, non sic transferetur possessio. 2

Notatur ad hoc quòd vxor mortuo viro non potest mariti res retinere pro dote, postquam hæredes possessionem bonorum intrarunt, nisi illis consentientibus, vt per Dec. *consil.400.col. 2. num. 5.* Gregor. Lopez *l.5.in gloss. despues que ge la prestan, versic.item vxor, tit.2.part.5.* Gutier.*consil. 19. num.14. in princip.* 3

Auctoritate propria quando quis possit ingredi possessionem vigore pacti, vide latè Farinac.*in praxi crimin.tit.de furto, quæst.175.num.174.cum seqq.* 4

Sine auctoritate, &c.] Ergo iudex potest facere facultatem ingrediendi propria auctoritate, de quo Tiraquell.*de iure constituti, part.3.limit.17. num. 14.* æquiparatur enim ius exequendi ex conuentione, & ex auctoritate iudicis, Roder. Xuar.*in l.post rem iudicatam, super l. Regni, in princ. num. 11.* vbi citat hunc textum. Quando creditor vigore pacti habet auctoritatem ingrediendi possessionem propria auctoritate, nunquid debeat adire iudicem, & si illum adeat pro licentia ab eo obtinenda, nunquid debeat citare partem? vide Farinac.*d.quæst.175.num.216.cum multis seqq.* 5 6

L. Si socero. X.

Iidem AA. *&* CC. *Epigono.*

PAter recipiens dotem pro filio ad eius restitutionem tenetur in solidum, non de peculio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num. 1 suprà hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Viro mortuo res mulieri integrè restituenda.*

2 *Pactum quòd si morte mariti soluatur matrimonium, dos ad eius heredes pertineat, inualidum est. amplia vt num.3.*

4 Marito

4 *Matrimonio contracto per dotem, & arrhas, onus debita ſoluendi ſoli marito incumbit, & dos integra vxori reſtituenda eſt. eo per chartam medietatis contracto, debita contracta quocunque modo, ex illis bonis communibus pro rata exoluenda ſunt, n.5.*

6 *in Dote conſtituta & tradita, atque in promiſſa tantùm, & non tradita, idem ius ſtatuitur.*

L. Si conſtante. XI. & vlt.

Imp. Honor. & Theodos. AA. *Martiano P. P.*

1 MOrtuo viro res debet integrè reſtitui mulieri. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. ſup.hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd pactum ita initum vt ſi morte mariti ſoluatur matrimonium, dos ad eius hęredes pertineat, inualidum eſt, & iure improbatum, vt per Nouell. *de dote, part.7.priuil.11.n.2. cum ſeqq.* Rebell. *de obligat. iuſtis. part.2. l.6. quaeſt. 11. ſect.4.*
3 *num.26.* D. Barboſ. *in l.2.in princ.part.1.num.141.ff. ſoluto matrim.* vbi *n.143.* ampliat vt prædictum pactum non valeat quantumcunque ex eo matrimonio ſuperſint liberi, & etiamſi pater pro muliere dotem dediſſet, idem D.Barboſ. *in l.poſt dotem n.41.in fine, ff.ſoluto matr.*

Notatur etiam ad hoc quòd vbi matrimonium
4 contractum fuerit per dotem, & arrhas, onus ſoluendi debita incumbit ſoli marito, & dos integra vxori reſtituenda eſt, vt per Gam. *Luſit.deciſ.186.& 366.* D. Barboſ. *in l.1.part.4.num.100.ff. ſoluto matr. & in l. ſi conſtante 25. in princip. num. 51. ff. eod. tit.*
5 vbi ſubdit quòd ſi matrimonium contrahatur per chartam medietatis, quia tunc ſecundùm Portugaliæ conſuetudinem cenſetur contracta ſocietas vniuerſalis omnium bonorum, debita contracta quocũque modo, ex illis bonis communibus pro rata exoluenda ſunt: admonétque cauendum eſſe à traditis per Gam. *d. deciſ. 176. ad fin.* dum tenet in marito, & vxore ſociis omnium bonorum ſecundùm illius Regni conſuetudinem, omne æs alienum conflatum coniuges à marito exolui debere, integra dote mulieris remanente, iuxta text. *in præſenti*, quam quidem opinionem ex proximè à ſe traditis confundi aſſerit, & quia cùm bona tanquam communia conſiderentur, & non tanquam dotalia, nõ poſſe habere locum reg. huius text. ſed recurrendum eſſe ad iura, loquentia de ſocietate vniuerſali. Addit tamẽ quòd ſi hoc caſu vxor renuntiet lucris, prout poteſt etiam conſtante matrimonio, *l.qui autem, ff.quæ in fraudem cred.* non tenebitur ad debita contracta conſtante matrimonio, nam cùm ratione tacitæ ſocietatis ad prædicta debita teneatur, ſi lucris renuntiet, non eſt cogenda prædicta debita ſoluere, ſed tunc propriè locum habet deciſio huius l. & *n.52.* hæc vera eſſe intelligit quando tantùm communicantur lucra quæſita conſtante matrimonio, nam ſi per chartam medietatis matrimonium contrahatur, non eſt admittenda prædicta renunciatio in præiudicium creditorum, quibus ius exigendi credita erat quæſitum propter vniuerſalem ſocietatem, quæ inter coniuges cenſetur contracta.

6 *Quæ data dicitur, vel promiſſa.*] Ergo idem ius ſtatuitur in dote conſtituta, & tradita, atque in promiſſa tantùm, & non tradita, vt per Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. n.32.*

Si dos conſtante matrimonio ſoluta (id eſt, à marito reſtituta) *fuerit.*

Tit. XIX.

IIsdem caſibus, quibus dos lucro mariti cedere debet, ſi cõſtante matrimonio maritus eã ſoluerit, ſoluto matrimonio repetit, vnà cum omnibus fructibus. Scripſerũt in hãc rubr. Cuiac. Pac. & VVeſ. De materia tit. vide Surd. *de alim. tit.8. priuil. 34.* D. Barboſ. *in l.2. in princ. part.2. per tot. ff. ſoluto matr.*

SVMMARIVM.

1 *Dos non poteſt conſtante matrimonio vxori reſtitui, & reſtituta cum fructibus interim perceptis repetitur, & num. 2. ſi reſtituatur, maritus non conſequitur liberationem, num. 3. liberatur ſi reſtituatur, vt ſe & ſuos alat, modò probauerit quòd vxor pecuniam impenderit in alimenta, num.4. ita non valet dotis reſtitutio facta conſtante matrimonio, vt neque ex ea transferatur dominium, neque maritus liberatus remaneat, num.5. limita procedere quando dos reſtituta conſiſtit in referente fructus, non ſi conſiſtat in pecunia. num. 6. infertur quòd cùm dicta reſtitutio conſideretur tanquam donatio prohibita inter coniuges morte mariti in eodem perſiſtentis voluntate confirmabitur, n.7. Limita*

I. Quando adeſt vrgens neceſſitas, n.8.

II. Propter euidentem vtilitatem mulieris, n.9.

III. Propter cauſam pietatis, n.10.

L. Si conſtante matrimonio. Vnic.

Impp. Honor. & Theodos. AA. *Mariniano P. P.*

DOs conſtante matrimonio non poteſt vxori 1
reſtitui, & reſtituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgoſ. Caſtr. Bald. Cuiac. Sichard. Aloyſ. Leo *ſuper 5 fol.61.verſo*, Giphan. *tom.1. pag. 452.* Sebaſt. Næui. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem concluſ. quoad primam eius par- 2
tem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp.8.tit.29.part.3.& l.29.tit.11.part.4.* Natt. *conſ.55. num.7.lib.2.* Grammat. *conſ.92.num.13.in ciuil.* Menoch. *conſ.378. num. 36.* latè Surd. *de aliment. tit. 8. priu.l. 34. à princip.* vbi quòd dos non poteſt à marito reſtitui vxori cõ- 3
ſtante matrimonio, & ſi reſtituatur, maritus non conſequitur liberationem, & *num. 3.* tenet quòd ſi 4
dos vxori conſtante matrimonio reſtituatur, vt ſe & ſuos alat, maritus liberatur ſi probauerit quòd vxor impenderit pecuniam in alimenta, & *num.6.* tradit quòd quando dos reſtituitur cõſtante matrimonio, tenetur reſtituens probare quòd verſa ſit in vtilitatem vxoris, ſi vult liberari, Cald. Pereira *quæſt.forenſ. lib.1.quæſt.18.num.51.* Rebell. *de oblig.iuſtit. part. 2.*

lib.5.quaest.12.sect.5. num. 1. latissimè D. Barbos. *in l.*
5 2. *in princ.part.2.à num.1.ff.soluto m.trim.* vbi *num.2.*
prope fin subdit ita non valere dotis restitutionem
factam constante matrimonio, vt neque ex ea domi-
nium transferatur, neque maritus remaneat libera-
6 tus, & limitat textum *in praesenti*, vt procedat quan-
do dos restituta consistit in referente fructus, non si
7 consistat in pecunia, & *num.* 14. infert quòd cùm
dicta restitutio consideretur tanquam donatio pro-
hibita inter coniuges, morte mariti in eadem persi-
stentis voluntate confirmabitur, non obstante deci-
sione huius text. dum habet mortua vxore dotem re-
stituendam esse marito cum fructibus, quia in specie
huius l. maritus superuixit vxori, vt ex littera con-
stat, & vt donatio confirmaretur morte, oportebat
quòd maritus donans decedat ante vxorem. alias se-
cus. *l etiam, & l. à marito, C. de donat. inter vir. &*
vx. & *num.* 4. limitat in tribus casibus primus est
8 quando adest vrgens necessitas, quia scilicet mulier
tenetur soluere æs alienum paternum; quia ei hæres
extitit nam tunc vt liberetur mulier ab ære alieno,
9 licitè ei restituitur dos constante matrimonio. Secū-
dus est propter euidentem vtilitatem mulieris, iuxta
10 text. *in l.fin.ff.de iure dot.* Tertius est propter causam
pietatis, vt quia mulier ex dote restituta vult alimē-
ta præstare filiis susceptis ex alio matrimonio, vel re-
dimere maritum, vel consanguineos à captiuitate, &
num.8. in fine, ac *num.seq.* ad explicationem eorum,
quæ dicta sunt, aduertendum ducit quòd vt dos iu-
stè & licitè restituatur constante matrimonio, & li-
citè absumatur per mulierem, duo copulatiuè re-
quiruntur, scilicet causa iusta & honesta, respiciens
conseruationem vitæ, vel libertatis, item quòd sint
personæ sanguine mulieri coniunctæ.

Ne fideiussores, vel mandatores dotium, (restituendarum causa) *dentur* (à marito, vel socero, dotem accipiente.

Tit. XX.

De dote actione non teneri maritum, vel socerum, vel hæredem, dictum est suprà *tit.* 18. non fideiussorem, vel mandatorem, id est, eum, qui pro marito, vel socero dotem accipiente, fideiussit apud eum, cui dos restituenda est, vel huic mādauit, vt suo periculo dotem daret, de quo agitur *hoc tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cui. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp.1.cum seqq.tit.11.part.4.* Ias. *in repet.l.si constante num.* 49. *cum seqq. ff. solut. matrim.* Anton. Gom. *l.50. Tauri num.26. à princip.* Bald. Nouell. *de dote pa.t.6. priuil.21.* Conan. *comment.lib.8.cap.9.num.*8. Duaren. *de solut. matr. tit. de dotibus cap.4.* Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 21. *num.*2. Viui. donat. à Fina & alios *to.* 1. *commun. opin.lib.5.tit.13.pag.*752. Ioseph. Ludou. *tom.1. etiam commun. tit. de iure dotium, concl. 3. pag.* 461. Thoming *decis*57. Menoch. *de praesumpt. lib.6. praes.* 1. *num.*17. Anton. Hering. *de fideiussorib.cap.6 per tot.* Camill. Borrell. *in summ.decis.part.3.tit.5.de priuil.dotal.n* 344.*cum seqq.* Arimin. Tepat. *var.sentent. tom.2. tit.*455.

Vtrùm duo Rei debendi ex causa dotis possint constitui? vide Mich. Grass. *tom.1.commun.opin.lib 5. tit.13.num.4.* Ioan. Garc. *reg.193. num.2.* D. Barbos. *in l.si cùm dotem 13.§.transgrediamur n.38. & seq. ff. solut. matr.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent.lib.15.tit.2.n.8. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, vel mandator non debet dari vxori à parte viri pro dote conseruanda, & n.2. hac fideiussio de restituenda dote à marito tradita, & obligatio ac promissio à quolibet facta, an confirmetur iuramento, remissiuè, n.3.*

4 *Pignus quando constituitur per traditionem alicuius rei stabilis, vel mobilis, quæ fieret per virum vxori pro tutela sua dotis, salus pignorum datio, sicut & fideiussio prohibita censenda est.*

5 *Fideiussor potest dari pro dote promissa soluto iam matrimonio. Licèt pro marito recipiente dotem non possit interuenire fideiussor, potest tamen interuenire alius, qui principaliter se obliget cum merito, num.6. Pater an cogi possit ad fideiubendum pro filio de vxoris dote restituenda, num. 7. Maritus inuitus cogi nequit dare hunc fideiussorem, sponte autem dare non prohibetur, num. 8. Vir esto det fideiussores, nulla ex parte eorum consurget obligatio, nec illi priuilegio renunciari potest, n.9.*

10 *Rubrica habens orationem perfectam probat, & ad decisionem causarum alligari potest.*

11 *Legi prohibitoriæ renunciari nequit.*

L. Siue ex iure. I.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. *Cynegio P. P.*

A Patre viri fideiussor, vel mandator non debet 1
dari vxori pro dote conseruanda. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol.61. verso,* Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, 2
exornántque Bernard. Diaz *reg.292.* Ioan Garcian. *reg.193.* Palat. *in repet. cap. per vestras. de donat. inter virum & vxor. notab. 5. per tot.* Alciat. *lib. 4. parerg. cap.26.* Conan. *comment. lib.8. cap.9. num.*8. Nouell. *de dote part.6. priuil.21. limit.12.* Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 26. Spin. *in speculo testam. gloss.10. princ. num.7.* Viui. *tom.1. commun.opin.lib.5.tit.13. num. 1. pag.* 362. vbi per hunc text. dicit quòd fideiussio de dote conseruanda per maritum præstari non debet constāte matrimonio, subdítque per summum Pont. prouisum, cautúmque reperiri *in cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxor.* fideiussionem ipsam in causa inopiæ mariti vxori præstandam fore de dote conseruanda. Fachin. *controuers. lib.3. cap.18.* D. Barbos. *in l.maritum 13. num.81. prope fin. ff. solut. matr.* vbi ait maritū pro dotis restitutione non posse dare fideiussorem vxori, limitátque nisi dederit post solutum matrimonium, & *in l.si cùm dotem 22 §. transgrediamur n.29. ff. eod. tit.* vbi tradit quòd licet maritus, vel socer prohibeantur dare fideiussores, non tamen prohibētur obligare bona pro restitutione dotis, latè Camill. Borrell. *in sum.decis. part.3. tit. 5. de priuil.dotalib. num.344. cum seqq* latè Molin. *de Iustit. tract.2. disp.425. n.1. & 2.*

Vtrùm

3 Vtrùm autem iuramento firmetur hæc fideiussio de restituenda dote à marito tradita, & obligatio ac promissio à quolibet facta? vide Bald Nouell. *d. part. 6. priuil. 22. limit. 12.* Campeg. *de dote part. 3. q. 174.* Corn. *cons. 287. per tot. lib. 6.* Cou. *in cap. quamuis pactum, part. 2. §. 2. n. 9. de pactis lib. 6.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 57. num. 5.* Seraph. *de priuil. iur. priuil. 69.* Gutier. *de iuram. confirmat. part. 1. cap. 21.* latè Camill. Borrell. *d. tit. 5. n. 359. cum seqq.* Anto. Gom. *l. 50. Tauri n. 26. vers. quintò limita.* Molin. *d. disp. 425. n. 1. vers. si tamen iuramento.*

4 In gloss. *Vir vxori* 2. ibi, *secundò quid de pignore*, &c. Nota quòd Palat. *in d. notab. 5. n. 23.* latè tractat hanc quæstionem & tandem concludit quòd quando constituitur pignus per traditionem alicuius rei stabilis, vel mobilis, quæ fieret per virum vxori pro tutela suæ dotis, talis pignorũ datio, sicut & fideiussio prohibita censeri debet, ex quo transit tunc omnis possessio in mulierem tam ciuilis, quàm naturalis, ex quo videtur dari occasio perfidiæ, & maleuolentiæ viri contra vxorem, non confidentem de eo, prout eadem ratione dicitur in fideiussore, &c. Gut. *d. part. 1. c. 21. n. 5.*

5 In ead. gloss ibi, *item an post solutum matrimonium possit dari? respondesic* Notatur ad hoc quòd pro dote promissa potest dari fideiussor soluto iam matrimonio, vt per Antoo. Gum. *l. 50. Tauri n. 26. vers. tertiò limita.* Gutier. *d. cap. 21. n. 7.* Molin. *d. disp. 425 n. 2. vers. tertiùs.*

6 In ead. gloss ibi, *item an alius possit pro viro dotem accipere, & se obligare*, &c. Nota quòd licèt pro marito recipiente dotẽ non possit interuenire fideiussor, potest tamen interuenire alius, qui principaliter se obliget cum marito, *l. fin. C. de dote cauta*, Campeg. *de dote part. 3. quæst. 179.* Octauian. *Podem. de is. 43. n. 11.* D. Barbos. *in d. l. si cum dotem 13. § transgrediamur, n. 38.*

7 In ead gloss ibi, *vel patre eius*, &c. Vtrùm hic tit. comprehendat patrem, possitne ille ad fideiubendum cogi pro filio de vxoris dote restituenda, latè tradit Camill. Borrell. *d. part. 3. tit. 5. n. 344. cum seqq.* D. Barbos. *in d. § transgrediamur n. 29. vers. item loquimur.*

8 In ead. gloss. ibi, *item si ipse vir dat, an teneatur fideiussor*, &c. Nota quòd maritus inuitus cogi nõ potest dare hunc fideiussorem, sponte autem dare non prohibetur, vt per Duaren. *d. tit. soluto matrim. cap. 4.* Nouell. *d. part. 6. priuil. 11. n. 5.* Palat. *d. notab. 5. n. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 190. n. 43. vers. respondetur etiam, & lib. 6. præs. 1. n. 17.* sed aliter D. Barbos. *in d. §. transgrediamur n. 29. in princip. vers. imo nec volentes prædictam cautionem offerre possunt.*

9 In ead. gloss ibi, *item an possit renuntiari huic tit.* &c. Notatur ad hoc quòd huic dispositioni renuntiari non potest, vt per Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri n. 26. col. 1.* Molin. *d. tract. 2. disp. 425. num. 2. in princip.* vbi tenet quòd esto vir fideiussores det, nolla ex parte eorum consurget obligatio, nec illi priuilegio potest renuntiari. Gutier. *d. c. 21. n. 13.*

10 in ead glos. ibi, *ex ipsa rubrica, quæ prohibitoria est*, &c Notatur ad hoc quòd rubrica habens orationem perfectam probat, & ad decisionem causarũ allegari potest, vt per Mascard. *de prob. concl. 184.* aliàs 190. *per tot.* & alios per me citatos *in principio huius coll. super rubricam.*

11 Notatur etiam ad hoc quòd legi prohibitoriæ non potest renuntiari, vt per Tiraq. *de iure primog. quæst. 24. n. 9. & 10.* Mich. Grass. *tom. 2. commun. opin. lib. 1. tit. 27. de legibus n. 247. pag. 232.* Barbos. *in l. cum prætor. §. 1. num. 98. ff. de iudic.* dum per hanc gloss. tenet quòd in prohibitiuis per legem consensus partium nihil operari potest.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio pro dote conseruanda non debet exigi, nec dari; si est data, non tenet.*

2 *Intellectus l. generali 2. vers. vel à marito, vel à patre, C. ne fideiussores, &c.*

L. Generali. II. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Iuliano P. P.*

Satisdatio pro dote conseruanda non debet exigi, 1 nec dari, & si est data, non tenet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1 sup. hoc tit.*

Vide Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 21. num. 10. prope fin.* vbi ait hunc text. dum tenet nõ esse exigendam satisdationem, vel mandatum pro dote a marito, nec à patre eius, nec ab omnibus, qui dotem suscipiunt, intelligendum quòd ab ipsis personis recipientibus non est exigenda satisdatio (hoc est, fideiussio aliarum personarum) ipsos tamen accipientes bene posse obligari concludit D. Barbos. *in l. si cum dotem 24. §. transgrediamur n. 29. in princip. ff. solut. matr.* vbi hunc text. probare tradit quòd nec maritus, nec socer pro filio dotem recipiens, tenetur præstare cautionem de dote conseruanda, nec etiam de restituenda.

Vel à marito, vel à patre, &c] Loqui in satisdatione 2 præstanda à marito, patre, vel aliis actiuè tradit Gutier. *d. part. 1. cap. 21. num 6. in fine*; vbi secus ait passiuè vt pater & fratres mariti possint dari & obligari tanquam duo Rei & fideiussores eiusdem mariti.

Si enim cedendam mulier sese, &c] Principalis prohibitionis rationem assignat textus, quia cùm mulier se ipsam, & dotem suam patri mariti credidit, iniustum est vt ab eo fideiussorem, vel alium intercessorem exigat, ne causa perfidiæ in connubio eorum generetur, ita Gutier. *d. part. 1. cap 21. num. 2* D. Barbos. *in d. l. si cum dotem, §. transgrediamur num. 39. in princip.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 26. in princip.*

Rerum amotarum.

TIT. XXI.

HÆc actio datur ob res à coniuge diuortij causa, surreptas, cessante, in reuerentiam matrimonij, actione furtiua. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb De materia tit. vide Molin. *de Iust. tract. 6 disp. 686. num. 2.* Menoch *de arbitr. casu* 80. Petr Greg. *syntagm. iuris part. 3 lib. 37. cap. 1.* Farin. *in praxi crimin. tit. de furtis q. 174. n. 103 cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus conuentus actione de dote pro rebus amotis, potest compensationem obijcere, & n. 1.*

3 *Conuentio*

3 *Conuentio, & reconuentio pari passu ambulant, & eadem sententia terminari debent.*

L. Compensationis æquitatem. I.

Imp. ALEXANDER. A. *Polydeucæ.*

1 MAritus conuentus actione de dote pro rebus amoris, potest compensationem obiicere. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Fulgos. Angel. Castr. Bald. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol. 63. verso*, Sebast. Næui remissiuè Casal. *in annot* & Ximen. *in conc.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 3. lib. 73. c. 11. n. 10.*

3 Allegari solet hic text. ad hoc quòd conuentio, & reconuentio pari passu ambulant, & eadem sententia terminari debent, vt per Marant *de ordine iudic. part. 4. dist. 6. n. 10.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de mutuo petit. resol. 1. à princip.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part 5. collect. 1969. in fine*, Bernardin. Muscatel. *in praxi aurea ciuili, part. 3. gloss. actorem num. 5. in fine*, D. Barbos. *in l. qui prior 29. num. 7. ff. de iudic.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 3. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Actio rerum amotarum non competit nisi soluto matrimonio, sed eo constante competit in factum.*
2 *Actio furti viro conceditur aduersus vxorem, non è contra.*
3 *Concubinam, quæ aliquid surripuit suo concubinario, vel è contra, furtum committere.*

L. Diuortij. II.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Sereno.*

1 ACtio rerum amotarum non competit nisi soluto matrimonio, sed eo constante competit in factum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd aduersùs vxorem neque è contra, conceditur viro furti actio, quia famosa & pœnalis est, quæ in honorem matrimonij coniugi prohibita ex bono & æquo, vt per Ant. Gom. *var. tom. 3. cap. 5. num. 3.* Cald. Pereira *in comment. ad l. vnic C. ex delictis defunctor. part. 2. num. 57.* latè Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 686. num. 2.* vbi tradit quòd iura noluerunt concedere viro actionem furti aduersùs vxorem ad pœnam dupli, quadrupli, aut ad aliam aliquam si furtum committat interim dum inter eos constat matrimonium per diuortium non separatū, sed solùm vt repetere posset ab ea ablatū, & quodcunque damnum ab ea iniustè datum, latissimè Farinac. *in praxi crimin. tit. de furtis, quæst. 174. num. 103. cum seqq.* vbi probat non dari coniugi contra coniugem actionem furti, vbi *num. 105.* post Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 37. cap. 11. num. 3. & 6.* resoluit quòd si vxor furtum fecerit viro suo constante matrimonio (vt sæpe faciunt mulieres, quando viri laborant in extremis) si postea illud facto diuortio, vel soluto matrimonio contrectet, tenetur viro, aut suis hæredibus actione furti, per *l. 3. ff. hoc. tit. & num. 106.* tenet concubinam, quæ aliquid surripuit suo concubinario, vel è contra, furtum committere.

SVMMARIVM.

1 *Actio rerum amotarum datur contra hæredes, quatenus ad eos peruenit. Amouentis hæres non tenetur iurare, n. 2.*
3 *Intellectus l. de rebus 3. C. rer. amot.*

L. De rebus. III. & vlt.

Iidem AA. *&* CC. *Quartino.*

ACtio rerum amotarum datur contra hæredes quatenus ad eos peruenit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* Giphan. *tom. 1. pag. 454.* 1

Aduerte quòd hæres amouentis iurare non tenetur, quia factum hoc alienum est, quod ignorari iure potest. *l. Marcellus, §. is ergo, ff. hoc tit.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 3. lib. 37. cap. 11. num. 9. in fine.* 2

Non in solidum, &c.] Intelligitur text. de pluribus hæredibus, quorum singuli non in solidum tenentur, sed omnes in solidum, singuli in quantum ad eos peruenit. iuxta text. optimum *in l. si hominem 7. §. datur, in fine, ff. depositi.* 3

Ne pro dote (repetenda) mulieris bona quondam mariti addicantur, id est, in solidum dentur.

TIT. XXII.

NON potest mulier dirempto matrimonio, petere vt bona mariti sibi addicantur, sed vti actione ex stipulatu, quæ & in hæredes datur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec.

SVMMARIVM.

1 *in Dote exigenda iuris ordo obseruandus est, & citra solemnitatem vxori bona addicenda.*
2 *in Dote exigenda an & quando seruandus sit ordo iudiciarius, vel sit procedendum summariè, & de plano, remissiuè. An tempore feriarum cognosci possit de causa dotis, n. 3.*
4 *in Dotis causa quando procedatur summariè. An fauore dotis possint abbreuiari dilationes, n. 5.*
6 *in Dotis causa quando admittatur appellatio.*

L. Vxori. Vnic.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Apollinariæ.*

IN dote exigenda debet iuris ordo seruari, & citra solemnitatem debent vxori bona addici. Colligunt 1

Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Cuiac. Sebast. Naeui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 An & quando in dote exigenda seruandus sit ordo iudiciarius, vel sit procedendum summariè, & de
plano? vide latè tradita per D. Barb. *in l. 1. ff. solut. ma-*
3 *trim. part. 1. à n. 43. cum multis sequentib.* vbi an tem-
4 pore feriarum de causa dotis cognosci possit, & *n.*
5 45. in causa dotis quando procedatur summariè, &
6 *num.* 56. an fauore dotis possint dilationes abbreuiari, & *num.* 59. quando in causa dotis admittatur appellatio.

De fundo dotali.

TIT. XXIII.

MARITVS non potest alienare fundum dotalem, quem accepit inaestimatum, licèt eius sit dominus. Si aestimatum accepit, alienare potest. Fundus autem dotalis videtur, qui ex pecunia dotali comparatus est. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp. 16. cum seqq. tit. 11. part. 4.* Ant. Gom. *l. 50. Tauri n. 57. cum seqq.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 76. D. Barbos. *in l. 1. part. 5. ff. solut. matr.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 428. Rebell. *de oblig. iust. part. 2. lib. 5. quaest.* 7. Camill. Borrel. *in sum. dec. part. 3. tit. 5. num. 217. cum seqq.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit.* 460.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis, licèt aestimatus, alienari non potest, vbi electio est reseruata mulieri, & numero 2.*

3 *Fundus dotalis regulariter alienari nequit. Amplia*

I. quòd fundus dotalis non solùm alienari, sed nec ad longum tempus colonis irreuocabiliter concedi minimè possit, num. 4.

II. Etiam consentiente vxore fundum dotalem hodie per maritum non posse alienare, num. 5. licèt mulier transacto biennio à die primae alienationis iterum comprobaret, num. 6.

III. Neque ipsam mulierem viro consentiente fundum dotalem alienare posse, n. 7.

IV. Adeò inualidam esse alienationem rerum dotalium, quòd possit maritus etiam constante matrimonio res per se alienatas ab emptore vendicare, seu recuperare, num. 8. quamuis iurauerit non contrauenire à se factae alienationi, numero 9.

V. Maritum super re dotali non posse transigere, nisi retinendo ad exemplum tutoris, & curatoris, & aliorum huiusmodi administratorum, num. 10. Limita

I. In rebus aestimatis in dotem datis ea aestimatione, quae faciat emptorem, n. 11.

II. Nisi res datae in dotem non aestimatae sint ex his, quae in genere suo functionem recipiunt, id est, quae in pondere, numero, vel mensura consistunt, n. 12.

III. Si mulier consentiat alienationi animo decipiendi emptorem, n. 13.

IV. Si alienatio fiat de consensu vtriusque coniugis, & vxori vtilis sit, n. 14.

V. Si fiat ex causa necessaria, n. 15.

VI. Quando vxor neque dolo, neque metu inducta iuramento confirmauit eam alienationem, numero 16.

17 *Alienatio quid, & n. 18.*

19 *Concordantur l. si aestimata 1. vers. est autem alienatio, C. de fund. dotal. & l. fin. C. de reb. alien. non alien.*

L. Si aestimata. I.

Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. *Didiae.*

FVndus dotalis, licèt aestimatus non potest aliena- 1
ri, vbi electio est reseruata mulieri. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *sup. v. 5. fol. 61.* Sebast. Naeui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt, 2
Conan. *comment. iuris lib. 8. cap. 9. sub num. 6.* Anton. Gilbert. *in tract. de sponsal. & mat. tit. de dot. singul. vers. vltimus casus erit,* Iacob. Concennat. *quaest. lib. 2. c. 7. n. 13.*

Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd dota- 3
lis fundus regulariter alienari nequit, de quo Alph. *collect.* 291. Anton. Gubert. *vbi suprà vers. duodecimò fundus,* Gasp. Caballin. *milleloq.* 691. Iacob Concennat. *d. lib. 2. cap. 7. per tot.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 9. cap. 24. num. 11. vers. aliud priuilegium,* Anton. Gom. *d. l. 50. Tauri num.* 57. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg* 76. *num.* 1. Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 1.* Fontanel *de pactis nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 13. num. 14.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 428. à princip.* Camill. Borrel. *in sum. decis. part. 3. tit. 5. num. 212. cum seqq.* D. Barbos. *in l. 1. part. 5. à num. 1. ff. soluto matrim.*

Amplia primò vt fundus dotalis non solùm alie- 4
nari, sed nec ad longum tempus colonis irreuocabiliter concedi minimè possit, vt per Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c. 4. num* 45.

Amplia secundò etiam consentiente vxore fun- 5
dum dotalem hodie per maritum nõ posse alienari,
vt per Bald. Nouell. *de dote part. 7. spec. 1. num. 4. vers.*
fallit primò, Cou. *in cap. quamuis pactum part. 2. §. 1.*
num. 10. Gutier. *de iuram. conf. part. 1. cap. 1. num. 92.*
D. Barbos. *in d. l. 1. part. 5. num. 2. 3. & 13.* vbi extendit 6
etsi mulier transacto biennio à die primae alienationis iterum comprobaret. Pichard. *ad princ. Instit. quibus alien. licet, num. 9. & 12.* Fontanel. *d. claus. 7. glos. 3. part. 15. n. 18.*

Amplia tertiò neque ipsam mulierem viro con- 7
sẽtiente fundum dotalem alienare posse, vt per Palat. *in rep. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 17. num. 8. cum seqq.* Roder. Xuar. *tit. de las arrhas num.* 51. Gutier. *d. part. 1. c. 1. num.* 105. D Barbos. *in d. l. 1. part. 5. num. 7.*

Amplia quartò adeò esse inualidam alienationem 8
rerum dotalium quòd possit maritus etiam constãte
matrimonio res per se alienatas ab emptore vendicare, seu recuperare, Bald. Nouell. *de dote part. 7. priuil. 1. limit. 12.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num.* 63.
Gutier. *d. part. 1. c. 1. num.* 94. Sempron Asci. *decis. 235. num. 7.* D. Barbos. *in d. l. 1. part. 5. num. 15. cum*
seqq. Quãuis iurauerit non contrauenire alienation 9

hi

à se factæ, quia contraueniendo non se fundat in proprio commodo, & præiudicio, sed vxoris,& filiorum,ad quorum alimenta fructus rerum dotalium sunt deputati,idem Gutier.*d.cap.1.n.96.* D. Barbos. *in d.l.1. part.5. n.17.* Benechend. *in addit. ad Seraphin.priuil.76.in fine*, Guzman. *de euict. quæst.16. n.69.* Addit Gutier. *d.cap.1. n. 107. cùm duobus seqq.* vxoré cum licentia & consensu mariti res alienatas posse etiam vendicare, & de facto casum habuisse testatur Fontanel. *d. part. 13. num.18.* vbi ait casum sine dubio esse si maritus actionem in re propria vxori mander.

10 Amplia quintò maritū super re dotali non posse transigere,nisi retinendo ad exemplum tutoris, & curatoris,& aliorum huiusmodi administratorum, *l. si pro fundo,C.de transact.* Anton.Fab. *in suo C.l.5.tit. 15.de fundo dotali defin.6.*

11 Limita primò in rebus æstimatis in dotem datis ea æstimatione, quæ faciat emptionem, nam tunc maritus tam res mobiles, quàm immobiles poterit alienare,& eius alienatio valebit,quia talis æstimatio facit desinere rem omnino esse dotalē, & haberi ac si empta fuisset à viro,*l.quòd si fundus,ff.hoc tit.l.7. 1-.& 18.tit.11.part.3.*Campeg. *de dote part.1. quæst. 40.n.2.*Cou.*practic.c.28.n.1.*Mattienf.*l.7.gloss.7.n.16. cum seqq.tit.11.lib.5.noua Recop.*Molin.*de Iust.tract.2. disp.428.n.11.*

12 Limita secundò nisi res datæ in dotem non æstimatæ sint ex his,quæ in genere suo functionem recipiunt,id est,quæ in pondere,numero,vel mensura consistunt,nam tunc ipsarum alienatio valet, Ant. Gom. *l.50. Tauri num.43.*Cou. *pract.cap. 28. num.6.* Spin. *in speculo testament.gloss.11.princ.num.92.* Gutier. *d.part.1.cap.1.num.7.*Fontanel.*d.claus. 5. glos.8. part.13.n.4.cum seqq.*

13 Limita tertiò si mulier cōsentiat alienationi animo decipiendi emptorem, vt quia tempore alienationis asseruit rem non esse dotalem, cùm tamen re vera dotalis esset,nam tunc in præiudicium mulieris decipientis ea alienatio habebitur pro valida,Gasp. Baëc.*de non melior.filiab.cap.30. num. 12. & de inope debit.cap.16.num.94. in fine,*D.Barbos.*in d l.1.part.5. n. 43.*

14 Limita quartò si alienatio fiat de cōsensu vtriusque coniugis & vxori vtilis sit.Conan. *comment.iuris lib.8.c.9.num.3.*Iacob.Thoming. *Lips. decis.4.§. 12.* Camill.Borrel.*d.part.3.tit.5.num.249.*D.Barbos.*in d. l.1.part.5.à n.6.*

15 Limita quintò si alienatio fiat ex causa necessaria,nam tunc alienatio nō est prohibita, sed permissa,Camill.Borrel.*d.part.3. tit. 5.num.246.cum seqq.* Surd.*decis.86.num.8.*Anton.Fab.*in suo C.lib.5.tit.15. de fundo dot.defin.1.*vbi reputat causam necessariam si vir & vxor non habent vnde se alant.D.Barbos.*in d.l.1.part.5.n.10.*Fontanel.*d.claus.7.gloss.3. num.39.* Vincent.de Franchis *decis.170.num.4.*vbi dicit iustas causas alienandi fundum dotalem esse vt mulier viuat,vt sana viuat,vt libera viuat,& nupta viuat.

16 Limita sextò quando vxor neque dolo, neque metu inducta iuramento confirmauit eam alienationem,Campeg.*de dote part.4.quæst.11.* Couarr. *in c. quamuis pactum part.2.§.1.n.5.* Anton. Gom. *d.l.50. Tauri num.57.* Roland. *cons.82.num.2.lib.2.* Viui.*decis.133. num.2.* Gutier. *d.part.1. c.1.num.14.* D. Barbos.*d.l.1.part.5.num.73.& 74.*Molin. *d.tract.2.disp. 428.n.10.*Seraph.*d.priuil.76.n.1.*

17 *Est autem alienatio*, &c.] Definit Imp.alienationem, quòd sit omnis actus per quem dominium transfertur, de quo Lap. *alleg. 41. in princ.* Oldrad. *cons.170. n.2.* Cassan. *in consuet.Burgund. rub.6. §.8. verbo in alienat.num.2.* Anton.Gom.*l.40.Tauri n.82.* Rebuff.*in compend.alienat. à princip. & præcipuè n.7. cum seqq.* Mattiens. *l.3.gloss.14.num.2.tit.19.lib.5.noua Recop.*Surd.*decis.102.num.21.& decis.178. num.2. & decis.326.num.27.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo alienatio num. 2.* Cardos. *in praxi iudicum eod.verbo num.1.*Cald.Pereira *de extinct. emphyt.cap. 5.num.37.* Cardin.Tusch.*practic. conclus.tom.1.lit. A. concl.257.per totam.* Ferrer. *in constitut.Cathalon.glos. 4.n.169.* Gutier.*de tutel.& curis part.2. cap.21. n.7.* Ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appellat.14. num.1.*

Sed in contrarium vrget *l.fin.C.de rebus alien.non alien.* dum prohibitione alienationis comprehendi 18
pignorationem & hypothecam ait,& tradunt citati 19
per me *d.appell.14.num.9.* Sed communis concordia est, vt text. *in præsenti* intelligatur de alienatione propriè,& strictè sumpta,d.verò l.fin.de alienatione largo modo accepta. ita Alexand. *cons.19. n.15. lib.7.*Anton.de Fano *de pignorib.2.part.3.memb.n.71.* & alij,quos refert Pinel.*in l.1.part.3.sub n.18. C. de bonis mat.*vbi dicit receptum, quamuis contra eam tenere videatur, dum dicit quòd verè obstat nimis *d.l.fin.*quæ loquitur indistinctè de omni dispositione legis,vel hominis, & vniuersaliter disponit cōprehendi hypothecam,& seruitutem, quod non ita indistinctè diceret si propriè alienatio non esset,& respondet ad text.*in præsenti*, quòd in materia huius l. & tit. de fundo dotali non tantùm prohibetur alienatio cum translatione dominij, sed etiam sola hypotheca,vt *in princip. Instit. quibus modis alien. lic.& l.4.ff.hoc tit.*& ideo in hoc text.dum explicat alienationis verbum cum translatione dominij, intelligi potest quòd non loquatur strictè,nec excludat quin alio modo alienatio dicatur tam ex *d.l.fin.* quàm ex aliis iuribus in materia huius nostræ l. non tamen respondet ad *l.alienatum,ff.de verbor.signif.*quæ multum vrget pro recepta concordia,& ideo veram & tenendam videri affirmat Gutier. *d.cap.21.n.8.* ex ea ratione quòd licèt hypotheca contineatur sub verbo alienationis; nihilominus hoc non tam contingere videtur ex vi & proprietate verbi alienationis,vt cauetur expressè *in d.l.alienatum*,quia res hypothecata in dominio hypothecantis manet, quàm ex mente disponentium, &c.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio fundi dotalis voluntaria est prohibita, non necessaria,& num.2.*

3 *Alienatio necessaria non continetur in prohibitione alienationis.*

L. Mariti. II. & vlt.

Imp. GORDIAN. A. *Domitiæ.*

Alienatio fundi dotalis voluntaria est prohibita,non necessaria. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus.ex hoc tex.desumunt Neguzant.*de pignorib.part.2.memb.3.n.42.* Riminald.*in princip.Instit.quibus alienare licet, vel non num.139. & 145.in princip.*Gutier.*de iuram. confirm.part.1.cap. 58. num.10.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.33. vers. hinc etiam infero*, Molin.*de iustit. tract.2. disp. 428.n. 8.* vbi dicit alienationem fundi dotalis ex causa necessaria fieri, si marito data in dotem sit pars alicuius molendini, aut alterius prædij, quod 2

commodè

commodè diuidi non possit in partes, & socius agat ad diuisionem, ac petat vt vendatur ei, qui plus obtulerit pretij, tunc enim si ea ratione alienatur, iudice ad id cogente, valida est alienatio, subditque eo tamen euentu agere non posse maritum etiam de consensu vxoris ad diuisionem, petendo vt diuidatur, sed à socio prouocatum consentire posse in diuisionem & alienationem. Rebel. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 5. q. 7. sect. 2. n. 9.* vide Doctores, quos citaui *in collect. ad l. 1 limit. 5. supr. hoc eod. tit.*

3 Allegari vulgò solet ad hoc quòd alienatio necessaria non continetur in prohibitione alienationis, vt per Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloss. 14. num. 11. & ad fin. tit. num. 2.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 49. vers. minus obstat, & in authent. nisi, à n. 25. C. de bonis maternis,* Gam. *Lusit. decis. 199. n. 3.* Menchaq. *illust. controuers. cap. 32. num. 13. cum seqq.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 3. quæst. vlt. num. 67.* Ferrer. *in constit. Cathaloniæ gloss. 4. num. 132.* D. Barbos. *in l. diuortio §. si vir, n. 51 ff. solut. matrim.*

Diuortio facto, apud quem liberi morari, vel educari debeant.

Tit. XXIV.

Hoc iudicis arbitrio committitur, *l. vnic. & infr. tit. prox. l. 3. §. 1.* At Iustinianus distinctionem adhibet in omnibus cuiuscunque gradus parentibus, & liberis, *in Authent. hîc proximè posita.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide *l. Regia 3. tit. 19. part. 4.* latè Sanchez *de matrimon. lib. 10. disput. 20. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Liberi apud quem alantur facto diuortio, iudicis est arbitrari, & num. 2. Debere esse huiusmodi arbitrium vt vsque ad prius triennium soboles apud matrem educetur, maior autem triennio facta apud patrem, prout ius decernit circa prolis educationem, n. 3.*

L. Licet. Vnic.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Cælestinæ.*

1 In arbitrio iudicis est apud quem alantur liberi facto diuortio; sed hodie seruatur Authent. infrà posita, prout ibi dicetur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Sanchez *de matrim. lib. 10. disput. 20. num. 1.* vbi aduertit huiusmodi arbitrium debere esse vt vsque
3 ad prius triennium soboles apud matrem educetur, maior autem triennio facta apud patrem, prout ius decernit circa prolis educationem; additque bene Goffredum & Astensem intellexisse, præterquam si iudex inspectis particularibus circunstantiis aliud expedire arbitraretur, tunc enim ipsius esse dicunt arbitrari vter coniux apud se educaturus sit prolem, vt deciditur in hac l.

SVMMARIVM.

1 *Liberi apud matrem ad secundas nuptias non venientem nutriantur patris expensis, si is causam diuortij dederit; si verò contrà, tunc apud patrem matris locupletis expensis, nisi pater minus idoneus sit, & n. 2. 6. 7. Excipe*

I. si parens innocens in diuortio celebrando sit infidelis, is autem qui in culpa fuit, fidelis tunc in fauorem Fidei, ne proles in infidelitate procreetur, tradenda est coniugi fideli, n. 3.

II. Quando culpa viri factum est diuortium, & mulier transeat ad secundas nuptias, num. 4.

III. Quando mater causam diuortij dedit, & ipsa est locuples, vir autem pauper, tunc apud matrem soboles alenda est, num. 5.

8 *Intellectus Auth. si pater, vers. causam diuortij præstiterit, C. diuortio facto apud quem liberi, &c.*

9 *Auus, & reliqui ascendentes, an & quando teneantur nepotes, descedentésque suos egentes alere, remissiuè.*

Avth. Si pater.

Pater si causam diuortij præstiterit, apud matrem 1
ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis; si verò contrà, tunc apud patrem matris locupletis expensis, nisi pater minus idoneus sit, tunc enim apud matrem locupletem nutriantur. Sunt verba text. ad quorum explicationem vide ordinarios Doctores citatos *in l. vnic. suprà hoc eodem tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *ll. Hispan. 3. tit. 19. part. 4. vbi gloss. 3. & 4.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. si mater, à num. 11. ff. de liberis agnosc.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 24. num. 19.* Valasc. *consult. 92. num. 10.* latè Sanchez *de matrim. lib. 10. disput. 20. num. 1.* vbi se ignorare ait, quo fundamento ductus Henriq. *in summ. lib. 11. de matrim. c. 18. in fine,* dixerit contra hunc text. cuius non meminit, prolis educationem præcipuè pertinere ad patrem post diuortium.

Excipe tamen aliquos casus ab illa regula generali ex hoc text. desumpta, quæ habet, quòd quando culpa alterius coniugum diuortium factum est, apud innocentem est educanda proles, tradit Sanchez *d. lib. 10. disp. 20. n. 3.* Primus est si parens innocens 3
in diuortio celebrando infidelis sit, is autem, qui in culpa fuit fidelis, tunc enim in fauoré Fidei, ne proles in infidelitate procreetur, tradenda est coniugi fideli. Gutier. *d. cap. 24. n. 19.* Secundus quando culpa 4
viri factum est diuortium, & mulier transiit ad secundas nuptias, vt expressè probat hic text. ibi, *ad secundas nuptias non venientem, & d. l. Hispan. 3. tit. 19. part. 4. versic. E si se casasse, &c.* Tertius, quan- 5
do mater causam diuortij dedit, & ipsa est locuples, vir autem pauper, tunc apud matrem soboles alenda est, vt constat ex hoc text. ibi, *nisi pater minus idoneus sit.*

Matris locupletis expensis, &c.] Notatur ad hoc 6
quòd quando culpa matris diuortium fit, matris expensis alenda est soboles apud patrem, vt per gloss. *verbo materna, in l. alimenta, C. de negot. gestis, & verbo alantur in authent. vt liceat matri, §. illud, collat. 8.* Syluest. *in sum. verbo filius, quæst. 21. n. 14. in fine,* Boër. *cons. 17. num. 11.* Cordub. de Lara *in d. §. si mater, n. 12.*

Gutier. *d. lib. 1. cap. 24. num.* 19. D. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. part. 2. num.* 55. Sanchez *d. lib.* 10. *disp.* 20. *num* 7 Sed ansam dubitandi non immodicam offert quòd nullus sit textus id decidens, sicut in patre culpæ obnoxio id decisum est in hoc text. nam illa verba, ibi, *matris locupletis expensis*, non sunt desumpta ex originali authent. *vt liceat matri & auio*, §. *illud, collat.* 8. vbi absoluè dicitur ex matris colpa orto diuortio alendam esse sobolem apud patrem, Irnerius autem addidit, *matris locupletis expensis*, & cùm sit Doctor quidam priuatus auctoritate legis condendæ caret; qood & magis vrget, quia nec in versione Gregor. Holoandri, vt habetur *in nouella constit.* 117. *pag.* 197. leguntur illa verba, *nec de expensis matris quidquam loquitur contextura*; quare post Salicet. *in d. l. alimenta*, dubio succubuit Valasc. *dict. consult.* 92. *n.* 10. *versic. verùm huic opinioni*, asserens fuisse nimiam licentiam Irnerij adiicere illa verba, *matris locupletis expensis*, eo præsertim, quia obuiant regulæ communi, quæ patri solùm ponit onus alendi filios, à qoa regula non nisi iure aperto est deuiandum: subditque nec aothenticam in Codicem traductam ab Irnerio plus debere auctoritatis habere, quàm authenticam constitutionem, à qua fuit translata, cùm ab illa auctoritatem sumat, & non ex se.

7 Verùm his non obstantibus conclusio ex text desumpta in dictis verbis, *matris locupletis expensis*, est tenenda; ad obiectionē verò nititur satisfacere Corduba de Lara *in d. § si mater, num.* 12. dicens Irnerium non immeritò, sed ratione naturali ductum addidisse ea verba, quoniam vxor dotem viro tradit, qua onera matrimonio sustinens alat vxorem, filios, & familiā, vnde cùm diuortio facto dos sit vxori restituenda, æquitas naturalis postulat vt onera dotis sustineat, ac proinde sumptus educationis filiorum expendat, aliàs ex suo delicto maximum commodom reportaret vxor; & è contra vir insons graui damno afficeretur, &c Sed hanc solutionem meritò improbat Sanchez *d. disput.* 20 2. *n.* 8. tradens optimam esse cùm pater & mater, vir & vxor sint correlatiua, dispositum in vno, censetur in reliquo dispositum etiā in lege correctoria, & pœnali; quare cùm in d. auth. *vt liceat matri & auia*, §. *illud, collat.* 8. patre delinquēte alendam fore sobolem apud matrem, patris expensis, disponatur, iure optimo Irnerius vnde desomens textum *in præsenti*, & constituens illam sub hoc tit. addit ea verba *matris locupletis expensis*, quando mater est delinquens quasi in illa tanquam in correlatiuo idem dispositum censeatur.

8 *Causam diuortij præstiterit.*] Intellige siue diuortium fiat de iure, vt propter adulterium, siue de facto, vt quia absque iusto titulo coniux recedit, tunc enim expensis coniugis sic recedentis, vtpote qui causa huius iniusti diuortij est, soboles educari debet, vt per Innocent. *in cap. fin. de conuers. infidel. num. vnic. versic. si verò*, & *ibi* Butrig. *n.* 11. Abb. *in fine*, & Cardin. *quæst.* 6. quos refert Sanchez *dict. disput.* 20. *num.* 9. vbi tamen horum sententiæ non assentitur ex ea ratione, quia cùm quis de facto recedit, non dicitur diuortium facere, nec hæc lex pœnalis loquens in diuortio potest extendi ad recessum de facto & *num.* 10. quòd quando diuortium neutrius coniugis culpa celebratur, vt si mutuo cōsensu vterque separetur, vt iam cœlibem ducat voto omisso, vel absque illo. vel quia vterqoe est damnatus de crimine hæresis, tunc seruari posse ait dispositionem text. *in l. unica. suprà hoc eodem tit.* nempe vt puer minor triennio à matre educetur, maior verò à patre, nisi iudex aliud arbitraretur, quia in eo euentu nil immutatum reperitur, sed tantùm quando alterius coniugis culpa fit diuortiom, & *num.* 11. resoluit quòd quando matrimonium bona fide initum est, & postea reperitur inualidom, filius interim conceptus, est commonibus expensis alendus, qoamuis sit minor triennio, quia militat eadem ratio: subditque quòd si alter parens fuerit in mala fide constitutus, altero existente in bona, filium alendum esse ab eo, qoi in mala fide fuit, nisi pauper sit, alius verò locuples.

Hoc quoque in omnibus ascendentibus, &c.] Verùm 9
& quando auos, & reliqoi ascendentes, teneantur nepotes, descendentesque suos egentes alere? vide Rojas *de success. cap.* 21. *num.* 30. Paleoth *de nothis & spuriis, cap.* 47. *num.* 6. Cordub. de Lara *in d. l. si quis à liberis*, §. *non tantùm, n.* 41. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de expens. cap.* 3. *num.* 13. Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæst.* 12. *à princip.* Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disput.* 26. *num.* 21. *cum seqq.* Rebell. *de oblig. iustit. part.* 2. *lib.* 5. *quæst.* 4. *num.* 23.

De alendis liberis, ac parentibus.

TIT: XXV.

SICVT liberi à parentibus sunt alendi, *l.* 4. *hoc tit.* ita vice versa parentes ali debent à liberis, si sunt in ea facultate, vt alimenta præstare possint, *l.* 2. *eod. tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide *l.* 2. *tit.* 19. *part.* 4 Integros tractatus ediderunt Ioan. à Lignano *tom.* 12. *tractat. Doctor. fol.* 227. Ioao. Baptist. Pontan. *tom.* 8. *part.* 2. *fol.* 445. Barthol. de Saxoferrato, Ioan. Petr. Surdus, Martin. Coller. & in dies propediem expectator tractatus posthumus hac de re. Ioanne de Castillo auctore, Viui. Donat. à Fina, Villalob. & alij *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 14. *pag.* 363. *cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 1. *tit. de alimentis*, Cardos. *in praxi iudicum, verbo alimenta*, Iacob. Cancer. *variar. resolut. part.* 1. *cap.* 16. *de alimentis*, Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 440. vbi de alimentis liberorum naturalium, puerorum, & incestuosorum, *& tit.* 44. *de alimentis liberis à parentibus præstandis, & è contra, & tit.* 442. *de alimentis præstandis à fratre fratri, vel sorori, aut à marito vxoris, & è contra.*

SVMMARIVM.

1 *Alere parentes filij diuites tenentur, & num.* 2.
3 *Alere patrem filius tenetur emancipatus.*
4 *Alimenta patri bannito sunt à filio præstanda.*
5 *Alere patrem etiam Iudæum, vel infidelem, filius tenetur.*
6 *Alere patrem hæreticum filius tenetur Catholicus.*
7 *Ali pater emancipatus debet à filio.*
8 *Alit patrem spiritualem filius.*
9 *Alenda mater tam a filio legitimo, quàm concepto ex damnato coitu.*
10 *Alunt patrem filij hæredes, si extrema laboret inopia, & non adsit alius qui iure sanguinis teneatur alere.*
11 *Alimenta ne præstet filius patri auctoritate iudicis damnato ad pereundum fame. Cum Princeps, vel Reipubl. præcipit, pœna etiam grauissima constituta,*

tuta, ne quis alimentum, aut subsidium aliquod vitæ necessarium præbeat filio publicè proscripto, an hoc præceptum filium etiam Titij teneat, ac liget, num. 12. Patri subuenire de alimentis, & alijs, quæ continentur in primo Decalogi præcepto, filius Religiosus, qui patrem dimisit inopiâ grauatum, magis tenetur, quàm Prælato suo, num. 13. secus si necessitas superuenit post ingressum monasterij, num. 14. Patri subuenire in alimentis filia vxorata magis tenetur, quàm marito, num. 15. distinguitur, num. 16. Patri magis, quàm proprio filio succurrendum, si ambo sint ad extremam inopiam redacti, ita vt fame pereant, & vtrique subuenire non possit, num. 17. Frater fratri, aut sorori inopi, & quæ aliunde ali non potest, tenetur præbere alimenta, n. 18. idem ne dicendum in sorore diuite respectu fratris inopis, num. 21. Soror nupta alitur à fratre si vir sit inops, num. 19. Frater Clericus alere potest fratrem pauperem, etiam de redditibus beneficij, n. 20.

L. Parentum. I.

Imp. ANTON. PIVS A. *Basso.*

1 FIlij diuites tenentur alere parentes. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Bart.g. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Cuiac. Sichard. Seb. Naoi. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-
2 munt, exornantque S. Thom. *1.2. quæst. 100. art. 5. ad 4.* Nauarr. *in man. cap. 14. num. 13. cum seqq.* Couarr. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 6. n. 5.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis. §. parens, n. 14. cum seqq. ff. de liber. agnosc.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 19. n. 16.* latè Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 17. à princip.* vbi *num. 6.* quòd filius emancipatus tenetur alere patrem, &
3 *n. 18.* quòd patri bannito alimenta sunt à filio præ-
4 standa, & *quæst. 18.* resoluit filium teneri alere patrem
5 etiam Iudæum, vel infidelem, & *quæst. 19. n. 5.* quòd
6 filius Catholicus alit patrem hæreticum, & *n. 13.*
7 quòd pater excommunicatus ali debet à filio, & *q. 21.*
8 quòd filius alit patrem spiritualem, & *quæst. 22.* quòd
9 mater alenda est tam à filio legitimo, quam à concepto
10 ex damnato coitu, & *quæst. 23* quòd hæredes filij alunt patrem, si extrema laboret inopia, & non adsit alius qui iure sãguinis teneatur alere, vt se explicat *quæst. 24.* Pradil. *in summ. legum pœnal. part. 2. cap. 49. num. 2.* Sayr. *in claui Regia lib. 7. cap. 5. num. 15.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo alimenta, num. 14. & verbo filius num. 40.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 3. à*
11 *princ.* & præcipuè *q. 4.* vbi etiam quærit an debeat filius alimenta præstare patri auctoritate iudicis dã-
12 nato ad pereundum fame, & *quæst. 3.* an cùm Princeps, vel Respubl. præcipit, pœna etiam grauissima constituta, ne quis alimentorum, aut subsidiũ aliquod vitæ necessarium præbeat, Titio publicè proscripto, hoc præceptum filium etiam Titij teneat, ac liget, Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 228. num. 16. vers. quintus effectus*, vbi resoluit filium teneri alere patrẽ si aliũde commodè ali non possit, vbi ad filiam coniugatã hoc onus extendit, tum quia matrimonij cõtractus impedire nequit mutuum hoc debitum inter parentes, & liberos; tum etiam quoniam eiusmodi onus, mutuúmque priuilegium æquè conuenit viro comparatione suorum ascendentium, & vxori comparatione eorum, qui vxori ascendentes sunt; quare etiam inuito marito, & occultè, quando si palam faceret iurgium inter ipsos esse, posse eiusmodi debitum exoluere, Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib. 5. quæst. 8. n. 8.* vbi extendit ad filios naturales & spurios, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. n. 29.* Benedict. Ægid. *in repetit. l. ex hoc iure, ff. de instit. in init. num. 36.*

Filius Religiosus, qui patrem dimisit inopia gra- 13
uatum, tenetur magis patri subuenire de alimentis, & aliis, quæ continentur in primo Decalogi præcepto, quàm Prælato suo, Surd. *d. tract. de aliment. tit. 8.*
priuileg. 68. n. 5. vbi secus dicit si necessitas superue- 14
nit post ingressum monasterij. Immo non solum poterit, sed etiam tenebitur sub peccato mort. propter extremam parentis necessitatem è Religione egredi, vt illi subueniat, Cordub. *de casib. conscien. q. 141.* Valent. *tom. 3. disp. 3. quæst. 1. puncto 2.* Azor. *d. cap. 3. quæst. 5.* Less. *de Iustit. tom. 1. lib. 2. cap. 41. n. 34.* Nam filius, qui deserto patre inope ingreditur monasterium, peccat mort. Surd. *d. tit. 1. quæst. 29. n. 12.* Nauarr. *comment. 3. de Regular. n. 48.* Sayr. *d. lib. 7. cap. 6. num. 1.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 2. q. 16.* Azor. & Less. *proximè citatis locis.*

Filia vxorata magis tenetur subuenire patri, quàm 15
marito in alimentis, Surd. *d. tit. 1. quæst. 33. n. 33.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 4. n. 26.* vbi sic distinguit,
extra casum extremæ necessitatis potius tenetur vir 16
vxori, & è contra, quàm parentibus succurrere, quia in iis, quæ ad œconomicam rationem citra extremã indigentiam attinent, arctior est coniugalis nodus; in extrema autem necessitate potiùs parentibus est subueniendum, quia est debitum antiquius erga parentes, & ratio boni, quod est dilectionis obiectum, inuenitur eminentius in patre.

Filius magis patri quàm proprio filio succurrere 17
debet, si ambo sint ad extremam inopiam redacti, ita vt fame pereant, & vtrique subuenire nõ possit, Azor. *d. lib. 2. cap. 2. quæst. 16.* vbi Angel. Syluest. Tabien Armil. Abulens. Gabr. & alios citat Sayr. *in claue Regia lib. 7. cap. 5. n. 16.* latè Benedict. Ægid. *in repet. d. l. ex hoc iure, in initio num. 37.*

In gloss. *Parentum necessitatibus.* ibi, *an autem fra-* 18
ter fratrem, videtur quòd sic, &c. Notatur ad hoc quòd frater fratri, aut sorori inopi, & quæ aliunde ali non potest, tenetur præbere alimenta, vt per Gregor. Lopez *l. 4. tit. 19. p. 4.* Nauar. *de spoliis cleric. § 18. n. 10.* Corduba de Lara *in d. l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, n. 83. cum seqq.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 15. n. 56. cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. n. 4. & cons. 81. n. 2.* Escobar *de ratiocin. cap. 22. num. 41. cum seqq.* Ioan. Garc. *de expensis cap. 3. n. 34. cum seqq.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 15. à princ.* vbi *n. 8.* quòd soror nupta alitur à fratre, si vir sit inops, &
num. 11. quòd frater Clericus alere potest fratrem 19
pauperem etiam de redditibus beneficij. D. Barbos. 20
in l. 1. part. 4. n. 125. ad fin. ff. soluto matrim. Molin. *d. tract. 2. disp. 118. n. 23. vers. verùm frater*, Rebell. *de obligat. instit. part. 2. lib. 5. q. 4. n. 9. cum seqq.* vbi *n. 18.*
an idem sit dicendum in sorore diuite respectu fra- 21
tris inopis. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 12. num. 10.* Rota *in Romana alimentorum 21. Iunij 1627.* coram Reuerendissimo Durand. nunc Episcopo Vrgelleo.

SVMMARIVM.

1 *Filius vt alat parentem, iudex competens iubere potest, si in ea sit facultate vt alimenta præstare possit.*

2 *in causis Alimentorum an contra laicum sit iudex Ecclesiasticum, remissiuè.*

3 *Filius agens non tenetur ultra vires ad opem parentibus ferendam.*

L. Competens. II.

Diui fratres & AA. Celeri.

1 IVdex competens potest iubere vt filius parentem alat, si in ea facultate sit vt alimenta præstare possit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Competens iudex*, &c.] An in causis alimentorum contra laicum sit iudex Ecclesiasticus? vide Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 9. per tot.* vbi post Couar. Cordubam de Lara, Molin. & alios affirmatiuam tuetur sententiam.

3 *Si in ea facultate*, &c.] Ergo filius egens non tenetur vltra vires ad opem parentibus ferendam de quo Ascan *de patria potestate, cap. 4. effectu 17. num. 7.* Coleri. *in tract. de aliment. lib. 1. c. 2. & c. 5. n. 54.*

SVMMARIVM.

1 *Mater agere potest contra maritum, vt alat filium.*

2 *Pater, & non mater, vel ambo simul, de communibus bonis, in quibus casibus teneatur alere filios, remissiuè.*

L. Si competenti. III.

Iidem AA. Titianæ.

1 MAter agere potest contra maritum, vt alat filium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Pater, & non mater, vel ambo simul, de cõmunibus bonis in quibus casibus teneantur alere filios, vide Molin. *de iustit. tract. 2. d. sp. 168 & 218. n. 19.* & posita *in collect. ad Authent. si pater, supr. diuortio facto apud quem liberi morari, vel educari debeant.*

SVMMARIVM.

1 *Pater iudicis officio tenetur alere filium non ingratum, & vbi negatur filius, debet de filiatione prius constare.*

2 *Pater etiam cum iuramento non potest priuare filium alimentis. tenetur alere filium emancipatum, num. 3. & filium adoptatum, n. 4. & filium bannitum, n. 5.*

6 *Pater hæreticus, Iudaus, vel infidelis tenetur alere filium orthodoxum.*

7 *Alendus à patre filius naturalis, & spurius.*

8 *Alimenta iuxta parentum facultates, & perspecta ipsorum filiorum quantitate præstanda sunt.*

9 *Alimenta vbi præstanda, in iudicis arbitrio residet.*

10 *Filiusfamil. si nolit alimenta à patre recipere, velitque honestum vitæ genus quærere, non poterit impediri à patre non indigente filij opera, quominus aliò proficiscatur. Nec excusat patrem à præstatione huiusmodi alimentorum si dicat filium posse militare, aut alio modo sibi victum parere, num. 11. Iudex circa modum assignandi alimenta lite pendente filio, quem pater filium esse negat, debet summariam præmittere informationem, & si præsumptio aliqua sit pro filio, pronuntiare debet, n. 12.*

13 *Alimenta propter ingratitudinem denegari possunt. Qui potest exheredari, potest & dote, & alimentis priuari.*

L. Si patrem. IV. & vlt.

Impp. SEVER. & ANTONINVS. AA. Sabino.

PAter iudicis officio tenetur alere filium non ingratum, & vbi negatur filius, debet de filiatione priùs constare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

De alimentis à patre filio præstandis latè Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 1. per tot.* vbi *num.* 18. quòd pater etiam cum iuramento non potest priuare filium alimentis, & *num.* 20. quòd pater tenetur alere filium emancipatum, & *quæst.* 2. quòd tenetur alere filium adoptatum, & *quæst.* 3. de filio bannito quòd eum teneatur pater alere, & *quæst.* 4. quòd pater hæreticus, Iudæus, vel infidelis tenetur alere filium orthodoxum, & *quæst. 9. & seq.* quòd naturalis & spurius filius alendus est à patre, Cardos. *in praxi iudicum, verbo pater, num.* 15. Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput.* 168. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 2. cap.* 4. Benedict. Ægid. *in repetit. l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iure, in initio, n.* 29. *cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. n.* 52. 2 3 4 5 6 7

Alimenta pro modo facultatum, &c.] Notatur ad hoc quòd alimenta præstanda sunt iuxta parentum facultates, & perspecta ipsorum filiorum qualitate, vt per Paris. *cons.* 98. *num. fin. vol.* 2. Capyc. *decis.* 154. Couarr. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 6. num.* 7. Perez *ad tit. 1. lib. 3. Ordinam. pag.* 454. Gam. *decis.* 215. *num.* 1. Azor. *d. part. 2. lib. 2. cap. 4. quæst.* 19. vbi ait quòd in arbitrandis his alimentis est in filio personæ conditio desideranda ex ætate, nobilitate, professione vitæ, instituto, more, & consuetudine patriæ. Et id in filiis etiam spuriis intelligitur, quibus alimenta secundùm qualitatem, ac dignitatem personarum, & patrimonij præstanda sunt, ex Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 15. num.* 55. Surd. *de aliment. tit. 4. quæst.* 18. *num.* 51. *versic. sed etiam spurij*, Rota *in Romana alimentorum 21. Iunij* 1617. coram Reuerendissimo Durand. nunc Episcopo Vrgellen. 8

Vbi autem dicta alimenta sint præstanda, residet in iudicis arbitrio, *l. 1. §. & solet ff. vb. pupil. educ. vel.* & vtplurimum assignantur in eo loco, vbi educandus natus fuit, & nunc degit, iuxta consil. Cornei 281. *num. 4. lib.* 3. Molin. *d. lib. 2. cap. 15. num.* 74. Surd. *d. tit. 4. q. 14. n. 27. & q. 15. n.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 177. n. 54. & de arbitr. casu 170. n. 15. cum seqq.* Rota *in d. Romana alimentorum, in fine.* Et sunt extra domum præstanda ab illo, qui tenebatur præstare domi quando sunt ortæ inimicitiæ, Cald. Pereira *de potest. nominandi cap. 1. n.* 38. Cabed. *Lusit. decis. 178. per tot. part.* 1. 9

Si filiusfamil nolit alimenta à patre recipere, velitque honestum vitæ genus quærere, non poterit impediri à patre non indigente filij opera quominus aliò proficiscatur, per ea quæ resoluunt Pinel. *in l. 1. p. 2. n. 55. C. de bonis matern.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 39. num.* 6. 10

Nec excusat patrem à præstatione eiusmodi alimentorum si dicat filiũ posse militare, aut alio modo victum sibi parere, quia hæc potentia nõ excusat à debito alimentorum proueniente à iure naturali propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, sed solùm attenditur an ille, cui debemur 11

debētur alimenta, tot habeat redditus ex quibus viuere possit, vt ex Bald. & Salicet. dicit Aldobrand. *consil.*28.*num.*26. Crauet. *consil.*199.*num.*1.*versic. tamen diligentius*, Rota *decis.*124. *num.*5.*part.*2.*recentior.& in d.Romana alimentorum, versic. non obstat.*

12 *Quòd si patrem se negabit*, &c.] Nota quòd iudex circa modum assignandi alimenta lite pendente filio, quem pater filium esse negat, debet summariam præmittere informationem, & si præsumptio aliena sit pro filio, pronunciare debet vt interim alatur, Cardos. *in praxi iudicum, verbo alimenta, num.*5. Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum lib.*1. *tit. de alimentis, resolut.*1.*num.*48. vbi quòd ad hanc informationem summariam capiendam vnus testis sufficit dummodo sit omni exceptione maior, optimè Couarr. *practic. cap.* 6. *num.* 8. considerans quòd vbi quis asseuerat se esse alicuius filium, & ea ex causa petat alimenta, vel se illius filium pronuntiari, iudex interim pendente lite præmissa quadam summaria informatione an actor sit Rei cōuenti filius, compellet reum alimenta exhibere actori donec constet non esse illius filium per definitiuam iudicis pronuntiationem, & quòd sufficit vnus testis ad huius rei cognitionem summariam, vel ipsius petentis iuramentum, aut fama filiationis, Steph. Gratian. *discept.forens.tom.*2.*cap.*236.*num.*43. vbi aduertit esse differentiam inter alimenta, quę debentur filio existenti in quasi possessione filiationis, & non existenti: in primo enim casu quando est in dicta quasi possessione; quamuis pater neget filium, tamen cogitur illum alere, etiam nulla præmissa summaria causæ cognitione? quod secùs est in secundo casu cùm filius nullam habeat quasi possessionem, tunc enim vt eidem filio decernatur alimenta, requiritur summatim constare eum esse talem, quo cōstito pater cogetur alere, donec in plenario iudicio definiatur causa filiationis, & *num.*44. post multos, quos refert, tradit in casu, in quo filius petit alimenta à patre, vel in bonis paternis, ob quod vult probare filiationem, non dari repulsam testium, cùm tale iudicium sit summarium, in quo non admittitur reprobatio testium, & *num.*45. intelligit quando in iudicio, quantumcunque summario, non expectaretur alia sententia in principali causa, quasi tunc damnū quod inferretur, non esset separabile per aliud iudicium, si plenè non præiudicaret, tunc enim non admittitur repulsatio, & *num.*46 etiam intelligit aliud esse quando ageretur de repulsandis dictis ipsorum testium, cùm ista repulsatio colligatur ex ipsiusmet scripturæ inspectione.

Et sanè vbi hoc modo ex præsumpta, vel probata summariè filiatione alimenta pendente lite à parētibus filiis exhibentur mandato iudicis, non repetūtur postea, etiamsi constiterit in plenaria cognitione actorem filium non esse illius, quem vt verum parētem in iudicium vocauit, Couar. *d.cap.*6.*num.*8.*in fine*, Corduba de Lara *in d.l.si quis à liberis*, §.*si vel parens*, *num.*39. & 54. Castill. *lib.*3. *controuers.cap.*27. *num.*71.*in fine*, Stephan. Gratian. *d.cap.*236.*n.*14. vbi quòd nec pro his alimentis & sumptibus litis datur fideiussio, nisi quando dubitaretur de fraude, aut calumnia.

13 In gloss. *Promerueris* 1. ibi, *ergo propter ingratitudinem possunt denegari alimenta*, &c. Ita Gerard. *singul.*1. Couar. *de sponsalib. part.*2. *cap.*8. §.3. *in fine*, Duen. *regul.*365.*versic. fallit tertiò, & regul.*367.*in fine*, Corduba de Lara *in l.si quis à liberis*, §. *idem iudex, num.*2. Surd *de aliment.tit.*1.*quæst.*25.& *quæst.*78. *in fine*, & *quæst.*110. *num.*10.& *quæst.*111.*num.*2.& *tit.*7.*quæst.* 1.& *quæst.*42.*num.*1. Peregrin. *de iure fisci lib.*3.*tit.*18. *num.*81. D. Barbos. *in l.*1.*part.*4.*num.*41. *ff.solut.matrim.* Contra quam resolutionem non obstat quòd alimenta filiis egentibus exhibere præceptum est legis naturalis, S.Thom. 2.2.*quæst.*101. *art.* 2. *ad* 2 Couarr. *d.part.* 2.*cap.*8.§.6.*à num.*1. Corduba de Lara *in d.l.si quis à liberis*, §.*parens*, *à princ.* Surd. *de aliment.tit.*1.*quæst.*1. Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.*1.*in prælud.num.* 35. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.*2. *lib.*13. *tit.* 13. *num.* 2. ergo neqnaquam iure ciuili tolli possunt, quia respondetur ius ciuile in hac materia nō tollere naturale debitum alimentorum, sed solùm tollere remedium, quod iure ipso ciuili ad fouendum illud debitū fuit introductum, nempe ius petendi alimenta in foro iudiciali, argum. *d.l.si quis à liberis*, §.*iudex*, cùm etiam in foro conscientiæ teneatur pater, exhæreditatis indigentibus subuenire.

Notatur ad hoc quòd ille, qui potest exhæredari, potest & dote & alimentis priuari, cùm idem sit argumentum de vno ad aliud; ex Tiraquel. *in l.si vnquam, verbo susceperit liberos, num.*12. Molin. *de primogen.lib.*2.*cap.*16. *num.*7. Morl. *in emporio iuris ciuilis part.*1.*tit.*1.*in prælud.num.*35. Cald. Pereira *q.for lib.*1. *q.*18.*n.*9.& *n.*27.

De concubinis.

Tit. XXVI.

Concubina est, quæ cùm vxor non sit, cum aliquo tamen viuit, ac vxoris loco in domo est, ac corpus miscet. *l.libro* 144.*de V.S.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide Bermond. *de publ.concubin.* Ludou. de Sardis *in tract.de naturalib.liber.rubr. de concubin.* Suar. Bellacomb. & Vezin. *tom.*1.*commun.opin. lib.*5. *tit.*15.*pag.*754. Arimin. Tepat. *variarum sentent.tom.*2. *tit.*437. Perez *l.*23.*tit.*3. *lib.*1. *Ordin.* Rebuff. *in concord.ad Bullam Leonis X.de publ.concub.* Clar. *in practic.*§.*fornicatio, num.*6.& 7. Bernard. *in pract.cap.*79. Mascard. *de probat.conclus.*341. Decian. *in tract.crimin.lib.*6.*cap.*21.*de concubin.cleric.* Pradil. *in summ.legum pœnal.part.*1.*cap.*13. Menoch. *de arbitr.casu* 418. Cardos. *in praxi iudicum, verbo concubinatus*, Farin. *in praxi crim.tit.de delictis carnis, quæst.*138.*per tot.* Molin. *de Iustit. tom.*4. *tract.*3.*disp.*89. *num.* 3. *cum seqq. l.Hisp.*23.& *seq.tit.*3.*lib.*1. *Ordin.* quæ est *l.*5. *tit.*19. *lib.*8.*noua Recop.Ordin.Reg.Lusitan.lib.*5.*tit.*28.

SVMMARIVM.

1 *Concubinam penes se habere, constante matrimonio, nemini concedatur licentia.*

2 *Concubinatus etiam de iure ciuili prohibitus.*

L. Nemini. Vnic.

Imp. Constantin. A. *ad populum.*

Concubinam penes se habere, constante matrimonio, nemini licentia concedatur. Colligunt ex Ordin. Cyn Bart. Salicet Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super* 5. *fol.*62.*verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Argumento huius text.dũ prohibetur dari licentia marito constante matrimonio habendi penes se cócubinam, videtur innui alijs non vxoratis id fuisse olim iure ciuili permissum, ac proinde minimè prohibitum, vt per Ghirland. *de pœnis omnif.coitus*, q.9. *num.*5. Clar. §.*fornicatio*, *num.*6. *vers. & in primus quæro*; Vincent. de Franchis *dec.*240.*num.*17. Menoch. *de arbitr.casu* 418.*num.*18.*&* 21. Peregrin. *de iure fisci lib.*3. *tit.*18. *num* 7. vbi quòd iura ciuilia de concubinatu non sunt sublata. Sicut eodem iure ciuili atterò simplex fornicatio nec prohibita, nec punibilis fuit, ex eodem Ghirland. *d. cap.*9, *num.*3. *versic. de iure verò ciuili*, Clar. *d* §.*fornicatio*, *num.* 1. *in princ.* Menoch. *de arbitr. casu* 289. *num.*3.*& ibi in addit.per eum, num.*18.*cum seq.* Caball. *resolut.crimin.casu* 200.
2 *num.*85.*vers.nec obstat.* Sed contrarium, immo concubinatum, etiam de iure ciuili esse prohibitũ, tenẽt Paleoth. *de nothis & spur.cap.* 12.*num.* 21. Baiard.*ad Clar.*§.*fornicatio*, *num.*7. Ceuall. *commun. contra commun.tom.*1.*quæst.*x95.*per tot.* Fichard. & Suar.*tom.*1. *commun.opin.lib.*5.*tit.*15.*num.*1.vbi *num.*4.ait Vezin. quòd iudex potest cogere illum, qui tenet concubinam cum vxore, vt concubinam dimittat.

De naturalibus liberis, (ex concubina susceptis,) *& matribus eorum, & ex quibus causis* (legitimentur, ac) *iusti efficiantur.*

Tit. XXVII.

NATVRALES hîc dicuntur, qui nati sunt ex concubinis. etsi interdum naturales vocentur, qui suscepti sunt ex iustis nuptiis, vt *Instit.de adopt. in princ.* Legitimandi primus modus est per oblationem curiæ, *l.*3.*&* 9. secundus per subsequens matrimonium, *l* 5. *&* 11. tertius per arrogationem, *l.*6.§.*vlt.hoc tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. Giphan. *tom.*1,*pag.*458. De materia tit. vide Viui. Bellacomb Vezin.& alios *to.*1.*commun. opin.lib.*5.*tit.*16,*pag.*754.*cum seqq.* Arimin. Tepat. *var. sentent.tom.* 1.*tit.*438. Henric. Bocer. *disput.in iure vniuerso, tom.*1.*classi* 1.*disp.*6.*n.*10.*cum seqq.*

Naturales liberi qui dicantur, tradunt Alciat. *de præsumpt.regul.*1.*præsumpt.*5. *num.*4.*cum seqq.* Couar. *de sponsal. part.*2.*cap.*8. §. 4. *num.*2. Menes *in l.cùm acutissimi*, *num.*34. *C. de fideicommiss.* Antón. Gom. *l.*9. *Tauri num.*1. Tell. Fernandez *l.*11. *Tauri*, Rojas *in epit.success.cap.*10.*à princip.* Paleoth. *de nothis, & spur.cap.*12. Sarmien. *select lib.*1.*cap.*7. *à princ.* Eman. Costa *in l.Gallus*, §.*& quid si tantùm*, *p vlt.num.*60.*ff. de liber. & posthum.* Viui. *tom.*1.*commun. opin. lib.* 5. *tit.*16.*num.*1.*pag.*754. Mariens. *l.*9.*gloss.*2.*tit.*8.*lib.*5. *noua Recopil.* Menoch. *de præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*54. *num.*4.*& cons.*60.*num.*3.*& cons.*283.*num.*10. Corduba de Lara *in l.si quis à liberis*, *in princ. num.*90.*ff. de liber.agnosc.* Fortun. Garc. *de vltimo fine, ex num.* 135. Honded. *cons.*69. *lib.*1. Surd. *de aliment.tit.*1.*quæst* 9. *num.*9. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de nobilit gloss.*20.*n.*34. *cum seqq.* Auendan. *in dictionar. verbo hoc natural.* Mascard. *de probat.concl.*341.*&* 799. Molin. *de Iustit. tract.*2. *disput.* 165. *num.*4. *&* 1.*& disput.*172.*num.*4. Mastril. *Sicil. decis.*152.*num.* 7. Peregrin. *de iure fisci lib.*3.*tit.*18. Henric. *in summ.lib.*11.*cap.*20. §.1. *ad fin.* Cald. Pereira *de nomin.emphyt. quæst.*21. *num.* 4. *cum seqq.* D.Barbos. *in l.*1.*part.*4. *num.* 63. *ff. solut. matrim.* Cald. Pereira *post quæst.for.in comment. ad* §. *tam autem, in princ. Instit.de inoff.testam.* Aluar. Valasc. *cons.* 134.*n.*4.*cum seqq.* Thom. Valasc. *alleg.iuris tom.*1.*alleg.* 6.*n.*33.*cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Nuptias contrahere cum quibus personis non possunt in dignitate positi.*
2 *Naturalibus, siue spuriis, si quid titulo donationis traditum à viris in dignitate positis, reuocari per descendentes legitimos; aut ascendentes, patrem, vel matrem, aut collaterales proximos fratrem, vel sororem, quibus non extantibus, vel agere recusantibus, applicari fisco. Idem in quolibet alio patre aliquid donante filio spurio, & incapaci, n.* 3.
4 *Duumviri olim eisdem muneribus fungebantur, quibus Romæ fungebantur consules.*
5 *Syriarcha sacerdotij genus in Syria.*
6 *Naturalibus, aut spuriis, qui patri sunt insuccessibiles, relictum, non ad fiscum, sed ad venientes ab intestato pertinere debet. Deferri hæredi scripto, & deinde venientibus ab intestato, ordine successiuo, num.* 7.
8 *Spurius nec directò, nec etiam per interpositam personam potest aliquid à patre capere. Is, qui vt agnatus vult agere ad reuocationem eorum, quæ spurio sunt relicta, intra duos menses debet agere, aliàs excluditur, & fisco fit locus, n.*9.

L. Senatus. I.

Imp. CONSTANTIN. A. *ad Gregorium.*

IN dignitate positi non possunt nuptias contrahere 1
cum personis hîc nominatis, aliàs notantur infamia, nec valet matrimonium, & collata liberis ex tali coniugio, vel etiam talibus vxoribus, reuocantur per legitimas personas, quibus negligentibus venit fiscus; hodie verò tenet matrimonium, & collata non reuocantur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Cuiac. Sichard. Aloys. Leo *super* 5.*fol.* 64. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Vide Anton. Gom. *l.*9. *Tauri num.* 33. vbi in hoc 2
text. disponi asserit quòd si viri in dignitate positi habuerint filios naturales, vel spurios, & aliquid titulo donationis eis tradiderint per se, vel per interpositam personã, reuocatur per descendentes legitimos, aut ascendentes, patrem, vel matrem, aut collaterales proximos, fratrem, vel sororem, quibus non extantibus, vel extantibus, sed agere expresse recusantibus, vel tacitè per lapsum duorum mensium, applicatur fisco; additque quòd licèt text. *in præsenti* in hac 3
parte loquatur in personis positis in dignitate, tamẽ idem videtur esse in quolibet alio patre aliquid donante filio spurio & incapaci. Tiraquel. *de nobilitate, cap.*19. *num.*36. vbi quòd Senatores, & alij hi nominati non possunt ducere in vxores filias libertinarum, scenicarum, & aliarum id genus mulierum. Bertrand. *cons.*395. *num.* 10. *lib.*4. vbi ait hunc textum loqui, & intelligi de spuriis natis ex personis constitutis in dignitate illa, de qua *hîc*, & cùm hæc lex sit exorbitans, non debet extendi ad alios spurios. Menoch. *de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*96. *n.*1. vbi refert

Constan

Constantinum in hac l. statuisse patrem dignitate ordinatum, sicuti Senatores, Præfectos, & similes, nil posse donare, nec relinquere filiis à se procreatis ex ancilla, vel ancillæ filiæ, vel alia simili abiecta ac vili persona, Menchaq. *illustr. controu. part. 1. lib. 3. c. 102. n. 7. & 8.* vbi citato hoc text. dicit quòd si spurius strictè sumptus neque ex testamento, neque abintestato aliquid à patre capere potest, neque etiam ex contractu inter viuos, itaut si de facto huic filio spurio pater aliquid reliquerit, id non fisco, sed liberis legitimis, vel cognatis proximioribus deferatur, latè Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 17. ex n. 1.* vbi sic summat textum *in præsenti.* Nati ex concubinis vilissimis, & patribus in dignitate positis sunt spurij, & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quam contractus lucratiui à patre eorum, & quod eis pater dederit, siue illos legitimos dixerit, siue naturales, totum retractum legitimæ suboli redditur, aut fratri, aut sorori, aut matri, aut patri illius, quibus non extantibus, vel repudiantibus, aut infra duos menses agere negligentibus, fisco locus aperitur. Item nec ipsis concubinis eorum matribus aliquid relinqui potest, vel donari, vel ficto titulo vendi, aut concedi; & idem Pereg *ibi*, expressè firmat textum loqui in concubinis vilissimis desponsatis, & in vxorem acceptis, & in ea quæ concubina fuisset, nec desponsata, & *num. 9.* tradit hanc legem continere ius speciale in illis spuriis. Fachin. *controuers. lib. 3. cap. 53.* Henric. Bocer. *in disput. de iure vniuerso tom. 1. class. 1. disp. 6. num. 13.* Surd. *decis. 149. n. 26.* vbi ex Bart. dicit hunc text. procedere in spuriis ex dānato coitu. D. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 63. ff. soluto matrim.* vbi ait decisionem huius l. hodie tantùm verificari in filiis spuriis, quia hi enumerati in hac l. verè naturales sunt, cùm hodie inter personas hìc expressas possit matrimonium contrahi, per *auth. sed nouo iure, inf. eod. tit.*

4 *Duumuiralitas.*] Duumuiri olim eisdē muneribus fungebantur, quibus Romæ fungebantur consules, & ad eorum similitudinem tantùm duo creabantur, & ideo duumuiri appellantur, vide D. Barbos. *in l. 2. §. fin. n. 59. ff. de iudic.*

5 *Vel Syriarchia.*] Est sacerdotij genus in Syria, de quo Caluin. *in suo lexic. iuridic. verbo Syriarchia.*

6 *Totum retractum legitimæ personæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd spuriis, aut naturalibus relictum, qui sunt patri insuccessibiles, non ad fiscum, sed ad venientes ab intestato debet pertinere, de quo Duen. *reg. 366. ampl. 3. & 4.* Anton. Gom. *l. 9. Tauri num. 21.* Cou. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 1.* Paleoth. *de nothis & spur. cap. 44. à num. 3.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 42. cap. 35. num. 11. cum seqq.* Rojas *in epit. success. cap. 20. num. 15. & 18.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 31. num. 33.* Spin. *in speculo testament. glos. 16.*

7 *princip. num. 48.* vbi ait huiusmodi bona deferri hæredi scripto, & deinde venientibus ab intestato ordine successiuo.

Ipsas etiam, quarum venereis, &c.] Nota præsumptionem, de qua hìc, legis præsumptionem non esse, si enim eiusmodi esset, tormentis in concubinæ persona opus non esset ad perfectam acquisitorum probationem eliciendam, ita Benedict. Ægid. *in tract. de iure & priuil. honestat. art. 15. n. 11.* sic concludit. Atque ita text. *in d. 6. ipsas*, vbi concubina negans ab amasio acquisiuisse, tormentis subijcitur exquirendæ veritatis causa, non est intelligendus de præsumptione legis, quæ sola per se aduersùs negantem liquidissimam faceret probationem, vt alia opus non esset, iuxta, suprà dicta, quicquid de legis præsumptione aduersùs Alciat. *d. reg. 3. præs. 26. num. 3.* textum illum intelligat Menoch. *d. lib. 3. præs. 51. num. 7. vers. nec repugnat*, meliùs enim intelligitur de præsumptione hominis, seu coniectura; quæ arbitratu iudicis posset esse ita efficax, quòd faceret sufficiens indicium ad torturam, vt intelligit Alciat. *d. n. 3.* quem sequutus est Mascard. *d. concl. 340. num. 6. & 7.* Hactenus Benedict. Ægid.

Sine per interpositam personam, &c.] Notatur ad 8 hoc quòd spurius nec directè, nec etiam per interpositam personam à patre potest aliquid capere, Anton. Gom. *l. 9. Tauri n. 21.* Paleoth. *de nothis & spur. cap. 14. num. 3. cum seqq.* Duen. *reg. 366. ampl. 12.* Cou. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 3. vers. nec infert*, Rojas *in epit. success. cap. 20. num. 52.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 42. cap. 19. num. 59.* latè Molin. *de iustitia tract. 2. disp. 169.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 96. num. 11. & 12.* D. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 79. cum seq. ff. soluto matr.* vbi existimat quòd quando prohibitio consistit in persona patris dotantis, vel legantis, semper color videtur quæsitus, vt quasi per mediam personam credatur datum, vel relictum spurio. & *num. 80.* aduertit quòd si illud, quod datur genero, nihil vtilitatis affert filiæ spuriæ, tunc sine dubio datum genero valebit, vt si ponas statuto caueri vt moriente vxore sine liberis generi lucretur certam partem dotis, ducens spuriam lucrabitur, quia tunc nulla vtilitas ex eo lucro potest quæri spuriæ iam mortuæ: si verò aliqua vtilitas quæritur spuriæ, debet considerari persona instituti, vt si talis sit vt propter amicitiam, vel consanguinitatem verisimiliter eum fuisset instituturus testator, non præsumatur fraus, aliàs præsumatur, & inducatur text. hic in fine.

Quibus tacentibus, &c.] Notatur ad hoc quòd is, 9 qui vt agnatus vult agere ad reuocationem eorum, quæ spurio sunt relicta, intra duos menses debet agere, aliàs excluditur, & fisco fit locus, vt per Crauet. *cons. 166. num. 15.* Menoch. *cons. 61. à num. 40.* Villalob. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 24. n. 11. pag. 143.* vbi citat *l. Hisp. 10. tit. 13. part. 6.* Spin. *in speculo testament. glos. 16. princip. num. 46.* vbi dicit quòd hæc restitutio, quam tenetur facere spurius, non est facienda fisco, sed legitimis filiis, vel parentibus, vel fratribus, quibus ex bona de iure deferuntur, & illis negligentibus capere intra duos menses deferuntur fisco.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium hodie iure nouo tenet inter personas in l. 1. suprà hoc eod. tit. expressas, & collata in illas valent.*

2 *Naturalis filius natus ante matrimonium potest effici legitimus, si illud subsequatur postea.*

AVTH. Sed nouo iure:

Hodie iure nouo matrimonium tenet, & collata 1 in illas personas expressas *in l. 4. sup. hoc eod. tit.* valent, ita aduertunt Boër. *decis. 263. n. 17.* *l. Hisp. 3. tit. 14. part. 4.* vbi *glos. 4. in princ.* Felician. *controuers. lib. 3. cap. 53.* Peregrin. *de iure fisci lib. 3. tit. 17. num. 2.* Menoch. *cons. 18. num. 9.* D. Barbos. *in l. 1. part. 4. n. 63. prope fin. ff. soluto matrim.*

Vnde cùm iam nec iure Cæsareo, nec Pontificio 2 impediatur nobilis ducere vilē, poterit filius naturalis natus ante matrimoniū legitimus effici, si illud postea inter parentes data etiā conditionis inæqua-

 litate

litate, vt quia fœmina sit vilis conditionis, aut meretrix, vir autem nobilis, & honestus, subsequatur, ita Greg Lop. *l. 1. verbo se casa tit. 13 part. 3.* Put. *part. 3. decis.* 8. Burg *cons. 6. num. 12.* Octauian. Cacheran. *Pedem. decis. 154.* Menoch. *cons. 18. per tot. & præcipuè num. 6. cum seqq. & cons. 342. n. 28.* Menchaq. *controuers. vsufreq. lib. 3. cap. 21. à princip.* vbi asserit hanc opinionem procedere quoad validitatem matrimonij, non bene tamen negat obtinere quoad alios iuris Ciuilis effectus, Pereg. *de fideicom. art. 24. num. 51. & de iure fisci lib. 3. tit. 17. num. 2.* Ioseph. Ludou. *concl. 27. num. 11.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 1. collect. 107.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quæst. 21. num. 77. cum seqq.* Anton Gabr. *commun. conc. 3. lib. 6. tit. de legitimat. concl. 1. n. 46.*

SVMMARIVM.

1 *Naturalibus, eorúmque matri non potest relinquere vltra vnciam qui habet matrem, vel filios legitimos: naturalibus non extantibus solùm semiunciam potest relinquere concubinæ; vltra relictum redit ad successores, & n. 2.*

L. Matre. II.

Impp. Arcad. & Honor. AA. *Anthemio P. P.*

1 SI quis habet matrem, vel filios legitimos, nō potest naturalibus, & eorum matri relinquere vltra vnciam, & ipsis naturalibus non extantibus solùm semiunciam concubinæ potest relinquere, & vltra relictum redit ad successores. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Roderic. Xuar. *in l. 2. tit. quicumque num. 12. in princ. p. 322.* Anton. Gom. *l. 9. Tauri num. 5.* Cou. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 11.* Peregr. *de iur fisci lib. 3. tit. 18. num. 12.* vbi per hunc text. tenet quòd naturalis extantibus legitimis non potest ex testamento patris, vel aui paterni capere supra vnciam; subditque hanc vnciam posse patrem ex testamento relinquere filio naturali, siue mater illius extet, siue non, & *n. 13.* intelligit quòd extantibus legitimis non potest capere vltra vnciam per vulgarem, vel fideicommissariam, per quas succeditur in bonis testatoris, per pupillarem autem substitui poterit in bonis propriis ipsius pupilli, non in bonis paternis supra vnciam; intelligit etiam vt vnciam capere possit supra id, quod soluerit causa conditionis implendæ, vel aliter iussu patris testatoris, & *num. 14.* ampliat vt nec etiam per ius accrescendi possit naturalis in vncia institutus concurrere cum legitimo in portione per fratres repudiata, & *num. 15.* declarat legitimis extantibus & succedentibus, nam eis repudiātibus naturalis in vncia institutus totum consequitur, & *num. 10.* sobolem legitimam in materia ista accipit pro omnibus descendentibus. Valasc. *cons. 94 n. 8.* vbi quòd naturalis filij extante prole legitima capiebat vnam vnciam tantùm, Harprecht. *in add. ad Clar. §. testamentum quæst. 31. lit. B. in princ.* Bened. Ægid. *in tract. de iure & priuil. honest. art. 13. num. 35. in princ.* vbi per hunc text. dicit, quòd pater, cui legitima soboles extat, potest in testamento suo naturalibus filiis vnam vnciā relinquere, idest, duodecimam totius assis partem. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 97. C. de in integ. restit. minor.* vbi citato hoc text. tradit quòd extantibus legitimis descendentibus, vel ascendentibus, quibus legitima portio debebatur, non poterat pater naturalibus filiis præter vnam vnciam relinquere. Molin. *de Iust. & iur. tract. 2. disp. 166. num. 2 vers. secunda conclusio,* vbi refert quòd de iure communi existentibus descendentibus legitimis solùm fas est donare, aut relinquere ex testamento filiis naturalibus, atque ipsorum matri, vnciam vnam, hoc est, duodecimam bonorum partem, &c. Cardin. Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 3. tit. 15. num. 17.* vbi considerat ex hac l. hoc solum sequi per sensum contrarium quòd extante legitima sobole naturalibus filiis vltra vnā vnciam pater relinquere non possit, quia in sensu directo permittitur vt extāte legitima sobole testator possit vnciam tantùm liberis naturalibus relinquere; item quod à contrario sensu sequitur quòd non extante legitima sobole vltra vnciam testator possit naturalibus liberis relinquere; illud autem non sequitur quòd nihil possit relinquere, vel quòd totum relinquere sit prohibitus: quoniam autem non extante legitima sobole non erat in sensu contrario taxata certa quantitas, vel portio, quam testator possit liberis naturalibus relinquere, ideo Iustinianus id ipsum constituit, & declarauit *in l. humanitatis, inf. hoc tit.* quòd nulla legitima sobole, vel matre subsistente testator possit naturales filios, vel matrem eorum ex vnciis sex hæredes instituere.

SVMMARIVM.

1 *Naturales filij traditi curiæ propria ciuitatis, vel ei qui sit caput prouinciæ, quando ortum habet ex Regia vrbe, possunt in solidum heredes institui; nec poterunt illi conditionem curialem recusare si reperiuntur paterna bona possidere. idem si filia naturalis alicui Curiali tradita in matrimonium, num. 2.*
3 *Naturalis filius eius consensu à patre Curiæ Principis oblatus, fit legitimus ipsi offerenti, etiamsi legitimos & naturales filios ipse pater habeat.*
4 *Legitimatio per Curiæ oblationem ab vsu recessit.*
5 *Ciuitas nobilitat ciuem.*
6 *Mulier illegitima & spuria si nubat marito legitimo, quo ad omnia legitima censetur.*
7 *Viri capacitas porrigitur ad vxorem.*

L. Si quis naturalem. III.

Impp. Theod. & Valent. AA. *ad Apollonium P. P.*

PAter, qui filios naturales tradidit Curiæ propriæ 1
ciuitatis, vel ei, qui sit caput prouinciæ, quando ortum habet ex Regia vrbe, potest illos in solidum hæredes instituere, nec poterunt illi conditionem curialem recusare si reperiuntur paterna bona possidere, & idem si filiam naturalem alicui curiali tradidit in matrimonium. Colligunt ex Ordin. Doctores 2
citati *in l. 1. num. 1 sup. hoc tit.*

Vulgò allegatur ad hoc quòd filius naturalis eius 3
consensu à patre Curiæ Principis oblatus, fit legitimus ipsi offerenti, etiamsi legitimos & naturales filios habeat ipse pater, *l. Hisp. 5. tit. 15 part. 4.* Nicol. de Vbaldis *de success. ab intest. 6. spec. 5. modo legit.* addens hunc filium ex oblatione ista vtcunque facta admittendum esse ad bona illa, quæ existunt intra

territorium,

territorium, ac iurisdictionē Principis, cuius Curiæ, facta fuit oblatio, non ad alia bona, Conan. *comment. iuris lib. 2. cap. vlt. col. 1.* Cou. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 7. n. 4* Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 2. cap. 10. n. 3. in princ. vers. primum*, vbi quòd illegitimi legitimantur per oblationem Curiæ alicuius loci si illi operas ipsi impedissent, vel illegitima Curialibus nuberet. Cott. *in memorab. verbo legitimatus per oblationem curiæ*, vide *ad l. communium. § sup. hoc tit.*

Hanc legitimationem per Curiæ oblationem ab
4 vsu recessisse tradunt Cou *d. §. 7. num. 6. vers. hac tamen legitimatio*, Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm. gloss. 5. n. 67.* vbi testatur quòd cùm in illo Regno sit magnus Curialium numerus, præcipuè apparitorum, non legitimabuntur per oblationem Curiæ, quia olim vix inueniebantur, qui Curiis seruire vellent propter modicum lucrum, vide citatos *ad l. communium, infr. hoc eod. tit.*

5 *Indignum enim est*, &c.] Notatur ad quòd ciuitas nobilitat ciuem, vt per Tiraq. *de nobilit. cap. 12. à princ. & n. 4.*

6 *Sed et si filiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier illegitima & spuria si nubat marito legitimo, quoad omnia legitima censetur, vt per Tiraq. *de nobilit. cap. 18. n. 2.* And. Gall. *lib. 1. de pace publica cap. 6.*
7 *n. 27.* Anton. Pichard. *de nobilit. communic. num. 46. vers. item & illud.* Vnde capacitatem viri ad vxorem porrigi per hunc text. tenet hic Bald. quem referunt Hippol. *sing. 501.* & Cald. Pereira *de potestate eligen. cap. 13. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Naturalis per patrem Curiæ deputatus, si onus agnoscit, hereditatem patris non potest repudiare.*
2 *Voluntates & desideria morientium colliguntur quoque ex arbitrio viuentium.*

L. Quoniam desideria. IV.

Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. *Armasio.*

1 NAturalis per patrem Curiæ deputatus, si onus agnoscit, hæreditatem patris non potest repudiare. Colligunt ea Ordin. Doctores citati *in l. 1. tit. 1. sup. hoc tit.*

2 Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd voluntates, & desideria morientium ex arbitrio quoque colliguntur viuentium, atque ex ipso in casu dubio coniectura colligitur non sine iusta ratione, & interpretatione deduci, vt scilicet id videatur testator voluisse, quod alij viuentes boni & recti iudicij faciunt, aut in simili specie facerent, siue facere æstimarent. Ita Petr. de Ancharr. *cons. 237. Quia in primo quæsito col. 2. circa princ. & cons. 301. circa med.* Cravet. *cons. 98. in fine, & cons. 151. in fine*, Roland. *cons. 6. num. 25. lib. 4* Menoch *cons. 399. num. 29.* Sim. de Prætis *de interpr. vlt. vol. lib. 1. interp. 2. dub. 2. solut. 10. num. 1. & 2. fol. 116.* licèt aduersùs communem allegationem huius text. insurgat Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 6.* Fului. Pacian. *cons. 15. n. 12. & 13.* vbi singulariter explicat, Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib. 1. cap. 21. num. 59.* Pereg. *cons. 23. n. 18. vol. 5.* latè Castill. *controuers. tom. 5. cap. 101. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Poterat quis concubinam ducere in vxorem si ex ea liberos habebat, nec ei vlla proles legitima extabat, & liberi efficiebantur legitimi, & in potestate; & poterant succedere ex testamento, & abintestato etiam cum fratribus postea natis, secus si prolem ex concubina non habeat.*
2 *Concubinam si quis habeat, & ex ea liberos susceperit, ductâ eâ in vxorem liberi efficiuntur legitimi.*
3 *Legitimatus suus hæres efficitur.*

L. Diui Constantini. V.

Imp. ZENO A. *Sebastiano P. P.*

IVre isto quis poterat concubinam ducere in vxorem si ex ea liberos habebat, nec ei vlla proles legitima extabat, & liberi efficiebantur legitimi, & in potestate, & poterant succedere ex testamēto, & abintestato etiam cum fratribus postea natis, secus si prolem ex concubina non habeat. Colligunt ea Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd si concubinam quis habeat, & ex ea liberos susceperit, ducta ea vxore liberi efficiuntur legitimi, vt per Henric. Bocer. *in disp. de iure vniuerso class. 1. disp. 10. n. 4.* 2

Muniunt imperium, &c.] Potiùs legendum *minuit*, & sic facere pro illis, qui historiam donationis Constantini vt veram deprædicant, ac defendunt, tradunt Alban. *in libro de donat. Constantini num. 9.* Marta *de iurisdict. part. 1. cap. 40. num. 27.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 1. tit. 2. cap. 2. num....*

Sui, ac legitimis, &c.] Notatur ad hoc quòd legitimatus suus hæres efficitur, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo suscepit num. 64.* Anton. Gom. *l. 9. Tauri n. 90. col. 2.* 3

In gloss. *Constantini.* ibi, *hic fuit primus Imperator Christianus*, vide de eo Cardin. Baron. *annal. eccles. tom. 2. anno Christi 253. pag. mihi 444.* Bened. Ægid. *in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 1. in initio n. 2.*

L. Iubemus VI.

Imp. ANASTASIVS A. *Sergio P. P.*

ANastasius Imper. permittit per hanc l. naturalibus liberis quolibet titulo dari, & relinqui non existente legitima sobole, atque etiam dicit quòd propter consequens matrimonium, & per arrogationem legitimantur. 1

SVMMARIVM.

1 *Bastardi alieno morbo laborant.*
2 *Adoptare prohibetur pater liberos suos naturales.*
3 *Patri eorum, qui ex damnato coitu procreati, non denegari patris nomen, sed ius & nomen, id est, nomen iusti patris.*

L. Anastasij. VII.

Imp. IVSTIN. A. *Marino P. P.*

PRæcedentem legem declara, vt locum non habeat in liberis ex damnato coitu, deinde cassat

eam

eam in eo quod dixerat naturales effici legitimos per arrogationem statuens quòd illud obtineat vsque ad diem præsentis legis, non postea. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

1 *Ex cuiuslibet mulieris cupidine*, &c.] Notatur ad hoc quòd bastardi alieno morbo laborant, vt per Boër. *decis.127.n.6.*

2 *Vel adoptionum*, &c.] Notatur ad hoc quòd adoptare prohibetur pater liberos suos naturales, vt per Henric. Bocer. *in disput.de iure vniuerso class. 1. disp. 11.num.13.*

Et ius, noménque patris.&c.] Notat Henric. Bocer.
3 *d.class.1.disput.6.num.11.* quòd patri eorum, qui ex damnato coitu procreati sunt, non denegatur patris nomen, sed ius, & nomen, idest, nomen iusti patris.

S V M M A R I V M.

1 *Non extante matre, neque liberis legitimis, & naturalibus, permittitur patri inter viuos, vel in vltima voluntate filiis tantummodo naturalibus dare vsque ad sex vncias tantum, ab intestato verò in nihilum possunt succedere, & num.2. potest pater omnia bona sua in vita, vel in morte relinquere filio naturali, num. 3. extantibus filiis naturalibus non potest plus relinqui concubinæ, quàm filiis ipsis, num.4.*

L. Humanitatis. VIII.

Imp. Ivstin. A. *Mennæ P. P.*

1 IVre isto non extante matre, neque liberis legitimis, & naturalibus permittitur patri inter viuos, vel in vltima voluntate filiis tantummodo naturalibus dare vsque ad sex vncias tantùm, abintestato verò in nihilum possunt succedere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *l.9. Tauri n. 5. in princip.* vbi ait quòd licèt per hunc text. naturales potuissent institui à patre in dimidia parte bonorum suorum, non extantibus descendentibus legitimis, nec parentibus, qui-
3 bus debeatur legitima, nihilominus tamen per auth. immediatè seq. potest pater omnia bona sua in vita,
4 vel in morte relinquere filio naturali, Pereg. *de iure fisci lib.3.tit.17.n.10.prope fin.* vbi citato hoc text. dicit quòd extantibus filiis naturalibus nó potest plus relinqui concubinæ, quàm filiis ipsis, Cald. Pereira *in l.si curatore, verbo sine curatore, n. 97. C.de in integr.restit.minor.* vbi quòd attento iure, de quo *in hoc text.* naturales filij capaces efficiebantur dimidię bonorum patris substantiæ non existentibus descendétibus legitimis, nec parentibus, quibus legitima debebatur portio Valasc. *consult.94.n.8.* vbi quòd per hoc ius Codicis non extantibus liberis legitimis, nec mater, nec pater poterat ex testamento relinquere huiusmodi filiis vsque ad sex vncias tantùm, abintestato verò nihil capiebant: at de iure authenticorum, de quo *in auth.licet*, immediatè seq. non extantibus liberis, nec matre, licebat in naturales filios transferre per actum inter viuos, vel per testamentum etiam totam substantiam: idem ferè tradit Molin. *de iustis.tract.2.disp.166.n.1.conclus.1.*

S V M M A R I V M.

1 *Liberis, nec matre extantibus, licebat in naturales filios transferre per actum inter viuos, vel per testamentum, etiam totam substantiam, seruata tamen legitima ascendentibus, si extant.*

2 *Proles legitima potest approbare relictum à patre factum filio naturali vel alij nato ex coitu non punibili, n.3.*

4 *Descendentibus legitimis deficientibus, & existentibus ascendentibus legitimis, relinquenda est ascendentibus portio legitima, reliquum vero donari, aut relinqui ex testamento potest filiis naturalibus.*

5 *Adoptiui, vel rescripto Principis legitimati sunt soboles ciuiles.*

6 *Naturales filij non extantibus legitimis patri intestato succedunt in duobus vnciis, ex quibus virilis portio matri eorum competit.*

7 *Naturalis filius etiam virili iure attento à patre alendus, etiamsi pater in testamento prohibeat, & non impleuisset conditionem appositam à patre in ipsis alimentis, n.8.*

9 *Onus alimentandi filios respectu patris alimenta debentis censetur reale, & ideo in hæredes eius transit.*

10 *Spurio, qui ex damnato coitu natus est, nihil ex testamento relinqui potest.*

11 *Coitus damnatus quis.*

12 *Filius natus ex damnato coitu nec matri succedit.*

Avth. Licet.

DIspositionem huius auth. esse in vsu, & seruari, neque corrigi per dispositionem *cap. per venerabilem, qui filij sint legit.* tradit Clar. *in §.testamentum q.31. num.1.prope fin.* Mich. Crass. *recept.sentent. lib.1. §.institutio, quæst.7.n.2.* Harprecht *in addit. ad Clar. d. quæst. 31. lit. B*, quamuis Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm.glos.5.num.69.* dicat non obseruari in illo Regno. in quo bastardus neque abintestato succedit patri, nec matri, nec ex testamento.

Totam substantiam, &c] Notatur ad hoc quòd de 1
iure Authenticorum huius text. non extantibus liberis, nec matre, licebat in naturales filios trásferre per actum inter viuos, vel per testamentum etiam totam substantiam, seruata tamen legitima ascendentibus, si extant, vt per Anton. Gom. *l.9. Tauri num.5.* Harprecht *in addit.ad Clar.in §. testamentum quæst. 31. lit.B, num.1.* Pereg. *de iure fisci lib.3.tit.18. num.19* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sine curatore num.97. C. de in integ. restit.min.* Valasc. *cons. 94. num.4.* Perez *ad tit. lib. 9. Ordin. pag. 97. vers. olim siquidem*, Menoch. *de præsumpt.lib.4. præs.96. num.1.* Vincent. de Franchis *decis.47. num.1.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.166.num.1.concl.1.* Mastrill. *Sicil. decis.152. num. 6. cum seqq.* Benedict. Ægid. *in tractat. de iure & priuileg.honest. art. 13. num. 46. in fine.*

Nota quòd proles legitima potest approbare re- 2
lictum à patre factum filio naturali, vt per Roman. *cons.43.in 3 dubio*, Crauet. *cons.200.num.9.* Surd. *decis.53.num.7.& decis.249. num.25.* vbi subdit procedere in naturalibus, vel aliis natis ex coitu non pu- 3
nibili, nam filij concepti ex dánato concubitu etiam legitimis consentientibus non capiunt.

Quòd si parentes dumtaxat ei supersint, &c.]No-
tatur ad hoc quòd deficientibus legitimis descen- 4
dentibus, & existentibus ascendentibus legitimis,

relinquenda

relinquenda est ascendentibus portio legitima, in qua velit nolit testator, succedere debent, reliquum verò donare, aot relinquere ex testamento potest filiis naturalibus, vt per *l. Hisp. 8. tit. 13. p. 6.* Molin. *d. tract. 2. disp. 166. n. 3.* Roder. Xuar. *in tit. quicunque n. 12. vers. hoc limita.*

5 *Cum desit soboles ciuilis*, &c.] Ergo sofficit si eatent filij adoptiui, vel rescripto Principis legitimati, vt tenet Cou. *d. part. 2. c. 8. §. 4. n. 16. vers. vnde constat, & n. 17.* ea ea ratione, quia in hoc text. vt filij naturales ab intestato in duabus vnciis succedant, caigitur vt desit soboles cioilis; filij autem tam rescripto Principis legitimati, quàm adoptiui, sunt ciuiles sobolés, quicquid contrarium existimauerit Molin. *d. disp. 166. n. 7.*

6 *In duas paterna substantia vncias*, &c.] Notatur ad hoc quòd filij naturales non earantibus legitimis patri iotestato in duabus vnciis succedunt, ex quibus virilis portio matri eorum competit, vt per Couarr. *d. part. 2. c. 8 §. 4. n. 16.* Molin. *d. disp. 167. n. 4.* Peregr. *de iure fisci lib. 5. tit. 18. n. 22. & 29.*

7 *Huiusmodi enim naturales filios*, &c.] Notatur ad hoc quòd naturalis filius etiam Ciuili iure attento alendus est à patre, vt per Meooch. *cons. 60. n. 6.* Ascan. *de patria potest. c. 5 n. 26.* Roder. Xuar. *in tit. quicunque n. 14.* vbi ampliat etiamsi pater in testa-
8 mento prohibeat, & etiamsi non impleuisset conditionem impositam à patre in ipsis alimentis. Surd. *de aliment. tit. 1. quaest. 9 à num. 1. & num. 2.* qoòd pater disponere non potest vt naturalis filius non alatur, Gam. *Lusit. decis. 225. ex num. 1.* Bened. Ægid. *d. art. 3. num. 50* D. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 69. in fine, & num. 61. in princ. ff. soluto matrim.* vbi ait quòd hic text. dum iubet alimenta præstari filiis naturalibus, debet intelligi de alimentis debitis iure humano secundùm qualitatem personarum, & quantitatem facultatum.

9 *Quilibet alij sunt haeredes.*] Notatur etiam ad hoc quòd onus alimentandi filios respectu patris alimenta debentis censetur reale, & ideo in hæredes eius transit, vt per D. Barbos. *in d. l. 1. part. 4. n. 6. & n. 11. in princip.* Cou. *d. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis §. idem rescripsit. num. 3. ff. de liberis & posth.* Surd. *de aliment. tit. 1. quaest. 23. num. 14.*

10 *Sed qui ex damnato sunt coitu*, &c.] Notator ad hoc quòd spurio, qui ea damnato coitu natus est, nihil ex testamento relinqui potest, vt per Cou. *d. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 5.* Greg. Lop. *l. 1. gloss. 1. tit. 13. part. 6.* Valasc. *consult. 29. num. 9.* Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 67. num. 1.* Harprecht. *in addit. ad Clar. §. testamentum quaest. 31. num. 2. lit. C*, vbi secus dicit in alio spurio non ex damnato complexu, sed ex soluta, & soloto etiam non concubinariis procreato, dummodo pater certus sit, talis enim ad instar filij naturalis secundùm voluntatem patris succedere potest. Peregr. *d. lib. 3. tit. 18. n. 33.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 1. tit. de nothis & spur. resolut. 1. à numer. 1.*

11 Qoando dicatur coitos damnatus? vide Clar. *in pract. §. fornicatio num. 5.* Perez *l. 22. vers. quaero etiam vlterius, tit. 3. lib. 1. ordin. p. 102.* vbi quòd filius natus ex damnato coitu non succedit matri. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quaest. 21. num. 16.* Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 167. n. 8.* vbi air adulterium cum vxore aliena, & incestum tam cum consanguinea, quàm cum affine, & sacrilegium etiam cum Clerico, Religioso, aot Religiosa, in Regno Portugaliæ coitus damnatos esse; Pereg. *d. lib. 3. tit. 18. num. 33. in fine*, vbi quòd natus ea Sacerdote, & ex soluto & vaorata nihil à patre ex testamento capere potest eatra causam alimentorum, Gam. *Lusit. decis. 13. num. 3.* vbi an natus ex cócubina quã lea Regia habere prohibet, nasci dicatur ex damnabili coitu. Latè Valasc. *cons. 29. à princ.* vbi *n. 4.* tradit quòd virgo per vim cognita adhuc retinet coronã virginitatis, vnde quoad eã coitus nõ est punibilis, & filius inde natus succedit, & per conuersum mater tali filio, & *n. 8.* eleganter distinguit, & tradit illicitas cóiunctiones esse in triplici differentia: quidam enim coitus damnatus, & punibilis, vt qui punitur certa aliqua pœna legis, vel extraordinaria, alius est coitus damnatus à lege, sed non punibilis, vt coniugati cum soluta: alter verò coitus non improbatus, sed dissimulatus, vt soluti cũ meretrice, vel ancilla, vel ministra cauponis. vt filius ea huiusmodi coniunctionibus succedat, multum interest inter patrem & matrem, quia si est ex coitu damnato, & punibili, nec patri nec matri succedit: si verò ex damnato, & non punibili, vt coniugati cum soluta, filius inde procreatus licèt nõ succedat patri, bene tamen eo casu succedit matri, quia vt filius nõ succedat matri, debet nasci ex coitu damnato insimul, & punibili, & quidem punibilis debet esse nõ solùm quoad patrem, sed etiam quoad matrẽ, de quo etiam Henriq. *in sum. lib. 11. c. 20. §. 5.* Surd. *dec. 249. num. 3. & de aliment. tit. 1. quaest. 15. num. 15.* Gutier. *pract. lib. 2. quaest. 102. & 105.* Bened. Ægid. *in tract. de iure & priuil. honest. art. 13. num. 4.* vbi distinctionem facit Castil. *controuers. lib. 2. c. 30. à num. 6.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 1 tit. de nothis & spur. resol. 2. n. 14. cum seqq.* vbi refert distinctionem Valasc. Addit idem Valasc. *d. cons. 29. num. 10*, sufficere etiam matrẽ puniri extraordinaria pœna, licèt in regno Castellæ per *l. 9. Tauri*, debeat esse pœna mortis; & tandem concludit quæstione ibi per eum tractata, coitum domini cum serua non concubina (quamuis fateamur esse damnatum) non tamen esse punibilem per legem ciuilem etiã pœna extraordinaria quoad matrem, ac proinde non obstare quominus filius inde natus matri succedat, & è conuerso mater ipsi filio, & *num. 11.* tenet stupri crimen de iure Ciuili esse punibile non solùm ex parte masculi, sed etiam ex parte fœminæ stupratæ, licèt de iure Regio Lusitaniæ, & Castellæ ex parte fœminæ nõ sit punibile, quod etiam repetit *consult. 147 num. 7. cum seqq.* Subdit Molin. *d. disp. 167, num. 11.* quòd quando fœmina quæ filium alioqui spurium continet, à culpa excusatetur, vel quia fuit vi oppressa, vel quia inuincibiliter ignorauit eum, cum quo rem habebat, non esse suum virum, vel aliqua alia ratione filius eo pacto genitus soccedit matri, vnà cum aliis legitimis, quoniam denegatio successionis est in pœnam & odium delicti parentum, vbi autem nulla interuenit culpa, cessare debet pœna: & *num. 12.* tradit in Regno Castellæ per *l. 9. & 7. tit. 8. lib. 5. noua Recop.* filium spurium ex Clerico, Religioso, aut Moniali professis nec matri, nec patri succedere, nec consanguineis patris, nec posse quicquam ab eis obtinere præter alimenta, & *num. 11.* per *d. l. 7.* resoluit quòd quando filius spurius conceptus est ea coitu, propter quem matri statuta est pœna mortis naturalis vt ex adolterio matris, tunc talis filius succedere nequit matri, neque ex testamento, neque abintestato, potest tamen mater illi relinquere quintum suorum bonorum, de quo disponere poterat pro anima sua. Vide posita *in collect. ad auth. ex complexu, C. de incest. nupt.*

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per oblationem Curiæ soli patri efficitur legitimus successor, non alijs natis, vel cognatis, nec è contra ipsi.*
2 *de Legitimatione per oblationem Curiæ, remissiuè.*
3 *Pater etiamsi habeat filios legitimos, potest legitimare naturales per oblationem Curia. hunc modum legitimandi non esse hodie in vsu, num. 4.*
An quis legitimari debeat per ingressum monasterij vt possit habere bona patris, n. 5.
6 *Legitimatus ad succedendum patri, non ideo videtur legitimatus, vt alijs consanguineis succedat.*
7 *Legitimatus per oblationem Curiæ si decedat sine liberis, succedit mater in tertiam, in reliquum Curia. si verò mater non superest, succedit in paternis Curia, cognati in reliquis, & si eius cognatus Curiæ se offerat, omnia etiam paterna ad Curiam deuoluenda habebit, etiam eo casu, si mater supersit ad omnia bona extra substantiam patris quæsita cum cæteris succedit.*
8 *Lineæ appellatione qui veniant, remissiuè.*
9 τὸ Genus *comprehendit fœminas.*
10 *Habens etiam filios legitimos potest naturalem tradere Curiæ, sed non potest ei plus relinquere vel donare, quam vni ex filiis legitimis, & naturalibus, cui minus dederit, & n. 11.*
12 *Legitimatio quæ fit per oblationem Curiæ fauorabilior, ac potentior est, quàm quæ per rescriptum.*
13 *Legitimatos per oblationem Curiæ fieri capaces ad succedendum, cum legitimis, & naturalibus; vt tamen plus habeant, quàm cui minus relictum erat.*

L. Communium rerum. IX.

Idem A. Mennæ P. P.

1 Filius legitimatus per oblationem Curiæ soli patri efficitur legitimus successor, non aliis natis, vel cognatis, nec è contra ipsi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 De legitimatione per oblationem Curiæ vide *l. Hisp. 5. & 6. tit. 15. part. 4.* Ludouic. de Sardis *in tract. de natural. liberis*, §. *de legitim. per Curiæ oblationem*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 6. consid. 24.* Greg. Lop. *l. 12. glos. 2. in princ. tit. 6 part. 1.* Roder. Xuar. *in rep. l. quoniam in prioribus, in declar. legis Regi. limit. 12. num. 2.* vbi quòd pater etiamsi habeat
3 filios legitimos, potest legitimare naturales per oblationem Curiæ. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 173. n. 18. in fine,* vbi quòd hic legitimandi modus non
4 est hodie in vsu, Alexand. Trentacinq. *var. resol. l. 1. tit. de legitimat. resol. 3. in princ.* Paleoth. *de nothis & spur. c. 45. n. 6. cum seqq.* Henric. Bocer. *d. disput. de iure vniuerso tom. 1. class. 1. disp. 6. n. 11.* Couarr. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 7. n. 4.* vbi ait legitimationem quæ fit per oblationem Curiæ iam exoleuisse, Perez *ad tit. 2. lib. 5. Ordinam. pag. 95. col. 2. in princip.* vbi dicit cessare iam hodie dispositionem huius text. vide posita *in collect. ad l. si quis naturalem 3. sup. hoc eod. tit.*

5 Et sicut filius legitimatus per oblationem Curiæ, vt probat hic text. ita per ingressum monasterij, vbi quis offertur seruitio Christi, debet etiam legitimari vt possit habere bona patris, Greg. Lop. *l. 12. gloss. 2. in princ. tit. 6. par. 1.* Tiraq. *de priuil. piæ causæ, priuil. 29.* Valdes. *in addit. ad Roder. Xuar. alleg. 25. n. 1.* Fr. Eman. *q. Regul. tom. 1. q. 13. art. 3. & 5.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 1. n. 42.* 6

Ab eodem naturali patre descendentium, &c.] Notatur ad hoc quòd legitimatur ad succedendum patri, non ideo videtur legitimatus vt aliis consanguineis succedat, vt per Gam. *Lusit. decis. n. 7.* vbi dicit hoc speciale esse in legitimato per oblationem Curiæ, & citat Alexand. *consil. 139. col. 2. lib. 1.* Et subiungit Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 18. num. 26.* hunc text. præsupponere quòd naturales ex patre quamuis patri succedant ab intestato in duabus vnciis, non extantibus legitimis, non tamen succedunt coniunctis per patrem, nec illis succeditur ab intestato, ex testamento vtrique capere possunt, vel ex donatione inter viuos.

§. Si verò.

7

Si legitimatus per oblationem Curiæ decedat sine liberis, succedit mater in tertiã, in reliquum Curia; si verò mater non superest, succedit in paternis Curia, cognati in reliquis, & si eius cognatus Curiæ se offerat, omnia etiam paterna ad Curiam deuoluenda habebit, etiam eo casu, si mater supersit ad omnia bona extra substantiam patris, quæsita cum cæteris succedit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 8

Ex materna linea.] Lineæ appellatione qui veniant, vide posita *in meo tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris signif. appell. 135. numer. 1. cum seqq.* 9

Aliquis ex eius genere, &c.] Ergo pericula, *genus* fœminas comprehendit, de quo Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 139.* & citati per me *d. tract. appell. 108. n. 3.*

§. Et quoniam.

10

Etiam habens filios legitimos potest naturalem Curiæ tradere, sed non potest ei plus relinquere, vel donare, quàm vni ex filiis legitimis & naturalibus, cui minus dederit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 11

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, in declar. legis Regni, vers. duodecimò limita, in princip. pag. 536.* vbi latè disputat an idem seruandum sit in legitimato per rescriptum Principis, Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure tom. 1. class. 1. disput. 10. n. 10.* Tiraq. *de iure primog. quæst. 34. num. 51.* vbi quòd legitimatio, 12 quæ fit per oblationem Curiæ, fauorabilior atque potentior est, quàm quæ per rescriptum, Perez *ad tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 95. col. 2. in princip.* vbi quòd legitimati legitimatione per oblationem Curiæ fiunt 13 capaces ad succedendum cum legitimis, & naturalibus, ita tamen vt ne plus habeant, quam cui minus erat relictum, & deinde disputat an legitimatum pater meliorare possit, quod vocant in Regno Castellæ, in tertio & quinto? de quo etiam Anton. Gom. *l. 9. Tauri num. 98.* vbi tenet quòd possit meliorari & in plus succedere, sicut verè legitimus, & respondet textum *in præsenti* intelligi in legitimato per oblationem Curiæ, quia in eo coarctatur successio.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Naturales liberi primogeniti legitimantur per matrimonium, & succedunt aequaliter cum liberis postea nasciturìs, & num. 2. ad successionem feudi, maioratus, & ad sacros Ordines admittendi sunt, necnon ad Episcopatus eligendi, n. 4.*

3 *de Legitimatione per subsequens matrimonium, remissiuè.*

5 *ad Legitimationem per subsequens matrimonium non exigi de iure Canonico quòd cum dotalibus instrumentis sit contractum, sicque in saeculari foro in praxi esse receptum.*

L. Cùm quis. X.

Idem A. Demostheni P.P.

1 PEr matrimonium legitimantur liberi naturales primogeniti, & succedunt aequaliter cum liberis postea nascituris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Henric. Bocer. *in disput. de iure vniuerso tom. 1. classi 1. disp. 10. n. 9.* Hippol. Riminald. *cons. 122. n. 22. & n. 111. lib. 2.* Menoch. *de praesumpt. lib. 4. praes. 81. n. 8.* Peregr. *de fideicom. art. 24. n. 20. & 45.* Fachin. *controuers. lib. 4. c. 54. vers. respondeo hoc textu, Castil. controuers. iuris lib. 4. c. 51. n. 2.* vbi *n. 71.* subdit legitimatum per subsequens matrimonium in nihilo differre à veris & legitimis filiis ex legitimo matrimonio natis, & omnes successiones assequi, ad quas legitimi vocantur, post legitimationem scilicet, sicque matrimonium subsequutum, non verò antea. Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 172. n. 6.*

3 De legitimatione per subsequens matrimonium dixi latè *in collect. ad c. tanta, qui filij sint legit.*

4 *Simili perfruantur fortuna.*] Ergo ad successionem feudi, maioratus, & ad sacros Ordines sunt admittendi, necnon ad Episcopatus eligendi, quia à natis ex legitimo matrimonio non differunt, de quo latè *in collect. ad c. tanta, n. 17. cum multis seqq.*

5 *Dotalia instrumenta,* &c.] Licèt Caesareum ius, de quo *in hoc text.* & in aliis similibus, ad legitimationem per subsequens matrimonium exegerit, quòd cum dotalibus instrumentis esset contractum; ius tamen Canonicum id non exigit, estque in seculari foro in praxi receptum, Paleoth. *de nothis & spuriis, cap. 12. n. 6.* Menchaq. *vsufrequent. quaest. lib. 3. c. 41. n. 3.* Molin. *dict. tractat. 2. disput. 172. n. 3. in fine*, & citati in collect. *ad d. cap. tanta, num. 4.*

SVMMARIVM

1 *Nati ex concubina legitimantur per subsequens matrimonium, etiamsi ex eo matrimonio nascatur postea, vel natus viuens non reperiatur tempore mortis patris, &c. Non legitimari filios per subsequens matrimonium contractum in mortis articulo, vel à senibus, qui generandi spem non habent,* n. 2. *contrarium verius,* n. 3.

4 *Naturales vt censeantur, itaut per subsequens matrimonium legitimentur, sufficit quod inter parentes tempore natiuitatis potuerit esse matrimonium, vel conceptionis tempore, prout tali filio fuerit expedientius.*

5 *Filij iusti, id est, legitimi.*

L. Nuper. XI.

Idem A. Iuliano P.P.

PEr subsequens matrimonium filij nati ex concubina legitimantur, etiamsi ex eo matrimonio nullus postea nascatur, vel natus viuens non reperiatur tempore mortis; & si antea nati legitimantur, multò magis qui erant ex vtero tempore matrimonij, & tẽpus conceptionis, vel natiuitatis inspicitur prout liberis est vtilius. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* Aloys. Leo *super 5. vers. fol. 64.* 1

Et dotalia efficiant instrumenta, &c.] De his dotalibus instrumentis, & an necessariò requirantur vt legitimatio per subsequens matrimonium fiat, vide posita *in collect. ad l. immediatè praecedentem, in fine.*

Spem tollendae sobolis, &c.] Hinc videbatur inferri non legitimari filios per subsequens matrimonium contractum in mortis articulo, vel à senibus, qui generandi spem non habent, quod docuit Bald. *in praesenti.* Sed contrariam sententiam verissimam iudico in cõmuni motus resolutione, quae docet matrimonium à sene etiam decrepito & in mortis articulo contractum validum esse, vt probat text. *in l. sed & quaesitum. ff. de lib. & posth.* quod vltra scribentes constanter sequuntur omnes attestantes generali Ecclesiae consuetudine receptum, vt per Nau. *in man. c. 22. n. 59. & cons. 39. n. 15. de sponsal.* Gutier. *can. lib. 1. c. 16. n. 14.* & plures, quos adducit Cened. *ad Decret. collect. 38. n. 1.* quibus addo Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 92. n. 19. cũ seqq.* qui licèt *n. 23. & seq.* hoc limitet in sene adeò exhausto vt omnino impotens sit ad copulam, nec arte Medicorum iuuari possit, cum multis, quos ibi refert; verius tamen est istum validè matrimonium posse contrahere, vt tenet Nau. *cons. 13. n. 15. & 28. de sponsal.* est enim impedimentum hoc accidentale, & matrimonij validitatem non impedit: quare per huiusmodi matrimonium filios antea susceptos legitimari meritò resoluunt Ant. Gom. *l. 9. Tauri n. 59.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, n. 73.* Greg. Lop. *l. 1. verbo se casa, tit. 13. p. 3.* Gail. *lib. 2. obseru. 141. n. 8.* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 2. n. 10.* Rojas *de success. c. 2. n. 23.* Cifuentes *l. 12. Tauri dub. 9. n. 13.* & *ibi* Castil. *n. 25.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 5. n. 25.* Thesaur. *decis. 96. à n. 3.* Peregr. *de fideicom. art. 24. n. 59.* Menchaq. *controu. lib. 3. c. 41. n. 4. cum seqq.* Siluan. *cons. 3. n. 29.* Menoch. *cons. 108. n. 21. & cons. 226. n. 18. & cons. 350. n. 32. & de praesumpt. lib. 4. praes. 83. n. 78. & lib. 5. praes. 5. n. 16.* Spin. *in specul. testam. gloss. 15. princ. à n. 104.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 11. c. 13. n. 173.* Sanch. *de matr. disp. 105. à n. 4.* Gutier. *in simili tract. c. 118. n. 2.* P. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 172. n. 13.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. c. 18. n. 14. cum multis seqq.* Cened. *d. collect. 68. n. 2.* 2 3

Posita validitate eiusmodi matrimonij consentiũt Doctores quando parenti assignatus fuit substitutus sub ea cõditione, *si sine liberis legitimis decesserit:* aut ad maioratum, quem possidet, legitimi soli vocantur, filios ita legitimatos excludere substitutum, succedereq; in eo maioratu, quando pater non in odium alterius, qui alioquin succedere debeat, sed in commodum suorum naturalium filiorum, aut vt vteretur iure suo, vel aliquo alio bono fine, tale matrimonium contraxit. Ita Ant. Gom. *l. 9. Tauri n. 59.* Cou. *d. §. 2. n. 10.* Molin. *d. c. 5. n. 26.* Spin. *d. gl. 15. n. 105.* Henriq. *in sum. lib. 12. c. 7. n. 3.* Ioan. Garc. *de nobilit. gl. 21. n. 59.* Alex. Raudens. *de analog. c. 36. à num. 1.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 13. quaes. vlt. vers. quaeras,* Molin. *d. disp. 172. n. 14.* Sanch. *d. disp. 105. n. 8.* Gutier. *d. cap.*

11.*n.3.cum seqq.* Cancer.*lib.3.var.cap.*11.*n.*31. Franc. Molin. *d.cap.*18. *n.*26. *cum seqq.* Vtrùm autem si in odium substituti, eiusve, qui alioqui succedere debeat in maioratu, matrimonium contrahat, vt illi noceat, eúmque excludat, filij ita legitimati sint præponendi in ea successione; vide Molin. *d.disput.*172. *num.*15. *cum seqq.*

4 *Non conceptionis, sed partus tempus,* &c.] Notatur ad hoc quòd vt filij naturales censeantur, ita vt per subsequens matrimonium legitimentur, sufficit quòd inter parentes tempore natiuitatis potuerit esse matrimonium, vel conceptionis tempore, prout tali filio fuerit expedientius, vt per Couar. *d.c.*8.§.2. *n.*2. Duen. *reg.*350. *ampl.*39. Rojas *de success.c.*10. *n.* 40. Spin. *d.gloss.*15. *princ.n.*118. Molin. *d.tract.*2. *disp.* 172. *n.*2. vbi *n.*4. subdit quòd filius naturalis reputandus est is, qui licèt conceptus ex ijs parentibus sit, inter quos tẽpore conceptionis erat impedimentum dirimens matrimonium, tẽpore tamen natiuitatis cessauerat impedimentum, vt si soluta concepit ex coniugato, verumtamen tempore natiuitatis filij mortua erat vxor coniugati illius: aut si soluta concepit ex consanguineo, vel affine, attamen tempore natiuitatis filij obtenta erat dispensatio vt contrahere possent, filius eo pacto natus est naturalis, & non spurius, eo quòd status filij ex tempore conceptionis, aut natiuitatis, prout magis tali filio fuerit expediens, est iudicandus.

5 *Filios iustos haberi,* &c.] Id est, legitimos, ex Menoch. *de præsumpt.lib.*4. *præs.*81. *n.*19.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest dicere in testamento suo quòd vult filios suos esse legitimos, & sibi succedere. & filij debent ostendere testamentum patris Principi, & sic fient heredes, si voluntatem patris vltimam approbent.*

2 *Filius si petit à Principe legitimationem, allegans quòd pater eius in testamento disposuit se velle filium legitimare; valebit legitimatio sine cuiusquè requisitione, &* num.4.5.

3 *Comes Palatinus potest legitimare spurium, etiam post aditam hæreditatem per consanguineos, si pater ordinasset in testamento illum spurium filium debere legitimari.*

6 *Legitimatio dicitur donatio, siue donum patris, & Principis.*

AVTH. Item sine legitimis.

1 PAter potest dicere in testamento suo quòd vult filios suos esse legitimos, & sibi succedere, & filij debent ostendere testamentum patris Principi, & sic fient hæredes si voluntatem patris vltimam approbent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1. *n.*1. *suprà hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd si filius petit à Principe legitimationẽ, allegans quòd pater eius in testamento disposuit se velle filium legitimare, valebit legitimatio sine cuiusque requisitione, hoc est, non citatis venientibus ab intestato, vt per Bart. *in l.Gallus,§.& quid si tantùm, n.*14. *vers. quandoque ipse filius, ff. de lib.& posth.* & ibi Ias.*lect.*1.*n.*135.*& lect.*2.*col.pen. vers.deinde reliqui,* Molin. *de primog. lib.*2.*c.*7.*n.*37. bene Aluar. Valasc. *consult.*158.*n.*9. vbi ex Baldo per

3 huuc text. tenet quòd Comes Palatinus potest legitimare spurium etiam post aditam hæreditatem per consanguineos, si pater ordinasset in testamento illũ spurium filium debere legitimari, & *n.*12. *vers. non obstant,* ait hunc text. apertè disponere eo ipso quòd 4

ostenditur per testamentum, vel instrumentum voluntas patris desiderantis filium spurium legitimari, Principem posse talem filium legitimare etiam post mortem patris, & etiam post delatam venientibus ab intestato successionem.

Testamentũ ostendentes, &c.] Ergo textus loquitur quando constat Principi de voluntate patris per eius testamentum, quasi non sufficiat apparere de voluntate patris aliter, quàm ex testamento; sed contrariũ est verius, ita vt sufficiat si pater ordinasset in vita, vel in testamento filium deberi legitimari, vel aliter de eius voluntate etiam ex signis colligi possit. Curt. sen. *cons.*26. Clarus vel Iacobus *col.*2. Bald. *cons.*363. *incip. Quæritur vtrùm filius, vol.*5. Aluar. Valasc. *d. cons.*158. *n.*10. *& seq.* vbi ait textum *in præsenti* loqui de testamento patris, quia hoc frequentius est. 5

Et Principis, & legis dono, &c.] Notatur ad hoc quòd legitimatio dicitur donatio, siue donum patris, & Principis, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus, n.*278. *C. de reuoc. donat.* 6

SVMMARIVM.

1 *Habeas mulierem, quæ potest esse vxor, si dicat in instrumento publico, vel priuato, cum subscriptione trium testium fide dignorum, quod vult filios naturales suos esse legitimos, erunt successores, quod si de vno filiorum dixerit, ipsum suum esse, legitimum, cæteri filij ex eadem muliere nati etiam erunt legitimi, &* n. 2. *limita vt* n.3.

AVTH. Si quis liberos.

SI quis habet mulierem, quæ potest esse vxor, & dicat in instrumento publico, vel priuato cum subscriptione trium testium fide dignorum, quòd vult filios naturales suos esse & legitimos, erunt successores; quòd si de vno filiorum dixerit, ipsum suum esse & legitimum, cæteri filij ex eadem muliere nati etiam erunt legitimi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*n.*1. *sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Alciat. *de præsumpt. regul.*2. *præsumpt.*5. *n.*6. Ludou. de Sardis *in tr. de natur. liber. in c. de legitim. per patris nominationem.* Boër. *dec.*240. *n.*15. *cũ seqq.* Duen. *reg.*241. *vers. limita* 2. *& reg.*248. *à princ.* Rebuff. *in tract. nomin. q.*1. *n.*5. latè Couar. *de sponsal. p.*2. *c.*8. §.7. *à princ.* vbi *in vers. ex quibus,* infert hanc legitimationem non induci ex præfata nominatione, casu quo à matre dicta nominatio procederet, non enim præsumitur consensus coniugalis ita facilè in ipso viro ex nominatione fœminæ, sicuti in ipsa fœmina & concubina ex viri nominatione; & *in vers. secundò infero,* tenet eandem legitimationem non procedere quando ipsa concubina tempore nominationis aliud cõtraxerat matrimonium, vel ipse pater aliam vxorem acceperat, eámque haberet, & *in vers. tertiò infero,* tradit prædictam legitimationem esse intelligendam si mater esset honesta fœmina, alioqui non esset tutum hunc matrimonij consensum præsumere, latè Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib.*1. *tit. de legitimat. resolut.*3. *ex n.*1. vbi *n.*3. ad hoc primò requirit quòd mater ipsius filij tempore, quo natus fuit, potuerit esse illius vxor, & *n.*9. secundò requirit quòd non extent alij filij legitimi & naturales; tertiò requirit quòd illa verba, quando pater nominat filium, sint à testatore scripta, vel prolata principaliter, vel propter se emissa, & non incidenter 2

propter

propter aliud; quartò requirit quòd vir ab initio habuerit affectionem maritalem, &c.

3 *Hos suos esse*, &c.] Limitant aliqui quando mater esset indigna, quo illo viro in matrimonium copularetur, de quo vide Menoch. *cons.* 18. *in fine*, Alexand. Trentacinq. *d. tit. de legitimat. resol.* 3. *ex n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Pater licèt iure prohibeatur totum relinquere naturali filio, non tamen prohibetur nepoti naturali ex legitimo, nec nepoti legitimo ex naturali nato, nec nepoti naturali ex naturali nato, vbi nulla subest soboles legitima; in successoribus ab intestato remanent iura antiqua in suo statu.*

2 *Filiorum incapacitatem non porrigi ad nepotes*, & num. 3. *contrarium* num. 4.

5 *Naturalis succedit patri secundùm eius voluntatẽ.*

6 *Filiorum appellatione an & quando veniant nepotes*, & num. 7.

8 *Prole deficiente legitima, auus instituere potest hæredem nepotem filium naturalem, aut legitimum filij sui spurij, modò tamen institutio non fiat intuitu Patris, sed nepotis, nisi ille nepos esset natus ex filio incestuoso*, num. 9.

10 *Clericus habens spurios, an possit instituere nepotes ex eis natos legitimos, & an possit renuntiare beneficium in eorundem nepotum fauorem, vel succedere ei in obtinendis beneficiis*, num. 11.

L. Cuidam. XII. & vlt.

Idem A. Ioanni P. P.

1 LIcèt iure isto pater prohibeatur totũ relinquere naturali filio, non tamen prohibetur nepoti naturali ex legitimo nato, nec nepoti legitimato ex naturali nato, nec nepoti naturali ex naturali nato, vbi nulla subest soboles legitima; in successionibus ab intestato remanent iura antiqua in suo statu. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quòd incapacitas filiorum non porrigitur ad nepotes, ad quod & ad præfatam conclusionem ex hoc text. desumptam vide Roder. Xuar. *in l.* 1. *tit. quicunque, n.* 16. *pag.* 323. Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. §. 4. *n.* 10. Pinel. *in l.* 3. *n.* 20. *C. de bonis matern.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, n.* 58. *C. de reuocand. donat. & de iure primogen. q.* 12. *n.* 13. Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri n.* 5. 6. *&* 17. *col.* 2. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 16. *de repudiis, n.* 2. *pag.* 755. *& tom.* 2. *l.* 6. *tit.* 14. *de hered. instit. n.* 5. *pag.* 69. & Villalob. *eodem lib.* 6. *tit.* 17. *de posthum. hered. n.* 9. *cum seqq. pag.* 122. Menchaq. *illustr. controu. cap.* 102. *n.* 16. *cum seq.* Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *n.* 15. Franc. Bec. *cons.* 138. *n.* 34. *&* 41. *lib.* 2. Ioan. Cephal. *cons.* 103. *n.* 21. *lib.* 1. Franc. Vegg. *cons.* 96. *num.* 180. *& seq.* Card. Paleoth. *de nothis, & spur. c.* 53. Matiens. *l.* 6. *gloss.* 8. *n.* 21. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua Recop*, Surd. *cons.* 177. *ex num.* 1. *& n.* 18. *& seq. & ferè per tot.* vbi latè quòd auus potest quouis titulo, siue vniuersali hæreditatis, siue particulari legatur, aut fideicommissi relinquere nepoti legitimo ex filio spurio, Perez *ad tit.* 2. *li.* 5. *Ordinam. pag.* 97. Ranchin. *par.* 4. *concl.* 473. Peregrin. *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 27. Mieres *de maioratu p.* 2. *q.* 2. *n.* 6. *cum seq. & n.* 26. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 19. *n.* 41. Bertrand. *cons.* 395. *n.* 4. *vol.* 7. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 166. *n.* 8. *concl.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 1. *n.* 116. Cabed. *Lusit. decis.* 100. *per tot. &* *n.* 8. *p.* 1. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 5. *lit. N, conclus.* 13. *n.* 38. latè Castill. *controu. tom.* 5. *c.* 103. *per tot. & præcipuè n.* 18. vbi ait textum *in præsenti* procedere in dispositione testamentaria, quando scilicet nepos ab auo expressè hæres instituitur, quo casu ad successionem eius iuridicè admittitur.

Hinc nepotes & alios descendentes legitimos, 3 qui ab illegitimis filiis procedunt, succedere posse, & debere in fideicommisso, & maioratu ad quem filij legitimi, & de legitimo matrimonio vocantur, tametsi pater eorum succedere non posset, resoluunt Cephal. *cons.* 103. *vol.* 1. Guid. Pancirol. *cons.* 169. *n.* 13. *lib.* 1. Franc. Bec. *cons.* 138. *per tot. lib.* 2. Nauar. *cons. de iure patron.* Christoph. Torniol. *cons.* 85. *n.* 18. *vers. secundò quia, lib.* 1. Ludou. Cassanate *cons.* 8. *n.* 17. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 1. *ex n.* 109. *vsque ad n.* 125.

Cæterùm contrariam sententiam, imò filios, & alios 4 descendentes legitimos, qui à filiis naturalibus procedunt, ad maioratus successionem amitti non posse in omnibus casibus, in quibus pater, vel ascendens eorum non admitteretur, nec succedere posset si viueret, meliùs defendunt Ant. Gabr. *commun. opin. tit. de hered. instit. concl.* 3. *n.* 17. Aldobrand. *cons.* 3. *&* 5. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. *ex n.* 33. *vsque ad n.* 37. Tiber. Decian. *cons.* 3. *n.* 39. *vol.* 1. Mieres *d. par.* 2. *q.* 2. *ex n.* 18. Rot. *decis.* 395. *n.* 3. *&* 4. apud Farin. *p.* 1. *recentior.* latè Castil. *d. tom.* 5. *c.* 103. *n.* 11. *cum multis seqq.* Exclusa enim vna persona omnes eius descendentes exclusi censentur, Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 41. Mieres *d. p.* 2. *q.* 6. *num.* 46. Ioseph. de Rusticis *in l. cùm auus, ff. de cond. & demonstr. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 2. *cum seqq.* quos refero *in votis nouiss. decis. voto* 7. *n.* 18.

Licet eis quantum noluerint. &c.] Notatur ad hoc 5 quòd naturalis succedit patri secundùm eius voluntatem, vt per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore n.* 96. *vers. septimò infero, C. de in integr. rest. minor.* vbi ait quòd licèt filij naturales succedere possent secundùm vel præter voluntatem patris, nõ tamen contra eius voluntatem, nec eis dabatur à iure aliqua legitima. Benedict. Ægid. *in tract. de iure & priuileg. honest. art.* 13. *num.* 50. vbi quòd naturales liberi contra paternam voluntatem ac dispositionem quicquam capere non possunt, quod intelligit de acquisitione hæreditario titulo, salua semper alimentorum causa, quæ de bonis patris filio naturali, qui non habet aliunde vnde alatur, etiam iure ciuili debentur. Vnde Valasc. *consult.* 94. *n.* 4. *in fine*, argum. huius text. dicit quòd de filiis naturalibus nullam tenetur pater facere mentionem, nec illis præteritis datur ius contrahendi, seu rumpendi testamenta paterna, nec illi excludunt filias ex statuto excludente fœminas extantibus masculis, nec dispositio *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.* habet locum in huiusmodi filiis naturalibus tantùm, &c. refert Benedict. Ægid. *d. art.* 13. *n.* 49.

Stante sobole legitima.] Vel legitimata per rescriptum, vt per Cephal. *cons.* 194. *in fine*, quem refert & sequitur Ceual. *comm. contra commun. q.* 2. *n.* 26.

Tam degeneres homines, &c.] Hanc l. dum vocat naturales liberos vitium paternum refert Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 1. §. 1. *n.* 47.

Iura etenim ab intestato, &c.] Nostri Regnicolæ 6 aduertunt Ordinat. Regiam *lib.* 4. *tit.* 92. *in fine princ.* dum statuit susceptos à plebeio homine non vxorato ex muliere seruilis conditionis propria, aut aliena, si tempore, quo pater moritur, liberi inueniuntur, ei succedere perinde ac naturales alij; in nepotibus locum habere, siue legitimi sint ex filio naturali, siue naturales ex legitimo. ita Gam. *Lusit. decis.* 313. *n.* 4. Cabed.

Cabed. etiam *Lusit. decis.* 100. *num.* 13. *in fine, part.* 1. *& Aresto* 88. *eadem part.* 1. Benedict. Ægid. *in tract. de iure & priuileg. honestatis, art.* 13. *n.* 45. vbi addit idem æquè fore probandum, etsi nepos naturalis sit filio naturali; quod tamen in priori casu ampliat vt procedat etiam in nepote, cuius pater nobilis esset tempore natiuitatis suæ, cùm auus adhuc esset plebeius, is enim patre prædefuncto succedet auo; & rationem reddit, quia nepos in casu isto tanquam legitimus patris sui filius hæres eius est, & filius, tametsi naturalis esset, patris sui hæres esse potuit, quia plebeius erat, atque ita nihil est quod impediat nepotem ex patris sui persona, quam repræsentat auo posse succedere: in aliis verò casibus, in quibus proponitur nepos naturalis ex filio legitimo, aut naturalis ex naturali, aliter esse dicendum tradit, &c.

7 An & quando appellatione filiorum veniant nepotes, vide posita per me *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell.* 99. *ex num.* 82. *vsque ad* 116.

8 In gloss. *Penitus aperimus, fin.* ibi, *sed quid si ex spurio habeo naturalem, vel legitimum nepotem*, &c. Notatur ad hoc quòd deficiente legitima prole, auus instituere potest hæredem nepotem filium naturalem, aut legitimum filij sui spurij, modò tamen institutio non fiat intuitu patris, sed nepotis: de quo vide Pinel. *in l.* 3. *n.* 10. *cum seqq. C. de bonis maternis*, Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri n.* 17. Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 8. §. 5. *n.* 13. Cott. *in memorab. verbo nepos, pag.* 601. Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsumpt.* 96. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 18. *num.* 33. *cum seqq.* Roder. Xuar. *in l.* 1. *tit. quicunque, num.* 16. *& seqq. pag.* 323. Paleoth. *de nothis & spur. cap.* 53. *num.* 3. Perez *ad tit.* 2. *lib.* 5. *Ord. pag.* 98. Mieres *de maioratu p.* 2. *quæst.* 2. *num.* 6. *cum seqq.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 15. Surd. *cons.* 177. *ex n.* 1. *& n.* 18. *cum seq. & ferè per tot.* vbi latè quòd auus potest quouis titulo siue vniuersali hæreditatis, siue particulari legati, aut fideicommissi relinquere nepoti legitimo ex filio spurio, Gam. *Lusitan. decis.* 136. Cabed. etiam *Lusit. decis.* 135. *part.* 1. vbi quòd pater licèt non possit instituere filium spurio, potest tamen nepotem ex ipso spurio hæredem facere. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 13. *num.* 5. *&* 9. *& tit.* 5. *qu.* 7. *num.* 24. Peregr. *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 44. *cum seqq.* Flores *ad Gam. dec.* 11. *numer.* 6. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *num.* 116. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 167. *num.* 16. *conclus.* 9. vbi addit institutionem in dubio censeri factam intuitu nepotis, esto pater viuat. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 76. *ff. solut. matrim.* vbi quòd auus nepotibus legitimis ex spuria potest relinquere quicquid voluerit, quando auus non habet filios legitimos, aliàs secus, Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 19. *n.* 38. *cum seqq. & num.* 49. *& post quæst. forens. cons.* 39. *n.* 16. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 115. Castil. *controuers. tom.* 5. *cap.* 103. *n.* 2. Cardos. *in praxi iudicum, verbo filius, n.* 35. vbi quòd filius spurius potest ac auo institui hæres, si auus prolem legitimam non habuerit, nec nepotem contemplatione patris hæredem instituat, sed vt pater non habeat vsumfructum hæreditatis, & idem repetit *verb. pater. num.* 39. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de nothis & spur. resol.* 2. *à num.* 19.

9 Limita nisi ille nepos esset natus ex filio incestuoso, quia ei non potest relinqui ab auo, de quo tamen Guilielm. *in cap. Raynutius, verbo & vxorem, decis.* 5. *num.* 131. Roder. Xuar. *d. l.* 1. *tit. quicunque, n.* 18. *pag.* 324. Cifuentes *l.* 9. *Tauri num.* 7. & *ibi* Anton. Gom. *num.* 17. Hippol. *sing.* 143. Tiraquel. *de iure primogen. quæst.* 14. *num.* 14. Couarr. *d. cap.* 8. §. 5. *num.* 13. Paleoth. *de noth. & spur. cap.* 53. *num.* 9. Rojas *de succeß. ab in test. cap.* 2. *num.* 31. Matiens. *l.* 6. *gloß.* 8. *n.* 23. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua Recopil.* Duen. *regul.* 366. *limi.* 2. *vers. quæ limitatio*, Gutier. *cons.* 3. *num.* 14. Alexand. Trentacinq. *d. resol.* 2. *num.* 25. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 39. *num.* 17. Molin. *d. disput.* 167. *num.* 16.

Vtrùm Clericus habens spurios filios possit instituere nepotes ex eis natos legitimos? vide Boër. *dec.* 127. Aym. *cons.* 184. Pinel. *in d. l.* 3. *n.* 20. *&* 22. *C. de bonis matern.* Couar. *d. cap.* 8. §. 5. *num.* 11. Clar. §. *testamentum, quæst.* 32. Mieres *de maioratu part.* 2. *q.* 2. *n.* 12. Burg. de Paz *cons.* 26. *n.* 45. Duen. *d. reg.* 366. *limit.* 2. *vers. quòd in nepote*, Crass. §. *institutio, quæst.* 8. *n.* 6. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 11. Cald. Pereira *d. cons.* 39. *n.* 16. 10

Et an possit renuntiare beneficium in eorundem nepotum fauorem, vel succedere ei possint in obtinendis beneficiis? vide posita *in collect. ad cap. ad extirpandas* 11. *n.* 4. *&* 5. *de filijs presbyt. in Decretalib.* 11

De testamentaria tutela.

TIT. XXVIII.

HANC tutelam parens lege permittente dat filio impuberi, quem in potestate habet, non recasuro in potestatem alterius. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide Suar. Mich. Graff. & alios *tom.* 1. *commun. lib.* 5. *tit.* 17. *de testam. tutel. pag.* 756. Arimin. Tepat. *var. resol. tom.* 2. *eod. tit.* 466. Petr. Greg. *syntag. iuris lib.* 12. *cap.* 8. *de testam. tutel.* Iacob. Cancer. *var. resol. tom.* 1. *tit.* 7. *de tutorib.* De tutore & curatore integros tractatus ediderunt Paulus Montanus, Antonius Piaggius *tom.* 8. *tract. Doctor. p.* 2. *fol.* 325. Borgninus Caualcanus *eod. tom.* 8. *p.* 2. *fol.* 334. De tutorum, & curatorum liberatione Iodocus Damhouderius *d. tom.* 8. *p.* 2. *fol.* 372. De tutorum & curatorum periculis improbè administrantium, idem *fol.* 385. De tutorum & curatorum ratione, tempore, modo, atque forma, idem *fol.* 371. De tutorum & curatorum rationis iustificatione, idem *fol.* 376. De tutore, & curatore testamenti Ioannes Dilectus Durantes *d. tom.* 8. *p.* 1. *fol.* 136. De tutelis, & curis Ioannes Gutierrez, Marcellus Conuersanus, Vincentius Manzinus, Leander Galganette. Et de eadem materia tutorum & curatorum vide Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 210. *vsque ad* 226. Petr. Greg. *syntag. iuris lib.* 12. *&* 13. *per tot.* Rebel. *de obligat. iust. p.* 2. *lib.* 17. *q. vnica, de offic. tutoris & curat.* Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 4. *tit.* 102. *cum seqq. l. Hisp.* 1. *cum seqq. tit.* 16. *p.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Tutor minus legitimè datus non cogitur administrare, sponte tamen administrans tenetur negotiorum gest. rum, & non tutela*, & n. 2.

3 *Tutor si tanquam tutor agat, iuri suo non præiudicat, qui non sponte sua, sed ex necessitate officij id facit.*

4 *Auia si det tutorem nepoti, & instituat eum, an valeat datio. idem est in auo, & auia ac aliis descendentibus per lineam maternam, quod in matre*, num. 5.

6 *Tutela triplex.*

7 Vna

7 *Uno ex tutoribus, vel curatoribus non acceptante, vel mortuo, an & quando alius, qui superest, possit administrare, remissiuè.*

L. Quem dicis. I.

Impp. SEVER. *&* ANTON. AA. *Speratæ.*

1 TVtor minus legitimè datus non cogitur administrare, sponte tamen administrans tenetur negotiorum gestorum, & non tutelæ. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol. 65. verso*, remissiuè, Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 25. n. 10.* vbi quòd actione tutelæ non tenetur ille, qui inutiliter datus fuit, nisi fortè sponte se administrationi miscuerit, & citat Seraphin. *decis. 1473.*

3 Nota quòd si tutor tanquam tutor agat, iuri suo non præiudicat, qui non spõte sua, sed ex necessitate officij id facit, vt per Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl. 9. n. 266.* Gutier. *de tutelis & curis, p. 1. c. 1. n. 22.*

4 In gloss. *Quem dicis 1. in fine.* ibi, *item si auia det tutorem nepoti, & instituat eum, an valeat datio?* &c.

5 Notatur ad hoc quòd idem est in auo, & auia, ac alijs descendentibus per lineam maternam, quod in matre, vt per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore n. 101. in princ. C. de in integr. restit. minor.* Gutier. *de tutel. & curis p. 1. cap. 4. n. 11.*

6 In gloss. *Sponte, fin.* ibi, *item nota hîc quòd triplex est tutela; testamentaria, legitima, & datiua*, &c. Ita distinguit & explicat *l. Hispan. 2. tit. 16. part. 6.* Anton. Piag. *de tutore, & curat. quæst. 2. in princ.* Caualcan. *de tutorib. in princ. num. 1.* Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 1. num. 27.* Spin. *in speculo testam. gloss. 29. num. 4. & 5.* Parlador. *differ. 99. à princ.* Paul. Montan. *de tutelis cap. 7. num. 1. cum seqq.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 2. n. 1. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 220. num. 10. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. cap. 7.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 1.* Sanchez *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. c. 14. n. 21.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 17. q. vnic. de offic. tut. num. 2.*

7 In eadem gloss. ibi, *siue ergo nullius*, &c. Vtrùm & quando vno ex tutoribus, vel curatoribus non acceptante, vel mortuo, alius, qui superest, possit administrare, vide Vincent. de Franchis *dec. 214.* Franc. Hieron. Leo *Valentiæ decis. 179. per tot. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius non excluditur per codicillarium datum ex post facto, sed simul tutores erunt ambo*, & num. 2. *pluribus contutoribus dissentientibus; quis eorum tunc administrare debeat*, num. 3.

L. Etsi à patre. II.

Imp. ANTONIN. A. *Sabiniano.*

1 TVtor testamentarius non excluditur per codicillarium datum ex postfacto, sed simul tutores erunt ambo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt *Barbos. Collect. in Cod. Tom. II.* Donel. *comment. iur. ciuil. lib. 18. c. 15. col. 7.* Boër. *dec. 347. n. 5.* Galgan. *de tut. lib. 1. tit. 2. n. 32. & tit. 7. n. 52.* Surd. *dec. 38. n. 21.* vbi per hunc textum tenet quòd testator dando secundo loco tutorem filio, non videtur illum reuocare, quem primum dederat, ex ea ratione id decisum asserit, quia interest pupilli habere plures tutores, & *num. 22.* aduertit quòd licèt aliqui dicerent hoc procedere solùm quando vnus tutor datus est in testamento, alter verò in codicillis, quo casu videntur dati eodem tempore, vt dicitur *in hoc text.* Secus autem quando in diuersis testamentis, quia vnum reuocat alterum in omnibus, nihilominus tamen id verum nõ esse videtur concludere, dum ait rationes allegatas per ordinarios in præsenti militare etiam quando datur in duobus testamentis.

Pluribus contutoribus dissentientibus, quis eorũ tunc administrare debeat? vide Gutier. *de tutelis & curis part. 1. cap. 14. per totum, & cap. 15.* agit pluribus tutoribus constitutis quomodo singuli teneantur? 3

L. Si tutores. III.

Imp. ALEXAND. A. *Gordio & aliis.*

TVtela testamentaria non cedit legitimæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt, Caualcan. *de tut. & curat. n. 2.* Anton. Piag. *in simili tract. 3. num. 35.* Gutier. *de tutelis, & curis cap. 2. num. 24.* Cuiac. *lib. 6. obseru. 3.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 468. c. 7. in fine.* Galgan. *de tutel. lib. 1. tit. 11. n. 5 in med.* 2

SVMMARIVM.

1 *Mater non dat tutorem filio nisi eum heredem instituat, datum tamen iudex cum inquisitione confirmat, & non confirmatus tenetur pro tutela si gerat*, & num. 2. *filius si careat patre, eiúsque mater plus quàm in legitima ipsi debita heredem instituat, atque eidem tutorem relinquat, tenetur iudex eum approbare sine vlla satisdatione, & inquisitione quoad id, in quo mater heredem eum relinquit*, num. 3. *quando mater filium heredem non instituit, quamuis illis aliquid reliquisset, solet ex voluntate defunctæ datus tutor à Præsidibus confirmari*, num. 4.

L. Mater. IV.

Idem A. Felicianæ.

MAter non dat tutorem filio nisi eum heredem instituat, datum tamen iudex cum inquisitione confirmat, & non confirmatus tenetur pro tutela si gerat. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan. 6. tit. 16. part. 6. vbi gloss. 2.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, n. 100. in princ.* Galganet. *de tutelis, lib. 1. tit. 2. num. 3. cum seqq.* Montan. *de tutel. cap. 10. num. 45.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disp. 220. num. 14.* vbi per hunc textum tenet quòd si filius careat patre, eúmque mater plus quàm in legitima ipsi debita heredem instituat, atque eidem tutorem relinquat, tenetur iudex eum approbare sine vlla satisdatione, & inquisitione quoad id, in quo mater heredem eum relinquit: subdit deinde quoad 2 3

quoad alia bona, & filius ea habuerit, teneri iudicem inquisitionem aliquam facere, an ille diues sit, & idoneus, sed leuem longéque minorem, quàm si filium hæredem non instituisset: & quòd si solùm in legitima illum instituat, vel legatum illi relinquat, atque tutorem eidem det, iudex antequam illum approbet, tenetur facere diligentem inquisitionem an idoneus sit, compertóque idoneum esse, debet illum approbare, idque sine satisdatione, per *l. 1. & 2. ff. de confirm. tut.* latè Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 4. à princ.* vbi *n. 2. ex gloss. 1. in præsenti*, rationem conclusionis assignat, quia mater filios in potestate non habet, prout iure requiritur.

4 In glos. *Solet.* ibi, *non dicit quòd sit necesse, sed solet si expediat pupillo*, &c. Notatur ad hoc quòd quando mater filium hæredem non instituit, quamuis illi aliquid reliquisset, solet ex voluntate defunctæ datus tutor à Præsidibus confirmari, vt per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 101. versic. vrgent*, Gutier. *d. cap. 4. num. 7.* vbi admonet tutorem huiusmodi, si fides inquisitionis congruit, debere iudicem confirmare, quandoquidem hoc ex voluntate defunctæ à Præsidibus fieri solet, aliàs enim, inquit, exponeret se maximo periculo iudex aliud faciens si fortè alius tutor ab eo datus, quàm à matre relictus, non ita bene administraret, aut res pupilli gereret, &c.

SVMMARIVM.

1 *Seruus alicuius si cum libertate à patre tutor filio datur, debet redimi, & manumitti, & vt curator, vel tutor alteri adiungi.*
2 *Seruum alienum purè inutiliter dari tutorem, sed ita cùm liber erit vtiliter dari. contrarium* n. 3.
4 *Seruus proprius relictus à domino in testamento filiorum suorum, licèt antea non fuerit manumissus, liber ex hoc efficitur, si fuerit maior 25. annorum; quòd si minor fuerit, licèt remaneat liber, non tamen erit tutor quousque sit ætatis 25. annorum.*

L. Si pupillorum pater. V.

Impp. AVRELIAN. & GALLIEN. AA. *Daphnæ.*

1 SI seruus alienus cum libertate à patre tutor filio datur, debet redimi & manumitti, & vt curator, vel tutor alteri adiungi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Seruum alienum purè inutiliter dari tutorem, sed ita cùm liber erit vtiliter dari decidit Iustin. *in §. 1. Instit. qui test. tut. dar. poss.* & concordat *l. Hisp. 7. tit. 16. part. 16.* ibi, *mas si dexasse sieruo ageno no valdria*

3 *in sera guarda dellos.* Sed contrarium, imò seruũ alienum purè tutorem dari posse filiorum vtiliter, quia tacitè videtur intellecta conditio, cùm liber erit, probat *l. si hæreditas 10. §. vlt. vers. quinimo, ff. hoc tit.* Sed omissa diuinatoria conciliatione Canoni *comment. li. 2. c. 4. n. 2.* veriorem interpretationem ad illa iura tradunt Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, n. 110. C. de in integr. restit. minor.* & Gutier. *de tutel. p. 1. c. 10. n. 6.* intelligentes conditione non expressa inutilem esse tutelæ dationem, vt valeat eo modo, quo datur, scilicet considerato præsenti statu, vt sic seruus statim tutor esse incipiat: at verò expressa conditione, cùm liber erit, vtilis dicitur, eo modo & tempore, quo datur, nempe in futurum impleta conditione postquam seruus fideicomm. acceperit, sic enim, aiunt, Iurisconsultus *in l. qui tutel. §. 1. & vlt. ff. hoc tit.* & Iustin. *in §. furiosus, Instit. qui test. am. tut. dari poss.* frustrà & inutiliter datum tutorem dicunt respectu temporis præsentis, cùm tamen postea sequuto effectu, idem tutor vtilis efficiatur.

Seruus autem proprius relictus à domino in testamento filiorum suorum, licèt antea non fuerit manumissus, liber ex hoc efficitur si fuerit maior 25. annorum; quòd si minor fuerit, licet remaneat liber, non tamen erit tutor, quousque sit ætatis supradictæ 25. annorum. Ita *d. l. Hisp. 7.* Gutier. *d. cap. 10. à princ.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 221. n. 1.* 4

SVMMARIVM

1 *Tutor ritè datus tenetur etiam de negligentia.*
2 *Tutor, vel curator tenetur de malè gestu, & neglectis in toto administrationis negotio.*
3 *Tutor, vel curator quando agunt, vel actiones instituunt calumniosè, ipsi debent in expensis condemnari.*

L. Si tibi pater VI.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Donnæ.*

TVtor ritè datus tenetur etiam de negligentia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd tutor, vel curator tenetur de malis gestis & neglectis in toto administrationis negotio, vt per Anton. Piag. *de tutor. & curat. q. 19, n. 6.* Gutier. *de tutelis & curis part. 2. cap. 16. n. 4. cum seqq.* Franc. Hieron. *Valent. decis. 115. n. 4. lib. 1.* 2

Hinc Menchaq. *controu. vsufreq. lib. 1. pag. 9. n. 10.* dicit, quòd quando tutor, vel curator agunt, vel actiones instituunt calumniosè, ipsi debent in expensis condemnari. Et Menoch. *cons. 145. n. 15.* tradit tutores, vel curatores si nomine pupillorum scienter calumniosas instituunt actiones, eo nomine condemnari oportere. Et Surd. *de alim. tit. 1. q. 48. n. 32.* dicit minorem non condemnari in expensis, sed eius tutorem, qui dicitur temere litigasse. 3

SVMMARIVM.

1 *Tutor rectè datur in testamento, non curator, licèt confirmetur, &* num. 2. *limita in curatore furiosi qui per patrem testamento dari potest,* n. 3.

L. Tutelæ actione. VII.

Iidem AA. & CC. *Triphenæ.*

TVtor rectè datur in testamento, non curator, licèt confirmetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ant. Piag. *de tutor. & curat. quæst. 2. numer. 12. & 13.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 473. c. 4. vers. curator in testamento, & c. 8. vers. curator datus.* Gutier. *de tutel. & curis part. 1. cap. 12. num. 6.* vbi *n. 8.* limitat in curatore furiosi, qui per patrem testamento dari potest, ex *l. fin. §. sed cùm antiquitas, vers. & siquidem,* 2 3

dem.C.de curat.furiosi, & num.9. post Anton. Piag. *d.q.2.num.* 17.limitat etiam vt non procedat de iure Canonico, quam tamen limitationem inutilem esse tradit, cùm nullibi in iure Canonico id expressè habeatur.

L. Tutores. VIII. & vlt.

Impp. THEOD. VALENT. AA. *Florentio P.P.*

1 NOn solùm per verba Latina, sed etiam per Græca dari in testamento potest tutor. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sine curatore, num.115. vers.ex quibus*, vbi intelligit procedere postquam Imperium Constantinopolim translatum est, vbi Græca lingua vernacula erat, & testamenta Græcè scribi, legata, libertates, tutelas Græcè dari ij Imperatores permiserunt, & Galganet. *de tutel. lib.1. tit.2.num.33.*

De confirmando (à magistratu) *tutore*, (vel curatore, qui in testamento inutiliter datus est.)

TIT. XXIX.

SI tutor testamento datus sit inutiliter, vt quia datus est filio emancipato, vel à matre, vel ab auo materno, confirmatur decreto magistratus, itidémque confirmatur curator: cuius datio testamentaria, quia nulla lege confirmatur, necesse est omnino vt confirmetur à magistratu. Scripserunt in hanc rub. Coiac. Pac. & VVesem. De materia tit. vide Mich. Grass. Donat. à Fina *tom.1. commun. opin. lib.5.tit.18.pag.757.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verb.sine curatore num.101.vers.vrgent, cum numeris seqq. C.de in integ.restit.minor.* Gutier. *de tutel. & curis part.1.cap.3.num.8.cum seqq.* Galganet. *cod.tract. lib.1.tit.3.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor à matre in testamento datus non habet necesse se excusare, cùm datio non teneat, datus tamen à iudice confirmatur, & tutelam administrabit, vel se excusabit. & cur,* num.2.

3 *Mulieris consilium fragile atque mutabile.*

L. Testamento. I.

Imp. ALEXAND. A. *Prisco.*

1 TVtor à matre in testamento datus se excusare non habet necesse, cùm datio non teneat, datus tamen à iudice confirmatur, & tutelam administrabit, vel se excusabit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Vide Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.2. tit.478. cap.1.in princ.* vbi quòd tutor inutiliter datus excusatione non indiget, Galganet. *de tutel.lib.1.tit.8. num.38.* vbi per hunc text. tenet quòd si inutiliter tutor datus sit, tunc etiam sine excusatione opposita intra tempus erit absoluendus, sed si inutiliter datus fuerit à iudice confirmatus, non poterit se ampliùs excusare, & *tit.9. num.13.* quod tutor inutiliter datos sine excusatione est secutus. Cald. Pereira *in l.si curatorem. verbo sine curatore, num.101. vers. vrgent tamen, C. de in integ.restit.minor.* vbi per hunc text. dicit tutorem datum à matre filiis in testamento debere confirmari, & interim tutorem non dici, neque posse administrare, quia mater eos in potestate non habet, & *num.102.in med.* ex hoc text. colligit tutorem à matre datum semper cum inquisitione confirmari debere.

In gloss. *Et quidem inquisitione.* ibi, *sed quare magis inquiritur à matre datus; respondeo quia fragile & mutabile est mulieris consilium.* Notatur ad hoc quòd in matre propter fragilitatem, & imbecillitatem consilij diuersa ratio, & peculiaris est cur ab ea datus tutor, semper cum inquisitione confirmatur, quæ ratio cessat in viris, ita Cald. Pereira *d. verbo sine curatore num.101. vers.nec obstat exemplum, in princip.* 2

Notatur etiam ad hoc quòd fragile & mutabile est mulieris consilium, vt per Tiraq *l.9. connub.glos. 1.part.1. num.70. & seq. & part.9. num.132. cum seqq.* 3

SVMMARIVM.

1 *Nec epistola, nec testamento imperfecto datur tutor legitimè, idem excusationis tempus non cedit antequam confirmetur, &* num.2.

3 *Tutor in testamento inutiliter datus, & à iudice confirmatus, non est testamentarius, sed datiuus.*

4 *Tutorem legitimum præferri huic confirmato. Verùm quòd tutor testamento datus confirmatus sit testamentarius, ac proinde legitimus sit præferendus, defenditur melius.*

L. Neque per epistolam. II.

Idem A. Valerio.

NEc epistola, nec testamento imperfecto datur tutor legitimè, ideo excusationis tempus non cedit antequam confirmetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Cornel. *cons.175. In præsenti consultatione, col.5. num.13.vers.concurrit etiam, vol.3.* Tiraq. *in l.si vnquam, in præfat.num.25. C. de reuocand.donat.* Mascard. *de probat.concl.1149.* aliàs 1154. *num.15.* vbi per hunc text. tradit quòd iudex tenetur sequi voluntatem patris, qui in testamento etiam minus solemni, aut postea rupto, aut aliàs non iure tutorem liberis dedit. Montan. *de tutel. cap.8.num.13.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sine curatore num.60. C.de in integ.restit.minor.* subdens decisionem huius text. loquentis de testamento imperfecto hodie correcta non esse ex *l.hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testament.* Bocer. *in disputat. de iure vniuerso, class.1. disp.14.n.14.* vbi quòd dati tutores à iudice confirmandi, Gutier. *de tutel. & curis part.1. c.6.ex n.2.* vbi quòd iudex sequi debet voluntatem patris, 2

qui in testamento etiam minus solemni, aut postea rupto, aut aliàs non iure facto, tutorem liberis dederit, & *num.* 3. cum Cald. Pereira *d. num.* 60. tenet quòd illa expressa confirmatio, quàm toties Iurisprudentes inculcant, hodie necessaria non est & *num.* 4. citato hoc text. tradit quòd pater in alia dispositione etiam inter viuos, vel in testamento imperfecto, vel codicillis, & abintestato filiis tutores dare potest, & id totum repetit idem Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 23. *num.* 2. *cum seqq.* Galganet. etiam *de tutel. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 2.

In gloss. *Solet.* ibi, *sed hodie videtur hac lex corrigi,* &c. Notatur ad hoc quòd decisio huius l. loquentis de testamento imperfecto hodie non est correcta ex *l. hac consultissima.* §. *ex imperfecto, C. de testam.* vt per Marc. Anton. *ibi num.* 21. Cald. Pereira *d. verbo sine curatore num.* 60. Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. *& cap.* 32. *prope fin.*

3 In eadem gl. ibi, *item an erit testamentarius,* &c. Notatur ad hoc quòd tutor in testamento inutiliter datus, & à iudice confirmatus, non est testamentarius, sed datiuus, vt per Syluest. Aldobrandin. §. *fin. num.* 23. *Instit. de tutel.* Tiraq. *cessante causa limit.* 20. *num.* 19. Mich. Grass. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 19. *num.* 1. *pag.* 757. vbi *num.* 2. vult tutorem legitimum
4 praeferri huic confirmato. Verùm quòd tutor testamento datus confirmatus sit testamentarius, ac proinde legitimus sit praeferendus defendunt meliùs Anton. Piag. *de tut. & curat. quaest.* 9. *num.* 7. *& quaest.* 17. *num.* 3. Gregor. Lop. *l.* 6. *in glos. vlt. tit.* 16. *part.* 6. Cald. Pereira *d. verbo sine curatore num.* 116. Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. Galganet. *in simili tract. lib.* 3. *quaest.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Tutor à patre inutiliter datus antequam confirmetur, potest per iudicem de alio prouideri, & per eum gesta valent. legitimè facta non retractantur, & confirmatio tutoris consistit in deliberatione iudicis,* num. 2.

3 *Tutor testamento datus antequam confirmetur, potest alius à iudice dari, & hic datus reuocari nequit. Sed confirmato remanebit adiunctus,* num. 4.

L. Si vt proponis. III.

Idem A. Sossiano P.P.

1 ANtequam tutor inutiliter à patre datus confirmetur, potest per iudicem de alio prouideri, &
2 per eum gesta valent. Item legitimè facta non retractantur, & confirmatio tutoris consistit in deliberatione iudicis, quia omnino est confirmandus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

3 Notatúr ad hoc quòd antequam tutor testamento datus confirmetur, potest alius à iudice dari, & hic datus reuocari non potest, vt per Anton. Piag. *de tutor. & curat. quaest.* 9. *num.* 7. *in fine*, Gutier. *de tutel. & curis part.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. *& cap.* 3. *num.* 23. *in*
4 *fine.* Datus verò pendente causa confirmationis, & finita reuocari non potest, sed confirmato adiunctus remanebit. Galganet. *in tract. de tutel. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 3. vbi *num.* 5. ex Surd. *dec.* 91. *n.* 1. *&* 2. subdit quòd vtilitatem pupillorum Praetor sequitur, non scripturam testamenti.

1 *Tutor datus à patre filio naturali, debet petere se confirmari, & confirmatus solum habet administrationem in prouentis à patre, &* num. 2.

3 *Pater naturalis quando dedit vnum tutorem, mater alium, an ambo concurrent, vel praeferetur paternus.*

L. Naturalibus. IV. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Iuliano PP.*

TVtor datus à patre filio naturali debet petere se confirmari, & confirmatus solùm habet administrationem in prouentis à patre. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 8. *tit.* 16. *part.* 6. vbi *gloss.* 1. Greg. Lop. *l.* 6. *gloss.* 5. *eod. tit. & part.* vbi quòd hic text. loquitur in patre naturali. Anton. Piag. *de tutor. & curat. quaest.* 3. *num.* 34. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 210. *num.* 12. vbi per hunc text. tenet quòd filiis naturalibus, esto in ipsorum non sint potestate, potest pater ex testamento relinquere tutorem, si licitè aliquid eis ex testamento relinquat, aut inter viuos, vel causa mortis licitè aliquid eis donauit, & quòd talis tamen tutor confirmari à iudice debet sine satisdatione, & inquisitione an locuples sit. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, num.* 87. *vers. ex quo infertur, C. de in integr. restit. minor.* vbi ex hoc text. colligit quòd si pater filio nihil relinquat, sed simpliciter tutorem det, iudex cum inquisitione confirmare debeat; si verò instituat, vel aliquid relinquat, citra inquisitionem, quod tamen intelligendum asserit in bonis à patre relictis dumtaxat, sin autem filius alia habeat bona, quae à patre non prouenerunt, in iis non minus confirmatio cum inquisitione erit necessaria; Gutier. *tract. de tutel. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 16. vbi per hunc text. tradit quòd si patres naturalibus liberis aliquas res quocunque modo reliquerint, intra tamen praefinitum à legibus modum, licebit eisdem tutorem relinquere, qui debet apud competentem iudicem citra inquisitionem confirmari, & ita res gerere pupillares, & pariter cum Caldas Pereira *vbi supra*, id intelligit in bonis à patre relictis dumtaxat, quia si filius alia bona habeat, quae à patre non prouenerunt, in his non minus confirmatio cum inquisitione erit necessaria. 2

Verùm quando pater naturalis dedit vnum tutorem, mater alium, an ambo concurrent, vel praefertur paternus; Angel. *hic* tenet quòd si tutelę concurrant, quilibet tutor praefertur in administrando bona à dante relicta; si verò non concurrant, primus erit tutor, non verò qui datus est secundò loco, quia tutorem habenti tutor dari non potest, refert & sequitur Gutier. *d. cap.* 4. *num.* 17. & in hanc partem inclinat Cald. Pereira *d. verbo sine curatore num.* 103. *in fine*, dum se remittit ad Angelum. 3

De legitima tutela.

TIT. XXX.

CEssante tutela testamentaria, locus est tutori legitimo, id est, agnato, vel parenti, patronóve manumissori, qui ex lege XII. tabb. ad tutelam

totelam vocantur, agnatur scil. ex verbis legis, patronus & parens ex mente & interpretatione legis. Scripserunt in hanc rub. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Donat. & à Fina. & Mich. Graff. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 19. pag. 657.* Gutier. *in tract. de tutel. & curis part. 1. cap. 12. de legitimis tutorib.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. c. 9. de legitima tutela, & de illa, qua agnatorum est,* & *cap. 10. de legitima parentum tutela,* & *c. 11. de patronorum legitima tutela.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 469.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 4.*

L. Ad auunculos. I.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Firminæ.*

1 TVtela legitima ex lege duodecim tabularum deferebatur ad agnatos, non ad cognatos, & sic ad patruos, non ad auunculos. Colliguot ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissinè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 12. cap. 9. num. 6.* vbi latè explicat, Mich. Graff. *tom. 1. communium opin. lib. 5. tit. 19. num. 4. vers. quare an cognati, pag. 657.* Galganet. *de tutel. lib. 1. titul. 4. num. 2. & num. 5. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Tutela legitima hodie defertur secundùm ordinem successionis,* & num. 2. *nulla separatione sexus adhibita, vel cognationis, vel agnationis, cognati quoque propinquiores vocabuntur,* num. 3. *Deficientibus ascendentibus, collaterales propinqui masculi, qui proximiores pupillo fuerint in gradu, omnes sunt tutores illius,* num. 4. *qui sunt in pari gradu agnationis ad tutelam vocantur,* num. 5. *agnati & cognati ratione successionis tutelam eis debitam compelluntur inuiti suscipere,* num. 6.

7 *in Tutela legitima succeditur eadem forma, qua in successione bonorum.*

AVTH. Sicut hæreditas.

1 HOdie tutela legitima defertur secundùm ordinem successionis, vt si proximior vocetur, dum tamen sit idoneus, & pluribus extantibus in eodem gradu magis idoneo committitur administratio aliorum periculo, & cum tacita hypotheca bonorum. Colliguot ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt. *leg. Hisp. 9. tit. 16. part. 6.* vbi *gloss. 3.* Arimin. Trepat. *var. sent. tom. 2. tit. 484. cap. 1. in princ. & tit. 483. cap. 13. vers. extantibus.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 9. num. 6. prope fin.* vbi quòd sublata legis
3 XII. tabularum distinctione, nulla separatione sexus adhibita, vel cognationis, & agnationis, cognati quoque propinquiores vocabuntur, Molin. *de Iust. tract. 2. disput. 110. num. 19.* vbi quòd deficientibus ascendentibus, collaterales propinqui masculi, qui
4 proximiores pupillo fuerint in gradu, siue agnati sint, hoc est, propinqui per lineam masculinam, siue cognati, id est, propinqui per lineam fœmininam, & siue sint vnus, siue multi (modò tamen idonei ad id sint, neque legitimam habeant excusationem) omnes sunt tutores illius; quando tamen propter multitudinem expediens non est, vt omnes bona pupilli administrent, conuenire curam iudice debent, vt vnus ex eis eligatur, vel plures, qui ea omnium loco administrent, & tutores sint, periculo tamen tutelæ omnes manent subiecti, bonaque omnium tacitè manent hypothecata pupillo pro ea administratione, Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 4. num. 4.* vbi per hunc 5
text. tenet quòd qui sunt in pari gradu agnationis, ad tutelam vocantur. Barnab. Cornaz. *decis. 15. n. 10.* Gutier. etiam *de tutel. part. 1. cap. 2. num. 11.* vbi per 6
hunc text. tenet quòd agnati & cognati ratione suc- 7
cessionis tutelam eis debitam compelluntur inuiti suscipere, & *n. 17.* etiam, citato hoc text. dicit quòd in tutela legitima succeditur eadem forma, qua in successione bonorum, itaut qui admittunt ad successionem, admittatur etiam ad tutelam legitimam, *cap. 16. num. 111. prope fin.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor pupilli debet esse agnatus, nisi maximam, vel mediam capitis diminutionem passus fuerit.*

2 *Tutela qualiter finiatur capitis minutione tutoris, remissiuè.*

L. Ad agnatos. II.

Iidem AA. & CC. *Asclepiadoto.*

TVtor pupilli debet esse agnatus, nisi maximam, vel mediam capitis diminutionem passus fuerit. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Capitis minutione tutoris qualiter finiatur tutela, vide Petr. Gregor. *syntag iuris part. 2. lib. 12 cap. 15. n. 13. cum seqq.* vbi explicat quid sit maxima, minor, & minima capitis diminutio. Molin. *de Instit. tract. 2. disput. 225. n. 3.* Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 5. sub n. 15.* Vincent. Manzin. *de tutel. quæst. 9. princ. n. 10.* Paul. Montan. *in simili tract. cap. 37. reg. 8.* Camill. Borrel. *in summ. decis. part. 2. tit. 40. num. 138.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 4. num. 18.* 2

L. Constitutione. III.

Imp. LEO A. *Erythrio P. P.*

AD pupillarum tutelam vocantur etiam masculi, reiecta contraria constitutione Constantini. Colligunt ex Ordin. Doctores *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Frater emancipatus est legitimus tutor alterius fratris in potestate retenti, & filiorum eius,* & num. 2.

3 *Frater maior, qui habet commune patrimonium consistens pro maiori parte in negotiationibus cum minore fratre, non potest esse tutor ipsius fratris minoris.*

4 *Frater adeò est tutor legitimus fratrum suorum, vt si duo fratres habeant tutorem datiuum, & alter cùm fuit legitimæ ætatis, tutela datiua finiatur, si ipse velit, poterit assumere tutelam fratris.*

L. Frater. IV.

Imp. ANASTASIVS. A. *Polycarpo P.P.*

1 FRater emancipatus est legitimus tutor alterius fratris in potestate retenti; & filiorum eius. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hisp.10. tit.16. part.6. vbi gloss.4.* Galganet. *de tutel. lib.1. tit.4. num.19.* Henric. Boeet. *in disp. de vniuerso*
3 *iure classi 1. disp.14. n.35. & 45.* At frater maior, qui habet commune patrimonium consistens pro maiori parte in negotiationibus cum minore fratre, non potest esse tutor ipsius fratris minoris, Vincent. de Franchis *decis.501. part.2.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom.2. tit.467. c.2. vers. frater maior.*

4 Notatur ad hoc quòd frater adeò est tutor legitimus fratrum suorum, & si duo fratres habeant tutorem datiuum, & alter cùm fuit legitimæ ætatis tutela datiua finiatur, si ipse velit, poterit assumere tutelam fratris, vt per Gutier. *de tutel. part.3. cap.4.*

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis non vocatur ad tutelam, vel curam,* & num.2.
3 *Mater quæ minor fuerit 25. annorum, an tutrix esse possit,* & num.4.6.9.
5 *Minor dolosè acceptans tutelam tenetur vt maior. Datus tutor, erit tutor factus maior,* num.7. *Durante minori ætate dati tutoris, erit locus datiuo,* num.8.
10 *Minor 25. annis non potest esse tutor, nec curator alterius minoris antequam 25. annum ætatis suæ impleat. Si esset tutor, non obligarentur bona illius plenissimo iure, in quo præsumitur mero quidem iure obligari, non tamen iure plenissimo,* num.11.
12 *Minoris bona non veniunt in tacita legali obligatione, etiamsi minori aliqua ex causa permitteretur tutelam assumere.*
13 *Minor si ad tutelam dispensaretur, eius bona tenerentur tacita hypotheca.*
14 *Minoris bona non sunt tacitè obligata pro expensis, & administratis per tutores.*
15 *Bona pupilli, siue minoris contrahentis matrimonium, censentur hypothecata pro restitutione dotis, quam recipit, licèt in eius receptione nec tutor, nec iudex interuenerit.*

L. Nemo. V. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Demosthenì P. P.*

1 MInor 25. annis non vocatur ad tutelam, vel curam cùm ipse indigeat tutore, vel curatore. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Boët. *decis.124. num.7. & 8.* Tiraq. *de iure mariti; gloss.5. n.181.* vbi quòd sicut minor non potest administrare propria bona, ita nec potest esse tutor legitimus, & *gloss.8. n.43. in fine.* vbi huius conclusionis rationem assignare videtur, videlicet quòd non potest minor supplere defectum alterius, & *de iure primog. quæst.40. num.109.* Menoch. *consi.345. n.20.* latè Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore num.111. cum seq. C. de in integr. restit. minor.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.2. lib.12. cap.9. num.5. in fine, & cap.12. num.5.* Henriq. Boët. *in disputat. de vniuerso iure, classi 1. disput.14. num.13.* Molin. *de Iustitia tract.2. disp.221. n.4.* vbi *num.6.* quærit verùm 3
mater, quæ minor fuerit 25. annis, tutrix esse possit filiorum, Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.2. tit.465. cap.4. prope fin.* Galganet. *de tutel. lib.5. quæst.10. à n.1.* vbi *num.3.* quòd mater minor 25. annis non pos- 4
sit esse tutrix, & *numer.5.* quòd minor dolosè acce- 5
ptans tutelam tenetur vt maior, & *num.6.* quòd ma- 6
ter minor potest tutrix filiorum à patre relinqui, & *num.9.* quòd minor datus tutor, erit tutor factus ma- 7
ior, & *num.10.* quòd durante minori ætate dati tu- 8
toris erit locus datiuo. Latè Gutier. etiam *de tutel. p.1. c.7. à num.18. cum seqq.* vbi *n.26.* id extendit vt 9
procedat etiam in matre, quæ minor sit 25. annorum, dicens illam ad tutelam non admitti ex generalitate huius textus, *& part.3. cap.3. num.4. in fine, & num.5.* vbi quòd minor 25. annis non potest esse tu- 10
tor, nec curator alterius minoris antequam quintum & vigesimum annum ætatis suæ impleat, quia non est talis ætatis, cui administratio rerum suarum committitur.

Plenissimo iure hypothecarum, &c.] Ergo si minor 11
esset tutor, non obligarentur bona illius plenissimo iure, in quo præsupponitur mero quidem iure obligari, iuxta dispositionem *l. pro officio, C. de admin. tutor.* sed tamen non plenissimo iure, quia scilicet conuentus pro mala administratione posset impetrare restitutionem in integrum, verba enim illa, *plenissimo iure*, significant ita bona obligari vt neque extraordinarium remedium restitutionis in integrum aduersùs eam obligationem competat, ita D. Barbos. *in l. si constante 25. in princip. n.131. ff. soluto matrimonio.*

Notatur ad hoc quòd minoris bona non veniunt 12
in tacita legali obligatione, etiamsi minori aliqua ex causa permitteretur tutelam assumere, vt per Surd. *de alimentis tit.9. quæst.44. num.4.* vbi *num.42.* sub- 13
dit quòd si minor ad tutelam dispensaretur, eius bona tenerentur tacita hypotheca, quia dispensatio trahitur ad omnia consequutiua. Ceuall. *commun. quæst.805. n.31.*

Notatur etiam ad hoc quòd bona minoris non 14
sunt tacitè obligata pro expensis, & administratis per tutores, vt per Episcop. *de ratiocin. c.29. n.39. in fine,* Gutier. *de tutel. part.2. c.16. n.20.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. tom.1. cap.68. n.11.*

In glos. *Teneri.* ibi. *alij quòd sic,* &c. Notatur ad 15
hoc quòd bona pupilli, siue minoris, contrahentis matrimonium, censentur hypothecata pro restitutione dotis, quam recepit, licèt in eius receptione nec tutor, nec iudex interuenerit, vt per Ias. *in l. si constante num.210. ff. soluto matrim.* Alciat. *in l.1. in princip. n.14. ff. de verb. obligat.* Bald. Nouell. *de dote part.6. priuil.58.* Tiraq. *de iure mariti gloss.8. n.193.* Neguzant. *de pignor. part.2. memb.4. num.73.* Anton. Gom. *l.50. Tauri num.57. col.2.* Grammat. *decis.103. numer.17.* Grass. *tom.2. commun. opin. lib.8. titul.11. num.10. pag.347.* Viui. *tom.1. lib.5. titul.12. numer.26. pag.747.* Surd. *de alimentis titul.9. quæst.44. num.15.* Menoch. *remed.3. adipisc. numer.69.* Menchaq. *controuers. vsufreq. lib.3. cap.55. num.3. in princ. & vers. quid dicendum,* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cùm non absimilis, num.38.* vbi per hanc gloss. tenet minoris bona vxorem ducentis & dotem recipiẽtis, licèt tutoris auctoritas, aut iudicis decretum non interuenerit.

teruenerit, quia hæc obligatio ex consequentia, & necessitate actus permissi à lege ipsa inducitur, pro dote tacitè obligata censeri, & verbo *sua facilitate*, *n.6.* vbi quòd solùm procedit hæc glos. quoad hypothecam legalem, qua bona minorum adstringuntur, Montan. *de tut. c.33. n.436.* Aluar. Valasc. *de partition. c.6. n.41. & c.15. num.23.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.2. concl.96. in consid.* Ceuall. *communium contra commun. q.132. in fine*, Steph. Gratian. *discept. forens. tom.1. c.68. n.7.*

Qui petant tutores, vel curatores.

Tit. XXXI.

QVIA Magistratus non solet officium suum impertiri in dandis tutoribus, vel curatoribus, nisi postuletur; rectè & illud cautum ordinatúmque est. Quínam tutores, seu curatores petere debeant. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia titul. vide Donat. à Fina, Bonacos. Suar. & alios *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.20. pag.758.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.12. cap.13. num.6. cum seqq.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure class.1. disputat.14. num.50. cum seqq.* Paul. Montan. *de tutel. cap.17.* Galganet. *in eod. tract. lib.1. tit.5. & libr.3. quæst.28.* Gutier. *in simili tract. part.1. cap.16. n.32. cum seqq.* Marant. *in repet. l. is potest. ff. de acquir. hæred. num.219. cum seqq.* Arimin. Tepat. *variar. sentent. tom.2. tit.477.*

SVMMARIVM.

1 *Volens cum adulto litigare, debet ipsum admonere, & ipse adultus potest petere curatorem sibi dari & num.2. Si minores in lite moniti noluerint eligere curatores, eis inuitis dantur,* num.3.

4 *Curator datur pupillo ad litem, quando pupillus habet litem cum tutore.*

5 *Curator ad litem dabatur duntaxat minori ad postulationem actoris quando minor erat reus, & tutorem, seu curatorem non habebat: si verò esset actor minor, non dabatur sibi curator ad litem nisi petenti.*

6 *Curatorem ad lites dabit iudex, qui liti præerit, etiam quòd sit delegatus.*

7 *Curator ad lites etiam non petentibus datur.*

L. Admone. I.

Imp. ANTONIN. A. *Chrysanthæ.*

1 VOlens cum adulto litigare, debet ipsum admonere, & ipse adultus potest petere curatorem sibi dari. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Arimin. Tepat. *var. sent. tom.2. tit.473. c.4. vers. minor debet.*

3 Notatur ad hoc quòd si minores in lite moniti noluerint eligere curatores, eis inuitis dantur, cùm aliter non possint esse in iudicio, vt per Petr. Greg. *syntagm. iuris part.2. lib.13. cap.3. num.1.* vbi *num.4.* dicit quòd ideo curatores inuitis non dantur minoribus nisi in litem, quia olim curatorem illis dare nō expressa causa, infamiam quādam habere videbatur, quod esset suspicio prodigalitatis in minore, vnde nec inuitis dari voluerunt, & nisi postulantibus illis, etsi interdicta illis fuisset bonorum suorū libera administratio, donec M. Antonius Philosophus Cæsar de curatoribus cùm antea non ni siex lege lectoria, vel propter lasciuiam, vel propter dementiam darentur, ita statuit, vt omnes adulti curatores acciperent, non redditis causis, Afflict. *decis.256.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo curator n.3.* vbi quòd curator datur 4
pupillo ad litem quando pupillus habet litem cum tutore. Aluar. Valas. *de partition. cap.7. num.66.* vbi 5
quòd curator ad litem dabatur dumtaxat minori ad postulationem actoris quando minor erat reus, & tutorem, seu curatorem non habebat: si verò esset actor minor, non dabatur sibi curator ad litem nisi petenti. Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæst.2. n.66.* vbi *num.67.* ait quòd illum curatorem ad lites dabit 6
iudex, qui liti præerit, etiam quòd sit delegatus, Gutier. *de tutel. p.1. cap.19. n.22.* vbi quòd curator ad 7
lites etiam non petentibus datur, vbi *numeris seqq.* aliqua adducit de curatoribus ad lites.

SVMMARIVM

1 *Libertus omittens petere tutores filiis patroni, subiacet periculo deserti obsequij, &* num. 2.

3 *Patronus, patronique liberi an teneantur satisdationem præstare cùm vocantur ad tutelam liberti, remissiuè.*

L. Patroni. II.

Idem A. *Epaphrodito.*

LIbertus omittens petere tutores filiis patroni, subiacet periculo deserti obsequij. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1. num.1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Petr. Greg. *syntagm. iuris p.2. lib.12. cap.13. n.7.* vbi quòd liberti filiis patronorum petere debent tutores, alioquin negligentia, vel malitia omittentes, vt desertores obsequij punientur, Henric. Bocer. *disp. de iure vniuerso classi 1. disp.14. n.51.* An autem patronus, patroníque liberi teneantur satisdationem præstare cùm vocantur ad tutelam liberti? vide Gutier. *de tutel. p.1. c.12. n.17.* 2

SVMMARIVM.

1 *Tutore mortuo mater pupilli debet petere dari alium.*

2 *Matrem teneri filiis etiam naturalibus tutores petere, remissiuè.*

L. In locum. III.

Idem A. *Atalantæ.*

TVtore mortuo mater pupilli debet petere alium dari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. sup. hoc tit.* 1

De matre quòd teneatur filiis etiam naturalibus tutores petere, alioquin eis non succedit, vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.2. libr.12. cap.13. num.6.* 2

num.6. latè Gutier. *de tutela part.1.cap.16. num.31. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor in subsidium potit tutorem dari pupillo debitoris sui,& nom.2.*
3 Necessarij, *de consanguineis.*

L. Si filiis. IV.

Idem A. Domino.

1 CReditor in subsidium pesit tutorem dari pupillo debitoris sui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Greg. *syntagm. iuris part.2.lib.12.cap.13.n.30.* vbi per hunc tex. tenet quòd in defectum petentium creditor petere potest dari pupillo debitori tutores, vt habeat cum quo experiatur, subdirque per *l.1.§.1. ff.hoc tit.* procedere si modò priùs proximos rogauerit, vt peterent, & contempserint. Paul. Montan. *de tutel.cap.17.num.1.*

3 *Non sunt necessarij.*] Idest, consanguinei, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.1.gloss.9.n.13.*

L. Amita. V.

Imp. ALEXAND. A. *Fuscianæ.*

1 AMita tutores petere filiis fratris sui non prohibetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.2. libr.12. cap.13. num.8.*

SVMMARIVM.

1 *Mater debet tutores petere filiis suis, & inuestigare qualiter administrant, non autem curatores, tenetur filiis suis pupillis petere tutorem, aliàs cadit à successione,* num. 2. *non tenetur petere curatorem puberi, sed solùm pupillo,* num.3.
2 *Tutorem tantùm petere non sufficit, sed requiritur vt id fiat cum effectu taliter quòd tutor detur,& administret cum effectu.*

L. Matris pietas. VI.

Idem A. Otaciliæ.

1 MAter debet tutores petere filiis suis, & inuestigare qualiter administrant, non autem curatores. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd mater tenetur filiis suis pupillis petere tutorem, aliàs cadit à successione, vt per Marant. *in repet. l. si potest num.219. cum seqq.ff.de acquir.hæred.* Anton.Gabr. *commun.lib.6.tit.de tutel. concl.1.per tot.* Donat.à Pisa,& Bonacos. *tom.1.commun.opin.lib.5.tit.50.ex num.1.pag.758.* Petr.Greg. *syntagm.iuris part.2.lib.12.cap.13.num.6.vers.tenentur primum matres,* Molin. *de instit.tract.2.disp.220. num.23.* Gutier. *de tutel.part.1. cap.16. numero 35. cum seqq.*

Petere autem filiis curatores, &c.] Notatur ad hoc quòd mater non tenetur petere curatorem puberi, sed solùm pupillo, vt per Gutier. *d.part.1.cap.16.num.87.vers. curatorem,* cùm puberes annis 25. sibi petere possint. Petr.Greg. *d.lib.12.c.13. num.6. in med.* 3

In gloss. *Et obseruare.* Notatur ad hoc quòd tutorem tantùm petere non sufficit, sed requiritur vt id fiat cum effectu taliter quòd tutor detur, & administret cum effectu, vt per Marant. *in repet.d.l.si potest. num.130.* Gutier. *d.p.1.c.16.n.52.* Galganet. *in finali tract.lib.3.q.28.n.52.* 4

SVMMARIVM.

1 *Volens reddere rationem administrationis, adulto potest petere curatorem dari, cui reddatur ratio.*
2 *Tutor etiam post pubertatem finita tutela tenetur de periculo rei pupillaris, nisi minorem instanter moneat vt petat curatorem, vel ipse pro eo petat.*
3 *Tutelâ finitâ tutor tenetur admonere minorem, vt petat sibi curatorem, aliàs tenetur.*
4 *Tutelâ finitâ si quid interim ex rebus minoris vsque ad 25.annum perierit, damno & periculo tutoris pereat, nisi puberem admonuerit, vt petat sibi curatorem.*

L. Admonere eam. VII.

Imp. GORDIANVS A. *Dionysio.*

VOlens reddere rationem administrationis, adulto potest petere curatorem dari, cui reddatur ratio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.* 1

Vide Baëç. *de decima tutor.cap.2.num.134.* vbi ex hoc text. colligit quòd tutor etiam post pubertatem finita tutela tenetur de periculo rei pupillaris, nisi minorem instanter moneat, vt petat curatorem, vel ipse pro eo petat. Arimin. Tepat. *var.sent.tom.2.tit. 473. cap.5.vers.volens.* Gutier. *de tutel.par.1.cap.16. num.142.* vbi per hunc text. tenet quòd finita tutela tutor tenetur admonere minorem, vt petat sibi curatorem, aliàs tenetur, & *num.147.* hoc text. citato ait quòd finita tutela si quid interim ex rebus minoris vsque ad 25. annum perierit, damno & periculo tutoris pereat, nisi puberem admonuerit, vt petat sibi curatorem. 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum superueniens in persona procuratoris ad tutorem petendum missi, excusat matrem,* & num.2.
3 *Mater si misisset procuratorem ad petendum curatorem filio suo, & procurator fuisset mortuus in itinere, ob cuius mortem retardata fuerit petitio tutoris, tunc non priuatur successione, ex quo per eam non stetit.*
5 *tam Mater, quàm alij possunt tutorem petere per procuratorem.*

L. Cùm

L. Cùm à matribus. VIII.

Impp. Dioclet. *&* Maxim. AA. *Musico.*

1 IMpedimentum superueniens in persona procuratoris ad tutorem petendum missi excusat matrem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num. 1. supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Marant. *in l. is potest, ff. de acquirend. heredit.*
3 *num.* 287. vbi per hunc textum tenet quòd si mater misisset procuratorem ad petendum curatorem filio suo, qui procurator fuit mortuus in itinere, & propter eius mortem fuit retardata petitio tutoris, tunc non priuatur successione, ex quo per eam non stetit, refert & sequitur Gutier. *de tutelis, part.1. cap.16.n.*
4 88. vbi *in fine* dicit quòd ex hac L. constat, & probatur quòd tam mater, quàm alij possunt prædictum tutorem petere per procuratorem.

SVMMARIVM.

1 *Matri non imputatur si non petat tutorem filio habenti alium, &* num. 2. 4.
3 *Tutorem habenti non datur alius, &* num. 5.

L. Cum iure. IX.

Iidem AA. *Asclepiodoto.*

1 NOn imputatur matri si non petat tutorem filio, habenti alium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 13. tit.16. part.6. vbi gloss. 6.* ad hoc
3 quòd habenti tutorem non datur alius, Petr. Greg. *syntag. iuris part.2. lib.12. cap.13. n.6. versic. verumtamen*, vbi per hunc textum tenet quòd si alij iam
4 habeant tutores alios, & mater non petat, minimè committit in legem; & vulgò notatur ad hoc quòd tutorem habenti tutor dari non potest, vt per Ant. Prag. *de tutor. & curat. quæst.3. n.36. & quæst.4. num.3. cum seq.* Baeç. *de decima tut. cap.8. n.2. cum seq.* Petr. Pech. *in tract. de testament. coniug. lib.2. cap.9. pag.73;* latè Gutier. *de tutel. part.1. cap.19. n.32.* vbi *n.33.* subdit quòd si ex dispositione statuti possit dari tutor habenti tutorem, talis datio erit nullius momenti si contingat quòd contutor vna die petatur, & eadem die fuerit datus à iudice, ex quo propter temporis breuitatem præsumptio est iudicem non discussisse vtilitatem pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Matre negligente possunt agnati pupillæ eius petere tutorem dari, &* num. 2.
2 *Tenentes primum locum si excludantur, non excludentur sequentes, etsi non petant tutorem intra illum annum.*

L. Nepotibus. X.

Iidem AA. *&* CC. *Prisco.*

2 NEgligente matre possunt agnati pupillæ eius petere tutorem dari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.2. lib.12. cap.13. num.8.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, classi 1. disput.14. num.53.* Galganet. *de tutel. lib.1. titul.5. num.22.* 2

In gloss. *Petet, vnic.* ibi, *non tamen obest si non petierit cùm eorum mater præcesserit*, &c. Notatur ad hoc quòd si tenentes primum locum excludantur, sequentes non excludentur, etsi non petant tutorem intra illum annum, vt per Gregor. Lopez *l.12. gloss.4. col.2. ante finem, tit.16. part.6.* Tiraquell. *de retractu tit.2. gloss.1. n.79.* Anton. Gabr. *commun. lib.6. tit. de tutel. concl.1. numer.8.* Anton. Gom. *l.14. Tauri num.18. versic. item etiam limita*, vbi hoc intelligit quando proximior in gradu viuebat; secus verò si mortuus sit; quia tunc sequens in gradu tenetur petere pupillo tutorem intra annum à tempore mortis primi, quia cùm ius successionis ex tunc sibi incipiat competere, similiter sibi incumbit onus, & tempus petendi tutorem, Gutier. *in tractat. de tutelis, part.1. cap.16. numero 37. & 38.* vbi *num.39.* resoluit quòd cùm hæc gloss. loquatur sine præfinitione temporis, elapso primo anno per quem primus excluditur, alius sequens in gradu non exeluditur per lapsum alterius anni. 3

L. Matres naturalibus. XI. & vlt.

Imp. Zeno A. *Dioscoro P.P.*

MAter etiam filio naturali tantùm tenetur petere tutorem dari, nec ignorantia iuris excusatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.2. libr.12. cap.13. numero 6. lit. S. versic. quod & in liberis earum naturalibus*, Marant. *in repet. l. is potest, ff. de acquirend. heredit. num.219. versic. amplia illud procedere etiam in matre naturali tantùm.* Ant. Gabr. *commun. lib.6. tit. de tutelis, concl.1. numer.2.* Gutier. *in tract. de tutel. part.1. cap.16. n.40.* 2

Vbi petantur tutores, vel curatores.

Tit. XXXII.

COnstitvtvm est, vt ibi petantur vnde pupillus, vel adolescens per patrem originem ducit, vel vbi habet patrimonium, *l. vnic.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris, libr.12. capite 13. numero 19.* latè Gutier. *de tutel. part.1. cap.16. numero 2. cum seqq.* Arimin. Tepat. *variarum sent. tom.2. titul. 477.* Galganet. *de tutel. lib.1. tit.6. per tot.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disput.220. num.22.* & alios ex textu citatos.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel curator ibi peti debet, vbi pupillus originem trahit, vel maiorem partem facultatum habet, & domicilium,* à num. 1.
3 *Index Ecclesiasticus dat tutores pupillis Clericis.*

4 *Iudex originis, vel domicilij dat tutores pupillis.*
5 *Iudex bonorum dat curatorem.*
6 *Magistratus alterius loci unde pupilli originem ducunt ex patre, vel loco, vbi non sunt eorum facultates, tutores, vel curatores dare non possunt.*
7 *Pupillus si bona & domicilium habeat in vno municipio, vel loco alio, procul dubio iudex eius loci tutorem dat, si in altero loco moretur, & alibi domicilium habet, iudex vtriusque loci potest dare, &c.*
8 *Iudex non potest tutorem dare nisi subditis, vel ratione originis, vel domicilij.*
9 *Pupillus si habeat bona in diuersis prouinciis, tutor ei dandus est à iudicibus, in quorum prouinciis bona sita sunt; si verò pupillus vni tantùm iudici subditus sit, is iudex potest ei dare tutorem, etiam ad bonorum quæ sunt in aliena prouincia.*
10 *Curator bonis dari non potest nisi ille, qui adest, sit subditus, & posset alioqui ibi conueniri, & aliter datus non agit, sed omnia acta redduntur nulla.*
11 *Actus dationis tutelæ an sit iurisdictionis voluntaria, vel potius contentiosa, remissiuè.*
12 *Iudex loci, vbi est maior pars bonorum pupilli, est competens ad dandum ei tutorem, etiamsi ibi minor domicilium non habeat.*
13 *Domicilium ibi est, vbi est maior pars fortunarum.*

L. Magistratus. Vnic.

Imp. ANTONIN. A. *Aristobulæ.*

1 IBi tutor, vel curator debet peti, vbi pupillus originem trahit, vel maiorem partem facultatum habet, & domicilium. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulg. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 458. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 12. *tit.* 16. *part.* 6. vbi Gregor. Lopez *gloss.* 11. *verbo do nascio el moço, o el padre del*, vbi per illam legem ait quòd in eo loco petuntur tutores vel curatores minoribus, vnde ipsi ducunt originem, vel ex persona sua, vel ex persona patris, vel si vulgò concepti essent ex persona matris, item etiam in eo loco, vbi sunt eorum facultates, etsi alibi sunt, vel morantur, non tamen iure domicilij reddere debent in alterum prædictorum locorum, vt magistratus ibi det eis tutores, vel curatores. Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum cap.* 14. *n.* 14. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 227. Arimin. Tepat. *variarum resolut. tom.* 2. *tit.* 473. *cap.* 5. *in fine*, latè Galganet. *de*
3 *tutelis, lib.* 1. *tit.* 6. *à num.* 1. vbi *num.* 4. quòd iudex Ecclesiasticus dat tutores pupillis clericis, & *numer.* 5. quòd iudex originis, vel domicilij dat tutores pu-
4 pillis, & *n.* 6. quòd iudex bonorum dat curatorem,
5 & *n.* 7. differit quis erit tutor si iudex originis & do-
6 micilij tutorem dent, & *tit.* 7. *num.* 12. vbi quòd Magistratus alterius loci vnde pupilli originem ducunt ex patre, vel loci, vbi non sunt eorum facultates, tutores, vel curatores dare non possunt, Petr. Gregor.
7 *syntagm. iuris part.* 2. *libr.* 12. *cap.* 13. *numero* 19. vbi ait quòd si pupillus bona, & domicilium habeat in vno municipio, vel loco alio, proculdubio iudex eius loci tutorem dat, si in altero loco moretur, & alibi domicilium habet, iudex vtriusque loci potest dare; si tamen alter alterum præuenent, quilibet in iurisdictione sui iudicis administrabit: si tamen in vna prouincia bona, & originis domicilium in alia tantùm, aut ibi etiam bona habeat, tunc qui est datus in loco domicilij, vbique poterit administrare, siue datus fuerit à testatore, quod caret dubio, siue à iudice, nisi datus excuset de bonis extra prouinciam tractandis, quo casu rectè eius loci iudex prospiciet de tutore, &c. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 7. vel tenet iudicem non posse tutorem dare nisi 8
subditus, vel ratione originis, vel domicilij, & *num.* 8. resoluit quòd si pupillus habeat bona in diuersis prouinciis tutor ei dandus est à iudicibus, in quorum prouinciis bona sita sunt; si verò pupillus vni tantùm iudici subditus sit, is iudex ei potest dare tutorem etiam ad bona quæ sunt in aliena prouincia, Molin. *de iustit. tractat.* 1. *disput.* 220. *num.* 11. vbi tra- 9
dit quòd ad iudicem domicilij patris pupilli spectat tradere ei tutorem, esto pupillus absens sit, itémque ad iudicem loci vnde pater trahit originem, aut filius natus est, sibi pater tunc domicilium habebat; & quando loca hæc sunt diuersa, ad diuersasque pertinent iurisdictiones, tunc tutor, qui ritè ab aliquo horum iudicum datus fuerit, præualet, quia est verus tutor, & interim dum, aliquis verè est tutor, locum non habeat alius tutor. Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo tutela, n.* 12. Henric. Bocer. *in disp. de iure vniuerso classi* 1. *disp.* 14. *n.* 62. latissimè Gutier. *de tut. p.* 1. *c.* 16. *à n.* 7. *cum multis seqq.* vbi *n.* 6. aduertit quod cautus debet esse iudex domicilij, vel originis in forma dandi tutorem, vt eum discernat simpliciter, non exprimens quòd dat etiam respectu bonorum, quæ sunt extra territorium, quia administratio, & bona, licèt alibi sita veniunt in consequentiam personæ, cùm tutor principaliter detur pupillo, & *n.* 9. verius esse censet dationem tutelæ potius esse actum iurisdictionis contentiosæ, quàm voluntariæ, quia tutores datiui discernuntur per iudices habentes iurisdictionem ordinariam, non delegatam, & *n.* 15. tradit quòd si pupilli vulgo concepti essent, inspicienda est propria sui origo, vel ex persona matris, & in eo loco petuntur tutores, vel curatores.

Notatur ad hoc quòd curator bonis dari non po- 10
test nisi ille, qui abest, sit subditus, & posset alioquin ibi conueniri, & aliter datus non agit, sed omnia acta redduntur nulla, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 150. *num.* 16. Surd. *cons.* 168. *num.* 18. Aluar. Valasc. *cons.* 182. *num* 7.

Vtrùm actus dationis tutelæ sit iurisdictionis vo- 11
luntariæ, vel potiùs contentiosæ? vide Galganet. *de tutel. lib.* 3. *quæst.* 27.

Vel vbi eorum sunt facultates, &c.] Notatur ad hoc 12
quòd iudex loci, vbi est maior pars bonorum pupilli, est competens ad dandum ei tutorem, etiamsi ibi minor domicilium non habeat, vt per Gregor. Lopez *dict. l.* 12. *gloss.* 12. *in verbo la mayor parsida de sus bienes*, vbi aduertit quòd eo ipso quòd pupillus habet ibi maiorem partem suarum fortunarum, videtur ibi habere domicilium, ita vt licèt pupillus alibi haberet aliud domicilium, seu habitationem, poterit prouidere de tutore per iudicem, vbi est maior pars sui patrimonij, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *gloss.* 3. *n.* 7. *cum seqq.* vbi quòd domicilium ibi est, vbi est maior pars fortunarum, Molin. *d. tract.* 1. *disp.* 13
220. *numero* 21. *versic. vtrùm autem iudex*. Gutier. *dict. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 17. *vers. sed nihilominus, cum seqq.*

De tutoribus, vel curatoribus illustrium, vel clarissimarum personarum.

Tit. XXXIII.

NVNC incipit tractare, qui dare, & qui dari tutores, aut curatores possint, & specialiter *in hoc tit.* qui dare, & qui dari illustribus, vel clarissimis; subaudi, vel spectabilibus: quoniam spectabilitas est dignitas illustratui & clarissimatui interiecta, *supra de Episcop aud. l. 22 in princ.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit vide citatos Doctores in text. & Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Tutore testamentario, vel legitimo non existente, tutor, vel curator dandus illustri in vrbe Romana nominandus est per decem ex Senatoribus eligendus, &c. In prouinciis verò tutores, vel curatores clarissimarum personarum nominantur per Curiales, qui in subsidium ex nominatione tenentur,* n. 2. & 3. *Magnatum filiis ætate minoribus nemo tutorem, aut curatorem det iniussu Regis, ex lege Regia,* num. 4.

5 *Tutores, vel curatores clarissimarum personarum in prouinciis nominantur per Curiales, qui in subsidium ex nominatione tenentur.*

L. Illustribus. I.

Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Proculo P. V.*

1 TEstamentario, vel legitimo tutore non existente, tutor, vel curator dandus illustri in vrbe Romana nominandus est per decem ex Senatoribus eligendus, vt per Præfectum Vrbi, & per eos nominatus ab ipso Præfecto confirmatur, & ei sic confirmato per Prætorem decernitur administratio; nec isti tenentur in subsidium propter illius malam admini-

2 strationem In prouinciis verò tutores, vel curatores clarissimarum personarum nominantur per Curiales, qui in subsidium ex nominatione tenentur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Fulgos. Angel. Bald. Castrens. Sichar. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

3 Vide Petr. Gregor. *syntag. iuris p. 2. lib. 1 5. cap. 1 3. numer. 9. in princ.* vbi ait quòd tutores clarissimorum pupillorum nominantur & eliguntur à Senatoribus, & si Senatores eo in loco non sunt, à Curialibus ciuitatis eius loci designantur, Henric. Bocer. *in disputat. de vniuerso iure, classi 1. disput. 14. num. 55. & disp. 15. num. 6.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 23 num. 38.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 7. num. 6. & tit. 12. à num. 2. & numeris seqq.* agit latè de tutela & cura Regum & Principum.

4 Lege Regia cautum est ne quis Magistratus Magnatum filiis ætate minoribus tutorem, aut curatorem det iniussu Regis, vt est comprehensum *in l. 14. tit. 5.*

Barbos. Collect. in Cod. Tom. II.

lib. 2. noua Recopilat. & ex ea colligunt Palad. *rerum quotid. lib. 2. cap. 1. num. 19.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 16. n. 207.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 16. num. 23.* vbi addit quòd in illis Regnis nec Auditores Regij, nec Regis Prætores, nec domini vasallorum absque Regis consultatione & commissione possunt tutorem, vel curatorem Magnati prouidere. Parlador. *quotid. different. differ. 99. n. 11.*

In prouinciis autem, &c.] Notatur ad hoc quòd tutores, vel curatores clarissimarum personarum in prouinciis nominantur per Curiales, quia in subsidium ex nominatione tenentur, vt per Paul. Montan, *de tutel. cap. 32 reg. 7 n. 67.* 5

L. Generali. II. & vlt.

Iidem AAA. *Aureliano P. V.*

CVriales tutores dari illustribus prohibentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Paul. Montan. *de tutel. cap. 23. num. 38.* Henric Bocer *in disput. de vniuerso iure classi 1. disput. 14. n. 56.* Galganet. *de tutel. lib. 1 tit. 7 n. 37.* 2

Qui dare tutores, vel curatores possunt, & qui dari non possunt.

Tit. XXXIV.

ACTVM est *tit. superiori* specialiter, qui dare, & qui dari tutores, vel curatores possint illustribus, vel clarissimis personis In *hoc tit.* generaliter agitur, qui dare, & qui dari cæteris possint, vel non possint. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide Mich Grass Bellacomb. Vrain. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 21. pag. 758. & sequent.* Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæst. 1.* Cald. Pereira *in l. curatorem, verbo sine curatore, n. 105. Cod. de in integrum restit. minor.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap 16.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, classi 1. disp. 14. num. 65.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator dari potest illi, cui mouetur quæstio status, non obstante litis pendentia, & numero 2.*

3 *In causa status pupillo mota, potest ei dare tutorem ad libertatem seruandam, & bona.*

L. Cùm tibi. I.

Imp. ALEXAND. A. *Amphibulo.*

TVtor, vel curator dari potest illi, cui mouetur quæstio status, non obstante litis pendentia Colligunt ex Ordin. Cyn Bart. Salicet. Angel. Fulg. Bald. Castrens. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol. 66.* Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit *l. Hispan. 1. tit. 16. part. 6.* vbi statuitur quòd in causa status pupillo mota, potest iudex ei dare tutorem ad libertatem seruandam, & bona.

L. Maritus. II.

Idem A. *Artemisiæ.*

1 MAritus non potest esse curator vxoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt. *l. Hispan. 3. tit. 17. part. 6. in vers. E sobre todo dezimos que el marido no deue ser dado por guardador de los bienes de su muger que fuesse menor de edad*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 4. numer. 11. versic. decimoquinto*, Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 473. cap. 1. versic. maritus*, Galganet. *de tutelis, lib. 1. tit. 7. num. 16. & lib. 3. quæst. 35.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 221. numer. 17.* vbi dicit decisionem huius text. non habere locum in Lusitaniæ & Castellæ Regnis, tum quia vxores per matrimonium manent emancipatæ, atque sui iuris, vt curatore non indigeant; tum etiam, quoniam quando in vtroque Regno contrahunt contractu arrharum, & dotis, maritus habet administrationem omnium vniuersim bonorum vtriusque coniugis, & quando in Regno Lusitaniæ contrahunt contractu medietatis, omnia vniuersim bona efficiuntur communia, & solus maritus est administrator. Paul. Montan. *de tutelis cap. 35. regul. 1. num. 39. & 40.* latè Gutier. *in simili tractat.*
3 *part. 1. cap. 20. num. 30. cum seqq.* vbi *num. 31. in fine*, concludit quòd non solùm maritus excusari potest à cura vxoris suæ minoris 24 annorum, sed quòd etiam
4 eius curator esse non possit, licèt velit. & *num. 32.* tenet non prohiberi maritum dari curatorem ad litem vxori suæ, nisi lis, ad quam maritus datur curator, esset magni præiudicij.

SVMMARIVM.

1 *Visu carens non potest esse curator*, & num. 2. *nec tutor, etiamsi vno tantùm oculo orbatus esset*, numero 3.

L. Luminibus captum. III.

Imp. PHILIPPVS A. *Dolenti.*

1 VIsu carens non potest esse curator. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. numer. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 4.*
3 *num. 4. versic. secundo*, vbi quòd tutor non potest esse cæcus, & qui vno oculo tantùm orbatus est, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, numer. 105. in princ. C. de in integrum restit. minor.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 221. num. 3. versic. idem est de cæco, qui omnino visu est priuatus.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 3. num. 22.* vbi quòd cæcus non potest esse curator. Gutier. *de tutel. & curis part. 1. capit. 7. num. 12. & cap. 20. num. 21.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 473. cap. 1. vers. cæcus.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 7. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Miles armatæ militiæ non potest esse tutor, vel curator*, & num. 2.
3 *Clerici qui sunt milites cœlestis militiæ, an & quando possint dari tutores.*
4 *Tutor inualidus non potest conueniri pro gestis actione tutelæ, sed tantùm actione negotiorum gestorum.*
5 *Tutoris datio si nulla sit, aut non teneat, periculum nullum est tutoris si non administrauit, quamuis sciuerit se datum.*

L. Militiæ armatæ. IV.

Idem A. Emerito.

MIles armatæ militiæ, non potest esse tutor, vel curator. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 104. §.* ibi, *caualleiro, l. Hispan. 14. tit. 16. part. 6.* ibi, *otro sy no puede ser guardador de huerfano el cauallero, mientra biuiere fuera de su casa seruiendo al Rey o a otro su señor en seruicio de cauallería, & l. 3. in princip. titul. 17. eadem part.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. capit. 4. num. 6. vers. septimo*, vbi quòd militiæ armatæ muneribus occupatis nec tutor, nec curator etiam volens dari potest, Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 221. numer. 15.* vbi quòd miles, qui arma gestat, atque in militia est occupatus, tutor esse non potest, etiamsi velit, Paul. Montan. *de tutelis cap. 35. regul. 1. num. 184. & cap. 23. num. 36.* Gutier. *in simili tractat. part. 1. cap. 20. n. 20.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, numero 105. in princ. ver. militem, C. de in integrum restit. minor.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, classi 1. disput. 14. numer. 65.* Galganet. *de tutela lib. 1. titul. 7. n. 31. & titul. 8. num. 23. prope finem, versic. & quidem omnia.* 2

An & quando Clerici, qui sunt milites cœlestis militiæ, possint dari tutores? vide posita *in collect. ad l. generaliter, & ad auth. sed hodie, C. de sacros. Eccles. & in meo tract. de iure Eccles. vniuerso lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 72. cum seqq.* Et quid in Religiosis, latè tradit Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 14. ex num. 21.* 3

Sed si errore ductus. &c.] Notatur ad hoc quòd tutor inualidus non potest pro gestis conueniri actione tutelæ, sed tantùm actione negotiorum gestorum, vt per Gasp. Baëç. *de decima tut. cap. 11. num. 15.* Gutier. *d. tract. de tutelis, part. 3. cap. 8. n. 17.* Molin. *d. disp. 221. num. 15. in fine.* 4

Notatur etiam ad hoc quòd si tutoris datio nulla sit, aut non teneat, periculum nullum est tutoris si non administrauit, quanquam sciuerit se datum, vt per Petr. Gregor. *d. part. 2. lib. 13. cap. 10. numer. 8. versic. quemadmodum contra.* 5

SVMMARIVM.

1 *Tutor non potest dari à iudice, qui non est suppositus iurisdictioni suæ*, & num. 2.
3 *Tutor, seu curator si datus sit ab aliquo Magistratu iurisdictioni suppositus, inutiliter datus erit, & talis non administrans nullo periculo est suppositus, ac nulla actione tenetur.*

Tutor

4 *Tutor, vel curator in testamento potest dari etiam alienigena.*
5 *Tutor datiuus debet esse de eodem territorio.*
6 *Tutoris legitimi datio tenet de territorio alieno, si tutelam petat huiusmodi legitimus, qui est de alieno territorio.*

L. Neque à Præside. V.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Æmilianæ.*

1 TVtor non potest dari à iudice, qui non est suppositus iurisdictioni suæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Atimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 3. tit. 468. cap. 3. in fine*, Caualcan. *de tutor. num. 3.* Galganet. *de*
3 *tutelis lib. 1. tit. 7. num. 21.* vbi quòd si tutor, seu curator datus sit ab aliquo Magistratu hanc facultatem habente, & ille sit exterus, nec Magistratus iurisdictioni suppositus, inutiliter datus erit, & talis non administrãs nullo periculo est suppositus, ac nulla actio-
4 ne tenetur. *& tit. 8. n. 17. prope finem, versic. hinc infertur*, vbi per glos. *in præsenti* ait quòd tutor, vel curator in testamento potest dari etiam alienigena; à iudice verò non potest dari alienigena, quia non est sub sua iurisdictione, nisi fortè datus consentiat, & ita se iurisdictioni iudicis supponat. Henric. Bocer. *in disp. de*
5 *vniuerso iure classi 1. disput. 14. num. 61.* Gutier. *de tutelis, part. 1. c. 2. n. 28.* vbi per hunc textum tenet quòd tutor datiuus debet esse de eodem territorio, quia oportet quòd pupillus, & tutor sint subditi iudici dan-
6 ti, nisi tales tutores datiui vellent se submittere ad tale onus: subditque legitimi tutoris dationem tenere de alieno territorio, si tutelam petant huiusmodi legitimi, qui sunt de alieno territorio.

SVMMARIVM.

1 *Matre negligente filiis tutorem petere, alij ad petendum admittuntur, & potest Præses tam per se, quàm per Magistratum eis tutorem dare.*
2 *Mater quando, & intra quod tempus teneatur pupillis tutorem petere, & sub qua pœna, remissiuè.*
3 *Magistratus iubere potest, vt qui dare valent tutores, eos dent.*

L. Quod dicis. VI.

Idem AA. & CC. *Leontio.*

1 MAtre negligente filiis tutorem petere, alij ad petendum admittuntur, & potest Præses tam per se, quàm per Magistratum eis tutorem dare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 2. num. 1. suprà hoc tit.*

2 Quando, & intra quod tempus teneatur mater pupillis tutorem petere, & sub qua pœna, latè tradit Gutier. *in tract. de tutelis, part. 1. cap. 16. num. 32. cum multis seqq.* Cancer. *variar. resolut. part. 1. tit. 7. de tutor. n. 53. cum seqq.* latè Viu. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. titul. 3. num. 3.*

3 *Etiam ipso Magistratus*, &c.] Notatur ad hoc quòd Magistratus iubere potest, vt qui dare valent tutores, eos dent, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. capit. 13. numero 17. vers. iubere tamen*, Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 7. num. 64.*

SVMMARIVM.

1 *Seruus non potest dari à iudice tutor, vel curator, &* numero 2. *etiamsi ex testamento relinquatur, nisi fortè relinqueretur sub conditione, si ad libertatem deuenerit*, numero 3. *si à domino in tutorem datus minor sit 25. annis, consequitur quidem libertatem, hæreditate adita, sed non incipit esse tutor, nisi cùm fuerit 25. annorum*, num. 4.

L. In seruili conditione. VII.

Idem AA. & CC. *Ruso.*

SEruus non potest dari à iudice tutor, vel curator. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Petr. Gregor. *syntag. iuris part. 2. lib. 12. capit. 4. num. 6. versic. octauo*, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 105. in princip.* ibi, *seruum alienum*, Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure classi 1. disputat. 14. numer. 15. & 65.* Paul. Montan. *de tutelis, cap. 9. num. 9. fol. 32. & cap. 23. num. 25. fol. 68.* Galganet. *in simili tractat. lib. 1. titul. 7. num. 23.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disputat. 221. numero 1.* vbi quòd seruus 3
esse non potest tutor, neque curator, etiamsi ex testamento tutor relinquatur, nisi fortè sub conditione relinqueretur si ad libertatem deueniret, tunc enim impleta conditione tutor esse posset; & quòd si quis proprium seruum tutorem testamento relinqueret, eo ipso censeretur libertatem illi donare, nisi per errorem credens illum non esse suum mancipium, tutorem eum relinqueret, tunc enim neque libertatem consequeretur, neque tutor esse posset, tametsi nunquam error in eo euentu sit præsumendus, nisi de eo apertè constet, additque per *l. quæro. §. Lucius, ff. de testament. tutel.* quòd si seruus ita à domino in tutorem 4
datus minor sit 25. annis, consequitur quidem libertatem, hæreditate adita, sed non incipit esse tutor nisi cùm fuerit 25. annorum, eandem fere resolutionem tenet *l. Hispan. 7. titul. 16. part. 6.* dum statuit quòd non potest testator seruum alienum dare tutorem, sed si proprium seruum det filio, non facta mentione libertatis, consequitur propter hoc libertatem, & tutelam si est maior 25. annorum, sed si est minor, consequitur libertatem, & factus maior habebit tutelam, latè Gutier. *in suo tract. de tutel. part. 1. capit. 10. à princip.*

L. Creditorem. VIII.

Idem AA. & CC. *Euelpisto.*

CRedıtor iure isto potest esse tutor debitoris, & sibi soluere tutela durante. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit. 2
Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, classi 1. disput. 14. num. 89.* & vide posita in collect. ad auth. quæ immediatè sequitur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, vel debitor minoris non debet eius curam suscipere, & si suscipiat, & taceat, creditor actionem perdit, &* num. 3.

2 *Debitor si taceat, solutione interim facta non iuuatur. & si post administrationem susceptam creditor, vel debitor eius efficiatur, curator ei adiungitur, & si cessionem aliquam contra minorem receperit, illa vti non poterit, sed minoris lucro cedit, idem est de fideiussore debitoris,* num. 4.

5 *Rem minoris possidens, illius tutor esse non potest.*

6 *Si postquam aliquis tutor est, aut curator, debitor, aut creditor efficiatur minoris, tunc debet ei adiungi alius tutor, vel curator, & ita perseuerabit tutor, aut curator cum hoc alio adiuncto: si tamen efficeretur debitor minoris, tunc non daretur ei coadiutor. Quid si is, qui tutor, vel curator esse debet, se excuset, affirmando se debitorem, aut creditorem esse talis minoris,* numero 7.

8 *Cessio si ex contractu fiat in potentiorem, erit nulla quasi in fraudem facta, & propterea amplius agere etiam mandans non potest.*

9 *Debitum quando est modicum arbitrio iudicis, tunc bene potest debitor minoris eius curam suscipere.*

10 *Debitum modicum, vel magnum quod dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*

11 *Tutor, vel curator minoris esse non potest habens cum eo rem communem.*

13 *Frater in commune patrimonium habens cum pupillo non potest esse eius tutor, &* n. 3.

14 *Auus non potest esse tutor suorum nepotum.*

15 Curæ *nomine comprehendi etiam tutelam.*

16 *Tutor & curator testamentarius repellendus est, si debitor, aut creditor sit minoris prohibitio in creditore non est perpetua,* n. 17.

AVTH. Minoris debitor.

1 CReditor, vel debitor minoris non debet eius curam suscipere, & si suscipiat, & taceat, creditor
2 actionem perdit. Si debitor taceat, solutione interim facta non iuuatur, & si post administrationem susceptam creditor, vel debitor eius efficiatur, curator ei adiungitur, & si cessionem aliquam contra minorem receperit, illa vti non poterit, sed minoris lucro cedit. Colligunt ex O.din. Doctores citati *in l.1. num.1, supr. hoc tit.*

3 Hanc eadem conclusionem quoad primam eius partem ex hac l. desumunt *l. H, par. 14. tit. 16. part. 6. versic. otrosy los que fussen debdores de los moços no pueden ser guardadores dello; fueras ende si los padres establesciessen en sus testamentos que los guardassen*, vbi Gregor. Lopez *gloss. 5. verbo debdores*, Roland. *cons. 81. num. 4. & 6. tom. 1.* Afflict. *decis. 13. numer. 14.* Aymon *consil. 129. num. 5.* Boër. *decis. 459. num. 4.* Aloys. Leo *ad l. 1. numer. 3. supra hoc eodem tit.* Kirchou. *tom. 1. communium opin. lib. 5. tit. 31. num. 13. pag. 759.* vbi tradit quòd etiamsi hæc authent. loquitur in curatore, tamen secundùm communem sententiam etiam in tutore locum habet, & Muscul. *ibidem numer. 14.* tepet dispositionem huius text. non procedere in tutore testamentario, quia fides dicti tutoris per testatorem dicitur approbata, siue testator tale debitum sciuerit, siue ignorauerit, cùm semper vigeat eadem ratio approbatæ fidei tutoris per testatorem, Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 4. numer. 5. versic. quarto*, vbi quòd creditores minorum olim, sicut nec debitores tutores eis dari poterant hodie nequaquam, quinimo si subierint, vel acceptauerint tutelam, priusquam iudici verè exposuerint debitum quale sit, vel ius, quod habent in bonis pupillorum, amittunt debitum si datiui tutores sint, non etiam testamentarij, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, numero 105. Cod. de in integrum restitut. minor.* vbi *in versic. in quam rem*, ait per hunc textum minoris creditorem, vel debitorem pupilli repelli hodie à tutela curave expeditum esse, aduertitque Iustinianum in corpore huius authent. expresse loqui etiam de tutela, licèt hîc de ea nihil dicatur, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 830. numer. 23.* vbi rationem assignat, quia ex communione oritur quidam quasi contractus producens obligationem & actionem communi diuidundo, ita vt propter hanc rationem possit talis dici creditor, quo casu non valet datio tutelæ, & *numer. 24.* aduertit quòd licèt dispositio huius authent. loquatur in curatore, procedit etiam in tutore. Surd. *de aliment. titul. 4. quæst. 11. num. 13.* vbi quòd debitor pupilli non potest esse tutor, vbi *num. 14.* tradit quòd mater quantumuis pupillo debeat, admittitur ad tutelam, Molin. *de Iustit. tractat. 2. disput. 221. numer. 11.* vbi ait quòd debitor minoris, seu illius creditor, tutor, vel curator illius esse non potest, Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, numero 23.* vbi quòd non potest esse tutor pupilli ille, qui habet bona cum illo, aut est creditor, seu debitor, aut fideiussor, Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, class. 1. disput. 14. numer. 90.* latè Gutier. *in tractat. de tutelis, part. 1. cap. 20. à princ.* vbi *numer. 10.* quòd si filius tutoris, aut curatoris, debitor, aut creditor esset minoris, & pater haberet vsumfructum in bonis talis filij, non admitteretur ad tutelam, vel curam; secus si vsufructuarius non esset, & *numero 11. & 12.* quòd filius bene potest esse tutor, licèt pater sit debitor, vel creditor, & quòd mater & auia possunt esse tutores, etsi debitum inter ipsas, ac filios, seu nepotes vertatur, bene Cancer. *variarum resolut. part. 1. titul. 7. numer. 47. cum seqq.* Galgan. *de tutelis, lib. 6. quæst. 34. à numero 1.*

Debitor.] Idem si sit fideiussor debitoris pupilli, 4
quia ipse debitor est, Cort. *in memorab. verbo fideiussor. 4.* Gutier. *d. part. 1. cap. 10. n. 9.*

Aut qui minoris res tenet.] Notatur ad hoc quòd 5
rem minoris possidens, illius tutor esse non potest, quia instrumenta pertinentia ad eam posset subtrahere, vt per Gutier. *d. p. 1. cap. 20. n. 4.*

Non sine adiuncto curatore, &c.] Notat Molin. *dict.* 6
disputat. 221. numer. 12. quòd si postquam aliquis tutor est, aut curator, debitor, aut creditor efficiatur minoris, quia videlicet succedit in hæreditate debitoris, aut creditoris minoris, vel aliqua alia ratione, tunc debet ei adiungi alius tutor, aut curator, & ita perseuerabit tutor, aut curator cum hoc alio adiuncto. Si tamen efficeretur debitor minoris, quia malè aliquid administrasset, aut quia de suo aliquid soluisset loco minoris, tunc non daretur ei coadiutor.

Hoc autem ab initio, &c] Idem Molin. *dict. dis-* 7
putat. 221. numer. 13. per hunc textum tradit quòd si is, qui tutor, aut curator esse debet, se excuset, affirmando se debitorem, aut creditorem esse talis minoris, non continuò fides ei adhibetur, vt à munere suscipiendo excusetur, sed tenetur id probare, aut iuramento id coram iudice affirmare, quando probatio alia pro, aut contra non occurrit. Si verò à principio taceat, munúsq. suscipiat, amittit in pœnam debitum, quo minor illi tenebatur; si autem ipse minori erat adstrictus,

adstrictus, non admittitur solutio alia quàm reddendo minori illud idem, quod ei debebat; quæ quidem cùm pœnæ sint, ait ille, locum in foro conscientiæ ante latam sententiam non habent.

8 *Sed si actionis cessionem.*] Notatur ad hoc quòd ex contractu si in potentiorem fiat cessio, nulla erit quasi in fraudem facta, & propterea ampliùs agere etiam mandans non potest, vt per Cald. Pereira *de empt. cap.24.num.31.*

9 In glos. *Debitor*, ibi, *Sed quid si sit in modico quantitate*, &c. Notatur ad hoc quòd quando debitum est modicum arbitrio iudicis, tunc bene potest debitor minoris eius curam suscipere, vt per Greg. Lop. *d.leg. 14.in gloss.verbo debitores, in princ.* Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. pag.61.vers.33.* Anton. Piag. *de tut. & curat.quæst.3.num.19.* Molin. *dict.disp.521. num.11.vers.vtrum autem*, Stephan. Gratian. *discept. forens.tom.1.cap.28.num.24.* Gutier. *d.part.1.cap.20.*
10 *num.13.* Vincent. de Franchis *Neapol. decis.404. num.6.* Cancer. *dict.cap.7.de tutor.num.43.* vbi subdit quòd relinquitur arbitrio iudicis quod dicatur debitum modicum, vel magnum. Galgao. *de tutel. lib.1. titul.8.num.19.vers.sed debitor, vel creditor in modica quantitate.*

11 In ead gloss. ibi, *item quid si habet res communes secum*, &c. Notatur ad hoc quòd tutor, vel curator minoris esse non potest habens cum eo rem communem, vt per Gutier. *dict.part.1.cap.20.num.5.* Capt.
12 *cons.60.incip.Illud.vol.5.* vbi quòd frater in communione patrimonium habens cum pupillo non potest esse eius tutor, Vrsill. *ad Afflict. decis.360.* Vincent. de Franchis *dict.decis.404.à princip.* Stephan. Gratian.
13 *discept.forens.tom.5.cap.914.num.15.* vbi quòd frater remouetur à tutela propter communionem bonorum, quam habet cum fratribus minoribus, quando scilicet fides non est approbata per illum, qui talem
14 tutorem dedit, *& cap.830.num.52.* vbi quòd auus non potest esse tutor suorum nepotum propter communionem bonorum, quam cum illis habet.

15 In gloss. *A curatione*. ibi, *similiter, & à tutela*, &c. Notatur quòd resoluta in hoc text. procedunt etiam in tutela, quia particula *cura*, de qua in præsenti ex subiecta materia, & ex verisimili mente disponentis non minus tutelam comprehendit, vt per Cald. Pereira *in dict. leg. si curatorem, verbo sine curatore num.105.vers.in quam rem*, Gutier. *dict.part.1.cap.20. num.3.*

16 In ead. gloss. ibi, *alij excipiunt testamentarium*, &c. Notatur ad hoc quòd testamentarius tutor, & curator est repellendus si debitor, aut creditor sit minoris, vt per Molin. *dict.tract.2.disput.221.num.11.vers. verum autem prædicta*, vbi concludit forte in Lusitaniæ Regno standum huic glossæ opinioni, quæ auth. est consona, & communiter non reprobatur. Sed post Anton. Prag. Cald. Pereira, & alios, ita distinguit Gutier. *dict.part.1.cap.20.eod.num.6.vers.quare*, quòd aut testator qui dedit, & reliquit tutorem, sciebat ipsum esse debitorem, vel creditorem pupilli, & tunc potest esse eius tutor, quia fides eius videtur approbata: aut ignorabat, & tunc vera est opinio glossæ, quòd non possit esse tutor; quia non potest videri approbasse fidem eius, quem talem ignorabat, quod videtur tenere Cancer. *dict. titulo 7.num.51.* & Gratian. *d.cap.830.n.35.* Galganet. *d.lib.3. quæst.54. num.5.*

17 In gloss. *Prohibetur*, ibi, *non prohibetur quando dimittit debitum*, &c. Notatur ad hoc quòd prohibitio in creditore perpetua non est, neque locum habet, si ipse debitor renuntiet, quod facere videtur simpliciter tutelam acceptando, vt per Cald. Pereira *dict. verbo sine curatore num.105. vers. secundò extenditur.*

L. Si sororis. IX.

Iidem AA. & CC. Maximiano.

HAbenti tutorem legitimum non debet dari datiuus, nec datus tenetur administrare. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *sol.1. num.1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Menoch. *cons.380.num.1.* Gutier. *de tutel. part.1. cap.5. num.27.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom 1.cap.63. num.1.& 2.* vbi *num.3.cum seqq.* Subdit ex Alex. quòd ad hoc vt valeat datio tutoris dati à iudice in præiudicium alterius legitimi, requiritur quòd ille alius tutor legitimus sciuerit alterum petere se tutorem dari, quia patientia & scientia sibi nocet: si enim ignorauit, sibi non præiudicat; additque *num.5.* immo requiri, quòd debeat liquere iudici quãdo procedit ad constituendum tutorem datiuum, quod legitimus tutor fuerit negligens in assumendo tutelam, vel faciendo prouideri de tutore, aliàs non valeret datio, & *num.7.* dicit quòd tutore proximo excusato, vel in totum inhabili, admittitur in tutela qui proximè sequitur in gradu; secus si primus est temporaliter inhabilis, propter minorem scilicet ætatem, quia tunc est locus datiuo, cùm enim adsit spes quòd ille primus possit esse tutor, interim est prouidendum de datiuo, quasi non sit factus locus legitimo subsequẽti, cùm primus non fuerit penitus exclusus, & *num.12.* regulare dicit quòd temporale impedimentum non defert tutelam legitimo, sed datiuo, & *num.23.* tradit quando legitimus tutor habet debitum cum pupillo non perpetuum, sed temporale, quod possit solui antequam minor efficiatur pubes, esse locum interim datiuo non legitimo, cùm debito dissoluto ille primus reassumat tutelam. 2

SVMMARIVM.

1 *Propter Curatoris absentiam non adiungitur alius, nec substituitur nisi illo remoto, & curator ante suam absentiam debet actorem constituere ne damnum incurrat.*

2 *Tutor quamdiu abest, alium quàm tutorem constituere nequit.*

3 *Iudex priùs cognoscere debet, an iusta sit causa remouendi curatorem, sine qua amotio fieri non potest.*

4 *Curatorem habenti, curator dari non potest; aliàs datio est nulla, etiamsi accesserit decretum magistratus.*

L. Curatorem. X.

Iidem AA. & CC. Florentino militi.

PRopter absentiam curatoris alius non adiungitur, nec substituitur, nisi illo remoto, & curator ante suam absentiam debet actorem constituere ne damnum incurrat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.5.tit.475. cap.3. vers. tutore, vel curatore impedito*, Galganet. *de tutel. lib.2. tit.16.* Petr. Gregor. *syntagm.iuris part 2.lib.13.cap.9. num.2.* Vbi per hunc text. tenet quòd tutor quan- 2

diu abest alium quàm tutorem constituere non potest.

5 *Nisi causa cognita*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex priùs cognoscere debet, an sit iusta causa remouendi curatorem, quæ priùs erat probanda ac detegenda, sine qua amotio fieri non potest: vt per Menoch. *consil.* 345. *num.* 1. & 2.

4 Notatur etiam ad hoc quòd habenti curatorem, curator dari non potest, aliàs datio est nulla, etiamsi accesserit decretum magistratus, vt per Menoch. *dict. consil.* 545. *num.* 2. Rota apud Farin. *decis.* 307. *num.* 2. *part.* 2. recentiorum Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 53. *vers. curatorem habenti.*

SVMMARIVM.

1 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio, ideo ei debet dari curator generalis, vel ad litem, & num.* 2.

3 *Adulti etiam inuiti curatorem ad litem, seu ad lites recipiunt.*

4 *Pupillo carenti tutore potest etiam dari curator ad litem, scil. si maior sit septennio, num.* 5.

6 *Curator ad litem quandocunque reuocari potest, licèt secus sit in tutore.*

7 *Minor* 23. *annorum quas causas posset pertractare in iudicio absque alicuius curatoris auctoritate.*

8 *Confessio minoris sine tutoris, aut curatoris auctoritate pro ipso iure non valet, nec ipsi minori nocet.*

L. In vniuersis. XI.

Impp. CONSTANTIN. A. & CONSTANT. C. *ad Bassum P.V.*

1 MInor non habet legitimam personam standi in iudicio, ideo ei debet dari curator generalis, vel ad litem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Henric.
Bocer. *in disputat. de vniuerso iure. classi* 1. *disput.* 14.
num. 120. Armin. Tepat. *var. sentent. tom.* 2. *tit.* 474.
in princip. De curatore ad lites vide Montan. *de tutel. cap.* 27. *num.* 14. Gutier. *in simili tractat. part.* 1.
3 *cap.* 19. *num.* 20. *cum seqq.* vbi quòd adulti etiam inuiti curatorem ad litem, seu ad lites recipiunt, &
4 *num.* 21. quòd pupillo carenti tutore potest etiam
5 dari curator ad litem, & *num.* 14. tradit dicta de curatore dando impuberi ad litem procedere si maior sit septennio, nam si esset infans, omnino dandus
6 est tutor, non verò curator, & *num.* 16. quòd curator ad litem quandocunque reuocari potest, licèt secus sit in tutore.

7 *Non priùs puberem instam habere personam*, &c.] Limita in quacunque causa spirituali, & dependentibus ab ea, vt in matrimonio, beneficiis & aliis, quam minor 25. annis potest absque alicuius curatoris auctoritate in iudicio pertractare, *cap. vlt. in princip. de iudic. lib.* 6. Capell. Thol. *decis.* 123. Boër. *decis.* 330. *à num.* 1. Vant. *de nullit. titul. ex defectu mandati num.* 34. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 220. *num.* 6. & in causis beneficialibus agnoscunt Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 9. *num.* 49. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 220. *num.* 6. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 74. *num.* 11. Ratio huius resolutionis elegans est, quia spiritualia ex dispositione iuris pro meritis cuiusq; interuenientibus, & examinatis qualitatibus quibusdam necessariis & iure præscriptis, pro bono publico conferuntur & distribuuntur, vnde non conuenit vt qui post pubertatem habet eiusmodi qualitates, & idoneus iudicatus est ad matrimonium, & alia spiritualia obtinenda, eorúmque ministeria digne exequenda, iudicari minus idoneum ad eadem spiritualia in iudicio pertractanda, quodammodo enim qualis qualis iniuria irrogaretur eisdem spiritualibus, si per legem administranda conferantur ei, quem lex ipsa propter intellectus imbecillitatem super eisdem in iudicio agitandis absque curatore non admittit, & videretur maior ad litigandum, quàm ad administrandum in spiritualibus idoneitas requiri.

Notatur ad hoc quòd confessio minoris sine tutoris, aut curatoris auctoritate ipso iure non valet, 8
nec ipsi minori nocet, quia minor etiam in criminalibus non habet legitimam personam, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 64. Menoch. *de arbitrar. casu* 268. *num.* 2. Plaç. *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 13. *vers. quamuis minor*, Virgil. Boccac. *in constitut. Piccani gloss.* 8. *post num.* 32. Hieron. de Laurent. *Auen. decis.* 138. *num.* 1. Ioseph. Ludouic. *decis.* 17. *n.* 1. *cum seqq. part.* 1. Sfort. *de in integr. restit. part.* 2. *quæst.* 65. *num.* 13. *in* 2. *casu, vers. aut verè habet tutorem*, latè Farin. *in praxi crimin. quæst.* 81. *numero* 152. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Curator generalis non potest deserere litem inchoatam, nec administrationem generalem propter specialem.*

2 *Tutor etiamsi alium in suum locum posuerit, nihilominus ipse actione tenebitur.*

L. Curator. XII.

Imppp. VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. *Eutropio.*

CVrator generalis non potest deserere litem inchoatam, nec administrationem generalem propter specialem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd tutor etiamsi alium in suum locum posuerit, seu substituerit, nihilominus ipse tutelæ actione tenebitur, vt per Galganet. *de tutel. lib.* 2. *tit.* 25. *num.* 35.

L. Ne magistratuum. XII. & vlt.

Impp. HONOR. & THEOD. AA. *Monaxio P.V.*

PRincipis colonus, nec alius priuilegiatus debet 1
tutor dari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
l. Hisp. 14. *tit.* 16. *part.* 6. ibi, *Otrosy non podagria ser guandador de huerfanos el que fuesse obligado al Rey por razon que ouiesse tenido, e tuuiesse sus cilleres, o sus heredades*, vbi Greg. Lop. *gloss.* 6. *verbo obligado al Rey*, intelligit cum gloss. *in præsenti* de colono priuatæ rei Principis, quia conductor prædij fiscalis non remoueretur à tutela, per *l. celens. Cod. de excus. tutor.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 221. *num.* 14. vbi

per

per hunc text. tradit quòd qui Regi est obligatus, quòd prædia, vel alios illius redditus conductos habeat, itaut bona ipsius Regi tacitè sint obligata, esse non potest tutor, aut curator; subdítque non repugnare *d.l.coloni*, quæ ait conductores prædij ad fiscum pertinentis non excusari à tutela, quia intelligitur quando non remaneret obligatus fisco, alioquin contradiceret *l.vel eum fisco.ff. de confirm.tutor.* idem tradit Gutier. *in tract. de tutel.part.1.c.20.n.16. cum seqq.*

Quando mulier tutelæ officio fungi potest.

TIT. XXXV.

MVLIER regulariter non potest esse tutrix, quoniam hoc officium virile est, *lib.1.* Potest tamen esse l. ea, quæ à Principe impetrauit, vt tutrix esse possit, *leg. vltim. ff. de testam. tutor.* II. Mater, *l.2.* III. Auia, *Nou.118.cap.5.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Bellacomb. Vezin. Mich. Graff. & alios *tom.1. commun. opin. lib.5.tit.22.pag.759.cum seq.* Cald. Pereira *in l.si curatorem,verbo sine curatore num.106.& 107. Cod. de integr. restit. min.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.2. lib.12. cap.4. num.1. cum seqq.* Arimin. Tepat. *variar. sent. tom.2. tit.469.* Galganet. *de tutel.lib.3. quæst.11.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier tutelæ officio fungi nequit,* & n.2. & *cur,* num.3. *fungitur ex beneficio Principis*, num.4.

5 *Intellectus* leg.1.vers. fœmineæ infirmitatis, Cod. quando mulier tutelæ officio.

L. Tutelam. I.

Imp. ALEXAND. A. *Oracliæ.*

1 MVlier non potest tutelæ officio fungi, quia tale munus excedit infirmitatem eius sexus. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salic. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol 66* Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hisp.4.tit.16.part.6.* ibi, *e varon y no muger*, vbi Gregor. Lop. *gloss.6.verbo varon,* rationem præstat ex hoc text. quia tutelam administrare virile munus est. Petr. Gregor. *syntagm. iuris, part.2.lib.12.cap. num.1.* vbi per hunc text. tenet quòd arcetur à tutela
3 gerenda mulier propter sexus infirmitatem, quippe quòd alienam subire defensionem munus est virile, & publicum, & ciuile munus mulieri subire non conuenit iure. Galganet. *de tutel.lib.1. tit.7.num.29.* & *lib.3. quæst.11. a num.1.* vbi *num.5.* quòd fœmina
4 ab omnibus tutelis arcetur, & *num.7.* quòd fœmina ex Principis beneficio potest esse tutrix. Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sine curatore num.106. in princip.* vbi ait quòd inter personas, quæ tutelam gerere prohibentur, mulier collocatur, ac præcipua habetur; & in assignanda huius prohibitionis ratione multum laborat Molin. *de Iustit. tractat. 2. disp.221. num.2.* Donat. à Farin. *tom.1. commun. opin. lib.5. tit.22. num.9. pag.760.* Gutier. *de tutel.& curis part.1.cap.7. num.39.* latiùs *cap.8. num.1.* vbi *num.2.* veram rationem rationis esse propter infirmitatem intellectus, & imbecillitatem consilij, & *num.3.* extendit vt nec valeat dispositio testatoris relinquentis tutores ad electionem mulieris.

Fœmineæ infirmitatis, &c.] Intellige de infirmitate 5 non corporis, sed potiùs de fragilitate, & imbecillitate consilij & intellectus, vt per Tiraq. *l.1. connub. part.1. gloss.1. num.74.* Galganet. *dict.lib.3. quæst.11. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Mater ætate maior ad tutelam filij iure ipso non poterat peruenire existente testamentario, vel legitimo tutore, & eis deficientibus si volebat hoc impetrare, debebat iurare quòd ad secundas non transibit nuptias,* & num.2. & 3.

4 *Mater & auia postponuntur omnibus tutoribus testamentariis, & legitimis.*

5 l. Matres 2. vers. cùm tutor vel testamentarius vel legitimus exfuerit, Cod. quando mul. tut. offic. *correcta.*

6 *Bona secundi mariti sunt pro sua vxore, quæ illi secundo nubit, non reddita ratione tutelæ liberorum suorum primi matrimonij, tacitè hypothecata. Secus quando mater administrauit bona filiorum tanquam eorum tutrix*, num.7.

8 *à Tutela, & curà repellit aduersa valetudine impeditur.*

L. Matres. II.

Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Tatiano. P.P.*

MAter ætate maior ad tutelam filij iure ipso non 1 poterat peruenire existente testamentario, vel legitimo tutore, & eis deficientibus si volebat hoc impetrare, debebat iurare quòd ad secundas non transibit nuptias, & si postea eas ineat, bona huius secundi maiori obligantur filiis pro administratione tutelari, & quando mater secundas prælegit nuptias, de alio tutore per iudicem filiis debet prouidere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà, hoc tit.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Leand. 2 Galganet. *de tutel.lib.1. tit.7. num.30.*

Sacramento præstito, &c.] Notatur ad hoc quòd 3 hoc iure communi attento matribus, quæ amissis viris, tutelam administrandorum negotiorum in liberos, postulabant, priusquam talis officij confirmationem adipiscerentur, statutum fuit vt faterentur in actis se ad alias nuptias non venire, idque iuramento præstito, vt per Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo sine curatore num.107. in princip. Cod. de in integ. restit. minor.*

Cùm tutor vel testamentarius, vel legitimus de- 4 *fuerit,* &c.] Notatur ad hoc quòd mater & auia postponuntur omnibus tutoribus testamentariis & legitimis, vt per Galganet. *de tutel.lib.3. quæst.2. num.3.* Gutier. etiam *de tutel. part.1. cap.2. num.3.* vbi aduer- 5 tit hoc correctum esse quoad legitimos, quos præcedunt hodie matres & auiæ, per auth. quæ sequitur, & *cap.8. num.21.*

Bona

6 *Bona eius primitus*, &c.] Notatur ad hoc quòd bona secundi mariti sunt pro sua vxore, quæ illi nubit secundo, non reddita ratione tutelæ liberorum suorum primi matrimonij, tacitè hypothecata pro ipsa redditione tutelæ, & pro eo quòd debetur ex ratione tutelæ administrandæ ab ipsa vidua, quæ tuoc est secunda vxor, & quæ nunc nupsit non reddita ratione, & antequam alium tutorem ordinao fecerit, & antequam soluerit quod debet ex ratione illius tutelæ, vt per Hippol. *sing.* 165 Molin. *de Instit. tract.* 2. *disput.* 220. *num.* 17. *vers. & bona mariti*, Gregor. Lop. *per text. ibi. in l.* 26. *in gloss. verbo les de aquel. tit.* 13. *part.* 5. Neguzant. *de pignor.* 2. *part.* 4. *num.* 19. *cum seqq.* Baeç. *de decima tutor cap.* 4. *num.* 55. Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst. vlt. n.* 29. Gutier. *de tutel. part.* 1.
7 *cap.* 9. *numero* 29. vbi *num.* 30. hoc tamen locum habere ait quando mater administrauit bona filiorum tanquam eorum tutrix. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5 *tit.* 12 *num.* 12. *pag.* 760. vbi subdit hæc locum habere si mater verè vt tutrix administrauetit, nam si de facto tutelam gesserit, cessabit dispositio huius l. & bona mariti secundi non erunt tacitè hypothecata pro ipsa muliere, quæ de facto tutelam gessit.

8 *Aut corporis valetudine*, &c.] Notatur ad hoc quòd repellitur à tutela, & cura aduersa valetudine impeditus, vt per *l. Hispan.* 13. *tit.* 16. *part.* 6. ibi, *o se enfermasse*, &c. Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.* 3. *n.* 58. Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 21. *n.* 27. & 28.

SVMMARIVM.

1 *Mater, & auia renuntians inter acta secundis nuptiis, & Velleiano (non extantibus testamentariis) præfertur legitimis, & datiuis, aliis mulieribus officio tutelæ interdicto*, & num. 2. *idem de proauia*, num. 6. *non procedere si mater sit illustris*, num. 4. *si Iudæa*, num. 5.

3 *Intellectus* Authent Matri, & auiæ, verb. matri, C. quando mat. tut. off.

7 *Mater minor* 25. *annis an ad tutelam admittenda.*

8 *Mater & auia non coguntur inuita suscipere tutelam, sed volentibus sibi à iure permittitur.*

9 *Officialis potest stipulari aliis.*

10 *Intellectus* Authent. Matri, & auiæ, verb. nuptiis, C. quando mat. tut. offic.

11 *Tutela, aut cura datio, vel acceptatio vt valeat, oportet quòd mater expressè renuntiet secundis nuptiis, & etiam auxilio Velleiani.*

12 *ex eo quòd Mater, vel auia suscipiens tutelam, vel curam prædictas renuntiationes fecit, poterit pro debito tutelæ, vel curæ incarcerari. Contrarium*, num. 13.

14 *Ablatiuus absolutus an importet conditionem.*

15 *Pater, & mater naturalis si concurrant, præfertur pater quasi legitimus, licèt naturalis.*

16 *Mater & auus paternus si concurrant, quis præferri debeat in tutela.*

17 *Curatrices possunt esse mater & auia, non autem ad lites*, num. 18.

AVTH. Matri & Auiæ.

1 MAter, & auia renuntians inter acta secundis nuptiis, & Velleiano (non extantibus testamentariis) præfertur legitimis, & datiuis, aliis mulieribus officio tutelæ interdicto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà, hoc tit.* Aloys. Leo *super* 5. *fol.* 66. *verso.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
leg. Hisp. 4. *tit.* 16. *part.* ibi, *fueras ende se fuesse madre o abuela, que fuesse dada por guardador dellos, ca estonce tal muger como sobredicha es si prometiere en mano del Rey, o del Iuez del lugar de son huerfanos que de mientra que los mocos toviere en guarda, que non casara: e otrosi si renunciare la defension que el derecho otorga à las mugeres que no se pueden obligar por otre: estonce bien le puede otorgar la guarda de sus fijos, de sus nietos.* Alphan. *collect.* 415. Boet. *decis.* 124. *num.* 9. *cum seqq.* Capyc. *decis.* 50. *ex num.* 5. Roland. à Valle *cons.* 79. *num.* 5. *cum seqq. tom.* 1. Galganet. *de tutela lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 39. & *lib.* 3. *quæst.* 11. *ex num.* 8. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *titul.* 5. *num.* 3. *vers. quia mater pag.* 714. *in fine*, vbi quòd mater & auia ante alios filiorum tutelam possunt suscipere, & ad eam admitti, si secūdis nuptiis, Velleiano, & omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto renuntiauerint, alioquin istis non concurrentibus tutela suscepta esset ipso iure nulla, additque ex Bellap. Cyn. & Albet. *in præsenti*, hoc de consuetudine non seruari, videlicet quòd mater tutrix, vel auia testamentaria non teneatur renuntiare secundis nuptiis, & omni iure in fauorem mulierum introducto, Bellacomb. *eod. lib.* 5. *commun. titul.* 22. *num.* 7. *pag.* 759. *in fine*, vbi per hunc text. tradit quòd mater tutrix debet renuntiare secundis nuptiis, Senatusconsulto Velleiano, & omni iuris, & legum auxilio, aliàs tutela ipso iure redditur nulla, latè Anton. Gom. *leg.* 14. *Tauri num.* 10. *in princip.* vbi quòd mater potest esse legitima tutrix filiorum suorum, & præfertur datiuis & legitimis, licèt non testamentariis, & *num.* 11. *in princip.* aduertendum asserit quòd ad hoc vt valeat talis datio, vel acceptatio tutelæ, vel curæ, oportet quòd mater expressè renuntiet secundis nuptiis, & etiam auxilio Velleiani, aliàs non valeret officium tutelæ, vel curæ, quia licèt non requiratur iuramentum eius de non nubendo, tamen renuntiatio requiritur pro forma, vnde sicut de iure antiquo non valebat sine iuramento, ita hodie non debet valere, sine prædicta renuntiatione. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 220. *num.* 17 vbi quòd mater legitimis & datiuis tutoribus præfertur, si tamen tutrix esse velit, ad id namque non cogitur, & quòd præterea coram iudice renuntiare priùs debet secundis nuptiis, promittendo se non transituram ad alias nuptias, quin priùs munus tutoris relinquat, & rationem præteritæ administrationis reddat, (ante hanc constitutionem iurabat se ad eas non transituram, sed abrogatum est) insuper renuntiare debet tum omni priuilegio, tum etiam priuilegio Senatusconsulti Velleiani mulieribus concesso, idque prius quàm tutelam suscipiat. Mootan. *de tutel. cap.* 9. *num.* 52. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris part.* 2. *libro* 2. *cap.* 4. *num.* 3. vbi quòd matri & auiæ conceditur tutela filiorum, vel nepotum eo quòd in illis naturalis affectio, qua præsumuntur habere curam liberorum singulari modo iuris, aliàs excludit pugnantes præsumptiones, quæ illis prohibere possunt. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 2. *coll.* 315. latissimè Gutier. *in tract. de tutel. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. *cum multis seqq.* vbi multis modis declarat, Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, & tutor, num.* 6. vbi quòd mater & auia attento iure authenticorum possunt esse tutrices filiorum, vel nepotum, itaut præferantur legitimis tutelis, vel datiuis, si renuntiauerint Velleiano, & secundis nuptiis, & omni legum auxilio, & continenter viuant. Iacob. Cancer *var. resolut. part.* 1. *cap.* 7. *de tutorib. num.* 70. vbi quòd mater

mater & auia possunt esse tutrices, si volunt, non tamen coguntur, licèt relictæ sint in testamento, & sic quòd debet probari eas acceptasse tutelam, vt tutrices dicantur, & *num.* 73. post Anton. Fabr. *in suo Cod. sub hoc titul. definit.* 1. illud speciale in matre & auia dicit, vt licèt tutelam à iudice, vel ex testamento delatam agnouerint, habeant liberam facultatem eius abiiciendæ, absque eo quòd causam aliquam probare, nec allegare teneatur. Ordin. Reg. Lusit. *libro* 4. *titul.* 102. §. 3.

3 *Matri.*] Intellige siue mater sit legitima, siue naturalis, vt per Greg. Lop. *d. l.* 4. *in gloss. verbo madre, in princip.* Anton. Gom. *l.* 14. *Tauri num.* 10. *vers. item adde quòd ista dispositio.* vbi etiam loquitur in auia naturali, sequitur Gutier. *dict. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. vbi *num.* 10. cum Greg. Lop. *citato loco*, id intelligit etiam in matre filij spurij, quia quantum ad eam, spurietas non inspicitur, nec consideratur, nisi talis filius esset natus ex damnabili coitu, idem tenet Galganet. *dict. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 9. & 10.

4 Declara non procedere si mater sit illustris, ex Anton. Gom. *dict. l.* 14. *num.* 10. *in fine vers. item fallit,* Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 11.

5 Declara etiam non habere locum in matre Iudæa, quæ per hunc text. non potest esse tutrix filiorum, vt per Tiraquel. *de iure primog. quæst.* 66. *num.* 17. & 18. quem refert parens meus *ad Ordin. Lusitan. dict.* §. 3. *num.* 2.

6 *Et auia.*] Idem dic de proauia, vt per Greg. Lop. *d. l.* 4. *gloss.* 8. *verbo abuela, in princ.* Gutier. *dict. parte* 1. *cap.* 8. *num.* 17. refert parens meus *d.* §. 3. *num.* 3. Ceual. *commun. contra communes quæst.* 433. Galganet. *d. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 19.

7 Dubitari solet an mater si minor sit 25. annis ad tutelam admittatur? quòd debet admitti resoluunt Caualcan. *de tut. num.* 185. Vrsill. *ad Afflict. decis.* 281. Honded. *cons.* 88. *num.* 16. *lib.* 1. Gutier. *dict. part.* 1. *c.* 7. *num.* 26. Iacob. Cancer. *dict. part.* 1. *cap.* 7. *de tut. n.* 75. Galganet. *d. lib.* 3. *quæst.* 10. *num.* 6.

8 *Subire permittimus*, &c.]. Notatur ad hoc quòd mater & auia non coguntur inuitæ suscipere tutelam, sed volentibus sibi à iure permittitur, vt per Gasp. Baeç. *de decima tut. cap.* 4. *num.* 39. Surd. *decis.* 166. *à num.* 1. Anton. Gom. *d. l.* 14. *num.* 10. *vers. adde tamen,* Gutier. *d. part.* 1. *c.* 8. *num.* 18. Galganet. *d. lib.* 3. *qu.* 11. *num.* 20.

9 *Si inter gesta*, &c.] Notatur ad hoc quòd officialis potest aliis stipulari, de quo Tiraq. *de constitut. part.* 3. *limit.* 30. *num.* 24. *cum seqq.*

10 *Nuptiis aliis*, &c.] Etiam inualidis, per ea quæ tradit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 36. *n.* 56. *cum seqq.*

11 *Et senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiauerint*, &c.] Notatur ad hoc quòd vt valeat datio, vel acceptatio tutelæ, aut curæ, oportet quòd mater expressè renuntiet secundis nuptiis, & etiam auxilio Velleiani, vt per Ordin. Reg. Lusit. *dict. lib.* 4. *tit.* 102. §. 3. ibi, *Para o que renunciaran*, &c. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 2. *collect.* 315. *in princip.* & *part.* 4. *collect.* 1215. Oduard. Caldeira *de error. pragm. libro* 1. *cap.* 8. *num.* 1. Galganet. *d. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 21. *cum seqq.* Anton. Gom. *dict. l.* 14. *Tauri num.* 12. *in princip.* Gasp. Baeç. *dict. cap.* 4. *num.* 47. Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.* 7. *num.* 39. Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 8. *à n.* 24. vbi *numero* 25. subdit quòd hæc renuntiatio aliarum nuptiarum requiritur pro forma substantiali valoris tutelæ matri factæ, aliàs non valebit, & *num.* 28. idem dicit si omittatur renuntiatio Velleiani, & *numero* 29. quòd non sufficit vna die suscipere tutelam, & alia die renuntiare, vel è contra, & *num.* 31. ex Bart. considerat illud interesse inter has duas renuntiationes, nempe aliarum nuptiarum, & Velleiani, quòd illa aliarum nuptiarum necesse est quod specificè fiat, & exprimatur, hæc autem de Velleiano sufficit quòd fiat generaliter, nempe omni beneficio, &c.

Vnde ex eo quòd mater, vel auia suscipiens tutelam, vel curam prædictas renuntiationes fecit, poterit pro debito tutelæ, vel curæ incarcerari, quia per talem renuntiationem priuilegia mulieribus concessa tolluntur, ac beneficium eisdem concessum, per auth. *hodie nouo, C. de custodia reorum*, ita Hippol. *sing.* 109. Socin. *reg.* 259. *fall.* 7. & *reg.* 229. *fallent.* 2. Boër. *decis.* 249. *num.* 11. Anton. Gom. *d. l.* 14. *Tauri num.* 11. *vers. item adde*, Gregor. Lop. *in l.* 3. *verbo personalmente, tit.* 7. *part.* 3. 12

Verùm contrariam sententiam, immo quòd mulier etiam ob debitum tutelæ incarcerari non possit, licèt prædictis auxiliis renuntiauerit sufficienter, meritò tuentur, Duen. *reg.* 312. *limit.* 2. Plaç. *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 12. Menchaq. *de success. creat.* §. 22. *limit.* 18. *num.* 82. Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. quæst.* 88. *num.* 12. Gasp. Baeç. *d. cap.* 4. *num.* 78. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 27. *num.* 61. *cum seq.* Gutier. *pract. lib.* 2. *quæst.* 26. *per tot.* & *in tract. de tutel. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 33. *cum seqq.* 13

Legitimis, & datiuis postpositis.] Tractat hîc Bald. *num.* 3. quæstionem, vtrùm ablatiuus absolutus importet conditionem, de qua Matiens. *l.* 9. *gloss.* 4. *n.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua Recop.* Surd. *decis.* 268. *n.* 11. D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.* 1. *n.* 23. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 5. *num.* 2. 14

In gloss. *Matri* 1. ibi, *& quid si est mater & pater*, &c. Notatur ad hoc quòd si pater & mater naturalis concurrant, præfertur pater quasi legitimus, licèt sit naturalis, vt per Gutier. *d. tract. de tutel. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. Galganet. *dict. libro* 3. *quæst.* 11. *num.* 12. 15

In ead. gloss. ibi, *si erit mater, & auus, preponitur auus paternus*, &c. Contra hanc gloss. imò matrem debere præferri auo paterno minoris in prædicta tutela, tenent Greg. Lop. *in d. l.* 4. *verbo madre vers. prefertur etiam*, Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 15. vbi *num.* 16. etiam contra hanc gloss. resoluit quòd si sint pater & auia concurrentes ad tutelam, debet pater præferri auiæ paternæ, siue maternæ. Galganet. *d. lib.* 3. *qu.* 11. *num.* 16. & 17. 16

In gloss. *Tutelam, in princ.* ibi, *an idem in cura*, &c. Notatur ad hoc quòd curatrices etiam mater, & auia esse possunt, vt per Gregor. Lop. *in dict. l.* 4. *in gloss. la guarda de sus fijos tit.* 16. *part.* 6. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 88. *num.* 11. Cancer. *var. resolut. part.* 1. *titul.* 7. *de tutoribus num.* 72. vbi etiam subdit quòd curatrix ad lites neque mater, neque auia esse possunt. 17 18

SVMMARIVM.

1 *Mulier si conuolet ad secundas nuptias, expellitur à tutela filiorum, &* num. 2. *quid si sola sponsalia sint de futuro*, num. 6. *Matrimonium si nondum sit consummatum, an perdatur tutela*, num. 7. *an amittatur per matrimonium irritum*, num. 8. *in tutela testamentaria quid*, num. 9.

3 *Sacramentum matribus filiorum tutelam accipientibus est remissiuè, quod præstabant renuntiantes nuptiis.*

4 *Nuptiarum secundarum appellatione veniunt tam secunda, quàm tertia, quarta, & deinceps.*

5 *Mater*

9 *Mater, quæ fuit expulsa à tutela filiorum suorum ob transitum ad secunda vota, si viduetur, an possit reassumere tutelam filiorum.*

10 *Tutela an ipso iure cesset matre ad secundas transeunte nuptias. & an dicta de amissione tutelæ per transitum matris ad secundas nuptias, accipienda sint similiter, si mater sit curatrix filiorum, num. 11.*

12 *Pater an secundam vxorem ducens perdat similiter filiorum tutelam.*

13 *Mater luxuriosè viuens, licèt non transierit ad secundas nuptias, an amittat tutelam filiorum ac si secundas contraxisset nuptias.*

14 *Tutela, vel cura matris transeuntis ad secundas nuptias, ad datiuum pertinet, ad instar eius, qui in locum suspecti, vel remoti datur.*

AVTH. Sacramentum.

1 MVlier si conuolet ad secundas nuptias, expellitur à tutela filiorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hisp. 5. tit. 16. part. 6.* vbi statuitur quòd si mater suscepta filiorum tutela nupserit, perdit tutelam, & filij ab eius tutela, & potestate extrahentur, & tutela illorum dabitur eorum consanguineo propinquiori ad hoc idoneo. Cassan. *in consuet. Burgun. rub. 6. §. 8. à num. 1.* Ascan. *de patria potest. cap. 4. num. 52.* Anton. Gom. *leg. 14. Tauri num. 11. vers. item adde quod talis mater,* Gasp Baëç. *de decim. tutor. cap. 4. num. 51.* Mich. Grass. *tom. 1. commun. opin. libro 5. tit. 22. num. 5. pag. 759.* Surd. *decis. 106. num. 2. cum seqq.* Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 11. numero 5. in fine,* Ignat. del Villar *in sylua resp. libro 1. resp. 14. num. 21.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 2. collect. 515.* Bened. Ægid. *in tract. de iure & priuileg. honestatis artic. 5. de viduis, num. 26. in princ.* Rot. *decis. 875. numero 1.* apud Farin. *part. 2. recentiss.* latè Galganet. *de tutel. lib. 5. quæst. 15. per totum, & quæst. 16.* differit verùm mater denuo vidua effecta per mortem secundi viri reassumat tutelam filiorum. Sanchez *de matrimon. libro 7. disp. 88. num. 4. cum seqq.* Menoch. *consil. 5. num. 31.* vbi quòd non assignatur filio tutor, quem mater transiens ad secundas nuptias dare petit, sed dabitur ex inquisitione iudicis, Paul. Montan. *de tutela, cap. 15. num. 51.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 9. à princip.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo tutela, num. 6.* Iacob. Cancer. *variar. resolutionum, part. 1. c. 7. de tutorib. numero 64. cum seqq.* vbi reddit rationem, quia ampliùs de ea lex non confidit, imò præsumit matrem tutela priuari, & *num. 66.* resoluit quòd hoc casu, vbi mater tutrix non petito tutore transeat ad secunda vota, priuatur successione filij, & legitima, & omnibus legatis, & fideicommissis sibi à viro patre pupilli relictis, & etiam donationibus causa mortis, & transeunt in mariti hæredes, quas pœnas hodie in vsu esse ex aliis attestatur, & *num. 67.* ex Anton. Fabr. *in suo Cod. sub hoc titul. defin. 2.* affirmat quòd adeò mater per transitum ad secunda vota admittit tutelam, vt licèt illa vellet esse tutrix, & omnes agnati, & cognati consentirent, tutrix esse non posset, & licèt iudex eam tutricem ex inquisitione dedisset, & ab ea datione nemo prouocasset, talis datio non teneret: & *ibidem* addit ex Vrsill. *ad Afflict. decis. 281. post numero 3.* quòd licèt testator disposuisset in suo testamento vt eius vxor suorum filiorum remaneret tutrix, adhuc resideret positum in iudicis arbitrio, an debeat sequi voluntatem testatoris, considerando circunstantias, quas tradit Iureconsult. *in l. 1. ff. vbi pupillus educari debeat.*

Sacramentum quidem non exigitur.] Notatur ad hoc quòd Sacramentum remissum est matribus filiorum tutelam accipientibus, quod ante præstabant renuntiantes nuptiis, & Velleiano, vt per Petr Greg. *d. lib. 11. cap. 10. num. 3. in fine,* Sanch. *d. lib. 7. disp. 88. num. 15.* 3

Secundis.] Secundarum nuptiarum appellatione veniunt tam secundæ quàm terriæ, quartæ, & deinceps, quia respectu præcedentium aliæ sunt secundæ, vt per Cardin. Tusch. *tom. 5. littera N. concl. 161. numero 6.* quem refert *appellat. 170. numero 2.* Quid si 4
5 mater, quæ fuit expulsa à tutela filiorum suorum propter transitum ad secunda vota viduetur, an possit reassumere tutelam filiorum? Negatiuam partem tenent Boër. *decis. 266.* Tiraq. *cessante causa limit. 12. num. 8. & 9.* Menoch. *consil. 578. num. 15.* Surd. *dec. 106. num. 11.* vbi *num. 15* subdit quòd mater post transitum ad secunda vota effecta vidua non potest consequi tutelam filij prioris matrimonij, licet tutelam non suscepisset antequam secundo nuberet. Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 5. tit. 22. num. 10. pag. 760.* Cott. *in memorab. verbo mater. pag. 569.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 15. num. 75.* Bernard. Græuæ *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 98. in coron. numero 2.* Ordin Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 102. §. 4.* Verùm Specul. *in tit. de tut. §. nunc videndum, vers. quid si mater, num. 7.* quem sequuntur Marant. *in repet. l. si potest num. 253. ff. de acquirend. hæred.* & Gutier. *d. part. 1. cap. 9. num. 26.* tenet quòd si res est integra, & pueri nullum habent tutorem, vel habere possunt, tunc admittitur, secus si alium tutorem legitimum habent, vel habere possunt, refert & sequitur Bened. Ægid. *d. art. 5. de viduis num. 25.*

Nuptiis.] Primò super hoc verbo dubitatur an procedat resolutio quando sunt sola sponsalia de futuro? Negatiuè est respondendum, quia cùm hoc sit pœna, non est extendendum, ita Gregor. Lop. *l. 5. verbo casando tit. 16. part. 6.* Anton. Gabr. *com. 3. commun. opin. tit. de secundis nupt. concl. 9. num. 15.* Menoch. *de arbitr. casu 151. num. 7.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis numero 127. Cod. de integr. restit. min.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 9. num. 5.* Sanch. *dict. libro 7. disp. 88. num. 5.* 6

Secundò quæritur, an si matrimonium nondum consummatum sit, perdatur tutela? Affirmatiuè respondendum, eo quòd iura solùm ponderant fractam esse promissionem factam in tutelæ acceptione abstinendi à secundis nuptiis & suboriri suspicionem malæ administrationis, quæ in matrimonio nondum consummato reperiuntur, ita Anton. Gabr. *dict. conclus. 9. num. 15.* Sanch. *dict. disp. 88. num. 1.* Gutier. *dict. part. 1. cap. 9. num. 4. cum seqq.* Cancer. *dict. cap. 7. sub num. 64.* 7

Tertiò quæritur an amittatur tutela per matrimonium irritum? Affirmatiuè respondent Pereg. *de iure fisci lib. 3. tit. 25. num. 6.* Cald. Pereira *de potest. elig. c. 5. num. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 57. numero 53.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 213. n. 12.* Sanchez *d. lib. 7. disp. 88. num. 7.* 8

Quartò quæritur an hoc procedat in tutela etiam testamentaria, nimirum quando mater relicta est in testamento viri tutrix filiorum? Resp. perdi etiam tutelam testamentariam filiorum transeunte matre ad secundas nuptias, Boer. *decis. 124. num. 12.* Greg. Lop. *leg. 4. verbo no casara, & leg. 5. verbo sacar titulo 16. part. 6.* Anton. Gom. *leg. 14. Tauri num. 21. vers. item adde,* Anton. Gabr. *conclus. 9. num. 6.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 9. numero 45.* Spin. *in speculo testam. gloss. 19. princ. num. 9. & 10.* Mariens. *leg. 3. gloss. 2. num. 9. tit. 1. lib. 5.* 9

lib.5.noua Recopil. Gutier. *d.part.1.cap.9.n.36.* Sanch. *d.lib.7.disput.88.num.8.* Bernard. Græuæ. *d.concl.98. in coronide, num.2.*

10 Quintò quæritur an ipso iure cesset tutela matre ad secundas nuptias transeunte? Resp. ipso iure amitti tutelam, quia licèt dicatur hîc, *expelli eam conuenit*, quibus verbis ministerium iudicis desiderari significatur, at loquitur de expulsione facti quasi ipso iure desierit. Ita Greg. Lopez *l.5. verbo el mas cercano, tit.16.part.6.* Anton. Gom. *l.14. Tauri n.10. in princip.* Nauarr. *in man.cap.25.num.67.* vbi subdit eam peccare mortaliter, si post transitum ad secundas nuptias retineat tutelam, refert & sequitur Sanchez *d.disput.88.num.10.* & est communis secundùm Gutier. *dict.part.1.cap.8.num.84.88.& 89.* Benedict. Ægid. *dict.art.5.de viduis num.22.vers.in contrarium vero.*

11 Sextò quæritur an dicta de amissione tutelæ per transitum matris ad secundas nuptias, accipienda sint similiter si mater sit curatrix filiorum? Resp. affirmatiuè, quippe quod dispositum in vno, habet locum in alio, vt per Greg. Lopez *dict. l.4. verbo la guarda, tit.16.part.5.* Sanchez *dict.lib.7.disputat.88. num.11.* Molin. *dict. tractat.2.disp.220. nümer.17.in fine.*

12 Septimò quæritur an pater secundam vxorem ducens perdat similiter filiorum tutelam? Resp. negatiuè, quia pater non tutor, sed legitimus administrator est bonorum filij, qui sub potestate constitutus est, nec aliqua lex est de patre loquens, cùm sit multum diuersa ratio; quippe amor paternus maiori iudicio ac firmitate roboratur, quod secus est in fœminis, quæ vtpote leuiores, ac iudicij stabilitate destituta, sæpiùs nuptiarum nouarum amore captæ; non solùm res filiorum, sed etiam vitam addicunt, ita Spin. *dict.gloss.29.princip.num.14.* Baeç. *dict.cap.4.n.51.* Pinel. *in l.fin.n.15.C.de bonis maternis*, Sanchez *dict.lib.7.disp.88.n.12.* Gutier. *dict.p.1.c.9.n.22.* Galganet. *dict.lib.3.quæst.15.*

13 Octauò quæritur an mater luxuriosè viuens, licèt non transierit ad secundas nuptias, amittat tutelam filiorum ac si secundas contraxisset nuptias? Resp. affirmatiuè Gregor. Lopez *in l.4.in gloss.verbo madre versic.item intellige, tit.16 part.8.* Anton. Gom. *l.14. Tauri num.13.in princip.* Bonacos. *communium part.1. verbo mulier, fol.112.* Palat. *in repetit.rubr.de donat.inter virum & vxorem, §.67. numer.16.* Menchaq. *de success.creat.lib.2.§.12. num.39.* Pinel. *in l.4.num.18. C.de bonis maternis*, Azeued. *l.4. num.14.tit.1. lib.5. noua Recopil.* Surd. *de aliment.tit.7.quæst.24. num.18.* Galganet. *d.lib.3.quæst.13.num.26.* Pradill. *in summ. legum pœnal.part.2.casu 16.n.12.* Molin. *d.tractat.2. disp.220.n.17.vers.an verò si mulier*, vide citatos *ad l. vlt.infr.hoc eod.tit.*

14 In gloss. *A tutela, ibi, dic ad datiuam, &c.* Notatur ad hoc quòd tutela, vel cura matris transeuntis ad secundas nuptias, ad datiuum pertinet ad instar eius, qui in locum suspecti, vel remoti datur, de quo tamen vide Anton. Gom. *l.14. Tauri num.12.* vbi ita distinguit, quòd si mater nunquam assumpsit tutelam, quia noluit, tunc peruenit ad legitimum, si verò accepit, & postea transiuit ad secunda vota, tunc statim ipso iure desinit esse tutrix, & similiter tutela pertinet ad legitimum, si verò mater tutrix comparuit coram iudice, & dixit quod volebat nubere, & petit tutorem dati, tunc erit datiuus, latè Gutier. *d.part.1.c.9. numer.20. cum multis seqq.* Galganet. *in simili tract. lib.3.quæst.14.*

SVMMARIVM.

1 *Matris debitum non impedit eius tutelam, etiamsi sit naturalis tantùm, agere tamen debet omnia quæ in legitimis sunt definita, &* num.2. *idem est de auia,* num.3. *amplia vt* num.4.

AVTH. Ad hæc.

Matris debitum non impedit eius tutelam, etiam si sit naturalis tantùm, agere tamen debet omnia, quæ in legitimis sunt definita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor. Lopez *l.14. in gloss. 5. ante medium, verbo debdores, tit.16.part.6.* Duen. *regul.311. limit. 11.* Anton. Pichg. *de tutor.& curat.quæst.3.numero 16.* vbi loquitur etiam in auia, Neguzant. *de pignorib. part.5. membr.1. numer.36. in fine*, Paris. *consil.56. num.24. & 25. lib.1.* qui pro auia materna contra patruum respondit, Menoch. *de arb. i. casu 168. numero 3.* Galganet. *de tutelis, lib.3.quæst.11. numero 34.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disput.121. numero 11.* vbi quòd quamuis debitum sit magnæ quantitatis, mater & auia à tutela & cura filiorum & nepotum non repelluntur; idem esse de patre, & de auis tam paterno, quàm materno affirmat, subditque quòd si filius tutoris, aut curatoris debitor, aut creditor esset comparatione minoris, & pater vsumfructum haberet in bonis talis filij, non admitteretur ad tutelam, aut curam; secus autem si vsufructuarius non esset. latè Gutier. *de tutelis & curis part.1. cap.20. numero 11.* vbi etiam ex Gregor. Lopez ampliat decisionem huius text. ad patrem, & auum paternum, & maternum propter affectionem, quæ suspicionem tollit, & ad filium, qui potest dari curator patri mente capto, vel furioso; limitat in fratre debitore in quo tradit procedere prohibitionem iuris sicut in extraneo. Aduertendum tamen est quòd licèt mater ob id à tutela non remoueatur, dabitur tamen adiunctus, Afflict. *decis.207. numero 1.* Rot. *decis.535. numero 6.part.1.* in recentioribus, vel curator ad lites, Mastril. *decis.73. numer.5.* Molfes. *in addit.ad lib.1. super consuetud.Neapolit. part.3.quæst.26.num.19.fol. 125.* Stephan. Gratian. *discept.forens.tom.4.cap.668. num.22.& 23.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Matres possunt esse tutrices etiam filiorum naturalium tantùm, omnia faciendo, quæ in legitimis sunt cauta, &* n.2.

3 *Vidua impudica perdit tutelam filiorum, sicut & illa, quæ secundo nubit.*

4 *Pater luxuriosè viuens an amittat tutelam filiorum.*

5 *Pater & mater an per resipiscentiam à vita luxuriosa, propter quam tutelam filiorum amiserunt, illam reassumant.*

L. Si pater. III. & vlt.

Imp. IVSTIN. A. *Iuliano P. P.*

Matres possunt esse tutrices etiam filiorum naturalium tantùm, omnia faciendo, quæ in legitimis sunt cauta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.suprà hoc tit.* 1

Yy Hanc

2 Hanc eandem conclus. ex hoc texr. desumunt *l. Hispan. 4. tit. 16. part. 6.* vbi Gregor. Lopez *gloss 7. verbo madre*, Anton. Gom. *l. 14. Tauri num. 10. versic. item adde quòd ista dispositio*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 10. in fine*, Paul. Montan. *de tut. cap. 10. n. 25. fol. 49.* Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure, tom. 1. classi 1. disp. 14. n. 65.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 8. n. 9. cum seq.*

3 *Sed pudicitiam suam intectam conseruet*, &c.] Notatur ad hoc quòd vidua impudica perdit tutelam filiorum, sicut & illa, quæ secundo nubit, vt per Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 67. num. 14.* Gregor. Lopez *l. 3. verbo maldad, titul. 12. part. 4. & in l. 4. verbi madre, versic. item intellige, tit. 16. part. 6.* Tiraquell. *de nobilit. capit. 18. numero 14.* Menchaq. *de success. creat. lib. 2. §. 12. numer. 39.* Anton. Gom. *l. 14. Tauri num. 13.* Bonacos. *tom. 1. communium opin. lib. 5. tit. 22. num. 11.* Pinel. *in l. 4. num. 18. C. de bonis maternis*, Roland. *consil. 86. num. 49. volum. 2.* Auiles *in proœm. ad capita Pretorum, gloss 1. num. 40.* Perez *ad tit. 1. in fine, versic. idem dicendum erit, lib. 5. Ordinam.* Petr. Gregor. *d. lib. 14. cap. 10. in fine, & numero 6.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 24. numer. 18.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disp. 320. num. 17. versic. an verò si mulier*, Gutier. *de tutelis, part. 1. cap. 9. numero 19.* Pradil. *in summ. legum pœnal. part. 2. casu 16. numer. 12.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ imperialis, lib. 2. conclus. 98. in coron. numer. 4.* Galganet. *de tutelis, lib. 3.*

4 *quæst. 13. num. 26.* vbi *quæst. 15. numer. 6.* an pater luxuriosè viuens amittat tutelam filiorum, & *quæst. 16.*

5 *numer. 6.* an pater & mater per resipiscentiam à vita luxuriosa, propter quam tutelam filiorum amiserunt, illam reassumant, latè Benedict. Ægid. *in tractat. de iure & priuileg. honest. art. 5. de viduis, numer. 19. cum multis seqq.* vbi *numer. 21.* tradit quòd ad hoc vt pœnam hanc subeat mulier, non satis erit semel illam, aut iterum in corpus suum peccasse, sed pluries, ita vt luxuriæ notam incurrat; alia enim causa est eorum, quæ illi competunt ex persona mariti, quæ solo primo concubitu amittuntur propter grauem in hoc illi offensam illatam; alia eorum, quæ non competunt propter mariti personam, sed ex sola ac nuda legis dispositione, vt est filiorum tutela, in hoc tit. ista enim, quæ à marito non accepit, non ita facilè amittit, differunt enim hæc mulierem in corpus suum semel, aut iterum deliquisse, & luxuriosè viuere, vt latè probat Eman. Costa *in cap. si pater, 1. part. verbo legauit, num. 41. de testament. libr. 6.* quicquid dicat Sanchez *de matrimon. lib. 7. disput. 90. n. 15.* Subdit postea idem Benedict. Ægid. *dicto art. de viduis, num. 22.* tenet post Sanchez *d. lib. 7. disput. 90. num. 15. versic. & videntur*, quòd eo ipso quòd tam turpem vitæ consuetudinem mulier elegit, filiorum tutelam amittit, absque aliquo iudicis decreto, ita vt gesta deinceps per eam tutorio nomine non valeant, & *num. 23.* quærit an si mulier post vitam malè perditam ad meliorem honestámque resipiscat, filiorum tutelam recuperet? & concludit mulierem, quæ post vitam luxuriosè transactam ad castam, & honestam reuersa est, filiorum tutelam non posse reassumere, nisi in subsidium, cùm scilicet alius idoneus tutor non inuenitur legitimus, aut datiuus, quod rarò eueniet.

In quibus casibus tutorem, vel curatorem habenti tutor, vel curator dari potest.

TIT. XXXVI.

LICET tutorem habenti tutor dari non possit, *l. 4. h. tit.* datur tamē certis ex causis curator in locum tutoris, l. absentis Reipubl. causa, *l. 1. II.* excusari, *l. 2. III.* suspecti, remoti, defuncti, relegati, *d. l. 4.* In aliis, id est, *l. 3. & 5.* sunt causæ, in quibus curator tutori adiungatur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & V Vesembec. de materia tit. vide Gasp. Baëç *de decim. tut. cap. 8. num. 2. cum seqq.* Paul. Montan. *de tut. c. 10.* Gutier. *in simili tract. part. 1. c. 19. n. 40. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. c. 2* vbi casus refert, quibus pupillo habenti tutorem curator ratione bonorum, vel litium adiungitur, Menoch. *consil. 380. lib. 4.* Ariminn. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 468. c. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator datus loco absentis Reipub. causa desinit illo reuerso, & num. 2.*

3 *Tutor secundo loco datus, proprio periculo rem administrat.*

4 *Pupillus quando habet tutorem impeditum, in eius locum datur sibi coadiutor, qui tantum durat, quantum necessitas. Officium horum tutorum, seu curatorum finitur finito impedimento primi tutoris, non autem durat vsque ad pubertatem pupilli, vel vsque ad annum 25. n. 5.*

L. Si in locum. I.

Imp. ANTON. A. *Tiberiano & Ruso.*

TVtor; vel curator datur loco absentis Reipubl. causa desinit illo reuerso. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *Hispan. 13. tit. 16. part. 6. vbi gloss. 10.* Gasp. Baëç. *de decima tutor. c. 8. n. 17. in princ. versic. si tutor Reipub. causa*, Gutier. *de tutelis, p. 1. c. 19. n. 46.* Galganet. *in simili tract. lib. 1. tit. 11. n. 15.* 2

Quin ad eius officium, curámque, &c.] Notatur ad hoc quòd tutor secundo loco datus proprio periculo rem administrat, vt per Gasp Baëç. *d. cap. 8. num. 9. & 21. in fine*, vbi quòd periculum tutelæ ad primum tutorem non pertinet. Gutier. *d. part. 1. cap. 19. n. 46. in fine.* 3

Notatur ad hoc quòd quando pupillus habet tutorem impeditum, in eius locum datur sibi coadiutor, qui tantum durat, quantum necessitas, vt per *d. l. Hispan. 13. tit. 16. part. 6.* Tiraquell. *in tract. cessante causa. part. 1. verbo officy, n. 194.* Anton. Piag. *de tut. & curat. q. 4. n. 5.* Gutier. *d. p. 1. c. 19. num. 37. & 58.* Gasp. Baëç. *d. c. 8. n. 16.* vbi quòd officium horum tutorum, seu curatorum finitur finito impedimento primi tutoris, non autem durat vsque ad pubertatem pupilli, vel vsque ad annum 25. 4 5

SVM

SVMMARIVM.

1 *in locum Tutoris excusati potest curator dari, cuius officium finitur pubertate pupilli.*
2 *officium tutoris secundo loco dati finitur pubertate.*

L. Potuit. II.

Imp. ALEXAND. A. *Valentino.*

1 IN locum tutoris excusati potest curator dari, cuius officium finitur pubertate pupilli. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd officium tutoris secundo loco dati finitur pubertate, vt per Gasp. Baëç. *de decima tut. cap. 8. n. 10.* Gutier. *de tutelis, par. 1. cap. 19. num. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Curator potest adiungi curatori propter latitudinem, seu diffusionem patrimonij, & num. 2. datur curator pupillo habenti tutorem,* num. 3. *adiungitur tutori alius tutor, si pupillus habeat bona in diuersis regionibus, & vnus solus administrationi non sufficiat,* num. 4.

L. Propter. III.

Idem A. Hylæ.

1 PRopter latitudinem, seu diffusionem patrimonij curator potest adiungi curatori. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 13. cap. 2. num. 1.*

3 vbi quòd propter diffusum pupilli patrimonium datur curator pupillo habenti tutorem, Galganer. *de tutel. tit. 7. n. 44.* Gutier. *de tutel. par. 1. cap. 9. num. 41.*

4 vbi quòd adiungitur tutori alius tutor, si pupillus habeat bona in diuersis regionibus, & vnus solus administrationi non sufficiat, de quo etiam Gasp. Baëç. *de decim. tut. c. 8. n. 3.*

L. Licèt. IV.

Impp. AVRELIAN. GALLIEN. AA. *Euploio.*

1 LOco tutoris remoti, defuncti, vel relegati alius debet substitui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *leg. Hisp. 13. vers. Ca entonce, tit. 16. par. 6.* Gasp. Baëç. *de decima tut. c. 8. n. 3. vers. item si primus tutor relegetur ad tempus,* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 13. c. 2. n. 2.* Paul. Montan. *de tutel. c. 9. num. 42.* Gutier. *in simili tract. par. 1. cap. 9. n. 41. in princ.* Galganet. *in eod tract. lib. 1. tit. 7. num. 52.*

L. Cùm ob augmentum. V. & vlt.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Zenoni.*

1 PRopter augmentum facultatum tutori curator solet adiungi, tutor tamen non tenetur de gestis à curatore existente soluendo tempore finitæ tutelæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Gutier. *in tract. de tutel. p. 1. c. 19. n. 42.* 2

De administratione tutorum, vel curatorum, & pecunia pupillari fœneranda, vel (ad prædiorum emptionem) *deponenda.*

TIT. XXXVII.

CVM de variis tutorum, vel curatorum generibus suprà dictum sit, hísque commune, vt administrare tutelam, seu curationem debeant, cuius administrationis pars est pecuniæ ad minorem pertinentis fœneratio, vel ad emenda prædia depositio, dicendum hîc erat de administratione tutorum, vel curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide *l. Hispan. 4. tit. 5. part. 5. & leg. 3. post princ. titul. 13. parte 5.* Bellon. Bellacomb. Donat. à Fina & alios *tom. 1. communium opin. lib. 5. tit. 23. pag. 760.* Petr. Greg *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 3. de officio, cura, & admi istr. tutor.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 223. num. 10. cum seqq. & disp. 224.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 483.*

SVMMARIVM.

1 *Redditus prædiorum vbi sufficiunt pupillo, vel adulto, administrator eius non tenetur pecuniam fœnerare, sed cautè recondere, hodie necessitas collocandi pecunias pupillares, & administrationis minorum ad vsuram, abiit in desuetudinem,* n. 2.

AVTH. Nouissimè.

VBi redditus prædiorum sufficiunt pupillo, vel adulto, administrator eius non tenetur pecuniam fœnerare, sed cautè recondere. 1

Nota quòd hodie necessitas collocandi pecunias pupillares, & administrationis minorum ad vsuram abiit in desuetudinem; cautúmque est nouissimè per hanc auth. pecuniam illam non esse fœnerandã, alioquin si fecerit, tutor, vel curator mutui subiacebit periculo, nisi eius minoris, cuius suscepta cura, mobilis sit substãtia, tunc enim solùm curator, seu tutor mutuare cogitur, quod ad dispensationem sufficiat adolescentis, eiúsque rebus. Ita Petr. Greg. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. c. 3. n. 3. vers. annotandum, & lib. 13. c. 10. n. 10.* latè Couarr. *var. lib. 3. c. 2. à princ.* Gasp. Baëç. *de decima tut. c. 2. num. 93.* vbi ait hîc probari quòd si redditus prædiorum pupillo sufficiunt, tutor non tenetur pecuniam fœnerare, sed cautè recondere, addítque ex Couarr. quòd tutor etiam ad alendũ pupillum non potest pupillarem pecuniam mutuò dare sub vsuris, sed dare licito fœnori, scilicet emendo redditus annuos, aliàs soluet interesse. Ayora *de partit. p. 1. cap. 4. num. 33.* Gasp. Caballin. *de vsuris quæst. 76. num. 601. & seq.* Simoncel. *de decretis lib. 3. tit. 8. inspect. 10. pag. 139.* 2

SVMMARIVM.

1 *Curator adulti non tenetur pro tutoribus præcedentibus, nisi negligentia in exigendo ei imputari possit.*

2 *Factum cum pupillo auctoritate iudicis est firmissimum.*

L. Frustrà. I.

Impp. SEVER. *&* ANTONIN. AA. *Modesto.*

1 CVrator adulti non tenetur pro tutoribus præcedentibus, nisi negligentia in exigendo possit ei imputari. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 462. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 *Iusta vt iudex*, &c.] Notatur ad hoc quòd factum cum pupillo auctoritate iudicis firmissimum est, vt per Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap.* 14. *num.* 4. *col.* 1. *ante finem.*

SVMMARIVM.

1 *Curæ officio durante non agitur vt administrationis vniuersalis reddatur ratio.*

2 *Curator, vel tutor, siue quiuis alius administrator obligationi reddendæ rationis subiiciuntur.*

3 *Tutela, vel cura durante non potest cogi tutor, vel curator regulariter rationem reddere administrationis.*

4 *Tutor, vel curator non potest conueniri generali actione, licèt bene speciali.*

L. Aduersùs. II.

Iidem AA. *Timoni & Elpidophoro.*

1 DVrante officio curæ non agitur vt administrationis vniuersalis ratio reddatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 462.

2 Nota quòd curator, vel tutor, siue quilibet alius administrator obligationi reddendæ rationi subiiciuntur, vt per Gregor. Lopez. *l.* 26. *in gloss.* 3. *verbo euenta, ante finem, tit.* 12. *part.* 5. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 6. §. 6. *verb. reddere, num.* 20. Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 39. *C. de bonis maternis.* Menoch. *de arbitr. casu* 209. Baëç. *de decima tut. cap.* 2. *n.* 152. *cum seqq.* Escob. *de ratiocin. cap.* 3. Paz *in schol. ad leges styli, per text. ibi in l.* 112. *schol.* 1. *à num.* 1. Ord. Reg. Lusit. *lib.* 1. *tit.* 87. §. 49.

3 *Quandiu administratio communis durat.*] Notatur ad hoc quòd durante tutela, vel cura non potest cogi tutor, vel curator regulariter rationem administrationis reddere, vt per Anton. Piag. *de tutor. & curat. q.* 19. *n.* 19. Gutier. *de tutel. p.* 3. *c.* 1. *n.* 110. vbi procedere ait in tutore, vel curatore pupilli, vel adulti, secus in curatore furiosi, *& n.* 168.

4 In gloss. *Non potest.* ibi, *sed furti, vel damni iniuriarum*, &c. Notatur ad hoc quòd tutor, aut curator non potest conueniri generali actione (scilicet durante tutela, vel cura) licèt bene speciali, veluti actione furti, vt per Anton. Piag. *d. quæst.* 19. *num.* 10. *&* 21. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum,* *tab.* 6. §. 12. *num.* 36. *pag.* 467. vbi quòd ad rationem totius administrationis nemo tenetur, nisi ea finita, secus si pro aliqua particulari gestione, seu speciali negotiatione, vel articulo, quia de eo bene posse peti rationem ante finitam administrationem concludit Gutier. *d. p.* 3. *c.* 1. *num.* 110. *in fine, & num.* 178. *prope fin.* vbi quod est verissimum redditiones rationum totius administrationis durante officio peti non posse, sed regulariter fallere in actione furti, damni, iniuriæ, conditionis, & rei vendicationis, & in stipulatione rem pupilli saluam fore.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ legitimæ in pupillum factæ veniunt in rationibus computandæ, licèt per iudicem tunc non fuerint decretæ.*

2 *de Expensis, & earum probatione à tutore, vel curatore in pupillum factis, remissiuè.*

L. Sumptus. III.

Imp. ANTONIN. A. *Eumoso.*

EXpensæ legitimæ in pupillum factæ veniunt in rationibus computandæ, licèt per iudicem tunc non fuerint decretæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* 1

De expensis, & earum probatione à tutore, vel curatore in pupillum factis, vide latè Ioan. Garc. *tract. de expensis, cap.* 20. *per totum*, Gutier. *de tutelis, p.* 3. *cap.* 1. *num.* 134. *cum multis seqq.* vbi *num.* 143. *& sequent.* admonet tutores, curatores, & reliquos administratores, vt in huiusmodi sumptibus, & expensis ita se moderatè gerant, quasi res proprias, non alienas gerant, neque enim pro pupillo, absente, furioso, ventre magis expendent, quàm pro se expenderent, aliàs expensæ sibi imputentur, & in ratione reddenda eas non reputabunt. 2

SVMMARIVM.

1 *Tutor libertus debet à se exigere quod debuit, aliàs remouetur vt suspectus, & venit puniendus.*

2 *Tutor debet pecunias pupilli licito fœnori dare, vel prædia emere.*

L. Nisi eam pecuniam. IV.

Idem A. *Proculæ.*

LIbertus tutor debet à se exigere quod debuit, aliàs remouetur vt suspectus, & venit puniendus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

Vel in prædiorum comparationem conuerterit.] Notatur ad hoc quòd tutor debet pecunias pupilli licito fœnori dare, vel prædia emere, vt per Baëç. *de decima tut. cap.* 2. *num.* 92. vbi *num.* 101. tenet quòd tutor negligens in emendo prædia, soluit interesse, & si humilis persona sit, vinculis continetur, & tanquam suspectus remouetur, & antea *num.* 97. *&* 98. tradit quòd si tutor pecuniam pupilli conuerterit in suos vsus, præsumitur esse in dolo, & potest accusari actione furti, si animo furandi in suos vsus conuertat. latè Gutier. *de tut. p.* 2. *c.* 9. 2

SVMMARIVM.

1 *Tutores quondam non iustè recusant soluere adulto, cùm possint auctoritate Præsidis, vel eius præcepto soluere.*

2 *Tutor qui condemnatus fuerat, etsi in hoc tutelæ iudicio soluere recuset, frustrà iudicatum soluere detractat.*

3 *Solutio debiti minoris, cui, & quomodo sit facienda vt securè soluatur, remissiuè.*

L. Frustrà. V.

Idem A. Rufino.

1 TVtores quondam non iustè recusant soluere adulto, cùm possint auctoritate Præsidis, vel eius præcepto soluere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.suprà hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd etsi tutor qui condemnatus fuerat in hoc tutelæ iudicio soluere recuset, frustra iudicatum soluere detractat, cùm exacta ab eo pecunia pupillaris possit auctoritatis Præsidis in causam depositi haberi, vt per Galganet.*d.tutel.lib.2.tit.31.n.7.*

3 De solutione debiti minoris, cui, & quomodo sit facienda, vt securè soluatur? vide Gutier.*in tractat.de tutel. part.2. cap.22.per tot.* vbi *num.25.* in ea quæstione an rectè soluatur tutori, vel curatori, aut ipsi minori cum auctoritate, & mandato iudicis, ita vt deneganda veniat restitutio; distinguit inter solutionem factam tutori, vel curatori, & solutionem factam ipsi minori, vt in illo casu sufficiat simplex auctoritas, & permissio iudicis, quia ei solui poterat, *l.sancimus 25.infrà hoc tit.* in hoc verò exigitur iudicis præceptum, & expressa compulsio vt debitor liberetur soluens minori absque vllo restitutionis tempore, quia minori solui non poterat, & ideo certa tunc requiritur scientia Præsidis, quòd creditor, cui mandat solui, est minor, quæ exacta diligentia cessat in casu *d.l.sancimus.* latè Iacob. Cancer. *variarum resolut.p.2.cap.6. de solut.num.116.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores, vel curatores, qui iustam causam litigandi non habuerint, licèt alieno nomine egerint, proprio tamen nomine debent in expensis condemnari, &* num.2.

3 *Officium tutelæ non iuridicè mandatum potest opponi in quacunque parte iudicij, sicut exceptio falsi procuratoris.*

L. Non est ignotum. VI.

Imp. ALEXAND. A. *Paconio.*

1 TVtores, vel curatores, qui iustam causam litigandi non habuerint, licèt alieno nomine egerint, proprio tamen nomine debent in expensis condemnari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1.suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.25.tit.5.part.3. & l.10.in fine tit.10. part.7.vbi gloss.fin.* Duen.*regul.275.versic.limita octauò.* Menchaq. *controuers.vsufreq.lib.1.cap.9.num.10.* vbi per hunc textum tenet quòd quando tutor, vel curator agunt, vel actiones instituunt calumniosè, ipsi debent in expensis condemnari, & cum gloss. *in præsenti* idem esse ait in Prælato malè litigante, Menoch. *cons.145. num.6.* citato hoc textu tenet quòd vbi tutor, vel administrator iniustè, temerè, vel calumniosè causam pupilli suscipit, & prosequitur, non repetit expensas, quas in ea peragenda erogauit, additque in succumbente præsumi calumniam. Surd. *de aliment.tit.1.quæst.48. numer.32.* vbi quòd minor non condemnatur in expensis, sed eius tutor, qui dicitur temere litigasse, Gasp.Baeç. *de decima tut.cap.2. numer.109.* vbi quòd tutor temerè litigans condemnatur in expensis, Anton.Piag.*de tut.& curat.quæst.15. num.4.* Arimin.Tepat.*variarum sentent.tom.2.tit.483. capit.14.versic. lex non est ignotum,* vbi ait procedere quando tutor intentauit litem calumniosè, & non bona fide Vincent.de Franchis *decis.394.num.3.* vbi quòd tutor illas expensas repetit, quas in causa iusta & probabili fecit. Paul.Montan. *de tutelis, cap.3.effectu 5.num.10. cum seqq.* Camill. Borrel. *in summ. decis.part.2.tit.39.à num 402.* Galganet. *de tutel. lib.2. tit.5.num.13.* Ioan.Garc. *de expensis,cap.20.num.17. in fine,* vbi quòd tutores & curatores non debent calumniosas causas instituere, nec quicquam earum nomine expendere, Marant.*de ordine iudic.part.6.n.3. actu de exequutione sententiæ, num.39.* Caualcan.*de tutor.& curator.num.15.* Gutier. *in tract.de tutel.part.2. cap.4. num.13.* vbi tenet quòd quando exequutio fit pro condemnatione expensarum, si tutor non habuit iustam causam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expensis, fit executio contra eum, & non contra pupillum, & *num.15.* admonet quòd caueat tutor, & curator agens pro minore, vt iustam causam foueat, aliàs enim si succubuerit in causa, tenebitur restituere pupillo omnes pecunias solutas, atque expensas factas in tali causa cùm fouerit iniustam, & non considerauerit an pupillus obtinere deberet in dicta causa, nécne, & *num.16.* subdit quòd in dubio præsumitur mouisse litem animo calumniandi, iniustè, ac temere. & *num.17.cum seqq.* tradit quòd similiter tenebitur expensas reficere tutor si mutauerit, aut emendauerit libellum nomine pupilli, vel si fuerit condemnatus in expensis propter peremptam instantiam; vel si non appellauit, aut si appellationem non fuerit prosequutus cùm bonam causam minor habeat. Idem Gutier.*part.3.c.1.n.104.* vbi quòd tenentur tutores si lites iniquas instruant, & si temerè litigent, ipsi condemnantur in expensis, non verò eorum minores. D. Barbos. *in l.eum qui temere 79.in princ.n. 71.ff.de iudic.* vbi quòd administratores, vel alij, qui in vtilitatem alterius litem mouent, sumptus imputabunt illi, in cuius vtilitatem litem mouerunt, si iusta causa litigandi fuerit, aliàs secus.

Scienter calumniosas instituant actiones, &c.] Aduertit Menoch. *d.cons.145. num.15.* ideo textum dicere, *scienter,* vt excipiat eos qui ignoranter actiones iniustas proponunt, est enim opus quòd tutor scienter calumnietur, & quòd euidens sit hæc calumnia, refert Gutier.*d.p.3.cap.1.num.106.* vbi *num.107.* cum eodèm Menoch. *citato loco, num.21.& 22.* inquit in tutore accusante iniuriam factam pupillo cessare calumniam, nisi de ea euidenter appareat.

Notatur etiam ad hoc exceptio quòd officium tutelæ non iuridicè mandatum potest opponi in quacunque parte iudicij, sicut exceptio falsi procuratoris, vt per Menchaq.*d.cap.9.n.11.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor non debet vendere rem pupilli contra formam datam à testatore, &* n.2.*forma vnde constet,* n.3.

L. Tutelam VII.

Idem A. Valerio.

1 CONtra formam datam à testatore non debet tutor rem pupilli vendere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.supra,hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr.Gregor. *syntagm.iuris lib.12. cap.3.num.15.* vbi
3 quòd tutor res pupilli vendere passim non potest, nisi obseruata formula distrahendi à lege præscripta; forma porrò constat ex inspectione naturæ rei pupillorum, & ex solemnitatibus adhibendis; subditque *ibidem* olim ex oratione habita, vel recitata in Senatu prohibitos esse tutores, & curatores prædia rustica, vel suburbana distrahere, nisi id fieri parentes testamento cauissent, &c. Anton. Gom. *variarum tom.2. cap.14.num.16.* vbi per hunc textum tenet, quòd pater, vel testator potest dare licentiam filio, vel hæredi minori ad alienandum bona immobilia sine decreto. Molin. *de Iustit.tractat.2.disput.224.num.28.* vbi ex hoc text. tradit quòd quando pater, aut testator iussit testamento, aut codicillo, vt bonum immobile minoris hæredis sine iudicis decreto posset alienari, valida est alienatio sine tali decreto; subditque hoc verum esse etiamsi testamento minus solemni tradita sit ea facultas. Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo contractum fecisti, num 15.C de in integrum restit.minor.* vbi ampliat etiamsi testamentum sit imperfectum, Gutier. *de tutel.part.2.cap.5.n.62.*

SVMMARIVM.

1 *Ignorans se tutorem datum, non tenetur; sciens sic, & de neglectis conueniri potest cum aliis, de neglectis verò ab aliis conueniri potest gerentibus priùs excussis.*

2 *Tutor non tenetur de periculo tutelæ, nisi à die scientiæ.*

3 *Tutor resciens sibi decretam tutelam, si non administrauerit, tenetur; innotescere autem qualitercunque sufficit, nec vtique eum testatò conueniri oportet.*

L. Etsi sciens. VIII.

Idem A. Aprili.

1 IGnorans se tutorem datum, non tenetur, sciens verò sic, & de neglectis conueniri potest cum aliis, de gestis verò ab aliis conueniri potest gerentibus priùs excussis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1 supr hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd tutor non tenetur de periculo tutelæ, nisi à die scientiæ, vt per Baeç. *de decima tutori Hispanico iure præstanda, cap.7.n.8. & cap.33. num.10.* Gutier. *in tract. de tutel. part.3.cap.9. num.6. cap.1.num.102.& cap.41. num.2.* Petr. Gregor. *syntagm.iuris lib.13.cap.10.num.8.in princ.* vbi ait quòd
3 tutor resciens sibi decretam tutelam, si non administrauerit, tenetur; innotescere autem qualitercunque sufficit, nec vtique eum testatò conueniri oportet, nam si citra testationem aliunde cognouerit, nulla dubitatio est quin periculum ad eum debeat respicere.

L. Si curatores. IX.

Idem A. Inclytæ.

ADulta agit contra curatores in ea dotanda negligentes, vt dotem sibi constituant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. supra hoc tit.* Dos enim constituta à minore sine tutore, vel curatore nulla est, Petr. Gregor. *syntagm.iuris p.2. lib.12. cap.3.num.20.in fine.* 1

SVMMARIVM.

1 *Libertus fraudulenter administrans reuocetur, & punitur.*

2 *Libertus si tutelam filij administrauit, non solùm tutelæ actione, & aliis actionibus, quibus alij tenebitur, sed etiam extraordinariè puniri poterit.*

3 *Pro. Delicto commisso culpa leui, vel leuissima, non potest imponi pœna corporis afflictiua, imò neque pœna pecuniaria, sed tantùm fiet condemnatio ad restaurationem damni dati.*

L. Si liberti. X.

Iidem A. Rufinæ.

LIbertus fraudulenter administrans remouetur & punitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.suprà hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd si libertus tutelam filij pa- 2
troni administrauerit, non solùm tutelæ actione, & aliis actionibus, quibus alij tenebitur, sed etiam extraordinariè poterit puniri, vt per Galganet *de tutelis, lib.1.tit.32.n.11.*

Notatur etiam ad hoc quòd pro delicto commis- 3
so culpa leui, vel leuissima, non potest imponi pœna corporis afflicta, imò neque pœna pecuniaria, sed tantùm fiet condemnatio ad restaurationem damni dati, vt per Bossi *in tract. tit. quomodo procedatur per actionem in delictis, num.37.* Clar. §. *homicidium, n.3.* quos refert D.Barbos. *in prælud. l.si mora 10.num.23. ff.solut.matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor in bona causa tenetur appellare, & prosequi, & num 2. Victus in dubio præsumitur mouisse litem animo calumniandi iniustè, ac temerè.*

L. Si bonam. XI.

Imp. GORDIANVS *A. Cæcilio.*

TVtor in bona causa tenetur appellare, & prosequi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num 1.su, hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt. Anton. Gom. *tom.2. variarum cap.2. num.39. col.10.* vbi per hunc textum dicit quòd si tutor, vel curator non applicauit a sententia lata contra pupillum, vel adultum eo casu, quo habebat bonam & iustam causam, tenetur actione tutelæ ad interesse litis, vel causæ, Gasp.Baeç. *de de.im. tut. cap.2. num.10.in princ.* vbi quod tutor tenetur defendere pupilli causam, nullamque vtilem occasionem omittere. Galganet. *de tutelis, lib.3. quæst.40. num.6.* vbi quòd tutor

tenetur

tenetur tutelæ iudicio ad id, quod interest, si non appellauerit, seu appellationem non fuerit prosequutus, quando pupillus habet bonam causam. Paul. Montan. etiam *de tutel. cap. 5. num. 86. pag. 20.* Gutier. *eod. tractat. de tutel. part. 2. cap. 7. numer. 18. vers. vel si non appellauit*, vbi *num. 19.* idem quòd Baëza *citato loco*, tradit Galganet. etiam *de tutel. libro 2. titul. 25. num. 6.*

In gloss. *Si bonam.* ibi, *Sed in dubio præsumitur mala*, &c. Notatur ad hoc quòd victus in dubio præsumitur mouisse litem animo calumniandi iniustè ac temerè, vt per Caualcan. *de tut. & curat. n. 50.* Couarr. *practic. cap. 27. num. 3. in princ. vers. sexta condemnatio*, Menoch. *conf. 145. num. 6.* Gutier. *dict. part. 1. cap. 4. numero 16.* Camill. Borrel. *in sum. decis. part. 2. tit. 39. num. 404.* Galganet. *dict. lib. 3. quæst. 40. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Ætatis legitimæ defectus in iudiciis, & rerum suarum administratione non suppletur ex numero liberorum.*

2 *Actio tutelæ non competit pupillis, nec minoribus sine curatore contra suos tutores, secus eiusdem pupilli heredibus.*

3 *Ætatis legitimæ appellatione comprehenditur ætas naturalis & vera, non ficta.*

L. De iis. XII.

Idem A. Octauianæ.

1 Defectus legitimæ ætatis in iudiciis, & rerum suarum, administratione non suppletur ex numero liberorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà, hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd actio tutelæ non competit pupillis, nec minoribus sine curatore contra suos tutores, secus eiusdem pupilli hæredibus, vt per Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 26. num. 1. & 2.*

Legitimæ ætatis, &c.] Cuius appellatione comprehenditur ætas naturalis, & vera, idest, 25. annorum, non verò ficta, quæ beneficio Principis est, idest, dispensata, vt per Rebuff. *ad l. 130. vers. legitima ætas. ff. de verb. signif.* Roland. à Valle *conf. 100. num. 35. lib. 2.* Menoch. *conf. 266. num. 31.* Card. Tusch. *practic. concl. tom. 8. lit. V. concl. 91. num. 6. & concl. 102. num. 4.* quos & alios refero ego ipse *de appellat. verb. vtriusque iuris signif. appell. 10. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores debita pupillaria, seu deposita reposcentes non tenentur cauere de rato. & num. 2.*

3 *Tutori an & quando solui rectè possit, ita vt ei soluens maneat omnino liberatus.*

4 *Tutor an debiti pupillaris solutionem prorogare possit.*

L. Tutores debita. XIII.

Idem A. Longino.

1 Tutores debita pupillaria, seu deposita reposcentes non tenentur cauere de rato. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l. 1. numer. 1. suprà, hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 4. num. 8.* vbi quòd non coguntur tutores, & curatores agentes pro pupillis in iudicio cauere pupillum ratum habiturum esse, nisi dubitetur an sit tutor, vel curator. 2

An & quando solui tutori rectè possit, itaut ei soluens maneat omnino liberatus? vide Iacob. Cancer. *var. resolut. part. 2. cap. 6. de solut. & liberat. n. 116. cum seqq.* Gutier. *de tutel. & curis, part. 2. cap. 22. per tot.* Verùm verò tutor debiti pupillaris solutionem prorogare possit? Resp. affirmatiuè, dummodo id bona fide factum appareat, vt per eundem Iacob. Cancer. *d. tract. var. resolut. part. 1. c. 7. de tutorib. n. 162.* vbi etiam contra Vincent. de Franchis *decis. 281.* tenet vnum tutorem posse sine consensu alterius debiti prorogationem facere, vbi non daretur expressa alterius contradictio, & appareret prærogatio, bona fide & ex iusta causa aliqua facta. 3 4

SVMMARIVM.

1 *Curator non tenetur rationes reddere durante administratione.*

2 *Curâ nondum finita minores contra eorum curatores agere non possunt.*

3 *de Rationibus per tutorem, aut curatorem reddendis finita tutela, seu cura, remissiuè.*

L. Rationes curæ. XIV.

Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Clementi.*

Curator durante administratione non cogitur rationes reddere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà, hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd cura nondum finita minores agere contra eorum curatores non possunt, vt per Galgan. *de tutel. libro 2. tit. 26. num. 1. vers. quod procedit.* 2

De rationibus per tutorem, aut curatorem reddendis finita tutela, seu cura, vide latè Escobar *de ratiocin. cap. 6. à princip.* Gutier. *de tutel. & curis parte 3. cap. 1. num. 165. cum seqq.* & vide posita *in collect. ad l. 2. suprà, hoc tit.* 3

SVMMARIVM.

1 *De eo quod quis facit vt tutor, vel curator, nequit conueniri, nisi proprio nomine se obligauerit, & num. 3.*

2 *Tutor, vel curator, & sic administrator necessarius contrahens nomine officij non tenetur de euictione.*

4 *Subscribere, & subsignare paria sunt.*

L. Si non subscripsisti. XV.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. A A. *Licinio.*

De eo quod quis facit vt tutor, vel vt curator, non potest conueniri, nisi proprio nomine se obligauerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati, *in l. 1. num. 1. suprà, hoc tit.* 1

2 Notatur ad hoc quòd tutor, vel curator,& sic administrator necessarius contrahens nomine officij non tenetur de euictione, vt per Gutier. *de tutel.*
3 *part.2.cap.13.n.1.in princ.* Boër.*decis.273.n.5.* Vnde si quis tutorio, seu curatorio nomine egerit, ac se instrumento subscripserit, proprio nomine non tenebitur, nisi etiam proprio nomine se obligauerit, vt per hunc text.tenet Galganet.*de tutel.libro 2.tit.25.n.37.* & *lib.3.quæst.52.num.1.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd idem est subscribere, & subsignare, vt per Gonzal.*ad reg.8.Cancel.glos.60. num.53.* vbi notat quòd ideò Imperator *in præsenti* primo loco vtitur verbo *subscripsisti*, & postea verbo *signasti*, pro eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non habet potestatem donandi nisi ex causis à iure permissis, aliàs non præbet iustam causam possidendi,* & num.2. *nisi concedatur sibi specialiter*, num.3.

4 *Tutor ad donandum dari nequit.*

5 *Tutor etiam accedente iudicis decreto non potest donare bona immobilia. Limita in tutore, seu administratore Principis, vel alicuius optimatis, qui poterit pro dignitate domini facere donationes, atque etiam remissiones, & mittere munera solemnia parentibus & cognatis pupilli* num.6.

7 *Tutor potest pupillo præstare necessaria ad honestas recreationes, & ad moderatas eleemosynas, donationes, & liberalitates, quæ talem minorem deceant.*

8 *Curatores minorum donare possunt ex rationabili causa.*

9 *Dotare frater tenetur sororem consanguineam, vel vtrinque coniunctam,* & num.10.

L. Non omni.. XVI.

Iidem AA. & CC. *Proculo.*

1 TVtor non habet potestatem donandi nisi ex causis à iure permissis, aliàs non præbet iustam causam possidendi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.suprà, hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Duen.*reg.51.in 2.concl.n.3.* Surd.*cons.5.n.71.* Menoch. *cons.22.num.14.vol.1.* Matiens.*l.3.glos.2.num.3.titul. 3.lib.5. noua Recop.* vbi limitat, nisi specialiter sibi
3 concedatur; latè Gutier. *de tutel.part.2.cap.6.num.1. cum multis seqq. num.6.* tenet quòd tutor ad donan-
4 dum dari non potest, & *n.7.* quòd tutor etiam acce-
5 dente iudicis decreto non potest bona immobilia do-
6 nare, & *num.9.* limitat in tutore, seu administratore Principis, vel alicuius optimatis, qui poterit pro dignitate domini facere donationes, atque etiam remissiones,& mittere munera solemnia parentibus,& cognatis pupilli de bonis ipsius si secundùm qualita-
7 tem, & consuetudinem hæc facere debuit dominus, & *n.11.* quòd tutor potest pupillo præstare necessaria ad honestas recreationes, & ad moderatas elee-
8 mosynas, donationes, & liberalitates, quæ talem minorem deceant, &c. *n.14.* quòd curatores minorum donare possunt ex rationabili causa, sicut dare alimenta fratri minoris naturali, matri, vel sorori minoris egentibus.

9 In glos. *Nulla ratione, fin.ibi, dotem sorori,* &c. Notatur ad hoc quòd sororem consanguineam, vel vtrinque coniunctam frater tenetur dotare, vt per *l.Hisp. 9.tit.11.part.4.* vbi *gloss.6.* Boër.*decis.129.num.7.& 8.* Tiraq.*de iure primog.quæst.62.num.1.cum seqq.& numero 4.* Anton.Gom.*l.40.Tauri num.75.col.2.* Padil. *in l.res quæ, numer.62.ff. commun.de leg.* Pinel. *in l.1. part.3.numer.101. C.de bonis mat.* Menoch. *cons.81, numero 2.* Molin.*de primog.lib.2.cap.15.num.60.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit numer.92.ff.de liber.agnosc.* D.Barbos. *in l.1.part.4.n. 124.in fine. & numer.125.ff.soluto matrim.* Cardin. Mantic.*de tacitis, & ambig.convent.tom.1.lib.12.tit.16. numer.25.* Rebell. *de obligac.instit.part.2.lib.5.quæst. 4.numero 9.* vbi cum D. Barbos. tenet hanc obligationem procedere etiamsi frater non sit hæres patris, sed aliunde bona habeat, ex quibus sorores dotare possit, ad id tamen non obligari concludit, nisi in subsidium, nimirum si soror non habeat vnde se dotare possit,& *numer.21.* dicit præfatam conclusionem procedere tam de fratre maiore, quàm minore 25. annis,& *numer.15.* contra Anton.Gom. & Molin. resoluit quòd frater inopem sororem dotare, vel alere tenetur quando hæres patris existit, etiamsi mater, vel alius ascendens per lineam paternam, vel maternam existat, qui dotem præstare valeat, & *numer.17.* quòd frater sororem dotare tenetur, etiamsi à patre exhæredata sit, & *numer.19.* quòd frater non tenetur sororem iterum dotare si prior dos amittatur, & *numer.22.* quòd Clericus frater ex fructibus beneficij sorores dotare tenetur, non solùm vt pauperes, sed vt sorores.

In ead.glos.ibi, *ex eodem patre nata*, &c. Ergo datur 10
intelligi fratrem non teneri ad dotandum sororem ex eodem patre natam; de quo tamen vide Gregor. Lop. *l.18.in glos.verbo de las hermanas tit.16.part.6.* Campeg.*de dote part.1.quæst.53.* Gasp. Baëç.*de non meliorand.filiab.cap.12.num.30.cum seqq.* Padil.*in l.res quæ num.92. C.commun. de legatis.* Cordoba de Lara *d.§. rescripsit.n.88.* Grass. *tom.2.commun.opin.lib.7.tit.32. num.4.pag.330.* Menoch. *de præsumpt.lib.4.præs.189. num.43.* Surd. *de aliment.tit.1.quæst.25.num.17.* D. Barbos. *in d.l.1.part.4.num.125.& 126.* Rebell. *dict. part.2.lib.5.quæst.4.num.10.* Marta *de iurisdict.part.4. cent.2.casu 63.num.3.* Cardin.Mantic. *d.lib.12.tit.16. num.33.*

L. De successione. XVII.

Iidem AA. & CC. *Martiali.*

TVtelæ officium non prohibet tutorem testari, nec 1
sua donare. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1.n.1.supr hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Periculum nominum spectat ad tutorem, ideo debet esse solicitus vt soluat, & eis denuntiare, & postea secundùm iura pignora vendere.*

2 *Tutores si non exigant nomina tutelæ, pereunt eorum damno.*

3 *Tutores, & curatores tenentur si steterunt in mora exigendi nomina debitorum, & ipsa fuerint deteriorata. nisi casu fortuito statim post officium ab eis susceptum debitores effecti fuerint non soluendo,* num.4.

5 *Tutor non tenetur de leui culpa in exigendis nominibus debitorum admissa.*

L. Debito

L. Debitoribus. XVIII.

Idem AA. *&* CC. *Soterico.*

1 PEriculum nominum spectat ad tutorem, ideo debet esse solicitus vt soluat, & eis denunciare, & postea secundùm iura pignora vendere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd si tutores non exigant nomina tutelæ, pereunt eorum damno, vt per Ioan. Garc. *de expens. cap.20. n.19.* Gutier. *de tutel. part.3.*
3 *cap.1. n.95.* vbi quòd tenentur tutores, & curatores si steterunt in mora exigendi nomina debitorum,
4 & ipsa fuerint deteriora, & post Anton. Piag. *in tract. de tutor. & curat. quæst.19. num.10.* limitat nisi casu fortuito statim post officium ab eis susceptum debitores effecti fuerint non soluendo.
5 Aduerte quòd tutor non tenetur de leui culpa in exigendis nominibus debitorum admissa, vt per Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.19. n.13.* Gutier. *de tutel. part.2. cap.16. num.8.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus sciens, & se non excusans, tenetur.*
Tempus iuris definitum est, intra quod qui sciuit se tutorem datum, debet obijcere excusationem, num.2.

L. Tutor. XIX.

Iidem AA. *&* CC. *Vindiciano.*

1 TVtor datus sciens, & se non excusans, tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Tempus iure definitum est, intra quod qui sciuit se tutorem datum, excusationem debet obiicere, vt *in l. scire oportet. §.1. & 2. ff. de excusat. tutor. §. qui autem, Instit. eod. l. Hisp.4. tit.17. part.6.* Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæst.10. n.1. cum seqq.* Caualcan. *eod. tract. n.195. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib.12. c.6. num.12.* Gutier. *de tutel. & curis, part.1. cap.21. num.33. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Tutoris, vel curatoris bona pro gestis, & non gestis pupillo, vel adulto tacitè sunt obligata, &* n. 2. *Amplia.*

I. Etiamsi tutor, vel curator quis constitutus res minorum non administrauerit, num.3.

II. Etiamsi tutor, vel curator inuentarium non fecerit, vel solemnia non seruauerit, num. 4. *procedere non solùm pro rectè administratis, & gestis ab ipsis, sed etiam pro his, quæ tutorum, vel curatorum negligentia minoribus fuerint obnoxia,* num.5.

III. Procedere prædicta non solùm vbi extraneus bona minorum administrasset, sed etiam vbi pater tutelam, vel curam gessisset filij, num.6.

IV. Habere locum etiam in matre, quæ legitimè suscepta liberorum tutela ad secundas nuptias contra sacramentum præstitum aspirauit, antequam alium tutorem fecerit eis ordinari, & reliqua quæ ex administratione persoluerit, num.7. *idque extenditur non solùm ad bona ipsius matris, sed etiam ad bona secundi mariti, quæ similiter pro præterita tutelæ ratiociniis intelliguntur hypothecata,* n.8. *etiamsi mater filiorum tutelam legitimè non susceperit, & de facto eorum bona administrauerit,* num.9. *restringitur vt bona secundi mariti non intelligantur hypothecata quando mater, quæ secundas contraxit nuptias, tutelam legitimè non suscepit, sed de facto administrauit,* num. 10. *extenditur pariter vt dos etiam matris, quæ bona filiorum administrauit, tacitè intelligatur obligata, ita vt si ab eis dotem suam petierit, opposita exceptione possit submoueri,* num.11.

V. Vt bona etiam eius, qui se gessit pro tutore, & curatore, tacitè sint obligata, num.12.

VI. Vt bona etiam curatoris ad lites intelligantur tacitè hypothecata, sicut bona curatoris ad negotia, num.13.

VII. Conclusionem locum habere in actoribus, vel factiribus, ab ipsis tutoribus, vel curatoribus ad administrandum datis, vel electis, num.14.

VIII. Etiamsi ad bona fideiussorum, qui pro tutoribus, & curatoribus intercesserint, num.15.

IX. Etiamsi bona reperiantur extra potestatem tutoris & sub alterius dominio & possessione maneant, num.16.

X. Non tantùm comprehendi bona, quæ tutor habebat tempore administrationis, sed etiam quæ postea sunt quæsita, tacitè censentur hypothecata minori pro reddenda ratione administrationis, cùm obligatio sit generalis, numero 17. *Limita.*

I. In bonis propriis hæredum tutorum, vel curatorum, quæ non habuerunt ab ipsis defunctis, sed aliàs prædicti hæredes ea acquisierunt, si inuentarium confecerint, num.18.

II. Quando quis tanquam amicus, non tanquam tutor, neque tanquam curator officium gerens bona minorum administrauerit, num.19.

III. In actore & procuratore dato à iudice loco tutoris, vel curatoris, num.20.

21 *Priuilegium pupilli, & tacita hypotheca in bonis tutorum, procuratorum, curatorum, & eorum fideiussorum, à quo tempore incipiat.*

L. Pro officio. XX.

Imp. CONSTANTIN. A. *Euphemianæ.*

BOna tutoris, vel curatoris pro gestis, & non gestis sunt tacitè obligata pupillo, vel adulto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hisp.23. tit.13. p.5.* Conan. *comment. lib.4. cap.16. num.4.* Donell. *lib.15. de iure ciuili cap.44. vers. & hoc quidem,* Bellacomb. *tom.1. commun. opin. libr.5. tit.23. num.44. pag.763.* Neguzant. *de pignorib.4. memb. secundæ part. princip. num.6. cum pluribus seqq.* Capyc. *decis.129.* Vanderan. *de priuil. credit. cap.6.* Galganet. *de tutel. lib.2. ti.32. num.18.* & latiùs *tit. 39. per tot.* de hac tacita hypotheca agit Menchaq. *quæst. frequent. cap.9. num.7. cum seqq.* Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæst.19. num.18.* latè Escobar *de ratiocin. c.39. à princ.* Surd. *de aliment. tit.9. quæst.44. num.5. & 6. & decis.271. à num.1.* Paul. Montan. *de tutel. cap.31. effectu 2.* Gutier. *in simili tractat. part.2. cap.16. per tot.* latè etiam Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom.1. lib.11. tit.16. per tot.* Molin. 2

de Instit.tract. 2. disp.223. num.... vers. in vniuersum bona tutoris,& disp. 536.vers.minor, Flores de Mena *var.lib.1.quaest.6.§. 2.num.14.*Steph.Gratian. *discept. forens.tom.1.cap.53.num.6.*vbi dicit quòd in tutoris obligatione, & actione tutelæ, in qua datur hypotheca tacita,licèt ea non habeat effectū, nisi demum eueniente tempore finitæ tutelæ, vel ex quo tutor incipit malè administrare, *l.1.ff. de tutel. & rat. distrah.l. hac edictali.§. pen.C.de secundis nupt.* tamen statim oritur à principio obligatio, & producit hypothecam, itavt bona sint obligata à tempore susceptæ tutelæ, non à die, qua tutor cœpit malè administrare,latissimè Amat. Roderic. *in tract. de concursu & priuilegiis creditor.part.4.*Castill.*quotid.controuers.tom.6.c.137.n.55.*Et rationem reddit Galganet.*de tutel. lib.1.tit.27.n.44.prope fin.*quia tutor tenetur non solùm pro administratis, sed etiam pro omissis,atque neglectis.

3 Amplia primò vt procedat etiamsi tutor, vel curator quis constitutus res minorum non administrauerit, vt per *d.l. Hisp.23. tit.13.part.5. & l.fin. tit.16.part.6.*Gutier.*d.part.2.c.16.n.1.* Amat Roderic.*d.part.1.art.4.n.3.* Cardin.Mantic. *d. lib.11.tit. 16.num.1.*

4 Amplia secundò etiamsi tutor,vel curator inuentarium non fecerit,vel solemnia non seruauerit,non enim conditionis melioris debet esse nulliter administrans,quàm vtiliter gerens,ita Gasp.Baeç. *de decima tut. cap.1. num.150.* Gutier. *d. part.2. cap.16.*
5 *num.2.*vbi *num.3.*id etiam procedere fatetur non solùm pro rectè administratis, & gestis ab ipsis, sed etiam pro his, quæ tutorum, vel curatorum negligentia minoribus obnoxia fuerunt, Surd. *d.tract.de aliment. tit.vlt. quaest.44. n.5.& cons.7.n.17. lib.1.* Amat.Roderic.*d.part.1.art.4.num.4.*

6 Amplia tertiò non solùm prædicta procedere vbi extraneus bona minorum administrasset, sed etiam vbi pater tutelam,vel curam filij gessisset,vt per Molin.*d.tract.2.disp.536.vers.filius item,*Surd. *tit.8.priuil.49.n.18.& decis.271.n.12.* Escob. *d.tract.de ratiocin.c.37.n.2.* Galgan.*d.tit.37.n.16.*

7 Amplia quartò vt habeat locum etiam in matre, quæ legitimè suscepta liberorum tutela ad secundas nuptias contra sacramentum præstitum aspirauit, antequam alium tutorem fecerit eis ordinari,& reliqua quæ debet ex administratione, persoluerit, *l.si matre, C. in quibus causis pignor. vel hypoth.* Neguzant.*de pignorib.p. 2.memb.4.n.156.* Galganet.*d.tit.*
8 *37.n.4.* Cardin.Mantic. *d.lib.11.tit.15.n.2.*vbi *n.3.* id extendit non solùm ad bona ipsius matris, sed etiam ad bona secundi mariti, quæ similiter pro præteritæ tutelæ ratiociniis intelliguntur hypothe-
9 cata,ex *d.l.si mater,*& *n.4.*extendit etiamsi mater filiorum tutelam legitimè non susceperit, & de facto
10 eorum bona administrauerit, & *n.5.* id restringit vt bona secundi mariti non intelligantur hypothecata quando mater, quæ secundas nuptias contraxit, tutelam legitimè non suscepit, sed de facto admi-
11 nistrauit, & *n.6.* extendit pariter vt dos etiam matris, quæ bona filiorum administrauit, tacitè intelligatur obligata,itavt si ab eis dotem suam petierit, opposita exceptione possit submoueri.Gutier.*d.cap. 16.num.14.*

12 Amplia quintò vt bona etiam eius, qui se gessit pro tutore, & curatore tacitè sint obligata, vt per Neguzant. *de pignor. part.2. memb.4. num.7. & 8.* Vincent.de Franchis *decis.321.n.3.*Escobar.*d.c.39. n.3.*Surd.*de aliment.art.vlt.q.44.n.6.* Gutier.*d.part. 2.c.3.n.45.& c.16.n.13.*Cardin Mant. *d.tit.16.n.8.* Galganet.*d.lib. 1.tit.37.n.10.*

Amplia sextò vt bona etiam curatoris ad lites in- 13
telligantur tacitè hypothecata, sicut bona curatoris ad negotia,vt per Neguzant.*d.p.2.memb.4.n.8.*Gutier.*d.part.2.c.16.n.16.*Cardin. Mantic. *d.lib.11.tit. 16.n.9.* Amat. Roderic. *d.part.1.art.4.num.10.vers. deinde etiam.*Galganet.*d.tit.36.n.15.*

Amplia septimò conclusionem locum habere in 14
actoribus, vel factoribus ab ipsis tutoribus, vel curatoribus ad administrandum datis, vel electis,quia etiam eorum bona sunt tacitè hypothecata, sicut tutorum,vel curatorum bona,vt per Neguzant. *vbi suprà num.9.*Escobar.*d.c.39.num.16.* Gutier.*d.part. 1.cap.16.num.15.* Amat. Roderic. *d. part.1.art.4.n. 10.in fine.*

Amplia octauò etiam ad bona fideiussorum, qui 15
pro tutoribus, & curatoribus intercesserint, vt per Greg. Lop. *l.fin.in glos.verbo sus bienes tit.16.part.6.* Cardin. Mantic. *d.lib.11. tit.16. num.10.* Gutier. *d. part.2.cap.16.n.17.cum seqq.* Amat.Roder. *d.part.1. art.4.num.11.* quicquid teneant Neguzant. *vbi sup. num.11.* Molin. *d.tract.2.disput.223.vers.vniuersim,* Meitet. *lib.2.de priuil.creditor.tit.7.num.35.*

Amplia nonò etiamsi bona reperiantur extra po- 16
testatem tutoris, & sub alterius dominio & possessione maneant, nam si post susceptam tutelam, vel curam,tutor, vel curator bona,quæ possidebat tempore susceptæ tutelæ,vel curæ alienauerit,talia bona in emptorem transeunt affecta vitio hypothecæ pro principali,& redditibus in ratione liquidandis vt *in l.vnic.C.rem alien.gerent.* ita post Cou. & Molin. tenent Escob.*d.tract.de ratiocin.cap.39.num.2.in fine.* Amat.Roder.*d.par.1.art.4.num.2.in fine.*

Amplia decimò non tantùm comprehendi bona, 17
quæ tutor habebat tempore administrationis, sed etiam quæ postea sunt quæsita,tacitè censentur hypothecata minori pro reddenda ratione administrationis,cùm obligatio sit generalis,secundùm *l.fin.C. quæ res pignori oblig.poss.* Gregor. Lop. *l.23. in glos. verbo los bienes tit.13.part.5.*Amat.Roderic.*d.part.1. art.4.n.18.*Gutier. *d.part. 2.cap.16.n.30.*

Limita primò in bonis propriis hæredum tuto- 18
rum,vel curatorum,quæ non habuerunt ab ipsis defunctis, sed aliàs prædicti hæredes ea acquisierunt, si inuentarium confecerint, vt per Gutier. *d.part.2. cap.16.num.29.* Cardin. Mantic. *d. lib.11. tit.16. à num.11.*

Limita secundò quando quis tanquam amicus 19
non tanquam curator officium gerens bona minorum administrauerit, quia tunc patrimonium eius non est tacitè obligatum,*l.si negotium,cum glos.ff.de priuil.credit.*Decian.*cons.79.n.46.lib.2.* Card.Mantic.*d.lib.11.tit.16.num.15.*

Limita tertiò in actore & procuratore dato à iu- 20
dice loco tutoris,vel curatoris,quia illius bona non sunt hypothecata,secus si sit datus à tutore, vel curatore, vt per Neguzant. *vbi suprà n.10.* Gutier. *d. part.2.cap.16.num.28.* Cardin.Mantic.*d.lib.11. tit. 16.num.16.& 17.*

In glos. *Obligata.* ibi, *ad hoc ex eo tempore,* &c. 21
A quo autem tempore incipiat hoc pupilli priuilegium,& tacita hypotheca in bonis tutorum,procuratorum,curatorum,& fideiussorum,vide Neguzant. *d.4. membro secunda part. princip. num.12.* Surd. *d. tit.8.priuil.49.num.17.*Gutier.*d.cap.16.num.fin.*Stephan.Gratian. *discept.forens. tom.1. cap.53.num.5.* Cardin.Mantic.*d.tit.16.num.18.* Amat. Roderic. *d. part.1.art.4.num.19.* In qua quæst. hæc glos. duas refert opiniones,prima est quòd hypotheca incipiat à tempore,quo quis tutorem,vel curatorem esse inceperit;secunda quòd incipiat à tēpore à quo cœpit

malè

malè administrare, sed primam tenent Neguzant. Suid. Gutier. Cardin. Mantic.& Amat.Roder.*citatis locis*, & probatur *leg. Hisp.*23.*tit.*13.*part.*5.ibi, *desde el dia que commençaron à vsar el officio de la guarda, fasta que les dem cuenta recaudo de las cosas que tuuieren dellos.*

L. Pupillorum. XXI,

Idem A. Maximo. P.P.

TVtor non implens conditionem vtilem, pupillo tenetur ad interesse. Colliguntex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*num.*1.*suprà, hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores, vel curatores non possunt alienare immobilia,& mobilia,quæ seruando seruantur, in causam dotis sine decreto, præter animalia superuacua,* & num.2. *non bona mobilia pretiosa minorum,quæ rebus immobilibus æquiparantur,*num.3. *non prædia vrbana,* num.4. *non seruos,* num.5. *non balnea quæ balneariam exercentibus locabant,* num.6. *non horrea quæ volentibus mobilia inferre locabant,* num.7.

8 *Tutor, vel curator, non potest sine decreto Prætoris, & aliis requisitis ad alienationem prædij rustici, pignorare bona mobilia pretiosa minorum, vt aurum, vestes, cæteraque his similia. etiam ex causa dotis,* num 9. *nec donare propter nuptias, nec in dotem dare, vt fraudis occasio tollatur,* num.10.

11 *Curator prohibetur vendere domum, in qua decessit pater ipse, minor creuit, & maiorum sunt imagines.*

12 *Minor dicitur læsus si rem maiorum suorum vendat,ad quam probabilem habet affectionem.*

13 *Armorum atque insigniorum delatione conseruatio domus atque familiæ institutoris maioratus inducitur.*

14 *Tutor non debet sinere quodcunque ædificij genus quodcumque dabat hereditas, collapsum ipsius fraude deperire. debet reparare sarta tecta,ne pupilli frumentum pluuiis corrumpatur,*num.15.

16 *Minoris bona mobilia, quæ seruando seruari non possunt sine solemnitatibus à iure requisitis,& decreto iudicis interueniente,alienari possunt. si seruando seruari possunt,non ita,*num.17.

18 *Supellex an sit de rebus quæ vsu consumuntur.*

19 *Tutores possunt fructus,veluti frumentum, vinum, triticum, & similia, alienare sine decreto. non possunt tamen fructus fundi alienare perpetuò,* num.20.

L. Lex quæ tutores. XXII.

Idem A. ad populum.

1 IMmobilia, & mobilia, quæ seruando seruantur, (præter animalia superuacua)non possunt tutores, vel curatores alienare etiam in causam dotis sine decreto. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.*1.*num.*1.*suprà,hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l.*4.*tit.*5.*part.*5.*vbi glos.*3. Capyc. *decis.*115. Alphan. *collect.* 20. Ferand. *lib.*2.*explicat. iuris cap.*10. Simoncel. *de decret.tit.*3.*lib.*1.*casu* 2. Surd. *decis.*278.*in princip.* D.Barbos. *in l.si constante, in princ, num.*128, *cum seq. ff. soluto matrim.* Montan. *de tutel. cap.*33.*à num.*54.vbi *num.*143.asserit hanc legem Galliæ nunquam fuisse receptam, Moliu. *de Iustit. tract.*2. *disput.*224. *n.*14.*cum seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.conuent. lib.*4.*tit.*6.*num.*6. *cum seqq.* Rebell. *de obligat.iustit.part.*2.*lib.*1.*quæst.*8.*sect.*2. *num.*24. Cardol.*in praxi iudicum,verbo Curator num.*10.*cum seqq. & verbo tutela num.*16. Gutier. *de tutel.part.*1.*cap.*5, *num.*77. *cum sequentibus, & cap.*21.*per tot.* Henric. Bocet. *in disput. de vniuerso iure, classi* 1. *disput.*14. *n.*127. Illud est singulare in hac materia quòd tutor potest rem à pupillo cum solemnitatibus venditam, si emptor non soluit pretium, pro eodem pretio sibi ipsi retinere sine alia solemnitate. Decian.*in l.singularia num.*9. *ff. si certum pet.* Petr. Rauenna *sing.*760. Gerard.*sing.*57.*num.*3.Rot.*decis.*55.*num.*3. apud Fatin.*part.*2.*recentissim.*

3 *Cæteraque mobilia pretiosa*, &c.] Notatur ad hoc quòd bona mobilia pretiosa minorum, quæ rebus immobilibus æquiparantur, tutores sine decreto alienare non possunt,vt per Rodoan. *de rebus Eccles. quæst.*13. *num.*8. Vgolin. *de potest. Episcopi cap.*14. §.8. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.sub tit.de alienat. rerum Eccles.decis.*61.*num.*1. vbi tradit, quæ sint mobilia pretiosa, & *decis.*67. *num.*5. Gutier. *de tutel.part.*2.*cap.*31.*num.*1. Stephan. Gratian. *discept. forens.tom.*3.*in append.ad cap.*517.*in princip.* Filliuc. *de statu cleric. tractatu* 44. *de alienat. rerum Eccles.* quod quidem intelligitur de aliquibus valde pretiosis, vt de supellectibus, aut pulchro emblemate, gemmarum auri, seu argenti, vel picturis insignis artificis, vel his similibus,aut de grege ouium, caprarum, vel boum, quæ inter mobilia pretiosa numerantur, & licèt arietes, & tauri, ac agni & hædi possint vendi, ipse grex non potest vendi nisi concurrant solemnitates, Rodoan. *in d. tract. quæst.*8. Aloys. Ricc.*d.dec.*61.*num.*2. Molin. *de iustit.tract.*2. *disput.*265.*numero* 4. Filliuc. *dict.cap.*4.*num.*24. Rebell. *de obligat. instit. part.*2. *libro* 1. *quæst.*8. *sect.*2. *num.*35.

4 *Vrbana etiam prædia*, &c.] Notatur ad hoc quòd bona immobilia pupillorum, & minorum non possunt per eorum tutores, & curatores sine iusta causa, & decreto alienari, de quo vide latè posita *in collect. ad l.*1.*suf.quando decreto opus non est.*

5 *Et mancipia.*] Notatur ad hoc quòd serui non possunt à tutoribus sine decreto alienari, vt per *leg. Hisp.*8.*tit.*16.*p.*6. ibi, *otro sy no deue vender ni enagenar los sieruos*, Gutier.*de tutel.part* 2.*cap.*5.*n.*85.

6 *Balnea.*] Quæ in suis domibus habebant etiam priuati homines, quibus ad proprium vsum vtebantur, vel balneariam exercentibus locabant, vt per Guid. Pancirol. *in thesauro var.lect.lib.*1.*cap.*52.*tit.de balneis, vers.alia.*

7 *Horrea.*] Hæc etiam priuati habebant, quæ volentibus mobilia inferre locabant, in quibus plurimi merces deponebant, vina condebant, penu instruebant, atque alia, teste Guid.Pancirol. *d. lib.*1.*cap.*51. *de horreis.*

8 *Vel pignorare*, &c.] Notatur ad hoc quòd tutor, vel curator bona mobilia pretiosa minorum, vt aurum, vestes, cæteraque his similia pignorare non potest sine decreto Prætoris, & aliis requisitis ad alienationem prædij rustici, vt per Gutier. *d.part.*2. *cap.*21. *à n.*1. Nec etiam hypothecare, vt per Pincl. *in l.*1.*Cod.de bonis matern.part.*3.*num.*19. Menoch. *de success.creat.lib.*1.§.10.*num.*71.*vers.denique*, Simoncel. *de decret.lib.*2. *tit.*5. Auendan. *de censib.cap.*79. *num.* 3. Roderic. *de annuis redditib. lib.*1. *quæst.*14. *num.*9.

num.9. Surd. cons.191. num.17. & decis.254. Motan. de tutel. cap.33. num.182. cum seqq. Castill. controuers. lib.4. cap.61. num.31. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.13. num.15.

9 *Vel in dotem dare*, &c.] Notatur ad hoc quòd res minorum onn possunt alienari sine decreto, etiam ex causa dotis, vt per Cou. pract. cap.28. numero 12. Menoch. cons.114. num.15. Gutier. dict. part.2. cap.5. num.51. Molin. dict. tract.1. disp.224. num.22. vers. ad dotandum. Surd. deci .287. numero 17. cum seqq. Rot. decis.588. num.5. apud Farin. part.2. recentissim. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. libro 4. tit.6.
10 num.44. vbi num.57. addit etiam quòd res mobiles, quæ seruando seruari possunt, sine decreto iudicis nec propter nuptias donari, nec in dotem dari possunt, vt fraudis occasio tollatur.

11 *Nec vero domum*, &c.] Notatur ad hoc quòd curator prohibetur vendere domum, in qua defecit pater ipse, minor creuit, & maiorum sunt imagines, vt per leg. Hisp.18. tit.16. part.6. ibi, *Pero no deue consentir que la casa que fue del padre, o del auuelo del huerfano, en que el nascio se enagene en alguna manera podiendolo excusar*, Cassan. in catal. gloria mundi part. 1. consid.38. quæst.20. vers. hinc est. Alex. cons.67. n.3. libro 5. Natt. cons.162. num.10. Tiraq. de retractu in præf. num.34. & de nobilit. cap.37. num.13. vbi quòd circa similes domos semper præsumitur affectio, & desiderium conseruationis. Anton. Galeat. Maluas. c [illegible] 37. num.29. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sua [illegible] n.4. in princ. [illegible] od. de in integr. restit. min.
12 vbi quòd minor dicitur læsus si rem maiorum suorum vendat, ad quam probabilem habet affectionem, Gutier. pract. lib.3. quæst.16. num.44. & de tutel. part.2. cap.5. n.77. vbi num.82. aduertit ad hoc vt procedat hæc resolutio plura concurrere debere, non enim sufficit quòd patris fuerit domus, sed etiam quòd antiquitus maiorum eius fuerit, item quòd illam habitare consueuerint, & pater ipsius in ea defecerit, & pupillus ibi fuerit procreatus, natus, & educatus, illicque creuerit, & maiorum fixæ inspiciantur imagines, Cald. Pereira post quæst. forens. cons.34. num.5. Molin. dict. tract.2. disp.224. num.23. Rota apud Farin. decis.372. num.5. part.1. recentior. vbi quòd si tutor etiam iusto pretio, & ad dissoluendum æs alienum pupilli vendat ipsius domum paternam, pupillus dicitur læsus, & refert de linea exemplum lib.3. Reg. cap.21.

13 Notatur etiam ad hoc quòd ex armorum, atque insigniorum delatione conseruatio domus atque familiæ institutoris maioratus inducitur, vt per Molin. de primog. lib.2. cap.24. num.6. Gutier. d. lib.3. quæst.16. num.45.

14 *Nullúmque ædificij genus*, &c.] Notatur ad hoc quòd tutor non debet sinere quodcunque ædificij genus, quod integrum hæreditas dabat, collapsum ipsius fraude deperire, sed illud reficere debet, aliàs ad interesse tenetur, Baëç. de decima tut. cap.2. num.20. Gutier. de tutel. part.2. cap.1. num.117. vbi num.118.
15 subdit quòd reparare debet sarta tecta, ne pupilli frumentum pluuiis corrumpatur; & non excusari ait si posuit actorem communi opinione reputatum fidelem, & diligentem, de quo etiam Gregor. Lop. l.15. verbo endereçar las cosas tit.16. part.6. Baëç. dict. cap.2. num.90. Molin. d. tract.2. disp.224. num.13. tutor enim reficere potius & conseruare res & ædificia pupillorum debet, quàm noua inchoare. Petr. Gregor syntagm. iuris lib.12. cap.3. num.9. Galganet. de tutel. lib.2. tit.11. num.2. & tit.21. à num.24. itaut si domus minorum tutores non refecerint, ad omnia damna & interesse teneatur, Anton. Piag. de tutor. & curat. quæst.19. num.14. Gutier. de tutel. part.3. cap.1. numero 103.

Seruando seruari non potuerunt.] Notatur ad hoc 16
quòd bona mobilia minoris, quæ seruando seruari non possunt sine solemnitatibus à iure requisitis, & decreto iudicis interueniente alienari possunt, vt per Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo contractum fecisti num.16. Cod. de in integ. restit. minor. vnde refert primò vestes tritas sine decreto iudicis posse alienari, quia hæc seruando citra subiecti corruptionem seruari non possunt, & secundò infert pecuniam posse sine decreto alienari, quia similiter est de rebus, quæ seruari non possunt, Molin. de Iustit. tract.2. disput. 224. num.14. vbi ait quòd ea mobilia, quæ commodè seruari non possunt, vt vestes atteritas, iumenta minori non necessaria, triticum, vinum, & oleum, atque his similia potest tutor sine iudicis decreto vendere, permutare, atque alienare. Gutier. dict. lib.2. tit.21. num.26.

Secus autem erit si huiusmodi mobilia seruando 17
seruari possint, quia tunc sine solemnitatibus à iure requisitis, & decreto iudicis interueniente alienari non poterunt, de quo vide Cou. variar. lib.2. cap.1. num.24. Anton. Gom. var. tom.2. cap.14. num.13. Menchaq. de success. creat. §.10. num.72. in 28. ampl. & num.74. Cald. Pereira in d. l. si curatorem, verbo res num.2. in fine. Viui. decis.22. num.3. Fachin. controuers. lib.3. cap.1. Montan. de tutel. cap.33. num.139. & 140. Gutier. in simili tract. part.2. cap.21. à num.1. Anton. Fab. in Iurisp. Papin. tit.12. de tutel.7. part. illat.84. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. libro 4. titul.6. numero 32. Sanch. de matrim. lib.6. disput.38. num.6. & 26.

In supellectili.] An supellex sit de rebus, quæ vsu 18
consumuntur, de quo vide Caualcan. de vsufructu mulieri relicto num.143. in fine.

In gloss. *Testificatione.* ibi, & sic nota quod secundùm conscientiam iudex iudicat, &c. de quo tamen vide S. Thom. 2.2. q.67. art.2. Sot. de Iustit. libro 5. q.4. art.2. Bernard. reg.377. Hippolyt. sing.266. Corras. miscel. libro 4. cap.20. Tiraq. de retractu tit.2. ad fin. num.60. Cou. libro 1. var. cap.1. num.6. Neguzant. de pignorib. part.8. memb.1. num.28. Pinel. in l.2. Cod. de rescind. vendit. part.3. cap.3. num.26. & 33. Rebuff. in tract. except. num.340. Mascard. de probat. conclus. 950. num.2. Mich. Solon. 2. 2. quæst.67. art.2. col.5. Caualcan. decis.25. num.5. part.1. & decis.16. num.61. & decis.23. num.10. part.1. Menoch. cons.786. num. vlt. Valasc. de iure emphyt. quæst.6. num.12. Brunor. à Sole in locis communib. verbo Index 7. Franc. Viu. decis.178. num.1. Gutier. pract. lib.1. quæst.98. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.2. Fr. Ludou. de Miranda de ordine iudic. quæst.28. art.2. Camill. Bottel. in sum. decis. tom.1. tit.42. de iudic. n.68. Lessi. de Iustit. lib.2. cap.29. dubit.10. Amat. Roderiq. in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum c. vlt. part.2. n.18. cum seqq. De hoc est expressa Ordin. Reg. Lusit. libro 3. tit.63. in princip. quæ statuit iudices in illo Regno debere iudicare secundùm scitam veritatem; & in Regnis Castellæ & Legionis per l.10. titul.17. lib.4. nouæ Recop. dispositum reperitur esse iudicandum sola facti veritate inspecta.

In gloss. *Exceptis*, fin. ibi, excipe fructus, & redditus, 19
&c. Notatur ad hoc quòd possunt tutores fructus, veluti frumentum, vinum, triticum, & similia, sine decreto alienare, vt per Pinel. in l.1. C. de bonis matern. part.2. num.43. vers. ex prædictis, Tiraq. de retractu §.1. gloss.7. numero 51. Cald. Pereira in d. l. si cu- 20
ratorem, verbo contractum fecisti num.16. vers. tertio; non tamen possunt fructus fundi perpetuò alienare,

Simoncel

Simoncel. *de decret.libro 3.tit.8.insp.16.n.19.* Ludou. Cenc. *de censib.part.2.c.2.quaſ.2.art.num.8.* Perez de Lara *de vita hominis,cap.22.num.56.*

SVMMARIVM.

1 *Tutori imputatur ſi res emphyteutica amittitur propter canonem non ſolutum, & num.2.*

3 *de negligentia imputanda Tutoribus, & curatoribus in rebus pupilli, remiſſiuè.*

L. Si tutoris. XXIII.

Idem A. Felici.

1 TVtori imputatur ſi res emphyteutica propter canonem non ſolutum, amittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.ſupr.hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Grat. *conſil.119. num.51.lib.1.* Roland. *conſ.10. num.18.libro 2.* Corbul. *de cauſis priuationis,ob non ſolutum can.ampl.28.num.18.* Galganet. *de tutelis, lib.2. tit.6.num.fin.*

3 De negligentia imputanda tutoribus, & curatoribus in adminiſtrandis rebus pupilli, vide Socin. *conſil.149.n.1. cum ſeqq. lib.1.* vbi ex multis reſoluit tutores præſumi diligentes, & non negligentes ea negligentia, quæ cadat in leuem culpam, quam ait, committere, qui negligunt facere quod diligentes homines facere neglexiſſent, Eſcobar *de ratiocin. cap.19.num.23.cum ſeqq.* vbi tradit modum probandi negligentiam, & *num.fin.* tenet probata negligentia in vno præſumi, & in alio, Iacob. Cancer. *variar.reſolut.part.1.c.7.de tutorib.n.170.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores vel curatores quamprimum poſſunt, debent inuentarium facere de rebus, & inſtrumentis, ſeu tutoribus pupillorum, & mobilia, quæ ſeruando ſeruantur, in tuto collocare, & ex pecuniis prædia idonea (ſi poſſunt) emere, aliàs ſub vſuris ea collocare,* num.2.5 *etiam teſtamentarij,* num.3. *procedit etiam in matre tutrice filiorum,* num.4.

6 *Inuentarium à tutoribus, vel curatoribus fieri debet coram publico Tabellione.*

7 *Tutor in inuentario omnes res deſcribere tenetur, aliàs ſi eas non appoſuit, dolo feciſſe videtur. ex legitima cauſa veniret excuſandus, & n.9. amplia tantùm procedere in tutore teſtamentario, cuius fidem viſus eſt teſtator approbare, ſed etiam in legitimo & datiuo,* num.10. *nec tantum ſi teſtator expreſsè vetuerit confectionem inuentarij, ſed etiam ſi eam tacitè remittat ſimpliciter,* num.11. *contrà,* num.12.

13 *in Inuentario non ſunt ponenda debita quæ pupillus debet, ſed ipſi debentur. nec citandi creditores, ac debitores, ac alij intereſſe habentes,* num.14.

15 *Tutor prædia emat ex pecunia pupilli, & occaſione emendi ceſſante, aut deficiente, pecuniam ſub vſuris collocabit.*

16 *Vſuræ pupillares hodie apud Chriſtianos illicitæ, tenentúrque tutores pupillis ſuis ſolùm ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis boni viri arbitrio.*

L. Tutores, vel curatores. XXIV.

Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Eutychiano.*

TVtores, vel curatores quamprimum poſſunt, debent inuentarium facere de rebus, & inſtrumentis, ſeu iuribus pupillorum, & mobilia, quæ ſeruando ſeruantur, in tuto collocare, & ex pecuniis prædia idonea (ſi poſſunt) emere, aliàs ſub vſuris ea collocare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſuprà, hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem quoad primam eius partem ex hoc text. deſumunt, *leg.Hiſpan.15.tit.16. part.6.* vbi ſtatuitur quòd tutor ante omnia conficere debet inuentarium de rebus pupilli in quo contineantur eius priuilegia, & inſtrumenta debitorum manu Notarij cum iudicis auctoritate, &c. Capyc. *deciſ.50.num.1.cum ſeqq.* Roman. *conſ.425.* Afflict. *deciſ.360. num.2.* vbi quòd tutor ſine inuentario tutelam gerens in dolo præſumitur eſſe. Arimin. Tepat. *variarum ſentent. tom.2. titul.480. cap.5. verſic. tutor & curator.* Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæſt.7. num.6.* Rebuff. *ad leges Galliæ tit.de ſentent.prouiſ.artic.3.gl.vlt.3.numero 2.* Nat. *conſ.663. num.11.& 12.vol.4.* Federic. Scot. *conſil.1. num.16. libro 2. tom.1.* Sim. de Præris *conſil.80.num.4.6. & 14. volum.1.* Aluar. Valaſc. *conſil.52.numero 7* vbi per hunc textum tenet quòd tutores, vel curatores ſtatim cùm fuerint ordinati, inuentarium conficere tenentur, nec poſſunt adminiſtrare antequam fecerint, aliàs vt ſuſpecti remouentur, & infamia notantur, *per l.fin.in fine, C.de arbitr.tut.* idem *diſp.223.n.10. cum ſeqq.* vbi quòd tutores & curatores mox atque tutelam, vel curam ſuſcipiunt minoris, aut mente capti, vel prodigi, conficere debent inuentarium bonorum. Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris,part.2.libr.12. cap.3.num.5.cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo tutela,num.9.cum ſeqq.* Surd. *deciſ.216.num.20.* Vincent. de Franchis *deciſ.206.* Rebell. *de obligat. iuſtit. part.2.lib.17.quæſt.vnic.de offic. tutor.num.8.* Camil. Borrel. *conſ.31. num.54.cum ſeqq.cent.1. & in ſumm. deciſ.part.3.tit.19.num.24.* Henric. Bocer. *in diſput. de vniuerſo iure claſſi 1. diſp.14. numer.124. cum ſeq.* Paul. Montan. *de tutel.cap.52.reg.5.* latè Gutier. *in ſimili tract.part.2.cap.1.per tot.* Galganet. *eod.tract.lib.2.tit.2.* 2

Tutores, vel curatores, &c.] Etiam teſtamentarij, vt per Anton. Piag. *de tut. & curat.quæſt.7.n.6.* Gutier. *d.part.2.cap.1.n.16.* 3

Et procedit etiam in matre tutrice filiorum, quæ inuentarium tenetur conficere mox cùm creata fuerit eorum tutrix, vt per Gutier. *dict. part.2.capit.1. num.12.* vbi etiam an illa ad conficiendum inuentarium habeat annum, qui ſibi aliàs à iudice conceditur ad petendum tutorem & filiis, *numer.15.* tradit mulierem non conficientem inuentarium, cùm ſit tutrix filiorum, quatuor pœnas incurrere. 4

Mox quàm fuerint ordinati, &c.] Notatur ad hoc quòd tutores tenentur conficere inuentarium rerum pupillarum, mox, id eſt, quamprimum potuerint, vt per Baëç. *de decima tut.cap.2.n.43.* Octauian. Cachetan. *Pedem.deciſ.58.ſub n.19.24. & 25.* vbi quòd tutores non habent ad conficiendum inuentarium tempus ad conficiendum conceſſum per hæredem, videlicet triginta dierum ad inchoandum à die aditæ hæreditatis, & ſexaginta ad perficiendum, iuxtà *l.fi. Cod. de iure delib.* ſed debent ſtatim cùm poſſint illud 5

illud perficere, Ayora *de partit. part. 1. cap. 2. num. 14. vers. pero en el tutor*, Molin. *d. tract. 1. disp. 224. num. 10.* vbi intelligit cùm primùm commodè, moraliter loquendo, potuerint, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 711. n. 2.* latè Gutier. *d. part. 2. cap. 1. num. 10.* vbi *n. 11.* subdit quòd isti tutores antequam accusarentur suspecti, & administrarent, fecerint solemnia non facta, non potèrint per hoc accusari postea suspecti; & admitterentur ad agendum, & administrandum, secus si administrauerunt antequam facerent inuentarium, tunc namque nihil potest obiici inuentario, sed possent accusari vt suspecti, & *num. 19.* tenet quòd si tutor, vel administrator inuentarium non fecerit mox, sed post multum tempus à morte defuncti, & postquam suscepit administrationem bonorũ, eisque se immiscuit, poterit quidem accusari, & remoueri vt suspectus, & contra eum dolus præsumetur, non tamen incurrit alias pœnas, tutorum, vel administratorum non conficientium inuentarium.

6 *Sub præsentia publicarum personarum*, &c.] Notatur ad hoc quòd inuentarium à tutoribus, vel curatoribus fieri debet coram publico tabellione, vt per *d. l. Hisp. 15.* Paul. Montan. *d. c. 32. regul. 5. n. 36.* Molin. *d. tract. 2. disp. 224. num. 10. vers. fieri autem debet coram tabellione*, Galganet. *d. lib. 2. tit. 2. num. 5.* Et quamuis Gregor. Lopez *d. l. 15. in gloss. verbo con otorgamiento del Iuez del logar*, quem refert & videtur sequi Gutier. *d. part. 2. c. 1. n. 85.* existimauerint quantum ad tutorem, vel curatorem obligandum, sufficere inuentarium fieri extra iudicium coram tabellione, & testibus, sed quantum ad hoc vt faciat fidem contra eos, quorum nomina in inuentario describuntur, requiri quòd fiat coram iudice; nihilominus magis placet resolutio Molin. *d. disp. 224. n. 11. vers. credo tamen*; dum ait neque in Lusitaniæ, neque in Castellæ Regnis esse in vsu vt fiat, in præsentia iudicis, sed antequam inuentarium fiat, comparet, subdit, coram iudice is, qui tutor, aut curator futurus est, & præstat cautionem, & simul iudex suscipit ab eo iuramentum quod inuentarium conficiet, idque fideliter, & tunc decernit illi iudex atque iniungit tutelam, aut curam, auctoritatem & potestatem ad illam exercendam ei tribuens; postea verò cum tabellione coram testibus tutor ipse, aut curator conficit inuentarium.

7 *Inuentarium rerum omnium*, &c.] Notatur ad hoc quòd tutor in inuentario omnes res describere tenetur, aliàs si eas non apposuit dolo fecisse videtur, vt per Mascard. *de probat. conclus. 531. num. 64.* Vincent. Honded. *cons. 35. num. 24. & seq. vol. 1.* Gutier. *d. p. 2.*

8 *cap. 1. num. 6.* vbi limitat nisi ex aliqua legitima causa veniret excusandus, vt puta si tempore, quo confecit inuentarium, illæ res omissæ, fuissent sibi occultæ, & *num. 24.* quòd debent omnia sigillatim scribi in inuentario, & *num. 32.* limitat quando in loco adesset consuetudo conficiendi inuentarium.

9 Quòd autem iusta causa excuset à confectione inuentarij, probat *dict. l. Hisp. 15. tit. 26. part. 6.* ibi, *Pero si el guardador mostrasse razon derecha porque no podiesse fazar el inuentario, no le deuen desapoderar de los huerfanos, ni de sus bienes*, &c. Vnde iusta causa non conficiendi inuentarium excusans tutorem, vel curatorẽ erit testatoris specialis voluntas confectionem inuentarij remittentis, vt per Anton Piag. *de tutor. & curat. quæst. 7. n. 15.* Molin. *d. tract. 2. disp. 224. num. 12.* Gutier. *d. part. 2. cap. 1. n. 33.* vbi *num. 36.* am-

10 pliat, vt non tantùm procedat in tutore testamentario, cuius fidem visus est testator approbare, sed

11 etiam in legitimo, & datiuo, *num. 37.* ampliat etiam non solùm si testator expresse vetuerit confectionem inuentarij, sed etiam si eam tacite emittat simpliciter. Verùm rectè aduertunt Couarr. *lib. 2. variarum* 12 *cap. 14. num. 4.* Molin. *dict. disput. 224. num. 12.* Gutier. *dict. part. 2. cap. 1. num. 38. & seq.* posse iudicem tutori iniungere vt inuentarium conficiat, si id expedire iudicauerit ad rectam bonorum administrationem, non obstante prædicta remissione. Addit etiã idem Gutier. *d. c. 1. n. 55.* tutorem, vel curatorem ad lites non teneri facere inuentarium, & *n. 94.* ait quòd omnes res debent scribi per signa & confinia, & *n. 95. & 96.* tradit non requiri in inuentario.

Et instrumentum, &c.] Nota quòd in inuentario 13 non sunt ponenda debita quæ pupillus debet, sed quæ ipsi debentur, Baëç. *d. c. 2. n. 52.* Gutier. *d. part. 2. cap. 1. n. 30. & n. 91.* nec citandi sunt creditores, ac debitores, 14 ac alij interesse habentes. Stephan. Gratian. *d. c. 711. num. 5.*

Ita tamen vt ex mobilibus aut prædia idonea com- 15 *parentur*, &c.] Notatur ad hoc quòd ex pecunia pupilli tutor prædia emere debet, & occasione emendi cessante, aut deficiente, pecuniam sub vsuris collocabit, vt per Couarr. *libro 3. variarum cap. 2. num. 1.* Grammat. *decis. 103. num. 22. & 23.* Decian. *consil. 85. num. 32. volum. 2.* Roland. *cons. 49. num. 34. & 35. vol. 1.* Surd. *de aliment. tit. vlt. quæst. 46. numero 35.* Aldouin. *cons. 41. à princip.* Baëç. *de decima tut. cap. 2. num. 92. cum seqq.* latè Gutier. *de tutelis, part. 2. cap. 9. per tot.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 224. num. 17.* vbi per hunc textum ait quòd pecunia in bonis minoris reperta, & quæ venditione fructuum, & aliarum rerum mobilium, quas seruare non expedit, comparata fuerit, aut ex venditione rerum mobilium superfuerit, in vtilitatem minoris conuerti debet, emendo ex illa, prædia vtilia minori; & *numero 18.* subdit per hunc textum, quòd quando prædia congrua, quæ emerentur, non inueniebantur, præcipiebantur tutores tradere pecunias minorum ad vsuras, & *num. 19.* ex Couarr. *dict. lib. 3. var. cap. 1. num. 1.* resoluit quòd prædia non occurrerint, quæ emantur, teneri tutorem, aut curatorem pecuniam minoris tradere in honestum ac securum lucrum, alioquin teneri minori ad interesse quantum æstimabitur, quod ea via minor lucrari licitè poterat: & in prouinciis, vbi frequenter est emptio annuorũ redditυum, saltem cum pacto de retrouendendo, vt frequentissima est in Regno Castellæ, non excusari tutorem si ad eiusmodi lucrum occurrens pecuniam non tradat; in locis autem, in quibus id non est frequens, vt in Lusitania, tradendam esse mercatori, aut alteri simili ad licitam, & tutam negotiationem; sed per Ord. Reg. *lib. 1. tit. 87. §. 31. 34. 35.* deponi eam præscribitur vna cum gemmis, & rebus aliis aureis, & argenteis minoris in arca publica ad id deputata, nec inde extrahi, nisi vt suo tempore reddatur, vel vt inde prædia, aut annui redditus minori emantur, vel congrua sustentatio illi tradatur, debitave illius soluantur. Gutier. *dict. part. 2. cap. 9. num. 5. cum seqq.* vbi quòd tutor, vel curator hodie tenetur, pecuniam pupilli vel in emptionem prædiorum expendere, vel eam alicui mercatori tradere ad partem honesti, & liciti lucri recipiendam, & *num. 10.* quòd tutori deponenti pecunias pupillares ad lucrũ apud campsorem communiter eo tempore reputatum virum bonum, hoc est, idoneum, licèt postea decoquat, & aufugiat, non est sibi imputandum, idem si casu fortuito perdantur pecuniæ, seu merces, & *n. 14.* quòd tutor qui dedit pecunias magnas ad societatem officij in personam alterius, qui postea decessit, & prædictæ pecuniæ fuerunt perditæ, tenetur ad damnum earum, & *n. 25.* quòd tutor, seu curator modicam pecuniam minoris non tenetur dare ad lucrum, Galganet. etiam *de tutel. lib. 2. tit. 9.*

Iuxta

16 *Iuxta antiqui iuris formam vsurarum*, &c. Hæ vsuræ pupillares apud Christianos hodie licitæ non sunt, tamque tutores pupillis suis ad vsuras minimè tenentur, sed solùm ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis boni viri arbitrio, de quo Couar. *d. lib. 3. variarum c. 2. à princ.* Bacc. *de decima tut. c. 1. n. 92. cum seq.* Gasp. Rodet. *de annuis reddit. lib. 3. q. 10. n. 12.* Solis *de censib. lib. 1. c. 3. n. 13. vers. ex eadem*, Molin. *d. disp. 224. n. 18. prope fin.* Gutier. *dict. p. 2. c. 9. n. 4.* Franc. Hieron. de Leo *Valent. decis. 18. n. 2. cum seqq. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor pupilli soluens tutori ex præcepto iudicis plenissimam consequitur liberationem. idem si sine iudice soluat annuum redditum, vel alicuius rei pensionem*, num. 2. 3. *simplex auctoritas iudicis sufficit, quamuis illa non sit præceptiua*, n. 4. *inter solutionem factam tutori, vel curatori distinguitur*, num. 5.

6 *Pensiones, & annuus redditus rectè tutori solui possunt sine decreto iudicis.*

L. Sancimus. XXV.

Imp. IVSTIN. A. *Ioanni P. P.*

1
2 DEbitor pupilli soluens tutori ex præcepto iudicis plenissimam consequitur liberationem; idem si sine iudice soluat annuum redditum, vel alicuius rei pensionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hisp. an. 4. tit. 14. p. 5. vbi gloss. 1.* Escobar *de ratiocin. c. 40. num. 1.* Gotier. *de tutel. p. 2. c. 22. per tot.* Anton. Gom. *lib. 2. var. c. 14. n. 4.* Vincent. de Franchis *decis. 206. n. 13.* Paul. Montan. *de tutel. c. 32. n. 14. cum seqq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. læsis, n. 59. C. de in integr. restit. min.* vbi *n. 67.* asserit debitorem, cui iudex præcepit vt solueret, non teneri appellare cùm credere teneatur iudicem ex iusta causa ad id præcipiendum motum fuisse, latè & eleganter Iacob. Caocer. *var. resol. p. 2. c. 6. de solut. & liberat. n. 116. cum seqq.*

4 *Si iudex hoc pronuntiauerit*, &c.] Ergo simplex auctoritas iudicis sufficit, quamuis illa præceptiua non sit, vt insinuat *d. l. Hispan. 4.* ibi, *otorgamiento o mandamiento*, Mauritr. *de in integrum restit. cap. 178.* Sed meritò Cald. Pereira *dict. verbo læsis, num. 65. in versic. ago aduerto*, & Gutier. *d. part. 2. cap. 22. num. 15.*

5 *versic. ab his omnibus*, distinguunt inter solutionem factam tutori, vel curatori, & solutionem factam ipsi minori, vt in illo casu sufficiat simplex auctoritas, & permissio iudicis, qui ei solui poterat, vt probatur in hoc text. in hoc verò exigitur iudicis præceptum, & expressa compulsio vt debitor liberetur soluens minori absque vllo restitutionis timore, quia minori solui non poterat, & ideo certa tunc requiritur licentia Præsidis, quòd creditor, cui mandat solui, est minor, vt *in l. ait prætor, §. prætermittitur, ff. de minor.* ibi, *putà si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum*, &c. obseruat tamē idem Gut. *eod. c. 22. n. 27.* quòd quoties tempore solutionis etiam cum iudicis decreto factæ læsio intercessit, veluti si quid minus debito soluitur tempore, aut loco, non est deneganda restitutio minori aduersùs præfatam læsionem, quam non excludit præceptum iudicis, siquidem in eo quoque læsus fuit minor.

Non autem hanc legem, &c.] Notatur ad hnc quòd pensiones, & annui redditus rectè tutori solui possunt sine iudicis decreto, vt per Ant. Cioffi. *co... num. 4.* vbi Cancer. *d. par. 2. cap. 6. de solut. & liberat. num. 119.* 6

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator si auctoritatem præstat pupillo, vel adulto adeundi hæreditatem ex testamento, in quo tutor ipse est præteritus, aut exhæredatus, sibi non præiudicat quominus testamentum expugnare possit.*

2 *Tutor si tanquā tutor agat, iuri suo non præiudicat.*

3 *Consentiens iura sua perdit.*

4 *ex eo quod Tutor gessit, finita tutela actio in pupillum datur.*

L. Cùm quædam mulier. XXVI.

Idem A. Ioanni P. P.

SI tutor vel curator auctoritatem præstat pupillo, vel adulto adeundi hæreditatem ex testamento, in quo tutor ipse, vel curator est præteritus, aut exhæredatus, sibi non præiudicat quominus testamentum expugnare possit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd si tutor tanquam tutor agat, iuri suo non præiudicat, qui non sponte sua, sed ex necessitate officij id facit, vt per Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 9. num. 141. cum seqq. & n. 166. & 271.* Menoch. *cons. 58. num. 33. lib. 1.* Gutier. *de tutel. p. 1. c. 1. n. 22.* 2

Ipse iura sua perdit, &c.] Notatur ad hoc quòd consentiens iura sua perdit, vt per Tiraquell. *d. §. 1. gloss. 9. num. 269. & de iure mariti gloss. 5. num. 145. & in l. si vnquam, verbo donatione largitus, n. 348. C. de reuocand. donat. & de iure constituti. p. 3. lim. 13. n. 15.* 3

Inuenimus autem generaliter definitum, &c.] Notatur ad hoc, quòd ex eo quòd tutor gessit, finita tutela actio in pupillum datur, vt per dunat à Finato. *1. commun. opin. lib. 5. tit. 23. n. 35. pag. 363.* 4

L. Constitutione. XXVII.

Idem A. eidem.

DEclaratur *l. sancimus, in fin. supr. hoc tit.* quæ loquitur de fœneratitia cautione, vt habeat locum in principali debito, non in vsuris, quia illæ possunt solui sine iudice, sicut pensiones, & annui redditus, dummodo etiam in vnum collectæ non excedant summam centum solidorum, nec biennij metas. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in leg. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores, & curatores minores suos à litibus eis motis non defendentes, vt suspecti veniunt remouendi, & etiam de proprio damnum resarcire tenentur*, & nom. 2.

3 *Conuentus siue lite contestata, siue ante (satisdatione tamen præstita) factus sit demens, vel furiosus, ita quòd indiget curatore, debet ei curator ad litem dari per iudicem coram quo lis vertitur.*

4 *Minor si petit curatorem specialiter ad certam litem, vel causam iam motam, debet dari à iudice, coram quo illa lis, vel causa vertitur. habet locum in curatore ad vnam litem*, num. 5. *extenditur ad quemcumque iudicem, siue delegatum, siue ordinarium*, num. 6. *quamuis persona non sit illi iudici subdita*, num. 7.

8 *Curatorem ad litem dat non solùm Episcopus, sed etiam eius officialis, prout Vicarius Præsidis, ita vt hoc etiam procedat in vicario foraneo.*

9 *Curatoris ad litem datio vt valeat, sufficit dari ab illo, coram quo causa tractatur, dummodo sit talis, cui competat de iure, & eorum quo possit prorogari iurisdictio.*

10 *Curator datus ad litem etiam cum decreto potest eodem modo reuocari, sicut procurator, quãuis post litem contestatam non possit remoueri sine causa.*

11 *aliud est dare Curatorem ad litem particularem, aliud ad lites in genere.*

12 *Tutores, vel curatores non tenentur de iudicio soluendo satisdare, sed tantùm de iudicio sisti, & in eam causam bona minorum possunt sine decreto obligare.*

13 *Læsio quæ infertur alicui, ex immediata dispositione iuris, ita comprehendit pupillum, sicut maiorem.*

14 *de Satisdationibus in materia tutelæ, remissiuè.*

15 *Tutores, & curatores debent tempore suæ creationis specialiter & expressim promittere, quod defensionem minorum suscipient sine vlla dilatione, &* num. 16.

17 *Tutores, vel curatores possunt vendere fructus rerum minorum sine decreto pro pretio tunc currenti in loco, &* num. 18. *possunt vendere, permutare, alienare mobilia quæ commodè seruari nequeunt*, num. 18.

L. Sancimus. XXVII. & vlt.

Idem A. Ioanni P. P.

1 TVtores, & curatores suos minores à litibus eis mouendi, & etiam de proprio damnum resarcimouendi, & etiam de proprio damnum resarcire tenentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gasp. Baëz. *de decima tut. cap. 2. num. 139.* Donell. *comment. iuris ciuilis lib. 18. cap. 13. col. 3. & 4.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 225. num. 10.* Gutier. *de tutelis part. 2. capit. 4. à princip.* & præcipuè *n. 19.* ait quòd tutor tenetur defendere pupilli causam, nullámque vtilem occasionem omittere. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 479. cap. 4. in princip. versic. tutores, pag. 952.* Galganet. *de tutelis, lib. 2. tit. 5. à num. 1.*

§. Sed si quis.

3 Sine lite contestata, siue ante satisdatione tamen præstita) conuentus factus sit demens, vel furiosus, ita quòd indiget curatore, debet ei curator ad litem dari per iudicem coram quo lis vertitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

4 Notatur ad hoc quòd si minor petit curatorem specialiter ad certam litem, vel causam iam motam, debet dari à iudice, coram quo vertitur illa lis, vel causa, vt per Anton. Gom. *tom. 2. variar. cap. 14. n. 17. prope fin.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 25.*
5 *num. 16. pag. 762.* vbi quòd habet locum in curatore ad vnam litem. latè Stephan. Gratian. *discept. forens.*
num. 2. cap. 125. num. 44. vbi extendit ad quemcum- 6
que iudicem, siue delegatum, siue ordinarium, cùm
hic text. loquatur indistinctè, & non debeat restringi
potius de vno, quàm de alio, & *n. 45.* ampliat quam- 7
uis persona non sit illi iudici subdita, & *num. 48.* tra- 8
dit quòd non solùm Episcopus, sed etiam eius officialis poterit dare curatorem ad litem prout Vicarius Præsidis, itaut etiam procedat in vicario foraneo, & *num. 52.* post Mynsing. *centur. 1. obseru. 87.*
num. 2. resoluit quòd vt valeat dario curatoris ad li- 9
tem, sufficit dari ab illo, coram quo causa tractatur, dummodo sit talis, cui competat de iure, & coram
quo possit prorogari iurisdictio, & *à n. 55.* quòd cu- 10
rator datus ad litem etiam cum decreto potest eodẽ modo reuocari sicut procurator, quamuis post litem contestatam non possit remoueri sine causa.

Quamuis supradicta rectè procedant in dando 11
curatore ad litem particularem, attamen aliud esset in dando curatore ad lites generales, tunc enim dabitur per iudicem originis, seu domicilij pupilli, quasi tunc videatur datus ad omnes lites, quas poterit tractare, siue sint intra suam prouinciam, siue etiam extra illam existant, vt per Mynsing. *d. centur. 1. obseruat. 87.* Bertrand. *consil. 103. n. 17. lib. 3.* Caualcan. *de tutor. & curat. n. 282. in fine, vers. & in pupillo forense.* Stephan. Gratian. *d. cap. 125. n. 66.* vbi *n. 67.* de tutore dato simpliciter, quòd intelligatur ad omnes lites, & ad agendum, & contrahendum, & *n. 68.* cum Menoch. *consil. 790. n. 3. lib. 7.* id intelligit dummodo magistratus domicilij, seu originis minoris dederit curatorem generaliter ad causas; secus autem quando fuisset datus curator per eundem Magistratum specialiter ad certam causam, tunc enim non poterit interuenire pro alia causa coram iudice alterius iurisdictionis, immo nec coram iudice, coram quo illa specialis causa tractatur, cùm fuerit limitata istius curatoris potestas quoad illam tantùm causam, pro qua fuit datus, & *num. 70.* quòd curator ad lites intelligitur solùm datus de litibus, quæ tunc temporis existunt.

§. Defensionem.

Tutores, vel curatores non tenentur de iudicato 12
soluendo satisdare, sed tantùm de iudicio sisti, & in eam causam bona minorum possunt sine decreto obligare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd læsio quæ infertur alicui, 13
ex immediata dispositione iuris, ita comprehendit pupillum, sicut maiorem, vt per Anton. Gom. *l. 45. Tauri num. 25. post med. vers. ex quo textu.*

De satisdationibus in tutelæ materia vide Surd. 14
decis. 91. Paul. Montan. *de tutelis & cur. c. 32. reg. 3.* Gutier. *in simili tract. p. 1. c. 12. n. 10. cum seqq.*

§. Omne autem.

Tutores, & curatores tempore suæ creationis de- 15
bent specialiter & expressim promittere quòd defensionem minorum suscipient sine vlla dilatione. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 16
munt Tiraquel. *de iure mariti gloss. 7. n. 94.* vbi quod verba, *iuro vtilia facere, & inutilia prætermittere,* nõ sufficiunt, neque satisfaciunt formæ, per quam tutor tenetur promittere expressam satisfactionẽ pupilli, & *n. 158.* quòd necessarium est vt curator expressè promittat defensionem se pro pupillo suscepturum, quasi non satis sit iurasse in genere, nisi illud speciatim

ciatim interueniat, quod veluti pro forma hic §. exigit, Bellacomb. *tom.1.commun.opin.lib.5.tit.23. n.16. pag.762.* Ias. *in l.1.num.171.ff.si quis in ius voc.& in l. Prætor ait, in princ. num.9.ff.de noui operis nunt.* Menoch. *de præsumpt.lib.1.præsump.145. num.19.* vbi ait hanc legem requirere quòd quando tutor suscipit tutelæ administrationem, debet expressè promittere se vtilia nomine pupilli facturum, & inutilia prætermissurum, ac etiam quòd sine mora eius defensionem suscipiet, & propterea non satis erit, ait, si exprimat se facturum vtilia, & inutilia prætermissurum, &c. Gutier. *de iurament.confirm.p.1. cap.75.n.1.* vbi quòd necessariò requiritur ad hoc vt tutela sit valida quòd specialiter tutor promittat quòd pupilli defensionem absque vlla dilatione suscipiet, & *n.3.* tradit quòd licèt requiratur pro forma expressio defensionis in tutela fienda, iuxta hunc text. tamen si interueniat iuramentum sufficit quòd consensus in genere, & per verba æquipollentia interueniat, propter iuramenti appositionem, & reprobat Cels. Hug. *consil.24.num.19.* aliàs resoluentem in terminis huius §. iuramentum non habere vim specialis promissionis de defendendo. idem Gutier. *in tractat. de tutelis, part.1.cap.12.num.31.versic. textus namque,* vbi plura refert, quæ tutores iurate solent coram iudice præsente tabellione cùm tutelam suscipiunt, & *eodem num.vers.sed contrariam sententiam,* tenet quòd tutela & gesta per tutorem valeant, etiamsi defensio non sit promissa per ea verba, sed per æquipollentia, & citat Iacob.Mandel. *cons.21.num.11.* Gasp. Baëç. *de decima tutor.cap.2.n.68.cum seqq.* Spin. *in speculo testam.gloss.29.n.28.cum seqq.* Fulu. Pacian. *de prob.lib.1.cap.26.n.80.* Camill. Borrell. *in summ.decis.part.1. tit.60.num.400.*

§. Hísque adiicimus. vlt.

17 Tutores, vel curatores possunt vendere fructus rerum minorum sine decreto pro pretio tunc currenti in loco in quo distrahuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.num.1.supr.hoc tit.*

18 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Anton.Gom. *l.40. Tauri num.74.prope finem,* vbi per hunc textum tradit quòd tutor, vel curator licèt non possit alienare res immobiles minoris sine decreto, tamen bene potest alienare fructus earum rerum absque decreto & solemnitate, quia reputantur & iudicantur mobiles, Gregor.Lopez *l.14.glos.9. verbo a buena fe, versic.aduerte, tit.16.part.6.* vbi quòd tutor, vel curator non tenetur conseruare frumentum, vel vinum minoris in tempus caristiæ, sed potest vendere occurrenti & communi pretio, neque tenetur mittere in alium locum, idem tenet Bobadil. *in sua politica lib.3.cap.3.num.78.litt.D.* Molin. *de Iustit.3. tractat.2. disput.224.num.14.* vbi ex hoc text.

19 tradit quòd ea mobilia, quæ commodè seruari non possunt, vt vestes attritas, iumenta minori non necessaria, triticum, vinum, & oleum, atque his similia, potest sine iudicis decreto vendere, permutare, atque alienare; & quòd vendere tenetur eiusmodi res congruo tempore, neque tandiu expectare quousque pereant, alioquin suo damno pereunt, nec tenetur tutor mittere triticum, & res alias in alium locum, vbi plus valeant, vt ibi vendantur, sed satis est eos vendere vbi existunt, neque tenetur expectare tempus, in quo nimio pretio vendantur, præsertim cùm, si ob multam moram corrumpantur, & pereant, tutoris, aut curatoris periculo pereant, sed satis est si pretio ordinario in loco, vbi sunt, vendantur, refert & sequitur Gutier. *de tutel.p.2.c.1.n.119.cum seqq.*

De periculo tutorum, & curatorum.

TIT. XXXVIII.

ADMINISTRATIONIS susceptæ, vel neglectæ periculum ad tutores, vel curatores pertinet, de quo *in hoc tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesenbec. De materia tit. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.13.cap.10. numero 8. cum seqq.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.2. tit.484.* Vtrùm tutor debeat potius dimittere res suas sub periculo, & saluare pupillares, vel è contra? vide Galganet. *de tutelis.lib.3.quæst.38.*

SVMMARIVM.

1 *Tutores instructionis, vel notitiæ causa dati, licèt non administrent, tenentur de dolo, & culpa.*
2 *Tutor notitiæ causa datus non debet gerere.*
3 *Tutor notitiæ causa datus quis.*
4 *Tutor causa notitiæ datus potest perinde conueniri in omnibus, & administrationis, & accessionis iure atque cæteri tutores.*
5 *Tutoris appellatione continetur curator.*
6 *Scire, & scire debere, paria.*

L. Et multum. I.

Imp. ALEXAND. A. *Quarto.*

TVtores instructionis, vel notitiæ causa dati, licèt non administrent, tenentur de loco, & culpa, ac etiam tenentur alio modo suspectos facere. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Notatur ad hoc quòd tutor notitiæ causa datus non debet gerere; quoniam non in hoc datur vt gerat, sed vt contutores instruat, vt per Gasp. Baëç *de decim.tut.cap.6.numer.25.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.12.cap.14.num.3.* vbi etiam quòd notitiæ causa datus dicitur tutoris, qui ad instruendos contutores, scilicet de rebus, & negotiis testatoris, vel pupilli datur. *& lib.13.cap.10.n.22.in fine* Gutier. *in tractat. de tutel.part.1.cap.17.num.7.* vbi cum Baëç. *vbi supr. n.25.* ait non obstare textum *in l.quæro, §. idem Paulus, ff.de testament.tut.* dum probat tutorem causa notitiæ datum posse conueniri perinde in omnibus, & administrationis, & accessionis iure atque cæteros tutores; quia debet intelligi de administratione naturæ suæ congruenti instruendo diligenter bona fide contutores, & in faciendo suspectum eum qui ex dolo, vel negligentia dignus est vt remoueatur, vt in hoc text. habetur. 2 3 4

Notatur etiam ad hoc quòd appellatione tutoris continetur curator, vt per Baëç. *de decima tut.cap.3. num.11.* Azeued. *l.23.num.8.tit.11. lib.5.noua Recop.* Gutier. *d.part.1. cap.16. n.151.* late Galganet. *de tutel.lib.3.quæst.29.* 5

Siue ea quæ scire debent &c] Notatur ad hoc quòd paria sunt scire, & scire debere, vt per Tiraq *de retractu lign.§.12.gloss.1.num.9.& ad fin.tit.num.43.* Surd. *cons.150.n.23.* Stephan. Gratian. *discept.forens.tom.1. cap.194. num.1.* quos refero *de axiom. iuris vsufreq. axiom.174.n.29.* 6

SVMMARIVM.

1 *Administratio si est diuisa in testatore, vel à iudice, periculum vnius non spectat ad alium, &* num.2.

3 *Tutor vnius prouinciæ nō tenetur de facto alterius.*

L. Ad eos. II.

Idem A. Saturo.

1 SI administratio est diuisa à testatore, vel à iudice, periculum vnius non spectar ad alium. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1. num.1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Montan. *de tutel.cap.39.num.*175. Petr.Gregor. *syntagm. iuris lib.*13. *cap.*10. *num.*14. *versic.diuisa tamen*,

3 vbi quòd tutor vnius prouinciæ non tenetur de facto alterius. Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, num.*13.

SVMMARIVM.

1 *ad Tutorem spectat periculum casus fortuiti, si culpa præcedat casum, non aliàs, &* num.2.

3 *Minoribus casu fortuito læsis, non conceditur restitutio in integrum, secus si culpa tutoris casus ipse fortuitus præcesserit.*

L. Si res pupillares. III.

Impp. PHILIPPVS A. *&* PHILIPPVS C. *Gratiano.*

1 PEriculum casus fortuitu spectat ad tutorem, si culpa præcedat casum, non aliàs. Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.1.num.1.suprà, hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr.Gregor. *syntagm.iuris libro* 13. *cap.*10. *num.*9. *in fin.*Cardos.*in praxi iudic.& Aduoc.verb.tutela, n.*13.

3 *in fine.* Et per hunc text. tenet Galganet. *de tutelis, libro* 2.*tit.*25.*num.*22.quòd licèt minoribus casu fortuito læsis non concedatur in integrum restitutio, tamen secus erit si culpa tutoris casus ipse fortuitus præcesserit,& citat Surd.*consi.*12.*num.*58.*& decis.*87. *in princ.*

L. Tutoribus. IV.

Iidem A. & C. Floro.

1 TVtor, seu curator non tenetur de casu fortuito. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1. num.1.supr.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr.Gregor.*syntagm.iuris libro* 13.*cap.*10.*numero* 9. *vers.ceterùm*, vbi exemplificat, putà si incursu latronum res perierit, Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, num.*13.*in princip.* Paul.Comitol. *respons. moral. lib.*3.*quæst.*19.*num.*7.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia non adscribitur ignoranti, nec periculum temporis ignoti.*

2 *Scientia quòd quis datus sit tutor qualitercunque non autem liquidis probationibus probanda est.*

3 *Notitiam præsumi eorum, quæ publicè facta, & notoria, vel de quibus in loco publica vox, & fama.*

4 *Scire quilibet præsumitur quod ad eius domum, inhabitat, est denuntiatum.*

5 *Præsumptio iuris probatio liquidissima.*

L. Si tutor petitus. V.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Seuero.*

NEgligentia non adscribitur ignoranti, nec periculum temporis ignoti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.suprà, hoc tit.* 1

Liquidis probationibus,&c.] Aduertit Galganet. *de tutel.lib.*2.*tit.*30.*num.*2. quòd *in l.quidam*, §.*fin.ff. de administr. tut.* probatur scientiam quòd quis sit datus tutor qualitercunque, non autem liquidis probationibus probandam, in quo videtur contradicere textui *in præsenti*; sed bene respondet quòd hîc loquitur quoad tutorem, qui dicit periculum tutelæ ad se non pertinuisse, sed quia præsumptio est contra eum quòd sciuerit, quia fuit ei significatum, vel quia erat hoc notorium in loco, vbi erat tutor, necesse ideo habet tutor ad excludendam præsumptionem scientiæ probare liquidis probationibus eius ignorantiam. 2

In gloss. *Ostenderis, fin.* ibi, *vel publicè sciebatur*, &c. Notatur ad hoc quòd præsumitur notitia eorum, quæ publicè facta sunt, & sunt notoria, vel de quibus est in loco publica vox & fama, vt per Grammat. *decis.*36. *numero* 16. Socin. *regul.*176.*fallent.*2. Paris. *consil.*72.*num.*26.*lib.*2. Roland.*cons.*54.*num.*3. *libro* 1. Cephal.*cons.*147.*num.*6. Viui.*tom.*1.*commun. opin.lib.*4.*tit.de probat.num.*297.*pag.*508. Menoch. *remed.*16.*recuper.numero* 34.*& de præsumpt. libro* 6. *præsumpt.*23.*num.*68.*cum seqq.* Anton.Gom.*commun. tit.de regulis iuris conclus.*5.*numero* 18.*cum sequentib.* Mascard. *de probat. conclus.*637.*n.*24.*& conclus.*879. *num.*16.*& conclus.*1100.aliàs 1105.*num.*2.*&* 14. *& concl.*1231. aliàs 1237. *n.*1. *& concl.*1192. aliàs 1197. *num.*11.Sebast.Medices *de casib.fortuitis,p.*1.*q.*3.*n.*4. *versic. si erat publicè notum, & num.*10. *versic. octauo*, Sfort. Odd. *de in integrum restitut. part.*1. *quæst.*8. *num.*67. D.Barbos. *in l.*2.*in princip.part.*1. *num.*75.*ff. soluto matrim.* Farinac.*fragment.crimin.part.*2. *litt. l, num.*104. 3

In eadem gloss. ibi, *& ad domum tuam fuerat denuntiatum*, &c. Notatur ad hoc quòd quilibet scire præsumitur quòd ad eius domum, quam inhabitat, est denuntiatum, vt per Tiraquel. *de retractu lig.*9. *gloss.*2. *n.*40. 4

In eadem gloss. ibi, *quia probationes legum liquidissimæ sunt*, &c. Notatur ad hoc quòd iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio, vt per Ias. *in leg. licet Imperator, num.*8. *ff. de legat.*1. Felin. *in rubr. de probat. num.*2. Afflict. *decis.*13. *numero* 24. Corras. *in leg.admonendi, part.*3.*n.*24. Alciat.*de præsumpt.part.*5. *in princip.num.*4. Tiraquell. *in leg.si vnquam, verbo donatione largitus, num.*158.*ff.de reuocan. donat.* Couarr. *libro* 3. *variarum cap.*6. *num.*1. Menoch. *remed.*14.*recuper. n.*400. *& de præsumpt. libro* 1. *præsumpt.*36. *n.*3.*&* 8.*& præsumpt.*47.*n.*3. Mascard. *de probat. conclus.*1221. *n.*11. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell.* §.7. *proœm. num.*141. D.Barbos. *in prælud. l.si mora* 10. *num.*33.*in fine, ff. solut. matrim.* 5

SVM

SVMMARIVM.

1 *Tutelâ finitâ finitur periculum administrationis. intellige, vt* num. 2. *nisi fortè finitâ tutelâ tutor in eadem administratione perseuerâris*, numero 3.

L. Temporis. VI. & vlt.

Iidem AA. *&* CC. *Epicteto.*

1 TVtela finita finitur periculum administrationis.
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1.*
supr. hoc tit.
2 Intellige si tutor admonnetit minorem vt petat
sibi curatorem, secundùm Gutiet. *de tutel. part. 1.*
cap. 16. num. 142. in tantum quòd si tutela finita quid
interim ex rebus minoris vsque ad 25. annum perie-
rit, damno & periculo tutoris pereat, nisi puberem
admonuerit, vt petat sibi curatorem, *l. ita tamen, §. si*
tutor. ff. de admin. tut. l. à tutoribus, §. 1. & l. tutores qui
post, ff. de eod. tit. quæ iura in id citat Gutiet. *d. cap. 16.*
numer. 147. Vnde si post finitam tutelam damnum
acciderit, ad eos, qui fuerunt tutores, gerendæ rei non
pertinet periculum, vt per Galganet. *eod. tract. de tu-*
tel. libr. 2. titul. 25. numer. 27. vbi addit, nisi fortè fini-
3 ta tutela tutor in eadem administratione perseuera-
uerit, per *l. tutor. 11. Cod. arbitr. tutelæ*, subditque si ea,
quæ post finitam tutelam tutor gessit cum his, quæ
in tutela gesta sunt, non sint connexa, neque cohæ-
reant, de his non tutelæ actione, sed negotiorum ge-
storum teneri.

Quando ex facto tutoris, vel curatoris minoris agere, vel conueniri possunt.

TIT. XXXIX.

EX facto tutoris, vel curatoris minor agere non potest, exceptis certis casibus, I. Si tutor, vel curator prædia minoris locauit, *l. 4.* II. Si pecuniam minoris credidit, licèt non minori, sed sibi reddi stipulatus sit, *l. 2.* Ex facto tutoris, vel curatoris minor conueniri nequit, nisi I. pecunia, quam tutor, vel curator nomine minoris mutuam sumpsit, in rem minoris versa, sit *l. 3.* II. is, qui tutorio, vel curatorio nomine condemnatus est, officium deposuerit, *l. 1.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Gutier. *de tut. part. 2. cap. 23.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 23. c. 10. n. 36. cum seqq.* Arim. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 486.* Galganet. *de tut. lib. 1. tit. 1. n. 22. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra tutorem, vel curatorem, finito officio non mandatur executioni in eos, sed in dominum principalem, &* num. 2.
3 *Tutor & curator non tenentur finito officio ex contractu super re pupilli facto.*
4 *In bonis Tutoris non fit executio quando fuit condemnatus pro pupillo tutorio nomine, sed fit in bonis pupilli. Limita vt* num. 5. & 6.

L. Iuliana. I.

Imp. IVSTINIAN. A. *Septimio.*

SEntentia lata contra tutorem, vel curatorem fini- 1
to officio non mandatur executioni in eos, sed in
dominum principalem. Colligunt ex Ordin. Cyn.
Bart. Salicet. Angel. Fulg. Bald. Castr. Butrig. Aloys.
Leo *super 5. fol. 67.* verso, Sebast. Næui. remissiuè Ca-
sal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*
Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. Hisp. 17. tit. 16. part. 6.* ibi, *e si sententia fuesse*
dada sobre tales pleitos contra el guardador non deuen
fazer entregua porende en los sus bienes, mas en los del
moço, que touiesse en guarda. Boër. *decis. 273. num. 5. vers.*
sed secus, vbi per hunc text. tenet quòd tutor & cu-
rator finito officio non tenentur ex contractu super
re pupilli facto, Marant. *de ordine iudic. part. 6. actu 5.*
de exequtione sententiæ numer. 38. pag. mihi 443. vbi 3
quòd in bonis tutoris non fit executio quando fuit
condemnatus pro pupillo, tutorio nomine, sed fit in
bonis pupilli; quòd limitat non procedere quando 4
executio fieret pro condemnatione expensarum,
Duen. *reg. 275. num. 8.* Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 4.*
num. 12. vbi quòd sententia lata contra tutorem, vel 5
curatorem non debet exequi in eius bonis, sed in bo-
nis ipsius minoris, & *numer. 13.* limitat quando exe-
quutio fieret pro condemnatione expensarum si tu-
tor non habuit iustam causam litigandi, & propterea
fuit condemnatus in expensis; quia tunc executio fit 6
contra eum, & non contra pupillum. idem Gutier *d.*
part. 2. c. 13. c. 23. n. 1. vbi quòd non debet fieri in bonis
tutoris, vel curatoris exequutio pro debitis minorum,
si res eorum non teneant. Galganet. *in simili tract. lib.*
3. quæst. 40. n. 1.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris stipulatio super re pupilli, pupillo quæritur vtilis actio.*
2 *Pecunia non præsumitur soluentis quando quis vt administrator, vel tutor emeret aliquid simpliciter pro vniuersitate, vel pupillo. Quid si tutor, vel curator plures possessiones ex pecunia minoris emerit, & minor pro parte eas velit, & pro parte suam pecuniam cum vsuris*, n. 3.
3 *Empta ex pecunia furiosi, vel prodigi, cui bonis interdictum, vel alterius, qui sub cura est, efficiuntur furiosi, vel prodigi, si eam velit vendicare.*
5 *Pupillus si in subsidium ageret rei vendicatione, extraneo non existente soluendo, tunc pupillo competit remedium reale, ne aliàs iacturam patiatur, & damnum.*

L. Et si tutores. II.

Imp. ALEXANDER A. *Sorarcho.*

EX stipulatione tutoria super re pupilli, pupillo 1
quæritur vtilis actio. Colligunt ex Ordin. Do-
ctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*
Cùm pecuniam pupillarem crederent, &c.] Nota- 2
tur ad hoc quòd pecunia non præsumitur soluentis
quando quis vt administrator, vel tutor emeret ali-
quid simpliciter pro vniuersitate, vel pupillo, quia

præsumitur emisse de pecunia vniuersitatis, vel pupilli, vt per Fab. de Monte *in tract. de empt. & vendit. quæst. vlt. num. 2.* Menoch. *cons. 80. num. 2. vers. quinimo*, Mascard. *de probat. concl. 1159.* aliàs 1164. *num. 9.* & alios per me citatos *in collect. ad l. si vt proponis. C. de rei vend.* Si verò tutor, vel curator plures possessiones ex pecunia minoris emerit, & minor pro parte eas velit, & pro parte suam pecuniam cum vsuris, tunc enim non erit audiendus nisi omnes possessiones capiat, Baëç. *de decima tut. capit. 18. numero 24.* Escobar *de ratiocin. cap. 14. numer. 34. vers. quòd si plures*, Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. quæst. 10. num. 6.* Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 1. numer. 84.* Sic etiam si per tutorem, vel curatorem cum pecunia pupilli, vel minoris ematur res feudalis, tunc ea minoris non efficitur, quia assensus est stricti iuris, & non extenditur de persona in personam, ac agitur de domini interesse, ita Pereira *in addit. ad Grammat. decis. 103. numero 14.* sic quoque si res ematur ex pretio rei minoris, seu pupilli, tunc res empta non efficitur minoris, nec eam vendicare poterit, sed emptori quæritur: nam multum differri aliquid esse emptum ex pecunia pupilli, vel ex pecunia redacta ex venditione rerum pupilli, Paris. *cons. 80 num. 10. lib. 8.* Menoch. *cons. 213. num. 66.* Surd. *decis. 15. num. 6.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de empt. resol. 1. vers. secundò declaratur sub num. 6.*

4 In gloss. *Vtilis actio* ibi, *& furioso, & prodigo*, &c. Notatur ad hoc quòd res empta ex pecunia furiosi, vel prodigi, cui bonis interdictum est, vel alterius, qui sub cura sit, efficitur furiosi, vel prodigi si eam velit vendicare, vt per Euard. *in locis legal. in loco de minor. ad furios. prodig. mentecapt. 70. num. 4. versic. quartò ex isto sequitur*, Anton. Gom. *l. 53. Tauri num. 36. vers. secundus casus*, Gutier. *de tutel. part. 3. cap. 1. num. 83.* Alexand. Trentacinq. *d. resol. 1. num. 6. vers. in secunda, in fine.*

5 In ead. glos. ibi, *in addit.* ibi, *nisi in subsidium*, &c. Notatur ad hoc quòd si in subsidium pupillis ageret rei vendicatione, extraneo emptore non existente soluendo; tunc pupillo competit remedium reale, ne aliàs iacturam & damnum patiatur, vt per Alexand. Trentacinq. *d. resol. 1. numer. 6. vers. declaratur hæc conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Pecunia mutuò sumpta per tutorem si in vtilitatem pupilli est conuersa, in pupillum competit actio*, & num. 2. *cui autem incumbat probatio, creditorine, mutuum fuisse versum in vtilitatem minoris, vel minori non versionem in eius vtilitatem*, num. 3. & 4.

L. Si in rem. III.

Imp. GORDIAN. A. *Prudentiano.*

1 SI pecunia mutuò sumpta per tutorem in vtilitatem pupilli est conuersa, in pupillum competit actio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 3. tit. 1. part. 5.* Gregor. Lop. *l. 59. vel que no euvrara tit. 18. part. 3.* Bobadil. *in sua politica lib. 3. cap. 8. num. 87.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 300. num. 11. vers. minor*, Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 21. num. 11.* Mascard. *de probat. concl. 1167. num. 1. cum seqq.* Sfort. Odd. *de in integ. restitut. part. 2. quæst. 51. art. 4. cum duobus seqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 8. tit. 6. n. 3. cum seq.*

Quæstio tamen inter Doctores est admodum controuersa, cui scilicet incumbat onus probandi, an creditori, mutuum fuisse versum in vtilitatem minoris, vel minori non versionem in eius vtilitatem? 3
Et quòd in mutuò fœneratio creditor teneatur probare versionem, in mutuo verò gratuito quod minor non versionem in eius vtilitatem, tenent Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. num. 2. vers. quartò infertur*, Sfort. Odd. *d. part. 2. quæst. 51. art. 5. à numer. 46. vsque ad num. 54.* vbi hanc dicit magis communem opinionem, Mascard. *d. concl. 1167. num. 5. cum seqq.* Cardin. Mantic. *d. lib. 8. tit. 6. numer. 6. cum seqq.* Molin. *d. disp. 300. vers. quòd si is*, Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 8. de contractu mutui, & vsura quæst. 1. sect. 3. numero 22.*

Nihilominus tamen contrarium opinionem, immo quòd in mutuo siue fœneratio, siue gratuito, teneatur creditor probare versum fuisse mutuum in vtilitatem minoris, meritò sustinent Mathesil. *sing. 58. incip. Nota vnum casum quotidianum*, Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 2. tract. de restitut. art. 1. gloss. 1. num. 11.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 3. cap. 1. numero 32. & 33.* Menchaq. *controuers. vsufreq. libr. 3. cap. 66. per tot.* & præcipuè *numer. 6. vers. quod dicendum*, vbi asserit hanc esse longè veriorem, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facultate numer. 30. C. de in integ. restitut. minor.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de minorib. resol. 6. num. 5. vers. contrariam opinionem*, & videtur de iure Regio Hisp. tenenda ex *l. 3. tit. 1. part. 5.* vbi Greg. Lop. *gloss. 2. in vers. extende etiam, & in versic. tamen secundum hanc legem.* 4

SVMMARIVM.

1 *Tutor si finito officio perseuerat in administratione, ipse tenetur, & ex eius contractu vtilis actio domino quæritur. Si post pubertatem in administratione perseuerauerit, tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur: secus si post administrationem eisdem rebus se minimè immiscuerit*, num. 3. *Caueat tutor post finitam tutelam curatorem dari minoris, vt non teneatur*, num. 4.

L. Si ij, qui. IV.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. *Maximiano.*

SI finito officio tutor perseuerat in administratione, ipse tenetur, & ex eius contractu vtilis actio domino quæritur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

Aduertit Gutier. *de tutel. & curis part. 2. cap. 19. num. 12. per l. tutor post pubertatem 11. C. arbit. tutelæ*, quòd si tutor post pubertatem in administratione perseuerauerit, tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur: si autem post finitam administrationem in eisdem rebus minimè se immiscuerit, temporis quod insequitur periculum ad eum non pertinet, & *n. 16.* caueat, inquit, tutor ad hoc vt non teneatur post finitam tutelam, quòd petat minori curatorem dari: nam si quid interim perierit, tenetur, *l. ita autem, §. si tutor. ff. de admin. tutor.* 2

Si

Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel vnus agere pro minore, vel conueniri possint.

TIT. XL.

VNus ex pluribus tutoribus, vel curatoribus litem mouet, aut suscipit, vel quia litigare alij nolunt, *leg.* 1. vel quia non possunt, quia tutelæ diuisio eos ab hac actione excludit, puta quia sunt tutores rerum in alia prouincia constitutarum, *lege* 2. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesem. Et pluribus tutoribus constitutis quomodo singuli teneantur, Gutier. *de tutel. & curis part.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Galganet. *in simili tract. lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex tutoribus potest causam defendere aliis negligentibus*, & num. 2.
3 *Tutorum quilibet officium habet in solidum, si omnes tutores velint agere, vel conueniri, possunt, & debent admitti*, num. 4.
5 *Vnus tutor ex pluribus non potest alteri administrationem adhibere in solidum ipso nolente, vel non valente administrare. Quid si plures tutores fuerint in testamento relicti, cum clausu. quòd simul & coniunctim, &c. vno mortuo tutela expirauerit quoad omnes*, num. 6.

L. Ab vno. I.

Imp. ANTON. A. *Cassio militi.*

1 VNus ex tutoribus potest causam defendere aliis negligentibus, quia eorum quilibet habet officium in solidum. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 17. *tit.* 16. *part.* 6. ibi, *E si fueren los guardadores dos o mas cada vno dellos puede esto fazer, maguer el otro non estuuiesse presente*, vbi Greg. Lop. *gloss.* 2. *verbo cada vno dellos*, Kirchou. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 27. *de auctorit. præstan. n.* 6. *pag.* 766. Iacob. Cancer. *variar. resol. p.* 1. *tit.* 7. *de tutorib. n.* 26. *in*
3 *princ.* vbi quòd quilibet tutorum officium in solidum habet, idem dicit Rota *decis.* 211. *num.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recentior.* Gutier. *de tutel. p.* 1. *c.* 15. *à n.* 1. *& part.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. *in fine.* Galganet. *eod. tract. lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 16.

4 In gloss. *Noluerint, fin.* ibi, *sed si omnes vellent agere, vel conueniri, possunt*, &c. Notatur ad hoc quòd si omnes tutores velint agere, vel conueniri, possunt, & debent admitti, vt per Greg. Lop. *in d. l.* 17. *gloss.* 2. *verbo cada vno dellos*, vbi cum Salicet. *in præsenti* tenet quòd si agant omnes, admittuntur vno & eodem libello, non diuersis, quia omnium interest ratione officij, & communis periculi; si verò conueniantur, distinguit, aut pupillus est conuentus, & si omnes volunt defensionem suscipere possunt. *leg.* 1. *§. sufficit, ff. de admin. tutor.* aut pupillus non conuenitur, sed tutor nomine pupilli, & tunc illo inuito alij non possunt defensionem suscipere, possunt tamen assistere causæ, ne colludatur. Vnde per hunc text. & gloss. tenet Rota *dec.* 671. *num.* 1. apud Farin. *part.* 2. *recentissim.* quòd vnus tutor ex pluribus non potest alteri administrationem in solidum inhibere ipso nolente, vel non valente administrare, & *numero* 5. *&* 6. quòd si fuerint plures tutores in testamento relicti cum clausu. quòd simul, & coniunctim, &c. vno mortuo an quoad omnes tutela expirauerit.

SVMMARIVM.

1 *Administratio quando est diuisa à testatore, vel iudice, non debet vnus conueniri pro rebus ad administrationem alterius spectantibus*, & numero 2.
3 *diuisa Tutelâ vel curâ siue à Præside, siue ex voluntate testatoris, periculum tutelæ, seu curæ non pertinet ad contutores contutorum malè gerentium, sed pro parte sua quilibet conuenitur.*

L. Si diuisum. II. & vlt.

Impp. CONSTANTIN. A. *&* LICINIVS C. *ad Symmachum.*

QVando administratio est diuisa à testatore, vel à iudice, non debet vnus pro rebus ad administrationem alterius spectantibus conueniri. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc titul.* 1

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 11.

3 Hinc diuisa tutela, vel cura siue à Præside, siue à testatoris voluntate periculum tutelæ, seu curæ non pertinet ad contutores contutorum malè gerentium, sed pro parte sua quilibet conuenitur, vt tenet Petr. Greg. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 10. *n.* 11. *vers. nam diuisa*, idem tradit Gutier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. & vide posita *in collect. ad l.* 2. *Cod. de diuid. tutel.*

Ne tutor, vel curator vectigalia (publica) conducat.

TIT. XLI.

AB hoc titulo explicare incipit ea, quæ tutoriæ, & curatoriæ administrationi sunt contraria: quorum primum est publicorum vectigalium conductio; nemo enim simul potest tutelam, vel curam administrare, & vectigalia conducere, vt aut minoris fauor obsit fisco, aut fisci fauor noceat minori. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Bertachin. *de gabell. part.* 3. *numero* 7. Girond. *eod. tract. part.* 3. *numer.* 16. *cum seq.* Gutier. *de tutel. & curis part.* 1. *cap.* 20. *numer.* 16. *& seq. & de gabellis quæst.* 182. *n.* 31.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator prohibetur conducere vectigalia tutela non finita, vel ratione non reddita, sub pœna falsi, quam euitat si sponte satisfecerit vtrique; ante tutelam verò conducens excusatur à periculo,* & num. 2.

3 *Tutores, seu curatores, qui conductores erant Regiarum gabellarum ante curam, & tutelam susceptam, possunt conductionem prosequi, & non prohibetur eà vti.*

L. Competens iudex. Vnic.

Imp. ANTONIN. A. *Sexto.*

1 TVtor, vel curator prohibetur vectigalia conducere tutela non finita, vel ratione non reddita sub pœna falsi; quam euitat si sponte satisfecerit vtrique; ante tutelam verò conducens excusatur à periculo. Colligunt ex Ord. Cyn. & Bar. Salic. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hinc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. 11. ff. 14. tit. 6. p. 6.* ibi, *Otro sy no podria ser guardador de huerfanos, tal que fuesse obligado al Rey por razon que ouiesse tenido, o tuuiesse sus cilleros, o sus heredades, o otras rentas, de que le ouiesse a dar cuenta.* & *ibi* Greg. Lop. *gloss. 7. verbo obligado al Rey.* Bertachin. *de gabellis p. 3. n. 7.* Gironda *in simili tract. p. 3. num. 16.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 12. cap. 3. n. 13. vers. ad hoc caput,* vbi quòd non licet tutori, vel curatori pendente administratione tutelæ vectigalia publica conducere, Azeued. *l. 6. n. 14. tit. 20. lib. 9. noua Recop.* latè Paul. Montan. *de tutel. cap. 31. effectu 3.* Gasp. Baëç. *de decima tut. cap. 2. n. 119.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 20. n. 17. & 19. prope fin. & tract. de gabell. q. 132. n. 31.*

3 *Postea tutorem,* &c.] Notatur ad hoc quòd tutores, seu curatores, qui conductores erant Regiarum gabellarum ante curam, & tutelam susceptam, possunt conductionem prosequi, & non prohibentur ea vti, vt per Girond. *d. part. 3. n. 16.* Gutier. *d. tract. de tutel. p. 1. c. 20. n. 18.*

De tutore, vel curatore, qui satis non dedit.

TIT. XLII.

SATISDATIO quoque non præstita obstat tutori, quominus gerere possit, *l. 1. & l. 3. in princip. & l. vlt. in princip.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVelemb. De materia tit. vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. cap. 3. numero 10. & seq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 223. à princip.* Henric. Bocer. *in disputat. de vniuerso iure classi 1. disputat. 14. num. 129.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 5. per tot.* Camill. Borell. *in sum. decis. part. 3. tit. 14. de fideiussor. num. 224. cum seqq.* Iacob. Cancer. *var. resol. part. 1. c. 7. de tutorib. num. 38. cum seqq.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 472. cap. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator, qui non satis dedit cùm debet, administrare prohibetur, & ad satisdandum compellitur.*

2 *Tutores satisdare debent rem pupilli saluam fore.*

3 *Ætatis legitimæ appellatione venit ætas naturalis & vera, id est, 25. annorum, non ficta, quæ beneficio Principis est, id est, dispensata.*

4 *Tutor testamentarius siue confirmatus à iudice, siue non, nunquam debet satisdare. idem est de curatoribus datis in testamento,* num. 5. *à fortiori idem dicendum de matre tutrice relicta per patrem pupilli in testamento,* num. 6. *nisi is tutor testamentarius sit persona malæ famæ, & incognita testatori,* num. 7.

8 *omnes Tutores satisdant præter testamentarios. à tali satisdatione non eximi matrem & auiam,* num. 9.

10 *omnem Tutorem datiuum teneri satisdare. etiam legitimum,* num. 11.

12 *Patronus, & pater tutor legitimus an teneatur satisdare.*

L. Si nondum vobis. I.

Impp. VALERIAN. & GALLIEN. A A. *Titio & Flauio.*

TVtor, vel curator, qui non satisdedit cùm debet, 1
administrare prohibetur, & ad satisdandum compellitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Fulg. Angel. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol. 68.* Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Notatur ad hoc quòd tutores satisdare debent 2
rem pupilli saluam fore, de quo vide Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæst. 7. n. 21. cum seqq.* Caualcan. *eod. tract. num. 23.* Roland. à Valle *cons. 48. num. 16. vol. 1.* Vincent. Manzin. *in tractat. de tutela 3. quæst. princ. num. 3. & quæst. 14. princ. num. 1.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 32. reg. 7. num. 1. & 2.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis. 63. num. 1.* Hieron. Treutler. *select. disputat. part. 1. disp. 16. thesi 5.* Camill. Borrell. *in summa decis. part. 3. tit. 13. num. 244.* Spin. *in speculo testam. gloss. 29. princ. num. 33.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 223. n. 1. & 4.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 12. à num. 10.* Henriq. Bocer. *in disp. de vniuerso iure classi 1. disp. 14. n. 129.*

Ætas legitima.] Cuius appellatione venit ætas 3
naturalis & vera, idest, vigintiquinque annorum, non verò ficta, quæ beneficio Principis est, idest, dispensata, vt per Rebuff. *ad l. 130. vers. legitima ætas, ff. de verbor. signif.* Menoch. *cons. 266. num. 31.* Roland. à Valle *cons. 10. n. 35. lib. 2.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 8. litt. V. concl. 91. num. 6.* quos & alios refero *de appellat. verborum vtriusque iuris signif. appellat. 10. num. 1.*

In gloss. *Idoneos.* ibi, *& nota testamentarium tuto-* 4
rem non satisdare, &c. Notatur ad hoc quòd tutor testamentarius siue confirmatus à iudice, siue non, nunquam satisdare debet, quia fides eius, & diligentia ab ipso testatore approbata est, vt per Petr. Greg. *syntagm. iur. lib. 12. c. 3. num. 10.* Surd. *decis. 91. num. 1. in princ.* Arimin. Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 482. c. 12. vers. tutor non administrat.* Mansuet. *in pract. tit. de tutore, & curat. num. 2.* Anton. Piag. *d. quæst. 7. n. 25.* Iacob. Mandel. *cons. 21. num. 6. in fine, lib. 1.* Capyc.

decis.50.sub num.3.vers.tertiò, Ludou. Schrad. *de feudis part.10.sect.20.numer.*288. Vincent. Manzin. *d. quæst.3.tertiæ quæst.princ.sub num.*8. Camill. Borell. *d. part.3.tit.13. num.*247. Cald. Pereira *in l.curatorem, verbo sine curatore, num.*117.*C.de in integr. restit. min.* Gutier. *d.tract. de tutel.part.1.cap.5. num.*1. vbi *nu-*
5 *mero* 2. idèm dicit de curatoribus in testamento da-
6 tis, & *num.*3. à fortiori idem dicendum asserit in matre tutrice relicta per patrem pupilli in testamento,
7 & *num.*4. limitat nisi is tutor testamentarius sit persona malæ famæ, & incognita testatori. Molin. *de Iust. tract.2.disp.*223.*n.*2.

8 In ead. glos. ibi, *sed hodie*, &c. Notatur ad hoc quòd omnes tutores satisdant præter testamentarios, vt per Anton. Quesada *diuers.quæst. iuris cap.3. vers.ego existimo, & cap.11.num.3.* Galgan. *de tutel.lib. 3.quæst.23.num.*4. Iacob. Cancer. *var. resolut.part.1. cap.7. de tutorib. num.*38. *vers. hodie*, vt subdit à tali
9 satisdatione matrem, & auiam non eximi, de quo
10 etiam Galganet. *de tutel.lib.3.quæst.*21. Vnde omnem tutorem datiuum teneri satisdare tradunt Anton. Piag. *de tutor. & curat.quæst.7.num.*27. Spin. *d.gloss. 29. numer.*34. Baeç. *de decima tut. cap.2. numer.*77. Molin. *d.disput.223. num.*4. Gutier. *d.part.1.cap.12.*
11 *num.*26. Surd. *d.decis.91.num.*1. & etiam legitimum, Galganet. *d.lib.3.quæst.*20. vbi tamen *quæst.*22. disputat an patronus, & pater tutor legitimus teneatur satisdare?

SVMMARIVM.

1 *Tutor non satisdans inopia remouetur à tutela sine infamiæ nota, secus si fraude, & in bonis defuncti idoneus debet subrogari, qui à defuncti heredibus teneatur rationem exigere*, & num.2.

3 *ad Officium aliquod exercendum admitti volens, pro quo cautio necessariò est præstanda, si eam præstare nequit, excluditur ab exercitio illius officij, nec sufficit iuratoria cautio.*

3 *Tutores subrogati in locum defuncti exigunt rationem tutelæ ab heredibus defuncti.*

L. Eum tutorem. II.

Iidem AA. & VALERIAN. C. *Emploio.*

1 TVtor non satisdans inopia remouetur à tutela sine infamiæ nota, secus si fraude, & in locum defuncti idoneus debet subrogari, qui à defuncti hæredibus teneatur rationem exigere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Arimin. Tepat. *var.sentent. tom.2.tit.480.cap.4. vers.tutor non satisdans, & tit.483.cap.13. vers.in locum defuncti.*

3 *Si inopia hoc faciat*, &c.] Aduerte quòd, qui vult admitti ad aliquod officium exercendum, pro quo exercendo necessariò ex dispositione legis cautio præstanda est, si eam præstare non potest, excludetur ab exercitio illius officij, nec sufficiet iuratoria cautio, vt per Roland. *cons.43. num.47.lib.2.* D. Barbos. *in l.diuortio, §.interdum num.28. vers. non obstat, ff.soluto matrim.* vbi ait textum hunc procedere specialiter in casu.

4 *Et in locum defunctorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd tutores subrogati in locum defuncti exigunt rationem tutelæ ab hæredibus defuncti, vt per Iacob. Cancer. *var. resolut. tom.1.cap.7.de tutorib.n.*37.

SVMMARIVM.

1 *Gesta à tutore, qui non satisdedit, in minoris præiudicium, ipso iure nulla sunt*, & num.2.

3 *Tutores, & curatores, qui satisdare tenentur, si antequam satisdent, aliquid alienent, vel contractum faciant, aut sententia in causa minoris contra eos detur, omnia sunt ipso iure nulla.*

4 *Tutor antequam satisdederit rem pupilli saluam fore, non potest administrare, nec tutelam gerere, nisi iudicio expertus sententiam reportauerit pro pupillo. posse tutorem administrationem gerere satisdatione non præstita ex consuetudine Curiarum patriæ Delphinalis, quæ seruatur, & toleratur*, num.5.

6 *Tutor ante præstitam satisdationem potest non procuratorem, nec actorem in iudico facere, nec comparere per seipsum: neque administrare, nisi tempore peritura*, num.7. *vel nisi fortè patrimonium pupilli sit modicum*, num.8.

L. In dubium. III.

Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. *Stratonicæ.*

GEsta à tutore, qui non satisdedit, sunt ipso iure 1
nulla in præiudicium minoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.suprà, hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Afflict. *decis.265.in fine*, Anton. Capyc. *decis.50.n.3. & decis.87. sub numero* 1. Cornazan. *Lucensi decis. 133.vers.quintum est.* Iacob. Mandel. *cons.21.n.6.vol. 1.* Caualcan. *de tutor.& curat.n.23.* Vincent. Caroc. *in casu, seu decis.129. numer.13.* Anton. Hering. *de fideiuss.cap.5.numer.216.* Paul. Montan. *de tutel.cap.32. reg.7.numer.11.* Camill. Borel. *in sum.decis.part.3.tit. 13.numer.245.& seq.* qui tradunt quòd debent tutores & curatores docere de solemnibus tutelæ, in quibus est ipsa satisdatio, quibus omissis iudicium est nullum. Molin. *de iustit.tract.3.disp.223.num.4.prope fin.* vbi per hunc text. tradit quòd tutores, & cura- 3
tores, qui satisdare tenentur, si antequam satisdent, aliquid alienent, vel contractum faciant, aut sententia in causa minoris contra eos detur, omnia ipso iure sunt nulla. Tiraq. *de iure mariti glos.8.n.69.* vbi quòd tutor antequam satisdederit rem pupilli sal- 4
uam fore, non potest administrare, nec gerere tutelam, neque in iudicio, neque extra iudicium, nisi iudicio expertus sententiam pro pupillo reportauerit, quia tunc valet quod ab eo gestum est, ex glos. *verbo non potuit in l. tutor, C. in quibus causis in integ. restit.non est neces.* Petr. Gregor. *syntagm.iuris lib.12. c.3. n.*12. vbi ex Guid. Papæ tradit posse gerere tuto- 5
rem administrationem satisdatione non præstita ex consuetudine curiarum patriæ Delphinalis, quæ seruatur, & toleratur. Gutier. *de tutel.p.1.c.12. n.*15. vbi post Vant. *de nullit. tit. de nullit. sentent.ex defectu in-* 6
*hab.seu mandat. comp.n.*128. tenet quòd ante præstitam satisdationem tutor neque procuratorem, neque actorem in iudicio facere, nec per seipsum comparere potest, si compareat, processus reddetur nullus; item neque administrare, nisi tempore peritura, te- 7
nent Anton. Piag. *de tut.& curat.q.7. 23.& 24.* Gutier. *vbi supra*; vel nisi fortè patrimonium pupilli sit 8
modicum, Gasp. Baeç. *de decima tutor.cap.2.n.*72. aut vtilia faciat, vt *in l.vlt.inf.hoc eod.tit.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *de pluribus Tutoribus, quorum nullus satisdare tenetur, si vnus satisdet, ille in administratione præfertur.*

2 *Tutor ex inquisitione datus non tenetur satisdare, & num.4. intellige, vt num.3.*

5 *si duo Tutores, aut plures dentur in testamento, & vnus sit soluendo, alter non, si ille qui est soluendo, timeat ne damnum patiatur à suo contutore, qui soluendo non est, habet à iure hoc remedium, vt det electionem suo contutori vt ei satisdationem præstet de indemnitate pupilli, & ipse solus administret, aut si nolit, offerat ei dictam satisdationem, & ipse administrabit solus.*

L. Non omnium. IV.

Iidem AA. & CC. *Tertullo.*

1 DE pluribus tutoribus, quorum nullus satisdare tenetur, si vnus satisdet, ille in administratione præfertur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1. suprà hoc tit.*

2 Notare solet ad hoc quòd tutor ex inquisitione datus satisdare non tenetur, vt per Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.7. numer.27.* Vincent. Manzin. *in tract. de tutel.3. quæst. princ. sub num.8.* Paul. Montan. *in simili tract. cap.32. reg.7. numer.98.* Camill. Borrel. *in sum. decis. part.3. tit.13. de fideiussorib. à numer.249.*

3 Intellige tamen tunc non teneri ad satisdationem tutores, & curatores datos ex inquisitione, quando dati essent à maioribus iudicibus, puta à Præfecto vrbis, vel Prætore, vel in prouinciis à Præside, non autem à minoribus, puta à defensoribus ciuitatum, Vincent. Manzin. *d.n.8. vers. limitatur secundò,* Anton. Piag. *d. tract.7. sub n.27. vers. declaratur tamen,* Camill. Borrell. *d. tit.13. n.252.*

4 Vide Surd. *decis.91. num.3.* vbi ex hoc text. probari ait non eandem esse omnium tutorum causam, quia datus ex inquisitione à Præside non satisdat, exemplo testamentarij, qui nec ipse fideiussione oneratur; & Iacob. Cancer. *var. resol. part.1. cap.7. de*
5 *tutorib. numer.41.* ex hoc text. colligit quòd si in testamento sint dati duo tutores, aut plures, & vnus sit soluendo, & alter non, & ille, qui est soluendo timeat ne damnum patiatur à suo contutore, qui soluendo non est, habet à iure hoc remedium vt det electionem suo contutori, vt ei satisdationem præstet de indemnitate pupilli, & ipse solus administret, aut si nolit offerat ei dictam satisdationem, & ipse solus administrabit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor antequam satisdet, non exercet officium, nisi circa tempore peritura, vel ea, quæ neglecta non possunt afferre praeiudicium.*

2 *Tutor antequam satisdet, potest administrare tempore peritura. potest vtilia facere,* num.3.

4 *Tutor, vel curator potest ante decretum administrationem, & confectionem inuentarij, gerere ea, quæ ad commodum pupilli spectant.*

L. Tutor qui. V. & vlt.

Impp. CONSTANT. & MAXIM. AA. *Seuero & Maximo.* CC.

TVtor antequam satisdet, officium non exercet, nisi circa tempore peritura, vel ea quæ neglecta præiudicium afferre non possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. suprà hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd tutor antequam satisdet, tempore peritura administrare potest, vt per Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.7. num.23. & 24.* Gutier. *de tutel. part.1. cap.12. numero 15.* Boër. *decis.124. num.19.* 2

Notatur etiam ad hoc quòd ante satisdationem potest tutor vtilia facere, vt per Guid. Pap. *decis.330.* Gasp. Baëç. *de decima tutor. cap.2. num.74.* Gutier. *d. num.15. in fine.* Vnde argumento huius text. posse tutorem, vel curatorem ante decretam administrationem & confectionem inuentarij gerere ea, quæ ad commodum pupilli spectant, tenent Guid. Pap. *d. decis.330. num.6.* Anton. Piag. *d. quæst.7. num.7. el 1. vers. & quidem generaliter,* Spin. *in speculo testam. gloss.29. princip. num.37. & 38.* Baëç. *d. cap.2. num.57.* Gutier. *d. tract. de tutel. part.2. cap.1. n.66.* 3 4

De suspectis tutoribus, vel curatoribus.

TIT. XLIII.

SVSPECTVS dicitur non qui pauper, sed qui moribus talis est, vt suspectus sit, *l.5. & 5.* Vel quem suspicio est fraudulenter, aut perperam, & non bona fide, in tutela gerenda versari. *§. suspectus 3. Instit. eod. titul.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide *l. Hispan.1. cum seqq. tit. 18. part.6.* Arimin. Tepat. *variar. sentent. tom.1. titul. 479.* Bonacos. Mich. Graff & Chærian. *tom.1. commun. opin. libr.5. tit.24. pag.763.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.12. cap.5.* Molin. *de Iustit. tractat.2. disput.225. numero 6. cum seqq.* Paul. Montan. *de tutel. cap.36. numero 3.* Gutier. *in simili tract. part.2. cap.18. per tot.* Henric. Bocer. *in disput. de iure vniuerso classi 1. disp. 14. numero 131. cum seqq. tom.1.* Galganet *de tutel. lib. 1. tit.10.*

L. Libertum tuum. I.

Imp. ANTONIN. A. *Domitiæ.*

TVtor durante tutela accusatur de suspecto, & ea finita conuenitur tutelæ iudicio. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol.68.* Sebast. Næuitemissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.12. c.5. n.8.* vbi per hunc text. obseruat agi in tutores vt suspectos pendente tempore tutelæ; ea verò finita, ab eadem, quibus quis suspectus ea pendente postulari potest, adi non de suspecto, sed actione tutelæ, Paul. Montan. *de tutel. c.36. num.2. fol.162.* Henric. Bocer. *in disp. de iure vniuerso classi 1. disp.14. n.131.* 2

SVM

S V M M A R I V M.

1 *Cura neglecta periculum spectat ad curatores, & cessantes gerere fraude, vel dolo, possunt remoueri vt suspecti.*

2 *Tutor negligens remoueri potest à tutela, & cura, & ab omni alio munere. remoueri potest etiam ob culpam leuissimam, num. 3.*

4 *Tutor, vel curator, si tutelam, seu curam sibi delatam, quam nulla legitima causa euitare possunt, non administrant, possunt postulari vt suspecti, & remoueri, & donec alij dentur, periculum spectat ad ipsos.*

L. Curatores. II.

Idem A. Longino.

1 PEriculũ curæ neglectæ spectat ad curatores, & cessantes gerere fraude, vel dolo possunt remoueri vt suspecti. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. num 1. supr. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd tutor negligens, remoueri
potest à tutela, & cura, & ab omni alio munere, vt
per Afflict. *Neapol. decis. 207. num. 3.* Gasp. Baëç. *de
decima tutor. cap. 2. num. 139.* vbi *num. 143.* subdit
3 quòd remoueri potest etiam ob leuissimam culpam,
Paul. Montan. *de tutelis, cap. 36. regul. 3.* Gutier. *in simili
tractat. par. 2. cap. 18. num. 19.* Galganet. *eodem
4 tractat. lib. 1. tit. 9. num. 8.* vbi per hunc textum tenet
quòd si tutor, vel curator tutelam, seu curã sibi delatam, quam nulla legitima causa euitare possunt, non administrent, vt suspecti possunt postulari, & remoueri, & donec alij dentur, periculum spectat ad ipsos.

L. Præses prouinciæ. III.

Imp. Alexander. A. *Fortunæ.*

1 TVtores possunt compelli ad administrandum, & in contumacia perseuerantes remouentur suspecti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. cap. 5. num. 3.* ibi, *si contumaciter administrationem recuset.* Paul. Montan *de tutel. cap. 32. regul. 9. num. 79. cum seqq.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, classi 1. disput. 14. num. 131. tom. 1.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 483. cap. 23. versic. administrare quis cogitur.*

S V M M A R I V M.

1 *Tutor etiã testamentarius potest allegari suspectus, & n. 2. non solùm quando fraudulenter processit, sed etiam quando ex culpa & negligentia venit reuocandus, sicut alij tutores, num. 3.*

4 *Tutor datus in testamento, contrahens postea inimicitias cum testatore, præsumitur ex hoc reuocatus. tamen si diu post eas inimicitias testator tacuit, & potuit reuocare testamentum, & non reuocauit, videtur inimicitias ipsas non curasse, & in ea volũtate semper perstitisse, num. 5.*

6 *Tutor datus à patre si sit suspectus, & patrem ipse non ignorauit, non remouetur.*

L. Etiam testamento. IV.

Idem A. Thalidæ.

TVtor etiam testamentarius potest allegari su- 1
spectus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Afflict. & Vrsill. *in addit. decis. 207. n. 3.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 225. num. 21.* Gozadin. *consil. 17. num. 4.* Alban. *cons. 580. num. 2.* Maluas. *113. num. 4.* Rota *decis. 275. num. 7.* apud Farinac. *par. 2. recentissim.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. regul. 6.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure tom. 1. classi 1. disp. 14. num. 131.* Gutier. etiam *de tutelis, p. 2. cap. 18.
num. 23.* vbi ait procedere non solùm quando frau- 3
dulenter processit, & se gessit, sed etiam quando ex
culpa & negligentia venit reuocandus, sicut alij tutores. & *n. 25.* post Decian, *cons. 15. n. 13. & cons. 46.
num. 10. & 77. vol. 2.* obseruat quòd etsi tutor datus 4
in testamento postea contrahens inimicitias cũ testatore præsumatur ex hoc reuocatus, iuxta gloss. valde notabilem, *verbo nisi priusquam, in l. Athleta, §. dat remissionem, ff. de excus. tut.* tamen si diu post eas
inimicitias testator tacuit, & potuit reuocare testa- 5
mentum, & nõ reuocauit, videtur inimicitias ipsas non curasse, & in ea voluntate semper perstitisse.

Nota tamen quòd si tutor datus, à patre sit suspe- 6
ctus, & pater ipse non ignorauit nõ remouetur vt *in l. in confirmando, ff. de confirm. tut.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 61. C. de in integrum restit. minor.* Gutier. *d. par. 2. cap. 18. n. 2. vers. quòd si tutor.*

S V M M A R I V M.

1 *Tutorem suspectum reddunt non solùm inopia, sed etiam fraus & segnities.*

2 *Tutor bonus homo morigeratus non remouetur ob paupertatem, paupertas tamen excusat, num. 3.*

4 *Tutor vt suspectus remouetur si segniter, si fraudulenter se gesserit. qui ob segnitiem, rusticitatem, inertiam, aut simplicitatem à tutelâ, aut cura meritò remouetur, nec ad eam tanquam ineptus non admittitur, non appellatur suspectus, sed ineptus ad tale munus, neque infamiam incurrit ex remotione, num. 5.*

L. In postulandis, V.

Idem A. Asclepiadi.

NOn inopia sola, sed fraus & segnities tutorem 1
reddunt suspectum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Non vires patrimoniorum, &c.] Nota quòd tutor 2
bonus homo morigeratus ob paupertatẽ non remouetur, vt per *l. Hisp. 1. tit. 18. p. 6.* ibi, *E a vn deximos que si el guardador fuer pobre, e de buenas maneras non deuen pro ende sacar do su poder al huerfano, e dar otros en su lugar,* Petr. Gregor. *syntagm. iuris l. 12. c. 5. n. 4. in princ.* vbi ait tutorẽ quamuis pauperem, fidelem tamen ac diligentem non esse remouendum à tutela vt suspectũ. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 225. sub n. 6.* vbi per hunc text. dicit quod sola paupertas neminem suspectum tutorem aut curatorem efficit Paupertas tamen excusat, vt *in l. Hisp. 2. tit. 17. p. 6. vers. la sexta excusa,* Gutier. *de tutelis, p. 1. cap. 12. n. 13.*

4 *Sed hanc nihil segniter*, &c.] Notatur ad hoc quòd tutor vt suspectus remouetur si segn er, si fraudulenter se gesserit, vt per Petr. Grego. *d. lib.* 12. *cap.* 5.
5 *sub n.* 3. *vers. si segniter*, Molin. *d. disp.* 225. *n.* 6. *in fine*, vbi per *l.* 3. §. *vlt ff. hoc tit.* dicit quòd qui ob segnitiē, rusticitatem, inertiam, aut simplicitatē à tutela, aut cura meritò remouetur, aut ad eam tāquam ineptus nō admittitur, non appellatur suspectus, sed ineptus ad tale munus, neque infamiā ex remotione incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Tutorem de suspecto accusare quilibet potest, maximè si sit de necessarijs*, & *n.* 3.
2 *Paupertas non est iusta causa vt remoueatur, sed vt alius, si iudici videbitur, adiungatur*, & *n.* 4.
5 *Pubes admittitur ad accusationem sui curatoris, modò de consilio suorum cognatorum id efficiat.*

L. Pietatis. VI.

Imp. GORDIAN. A. *Felici.*

1 QVilibet (maximè si sit de necessariis) potest ac-
2 cusare tutorem de suspecto. Paupertas non est iusta causa vt remoueatur, sed vt alius, si iudici videbitur, adiungatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partē ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 2. *tit.* 8. *p.* 6. dum statuit quòd tutoris suspecti accusatio cōpetit cuilibet de populo, sed magis incumbit matri, auię, & sorori, vel nutrici pupilli, aut alij cuiuscunque sexus, qui ratione pietatis mouetur. Decian. *cons.* 94. *n.* 9. *vol.* 2. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 6. ibi, *accusant autem & probant suspectos omnes parentes, proximi, cognati pupilli, ex quibus pietatis affectio officium hoc promouet*, Gasp Baēc. *de decima tut. cap.* 2. *num.* 144. ibi, *deinde suspectus postulari potest à quolibet de populo*, Molin. *de Iust. tract.* 2. *disp.* 225. *num.* 21. vbi quòd de crimine suspecti tutoris, aut curatoris potest quiuis de paupulo accusare non solùm masculus, sed etiam fœmina, modò, si necessitudine aliqua minori coniuncta non sit, iudex sentiat eam ex pietate moueri, non verò appetitu accedendi ad hominum cœtus; excipit libertum, qui ad accusationem sui patroni non admittitur, & pupillum qui accusare nō potest de suspecto suum tutorem, Gutier. *de tutelis par.* 2. *c.* 18. *n.* 3.

4 *Verùm ita egeni sunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd sola paupertas non est iusta causa vt tutor remoueatur, de quo vide posita *in collect. ad l.* 5. *super verb. non vires patrimoniorum, super hoc eod. tit.*

5 *Si non impubes sit arbitrio cognatorum*, &c.] Notatur, ad hoc quòd pubes admittitur ad accusationem sui curatoris, modò de consilio suorum cognatorum id efficiat, vt per Molin. *d. disp.* 225. *n.* 12. *vers. pubes verò*, Gutier. *d. par.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. Galganet. *de tutel. l.* 1. *tit.* 10. *n.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Pendente causa suspecti, tutor non potest administrare, sed datur curator, qui interim administrat*, & *num.* 2. *intellige vt num.* 5. & *limita vt num.* 6. *eo ipso quòd tutor, aut curator est accusatus de suspecto, lisque contestata, tradi curator minori debet à iudice, n.* 3.
4 *Solutio facta tutori, aut curatori postquam lis de suspecto aduersus eum fuerit cōtestata, non est valida.*
7 *Officialis accusatus de delicto quando pendente accusatione possit ab administratione suspendi.*

L. Eum quem. VII.

Idem A. Gorgoniæ.

PEndente causa suspecti, tutor non potest admi- 1
nistrare, sed datur curator, qui interim administrat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
l. Hispan. 4. *tit.* 18. *par.* 6. ibi, *Otrosi dezimos que luego quel guardador es acusado por sospechoso, e el pleyto de la acusation es commençado por demāda, e por respuesta, deue el Iuez dar a otro ome bueno en fieldad la guarda del moço, e de sus bienes, fasta quel pleyto sea acabado*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 7. ibi, & *hac pendente accusatione interdici administrationem tutori postulato de falso placuit, alio interea pro administratione subordinando.* Molin. *de Iust. tract.* 1. *disp.* 225. *num.* 13. vbi quòd eo ipso quòd tutor, aut cu- 3
rator de suspecto est accusatus, lisque est cōtestata, tradi à iudice debet minori curator, qui interim dum lis pēdet, curam minoris ac bonorum illius habeat, priorque tutor, aut curator ab administratione est suspendendus, subdítque per *l. quod si fortè*, §. 1. *ff. de solut.* non esse validam solutionem factam tutori, aut 4
curatori postquam lis de suspecto aduersùs eum fuerit contestata, Henric. Bocer. *in disp. ac vniuerso iure, tom.* 1. *classi* 1. *disp.* 14. *num.* 133. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 36. *regul.* 9. Gutier. *in simili tract. par.* 2. *cap.* 18. *num.* 10. *cum seqq.* Galganet. *in eod. tract. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 29. & *l.* 2. *tit.* 20. *n.* 5.

Intellige quando tutor non est coniunctus pupil- 5
li. nam si coniunctus fuerit, dandus erit ei consocius, si suspicio sit debilis, & parui momenti, quia tunc pendente lite super suspicione huiusmodi nō debet ei administratio interdici, vt per Caualcan. *de tutor. & curat. num.* 19. Gutier. *d. part.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. & *n.* 12. limitat si non fecerit inuentarium, vel bona dilapi- 6
dauerit, aut pupillam ante tempus, vel non condigno maritare voluerit, quia tunc in totum est remouendus tutor, etiam quòd esset mater, aut auia. Vincent. de Franchis *dec.* 8. *n.* 8. *par.* 1. vbi post Gozadin. *consil.* 17. *col.* 1. *vol.* 3. ait quòd quando persona coniuncta redderetur infamis, & propter dolum deberet remoueri, sit in arbitrio iudicis an sit interdicenda administratio, vel sit adiungenda alia persona cuius arbitrium versabitur an fraus sit cōmissa in magna, vel modica re, subdítque quando non timetur infamia, standum esse regulæ huius text. etiam respectu matris, quam in hoc non reperiri priuilegiatam ait.

Officialis accusatus de delicto quando pendente 7
accusatione possit ab administratione suspendi: vide Vincent. de Franchis *par.* 1. *decis.* 8. *per tot.* Griuel. *in Dolana dec.* 60.

L. Si non suspectum. VII.

Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Proculo.*

DVrante administratione tutor non potest pe- 1
tere à contutore vt reddat sibi rationem administrationis vniuersæ. Colligunt ex Ord in. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc

4 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Paul.Montan. *de tutel.cap.36.regul.7. num.14.* Marc.Mantua *sing.572.* Arimin. Tepat. *variar. sentent.tom.1.tit.483.c.11.in fine*, Galganet. *de tutel.lib.2.tit.10.num.45.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor remotus ob dolum, non verò ob culpam, fit infamis, & num.2.*

3 *Tutor, vel curator remotus ob latam culpam non efficitur infamis.*

L. Suspectos. IX. & vlt.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Anmiano.*

1 TVtor remotus ob dolum, non verò ob culpam, fit infamis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l.fin.tit.18.par.6.* vbi statuitur quòd reuocatus à tutela vt suspectus propter dolum est infamis, & tunc tenetur de mala administratione officio iudicis; dabitur statim alius, Petr.Gregor. *syntagm.iur.lib.12.c.5.num.10.* Gasp.Baëç. *de decima tut.cap.2.n.142.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.225.num.14.* Montan. *de tutel.cap.36.reg.4.num.14.* Gutier. *eod. tract. par. 2. cap.18.num.17.& seq.* Henric.Bocer. *in disput.de vniuerso iure tom.1.classi 1. disp. 14. n. 137.* Galganet. *de tutel.lib.1.tit.10 n.40.*

3 In gloss. *Ob negligentiam.* ibi, *sed quid si ob latam culpam est remotus*, &c. Notatur ad hoc quòd tutor, vel curator remotus ob latam culpam non efficitur infamis, vt per Baëç. *d.cap.2.num.142.* Gutier *d.p.2. cap.18.num.18.* Rot. *decis.275.sub num.1.* apud Farin. *par.2.recentissim.*

De in litem dando tutore, vel curatore.

TIT. XLIV.

CVM ad hanc tantùm causam detur; alia gerere non poterit, nec enim ipse in rem, litémve suam, & pupillo litem inferenti, vel excipienti auctor esse potest, *l.1.ff.de auct.tut.* Scripserũt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Paul.Montan. *de tutel.c.27.num.14.& cap.9.num.29.* Gutier. *in simili tractat.par. 1. cap. 19. num.17.cum seqq.* Arimin.Tepat. *var.sentent. tom. 2. tit.473.cap.4.& tit.474.per tot.*

In omnibus casibus, in quibus debet dari pupillo curator ad lites, non potest deueniri ad talem curatorem nisi priùs citatis omnibus consanguineis, & amicis, quibus nolentibus tale munus suscipere, tũc iudex prouidet de curatore, vt per Afflict. *decis.262. num.2.* Neuiz. *cons.17. num. 20.* Pancirol. *consil. 11. num.15.* Marant. *de ordine iudic.par.4.dist.16. n. 36.* Mastrill. *Sicil.decis.73.num.7.* Stephan.Gratian. *discept.forens.tom.4.cap.68.num.26.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor potest agere contra pupillum alio contutore actore; & si nullum contutorem habet, dabitur ei curator ad litem illam defendendam, & num.2.*

3 *Minor si simpliciter & generaliter petit curatorem ad lites, vel causas mouendas, debet dari à iudice loci, in quo habet domicilium ratione originis, vel habitationis, si petat curatorẽ specialiter ad certam litem, vel causam iam motam, debet dari à iudice, coram quo vertitur illa lis, vel causa, n.4.*

L. Siquas I.

Imp. ANTONIN. A. *Miltiadi.*

TVtor potest agere contra pupillum alio contutore actore; & si nullum contutorem habet, dabitur ei curator ad litem illam defendendam. Colligunt ex Ord. Cyn Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Calal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Petr.Gregor. *syntagm.iuris lib.13.c.2.num.1.* & Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutor, n. 22.* Galganet. *de tutelis, lib.1.tit.7.num.44.vers.sed si pupillus.* 2

Notatur ad hoc quòd si minor simpliciter & generaliter petit curatorem ad lites vel causas mouendas, debet dari à iudice loci in quo habet domicilium ratione originis, vel habitationis, vt per Anton.Gom. *var.tom.2.cap.14.num.17* vbi tradit hunc text. sic debere intelligi, subdítque quòd si minor petat curatorem specialiter ad certã litem, vel causam iam motam, debet dari à iudice, corã quo vertitur illa lis, vel causa, iuxta text. sic intelligendum *in l.sancimus, la 2.§.1.C.de administ.tutor.* 3 4

L. An tibi. II.

Imp. ALEXANDER A. *Euaresto.*

TVtor pupilli, cuius pater vendidit fundum secum communem, consultiùs faciet, si tutela durante partem suam non vendicet; si tamen vult vẽdicare, debet petere curatorem dari, qui emptorem pupilli nomine defendat aduersùs ipsum tutorem fundum vendicantem. Colligũt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Curator datus ad litem non subijcitur periculo administrationis, & n.2. & ideo non tenetur conficere inuentarium, num.3.*

L. Ad protegendam. II.

Imp. GALLIENVS A. *Valerio.*

CVrator datus ad litem non subiicitur periculo administrationis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel.lib.2.tit.26.num.30.* 2

Et ideo non tenetur inuentarium facere, & cùm nihil recipiat, nec ei solui possit, vt per Baëç. *de decima tut.c.17.n.16* Gutier. *de tutel. par. 1.c.19.n.27. & p.2.c.1.n. 55.* rationem tamen de gestis reddere 3

tenetur, vt *in §. fin. Instit. de auctor. tut.* Gutier. *d. tract. par. 3. cap. 1. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Curator ad litem sumptus repetit, quos bona fide fecit.*

2 *Tutor datus ad litem si quid bona fide erogauit, à contutoribus more solito exigere poterit. De litiũ expensis à tutore & curatoribus faciendis, remissiuè, num. 3.*

4 *Tutor & curator sæpe confunduntur, & nunquam tutor accipitur pro curatore.*

L. Ad litem. IV.

Idem A. Irenæo.

1 CVrator ad litem sumptus repetit, quos bona fide fecit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd tutor datus ad litem si quid bona fide erogauit, à contutoribus more solito exigere poterit, vt per Galganet. *de tutelis, lib. 2. tit. 36. num. 22.*

3 De litium expensis à tutore & curatoribus faciẽdis latè Ioan: Garc. *de expens. cap. 20. per tot.* & præcipuè *num. 17.* vbi aduertit ita lites esse agẽdas, & caussas tutelæ, & administrationis tractandas, sumptúsque faciendos, vt tutor, administrator, curator, syndicus, & reliqui similes in huiusmodi sumptibus, & expensis ita se moderatè gerant, quasi res propria, nõ aliena gereretur, neque enim pro pupillo absẽte, furioso, ventre, vel pro bonis magis expendendum est, quàm pro se expenderet tutor ac curator; itaque moderata esse oportet salaria Aduocatorum, Procuratoris legitimos sumptus, certas expensas iure, & lege taxatas, ne sub prætextu pupilli, & eius patrocinij vniuersum patrimonium consumatur, néve de re aliena liberales existant, &c.

4 In gloss. *Tutor.* Notatur ad hocquòd tutor & curator sæpè confunduntur, & nonnũquam tutor accipitur pro curatore, vt per Menoch. *cons. 315. n. 68.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 830. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius, vel legitimus vbi cum pupillo est litigaturus, debet ei de curatore ad litem dando prouideri; vel potest pupillus illius auctoritate procuratorem constituere, qui eum sit defensurus, & si res exegerit, alius tutor ordinabitur. Idem si pupillo expediat agere contra tutorem, vel curatorem, alio contutore non existente, num. 2.*

L. Siue ex testamento. V. & vlt.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Tigrani.*

1 VBi tutor testamentarius, vel legitimus est cũ pupillo litigaturus, debet ei de curatore ad litem dando prouideri; vel potest pupillus illius auctoritate procuratorem constituere, qui eum defẽsurus sit, & si res exegerit, alius tutor ordinabitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Idem si pupillo expediat agere contra tutorem, 2
vel curatorem, alio contutore non existente. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 13. cap. 2. num. 1.*

De eo, qui pro tutore negotia gessit.

Tit. XLV.

CVm tutor, vel curator non esset, puta quia inutiliter esset datus, ad eum nõ pertinet administratio. & si gerere velit, & agat, summoueri exceptione potest, etiamsi intentionem suam probet, *l. 2.* tenetúrque rationem administrationis reddere, etsi mulier sit, *l. 1.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De protutore vide Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 17.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 470. sub hac rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ tutrix esse nequit, si se gerat vt tutrix, actione protutelæ tenetur. si res pupillares administrauerit pro tutore, tenetur reddere rationem, num. 2.*

3 *Actio protutelæ in eum datur, qui se pro tutore gessit, vel pro curatore, cùm tamen non esset tutor, vel curator.*

L. Etiam mulieres. I.

Impp. Avrelian. & Gallien. AA. *Marcello.*

MVlier, quæ tutrix esse non potest, si se gerat vt 1
tutrix, actione protutelæ tenetur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Vide Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 17. num. 16.* vbi 2
per hunc textum tenet quòd mulieres si res pupillares pro tutore administrauerint, reddere rationẽ tenentur, & Petr. Gregor. *syntagm. iuris par. 2. lib. 13. cap. 10. num. 16.* vbi quòd datur protutelæ actio in 3
eum, qui se pro tutore gessit, vel pro curatore, cùm tamen verè non esset tutor, vel curator, atque ea exerceri potest ante tempus pubertatis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte iudicij, & num. 2.*

3 *Exceptio falsi procuratoris in quacunque parte iudicij opponi post.*

L. Non vtiliter. II. & vlt.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Marco.*

EXceptio tutoris illegitimi potest opponi in 1
quacunque parte iudicij. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

Hanc

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Paul. Montan. *de tutel. cap. 31. regul. 6 num. 35.* Gutier *in simili tract. pars. 1. cap. 17. num. 56. in fine*, Cornazan. *decis.* 108 *num. 3.*

3 In gloss. *Exceptione, fin.* ibi, *quia similis ex exceptioni falsi procuratoris*, &c. Notatur ad hoc quòd exceptio falsi procuratoris in quacunque parte iudicij opponi potest, vt per Rebuff. *de except. n.* 389. Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 24. n. 36. pag.* 612. Perez *l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag.* 533. Menchaq. *contron. vsufreq. lib. 2. cap. 16. num. 5.* Menoch. *consil.* 345. *num.* 12. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. cap. 17. n.* 31. Cardos *in praxi iudicum, verbo exceptio, num. 7. & 8.* Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 5. num.* 73. Bernad. Muscatel. *in praxi aurea ciuili Neapol. part. 1. gloss. veniens, num. 4.* Esto quòd proponens vsque ad finem litis conscius omiserit exceptionem, neque enim scientia illius redditur iudicium validum, sed consensu & mandato domini, cuius nomine agitur, vt per gloss. Bart. Bald & Ias. *in l. licet, C. de procuratorib.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. par. 3. num.* 31. Menoch. *d. cons.* 345. *num.* 12. Menchaq. *d. cap. 16. num. 5.*

Si mater indemnitatem promiserit (pupillo, vel tutori.)

Tit. XLVI.

NOn propterea tutrix est: si tamen administrauerit, pupillo tenetur vt protutor, & si tutori promiserit pro ipso tutore, vt ab eo administratio sibi cedatur, etiam indemnem eum præstare tenebitur, nec iuuabitur velleiano, quia non intercessit. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 36. cum seqq. & num. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Mater licèt petierit tutorem dari filio eius periculo, non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit decreto iudicis, & num. 2.*
3 *de Pœna matris petentis tutorem minus idoneum, & inhabilem dari filiis, remissiuè.*
4 *Promittens creditori indemnitatem, censetur se obligare ad id tantùm quod à principali non possit consequi.*

L. Suos potius. I.

Imp. ALEXANDER A. *Brutiæ.*

1 LIcèt mater petierit tutorem dari filio eius periculo, non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit iudicis decreto. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Cuiac. Sebast. Næui remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Arimin. Tepat. *variarum senten. tom. 2. tit. 477. cap. 3. vers. licèt mater, pag.* 915. Galganet. *de tutelis, lib. 2. tit. 26. n. 36. & 37.*

3 De pœna matris petentis tutorem minus idoneum, & inhabilem dari filiis, vide Anton. Gabr.

Barbos. Collect. in Cod. Tom. I I.

commun. tit. de tutel. concl. 1. num. 20. Guties. *in tract. de tutelis, part. 1. cap. 16. n. 51. cum seqq.*

Notatur ad hoc quòd promittens creditori indemnitatem, censetur se obligare ad id tantùm quod à principali non possit consequi, & non potest conueniri antequam principalis conueniatur, etiamsi sit renuntiatum *authent. præsente, §. de fideiuss.* quia non est propriè fideiussor, & hoc casu excussio requiritur pro complemento conditionis, non verò ex beneficio fideiussoribus concesso: ita Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 13. num. 3.* 4

SVMMARIVM.

1 *Tutor matri pupilli, vel auo administrationem committens, & ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio finito conuenitur, & ipse ab eis conseruabitur indemnis. Si is qui indemnitatem promisit, tutor non fuerit, nec qui à pupillo poterit conueniri, erit in arbitrio pupilli agere vel aduersùs promissorem indemnitatis, vel aduersùs tutorem, num. 2. etiam quòd mater ipsa indemnitatem promiserit, num. 3.*

L. Quædam. II.

Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Asclepiadi & Menandro.*

TVtor matri pupilli, vel auo administrationem committens, & ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio finito conuenitur, & ipse ab eis conseruabitur indemnis. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd si is, qui indemnitatē promisit, tutor non fuerit, nec qui à pupillo potuerit conueniri, erit in arbitrio pupilli agere vel aduersùs promissorem indemnitatis, vel aduersùs tutorem, vt per Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 31. num. 6.* vbi addit etiam quòd mater ipsa indemnitatem promiserit. 2 3

Si contra matris voluntatem (quia testamento aliquem filio suo tutorem dari vetuit) *tutor datus sit* (à magistratu.)

Tit. XLVII.

NOn potest is administrare, sed à tutela remouetur, vel cum infamia, si dolum commisit; vel sine infamia, si dolo careat, *l. vnic.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus à iudice contra voluntatem matris præmortua, remouebitur ab officio, nec infamia notabitur, nisi conueniatur de fraude, & num. 2.*
3 *non potest dari Tutor, quem dari mater prohibuit.*
4 *Matrem non posse esse tutricem filiorum quando pater prohibuit in suo testamento eam esse tutricem.*

L. Si contra Vnic.

Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *Tertio.*

1 TVtor datus à iudice,contra voluntatem matris præmortuæ, ab officio remouebitur,nec infamia notabitur,nisi de fraude conueniatur.Colligunt ex Ordio. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr.Sichard.Sebast.Nęui.remissiuè Casal.*in nunot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem cõclusionem qnoad primam eius
partem ex hoc textu desumunt Alexand.*consil.*140.
*num.*6.*lib.*1. Galganet. *de tutelis*, *lib.*1.*tit.*7.*num.*39.
Rot.*decis.*668.*num* 3.apud Farinac.*part.* 1. *recentio-*
3 *rum*,vbi quòd iudex non potest dare tutorem quem
4 mater prohibuit dari. & *num.* 5. tenet matrem non
posse esse filiorum tutricem quando pater prohibuit in suo testamento eam esse tutricem , quia in materia tutelari iudicium paternum est spectandum , nam licèt leges multum deferant pietati maternæ , amplius tamen deferunt patri circa personam , & negotia filij.

Vt causa post pubertatem adsit tutor.

TIT. XLVIII.

DONEC enim administrationem ad curatorem transtulerit,causas pupillares defendere,tutelâ etiam finitâ,tenetur. Scripserunt in hanc rubt.Cuiac.Pac.& VVesembec.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur causam pupilli inchoatam prosequi etiam post pupillarem ætatem , si instrumenta curatori non reddiderit, & num.* 2.

3 *Tutor & curator perseuerare tenentur in connexis ante translationem administrationis , non verò pòst.*

4 *Tutorem teneri non tantùm post pubertatem curatorem petere puberi,sed etiam debere transferre administrationem ad curatorem minoris, & rationes reddere , num.*5.

6 *Tutor si rationem reddiderit,& instrumenta, ac iura restituit , non cogitur litem cœptam perficere petente adulto ,secus si petat aduersarius.*

7 *quilibet habens Custodiam non liberatur , nisi restituat integrè.*

8 *Tutor , vel curator potest , & tenetur solùm lites & negotia inchoata durante officio prosequi , aliàs facit litem suam.*

9 *Tutor licèt desinat esse tutor pupilli,pubertate adueniente, tamen si lis in prima instantia , vel in instantia appellationis pendebat,tenetur eam prosequi , si cœpta fuit tutela durante , nisi de curatore adulto prouideri fecerit.*

L. Tutores. Vnic.

Impp. PHILIPPVS A. *Dextro.*

1 TVtor causam pupilli inchoatam prosequi tenetur etiam post pupillarem ętatem,si instrumenta curatori non reddiderit.Colligunt ex Ord. Cyn. Bart.Salicet.Angel.Fulgo.Castrens.Sichard.Sebast. Nęui remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Boër. *decis.* 285. *n.* 11. *versic. secundò fallit*,
& limitatur,Anton.Piag.*de tutor.& curat. quæst.* 19.
n. 10. *versic.* 5: Caualcan. *in eodem tractat. n.* 330.
Gasp.Baëc. *de decima tut. cap.* 2. *num.* 133. Arimin.
Tepat. *variarum sentent. tom.*2.*tit.*483. *cap.*13.*versic. tutor.causa pupilli.* Cardos. *in praxi iudicum , & Aduocat. verbo tutela , num.* 20. latè Gutier. *de tutelis, part.*2.*cap.* 19. *n.* 1. vbi per hunc textum tenet tutores etiam post pubertatem assistere debere & teneri defensioni causarum pupillarium,si nedum rationem reddiderint , nec rem ad curatores transtulerunt , & *n.* 2. *versic. superiora* , hoc intelligit de causis cœptis antequam finiretur tutela pubertate, finita namque tutela,vel cura,non potest tutor,vel curator nouas causas agere , aliàs poterit excipi vt repellatur , & citat Francisc. Marc. *dec.*99.*ad finem,part.*2.

Qui nedum administrationem ad curatores translu- 3
lerunt , &c. Notatur ad hoc quòd tutor & curator
perseuerare tenetur in connexis ante translationem administrationis , non verò pòst, vt per Menoch.*consil.*145.*n.*51.Galganet.*de tutelis*,*lib.*2.*tit.*24.
num. 3. Gutier.etiam *de tutelis & curis part.* 2.*cap.*19.
*num.*15. & 19. ait per hunc textum non tantùm tu- 4
torem post pubertatem teneri curatorẽ petere pu-
beri , sed etiam debere transferre administrationem
ad curatorem minoris, & *num.* 20.subdit quòd non 5
sufficit quòd tutor transtulerit administrationem minoris in curatorem ad hoc vt non teneatur litem cœptam, siue appellationem interpositã prosequi, sed requiritur quòd rationes reddiderit, aliàs enim tenebitur eam prosequi , post ipsas tamen redditas nec tutor,nec curator appellationis merita probare,nec causas eius reddere tenetur.

Instrumenta quibus , &c.]Notatur ad hoc quòd si 6
tutor rationem reddiderit , & instrumenta , ac iura restituit,nõ cogitur litem cœptam perficere petente adulto,secus si petat aduersarius,vt per Surd.*consil.*57.*n.*17.Gutier.*dict.part.*2.*c.*19.*n.*2.*in princ.*

Notator etiam ad hoc quòd quilibet habens cu- 7.
stodiam, nõ liberatur , nisi restituat integrè,vt per Paris.*consil.*74.*num.*1.*lib.*1. Stephan. Gratian. *disc.for. tom.*1.*c.*71.*n.*10.

In gloss. *Causarum*,ibi,*cœptarum antequam finire-* 8
tur tutela pubertate,&c Notatur ad hoc quòd tutor,
vel curator lites & negotia inchoata durante offi-
cio solùm prosequi potest,& tenetur , aliàs facit li- 9
tem suam,vt per Franc Marc. *decis.*99.*num.*3.& *decis.* 515, *num.* 1. *part.* 2. Menoch. *consil.* 145.*num.*52. Gutier. *dict part.*3.*cap.* 10. *num.*4. Hinc est quòd licèt tutor desinat esse tutor pupilli, pubertate adueniente,tamen si is in prima instantia , vel in instantia appellationis pendebat,tenetur eam prosequi,si cœpta fuit tutela durante , nisi de curatore adulto prouideri fecerit , vt argument.huius text. tradunt Baëc.*dicto cap.*2.*num.*35. Gutier.*dicta part.* 2. *cap.*19. *num.*11.

In eadem gloss.ibi ,*secus videtur in curatore*, &c. Probat igitur dicta in tutore extendi ad curatorem, t per Gutier.*d.p.*2.*c.*19.*n.*15.

Vbi

Vbi pupilli educari debeant.

Tit. XLIX.

EORVM educatio nulli magis, quàm matri, nisi ad secundas nuptias transierit, committenda videtur. Si tamen hac de re inter matrem, cognatos, & tutores controuersia oriatur, prætor, vel præses eam definiet, *l.1.* habitâ ratione affectionis personarum, & suspicionis in eos cadentis, qui pupillo morienti successuri sunt, *l.2.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli, vide *l. Hisp. 19. tit. 16. par. 6.* Viui. Suar. & Bellacob. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 25. pag..* Caualcan. *de tutor. & curat. n. 304.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 13. num. 1. cum seqq.* Item Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 8. per tot.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de minorib. resol. 7.* Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 18. & 19.*

SVMMARIVM.

1 *Pupilli apud matrem educari debent, nisi ad secunda vota transierit, & num. 2.*
3 *in Tutela filiorum mater præferenda est auo paterno.*
4 *Pupillus non est educandus penes matrem, quæ superinduxit vitricum, & num. 7.*
5 *Mater habet præsumptionem pro se, maximè vbi agitur de alenda fœmina.*
6 *Mater eligi debet ad tutelam filij, licèt sit debitrix.*
8 *Pupillus non educatur apud matrem quæ est improba, impudica, vilis, impudens.*
9 *Pupillus educatur apud matrem quæ secundo nubēs filio non est successura, & moribus & honestate habilis est, educatur apud vitricum quando non potest æquè commodè ali apud alium, si tamen non sit creditor, num. 10. 11.*
12 *Mater in dubio præfertur adulto ipsius pupilli. limita vt num. 13. post matrem auia materna admittitur ad pupilli educationem, num. 14.*
15 *Pupillus educari non debet apud matrem transeuntem ad secundas nuptias. Lex ista & similes an præcisè priuent matrem transeuntem ad secundas nuptias educatione suorum pupillorum; an solùm ob id reddatur suspecta, ac iudicij arbitrio relinquatur, num ea circunstantia concurrant in matre, quæ suspicioni huic præponderet, ac proinde non sit è prolis pupilla educatio deneganda, numer. 16. & 17.*
18 *Tutor an possit esse vitricus.*

L. Educatio pupillorum. I.

Imp. ALEXANDER A. *Dionysodoro.*

1 PVpilli educari debent apud matrem, nisi ad secunda vota transiuerit. Si autem ad secundas nuptias conuolauerit, & orta fuerit quæstio inter matrem, & tutores, seu consanguineos super tutela pupillorum, debet adiri Præses prouinciæ, qui inspecta qualitate personarum, & coniunctione perpendet, & si iudex decreuerit apud quem educari debeat, ille necesse habebit hoc facere. Colligūt ex Ordin. Cyn. Bart. Fulgos. Angel. Salicet. Bald. Castr. Sichard. Aloys. Leo *super 5. fol. 68. verso*, remissiue Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
l. Hisp. 19. tit. 16. par. 6. ibi, *quesi ouiesse madre que*
fuesse muger de buena fama bien lo puede dar el Iuez
el hijo que lo crie, e ella podelo tener, mentras mantu-
uiere biudez y no casare: mas luego que casare deuen
sacar el huerfano de su poder, &c. Afflict. *decis. 183.* 3
num. 5. vbi quòd mater præferenda est auo paterno
in tutela filiorum. Anchar. *cons. 316. In causa col. 2.*
vers. & antequam, Vincent. de Franchis *Neap. decis.*
350. num. 3. par. 2. vbi quòd penes matrem, quæ
transiuit ad secundas nuptias, filij non debent edu-
cari. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst 41. num. 6.* vbi quòd 4
pupillus non est educandus penes matrem, quæ su-
perinduxit vitricum, & latiùs *tit. 4. quæst 13. a n. 12.*
vbi quòd mater habet pro se præsumptionem, præ-
cipuè vbi agitur de alenda fœmina, & *n. 14.* quòd 5
mater eligi potest ad tutelam filij, licet debitrix sit, 6
& *n. 15.* quòd pupillus non debet educari penes 7
matrem, quæ ad secunda vota transiuit, & vitricum
superinduxit, & *num. 21. & 21.* quòd pupillus non 8
educatur apud matrem, quæ est improba, & impu-
dica, vilis, vel imprudens, cùm nuptias secundas
contrahere, vel inhonestè viuere paria sint, quoad
filij educationem, & *num. 23.* quod pupillus non
educatur apud matrem, quæ procurauit impar, &
immaturum filio, vel filiæ matrimonium, Cardos.
in praxi iudicum, verbo poterrum. 21. vbi quòd ma-
ter est præferenda in educatione filiorum, nisi tran-
sierit ad secunda vota, aut incontinens viuat, quo-
niam tūc non debet habere filios in potestate, quia
periculum est filios illius educari apud vitricum ne
vitam eorum insidiet, vt hæreditatem illorum cu-
piat. Alexand. Trentacinq *var. resolut. lib. 2. tit. de mi-*
norib. resol. 7. n 3. vbi quòd apud matrem quæ transi-
uit ad secundas nuptias, vel suspicio est vt transeat
pupillus educari non debet, & *n. 4.* quòd apud ma-
trem vilem, ac turpem educari nō debet. Galganet.
de tutel. lib. 2. tit. 18. num. 4. Seraph. *decis. 1357. a n. 1.*
Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 214. num. 4.* vbi quòd si
mater superstes sit, neque ad secundas nuptias tran-
siuit, regulariter nullibi commodius iudicandum est
educari posse minorem, quàm apud matrem; limi-
tat tamen nisi circunstantiæ sint, quæ illud sua-
deāt, vt si illa prauos habeat mores, aut aliūde peri-
culū spirituale, aut corporale minoris ex educatio-
ne matris timeatur: & *n. 6.* tenet quòd quando mater
transit ad secundas nuptias, extrahendus est minor
de illius, & vitrici educatione, Sanch. *de matrim.*
lib. 7 disput. 88. num. 16. in princ. vbi quòd filij apud
matrem viduam potiùs educandi sunt; ac si transeat
ad secundas nuptias educādi pupillos iure priuatur.
Henric. Bocer. *in disput. de iure vniuerso classi 1. disp.*
114. num. 112. Gutier. *in tract. de tutel par. 2. cap. 8.*
à num. 9. vbi *num. 10.* subdit quòd iudex non arbi-
trabitur pupillum esse educandum penes matrem
vilem, ac turpem, vel penes alterum, qui vitæ, reli-
gioni, moribus vel bonis pupilli insidiari præsu-
meretur.

Aliquibus modis limitat Surd. *d. tit. 4. quæst. 13. à* 9
num. 18. vbi quòd pupillus educatur apud matrem,
quæ secundo nupsit, si non est filio successura; &
moribus, & honestate habilis est, & *num 20.* quòd 10
pupillus educatur apud vitricum quando non po-
test æquè commode apud alium ali, si tamen non
sit creditor; & Vincent. de Franchis *decis. 350. n. 3.*
ait quòd quādo mater non esset successura filio, vt 11
putà quia haberet substitutum, & ipsa ac vitricus

essent honestæ vitæ, poterit iudex arbitrari quòd filij penes matrem educentur.

12 *Nulli magis quam matri eorum*,&c] Ergo mater in dubio præfertur fratri adulto ipsius pupilli, vt per Menoch.*de arbitr.casu* 168.*n*.7.Surd *d. quæst*.11. *num*.10 *cum seqq*.Gutier.*d.par*.2.*cap*.8. *num*. 15. vbi
13 *num*.16.id limitat quando pupillus magis commodè apud fratrem educari posset, vtilius foret ipsi pupillo,& *n*.17. limitat etiam quando pro fratre stat coniecturata patris voluntas.

14 Et post matrem auia materna admittitur ad pupilli educationem, vt per Menoch.*d. casu* 168. *n*.4. Surd *d.quæst*.13.*num*.24.*cum seqq*. Galganet. *d.tit*. 18.*num*.4.Gutier.*d.par*.2.*cap*.8.*num*.11.vbi *num*.12. aduertit quòd eisdem rationibus auia excluditur ab educatione, quibus mater; veluti si esset suspecta, puta quia nepti nuptias intempestiuas procurauit, vel cœpit bona pupilli dilapidare, vel ad secunda vota transiuit, vel luxuriosè viuit, vel aliter in moribus peccat.

15 *Si non vitricum eis induxerit*,&c.] Ergo apud matrem transeuntem ad secundas nuptias pupillus educari non debet, vt per Aym.*cons*.18.*n*.3. *&* 11.*& cons*.190.*num*.6.Franc. Marc. *quæst*. 512. *in* 2. *par*. Gig.*cons*.56.*num*.11.Spin. *in speculo testam.gloss*. 29. *num*.13.Menoch.*d.casu* 168.*num*.10.Surd. *d. quæst*. 13.*num*.15.Galganet.*d.tit*.18.*num*.4. Gutier.*d.par*.2. *cap*.8.*num*.21.vbi *num*.22.dicit quòd etiamsi mater superinduxerit virum, si tamen cessat omnis suspicio, vt quia non est successura pupillo quia habet substitutum,& est honestæ vitæ, & vitricus similiter, tunc ali potest pupillus penes maritum. Apud quem autem ali debeat filius matre transeunte ad secundas nuptias? vide à Ponte *decis*. 20. *num*. 21. Spin.*d.gloss*.19.*n*.13 Chartar.*Genua decis*.133.*n*.13. *& seq*.Paschal.*de viribus patriæ potest.par*.2. *cap*. 10. *num*.26.

16 Quæstio dubia an lex ista & similes præcisè priuent matrem transeuntem ad secundas nuptias educatione suorum pupillorum; an solùm ob id reddatur suspecta, ac iudicis arbitrio relinquatur, num ex circunstantiæ concurrant in matre, quæ suspicioni huic præponderet, ac proinde non sit ei prolis pupillæ educatio deneganda? Vna sententia tenet præcisè priuari educatione, quam sustinent Aym. *cons*. 18.*num*.3.*vol*.1.Spin.*d.gloss*.29.*num*.23. Menoch. *d. casu* 168. *num*.10. Matiens. *l*.3.*gloss*.2. *num*.8.*tit*. 1. *lib*.5.*noua Recop*.inducentes hunc text.In illis verbis, ibi, *educatio pupillorum suorum*, &c. & respondentes quòd quamuis postea hic text.subdat iudicis esse, orta lite inter matrẽ,& cognatos, circa pupilli educationem, arbitrari inspecta personarum conditione, vti præferendi sint;& sic videatur dècidere id esse arbitrarium; attamen vidẽtur tenere re vera ea verba arbitrium indicantia esse referenda ad ipsam matrem, dum vidua permanet cui incumbere educationem lex ista deciderat; potest enim accidere illam talẽ esse vt meritò educatione hæc priuanda sit. Vnde sensus est, lite orta circa educationem, iudex arbitretur num ij mores desiderentur in matre, vt iure optimo sint illi in hac educatione præferendi cognati, quod vel inde constat, nam priuatio, qua mater per legem priuatur educatione, eo quòd secundo nubat, supponit terminos habiles, scilicet, matrem talem fuisse cùm erat vidua, vt nisi secundo nuberet, tutela minimè priuaretur, iuxta vulgare axioma, Priuatio præsupponit habitum, & potentiam,&c.

17 Contrarium tamen, immo non excludi præcisè hanc matrem à prolis pupillæ educatione, sed solam præsumptionem iuris esse contra illam, quòd suspecta sit, atque ideò in dubio standum esse hac præsumptione, & excludendum eam ab educatione, posse tamen iis coniecturis honestæ vitæ matris, ac vitrici præsumptionem huiusmodi infirmari, vt educatio matri deneganda non sit, & ideo arbitrio iudicis committi an mater in hac educatione præferenda aliis sit, meliùs sustinent Gregor Lop. *d.l*.19. *verbo que casare tit*.16.*part*.6. Viui. *decis*. 16. *num*. 3. Surd.*d.tit*.4.*quæst*.13.*num*.18. Vincent. de Franchis *d.decis*.350. *num*. 3. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore num*.110. *C. de in integ. restit. min*. Molin.*d.disp*.224.*num*.6.Gutier.*d.part*.2.*cap*.8.*n*.22. quos refert & sequitur Sanch.*de matr.lib*.7.*disp*.88. *n*. 17. vbi ait hanc opinionem esse probabiliorem, licèt aliam priorem contrariam sit valde probabilis, & ad hoc resoluendum se duci tradit ex hoc text. dum priùs firmat hanc regulam generalem, Pupilli educatio nulli potius quam matri committenda est; vbi manifestum esse sermonem de matre vidua, indicat limitatio statim hîc adiuncta, *si non vitricum eis induxerit*. in qua limitatione iam est sermo de matre secundò nupta,& statim subiicit text.iste hæc verba. *Quando autem inter eam, & cognatos*, &c.in qua clausula consistit punctus difficultatis huius quæstionis, nam contraria sententia vult non referri ad matrem secundo iam nuptam, sed viduam; sed placet Sanch. referri ad matrem secundo iam nuptam, itavt quod proximè dixerat hic text.nimirum matrem secundo nuptam priuandam esse educatione, limitetur per eam clausulam, nisi iudex attenta matris & vitrici conditione aliud arbitratus fuerit, quod optimè ibi comprobat, vide apud illum.

In glos. *Si non vitricum*. ibi, *sed nónne potest esse* 18
tutor vitricus,&c.De hoc Cuiac. *lib*.6.*obseru.cap*. 29. Cald. Pereira *d. verbo sine curatore num*. 110. *vers. vnde quarta & vltima*, Surd. *d.tit*.4.*quæst*.13.*num*.17. Cardos.*in praxi iudicum, verbo tutela num*. 24. Sanch. *d.lib*.7. *disput*. 88. *num*. 17. *vers. secundò quia fortius*, Caualcan.*in tract.de tut.& curat.n*. 289. latè Gutier. *de tutel. part*.2. *cap*.8. *num*. 77. *cum seqq*. vbi declarat Alexand.Trentacinq. *d. tit. de minorib. resol*. 7. *num*.15.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus vbi educetur, est in iudicis arbitrio, de eo tamen qui ei succedere debet, est iusta suspicio.*

2 *Pupillus non est educandus apud illum, qui eidem successurus est,& n*.3.

L. Verùm nepos. II. & vlt.

Imp. Dioclet. *&* Maximian. AA. *&* CC. *Gratæ.*

VBi pupillus educetur, est in iudicis arbitrio, de eo tamen qui ei succedere debet, est iusta suspicio. Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.i.n*. 1.*sup.hoc tit*. 1

Notari solet hic text. ad hoc quòd pupillus non est educandus apud illum, qui eidem successurus 2
est, vel ex substitutione, vel ex proximitatis qualitate, vt per *l.Hisp*.19.*tit*.16.*part*.6.ibi, *E que sea tal que muriendo el moço no aya derecho de heredar lo suyo*, Curt.iun.*cons*.94.*num*.9.Beroi.*cons*.180. *num*. 1. *&* 2.*vol*.2.Menoch.*cons*.62.*num*.12. *vers. tertio verò*

&

& de arbitr.casu 168.*num.*15.*&* 16. Surd. *de alimentis tit.*4. *quæst.*13. *num.*10. Molin. *de Iustit.tract.*2. *disput.*224. *num.* 7. Cardos. *in praxi iudicum, verbo minor. num.* 49. Gutier. *de tutel.part.*1. *cap.*1. *num.*6. *& part.*2.*cap.*8.*num.*6. Galganet. *de tutel.lib.*2.*tit.*18. *num.*7. Henric. Bocer. *in disput. de iure vniuerso tom.*1. *classi* 2 *disp.*14.*num.* 112. latè Alexand. Trentacinq. *var.resol.l.*2.*tit.de minor.resol.*7.*n.*14.

3 Quod quidem non solùm procedit in extraneo substituto, vt existimauit Menoch. *d.cons.*62.*num.*18. sed etiam in fratre, cùm indistinctè in hoc text. contra patruum & quoscunque successores cõsideretur suspicio proueniens à spe successionis, atque etiam indistinctè & generaliter prohibeatur educari pupillũ apud eũ, qui pupillo morienti successurus est, & non excipi personam fratris substituti, ergo ipsum comprehendit: ita Surd. *d.quæst.*13. *num.*31. *&* 32. Galganet. *de tutel.lib.*3. *quæst.*48. *num.*1. *&* 4. Gutier. *d.part.*2.*cap.*8.*num.*7. *vers.hac tamen declaratio*, qui tamen aduertunt quòd stante tenuitate patrimonij pupillaris, & diuitiis substituti, iũcta bona fama, & moribus, facilè iudex poterit arbitrari illã suspicionem exorientem ex spe successionis non cõsiderari in persona fratris, & notat Alex. Trentacinq. *d.resol.*7.*num.*14. non procedere notabile, & textus conclusionem in matre, auia, & cæteris ascẽdentibus propter immensum amorem, quem portant, & in fratre etiam substituto pupillo, & in auunculo etiam substituto.

De alimentis pupillo præstandis.

Tit. L.

Alimenta à prætore, vel præside decernenda sunt, *l.*1. decernantur autem pro modo facultatum, *l.*2. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp.* 16. *prope fin. & l.* 20. *vers.deue guardale e pensar del tit.* 16.*part.*6. Anton. Piag. *de tut.& curat.quæst.fin.* Molin. *de Inst. tract.*2.*disp.*224. *num.*8. Paul. Montan. *de tutel.cap.*32.*reg.*9.*num.*215. Galganet. *in eod. tract. lib.*2.*tit.*19. Gutier. *in simili tract.par.*2.*cap.* 3. Henriq. Bocer. *in disp. de vniuerso iure tom.* 1. *classi* 1. *disp.*14.*à n.*11.

SVMMARIVM.

1 *Tutor iudicis officio cogitur pupillo alimenta præstare, licèt pendeat quæstio de statu suo, & num.*2. *si testator decernat tam modica alimenta, quæ non sufficiant, poterit tutor ea præstare pinguiora vsque ad condecentem quantitatem, n.*3. *vbi taxatio alimentorum est immodica, potest tutor illam restringere, n.*4.

L. Pupillus. I.

Imp. Antonin. A. *Faustino.*

1 Tutor iudicis officio cogitur alimenta præstare pupillo, licèt pendeat quæstio de statu suo. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Fulgos. Angel. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclus. quoad primam eius par- 2 tem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.*20. *tit.*16. *par.* 6. ibi, *que deue el Iuez del lugar establecer, segun su aluedrio, e la riqueza del menor cierta quantia de pan e de vino, e dinero que les den cada año para su gouierno, e para su vestir del e de su compaña, &c.* Surd. *de aliment. tit.*3. *quæst.*3. *num.* 18. vbi post Corduba de Lara *in l.si quis à liberis*, §. *vtrum num.*16. *ff. de liber. agnosc.* ait quòd pupillus officio iudicis petit alimenta à tutore, *& tit.*6.*quæst.*23.*num.*15.*&* 17. vbi quòd pupillus non præsumitur alimentatus à tutore quando seorsum ab illo degebat, *& tit.*8.*priuil.*86. *num.*89. vbi quòd pupillus si ex ordinatione testatoris sit apud aliquem educandus, vbi non sit tutus, prouidebit iudex de alio loco, Molin. *de Iust.tract.* 2.*disp.*224.*num.*8. Henric. Bocer. *in disp.de vniuerso iure tom.*1.*classi* 6.*disp.*14.*num.*112. Galganet. *de tutel.lib.*2.*tit.*19.*n.*8. vbi per hunc text. tenet quòd si tutor, seu curator pupillis, seu minoribus cõgrua alimenta secundùm modum facultatum præstare recusset, adeundus est iudex, qui eum à tutela, seu cura remouebitur, vel alium adiunctum ei dabit. Gutier. etiam *de tutel.par.*2.*cap.*3.*à num.*3. vbi *num.*8. tradit quòd si iudex aditus est pro alimentis taxandis, is modus seruandus est, quem Prætor statuerit, & *n.*10. quòd vltra redditus expendendum non est in alimentis pupillorum, & *num.*11. quòd si pater statuit alimenta liberis, quos hæredes scripsit, ea sunt præstanda, & reputanda per tutorem, vel curatorem, nisi fortè vltra vires facultatum pater alimenta filiis prestanda statuerit, tunc namque imputabitur tutori, cur non addito Prætore desiderauerit alimenta minui, vt *in l.officio, vers.fin.vbi pill.educ.debeat*, & *n.* 12. quòd si testator in testamento decernat tã modi- 3 cè alimenta, quæ non sufficiant, poterit tutor ea præstare pinguiora vsque ad condecentem quantitatem, & *num.*13. quòd vbi taxatio alimentorum est 4 immodica, potest tutor illam restringere, & *num.*15. admonet quòd cauti & prudentes tutores, & curatores solent à iudice petere vt decernat quæ alimẽta minoribus sunt præstanda iuxta qualitatem & conditionem personarum, ac facultates patrimonij, & consuetudinem loci pro se, & famulis alendis.

SVMMARIVM.

1 *Tutori consulitur vt alimenta pupillo præstanda faciat taxari à Prætore, si tamen non fecerit ea, quæ legitimè in eius alimentis impedit, poterit ei imputare, & in dubio præsumuntur alitus à tutore, & num.*2.

3 *Tutor repetit alimenta præstita pupillo, etiamsi sit coniunctus.*

4 *Frater tutor fratris censetur impendere pro fratre animo repetendi, non donandi.*

5 *Iudex licèt alimenta non taxet, sed tutor, aut curator suo proprio iudicio ea minori tribuat, quando videt non expedire vt patrimonij quantitas intelligatur, tunc nihilominus persoluendum est ipsi quod in alimentis debitè expẽdisse constiterit, aut vir prudens fuerit arbitratus.*

6 *Fides ne detur libro tutoris, in quo continetur expensa pro alimentis, & aliis minori necessariis.*

7 *Pupillus præsumitur alimentatus à tutore, nisi probet ipse pupillus se aliunde habuisse alimenta, & numer.*8.9.

10 *Neminem præsumi vixisse de vento.*

L. Quod

L. Quod plerumque. II. & vlt.

Imp. ALEXANDER A. *Euphido.*

1 TVtori consulitur vt alimenta pupillo præstanda faciat taxari à prætore, si tamen non fecerit ea, quæ legitimè in eius alimentis impendit, poterit ei imputare, & in dubio præsumitur alitus à tutore. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Vide circa materiam huius text. Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 19. num. 4. & 5.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæst. 14. à princ.* & præcipuè *num.* 3. vbi dicit quòd etsi consulat text. *in præsenti* quòd curet tutor alimenta pupillo taxari ne inde contingat eum controuersiam pati super quantitate alimentorum, non tamen negat repeti posse quando non sunt taxata, & non est ferendus pupillus, qui maior fructus recusat sumptus sibi factos restituere, & *n.* 10. quòd tutor
3 repetit alimenta præstita pupillo etiamsi sit coniun-
4 ctus, & *num.* 12. quòd frater tutor fratris censetur impendere pro fratre animo repetendi, non donandi, Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 224. n. 9.* vbi per hunc text. tenet quòd qoando minores tales non sunt, vt ex opificio, aut obsequiis aliis præstitis viuere debeant, ad iudicem spectat, attenta quantitate patrimonij, & qualitate eorum, cæterísque circunstantiis concurrentibus taxare illis portionem aliquam ad alimenta quotannis, & *num.* 11. subdit quòd esto iudex alimenta non taxet, sed tutor, aut curator, suo proprio iudicio minori tribuat, vel quia videt non expedire, vt patrimonij quantitas non intelligatur, aut alia iusta ratione; immo esto per incuriam accedendi ad iudicem id efficiat, persoluendum nihilominus ipsi est, quòd in alimentis debitè expendisse constiterit, aut vir prudens fuerit arbitratus. Cardos. *in praxi iudicum, verbo alimenta num.* 3. vbi quòd alimenta, quæ tutor est pupillo præstitutus, debent taxari à iudice, quoniam si tutor illa taxari non facit, non repetet nisi expensas idoneas, & quæ per arbitrium boni viri expendisse videntur.

5 *Ne secreta patrimonij*, &c.] Notatur ad hoc quòd licèt iudex alimenta non taxet, sed totor, aut curator suo proprio iudicio ea minori tribuat, quando videt non expedire vt patrimonij quantitas intelligatur, tunc nihilominus persoluendum est ipsi quod in alimentis debitè expendisse constiterit, aut vir prudens fuerit arbitratus, vt per *l. Hisp. 20. tit. 16. par. 6.* ibi, *quando el guardador entendiesse que seria daño del moço en discobrir la requeza o la probreza del, e por esta razon le gouernasse de lo suo espendiendo por el tanto quanto fuesse guisado, o poco mas, por esta razon que entonces lo puede fazer: e deuele despues el moço quando fuere de edad pagar todo loque desta manera ouiesse despendido por el.* Gotier. *de tutel. part. 2. cap. 3. num. 5. & 9.*

6 Vtrùm detur fides libro tutoris in qoo continetur expensa pro alimentis, & aliis minori necessariis? vide Tirq. *in l. si vnquam, in princ. n.* 52. Aoendan. *de exequen. mand. part. 2. cap. 10. num.* 33. Ioseph. Ludou. *tom. 3. commun. opin. tit. de libris mercat. concl. vnic. vers. amplia* 16. Mascard. *de probat. concl.* 723. *& concl.* 971. *num.* 61. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 5. num.* 4.

7 *Nec ferendus est iuuenis*, &c.] Notatur ad hoc quòd pupillus præsumitur alimentatus à totore, nisi probet ipse popillus se aliunde alimenta habuisse, vt per Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs.* 50. *n.* 1. Menoch. *in simili tract. lib. 6. præs. 72. num.* 2. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 48. num. 18. & quæst. 70. num. 4. & tit. 6. quæst. 23. num.* 11. Mascard. *de probat. concl. 77. n. 7. & concl. 715. num. 4. & concl. 716. n. 1.*

Vnde argomento huius text. inferunt Doctores 8
quòd si quid non potest sine sumptu expediri, & factum reperitur, præsumetur ab eo factum, qui tenebatur facere, vt per Surd. *d. tit. 6. quæst. 23. num.* 12. latè Menoch. *d. lib. 6. præs. 11. à princ. & cons.* 390. *num.* 44. vbi quòd impensa præsumitur facta peconia eius, qui actum facere tenetur, *& cons.* 122. *num.* 41. qoòd expensæ ad rei dominum spectare solent. Cancer. *var. resol. part. 1. cap. 7. de tutor. num.* 105. vbi quòd actus ab eo præsumitur factus, qui impensam facere tenetur.

Factum enim semper qoid præsumitur ab eo, qui 9
facere tenebatur, vt etiam arg. huius text. tradit Surd. *d. tract. de aliment. tit. 9. q. 12. n. 16. & decis.* 127. *num.* 14. Mascard. *d. tract. de probat. concl.* 38. *num.* 6. vbi quòd quando actus fuerit factus ab aliquo, sed non constat cuius nomine is factom sit, tunc præsumitur factus nomine illius, qoi obligatus erat ad ipsum agendum.

Quasi vento vixerit, &c.] Notatur ad hoc qoòd 10
nemo præsumitur vixisse de vento, vt per Alciat. *d. reg. 1. præs.* 50. Perez *l. 2. col. 3. in fine vers. in posteriori tit. 4. lib. 5. Ordin. par.* 161. Menoch. *cons. 12. num. 14. & de præsumpt. lib. 6. præs. 71. in princip.* vbi iuris & naturæ præsumptionam hanc esse ait.

Arbitrium tutelæ.

TIT. LI.

ARBITRIVM, id est, actio, *tutelæ* quòd omnis huius iudicij potestas sit in arbitrio iudicantis, qoi excussis tutelæ rationibus, ex bona fide statuit, quæ tutorem pupillo præstare, aut reputare oportet. Gothofr. *hic* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De ma. tit. vide Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 13. cap.* 10. Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure classi 1. disp. 14. n.* 109. *cum seqq.* Quare aotem sic inscribatur hic titulus, vide Ronchegal. *in rub. ff. de duob. reis n.* 54. Alciat. *lib. 7. parerg. cap.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur rationem reddere, non secundùm testatoris æstimationem, sed secundùm veritatem, & num. 2.*

3 *Tutela, vel cura administrota rationum reddendarum tota materia pendet ex æquo & bono.*

L. Cùm tutelæ. I.

Imp. ANTONINVS A. *Leoni.*

NOo secundùm testatoris æstimationem, sed se- 1
cundùm veritatem tenetur tutor reddere rationem. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Aloys. Leo *super 5. fol. 68. verso*, Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem rationem ex hoc text. desumit Gal- 2
ganet. *de tutel. lib. 2. tit. 30. num.* 10.

Materia

3 Materia tota rationum reddendarum tutelæ, vel curæ administratæ, ex bono & æquo pendet, Gutier. *in tract. de tutel. part. 3. cap. 1. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor in exigendis nominibus debitorum tantùm tenetur de lata culpa, & num. 2. 4.*

3 *Tutor tenetur exigere debita à debitoribus pupilli, aliàs nomine proprio tenetur. De debitorum identitate quando constare debeat, num. 5.*

L. Nomina. II.

Idem A. Præsentino.

1 IN exigendis nominibus debitorum tutor tenetur tantùm de lata culpa. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Arimin. Tepat. *var. sentent. tom. 2. tit. 484. cap. 2. vers. in exigendis nominibus.* Bellacomb. *tom. 1. commun.*
3 *opin. lib. 5. tit. 23. num. 43. pag. 763.* vbi quòd tutor tenetur exigere debita à debitoribus pupilli, aliàs nomine proprio tenetur, subdit tamen per *l. mediterranea, C. de annon.* quòd si debitum esset tale vt plus expenderetur in eo exigendo, quàm esset debitum ipsum, excusandus esset ipse tutor. Gasp. Baëç. *de*
4 *decima tut. cap. 2. num.* 147. vbi quòd solùm tenetur tutor de lata culpa in negotio exigendi debitores pupilli, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore num. 5. C. de in integr. restit. min.* vbi quòd latæ culpæ obnoxius est tutor, qui in exactione nominum cessauit, vbi *num. 7. vers. quo fit*; subdit vt si ij pupillares debitores, necnon minorum loco atque tempore congruo exigere desierint, & ob negligentiam in exigendo commissam facultatibus cadant, & non soluendo efficiantur tempore susceptæ, vel redditæ rationis, damnum quod ex cessatione pupillo, minorive emerserit, præstare ac resarcire teneantur, Valasc. *de partit. cap. 8. num. 19.* vbi quod tutores in exigendis debitis tenentur tantùm de lata culpa, Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 16. num. 11.* vbi verba Cald. transcripsit, *part. 3. cap. 1. num. 93.* vbi quòd nõ sufficit leuis culpa in non exigendis debitoribus pupilli, sed requiritur lata culpa. Iacob. Cancer. *var. resolut. part. 1. cap. 7. de tutorib. num. 169.* vbi quòd tutor negligens in exactione nominum, nõ tenetur nisi de lata culpa, & sic ad hoc vt teneatur de periculo nominum non exactorum debet probari dissoluta negligentia in non exigendo, quæ lata culpa est, videlicet non adhibere eam diligentiam in re aliena, quam in sua adhiberet, Padil. *in sum. legum pœnal. part. 1. casu 27. num. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 125. num. 1.* vbi quòd tutor in exigendis nominibus debitorum solùm de dolo, & lata culpa conuenitur, Paul. Montan. *de tutel. cap. 39. n. 56.* Francisc. Hieron. Leo. *Valent. decis. 115. num. 6. & seqq. lib. 1.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 3. num. 13. vers. quotidie.*

5 In gloss. *Suscepta tutela* 1. ibi, *quod probari debet à pupillo*, &c. Notatur ad hoc quòd non exactis debitoribus pupilli factis minus idoneis, non sufficit ad probationem doli dictos debitores non esse idoneos, sed debet constare tempore susceptæ tutelæ fuisse idoneos, & facilè exigi potuisse, itaut hoc sit probandum per pupillum, vt per imol. *cons. 75. Circa primum dubium, num. 2. in fine vers. videtur etiam quòd onus,* Fulgos. *cons. 25. Spectabilis milès, in fine vers. super eo verò, num. 6.* Riminald. *cons. 356. num. 18.* Decian. *cons. 88. num. 26. & seq. vol. 2.* Gutier. *de tutel. par. 3. cap. 1. num. 95.* Escobar. *de ratiocin. cap. 19. num. 21. & seq.* Stephan. Gratian. *d. cap. 125. num. 12. cum seqq.* Iacob. Cancer. *d. part. 1. cap. 7. de tutorib. num. 169.* Francisc. Hieronym. Leo *dict. decis. 115. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Minoris est electio vtrùm petat rem emptam ex pecunia sua, licèt non nomine suo, an pecuniam ipsam cum vsuris centesimis.*

2 *Curator si emat de pecunia minoris nomine proprio, res empta est minoris, si minor eam velit vendicare, & num. 5.*

3 *Tutor si cum pecunia pupilli aliquid suo nomine emerit, in arbitrio pupilli erit eligere quid velit, vel pecuniam suam cum vsuris, vel rem emptam.*

4 *Empta ex pecunia minoris efficiuntur sua.*

6 *Tutor, seu curator, qui pecunias pupillares, seu Ecclesiæ non collocauit in honestum lucrum, vel in annuos redditus, seu in emptionem prædiorum, tenetur ad interesse lucri cessantis. Amplia.*

I. *Tutores non solùm teneri de pecuniis otiosis, vel in suos vsus conuersis interesse soluere, sed etiam debitis non exactis, & de bonis mobilibus non venditis, num. 7.*

II. *Tutorem teneri ad interesse alteri ... interesse, quando in vsus suos pecuniam conuerterit.*

L. Si curator. III.

Idem A. Vitalio.

MInoris est electio vtrùm petat rem emptam ex pecunia sua, licèt non nomine suo, an pecuniam ipsam cum vsuris centesimis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide *l. Hisp. 49. vers. si fuessen de menor tit. 5. part. 5.* vbi Gregor. Lop. *in gloss. 4. verbo en guarda,* vbi subdit quòd si curator emat de pecunia minoris nomine proprio, res empta est minoris, si minor eam velit vendicare, Galganet. *de tutela lib. 1. tit. 27. n. 18.* vbi per hunc text. dicit quòd si tutor cum pecunia 3 pupilli aliquid suo nomine emerit, in arbitrio pupilli erit, eligere quid velit, vel pecuniam suam cum vsuris, vel rem emptam. & *tit. 32. n. 14.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 36. vers. secundus casus*, vbi quòd res empta ex pecunia minoris efficitur sua, Mascard. *de probat. concl. 1159.* aliàs 1164. *à num. 8.* vbi per 4 hunc text. tenet quòd res empta per tutorem, curatorem, seu administratorem nomine proprio ex pe- 5 cunia minoris efficitur minoris, si minor eam velit vendicare, de quo Gasp. Baëç. *de decima tut. cap. 18. num. 24.* Escob. *de ratiocin. cap. 14. num. 34.* Alexand. Trentacinq. *var. resolution. lib. 3. tit. de empt. & vendit. resol. 1.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part. 3. num. 84.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 11. tit. 14. num. 2.* Petra *in addit. Grammat. decis. 103. n. 112. & seq.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 20. num. 15.* vbi declarat. Et hæc principalis resolutio limitatur, si res ematur ex pretio rei minoris, seu pupilli, quia tunc non efficitur minoris, nec eam vendicare poterit, sed emptori quæritur, nam multum differt aliquid esse emptum ex pecunia pupilli, vel ex pecunia redacta ex vẽditione rerum pupilli;

Paris.

Paris.cons.80.num.50.lib.1.Menoch. concl.213. n.66. Surd.decis.15 num.6. Alexand.Trentacinq.d.resol.1. vers.secundo.

6 *Legitimas vsuras ab eo accipere*, &c.]Notatur ad hoc quòd tutor, seu curator, qui pecunia pupillares, seu Ecclesiæ non collocauit in honestum lucrum, vel in annuos redditus, seu in emptionem prædiorum, tenetur ad interesse lucri cessantis, vt per Couar. *lib. 3. var. cap. 2. num. 1.* Gasp. Baëc. *de decima tut. cap. 2. num. 92. cum seqq.* Ayora *de partit. part. 1. cap. 4. à num. 22.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 9. num. 16. cum seqq.* Damhouder. *de patrimon. pupillari tit. de pupill. interesse num. 44. & 52.* Felician. de Solis *de censib. lib. 1. cap. 3. num. 11. post med. vers. ex eodem fonte*, & *num. 13. vers. ex eadem resolutione*, Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib. 3. quæst. 1. num. 12. cum seqq.* Franc. Hieron. Leo *Valent. decis.* 18. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de interesse resol. 1. num. 12.* Steph. Gratian. *disc. forens. tom. 1. cap. 6-. num. 1. cum seqq.* Muñoz de Escobar. *de ratiocin. cap. 14. num. 3.* vbi ait circumspectos debere esse tutores, vel curatores tam Ecclesiæ, quàm minorum, quando pecuniam suorum principalium accipiunt, vel recipere debent in illam præcisè collocando in emptionem prædiorũ, vel annuorum reddituum comparationem, & si non faciant, & in suos vsus conuertant, vel eam otiosam habeant, in vsuris, idest, in redditibus, & interesse talis pecuniæ condemnandos: declara tutorem teneri ad interesse decursum in eius vita, & tutela durante, nõ verò finita tutela, & post mortem tutoris, Montan. *de tutel. cap. 32. num. 18 [illegible] 336. per l. maximè, & ibi glos. ff. de admin. tutor.*

Amplia tutores non solùm de pecuniis otiosis, vel in suis vsibus conuersis interesse soluere teneri, sed etiam de debitis non exactis, quando debita fuerunt ab eo contracta, vel exigibilia tempore susceptæ tutelæ, & de bonis mobilibus non venditis, quæ aliàs vendere tenebatur, vt per Baëc. *d. tract. de decima tut. cap. 12. num. 111.* Escob. *de ratiocin. cap. 18. num. 11.* Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib. 2. quæst. 15. n. 65.* Damhouder. *de tutore c. 7. n. 38.*

7 Amplia etiam tutorem teneri ad interesse alterius interesse, quando in vsus suos pecuniam cõuerterit, ea præcipua ratione, quia vsuræ efficiuntur sors, & ideo ipsarum vsuræ debentur, *l. qui negotiationem 59. §. duobus, ff. de admin. tutor.* Petr. Greg. *de censib. quæst. 3. in addit. num. 37.* ibi, *fallit in tutore quando in eorum vsus conuertunt bona minoris*, quia isto casu tenentur ad vsuras vsurarum, quod est speciale, Caualcan. *in tract. de tutor. & curat. num. 516.* Fab. de Anna *cons. 48. num. 12.* Franc. Hieron. Leo *Valent. decis. 13. num. 6. & 7. lib. 1.* Muñoz de Escobar *dict. cap. 14. num. 30.* Montan. *de tutel. cap. 32. num. 207. cum seqq.* dum dicit quòd tutor debet mulctari vltra centesimas vsuras, & criminaliter puniri tanquam bonorum vsurpator; quicquid teneat Gasp. Roder. *d. l. 3. q. 10. num. 51. cum pluribus seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Minor licèt consequi posset, vel consequutus fuerit damnum sibi illatum à tutore, eo à paterna hæreditate abstinente, non propterea potest ipse à creditoribus hæreditarijs conueniri, & n.2.*

3 *de Tutoribus, & curatoribus qui adeunt minorum hæreditatem damnosam sine beneficio legis & inuentarij quod teneantur ad damna, expensas & interesse, & contra eos possit iurari in litem, remissiuè.*

L. Eum qui, IV.

Imp. Alexander A. *Aglao.*

Licèt minor consequi posset, vel consequutus fuerit damnum sibi illatum à tutore, eo à paterna hæreditate abstinente, non propterea potest ipse à creditoribus hæreditariis conueniri. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Greg. Lop. *l. 11. gloss. 5. in verbo semes ante destas, in princ. tit. 6. part. 6.* Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 11. n. 2.* 2
De tutoribus, & curatoribus qui adeunt minorum hæreditatem damnosam sine beneficio legis & inuentarij quòd teneantur ad damna, expensas, & interesse, & contra eos possit iurari in litem, vide Caualcan. *de tut. & curat. n. 67.* Gutier. *de tutel. part. 2. c. 1. n. 110.* 3

SVMMARIVM.

1 *Tutores omnes, & eorum hæredes debent coram eodem iudice conueniri in eadem tutela, & idem iudex delegari debet.*

2 *Tutores hæredes tenentur administrata tutela rationem reddere.*

L. Omnes tutores. V.

Imp. Gordian. A. *Victorino.*

Tutores omnes, & eorum hæredes coram eodem iudice debent conueniri in eadem tutela, & idem iudex debet delegari. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd hæredes tutorum tenentur administratæ tutelæ rationem reddere, vt per Hippol. *sing. 493.* Bursat. *cons. 105. num. 1. & 2.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo hæres 4.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 13. cap. 10. num. 17.* vbi quòd tutelæ actio contra hæredes tutoris competit. Farin. *fragm. crim. par. 2. lit. I, verbo Iuramentum n. 1055.* vbi declarat. 2

SVMMARIVM.

1 *in electione Minoris est ratificare venditionem à tutore factam, & pretium iustum (licèt viliori sit venditum) iure communi petere ab ipso vendente, & postea peruenire ad alios: & si omnes tutores pariter vendiderint, vnus in solidum conueniri potest, sed eo conuento sunt contra alios cedendæ actiones.*

2 *Minor, seu Ecclesia si velit approbare contractum à se sine solemnitate factum, aduersarius potest stare alienationi, & pretium venditionis soluere.*

3 *Actus gestus nulliter cum Ecclesia & minore valet, si minor velit. Limita, vt n. 4.*

L. Cùm interdictæ. VI.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Comoni & alijs.*

In electione minoris est ratificare venditionẽ inualidam à tutore factam, & pretium iustum (licet 1
viliori

viliori sit véditum) iure cómuni petere ab ipso vendéte, & postea ad alios peruenire; & si omnes tutores pariter vendiderint, vnus in solidú conueniri potest, sed eo conuento sunt cótra alios cedendæ actiones. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd si minor, seu Ecclesia velit approbare contractum à se sine solemnitate factú, aduersarius cogitur stare alienationi, & pretiú véditionis soluere, vt per Guid. Pap. *decis.159.n.2.* Tiraq. *in tract.le mort.p.7.decl.1.n.6. & de nobil.c.28. n. 15.* Hippol. *sing.155.* Alph. *collect.444.* Alex. Trentac. *var. resol.lib.1.tit.de minor.resol.8.n. 1.* Iac. Cancer. etiam *var.resol.p.1.cap.13.n.45.& 48.* Perez de Lara *de vita*

3 *hom.cap.48.n 58.* Surd. *decis.107.n.3.* vbi *n.7.* ait quòd actus gestus nulliter cum Ecclesia & minore valet, si minor velit, & esse in electione minoris cogere cum eo contrahenté ad obseruantiam contractus. Et hæc nullitas solúab Ecclesia, & minore potest opponi, vt tenet Surd. *decis.70.n.22.& d.decis.108.n.2.* Thesaur. *lib.3.forens.q.37.* Aloys. Ricc. *in praxi fori eccl.decis.9.* quod in tantum verum est, vt si actú sit de nullitate contractus, & per sententiá fuerit nullus declaratus, potest pupillus postea declarare se velle contractui stare, Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gl.56.n.92.* Perez de Lara *d.c.48.n.49.* Alex. Trentac. *d.resol.8.n.5.*

4 vbi declarat. Limita tamen nisi ille, qui cum minore contraxit, ante contractum, vel iudicium cósummatum opponat defectum solemnitatis, nam tunc non erit electio personæ priuilegiatæ volentis actú sustineri, vt cum Palat *in repet.rub.de don.inter vir.& vx.§.68.n.7.* & Tiraq. *post ll.connub.siue de iur.mar.gl. 8.n.88.* ac aliis, tradit Pinel. *in l.1. C.de bon.mat.p.3. n.35.* Surd. *d.decis.108.n.9.* Aloys. Ricc. *d.decis.9.n.2. vers.limita secundò,* vbi alias duas limitationes tradit quando ante actum consummatum opponitur de defectú solemnitatis, vel quando Ecclesia, vel minor vellent pro parte valere, quia non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator necdum tenetur de damno illato, sed etiam de lucro omisso, & in actione tutelæ, vel vtili actione negotiorum gestorum, venit etiam leuis culpa, & num.2. non verò leuissima, n.3. si quis velit aliquid relinquere pupillo, & tutor sibi relinqui fecit, quid, remissiue, num.4.*

L. Quicquid tutoris. VII.

Iidem AA. & CC. *Alexandro.*

1 TVtor, vel curator necdum tenetur de damno illato, sed etiam de lucro omisso, & in actione tutelæ, vel vtili negotiorum gestorum, venit etiam leuis culpa. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Donel. *comm.iur.ciuil.lib.21.c.11.col.4.* Petr. Greg. *syntagm.iur. lib.13.c.10.n.5.vers.item,* vbi per hunc text. tenet minores quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, amiserint, vel cùm possét, nó acquisierint, hoc in tutelæ, seu negotiorum gestorum vtile iudicium venire, Cou. *var.lib.3.c.2.n.1.vers.illud,* Ioan. Garc. *de expens.c.20.n.16.vers.denique,* Soc. *cons.149.n.1.& seq.lib. 1.* vbi ex multis resoluit tutores præsumi diligentes, & nó negligentes ea negligentia, quę cadat in leuč culpam, quam ait committere, qui negligunt facere, quod diligentes homines facere non neglexissent, Escob. *de ratiocin.c.19.n.23.& fin.* vbi modú probandi negligentiam tradit, Iac. Cancer. *var.resol.p.1.c.7.de tut.n.170.* vbi per hunc text. tenet in iudicio reddédæ rationis venire leuem culpam, itaut tutor teneatur pupillo de neglectis malè administratis, & indebitè consumptis, & resarcire ei omne damnum, quod sua culpa sensit, vel lucrum sua etiá leui culpa amisit, Aluar. Valasc. *de partit.c.8.n. 19.* Cald. Perira *post q. forens.ad tit de inoff.test.in princ.n.21.in initio,* vbi ait Alex. Imper. rescripsisse in hoc text. tutorem pupillo teneri restituere quicquid potuit, & omissa occasione acquirere desiit, & neglexit. Paul. Comit. *resp.mor. lib.1.q.83.n.2.* Paul. Mont. *de tutel.c.36.reg.3.n.5.* Gut. *in simili tract.p.1.c.14.n.1.* vbi tradit tutores & curatores teneri tutelæ & curæ iudicio minoribus suis resarcire quicquid dolò, vel culpa eorú leui amiserint, vel cùm possint non acquisierint, de leuissima, tamen culpa non teneri, & *p.3.c.1.n. 96.* vbi quòd tenetur tutor, vel curator si dolo, aut lata culpa neglexerit exigere, & tenetur ad interesse, & *n.101.* quòd tenetur etiam ad id quod acquirere potuerunt, & non acquisierunt.

3 In glos. *Leui 1.ibi, non leuissima,* &c. Notatur ad hoc quòd de leuissima culpa nullatenus tenentur tutores, vel curatores, vt per Ant. Piag. *de tut.& cur. q.19.n.13.* Afflict. *decis.207.n.3.* Malual. *cons.113.n.3.* Gutier. *d.p.2.c.14.n.1.in fin.* Cald. Pereira *in l si curato.verbo sine curatore, n.6, C.de in integr.restit. minor.* Rot. *decis.275.n.1.in fine,* apud Farin. *p.2.recentiss.*

4 In gloss. *Non acquisierint,* ibi, *sed quid si aliquis velit relinquere aliquid pupillo, & tutor fecit sibi relinqui?* &c. De qua quæst. vide Cald. Pereira *ad d.tit.de inoff. test.in pr.n.31.* latè Gutier. *d.p.2.c.14.n.3.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Actioni tutelæ nó præscribitur longo tempore, & n.2.*

3 *Tutores tenentur vsque ad triginta annos.*

L. Tutores. VIII.

Iidem AA. & CC. *Dalmatio.*

ACtioni tutelæ non præscribitur longo tempore. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Boër. *decis.59.n.1.* vbi quòd tutores tenentur vsque ad triginta annos, Cuiac. *lib.17.obseru.6.* Petr. Greg. *syntag. iur.lib.13.c.10.n.67.* vbi quòd tutelæ actio tam hæredibus pupilli, quàm etiam contra hæredes tutoris competit vsque ad triginta ann. Iac. Cancer. *var.resol.p.1.c.7.de tut.n.83.* vbi quòd tutores, vel eius hæredes tenentur ad reddendam rationem tutelæ vsq; ad triginta annos. Galgan. *de tutel. lib.2.tit.29.n.11.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Agi debere contra tutorem, non contra eum, qui indemnitatem promisit, & num.2.*

3 *de Actionibus tutelæ, & curæ, directis, & vtilibus, ciuilibus, & prætoriis, remissiuè.*

L. Tutorem quondam. IX.

Iidem AA. & CC. *Iuliano.*

COntra tutorem debet pupillus agere, non contra eum, qui indemnitatem promisit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1.num.1.supr.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galgan. *de tutel.lib.2.tit.26.n.44.& tit.31.n.7.* 2

De actionibus tutelæ, & curæ, directis, & vtilibus, ciuilibus, & prætoriis, vide Petr. Gregor. *syntagm.iur. p.2.lib.13.cap.10.per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Quaesita à tutore durante tutela non praesumuntur quaesita de bonis pupilli ideo non ea veudicare, sed tutela iudicio agere debes, & n. 2. Limita*

I. non procedere quando aliqua extat contraria coniectura, qua demonstraretur aliquem non fuisse effectum diuitem sua industria, & labore, n. 3.

II. Quādo nulla adest industria, nullúsque labor, n. 4.

III. In matre vidua, & nutrice, qua si tēpore tutela bona aliqua acquisiuit, praesumitur acquisiisse ex bonis pupilli sui, n. 5. lex praesumit aliquē lucrari posse, n. 6.

7 *Ditari in futurum quilibet praesumitur, non autem pauper fieri.*

8 *Emens rem aliquam, & soluens praesumitur de suo soluere, etiamsi administret bona aliena, vel pecuniam cum alio communem habeat, n. 9.*

10 *Lucrari industria sua quis praesumitur.*

11 *Administrator Principis, Reipubl. seu fisci, an praesumatur ditatus, & acquisiisse de bonis administratis, an verò de suo proprijs, remissiuè.*

L. Si defunctus. X.

Jidem AA. & CC. *Pomponio.*

1 QVaesita à tutore tutela durante non praesumuntur quaesita de bonis pupilli, ideo non ea veudicare, sed tutelae iudicio agere debet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eand. concl. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Cremens. *sing. 6. vers. sed quid in tutore*, Alex. *cons. 61. n. 13. & 14. lib. 2.* Caualcan *de tut. & cur à n. 221.* Rimio. *cons. 300. n. 96.* Bursat. *cons. 209. n. 24. & seq. & cons. 415. n. 14.* Burg. de Paz *cons. 43. n. 1. & 8.* Menoch. *cons. 11. num. 10. & de praes. l. 3. praes. 51. n. 39. & praes. 52. n. 5. & lib. 6. praes. 28. n. 2.* Gasp. Baeci *de decim. tut. c. 18. n. 16.* Mascard. *de prob. concl. 53. n. 5.* vbi intelligit si administrator, siue tutor sit diues, solers, & ingeniosus, *& concl. 1393. n. 9.* Bobadil. *in sua polit. tom. 1. lib. 1. c. 11. n. 8.* Galgan. *de tut. lib. 3. q. 61. à princ. lib. 2. tit. 30. n. 13.* Farin. *cons. 7. n. 10. & cons. 96. n. 6. cum seqq. & fragm. crim. p. 1. lit. A, n. 39.* latè Gutier. *in tract. de tut. p. 3. cap. 46. n. 2. cum multis seqq.* vbi *n. 3. & 4.* duplicem assignat rationem, primam ne aliàs resultet delictum, secundam quia consentaneum est rationi & aequitati vt homo, qui natus est ad laborem, sicut auis ad volandum, sua industria, & laboribus in dies efficiatur diues, ac locuples.

3 Limita primò supradictam concl. vt non procedat quando aliqua extat contraria coniectura, qua demonstraretur aliquem non fuisse effectum diuitem sua industria & labore, vt per Menoch. *d. l. 6. praesump. 27. n. 15.* Gutier. *d. p. 3. c. 46. n. 15.*

4 Limita secundò vt locum non habeat, quando nulla adest industria, nullúsque labor, tunc namque non praesumitur pauper effici diues, vt per Menoch. *d. l. 6. praesumpt. 28. n. 11.* Mascard. *d. concl. 53. n. 5.* Gut. *d. p. 3. c. 46. n. 25.*

5 Limita tertiò in matre vidua, & nutrice, quae si tempore tutelae bona aliqua acqoisiuit, praesumitur acquisiuisse ex bonis pupilli sui, Paris. *cons. 80. n. 8. cum seqq. lib. 1.* Gabr. *commun. lib. 1. tit. de praes. concl. 15. n. 10.* Herculan. *de negatiua, n. 26. vers. vigesimoseptimò infertur*, Menoch. *d. lib. 3. praesump. 31. n. 59.* Mascard. *concl. 30. n. 5. vers. secundò restringe*, quos refert & sequitur Farin. *d. lit. A, num. 40.*

6 Ad plura citatur hic text. & primò ad hoc quòd lex praesumit aliquem lucrari posse, vt per Alciat. *de praesumpt. reg. 3. praes. 1. & lib. 6. parerg. c. 14.* Laorent. Syloan. *cons. 86. n. 6. l. 2.* & alios quos refert Alphan. *ollect. 43.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 9. n. 13. & tit. 8. q. 1. n. 6.* vbi quòd ditari in futurum quilibet praesumitur, 7 non autem pauper fieri.

8 Et ad hoc quòd is, qui emit rem aliquā, & soluit, praesumendū erit soluentem de sua pecunia soluere, & nō ex communi, Alex. *cons. 134. in fin. vol. 5.* Veain. *tom. 1. commun. opin. l. 4. tit. 25. pro socio, n. 32. pag. 612.*

9 Et ad hoc quòd soluere quis praesumitur de proprio, etiāsi administret bona aliena, vel pecuniā cū alio communē habeat, vt per Surd. *de alim. tit. 6. q. 8. n. 51.*

10 *Augmenta patrimonij, quod laboribus, & multis casibus quaeritur, &c.* Ergo praesumitur quis ex sua industria lucrari, vt per Gutier. *d. p. 3. c. 1. n. 17. v. quoniam.*

11 Vtrùm administrator Principis Reip. seu fisci praesumatur ditatus, & acquisiuisse de bonis administratis, an verò de suis proprijs, vide Strach. *de merc. p. 4. n. 37.* Franc. Luc. *in tract. de fisco & eius priuil. p. 1. princ. n. 30.* Bertrand. *cons. 115. n. 8. & 31. l. 2. & cons. 131. n. 6. l. 6.* Suar. *comm. verbo officialis, c. 10.* Mascard. *de probat. concl. 161. & concl. 1134.* Menoch. *de praesumpt. lib. 6. praes. 52.* Peregr. *de iure fisci lib. 6. tit. 3. n. 6. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Administrata post finitam tutelam prioribus connexa veniunt in actione tutela, & n. 3. in connexu tutor & curator perseuerare tenentur ante translationem administrationis in alium, non verò post, n. 4.*

2 *Tutor post pubertatem in administratione perseuerauerit, tutela actione totius temporis rationem praestare cogitur: si autem post finitam administrationem in eisdem rebus minimè se immiscuerit, temporis quod insequitur periculum ad eum non pertinet.*

6 *Tutor non cogitur perseuerare in administratione tutela post puberem aetatem pupilli, si perseuerauerit, tenetur actione negotiorum gestorum, n. 7.*

L. Tutor post pubertatem. XI.

Jidem AA. & CC. *Chrysiano.*

1 ADministrata post finitam tutelam prioribus connexa veniunt in actione tutelae. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Vide Gut. *de tut. p. 2. c. 19. n. 42.* vbi per hūc text. tenet quòd si tutor post pubertatē in administratione perseuerauerit, tutelae actione totius tēporis rationē praestare cogitur: si autem post finitā administrationem in eisdē rebus minimè se immiscuerit, tēporis, quod insequitur periculū ad eū non pertinet, & *n. 14* quòd 3 connexa tantū veniunt in tutelae iudicio, alia, in quae etiam perseuerauerit post pupillarē aetatē in actione negotiorum gestorū, per *l. si tutor post, ff. de tut. & rat. distrah. & n. 15.* per hanc l. tradit quòd in cōnexis tutor, & curator perseuerare tenetur ante translationē 4 administrationis in alium, non verò post, & *ibid.* post Menoch. *cons. 145. n. 51.* dicit quòd tutor finita tutela 5 tenetur prosequi connexa, Iacob. Cancer. *var. resol. p. 2. c. 7. de tutor. n. 24.* vbi citato hoc text. tenet quòd 6 tutor post puberem aetatē pupilli nō cogitur in administratione tutelae perseuerare; subdītq; *ibid.* quòd 7 si in administratione perseuerauerit, tenetur actione negotiorum gestorum. Galgan. *de tut. l. 2. tit. 24. n. 3.*

L. Tutelae actio. XII.

Jidem AA. & CC. *Quintil'ae.*

1 TVtelae actio tam heredibus, quàm etiam contra successores competit. Sunt verba text ad quem ex Ordin. vide Doctores citatos *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 13. c. 10. n. 15.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo haeres 4.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Confessio profitentis maiorem esse quantitatem patrimonij pupilli, quam sit, non præiudicat sibi nisi inuentarium fecerit scribi, & num. 2.*

3 *probatur si Tutor, vel curator in inuentario publicè facto res pupilli inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit, non esse aliud inspiciendum nisi hoc quod inscripserit, & secundum vires eiusdem scripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigit, procedit etiã in confessione tutoris, & curatoris facta in scriptura priuata, in qua asserat rẽ esse pupilli, vel adulti, & in hac specie oritur præsumptio iuris, & de iure, aduersus sic confitentem, n. 10. nec probatio in contrarium admittitur, n. 4. prætextu tamen erroris huiusmodi cõfessio reuocari potest, n. 5. non procedit supra dicta cõclusio in præiudiciũ tertij, n. 6. nec in rebus immobilibus, etiam in inuentario publico descriptis per tutorem, vel curatorem, n. 7. præsumitur pro inuentario, n. 8.*

9 *Inuentarium probat contra tutorem.*

11 *Iactare suum nemo præsumitur.*

12 *Tutor, vel curator non potest administrare ante administrationem ei decretam, & confectionem inuentarij sibi à testatore non remissi.*

13 *Inuentarij omissio operatur, vt non possit tutor administrare.*

14 *Inuentarij confectio tutori, vel curatori remitti potest per testatorem.*

15 *Inuentarium non faciens vt suspectus habetur, infamia nota efficitur, num. 16.*

L. Veteris. XIII. & vlt.

Imp. IVSTINIAN. A. *Iuliano P.P.*

1 Confessio profitentis maiorem esse quantitatem patrimonij pupilli, quàm sit, non præiudicat sibi, nisi inuentarium fecerit scribi, quia tunc probatio in contrarium non admittitur. Colligunt
2 ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eãdem conclus. ex hoc text. desumit Arim.
3 Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 480. c. 7. vers. confessio tutori.*

Probat hic text. quòd si tutor, vel curator in inuentario publicè facto res pupilli, vel adulti inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturã confessus fuerit ampliorem quantitatẽ substantiæ, nõ esse aliud inspiciendum nisi hoc quòd inscripserit, & secundùm vires eiusdem scripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigit, vt per *l. Hisp. 120. tit. 18. p. 3.* Gutier. *de tutel. p. 2. cap. 1. n. 100.* Quamuis tutor, vel curator faciat protestationem quòd si quæ apposuit nõ ponenda, vult habere pro non appositis, ista protestatio nihil operatur, Gregor. Lopez *d. l. 120. gloss. 1.* Alciat. *in rubr. de præsumpt. p. 2. n. 11. & fin.* Gutier. *d. p. 2. cap. 1. n. 101.* quicquid dicat Valasc. *cons. 52. num. 16.*
4 & Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutor, num. 11.*

Quæ quidẽ conclusio ex hoc text. desumpta adeò procedit, vt probatio in contrariũ nõ ad mittatur, vt per Afflict. *decis. 324. n. 25. d. l. Hisp. 120.* Caualcan. *de tut. & cur. n. 66.* Gasp. Baëç. *de decim. tut. c. 2. sub n. 63.* Alciat. *d. p. 2. n. 5. & 11* Menoch. *de præs. l. 6. præs. 97. n. 1.* Mascard. *concl. 939. n. 3.* Surd. *decis. 184. n. 3.* Gutier. *d. p. 2. c. 1. n. 89.* & meliùs *n. 102.* vbi dicit *in fine* hoc speciale esse in inuẽtario tutoris, & curatoris. optimè Aluar. Valasc. *cons. 52. n. 11.* vbi *n. 14.* subdit hunc text. loqui peculiariter in tutore, & ideo ad hæredẽ, seu aliã personam non esse trahendũ; additque limitari vt procedat in inuentario publicè facto, prout loquitur, secus aliàs, quia exorbitans est.

Barbos. Collect. in Cod. Tom. I.

Prætexto tamen erroris huiusmodi confessionem
reuocari posse tenẽt Gregor. Lopez *d. l. 120. glos. vlt. in fine*, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 9. n. 32.* vbi notat decisionem huius text. procedere eo quòd res in inuentario descriptæ præsumuntur esse pupilli; additque quòd si tutor probauerit aliquas res suas esse, & per errorẽ fuisse descriptas, debet obtinere, quia præsumptio legis per lucẽ probationis excluditur, neque videtur eas pupillo donasse, ea nimirum ratione quòd text. *in præsenti* est exorbitans, & restringi potius debet, quàm extendi, Gutier. *d. par. 2. cap. 1. n. 103.* vbi *n. 104.* post Menoch. *lib. 1. præsumpt. 63. num. 2 & præsumpt. 65. num. 6.* ait quòd non solùm error potest allegari, & probari à tutore, vel curatore contra scripta à se in inuentario publico, sed etiam per directum probatio admittetur, quæ aduersùs hanc præsumptionem iuris, & de iure solet admitti, nempe res illas descriptas inuentario fuisse vsu consumptas.

6 Non procedit etiam supradicta cõclusio in præiudicium tertij, nempe quando res descripta in inuentario reperitur aliena; illa nãque descriptio nõ nocet domino rei eã vendicanti, nec tutori, quia illam describi fecit, vt per Gregor. Lupez *d. l. 120. in gloss. quamuis erat*, Menoch. *d. lib. 6. præsumpt. 97. n. 9.* Gutier. *d. par. 2. cap. 1. n. 106.* vbi *n. 107.* subdit etiam
7 non procedere in rebus immobilibus etiam in inuẽtario publico descriptis per tutorem, vel curatorem, quæ sua esse probare possunt tutor & curator instrumentis, sed tantùm procedere in rebus mobilibus, in quibus contrarium directè probare non possunt, & citat Menoch. *d. lib. 6. præsumpt. 97. n. 6.*

Notatur hic text. ad hoc quòd præsumitur pro inuentario, vt per Afflict. *decis. 324. n. 14.* Pedem. *decis. 68. n. 11.* Rot. *decis. 448. n. 1. p. 4. diuers.* aliàs apud Fa- 8
rin. *in nouiss.* Et ideo Inuentariũ probat contra tuto- 9
rẽ, vt citato hoc text. tradit Vezin. *tom. 2. comm. opin. lib. 6. tit. 19. de iure delib. n. 98. pag. 134.* ac contra eũ plenam fidem facit Mascard. *de prob. concl. 939. à n. 2.*

Et ipse per huiusmodi scripturã confessus fuerit, &c.] 10
Procedit etiã in cõfessione tutoris, & curatoris facta in scriptura priuata, in qua asserat rẽ esse pupilli, vel adulti, & in hac specie oritur præsũptio iuris & de iure aduersùs sic confitẽtem, vt per Menoch. *d. lib. 6. præsumpt. 97. n. 4.* Gutier. *d. p. 2. c. 1. n. 108.*

Neque enim sic hoc simplex, &c.] Notatur ad hoc 11
quòd iactare suum nemo præsumitur, vt per Mascard. *de probat. concl. 872 à princ.* cũ multis per me citatis *in axiom. iuris v. sufreq.*

§. Illo procul dubio.

Tutor, vel curator ante administrationẽ ei decretã, & confectionẽ inuẽtarij sibi à testatore non re- 12
missi nõ potest administrare, & inuentariũ nõ cõficiẽs remouetur vt suspectus, nisi testator remiserit. Colligũt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Nisi prius inuentario publicè facto, &c] Ergo omis- 13
sio Inuẽtarij operatur vt nõ possit tutor administrare, de quo vide Put. *decis. 280 & 310. & 417. n. 6. l. 1.* Seraph. *decis. 1004. n. 5.* Rot. *decis. 320. n. 3.* apud Farin. *p. 2. recent.* Vant. *de null. tit. ex defectu mandati, n. 18.* Caualcan. *de tut. & cur. n. 2 1. & 57.* Paul. de Castro *cõsil. 413 post n. 1. l. 2.* vbi quòd iudiciũ gestum cum auctore cõstituto à curatore, qui non confecit inuentarium, & nullum in præiudicium agentis. Baëç. *de decima tutor. cap. 2 num. 60.* Fului. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 51. num. 66. cum seqq.* Menoch. *consil. 712. num. 74.* Gutier. *de tutelis, par. 1. cap. 1. num. 75.* vbi concludit tutori incũbere onus probandi se fecisse inuẽtarium, cùm talis exceptio respiciat legi-

 tima

timationem suæ personæ, quam tenetur quilibet legitimare in quocunque iudicio, siue plenario, siue summario, & num. 77. contra Bacc. d. ap. 2. num. 61. tutorem, vel curatorem agere posse si inuentarium sit cœptum, licet non perfectum, & n. 79. testatur de stylo curiarum tolerari gesta tutorum in iudiciis, & extra pro & contra pupillos, etiamsi non constet de confectione inuentarij: & de hoc stylo in Rota testantur Granut. theorem. 8. n. 19. & Pur. decis. 318. in fine, lib. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 18. num. 4. sed ipsa Rot. decis. 96. n. 3. apud Farinac. par. 2. recentiss. respondet ad doctrinã Bart. in l. tutor qui repertorium, num. 7. ff. de administr. tutor. quæ habet quòd gesta tutoris, qui non confecit inuentariũ, valent, licèt ipsa possit vt suspectus remoueri, quòd loquatur quoad tertium & eius præiudicium, & quoad commodum pupilli.

14 *Inuentarium conscribi vetuerint*, &c.] Notatur ad hoc quòd confectio inuentarij tutori, aut curatori remitti per testatorẽ potest, vt per Ias. in l. nemo potest, n. 51. & 52. lect. 1. ff. de legat. 1. & lect. 2. n. 68. & 72. cum seqq. & ibi Gutiet. n. 410. Bernard. reg. 779. Boër. decis. 124. n. 16. Couarr. l. 1. variar. c. 13. n. 4. Clar. in §. testamentũ, q. 66. num. 4. Don. à Fina tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 17. de testam. tutel. n. 15. pag. 757. Viui. eod. l. 5. tit. 13. de administr. tu. n. 29. pag. 76. 2. Suar. tom. 2. etiam commun. opin. l. 6. tit. 19. de iure deliber. n. 27. & 37. pag. 128. Menoch. cons. 181. n. 100. & de præsumpt. l. 6. præsumpt. 97. n. 10. cum seqq. Fachin. controu. iuris l. 6. c. 25. in princ. D. Barbos. in prælud. ad l. si mora, n. 34. ff. soluto matrim. Rota apud Farin. decis. 331. n. 3. par. 1. recẽtiss. Aldouin. cons. 78. n. 11. Cardos. in praxi iudicum, verbo, tutela, n. 10. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 219. in princ. & melius disp. 22. 3. a. 12. cum seqq. Gutiet. d. p. 2. c. 1. n. 35. Phanuc. de inueirando in litẽ, p. 2. c. 2. n. 43. Mich. Grass. de success. l. 2. de inuentario, q. 2. a. 3. Card. Tusch. pract. concl. verbo inuentarium, concl. 274. n. 50. & concl. 348. n. 13. Paul. Montã. de tutel. c. 31. reg. 5. n. 48. cũ seqq. latissimè Farin. fragm. crimin. p. 2. lit. I. verbo iuramentum, a. 1092. cum seqq. Quæ quidem remissio, seu prohibitio confectionis inuẽtarij non solum facta tutori testamentario, sed etiã legitimo, & datiuo valet, secundùm gloss. verbo publicaram personarũ, in l. tutor et la 2. C. de administr. tutor. Paul. Montan. d. c. 32. regul. 5. n. 99. Farin. d. verbo iuramentũ, n. 1093. vers. valet enim. Et rursus valet eadem remissio & prohibitio inuentarij non solùm in præiudicium ipsius testatoris, sed etiam omnium aliorum ab eodem testatore honoratorũ, videlicet hæredum legatariorum, & fideicommissariorũ, secundùm Alex. cons. 82. n. 15. l. 1. Couar. ad cap. 1. n. 17. de testã. Mich. Crass. d. quæst. 1. n. 3. vers. in vltero casu, Paul. Montã. d. regal. 5. n. 103. quos refert & sequitur Farin. d. lit. I, n. 1093. vers. & rursus. Bene verum est quòd in præiudicium creditorũ non potest testator inuentarium prohibere, aut remittere, vt per Bald. hic, Clar. in §. testamẽtum, q. 66. n. 2. Mich. Crass. d. q. 2. n. 3. vers. in fraudẽ creditorum, Paul. Montan. d. reg. 5. num. 104. & seq. Farin. d. lit. I. n. 1094. in fine. Vide posita in collect. ad l. fin. infr. de in litem iurand.

15 *Quasi suspecti ab officio*, &c.] Notatur ad hoc quòd non faciens inuentarium vt suspectus habetur, vt per Petr. Gregor. syntagm. iuris l. 12. c. 3. n. 5. Cardos. in praxi iudicum, verbo tutor, n. 9. Camil. Borrel. in sũ. decis. p. 3. tit. 29. n. 23. Paul. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 5. n. 20. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 28. n. 3. vbi quòd tutor non conficiens inuentarium potest remoueri tanquam suspectus. Et paria sunt inuentarium non conficere, vel non omnia in eo descripsisse. Rot. decis. 257. n. 2. apud Farin. p. 1. recentiss.

Perpetuo maculà infamiæ notabuntur.] Notatur ad hoc quòd infamiæ nota efficitur nõ cõficiens inuẽtarium, vt per Gurier. d. p. 2. c. 1. n. 29. Et hinc colligit D. Barbos. in præl. l. si mora, n. 34. ff. sol. matr. condẽnatum propter præsumptũ dolum incurrere infamiã.

De diuidẽda tutela, & pro qua parte quisque tutorum conueniatur.

TIT. LII.

QVILIBET pro sua administratione cõueniatur, nec tenetur ex persona collegæ, nisi dolo, aut culpa cessauerit eum suspectũ accusare, l. 2. §. 1. Nec datur electio minori, vtrùm mulier vnum in solidum cõuenire, aut singulos pro partibus, itavt actiones ei quem eligit, aduersùs cæteros cedat, d. l. 2. in princ. & §. l. vlt. nisi post administrationis officium finitum aliqui desierint esse soluendo, l. 1. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide Boër. decis. 59. a n. 2. Petr. Gregor. syntagm. iuris l. 13. c. 10. n. 11. cũ seqq. Arymin. Tepat. var. sent. tom. 2. tit. 487. Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 16. ex n. 13. & lib. 3. q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non tenetur ex facto contutoris, qui fuit solũdo tempore depositæ, siue finita administrationis, & n. 2. pro administratione prius conueniuntur datiui tutores, secundò qui pro iis se obligarũt, dehinc magistratus, qui eos dederunt, postea contutores, n. 3.*

L. Si post finitum. I.

Imp. GORDIAN. A. *Optato.*

TVtor non tenetur ex facto contutoris, qui fuit 1 soluẽdo tempore depositæ, siue finitæ administrationis Colliguut ex Otd. Cyn Salicet. Bart. Angel Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. in annot. & Ximen. in concordant.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu-2 munt Petr. Gregor. syntagm. iuris p. 2. l. 13. c. 10. n. 12. vers. postea, vbi dicit quòd priùs conueniuntur pro propria administratione datiui tutores: secundò qui pro iis se obligarũt, dehine magistratus, qui eos dederunt, postea contutores, dummodo tempore depositæ tutelæ soluendo alij, qui gesserunt, non sint, alioquin eo tempore soluendo existentibus, contutores pro iis non tenentur. Iaceb. Cancer. variarum resolut. par. 1. cap. 7. de tutorib. num. 45. vbi per hunc textum tenet quòd si aliquis ex tutoribus, qui administrarunt, finita tutela est soluẽdo, & postea priusquã adultus petat rationes, fiat non soluendo, cæteri cõtutores non tenentur pro eius parte, sed imputetur moræ adulti; subdítque quòd debet tutor, qui vult se eximere à parte contutoris effecti non soluendo, probare dictum contutorem tempore finitæ tutelæ fuisse soluendo, si quidem est iuris præsumptio quòd si hodie nõ est solnẽdo, nec olim pręsumatur esse soluendo, cùm ex præsẽtia in præteritũ pręsumatur, eo maximè quia in dubio quoad facultatem quis idoneus nõ pręsumitur cùm sit quid in homine extrinsecum. Gurier. de tutel. p. 1. c. 15. n. 8. Galgan. in simili tract. l. 2. tit. 26. a. 13. vers. quando enim, & n. 16.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Tutelæ, vel curæ administratio si non fuerit diuisa, potest quilibet eorum conueniri insolidum, secus si fuerit diuisa, & num. 2.*

3 *is Tutor ex pluribus in solidum conuentus ex communi dolo, qui solidum soluit, cedit iura, vt ab aliis eorum ratas recuperare possit.*

4 *Tutores non tenentur in solidum, si à iudice tutela sit diuisa.*

L. Si diuisio. II.

Impp. CARIN. & NVMERIAN. AA. *Primigenio.*

1 SI administratio tutelæ, vel curæ non fuerit diuisa, vel ab ipsis tutoribus, aut curatoribus diuisa fuerit, potest quilibet eorum conueniri insolidum, secus si fuerit diuisa à testatore, vel à iudice, quia quilibet tenetur pro parte, nisi in casibus hic positis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag.* 463.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Boër. *decis.* 59. *num.* 2. *in princip.* vbi quòd tutores, qui administrauerunt simul, vel non administrauerunt, tenentur insolidum, siue inter se delegerint administrationem & exercitium tutelæ, siue non Decian. *cons.* 11. *num.* 55. *vol.* 1. vbi quando plures sunt tutores, & duobus est assignata administratio, quilibet efficitur debitor de administratis per se, Amat. Roderic. *de concursu & priuileg. cred. part.* 1. *art.* 4. *num.* 16. *prope fin.* latè Galganet. *de tutel. lib.* 3. *quæst.* 25. *num.* 4. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.* 18. *cap.* 13. *col.* 7. Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.* 2. *lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 11. vbi per hunc text. tradit quòd diuisa tutela, vel cura siue à Præside, siue à testatoris voluntate periculum tutelæ, seu curæ non pertinet ad curatores contutorum malè gerentium, sed pro parte sua quilibet conuenitur, nisi per dolum ob culpam suspectos non remouerint, vel tardè suspectos arguerint, cùm illi non soluendo effecti sunt; vel si suspicionis causam agentes pupilli iura prodiderunt, & *n.* 12. *in princip.* citato hoc text. ait quòd contutores in solidum teneantur nulla diuisione à testatore, vel iudice facta.

3 *Ita ut actiones*, &c.] Notatur ad hoc quòd is tutor ex pluribus insolidum conuentus ex communi dolo, qui solidum soluit, cedit iura vt ab aliis eorum ratas recuperare possit; vt per Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 845. *num.* 11. Gutier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 28. vbi ait quòd beneficium cedendarum actionum datur tutoribus soluentibus pro contutoribus, vt sibi soluentibus cedentur à pupillo actiones negotiorum gestorum competentes illi aduersùs tutores, vt eos possint exigere si quando soluendo esse reperti fuerint, per *l.* 1. *§. si pupillus, vers. nunc tractemus, ff. de tut. & rat. distr.* & *num.* 29. subdit quòd competit hoc beneficium tutori conuento ex communi culpa, vel ex culpa alterius, nam si côueniatur ex communi dolo, vel ex proprio, non habebit hoc beneficium; *d. l.* 1. *§. planè.*

4 *Nisi per dolum, aut culpam suspectum non remouerunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd tutores non tenentur in solidum si à iudice diuisa sit tutela, nisi per dolum, aut culpam suspectum non remouerunt, vel tardè suspicionis rationem mouerunt, cùm alter eorum non soluendo effectus est, vel suspicionis causam agendo sua sponte iura pupilli prodiderunt, nec prodest eis dicentibus eum contutorem suum non administrasse res pupillares, vt per Gutier. *dict. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. Galganet. *d. lib.* 2. *tit.* 26. *n.* 10. *in fine*, & *lib.* 3. *quæst.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Tutorum pacto non obstante priùs conuenitur gerens, & eius hæredes, quàm non gerens.*

2 *si quidam Tutores nihil gesserint, & honorarij fuerint, tunc ij qui gesserunt, insolidum conueniuntur, & alij honorarij per exceptionem rei non gestæ tuti erunt.*

L. Licet tutorem. III. & vlt.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Zotico.*

1 PActo tutorum non obstante prius conuenitur gerens, & eius hæredes, quàm non gerens. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Refert Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 12. *vers. & licet.* Et per hunc textum tenet. Galganet. *de tutelis, lib.* 2. *tit.* 26. *num.* 23. quòd si quidam tutores nihil gesserunt, & honorarij fuerint, tunc ij, qui gesserunt, in solidum conueniuntur, & alij honorarij per exceptionem rei non gestæ tuti erunt.

De in litem iurando.

TIT. LIII.

IVDICIVM tutelæ cùm sit bonæ fidei, in eo in litem iuratur. Est autem iusiurandum in litem, quo actor suam litis æstimationem confirmat, quam fortasse ob affectionem facit vltra iustum pretium. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. vide *l. Hisp.* 6. *tit.* 11. *part.* 3. Plot. *in speciali tract. de in litem iurando*, Phanuc. *eod. tract.* Mascard. *de probat. concl.* 934. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 31. Setser. *de iurament. lib.* 3. *per tot.* Mancin *in simili tract. quæst.* 2. *artic.* 7. *cum seqq.* Cardin. Tusch. *practicarum conclus. verbo iuramentum, vers.* 538. Bonacos. Bellacomb. Donat à Fina & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 27. *pag.* 358. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 32. *regul.* 3. *num.* 7. *fol.* 104. & *regul.* 6. *fol.* 112. Gutier. *in simili tract. p.* 2. *cap.* 2. *per tot.* Galganet. *eod. tract. lib.* 2. *tit.* 28. Pradil. *in summ. legum pœnal. par.* 2. *casu* 21. *num.* 17. *cum seqq.* Farinac. *fragment. crimin. par.* 2. *lit. I. n.* 1062. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litem contra hæredem tutoris ob dolum, vel latam culpam instrumenta non restituentem, & num. 2.*

3 *Iuramentum in litem affectionis, vt deferatur, quæ requirantur, remissiuè.*

L. Aduersùs. I.

Impp. SEVERVS *&* ANTONIN. AA. *Asclepio.*

1 CONtra hæredem tutoris ob dolum, vel latam culpam instrumenta non restituentem iuratur in litem. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicer. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Aloys. Leo *super* 5. *fol.*69. Sebast. Næui remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.*6.*tit.*11.*part.*3. Paul. Montan. *de tutel.c.*32.*regul.*3.*num.*7. Galganet. *eodem tract.lib.*2.*tit.*27. *num.*3.

3 *Debitam affectionem*, &c.] Iuramentum in litem affectionis vt deferatur, quæ requirantur, & alia ad materiam, vide Phanuc. *de in litem iurando*, *part.*1. *cap.*4.*num.* 43. *cum seqq. vsque ad num.* 49. Farinac. *fragment.crimin.par.*2.*lit.I.verb.iuramentum*, *n.*1032. *cum seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *in Litem, & contra hæredem tutoris nemo inuitus iurat, etiamsi sit hæredes; ob dolum, vel latam culpam non restituentem iuratur in litem, & vbi dolus, & lata culpa cessant, aliter per iudicem de veritate inquiritur, num.*2.3.

4 *quæ Probari directò non possunt, possunt probari per coniecturas.*

5 *Iurari in litem ob solam latam culpam potest, contrarium, num.*6.

7 *Iuramentum in litem datur vbi adest dolus.*

L. Is qui rationem. II.

Imp. ANTONIN. A. *Seuero.*

1 NEmo inultus iurat in litem, & contra hæredem

2 tutoris, etiamsi sit hæres hæredis; ob dolum, vel latam culpam non restituentem iuratur in litem, & vbi dolus, & lata culpa cessant, aliter per iudicem de veritate inquiritur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*s.*1 *sup.hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.*6.*tit.*33.*par.* 6. *vbi gloss. fin.* Gutier. *de tutel.part.*2. *cap.* 1. *num.* 28. Couarr. *variarum lib.* 2. *cap.*14.*num.*5.*in fine*, vbi quòd ob latam culpam iuratur in litem, Galganet. etiam *de tutel.lib.*2.*tit.*27. *num.*5.

4 *Quæ etiam argumentis*, &c.]Notatur ad hoc quòd illa quæ directò probari non possunt, possunt per coniecturas probari, vt per Boër. *decis.*101.*num.* 6.*in princip.*

5 *Neque lata culpa*, &c.]Ergo propter solam latam culpam iurari potest in litẽ, de quo vide D. Barbos. *in prælud.l.si mora* 10.*num.*33.*ff.solut.matrim.* Rimin. iun. *consil.*45.*num.*3. *lib.* 1. Mancin. *in tract. de iurament.par.*2.*art.* 8. *num.* 13. *&* 14. vbi testatur hanc esse veriorem sententiam, quam etiam tenet & à contrariis defendit Setserus *in eodem tract. de iurament.lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 56.*cum seqq.* & latiùs *cap.* 6. 6 *num.*8.*cum seqq.* Contrariam verò sententiam quòd lata culpa non sufficiat ad delationem iuramenti in litem, sustinent Plot. *de in litem iurando*, *num.* 764. Phanuc. *de iuretur.in litem*, *par.*2.*cap.*2.*num.*11. Mascard. *de probat.concl.*371.*num.* 17. Seraphin. *de priuileg.iurament.priuileg.*31.*num.* 58. *in fine*, quos refert & sequitur Farinac. *fragment.crimin.part.*2.*lit. I. verbo iuramentum*, *num.*1018.*& n.*1015. tradit absque dubio procedere in iuramento in litem affectionis, & *num.*1019. declarat multis modis hanc resolutionem, videlicet quando statuto caueretur expressè quòd posset iurari in litem pro damno, vel alio delicto culpa commisso, vel etiamsi diceret quomodocunque facto, quia tunc sola culpa sufficit etiam quòd non adsit dolus, prout etiam sufficere ait in actione tutelæ, & quando agitur contra tutorem.

Neque dolus, &c.]Notatur ad hoc quòd iuramen- 7 tum in litem datur, vbi adest dolus, vt per Plot. *de in litem iurando*, *num.*138.*in fine, versic.& vnum*, Phanuc. *de iuretur.in litem*, *part.*2.*cap.*2.*num.* 31.*versic. cæterùm*, Menoch. *de arbitr.casu* 108.*num.*1. Mascard. *de probat.concl.*471.*num.* 31.*& concl.*935.*n.* 2. Mancin. *in tract.de iurament.art.*8.*num.* 3. Setser. *in simili tract.lib* 5.*cap.*5.*num.*58.*& cap.* 6. *num.* 2. *versic. de dolo*, Cardin. Tusch. *practic.conclus.verb.iuramentum*, *conclus.*538.*num.*10. Farin. *d.lit. I. verbo iuramentum*, *num.*1013. Etiamsi dolus præsumptus sit, ex Couarr. *variarum lib.*2.*cap.*19.*num.* 6. Mascard. *conclus.* 934. *num.*18. Mancin. *de iurament.part.*2.*art.* 8. *num.* 37. Setser. *eod.tract.lib.*5.*cap.*6.*num.* 7. *cum seqq.* D. Barbos. *in prælud. l.si mora* 10. *num.* 33. *ff. solut. matrim.* Farin. *d.lit.I.num.*1010. vbi 1021. distinctiones refert Ploti *de in litem iurando*, *n.*813. & Phanutij *de iuretur.in litem*, *part.*2.*cap.*2.*n.*5.*cum sequ.* & idem Farin. cum aliis multis quos citat *d. loco*, *num.* 1022. *cum seqq.* disserit nunquid iuramentum in litem deferatur ob dolum in omittendo commissum, & contra illum, qui dolo possidere desit rem petitam.

S V M M A R I V M.

1 *Minor non potest remittere pacto condemnationem sequutam iuramento in litem præstito. si per pactum fuerit remissum id, quod propter iuramentum in litem fuit iudicatum, pactum non valebit, & minor ideo pacto de non petendo non obstante, iudicatum nihilominus consequetur, n.*2.

L. Summa sententia. III.

Idem A. Prisciano.

MInor non potest remittere pacto condemna- 1 tionem sequutam iuramento in litem præstito. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *sup.hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd si per pactum fuerit remis- 2 sum id, quod propter iuramentum in litem fuit iudicatum, pactum non valebit, & minor ideo pacto de non petendo non obstante, iudicatum nihilominus consequetur, vt per Galganet. *de tutelis*, *lib.*2.*tit.*18. *num.*7.

S V M M A R I V M.

1 *in Litem contra tutorem iuratur, & iam ob leuem culpam, contra verò tutoris hæredem, propter dolum, & latam culpam tantùm, nisi lis fuisset contestata cum tutore defuncto, & num.*2.

3 *Ex speciali pupillorum fauore iuratur in litem contra tutorem ob culpam leuem, si cum defuncto fuerit lis contestata, tunc in actionibus bonæ fidei ex dolo defuncti iuratur in litem contra hæredem*

dem, num. 4. Secus quando cum defuncto iudicium non fuit cœptum, aut si cœptum, lis non fuit contestata, n. 5. intellige, vt n. 6.

7 *Hæres grauatus restituere hæreditatem fideicommissario, si recusat exhibere res in inuentario descriptas, dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem.*

L. Alio iure. VI.

Imp. GORDIANVS A. *Mutiano.*

1 COntra tutorem etiam propter leuem culpam iuratur in litem, contra verò tutoris hæredem propter dolum, & latam culpam tantùm, nisi lis fuisset contestata cum tutore defuncto, quia tunc contra eius hæredem iurabitur propter leuem eius culpam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. l. 2. tit. 28. n. 6.*

3 Notatur ad hoc quòd ex speciali pupillorum fauore iuratur in litem contra tutorem ob culpam leuem, vt per Plot. *de in litem iurando num.* 766. Phanuc. *in simil. tract. 2. part. 2. cap. 2. num.* 12. Caputaq. *decis.* 119. *par.* 2. & præsertim *num.* 8. vbi quòd contra tutorem datur iuramentum in litem ex leui culpa Card. Tusch. *pract. conclus. verbo tutor concl.* 439. vbi dicit tutorem teneri etiam de culpa lata, & leui, & *num.* 10. refert duos casus, in quibus tutor tenetur solùm de dolo, & lata culpa, non autem de leui.

4 *Sed cùm aduersùs ipsum tutorem*, &c.] Notatur ad hoc quòd si cum defuncto fuerit lis contestata, tunc in actionibus bonæ fidei ex dolo defuncti iuratur in litem contra hæredem, vt per Plot. *de in litem iurando num.* 774. *in princ.* Phanuc. *in simili tract. de iureiur. in litem, par. 2. cap. 4. num. 13. in discursu, & num. 14. & seq.* vbi etiam quòd quando sumus in casu, in quo non contestatur lis, tunc eadem lis dicitur contestata eo ipso quòd iudex incipit cognoscere de meritis causæ, Bursat. *cons.* 105. *num. 8. lib.* 1. Mascard. *de prob. conclus.* 471. *num.* 13. Caualcan. *de tut. & curat. num. 65. & 66.* Ioseph. Ludouici *conclus. 10. post nonam ampliationem*, Mancio. *in tract. de iuram. par. 2. art. 8. num.* 20. Fario. *fragment. crim. par. 2. lit. I, verbo Iuramentum num.* 1057.

5 Secus autem quando cum defuncto iudicium non fuit cœptum, & si cœptum, lis non fuit contestata, quia tunc iuramentum in litem ex dolo defuncti non datur contra hæredem, Cou. *lib. 2. var. cap. 14. num. 5. in fine*, Phanuc. *de iureiur. in litem, par. 2. cap. 4. num. 13. in discursu, & num. 16. vers. quæ autem ad iuramentum.* Mascard. *de prob. concl.* 471. *num.* 13. Card. Tusch. *pract. concl. verbo Iuramentum concl. 538. num.* 36. Setser. *in tract. de iuram. lib. 5. c. 6.*

6 *num. 11. in fine, & num.* 23. Intellige præmissa procedere quando agitur de iuramento in litem contra hæredem deferendo ex dolo defuncti; nam ex dolo proprio hæredis semper contra ipsum iuratur in litem, Plot. *d. num. 774. in fine, & num.* 775. Phanuc. *d. cap. 4. num.* 17. Ioseph. Lodou. *concl.* 18. *post primam limit. vers. secundò quando*, Setser. *d. lib. 5. cap. 6. num. 11. in fine.*

7 *At enim hæres eius*, &c.] Notatur ad hoc quòd hæres grauatus restituere hæreditatem fideicommissario si recusat exhibere res in inuentario descriptas dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem, vt per Phanuc. *d. part. 2. cap. 2. num.* 20. vbi subdit quòd isto casu hæres se defendet, si probet res in inuentario descriptas ad ipsius manus non peruenisse, vel si peruenerunt magna debita soluisse, quæ verisimiliter ex earum pretio soluta credantur, Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 31. num.* 104. Mancin. *de iuram. par. 2. art. 8. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *in Litem iuratur ob dolum proprium, non tutoris contra hæredes.*

2 *Iuramentum in litem datur contra tutorem, seu administrationem, qui inuentarium bonorum in hæreditate existentium non confecit, prout conficere tenebatur. Amplia*

I. Vt etiam contra tutorem non conficientem librum rationum detur iuramentum in litem, n. 3.

II. Vt etiam deferatur iuramentum in litem contra tutores & administratores sanguine coniunctos, qui non confecerunt inuentarium, & librum rationum, seu aliàs in administratione se dolosè ingesserunt, num. 4.

III. Vt iuramentum in litem deferatur etiam contra matrem tutricem, seu curatricem, si in tutela, vel administratione inuentarium, & librum rationum non confecerit, vel aliàs dolosè se gesserit, num. 5. etiam quòd administrauerit alio nomine, quàm tutorio, n. 6.

IV. Vt etiam deferatur iuramentum in litem contra fratrem tutorem, vel administratorem bonorum communium, si inuentarium, vel librum rationum non confecerit, vel aliàs in administratione se dolosè gesserit, n. 7 siue frater viuente patre paterna bona administrauerit nomine communi, siue etiam nomine proprio, n. 8.

V. Vt procedat non solùm contra tutorem, seu administratorem, qui librum rationum & inuentarium bonorum administratorum non confecit, sed etiam si illud confecit, at inordinatè confusè, obscurè, n. 9.

VI. Vt iuretur in litem contra tutorem, & administratorem, qui in inuentario bonorum non scripsit omnia bona, num. 10. Sicut etiam iuratur contra tutorem & administratorem non describentem in libro rationum omnia exacta, num. 11. Declara, vt n. 12.

VII. Vt deferatur iuramentum in litem contra tutorem, seu administratorem non restituentem reliqua, & ea quæ ad eius manus peruenerunt, n. 13.

VIII. Vt deferatur iuramentum in litem quando tutor, seu administrator exactas pecunias in proprium vsum conuertit, n. 14. Limita.

I. Vt iuramentum in litem non deferatur contra tutorem, seu alium administratorem non conficientem inuentarium, seu etiam librum rationum, quando mouetur ex aliqua iustissima causa, n. 15.

II. Non deferri iuramentum in litem contra tutorem non conficientem inuentarium, aut librum rationum, quando bona administranda essent tam pauca & modici valoris, & hæreditas esset tam modica, vt de illis possit aliunde haberi veritas absque inuentario, & libro rationum, numero 16.

III. Iuramentum in litem non dari contra tutorem, seu alium administratorem, qui non confecit inuentarium, aut librum rationum, quando aliunde probare potest, quæ bona extabant, & quæ bona ad eum peruenerunt, &c. n. 17.

IV. Vt iuramentum in litem non detur contra tu-

torem

terem, seu alium administratorem, qui omisit facere inuentarium, seu librum ratie um ex simplicitate, aut rusticiate, num. 18.

V. Vt iuramentum in litem non deferatur contra tutorem, seu administratorem pro non redditione rationum quando illam semel reddidit, numero 16.

VI. Vt iuramentum in litem non deferatur contra tutorem non conficientem inuētarium, aut librum rationum quando tutoris fides est approbata à testatore, num. 20.

VII. Vt iuramentum in litem non deferatur contra tutorem, qui inuentarium, aut librum rationum non fecit, si adhuc tutelam non suscepit, num. 21.

VIII. Vt non detur iuramentum in litem contra tutorem, seu curatorem qui omisit facere inuentarium, quando illius confectio est sibi expressè remissa, seu probibita à testatore, n. 22. Itaut si tutor, vel curator contra prædictam prohibitione inuentarium facere voluerit, dicatur in dolo, num. 23. etiamsi inuētarij confectio simpliciter remissa esset absque expressa prohibitione; n. 14. adde quòd potest tutor, curator, siue administrator ad inuentarij, seu libri confectionem cogi, n. 25. sublimita, vt n. num. 16.

L. Licet aduersùs. V. & vlt.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Artemidoro.*

1 OB dolum proprium non tutoris contra hæredes iuratur in litem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 *Ob non factum inuentarium,* &c] Notatur ad hoc quòd iuramentum in litem datur contra tutorem, seu administratorem qui inuentarium bonorum in hæreditate defuncti existētium non confecit prout conficere tenebatur; vt per Plot. *de in litem iurando num.* 194. Phanuc. *eodem tract. par. 2. cap. 2. num.* 24. *ad med. vers. postremo,* Roland. *cons.* 49 *num.* 18. *&* 24. *lib.* 1. *& cons.* 72 *num.* 7 *lib.* 4. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 31. *num.* 51. *ad fin. & post num.* 59. *& num.* 111. *&* 115. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 31. *reg.* 5. *num.* 1. *&* 43. *& reg.* 6. *num.* 1. Farin. *fram. crimin. lit. I. verbo Iuramentum num.* 1095. Cardin. Tusch. *practic. conclus. eod. verbo concl.* 538. *num.* 28. *cum seqq. & verbo tutor concl.* 439. *num.* 1.

3 Amplia primò vt etiam contra tutorem non cōficientem librum rationum detur iuramentum in litem, vt per Plot. *de in litem iurando num.* 194. Phanuc. *in simili tract. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 27. *&* 28. *& num.* 32. *vers. & eo ipso,* Roland. *cons.* 49. *num.* 20. 21. *&* 24. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 208. *num.* 16. Caualcan. *de tut. & curat. num.* 65. *&* 66. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 31. *num.* 51. *in fine, & post num.* 15. 111. *&* 113. Mascard. *de probat. concl.* 531. *num.* 66. *& seq.* Mancin. *de iuram. par.* 2. *art.* 8. *num.* 5. Cardin. Tusch. *d. verbo tutor concl.* 439. *num.* 7. Farin. *d. lit. I. num.* 1062.

4 Amplia secundò vt etiam deferatur iuramentum in litem contra tutores & administratores sāguine coniunctos, qui non confecerunt inuentarium, & librum rationum, seu aliàs in administratione se dolosè ingesserunt, vt per Phanuc. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 36. Paul Montan. *de tutel. cap.* 38. *num.* 67. Farin. *dict. lit. I. num.* 1067. vbi aduertit quòd licèt consanguinitas nō excuset tutores & administratores à dolosa administratione, & præsertim à non confectionē inuentarij, & libri rationum, veritas tamen est quòd in illis non ita de facili præsumendus est dolus, sicut in aliis non coniunctis, & *n.* 1068. quòd eadem consanguinitas excusat à scrupulosa rationum redditione, cùm consanguinei quadam æquitate talē, qualem possunt, teneantur reddere rationem. & citat Paul. Montan. *d. tract. cap.* 32. *reg.* 8. *num.* 14. vbi præsertim quando vnà cum coniunctione sanguinis concurrit etiam nobilitas.

Amplia tertiò vt iuramentum in litem deferatur 5 etiam contra matrem tutricem, seu curatricem si in tutela, vel administratione inuentarium, & librum rationum non confecerit, prout conficere tenetur, vel aliàs se dolosè gesserit, vt per Phanuc. *d. par.* 2. *cap.* 2. *post num.* 37. *& num.* 40. *vers. contra matrem autem,* Ioseph. Ludou. *concl.* 18. *in* 14. *ampl.* Card. Tusch. *d. verbo iuramentum concl.* 538. *n.* 33. Paul. Montan. *d. cap.* 32. *num.* 24. *& cap.* 38. *num.* 56. vbi *num.* 57. am- 6 pliat etiā quòd administrauerit alio nomine quàm tutorio, & *n.* 63. extendit etiam ad auiam. quæ quidem huius ampl resolutio non procedit quando testator in testamento vxori suæ administrationem, reliquerit, itaut propria auctoritate administraret tunc enim mater non tenetur facere inuentariū, & propterea ob non confectionem inuentarij non poterit contra eam iurari in litem, vt per Boet. *decis.* 124. *n.* 15. quē refert & sequitur Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 202. *num.* 10.

Amplia quartò vt etiam deferatur iuramentum 7 in litem contra fratrem tutorem, vel administratorem bonorum communium si inuentarium, vel librum rationum non confecerit, vel aliàs in administratione se dolosè gesserit, Plot. *de in litem iurando* §. 13. *n.* 5. vbi extendit ad sororem, & procedet 8 ait siue frater viuente patre paterna bona administrauerit nomine communi, siue etiam nomine proprio. Phanuc. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 36. Montan. *dict. c.* 32. *reg.* 5. *num.* 71. Card. Tusch. *d. tom.* 1. *concl.* 202. *num.* 6. *& concl.* 203. *num.* 15. *& num.* 46.

Amplia quintò vt procedat non solùm cōtra tu- 9 torem, seu administratorem, qui librum rationum, & inuentarium bonorum administratorum non confecit, sed etiam si illud confecit, sed inordinatè, confusè, & obscurè; ita quòd data & recepta non bene percipi possunt, nec in inuentario qualitas & quantitas bonorum clarè appareat, Caputaq. *decis.* 119. *p.* 2. Phanuc. *d. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 30. 32. *&* 34. Menoch. *de arbitr. casu* 208. *n.* 19. *&* 20. *casu* 209. *num.* 14. *& seq.* Paul. Montan. *d. cap.* 32. *glos.* 6. *num.* 7.

Amplia sextò vt iuretur in litē contra tutorem, 10 & administratorem, qui in inuentario bonorū non scripsit omnia bona, Mascard. *de probat. concl.* 531. *num.* 67. Paul. Montan. *d. cap.* 32. *reg.* 6. *num.* 10. Sicut 11 etiam iuratur contra tutorem & administratorem describentem in libro rationum omnia exacta, Roland. *cons.* 49. *num.* 25. 29. 54. *& seq. & num.* 58. *lib.* 1. Paul. Montan. *dict. tract. de tutel. cap.* 38. *num.* 140. Card. Tusch *d. tom.* 1. *lit. A. conclus.* 208. *num.* 17. *& concl.* 203. *n.* 21. Declara ampliationem vt non pro- 12 cedat quando omissa in inuentario essent descripta in libro rationum, per hanc enim descriptionem purgatur dolus præsumptus ex non descriptione in inuentario. Phanuc. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 44. *vers. purgatur quoque dolus,* Paul. Montan. *dict. reg.* 6. *num.* 12. *&* 13. vbi *reg.* 8. *n.* 1. *cum seqq.* declarat quando dictæ rationes dicantur in libro tutoris, seu administratoris confusè & inordinatè descriptæ?

Amplia septimò vt deferatur iuramentum in li- 13 tem contra tutorem, seu administratorē non restituentem

tuentem reliqua, & ea, quæ ad eius manus perue-
nerunt, nisi enim omnia restituat, non censetur red-
dita ratio, Plot. *de in litem iurando* §. 35. *num.* 1. *in fine,*
secundum vlt. impres. Menoch. *de arbitr. casu* 209.
num. 21. *cum seqq.* Paul. Montan. *dict. cap.* 32. *reg.* 6.
num. 14. *& cap.* 38. *num.* 13. *cum seqq.* vbi quòd tutor
& administrator non solùm post redditam admini-
strationem tenetur restituere pecunias, quæ penes
ipsum remanserunt, sed etiam id quòd non reman-
sit, & abesse desiit eius dolo in faciendo. Extende
ampliationem etiam quòd à testatore ipsi facta fue-
rit remissio redditionis rationum quantumcumque
generaliter, Gozadin. *cons.* 94. *num.* 14. Roman. *sing.* 110.
Cou. *var. lib.* 1. *cap.* 14. *in princ. & num.* 1. *cum seqq.*
Menoch. *d. casu* 209. *num.* 27. vbi tamen de patre,
matre & patruo tutoribus remittit id totum arbitrio
iudicis, Paul. Montan. *d. tract. cap.* 38. *num.* 10. *&* 26.
cum seqq. Cardin. Tusch. *pract. concl. verbo liberatio*
concl. 328. *num.* 2. 7. 8. *&* 10. vbi declarat non proce-
dere quando testator expresè remisisset tutori reli-
quorum restitutionem, non tamen ex hoc censeri
liberatum à dolosè retentis. Est autem reliquatio
residuum illud quod post redditas rationes apud ad-
ministratorem superest. *l. si cui libertas, ff. de condit.*
& demonstr. cum aliis allegatis per Menoch. *d. casu*
209. *num.* 22. & per Paul. Montan. *dict. cap.* 38. *nu-*
mer. 19.

14 Amplia octauò vt deferatur iuramentum in li-
tem quando tutor, seu administrator exactas pecu-
nias in proprium vsum conuertit, vt per Aym. *cons.*
286. Phanuc. *d. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. vbi *num.* 48. *cum*
seq. extendit iuramentum in litem deferri etiam
contra tutorem, seu administratorem bonæ famæ,
& nobilem.

15 Limita primò vt iuramentum in litem non defe-
ratur contra tutorem, seu alium administratorem
non conficientem inuentarium, seu etiam librum
rationum, quando mouetur ex aliqua iustissima cau-
sa, *l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tut.* Plot. *de in*
litem iurando §. 5. *num.* 37. *secundum vlt. impress.* Pha-
nuc. *in simili tract. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 40. *ante fin. vers.*
limita etiam, Montan. *d. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 49. *&* 94.
vbi de tutore impedito graui morbo. Farin. *d. lit. I,*
num. 1085.

16 Limita secundò non deferri iuramentum in litem
contra tutorem, vel administratorem non conficien-
tem iuramentum, aut librum rationum, quando
bona administranda essent tam pauca & modici va-
loris, & hæreditas esset tam modica, vt de illis possit
aliunde haberi veritas absque inuentario, & libro
rationum, vt per Tiraquel. *de iudicio in rebus exig.*
vers. 46. Phanuc. *d. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 44. *vers. item ex-*
cusaretur, & num. 41. *in fine vers. nisi fortè negotia pu-*
pillaria, Montan. *d. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 48. *cum seqq.*
& num. 45. *& reg.* 6. *num.* 18. vbi tamen *ead. reg.* 5.
num. 95. *& sequent.* dixit quòd isto casu tutor debet
protestari coram iudice in bonis pupilli nihil, aut
parum esse, quia talis tutoris protestatio habebitur
loco inuentarij.

17 Limita tertiò iuramentum in litem non dari con-
tra tutorem, seu alium administratorem, qui non
confecit inuentarium, aut librum rationum, quando
aliunde probare potest, quæ bona extabant, & quæ
bona ad eum peruenerunt, & sic quòd minores, &
eorum principales, aut domini non nisi talia & talia
bona, ex quibus tantùm, & non vltra perceperunt,
& ex quibus rectè disposuerunt, vt per Plot. *d. tract.*
§. 5. *num.* 17. *vers. primò contra tutores, secundum vlt.*
impress. Phanuc. *d. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. *in fine vers.*
vbi autem in facto contigisset, Paul. Montan. *d. cap.* 32.
regul. 5. *num.* 46. *& regul.* 6. *num.* 16. Farin. *dict. lit. I,*
num. 1087.

Limita quartò vt iuramentum in litem non detur 18
contra tutorem, seu alium administratorem, qui
omisit facere inuentarium, seu librum rationum ex
simplicitate, aut rusticitate, vt per Rip. *in tract. de*
peste tit. de præseruatiuis remed. contra pestem num. 232.
vers. secundo rusticitas, & num. 340. *vers. tamen fallit,*
Plot. *d.* §. 5. *num.* 57. *vers. secundò contra ipsos, in vlt.*
impress. Phanuc. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 47. Menoch. *de*
arbitr. casu 208. *num.* 22. *&* 23. Paul. Montan. *dict.*
cap. 32. *reg.* 5. *num.* 47. *& reg.* 6. *num.* 27. Farin. *d. lit. I,*
num. 1088.

Limita quintò vt iuramentum in litem non de- 19
feratur contra tutorem, seu administratorem pro
non redditione rationum quando illam semel red-
didit; de quo vide Menoch. *d. casu* 209. *num.* 36. Paul.
Montan. *d. cap.* 38. *num.* 118. *cum seqq. & num.* 145.
cum seqq. alios relatos per Farin. *dict. lit. I, nu-*
mero 1089.

Limita sextò vt iuramentum in litem non defe- 20
ratur contra tutorem non conficientem inuenta-
rium, aut librum rationum quando tutoris fides est
approbata à testatore, vt per Phanuc. *d. par.* 1. *cap.* 2.
n. 46. *&* 51.

Limita septimò vt iuramentum in litem non de- 21
feratur contra tutorem, qui inuentarium, aut librum
rationum non confecit, si adhuc tutelam non succe-
pit, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 174. *num.* 3.
Paul. Montan. *d. c.* 32. *reg.* 5. *n.* 92.

Limita octauò vt non detur iuramentum in litem 22
contra tutorem, seu curatorem, qui omisit facere
inuentarium, quando illius confectio est sibi ex-
presè remissa, seu prohibita à testatore, Bernard.
reg. 769. *in princ.* Phanuc. *de iuretur. in litem par.* 2. *c.* 2.
num. 43. Mich. Grass. *de success. lib.* 2. *tit. de inuentario*
q. 2. *num.* 3. Suar. *commun. opin. verbo inuentarium nu-*
mero 177. Card. Tusch. *pract. concl. verbo inuentarium*
concl. 247. *num.* 50. *& concl.* 318. *num.* 15. Paul. Mon-
tan. *d. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 48. *cum seqq.* Farin. *d. lit. I,*
num. 1092. & vide posita *in collect. ad l. fin.* §. *fin. sup.*
arbitr. tutela. Itaut si tutor, vel curator contra prædi- 23
ctam prohibitionem inuētarium facere vt voluerit,
dicatur in dolo, Phanuc. *d. cap.* 2. *num.* 43. *in fine.* Paul.
Montan. *d. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 103. Farin. *d. lit. I, num.*
1093. vbi *num. seqq.* extendit limitationem etiamsi 24
inuentarij cōfectio simpliciter remissa esset absque
expressa prohibitione, & *num* 1097. addit quòd po- 25
test tutor, curator, siue administrator ad inuentarij,
seu libri confectionem cogi, non obstante prædicta
remissione, si ita iudici visum fuerit expedire rerum
administrationi, & *n.* 1098. sublimitat hanc limita- 26
tionem quando est statutum præcisum quòd tutor,
vel curator teneatur facere inuentarium, & librum
rationum, vel quando idem tutor vel curator promis-
sit vilia facere, tunc enim talem remissionem non
valere asserit.

De hæredibus tutorum, vel curatorum.

Tit. LIV.

Hæres tutoris tenetur tutelæ, vel vtili iu-
dicio, id est, tutelæ iudicio, *l.* 2. *&* 3. hæres
autem curatoris vtili tutelæ iudicio, vel vtili
iudicio negotiorum gestorum. Hæres item tutoris
vel

vel curatoris tenetur restituere, quicquid ex re minoris ad se peruenit, l. 4. in princ. & rationem reddere non solùm eorum, quæ defunctus gessit, sed & quæ oeglexit, l. 2. & l. vlt. §. 1. Io iudicium contra hæredem tutoris motum venit etiam id, quod tutor ex causa fideiussoris minori debuit, id est, quia pro minoris debitore apud minorem intercesserat, l. 3. Hæredom nomine intelliguntur etiam hæredes hæredum, l. 1. super tit. prox. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pae. & VVesemb. De materia tit. vide Galganet. de tutel. l. 2. tit. 26. n. 3. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tutoris non tenentur ex leui culpa, nisi in tribus casibus hic expressis, & n. 2.*

3 *Hæredes tutoris ob negligentiam eiusdem, quæ non lata culpa comparari possit, haud condemnari oportet.*

L. Hæredes. I.

Impp. SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Fusciano.*

1 HÆredes tutoris non tenentur ex leui culpa defuncti, nisi tribus casibus hic expressis. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Saliect. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Siehard. Sebast. Næui. Giphan. tom. 1. pag. 4 t. remissiuè Casal. in annot. & Ximen. in concordant.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumont Roman. cons. 4 1 3. num. 1 3. & seq. Petr. Gregor. syntagm. iuris par. 2. lib. 1 3. cap. 1 0. num. 1 8. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sine curatore num. 6. & 7. C. de in integr. rest. min. Gutier. de tutel. par. 2. cap. 2. c. 1 6. num. 9. & 1 0. Paul. Montan. in simili tract. cap. 3 9. num. 5 n. Galganet. eod. tract. lib. 2. tit. 26. num. 4. vbi

3 ait quòd hæredes tutoris ob negligentiam eiusdem, quæ non latæ culpæ compatati possit, condemnari non oportet, quia non tenetur nisi contra tutorem lis iochoata sit, vel ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratiæ præstitum sit, hoc est, cùm potuerit pupillo acquirere, aliis eessit.

SVMMARIVM.

1 *Heres tutoris tenetur de non gesto ab eo: sicut tenebatur ipse tutor, qui negligentia ratione obligatur, num. 2.*

3 *Tutores, aut curatores negligentes ac desides tanquam pupillis ac minoribus perniciosos, ac Reipubl. noxios, remouendos, ac longè ablegandos.*

4 *Heres tutoris tenetur actione tutelæ, etiamsi tutor ipse in iniuncta sibi tutela, seu cura nihil gesserit.*

L. Pater vester. II.

Imp. ANTONIN. A. *Valentino & Materno.*

1 DE non gesto à tutore tenetur eius hæres. Colligunt ex Ord. Doctores citati in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.

2 Sicut tenebatur ipse tutor, qui negligentiæ ratione obligatur, vt per Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sine curatore num. 7. C. de in integ. restit. minor. vbi etiam tutores, aut curatores negligentes ac desi- 3
des tanquam pupillis minoribus perniciosos, ac Reip. noxios remoueodos esse censet, & longè ablegandos, cùm magis suæ, quàm minorum vtilitati studeant, magisque illorum substaotiam & patrimonia exhauriant, quàm amplificent.

Notatur ad hoc quòd hæres tutoris tenetur actio- 4
ne tutelæ, etiamsi tutor ipse in ioioncta, sibi tutela, seu cura nihil gesserit, vt per Galgan. de tut. lib. 2. tit. 26. n. 3.

L. Aduersùs hæredes. III.

Idem A. Vitæ.

HÆredes tutoris tenentur de eo quòd de suo actus 1
à se, vel ab alio non exegit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
mit Galganet. de tutel. lib. 2. tit. 26. n. 3. in fine, & l. 3. q. 2 5. vers. secundò non datur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tenentur ad eos peruenta restituere, & de neglectis à defuncto rationem reddere.*

2 *Hæredes tutorum tenentur administratæ tutelæ rationem reddere.*

L. Hæredes. IV. & vlt.

Imp. ALEXANDER *A. Frontino.*

HÆredes tenentur ad eos peruenta restituere, & 1
de neglectis à defuncto rationem reddere. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.

Notatur ad hoc quòd hæredes tutorum tenentur 2
administratæ tutelæ rationem reddere, vt per Brunot. à Sole in locis communib. verbo hæredes tutorum.

Si tutor, vel curator non gesserit.

TIT. LV.

NIHILOMINVS iudicio tutelæ tenentur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pae. & VVesemb. De materia tit. vide Petr. Greg. syntagm. iuris par. 2. lib. 1 3. c. 1 0. n. 1 2. & 1 3. Arimin. Tepat. var. sent. tom. 2. tit. 488.

SVMMARIVM.

1 *Tutori etiam non gerenti imputatur si concurratorem non fecit suspectum, & num. 3. & libertus, qui non potest patronum de suspecto accusare, non prohibetur officium iudicis implorare, num. 2. Quoties simul omnibus commissa est administratio, sed non omnes gesserunt, tunc qui gessit prius conueniendus est: vt quando omnes gesserunt, omnésque sint soluendo, tunc actio inter eos diuiditur, n. 4.*

L. Certum

L. Certum est. I.

Imp. ALEXANDER. A. *Zotico.*

1 TVtori etiam non gerenti imputatur si cōcuratorem suspectum non fecit, & libertus, qui non
2 potest patronum de suspecto accusare, non prohibetur iudicis officium implorare. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Naeui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

3 Hanc eandem conclus. quoad primam eius partem ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.2.lib.13. cap. 10. n. 12. vers. & certum est.* & Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.2. tit.484. c.2. vers. tutori etiam non gerenti.*

4 *Non solum eos, qui gesserunt, &c.*] Notatur ad hoc quòd quoties simul omnibus commissa est administratio, sed non omnes gesserunt, tunc qui gessit priùs conueniendus est; at quando omnes gesserūt omnésque sint soluendo, tunc actio diuiditur inter eos; secus si omnes non sunt soluendo, hoc enim casu quilibet iuxta facultatem suam cōuenietur, & si quid vnus pro alio soluerit, vtili actione tutelæ repetet; ita Boër. *decis.59. num.4.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.13. cap.10. num.13.* Anton. Piag. *de tut. & curat. quaest.19. num.5.* Gutier. *de tutel. par.3. cap.1. num.112.* Iacob. Cancer. *var. resolut. par. 1. cap. 7. de tutorib. num.35.*

SVMMARIVM.

1 *Contutor pro gestis à contutore idoneo non tenetur in subsidium, pro neglectis ab vtroque pariter tenetur cum illis.*

2 *Tutores licèt teneantur in solidum, tamen quando vnus tantùm administrauit, habet priuilegium ordinis ne ipse prius conueniatur, quàm excusso administratore.*

3 *nullus Tutor, aut curator excusatur quoad obligationem lata culpa.*

L. Qui se non immiscuerunt. II. & vlt.

Idem A. Iusto.

1 COntutor pro gestis à contutore idoneo non tenetur in subsidium, pro neglectis ab vtroque pariter tenetur cum illis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. suprà hoc tit.*

2 Refert verba huius text. Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.2. lib.13. cap.10. num.12. vers. si autem.* explicat Amat. Roder. *in tract. de concursu & priuileg. credit. par.1. art.4. num.16.* & Rot. *decis.772. n. 10.* apud
3 Farinac. *par. 2. recētior.* vbi per hunc text. tenet quòd licèt tutores teneantur in solidum, tamen quando vnus tantum administrauit, habet priuilegium ordinis ne ipse prius conueniatur, quàm excusso administratore.

Latæ culpæ ratio omnes æqualiter tenet.] Idest, quoad obligationem latæ culpæ nullus tutor, aut curator excusari potest, vt per Rebell. *de obligat. iustit. par. 2. lib. 17. quaest. vnic. de officio tutoris, numero 18.*

De vsuris pupillaribus.

TIT. LVI.

VSVRÆ pupillares sunt, quas tutores pupillis suis debent. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Petr. Greg. *syntagm. iuris par.2. lib.12. cap.3. num. 3.* Gutier. *de tutel. par.2. cap.9. à princ.* Cou. *var. lib. 3. cap.2. per tot.* Franc. Hieron. Leo *Valent. decis.18. l.1.* Galganet. *de tutel. lib.1. tit.27.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor si pecuniam pupilli in vsus suos conuertit, ad vsuras tenetur, & num.2. tenetur ad vsuras vsurarum, num.3.*

L. Tutorem I.

Imp. ANTONIN. A. *Crescentino.*

SI tutor pecuniam pupilli in vsus suos conuertit, ad vsuras tenetur. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulg. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Naui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Cou. *var. lib.3. cap.2. num.1. in princip.* Franc. Hieron. Leo. *Valent. decis.18. num.1. lib.1.* Galganet. *de tutel. lib.2. tit.25. num.7.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. cap.3. num.3.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 32. regul. 9. num.170.* Gutier. *in simili tract. par. 2. cap. 9. num. 3. in princip.* Et aduerte quòd quando in vsus suos pecuniam conuerterit tutor, tunc tenetur ad vsuras vsurarum, vt per Petr. Greg. *de censib. quaest.3. in addit. num.37.* Montan. *d. cap.32. num.170.* Gutier. *dict. cap.9. num.29. vers. caeterùm.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur ad vsuras etiam eius, quod à contutore debetur, vel pro contutore debet, & num. 2. etiam ad vsuras eius quod à consociis neglexerit exigere, num.3.*

L. Eius quod. II.

Imp. ALEXANDER A. *Ampliato.*

TVtor tenetur ad vsuras etiam eius, quòd à cōtutore debetur, vel pro contutore debet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num.1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem cōclusionem ex hoc text. desumit Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. cap.3. num. 3.* vbi quòd tutor tenetur ad vsuras etiam eius, quod à consociis neglexerit exigere. 2

SVMMARIVM.

1 *Tutori si non potest imputari culpa, non tenetur ad vsuras.*

2 *si Tutor collocauit pecunias pupillares alicui mercatori, eo tempore reputato idoneo & bono, licèt postea decoquat, rumpat & fugiat, non est ideo tutori imputandum. nisi tutor fuisset negligens in exigendo, & recuperando dictas pecunias, vel constituisset factorem, vel actorem negligentem, num. 3.*

4 *Tutor, vel curator tenetur pecuniam pupillarem mutuò dare sub vsuris.*

L. Si pecuniam. III.

Idem A. Vitalio.

1 SI tutori non potest culpa imputari, ad vsuras nō tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Nota quòd si tutor collocauit pecunias pupillares alicui mercatori, eo tēpore reputato idoneo & bono, licèt postea decoquat, rumpat, & fugiat, non est ideo tutori imputandum, *decis. Pedem. 67. num. 3. par. 2.* Perus. *decis. 67. num. 34.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 40. num. 38.* Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 27. n. 49.*
3 vbi limitat nisi tutor fuisset negligens in exigendo, & recuperando dictas pecunias, vel constituisset factorem, vel actorem negligentem.

Nec idoneis hominibus credere, &c.] Notatur ad
4 hoc quòd tutor, vel curator tenetur pecuniam pupillarem mutuò dare sub vsuris, vt per Cou. *lib. 3. var. cap. 2. num. 1. vers. illud sanè,* Paul. Montan. *de tutel. cap. 32. reg. 9. num. 187. & seq.* Gutier. *in simili tractat. par. 2. cap. 9. num. 5. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor non potest quondam suum pupillum compellere vt agat contra eum, sed denuntiationibus factis potest coram Præside ea, quæ tenetur, deponere, & pro depositis non current vsuræ.*

2 *Reus non potest compellere eum, qui suum se dicit creditorem, vt agat, sed potest eius testes facere examinari ad perpetuam rei memoriam, vel potest petere, vt ei præfigatur tempus, vltra quod non audiatur. Potest quis petere à iudice vt pronuntiet sibi exceptionem aduersùm Titium competere, séque liberum esse ab ea actione, quæ in ipsum Titium competierat, aut competere aliquo modo videtur, num. 3.*

4 *Tutor, & eius hæredes debent requirere minorem, vt reliqua recipiat frequentibus denuntiationibus.*

5 *Tutor vt debitè requirat minorem vt reliqua recipiat, est necessaria præcisè realis, & actualis oblatio reliquorum cum pecunia in manu, quasi verba non sufficiant. intellige, vt num. 6.*

L. Pupillus, IV. & vlt.

Impp. DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Ditatio & Aurelio.*

1 TVtor non potest quondam suum pupillum compellere vt agat contra eum, sed denuntiationibus factis potest coram Præside ea, quæ tenetur, deponere, & pro depositis non current vsuræ.
2 Item reus non potest compellere eum, qui suum se dicit creditorem, vt agat, sed potest eius testes facere examinare ad perpetuam rei memoriam, vel potest petere, vt ei præfigatur tempus vltra quod non audiatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Gal- 3
ganet. *de tutel. l. 2. tit. 27. n. 10. & seq.*

Vide Couar. *lib. 1. var. cap. 18. num. 3. vers. secundum,* vbi per hunc text. tenet posse quem petere à iudice vt pronuntiet sibi exceptionem aduersùs Titium competere, séque liberum esse ab ea actione, quæ in ipsum Titium competierat, aut competere aliquo modo videtur, Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 67. num. 1.* Barnab. Cornazan. *decis. 10. num. 1. & decis. 78. num. 1.* Gemin. *de vsuris commento 1. §. 5. num. 41. & commento 3. §. 1. num. 40.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 241. num. 29.* vbi citato hoc 4
text. ait quòd tutor, & eius hæredes debent requirere minorem, vt reliqua recipiat frequentibus denunciationibus.

In glos. *voluntatis, fin.* ibi, *quod vultis producere* 5
testes, &c. Notatur ad hoc quòd vt tutor debitè requirat minorem vt reliqua recipiat, est necessaria præcisè realis, & actualis oblatio reliquorum cum pecunia in manu, quasi verba non sufficiant, vt per Rot. *Genuens. decis. 204. num. 5.* Stephan. Gratian. *d. c. cap. 241. num. 50.* vbi *num. 31.* intellige in debitore, 6
qui noluit soluere minori præsente tutore parato recipere metu restitutionis in integrum, qui tunc non excusaretur à mora nisi realiter deponeret, hoc enim casu semper vsuræ currerent ex mora irregulari, etiamsi offerret soluere realiter tutori: cùm aliud sit in eo, qui paratus est soluere ipsi tutori, qui non est, vel abest, tunc enim nec mora, nec dolus imputari potest, ideo sufficeret oblatio verbalis, neque requireretur realis, aut alia consignatio. *l. fin. §. pecunia, de vsur.* Muñoz *de ratiocin. c. 15. n. 44.*

De fideiussoribus tutorum, vel curatorum.

TIT. LVII.

FActis non soluendo tutoribus, curatoribúsve, eorum fideiussores tenētur; ac conueniūtur eodem modo, quo tutores, aut curatores, *l. 5. ff. hoc tit.* Fideiussores autem non illi tantùm existimandi sunt, qui promiserunt, sed & qui præsentes fuerunt, & non contradixerunt, nominaque sua referri in acta publica passi sunt, *l. 4. §. fin. eod. tit.* Electio, de qua *hîc l. 1.* hodie sublata est, cùm principalis sit conueniendus. *Nou. 4.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia titul. vide Greg. Lop. *§. fin. gloss. 6. & 7. tit. 16. par. 6.* Capra Bellacomb. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 26. pag. 765.* Montan. *de tutelis cap. 32. regul. 7. num. 17.* Galganet. *eod. tract. lib. 2. tit. 26. à num. 34.* Gutier. in *simili tract. part. 1. cap. 12. num. 20. cum seqq.* Arim. Tep. *var. sent. tom. 2. tit. 472.*

SVMMARIVM.

1 *cum Tutore, & fideiussore non potest pupillus in solidum agere.*

2 *Puberis est electio an priùs agere velit tutelæ actione contra tutores, seu curatores, vel contra eorum hæredes, seu eorum fideiussores. Si cum tutore*

tutore actum fuerit ; & ab eo solidum solutum, erunt fideiussores liberati, & è contra, num. 3.

4 *Duo quando tenetur insolidum, ita demum contra eos insolidum agi potest, si fiat protestatio vt vna solutione liberentur debitores,& actor sit vnica solutione contentus,hanc protestationem non requiri num.5.*

L. Eligere. I.

Imp. ALEXANDER. A. *Felici.*

1 CVm tutore, & cum fideiussore non potest pupillus in solidum agere. Colligunt ex Ordin. Cyn.Bart.Salicet. Angel. Fulgos.Bald. Castrens.Sichard.Sebast. Næui. remissiuè Casal.*in annot.*& Ximèn.*in concordant.*

2 Notatur ad hoc quòd puberis est electio an priùs agere velit tutelæ actione contra tutores,seu curatores,vel contra eorum hæredes,seu eorum fideiussores,vt per Galganet.*de tutel.lib.2.tit.26.num.34.&*
3 35. vbi quòd si cum tutore actum fuerit, & ab eo solidum solutum, erunt fideiussores liberi, & è contra.

4 Nota Bart.*in l.si pluribus hæredibus, num. 2.ff.de legat.2.*per hunc nostrum textum quòd quando duo in solidum tenentur,ita demum contra eos in solidum agi potest si fiat protestatio vt vna solutione liberentur debitores,& actor sit vnica solutione contentus.Bald.tamen & Imola *in ead.l.si pluribus*,quos *ibidem* refert Sarmien.*select.interpret. lib.8.fol.138.*
5 volunt hanc protestationem non requiri, nam si duo, vel plures sint correi debendi, hoc ex natura obligationis inest. Et ad text. *in præsenti* respondet Sarmien. quòd etiam ibidem habetur petitionis ratio,itavt declaratio requiratur,quia diuersis rationibus tenebantur. licèt enim insolidum tenerentur, non tamen vt correi, vnus enim tenetur tanquam principalis,alius tanquam accessorius,ideo requiritur protestatio, vel quòd expresse actum ad id sit, quia cùm sint diuersæ obligationes, videtur ex singulis,non ex omnibus egisse, nisi declaret,&c.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem liberari pro ea parte,quam tutor soluit.*

2 *Fideiussori indemnitatis, vel in eo quod à debitore principali exigi non poterit, non nocet renunciatio à se facta beneficij excussionis,& sic non potest conueniri nisi reo excusso.*

L. Non est. II. & vlt.

Idem A. Prisco.

1 PRo ea parte quam tutor soluit,liberatur fideiussor suus,siue sit simpliciter acceptus,siue rem pupilli saluam fore,vel indemnitatem promisit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd fideiussori indemnitatis,vel in eo quod à debitore principali exigi non pòterit, non nocet renuntiatio à se facta beneficij excussionis,& sic non potest conueniri nisi reo excusso, vt per Roder.Xuar.*in l.2.tit.de los emplazamientos,lib.2. fori num.7.cum seqq.*Hippol *in rubr.de fideiussoribus, num.314.*Anton.Gom.*variarum tom.2.cap.23.num.3.* Duen.*regul.* 335. *ampliat.* 2. Gutier.*practic. lib. 1. quæst.40.num.1.* Afflict. *decis.* 318. *num.2.* vbi Cæs. Vrsill.*num.1.*

De contrario iudicio tutelæ.

TIT. LVIII.

QVi pupillo pro curatore, vel concuratore suo soluit,nō potest petere, vt actio contra illum sibi cedatur, quia solutione actio sublata est : sed siue condemnatus nondum soluit, siue nomen emit,rectè petit, vt actiones sibi cedantur, *l.1.& 2.*Quod autem tutor in rem pupilli impedit, id vel iudicio tutelæ directo conuentus compensat, vel contrario iudicio petit,*l.vlt.*Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Petr. Gregor *syntagm.iuris lib.13.cap.11.* Paul. Montan.*de tutel.cap.* 40. Henric. Bocer. *in disput.de vniuerso iure tom.1.classi.1.disp.14.n.66.* Galganet.*de tutel.lib.2.tit.13.& 36.*

SVMMARIVM.

1 *Cessio non potest fieri,nec valet,post solutionem simpliciter factam,secus si soluatur cum pacto vt cedatur, & num.2.*

3 *Tutor potest agere vt pupillus illi mandet actiones aduersùs contutores.*

4 *Cedi potest ius executiuum.*

L. Si pro contutore, I.

Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. *Stratoni.*

POst solutionem simpliciter factam non potest fieri nec valet cessio,secus si soluatur cum pacto vt cedatur.Colligunt ex Ordin. Cyn. Barr. Salicet. Angel.Fulgos.Bald.Castr.Sichard.Sebast. Næui. remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen.*in concordant.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet.*de tutela,lib.2.tit.31.num.4.& 5.& tit. 36.num.6.* 2

Notatur ad hoc quòd tutor potest agere vt pupillus illi mandet actiones aduersùs contutores,vt per Petr. Gregor.*syntagm.iuris lib.13.cap.11.num.4.vers. potest & agere.* 3

Quòd si nomen emisti,&c.] Ergo ius executiuum cedi potest, vt per Tiraquel. *de retractu lig.* §. 26. *gloss.2.num.23.* 4

SVMMARIVM.

1 *Tutor non ex propria, sed contutoris culpa condemnatus soluens, habet beneficium cessionis, & n.2. si ex communi contutoris dolo condemnatus fuerit, nec cedendæ ei sunt actiones,nec vtilis actio ei accommodanda est, num.3.*

4 *Probationes vbi sunt liquidæ,condemnatus in absentia, non præsumitur condemnatus ex contumacia, sed propter malam causam.*

5 *Absens condemnatus magis videtur condemnatus ob contumaciam, quàm propter malam causam, nisi de delicto constaret ex actis causa.*

L. Si non ex propria. II.

Imp. ANTONIN. A. *Primitiuo.*

1 TVtor non ex propria, sed contutoris culpa condemnatus soluens, habet beneficium cessionis, & vtilis actionis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc test. desumit Galganet. *de tutelis lib.1.tit.25.n.43.& tit.31.n.1.* vbi
3 *n.5.* per hunc textum subdit quòd si tutor ex communi contutoris dolo condemnatus fuerit, nec cedendæ ei sunt actiones, nec vtilis actio est ei accommodanda.

4 Notari solet ad hoc quòd vbi probationes sunt liquidæ, condemnatus in absentia non præsumitur
5 condemnatus ex contumacia, sed propter malam causam, vt per Gregor. Lopez *l.37.gloss.6.in verbo de tal.rebeldia, tit.5.par.5.*

5 In gloss. *Absens.* ibi, *cum constabat eum malam fouere au'am, alioquin contra*, &c. Notatur ad hoc quòd absens condemnatus magis videtur condemnatus ob contumaciam, quàm propter malam causam, nisi de delicto constaret ex actis causæ, vt per Tiraquel. *in tract. Cessante causa, par.1.n.68.*

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelæ extinguitur pro illa parte ad quam pupillus succedit tutori, & non in pluri, & erogata à tutore bona fide, possunt per cohæredem pupillo compensari, vel contrario iudicio repeti.*

2 *Vitricus priuigno dari tutor potest.*

L. Si pater tuus. III. & vlt.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Thesidi.*

1 PRo illa parte ad quam pupillus succedit tutori, extinguitur actio tutelæ & non in pluri & erogata à tutore bona fide possunt per cohæredem pupillo compensari, vel contrario iudicio repeti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 *Quem priuigni sui tutelam administrare proponis*, &c.] Notatur ad hoc quòd vitricus priuigno tutor dari potest, vt per Cæs. Vrsil. *ad Afflict. decis.357.n.3.* Menoch. *de arbitr. casu 151.n.9.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo maritus 5.* Cald. Pereira *in l. si curator. verbo sine curatore, n.110. C. de in integrum restit. minor.* Cott. *in memorab. verbo vitricus, pag. mihi 911.* Surd. *de aliment. tit.1 q.41.n.8.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutor, n.24.* Henric Bocer. *in disp. de vniuerso iure, tom.1.class.1.disp.14.n.66.* remissiuè Gutier. *de tutel. p.1.c.20.n.33.* latè Galganet. *eod. tract. lib.3.q.12.per tot.*

De auctoritate præstanda.

TIT. LIX.

AVCTORITAS tutoris, vel curatoris est necessaria in actione, quæ minori competit, remittenda, *l.2.* in rerum ad minorem pertinentium venditione, *l.3.* in iudicio criminali *l.4.* vel ciuili, *supr. si aduersus rem iudic. l.4.* non in stipulatione pro minore facienda, *l.1.* quamuis necessaria sit si pupillus alij promittat. Si plures sint tutores, vel curatores, vnius auctoritas sufficit, nisi quid fiat, quo tutela, vel cura extinguatur, tunc omnium auctoritas requiritur, *l.vlt.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide *l. Hispan. 17. tit. 16. par. 6.* Suar. Kirchou. & Viui. *tom.1.commun.opin.lib.5.tit.27.pag.765.& seq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.1.lib.4. tit.6.* Paul. Montan. *de tutel. cap.30.num.21.29.32. & 39.* Gutier. *in simili tract. par.2.cap.4.* Arimi. Tepat *variarum sentent. tom.2.tit.485.* Galganet. etiam *de tutel. lib.2.tit.22.*

SVMMARIVM.

1 *Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere. potest sine auctoritate tutoris suam conditionem meliorem facere, non verò deteriorem, num.2.& 3.*

L. Neque tutoris. I.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Antoniano.*

PVpillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non 1
actionem remittere Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel, Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Notari solet ad hoc quòd pupillus sine auctorita- 2
te tutoris potest suam conditionem meliorem efficere, non verò deteriorem, vt per *l. Hisp.4.tit.11.p.5. & l.17.tit.16 par.6.* Anton. Gom. *tom.2. variarum cap.12.num.1.* Simoncel. *de decretis, lib.2. tit.6. inspect.9.n.91.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic lib.4.q.9. n.47.* Molin. *de Iustit. tract.2.disp.224.n.31.* Paz. *ad l.224 styli, n.2.pag.659.* latè Galgan. *de tutel. lib.2. tit.22.num.3.* vbi quòd pupillus sibi sine tutoris, vel 3
curatoris auctoritate acquirere potest, suámque conditionem meliorem facere.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus si aduersùs aliquem actionem habet, potest eam remittere sine tutoris auctoritate.*

2 *Pupillo, vel minor quod gerit, debet tutor, vel curator ei accommodare auctoritatem suam.*

L. Neque actione. II.

Iidem AA. & CC. *Serenæ.*

SI pupillus aduersùs aliquem actionem habeat, 1
sine tutoris auctoritate eam remittere non potest. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.4. num.1. supr. hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd auctoritatem suam ei, quod 2
gerit pupillus, vel minor, tutor, vel curator debet accommodare, vt per Galganet. *de tutel. lib.2.tit.22. num.1.*

SVMMARIVM.

1 *Emens à pupillo sine tutore, non præscribit, & n.2.*
3 *Taciturnitas & præsentia in iis, quæ respiciunt præiudicium tertij, cuius ad nos spectat cura, non inducit consensum, nisi taciturnitas longo tempore duraret, n.4.*

L. Eum qui. III.

Iidem AA. & CC. *Caio.*

1 EMens à pupillo sine tutore, non præscribit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet. *de tut. l.2. tit.22. n.14. in fine.*

3 Notatur ad hoc quòd taciturnitas & præsentia, in iis, quæ respiciunt præiudicium tertij, cuius ad nos spectat cura & solicitudo, non inducit consensum, vt per Bened. Capram *reg.56. num.54. & 55. tom.1.*
4 *commun. opin. l.5. tit.17. n.12. pag.767.* vbi procedere ait, nisi taciturnitas longo tempore duraret.

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest esse in iudicio criminali, nec in eo confessionem facere, sine tutoris, vel curatoris auctoritate, & n.2.3.4. Amplia.*
I. procedere non solum in confessione pupilli minoris, scil.14. annorum, sed etiam in confessione adulti, & minoris 14. annorum, n.5.
II. In confessione minoris geminata, & repetita, n.6.
III. Vt confessio minoris sine curatore, &c. non valeat etiam iurata, n.7.
Limita conclusionem, quæ suprà, non procedere in iis quæ fiunt ad inquirendam veritatem, prout est tortura, num.8. nec in examine, & interrogatoriis minori faciendis, & sic in ipsa confessione, sed sufficit quòd interueniat in iuramento, num. 9. & posset minorem tanquam confessum condemnari vigore statuti volentis contumacem haberi pro confesso, etiam non dato ei curatore, num.10. sufficere minori per iudicem dari legitimum procuratorem loco curatoris, num. 11. Minoris confessionem sine curatoris auctoritate non valere quando is confitetur contra se, secus si contra alium vt testis, n.12.
13 *Minores 25. annorum, maiores tamen 14. sine curatoris, seu patris consensu legitimam personam habere in iudicio criminali.*
14 *Pupillus non potest accusare, nec accusari nisi tutore vocato, & auctore, excepto crimine carnis.*

L. Clarum. IV.

Imp. IVSTINIAN. A. *Ioannis P. P.*

1 MInor non potest esse in iudicio criminali, nec in eo confessionem facere sine tutoris, vel curatoris auctoritate. Colligunt ex Ord. Doctor. citati *in l.1. n.1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Grammat. *cons. crimin.16. num.7. & seq. l. Hisp. 4. tit.19. par.6.* Statutum Capitol. *lib.2. cap.11.* quo
3 cauetur minores decem & septem annorum absque curatoris legitimi interuentu in iudicio criminali stare non posse, & aliter eorum confessiones, & gesta cum eis non valere. vbi Leander Galganete multa cumulat, *idem in tract. de tutel. lib.2. tit.22. n.2.* vbi quòd minor non potest aliquem sine auctoritate tutoris in causa criminali accusare, nec ab aliquo accusari, Lamberteng. *de contract. gl.1. quæst.91. n.356.* 4
Afflict. *decis.208. num.4* vbi Vrsil. *in addit. n.2. in fine,* Boër. *decis.63. num.7. & seqq.* Plaç *in epit. delict. lib.1. cap.23. n.13. vers. quamuis minor,* Roland. *cons.31. n. 1. cum seqq. & cons.51. n.34. cum seqq. lib.1.* Clar. *in pract. §. fin. q.50. n.2.* Franc. de Marchis *dec.485. part.2.* Anton. Gom. *var. tom.2. cap.15. num.14. vers. obstat, & tom.3. cap.1. n.64.* Rebuff. *tom.1. ad l. Galliæ in proœm. gl.5. n.72.* vbi ait non seruari hunc text. in Gallia, & *in tract. de except. n.279. & in l. quod iussit, n.107. ff. de re iud.* Duen. *reg.186. vers. amplia quartò,* Menoch. *de arbitr. casu 268. n.2. & cons.100. num.120. cum seqq. & num.306.* Perez *l.9. tit.11. lib.3. Ordin. pag.678.* Gasp. Caballin. *in addit. ad constit. Marchiæ lib.4. cap.17. n.2.* Virgil. Boccac. *in consil. Picenigl. ... 8. post n.32.* Ioseph Ludou. *Perus. decis.13. n.10. & decis. 17. n. 1. cum seqq. p.1.* Hieron. de Laurent. *Auenion. dec.138. n.1.* Sfort. Odd. *de in integr. restit. p.2. q.65. n.13. in 2. casu, vers. aut verò habet tutorem,* Mascard. *de probat. concl.371. & concl.1278. num.29. cum seqq.* Cald. Peteira *in l. si curatorem, in princ. n.10. & verbo læsis, n.5. col.3. C. de in integr. restit. minor.* Paul. Montan. *de tutel. cap.32. reg.9. n.62. & 73.* Gutier. *in simili tract. p.2. c. 4. n.9.* Molin. *de Iust. tract.2. disp.224. n.38. cum seqq.* latè Farin. *in praxi crim. q.71. n. 352. cum multis seqq.*

Amplia primò procedere non solùm in confessione pupilli minoris, scilicet quatuordecim annorum, 5
sed etiam in confessione adulti, & maioris 14. annorum, quia text. *in præsenti* loquitur in minoribus 25. ann. ita Marian. *in c. qualiter & quando il 3. post n.93. de accus.* Sfort. Odd. *d. p.2. q.65. n.13. in 2. casu, vers. aut verò ipse pupillus,* Farin. *d. q.81. n.357.*

Amplia secundò in confessione minoris geminata, & repetita, vt per Menoch. *de arbit. casu 368. n.5.* Farin. *d. q.81. n.360.* 6

Amplia tertiò vt confessio minoris sine curatore, &c. non valeat etiam iurata, vt per Ioseph. Ludou. *Perus. decis.17. n.2. p.1.* Vrsil. *ad Afflict. decis.208. post n.2.* Decian. *cons.18. n.175. lib.1.* Farin. *d. q.81. n.350.* 7

Limita, seu potiùs declara conclusionē text. suprà relatam non procedere in iis, quæ fiunt ad inquirēdam veritatem, prout est tortura, in qua licèt etiam interuenire debeat curator in decreto de torquēdo, non tamen debet interuenire in ipsa tortura, vt per Plaç. *d. lib.1. cap.32. n.13. in princ.* Anton. Gom. *d. tom. 3. c.1. n.65. post med.* Roias *de heret. p.2. n.316.* Guazz. *tom.2. lib.1. defens.30. cap.4. n.21.* Paul. Garc. *in ordine processandi S. Officij, fol. mihi 29.* Anton. de Ballis *var. lib.2. q.13. n.17.* Anton. Dian. *moral. resol. p.4. tract.6. resol.31.* & alios, quos refert & sequitur Farin. *d. q.81. n.362.* vbi *n.364.* hoc intelligit in adulto, non autem in pupillo, cuius confessio sine tutore emanata ei non obest, siue tendat ad substantiandum iudicium, siue respiciat facti veritatem, & *n.365.* tenet quòd 8
curatoris auctoritas non est necesse quòd interueniat in examine, & interrogatoriis minoris faciendis, & sic in ipsa confessione, sed sufficit quòd interueniat in iuramēto, & *n.396.* subdit quòd potest minor tanquam confessus condemnari vigore statuti volentis contumacem haberi pro confesso, etiam non dato ei curatore, & *n.367.* ait quòd loco curatoris sufficit minori per iudicem dati legitimum procuratorem, & *n. 469.* aduertit minoris confessionem sine curatoris auctoritate nō valere quando is confitetur contra se, secus si confiteatur contra aliū vt testis, quia tunc nō est necessaria auctoritas curatoris.

13 Quicquid tamen sit de iure, practica omnium ferè tribunalium mundi iam obtinuit minores 25. annorum, maioris tamen quatuordecim sine curatoris, seu patris consensu legitimam personam standi in iudicio criminali, habere, Clar. *in §. fin. q. 50. in princ. & quæst. 55. versic. vlterius potest*, Menoch. *consil. 98. post num. 149. & de arbitrar. casu 286. num. 1. in fine*, vbi refert non seruari dispositionem huius text. apud Mediolanenses & Venetos, Boss. *in tit. confess. n. 9.* Cæs. Vrsill. *in addit. ad Afflict. dict. dec. 208. n. 3. in fine*, vbi attestatur quòd hodie in Curia Vicariæ Neapol. parum obseruatur practica dādi curatorem minoribus, Anton. Scap. *de iure non scripto, lib. 5. cap. 47. num. 25. & seq.* Sfort. Odd. *d. par. 2. quæst. 65. num. 13. in 2. casu, vers. quòd tamen hac communis practica*, Flamin. Chartar. *in pract. interrog. rerum lib. 3. cap. 3. num. 4. & 5.* Ioseph. Ludou. *Lucensi decis. 17.* vbi ait Lucæ obseruari contra hunc text. Caballin. *in addit. ad const. Ægidianam lib. 4. cap. 17. num. 7. in fine*, Farin. *d. quæst. 81. à num. 370* vbi *num. 370.* dicit tam in Curia Capitolij, quàm Gubernatoris Vrbis non seruari dispositionem huius text.

14 In gloss. *Concedunt*, ibi, *excepto crimine carnis, &c.* Notatur ad hoc quòd pupillus non potest accusare nec accusari nisi tutore vocato, & auctore, excepto crimine carnis, vt per Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 22. num. 2.*

simili tract. par. 3. cap. 16. num. 2. Kirchou. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. ti. 27. num. 6. pag. 766.* vbi quòd vnusquisque tutorum, vel curatorum habet auctoritatem in solidum, possúntque omnes, vel vnus agere pro minore, vel conueniri. 7

Quando tutores, vel curatores esse desinant.

Tit. LX.

Finitur tutela, si pupillus ad pubertatem peruenerit, *l. vlt.* Porrò pubertate nedum tutelæ finitur, sed & cura, si curator pupillo datus fuerit, *l. 1.* Sola autem voluntate pupilli tutelam non finiri, constat *l. 2.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp. fin. ti. 16. par. 6.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris l. 12. cap. 15.* Gutier. *de tutelu, p. 1. cap. 16. num. 141.* Molin. *de iust. tract. 9. disp. 225. à princ. vsque ad n. 5. inclusiuè*, Arimin. Tepat. *variarum sent. tom. 2. ti. 582.* Galganet. *de tutela, l. 1.*

SVMMARIVM.

1 *in gerendis à Minoribus, vnius tutoris, vel curatoris auctoritas sufficit, interposita super iis, quæ spectant ad eius administrationem, nisi sit actus, per quem tutela finiatur, & num. 2. 4. 7. nisi tutela in multos tutores diuisa sit per prouincias, n. 5.*

3 *Tutoris, vel curatoris officium est insolidum apud quemlibet eorum, & n. 6.*

L. Veterum. V.

Idem A. *Ioanni* P. P.

1 IN gerendis à minoribus sufficit vnius tutoris, vel curatoris auctoritas interposita super iis, quæ spectant ad eius administrationem, nisi sit actus, per quem tutela finiatur, quià tunc omnium consensus exigitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 23. num. 16.* dum ait quòd si plures sint tutores, seu curatores, vnius pro omnibus sufficit auctoritas, vbi non est diuisa administratio, &c.

3 Notatur ad hoc quòd officium tutoris, vel curatoris est insolidum apud quemlibet eorum, vt per Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 13. n. 27.* vbi quòd
4 satis est ex pluribus tutoribus vnum adire nisi tutela in multos tutores diuisa sit per prouincias, quia tunc
5 nō satis esset adire illum, cui ea prouincia deputata non est, Gasp. Baëc. *de decima tutor. cap. 15. num. 1.* Iacob. Cancer. *variarum resol. par. 1. cap. 7. de tutorib.*
6 *n. 26.* Stephan. Gratian. *discep. forens. tom. 5. cap. 830. num. 27.* vbi quòd donec adest vnus ex multis tutoribus per testatorem datis, in eo solo residet ius totius tutelæ, neque enim illa perit quādo aliquis potest gerere & administrare, quamuis per plures dixerit testator tutelam esse administrandam, cùm potestas in solidum apud singulos maneat. Paul Montan. *de tutel. cap. 32. regul. 9. num. 81. cum seqq.* Gutier. *in*

SVMMARIVM.

1 *Officio eius finito, cui quis adiungitur, finitur & eius, qui adiungitur, & n. 2. finitur autem horum actorum officium, finito officio eius, cui additi sunt, nempe tutoris, vel curatoris, n. 3.*

L. Si curatores. I.

Imp. Antonin. A. *Herculæ.*

Finito officio eius, cui quis adiungitur, finitur & eius qui adiungitur. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Petr. Gregor. *syntagm. iuris par. 2. lib. 15 cap. 9. num. 4.* qui postquam in principio illius cap. constituit tutoribus, & curatoribus dari adiutores per iudicem pro nutu eorum tutorum, vel curatorum, ait *d. n. 4.* per hunc textum, quòd finitur horum actorum officium, finito officio eius, cui additi sunt, nempe tutoris, vel curatoris. 2 3

L. Tutoris officium. II.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Menippo.*

TVtoris officium ex sola voluntate pupilli non finitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iur. lib. 12. cap. 15. num. 1. in princ.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 8. num. 23.* Gutier. *in simili tract. par. 3. cap. 1. num. 4.* Galganet. *eodem tract. lib. 1. tit. 15. num. 4. in fine*, Arimin. Tepat. *variarum sent. tom. 2. tit. 483. cap. 12. versic. pupillus non potest cassare tutorem.* 2

SVM

S V M M A R I V M.

1 *Tutela officium aduenieнto pubertatis tempore finitur, & num.2.*
3 *Leges antiquæ, quæ marem nudum inspici iusserunt, vt proinde cognosceretur pubésne esset, an impubes, resecata.*
4 *Puberes qui quæve dicti.*
5 *de Pubertatis præsumptione, & probatione, remissiuè.*
6 *Ætas an, quando & quomodo probetur per instrumentum tutelæ, seu curæ.*
8 *Pubertati proximus quis.*

L. Indecoram. III. & vlt.

Imp. IVSTINIAN. A. *Mennæ.* P.P.

1 ADueniente tempore pubertatis finitur officium tutelæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt
2 *l. Hispan.12. & 21. tit. 16. part. 6.* Moliu. *de Iustit. tract. 2. disp. 225. num. 1.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 22. cap. 15. n. 2. in princip.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 37. in princ.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 16. n. 141.* Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure classi 1. disp. 14. num. 151. in 1. tom.*

Indecoram obseruationem, &c.] Resecat antiquas
3 leges, quæ marem nudum inspici iusserunt, vt proinde cognosceretur, pubésne esset an impubes, refert Tiraquel. *l. 4. connub. gloss. 1. p. 4. n. 21.*

Fœminæ post impletos duodecim annos, &c.] Nota-
4 tur ad hoc quòd puberes in iure dicuntur, masculi quidem post completum quatuordecimum annum, fœminæ verò post duodecimum, vt per *l. Hispan. 12. & fin. tit. 16. part. 6.* Sot. *de Iustit. lib. 7. quæst. 4. art. 2. post quartam conclusionem, versic. hinc autem forsan nos,* vbi ait hanc differentiam marium & fœminarum in pubertate initianda constitutam fuisse quòd in fœminis acceleratius festinationis vsus, fructus enim, quo excelsioris sunt naturæ, seriùs maturescunt, & quòd legitima causa fuit, quòd in viro, qui præesse debet vxori, præstantior requiritur prudentia, quàm in fœminis, quibus gubernatio familiæ non adeò incumbit, Tiraquell. *l. 1. connub. num. 57. & l. 6. num. 38.* vbi eam rationem quoque assignat quòd citius efficitur discreta fœmina, quàm masculus, Menoch. *de arbitr. casu 37. num. 55. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 92. num. 18.* vbi *num. 20.* quæ dicatur pubertas plena, Gutier. *in authent. sacramenta puberum, in princip. num. 2. cum seqq. C. si aduersùs vendit. & dict. tract. de tutel. part. 1. cap. 16. num. 141. versic. pubertate igitur,* Petr. Gregor. *d. lib. 12. cap. 15. num. 2.* vbi ait improbari in hoc text. vt turpem formulam probandi pubertatem, per inspectionem scilicet nudati corporis, & definiri iam ætatem 12. annorum fœminis, & 14. masculis pro pubertate constituenda. Paul. Montan. *dicto cap. 37. num. 13.*

De pubertatis præsumptione & probatione vide
5 Paul. Montan. *dicto cap. 37. num. 22. & 23.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 47. n. 4. & præsumpt. 157. num. 38.* Ætas an & quando & quomodo probetur
6 per instrumentum tutelæ, seu curæ? vide Caualcan. *de tutor. & curat. num. 294.* Mascard. *de probat. conclus. 66. num. 10. cum seqq.* Pacian. *in simili tract. lib. 2. cap. 24. n. 52. & 53.* Farin. *fragm. crimin. part. 1. lit. A. verbo ætas, num. 116. cum seqq.*

Quis dicatur pubertati proximus, vide Plaç. *de delictis, cap. 32. num. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 57. num. 21. cum seqq. & consil. 96. num. 8.* Cald Pereira *in l. si curatorem, verbo minoribus, num. 7. C. de in integrum restitut. minor. & verbo vel aduersarij dolo, num. 53. versic. quamuis,* Sfort. Odd. *in tract. de in integrum restitut. part. 2. quæst. 80. num. 46.* latè Farinac. *in praxi crimin. tit. de pœnis temperand. quæst. 92. n. 9. cum seqq.* vbi quatuor refert opiniones. 7

De actore à tutore, seu curatore dando.

TIT. LXI.

ACTOR à tutore, vel curatore constitui, seu ordinari dicitur, *l. vnic.* quia prætor, vel præses decreto interposito, quem ipse tutor, vel curator velit, eius periculo instituit, *Instit. de curat. §. vlt.* hic vocatur *Adiutor tutelæ,* (vel curationis,) *l. solet, 3. ff. de tutel.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac & VVesemb. De materia tituli vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. cap. 9.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 21. num. 7. & cap. 32. regul. 5. n. 91.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 475.*

S V M M A R I V M.

1 *Tutor pro rebus pupilli petendis non constituit procuratorem, sed actorem, & num. 2.*
3 *Actoris ordinatio fit à tutore, vel curatore eius periculo, cum per se gerere non possit, iudiciali auctoritate permittente.*

L. Si sui iuris. Vnic.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Alphocrationi.*

TVtor pro rebus pupilli petendis non constituit 1
procuratorem, sed actorem. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Angel Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næul. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
mit Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 13. cap. 9. num. 2.* vbi per hunc textum dicit nec patri quidem tutori filij permitti procuratorem creare, sed actorem tantùm, subditque per alia iura quòd tutores, aut curatores domini rerum minorum non sunt, sed illarum agunt curam, & ideo procuratorem non
possunt constituere pro illis in iudicio, sed actorem, 3
ex causa, nisi lite contestata ordinare velit procuratorem tutor, quia tunc factus est dominus litis. Galganet. *de tutelis lib. 1. tit. 7. n. 53.* vbi per hunc textum dicit quòd fit ordinatio actoris à tutore, vel curatore eius periculo, cùm per se gerere non possit iudiciali auctoritate permittente.

De excusationibus [tutorum, & curatorum,] & de temporibus earum.

Tit. LXII.

QVIA sæpe iusta excusatio facit, vt tutores, vel curatores esse desinant, hoc loco de tutorum & curatorum excusationibus, earúmque temporibus, intra quæ proponi debent, agitur Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli vide *l. Hispan. 1. cum seqq. tit. 17. part. 6.* Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 104.* Alex. Trentacinq. *consil. 10. lib. 2.* Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit. 478.* Vezin Donat. à Fina, & Kirchou. *tom. 1. communa. opin. lib. 5. tit. 18. pag. 768* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 2. cap 6.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 222.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 15.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 21.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure tom. 1. classi 1. disp. 14. num. 94. cum seqq.* Leand. Galganet. *in tract. de tutela, lib. 1. tit. 8.*

L. Falsa. I.

Impp. SEVER. & ANTON. AA. *Aniolæ.*

1 SPado non excusatur à tutela. Colligunt ex Ord. Cyn Bart. Salicet. Angel Fulgos Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Paul Montan. *de tutelis, cap. 35. num. 34. & 35.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 6. num. 27.*

L. Si curatores. II.

Iidem AA. *Habentiano & Cosconio.*

1 CVrator generaliter, & simpliciter datus, intelligitur etiam datus ad bona extra prouinciam situata, sed de facili ab illis obtinebit liberationem. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l. 1. n. 1 sup. hoc tit.*

2 Vide Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 7. num. 52.* vbi dicit quòd si res pupilli in diuersis prouinciis sitę sint, etsi ipse in prouincia, quam habitat, habeat tutorē, tamen pro rebus in alia prouincia sitis dabitur alius tutor, qui aliarum rerum non earundem erit tutor.

SVMMARIVM.

1 *Ingenuus excusatur à tutela libertini, & si excusatio reyciatur, debet appellare, aliàs tenetur, & num. 2. procedit etiam in libertino, qui impetrauit ius aureorum annulorum, num. 3.*

4 *Tutor datus legitimam aliquam excusationem habens si intra legitimum tempus non proponat, proponendo postea non excusabitur, imò non audietur.*

L. Excusationis. III.

Iidem AA. *Crispino.*

1 INgenuus excusatur à tutela libertini, & si excusatio reiiciatur, debet appellare, aliàs tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure, tom. 1. class. 1. disp. 14. num. 105.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. n. 11.* vbi ait hoc procedere non solùm in ingenuo,
3 sed in libertino, qui impetrauit ius aureorum annulorum, & *n. 38.* citato hoc text. *in 2. part.* tenet quòd
4 si tutor datus legitimam aliquam excusationem habēs, intra legitimum tempus non proponat, proponendo postea non excusabitur, imò non audietur

---

SVMMARIVM.

1 *Maritus si ignorans curator detur vxori, excusatur à pœna Senatusconsulti, dum tamen alium petat substitui, & num. 2. non prohiberi maritum dari curatorem ad litem vxori suæ, num. 3.*

L. Amplissimi. IV.

Imp. ANTONIN. A. *Agatho Dæmoni.*

1 SI maritus ignorans curator detur vxori, excusatur à pœna Senatusconsulti, dum tamen alium petat substitui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 3. in fine, tit. 17. par. 6. vbi gloss. fin* Gutier. *de tutelis, par. 1. c. 20. à num. 30* vbi *num. 32.* subdit quòd
3 non prohibetur maritus dari curator ad litem vxori suæ, & *eadem par. 1. cap. 21. num. 31.*

L. Libertos. V.

Imp. ALEXANDER A. *Basilio.*

1 LIbertus nullam habet excusationē à tutela, vel cura filiorum patroni & ideo licèt fuerit eorum tutor non prohibetur eis esse curator. Colligunt ex Ordin Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. n. 14. vers. verùm si libertus à patrono fuit liberis suis datus, & n. 31.* vbi per hunc textum resoluit quòd si filiis patroni libertus tutor, vel curator datus sit, se excusare non poterit, nec ei prodest tutelam gessisse vt se possit eximere à cura, quia expleta tutela, & curam suscipere cogitur.

SVMMARIVM.

1 *Tutores, vel curatores dati habent 50. dies ad se excusandum, qui incipiunt currere à tempore scientiæ, & si excusatio reycitur, debet appellari, & n. 2. aliàs intra dictum tempus non se excusando videtur tutelam, vel curam acceptare, num. 3. Excusatio intra 50. dies à die scientia est proponenda, num. 4.*

5 *Tutores testamentarij, legitimi, datiui idem tempus habent. Tempus 50. dierum datur ad proponendas, non autem ad probandas excusationes, n. 6. huiusmodi 50. dies sunt continui, num. 7.*

L. Quinquaginta. IV.

Iidem A. *Maximiano.*

1 TVtores, vel curatores dati habent quinquaginta dies ad se excusandum, qui incipiunt currere

rere à tempore scientiæ, & si excusatio reiicjtur, debet appellari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l.Hisp.fin.tit.17.part.6.* Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.10. num.1. cum seqq.* vbi quòd aliàs intra di-
3 ctum tempus non se excusando videtur tutelam, vel curam acceptare, Caualcan. *de tut. & curat. num. 195. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 12. cap. 6. num. 12.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 222. num. 17.* Paul. Montan. *de tutelis cap. 35. clos. 5. num. 14.* Gutier. *in simili tract. par. 1. cap. 21. num. 33.* Iacob. Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 7. de tutorib. num. 71.* Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure tom. 1. classi 1. disp. 14. num. 96.* latè Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 9. num. 2.* vbi quòd excusatio intra quinquaginta dies à die scientiæ est proponenda, & *num. 4.* quòd tutores testamentarij, legitimi, & datiui idem tempus habent, & *num. 8.* quòd tempus 50. dierum datur ad proponendas, non autem ad probandas excusationes, nam pro illis probandis aliud tempus conceditur, & *num. 10.* quòd huiusmodi 50. dies sunt continui.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, siue debitor eius, cui tutor, seu curator datus est, non excusatur à tutela, sed alium facit adiungi, & num. 2. Iure antiquo creditores, seu debitores minorum tutores, vel curatores dari poterant, neque ex eo quòd essent creditores, poterant se à tutela, vel cura excusare, sed eis dabatur particeps in munere, n. 3.*

L. Neque à tutela. VII.

Idem A. Antonio:

1 CReditor, siue debitor eius, cui tutor, siue curator datus est, non excusatur à tutela, sed alium facit adiungi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Greg. *syntagm. iuris p. 2. lib. 12. cap. 4. num. 5.*
3 Galganet. *de tutel. par. 1. tit. 7. num. 19.* vbi quòd antiquo iure, de quo in hac l. creditores, seu debitores minorum tutores, vel curatores dari poterant, neque ex eo quòd essent creditores, vel debitores, poterant se à tutela, vel cura excusare, sed eis dabatur particeps in munere. Vide tamen posita *in collect. ad auth. minoris debitor, sup. qui dare tutores, vel curatores poss.*

SVMMARIVM.

1 *Colonus fisci non excusatur à tutela, & n. 2.*
3 *Intellectus* l. coloni, C. hoc tit.
4 *Conductores gabellarum excusantur à tutela.*

L. Coloni. VIII.

Idem A. Maximo.

1 COlonus fisci non excusatur à tutela. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Piag. *de tutor. & curat. quæst. 10. num. 6.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 6. num. 7. vers. patrimonialis colonus*, Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 221. num. 14.* vbi ait textum in præsenti intelligi quando 3
non remaneret obligatus fisco, ne contradicat, *l. vel cum fisco, ff. de confirm. tutor.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. num. 124. & seq.* Gutier. *in simili tract. par. 1. cap. 20. num. 16.* vbi cum Gregor. Lop. *l. 14. in verbo, obligado al Rey tit. 16. par. 6.* respondet textum in præsenti procedere quando conductor prædij fiscalis, vel patrimonialis nihil ex hoc deberet fisco, vel Regi, & non aliàs, Galganet. *in eod. tract. de tutel. l. 1. tit. 8. n. 23. vers. item in colonis.*

In gloss. *Ciuilibus, vers.* ibi, *vel ibi de conductore* 4
vectigalis, &c. Ergo conductores gabellarum excusantur à tutela, de quo vide Gironda *de gabell. par. 5. n. 17.* Gutier. *d. par. 1. c. 20. n. 19.*

L. Frater tuus. IX.

Idem A. Romano.

MOnoculus non excusatur à tutela, vel cura. 1
Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt à Petr. Gregor. *syntagm. iuris par. 2. lib. 12. cap. 4. num. 4. vers. secundo*, Gutier. *de tutel. par. 1. cap. 20. num. 21.* vbi ait quòd licèt luminibus captus excusetur à tutela & cura, non ita qui vnum oculum tantùm amisit, Galganet. etiam *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 7. vers. ob oculum tantum amissum.*

SVMMARIVM.

1 *Exactor tributorum durante tempore exactionis excusatur à tutela, vel cura, & n. 2. Limitatur in illis, qui ante huiusmodi officium susceptum iam erant tutores, vel curatores minorum, n. 3.*

L. Exactores tributorum. X.

Idem A. Crispino.

EXactor tributorum durante tempore exactionis 1
excusatur à tutela, vel cura. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt *l. 2. tit. 17. par. 6. ibi, La secunda escusacion de tutela, o uradoria es el ser recadadores de rentas reales*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris par. 2. l. 12. cap. 6. num. 7. in princ.* Gutier. *de tutel. par. 1. cap. 21. num. 4.* vbi *n. 5.* limitat in illis, qui ante huiusmodi officium susce- 3
ptum iam erant tutores, vel curatores minorum. Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 23. vers. item in exactoribus tributorum.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius tenetur bona administrare, etiam extra prouinciam constituta, nisi ad hoc se ex numeranit; propter tamen insufficientiam curator adiungitur; & num. 2. si pupilli bona sita sint in alio loco, quam in quo tutor, vel curator datus habet domicilium, ab illorum bonorum administratione excusari poterit, n. 3.*

L. Testamento. XI.

Idem A. Hylæ.

1 TVtor testamentarius tenetur bona administrare, etiam extra prouinciam constituta, nisi ad hoc se excusauerit, propter tamen insufficientiam curator adiungitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.supr.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr.Gregor.*syntagm.iuris lib.12.cap. 6. num. 11. in princip.* Galganet.*de tutel.lib. 1. tit. 8. num. 21.* vbi per hunc text. quòd si pupilli bona sita sint in alio loco quàm in quo tutor, vel curator datus habet domicilium, ab illorum bonorum admistratione excusari poterit. Henric. Bocer. *in disput.de vniuerso iure tom.1.classi 1.disp.15.num.17.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor habens excusationem à tutela, si vnam sponte recipit, non propter hoc cogitur aliam accipere.*
2 *per vnum Actum contrarium quis non perdit in aliis priuilegium habens effectum reiterabilem, & successiuum.*
3 *Priuilegium habens circa plura, per actum contrarium in vno actu specialiter factum, non perdit illum in aliis.*

L. Voluntariæ. XI.

Imp. GORDIANVS. A. Valentino

1 TVtor habens excusationem à tutela si vnam sponte recipit, non propter hoc cogitur aliam accipere. Vel: Per vnum actum contrarium quis non perdit in aliis priuilegium habés effectum reiterabilem, & successiuum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.* Giphan. *tom. 1. pag.472.*

2 Hanc eandem conclus. quoad secundam eius partem exornant Sfort.Odd.*de in integ.restitut.p.1. quæst.27.art.1.num.4.* Fr.Eman. *quæst. Regul. tom.3. quæst.36.art.3.* Soar.*de legib.lib.8.cap.35.num.12.cum seqq.* Galganet.*de tutel.lib.1.tit.8.num.36.* vbi ex Baldo *in præsenti.* subdit quòd habens priuilegium circa plura per actum contrarium in vno actu specialiter factum, non perdit illud in aliis.

SVMMARIVM.

1 *Liberti non excusantur à tutela, quia gerunt patronorum negotia, nisi patronus sit senator, & tunc vnus tantùm excusatur, & num.2.*
3 *De Senatoribus à tutela & cura excusandis remissiuè.*

L. Nec Senatorum. XIII.

Idem A. Apollinari.

1 LIberti non excusantur à tutela, quia gerunt patronorum negotia, nisi patronus sit Senator, & tunc vnus tantùm excusatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1.sup.hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Paul. Montan.*de tutel.cap.35.num.13.* Galganet.*in simili tract.lib.1.tit.8.num.25, vers.sed si plures liberti sint.* Et de Senatoribus à tutela & cura excusandis, 3 vide Ordin.Reg.Lusit.*lib.4.tit.104.§.1.* Paul.Montan.*d.cap.35.num.101.*

SVMMARIVM.

1 *Nominans aliquem ad munera vt eum redimere faciat, criminaliter punitur, qui verò nominat vt lite fatigetur, ad expensas ei reficiendas ciuiliter tenetur, & num.2.*
3 *Datum iudici, & huiusmodi expensæ recuperabuntur ex lege Iulia repetundarum, vel condictione ob turpem causam, vel ex officio iudicis, vel actione in factum generali, vel crimine concussionis.*
4 *Inquirens temere contra aliquem, & dolo, vel lata culpa fatigant inquisitum, tenetur ad damna & iniuriam, ac criminaliter puniri potest.*

L. Seueriter. XIV.

Idem A. Heraclidæ.

NOminans aliquem ad munera vt eum redimere faciat, criminaliter punitur, qui verò nominat vt lite fatigetur, ad expensas ei reficiendas ciuiliter tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Galganet.*de tutel.lib.1.tit.8.num.17.* vbi etiam quòd datum iudici, & huiusmodi expensæ recuperabuntur ex lege Iulia repetundarum, vel condictione ob turpem causam, vel ex officio iudicis, vel actione in factum generali, vel crimine concussionis. 2 3

Notatur ad hoc quòd temere inquirens contra aliquem, & dolo, vel lata culpa fatigans inquisitum, tenetur ad damna & iniuriam, ac criminaliter potest puniri, vt per Put. *de syndicatu verbo inquisitio cap. 2.num.4.fol.203.* & *verbo captura cap.2. num.3.* & *5. fol.136.* Perez *ad l.1.col.4.in fine vers.nam qui timere, tit.1.lib.8. Ordin.pag.4.col. 2.* Bobadil. *in sua politica l.3.c.15.n.103.* 4

SVMMARIVM.

1 *Pupilli licèt efficiantur adulti lite super excusatione pendente, tamen causa propter periculum medij temporis debet terminari, & n.2.*
3 *Excusationes legitimæ à tutela non liberant à periculo cessationis.*

L. Quantum in tutela. XV.

Idem A. Tauro.

LIcèt pupilli efficiantur adulti lite super excusatione pendente, tamen causa propter periculum medij temporis debet terminari. Colligunt ex Ord. Doct.citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Arimin.Tepat. *var.sent. tom.2. tit.484.cap.1. in fine.* Paul.Montan.*de tutel.cap.34.regul.3.num.12.* Camil. Borrell.*in sum.dec.par.12.tit.33.de appellation.n.1365.* Galganet.*de tut.l.1.tit.9.n.10.* 2

Notatur ad hoc quòd illegitimæ excusationes à tutela non liberant à periculo cessationis, vt per petr.Greg.*syntagm.iuris par.2.l.13.cap.10.n.8.* 3

SVM

SVMMARIVM.

1 *à Tutela quis excuſatur propter litem maioris partis bonorum, & num. 2. fallit in matre & auia, n. 3. Excuſatur quis quando capitales inimicitiæ fuerunt inter tutorem, aut curatorem, & patrem minoris, niſi fiat reconciliatio, num. 4.*

L. Si vt allegas. XVI.

Imp. PHILIPPVS A. *Theodoto.*

1 PRopter litem maioris partis bonorum quis excuſatur à tutela. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp. 1. tit. 17. part. 6.* ibi, *la quarta excuſa de tutela y curaduria es ſi ſuccediſſe algun pleito granado de nueuo entre el guardador del huerfano ſobre toda la heredad del moço, o ſobre alguna partida grande de ella,* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 6. num. 9. in med. verſ. etenim*, Gutier. *de tutel. par. 1. cap. 21. n. 7.* Galganet. *in ſimili tract. lib. 1. tit. 18. n. 15. in princip.* Afflict. *deciſ. 207. num. 1.* vbi dicit fallere in matre &
3 auia, quod etiam tradit Galganet. *d. lib. 1. tit. 8. numer. 15.*

4 Item excuſatur quis à tutela quando capitales inimicitiæ fuerunt inter tutorem, aut curatorem, & patrem minoris, niſi reconciliatio fiat, de quo vide *d. l. Hiſp. 2. verſ. la nona razon*, Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 222. num. 9.* Cou. *pract. cap. 18. num. 3.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 28. num. 8.* Gutier. *de tutel. par. 1. cap. 21. n. 18. cum ſeqq.* Paul. Montan. *in ſimili tract. cap. 35. num. 169.* Galganet. etiam *eod. tract. lib. 1. tit. 18. n. 16.* Giurba *conſ. crimin. 60. num. 19.* Galganet. *d. lib. 1. tit. 8. num. 16. in princip.*

L. Licet. XVII.

Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Epagatho.*

1 DAtus curator nurui ſuæ debet ſe excuſare, aliàs incidit in infamiam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom. 2. tit. 473. cap. 8. verſ. datus curator*, Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 7. num. 17.* Gutier. etiam *de tutel. part. 1. cap. 20. num. 31. in princ.* nam nurui ſuæ nemo curator dari poteſt, vt citato hoc text. tenet Petr. Greg. *ſyntagm. iuris lib. 12. cap. 4. num. 11. verſ. decimoſexto.*

SVMMARIVM.

1 *à Tutoris deputatione non appellatur, ſed proponitur excuſatio, & inopia pupilli non excuſat à tutela, & num. 2. propter paupertatem excuſatur quis à tutela & cura alterius, num. 3.*

4 *Tutor non excuſatur à tutela quod pupillus nihil niſi nudam proprietatem rerum habeat, vſufructu penes alium ſubſiſtente, vt puta quia mater fuit relicta vſufructuaria omnium bonorum.*

5 *Vxor quando cenſeatur bonorum vſufructuaria.*

L. Tutores. XVIII.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIANI AA. & CC. *Sabino, & aliis.*

A Deputatione tutoris non appellatur, ſed excuſatio proponitur, & inopia pupilli non excuſat à tutela. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. reg. 3. n. 1.* Henric. Bocer. *in diſp. de vniuerſo iure tom. 1. claſſ. 1 diſp. 14. p. 100.* Galganet. quoad primam partem *lib. 1. de tutel. tit. 9. num. 16.* vbi per hunc text. dicit quòd tutor, vel curator nominatus volens ſe excuſare ab iſta nominatione non appellat, ſed accedere debet in tempore ſibi conſtituto ad iudicem, ad quem cognitio cauſæ ſpectat, & excuſationes, quas habet apud eundem iudicem proponere, & latiùs *lib. 2. tit. 18.* 2

Item propter paupertatem excuſatur quis à tutela, & cura alterius, ſi tota ſua induſtria ac tempore indigeat ad ſe ipſum competenter ſuſtentandum, vt per *l. Hiſp. 2. tit. 17. part. 6* ibi, *la ſexta excuſa de la tutela y curaduria es ſi fueſſe vno tan pobre que non ouieſſe al porque guareſcer ſi no por la labor de ſus manos.* Molin *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 222. n. 6.* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 6. n. 4.* Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 21. num. 13.* 3

Quondam vxori, &c.] Notatur ad hoc quòd ex eo quòd pupillus nihil niſi nudam proprietatem rerum habeat, vſufructu penes alium ſubſiſtente, vt puta quia mater fuit relicta à patre vſufructuaria omnium bonorum, non ideo ex hoc tutor poterit ſe à tutela excuſare, vt per Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 21. verſ. ex eo enim.* De vxore quando vſufructuaria bonorum cenſeatur? vide Cacheran. *deciſ. 52.* Pachin. *controu. iuris lib. 4. cap. 16. cum ſeqq.* Caſtill. *de vſufructu lib. 1. cap. 45.* 4 5

In gloſ. *Idoneum, fin.* ibi, *cùm principaliter perſona tutor detur.* Ita Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris part. 2. lib. 13. cap. 2. num. 2.* Gutier. *d. part. 1. cap. 1. num. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Debitum matris non excuſat à tutela filij, & n. 2. idem de patre, & auo paterno, vel materno, num. 3. nullus excuſatur propter litem, quam habet cum matre pupilli, cuius eſt tutor, vel curator, numero 4.*

L. Luſitanam. XIX.

Iidem AA. & CC. *Dionyſio.*

DEbitum matris non excuſet à tutela filij. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumit Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 13. num. 14.* Gutierr. *de tutel. part. 1. cap. 10. num. 11.* vbi idem ait in patre, 2 3
& auo paterno, vel materno, Iacob. Cancer. *var. reſolut. part. 1. tit. 7. de tutorib. num. 50.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit 8. num. 15. in fine,* vbi per hunc text. 4
tenet quòd nullus propter litem, quam habet cum matre pupilli, cuius eſt tutor, vel curator, excuſatur.

L. Curato. XX.

Jidem AA. & CC. *Cratino.*

1 IVstè se quis excusat à cura eius, cuius tutor fuit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.2.lib.12.cap.6.num.9. in princ.l.Hisp.3.tit. 17. part. 6.* ibi, *la decimaquarta escusa es de aquel que acaba de ser tutor de vn menor que llegua à los quatorze años, que este bien se quede escusar de ser curador de ay adelante si no quisiere.* Gutier. *de tutel.par.1.cap.21. num. 30.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 5. titul. 28. num. 3. in fine, pag. 768.* Leand. Galganet. *de tutel. lib. 1. titul. 8. num.14.*

L. Quod res. XXI.

Iidem AA. & CC. *Parammoni.*

1 COmmunio non excusat à tutela. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1.num. 1. supr. hoc titul.*

2 Hanc eandem conclus. tenet Petr. Greg. *syntagm. iuris par.2.lib.12.cap.6.num.9.vers.proinde*, vbi quòd communio rerum, vel de ea controuersia cùm per curatorem pupillo ad communia tutanda datum expediri possit, non est iusta excusatio. Galganet. *de tutel.lib.1.tit.8.num.19.vers.decimaseptima.*

L. Si tutor. XXII.

Iidem AA. & CC. *Hermodoro.*

1 PEriculum tutelæ non spectat ad eum, cuius excusatio fuit approbata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Petr. Greg. *syntagm.iuris part. 2.lib.12.cap.6.num.14.* & Henric. Bocer. *in disputat. de vniuerso iure tom. 1. classi 1.disput.14.num.105.* Arimin. Tepat. *var. sentent. tom.2.tit.484.cap.1.vers.periculum tutelæ.*

SVMMARIVM.

1 *Tutelam, vel patrocinium suscipere quis non cogitur contra fratres, vel filios fratris, & num.2. nec contra suos agnatos, num.3.*

L. Humanitatis. XXIII.

Iidem AA. & CC. *Neophyto.*

TVtelam, vel patrocinium suscipere quis non cogitur contra fratres, vel filios fratris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm.iuris part.2.lib.12.cap.6.n. 11. vers. item quis non cogitur.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit.8. num. 20.* vbi per hunc text. tenet quòd nemo cogi potest suscipere tutelam, vel patrocinium con-
3 tra suos agnatos, cùm etiam confidens in causa dici non possit, & ideo erit excusandus si voluerit, & etiam remouendus si se excusare noluerit.

In glos. *Affectu.* ibi, *hic consanguinitas inducsuspicionem*, &c. Ita Christoph. de Paz *in scho. ad leges styli l.19.num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Nauicularij excusantur à tutela extraneorum, non eorum qui sunt de corpore suo, & num.2.*

3 *Nauicularij qui, remissiuè.*

L. Excusationem. XXIV.

Impp. ARCAD. & HONOR. AA. *Flauiano P. P.*

NAuicularij excusantur à tutela extraneorum, 1
non eorum, qui sunt de corpore suo. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l. 1.num.1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
Petr. Gregor. *syntagmat. iuris part.2. lib. 12. cap. 6. num.11. vers.& nauicularij.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit.8.n.23.vers.item potest exemplificari in nauicularijs.* Qui autem dicantur nauicularij, tradit Caluin. *in suo* 3
lexic.iurid.verbo Nauicularij.

SVMMARIVM.

1 *Consiliarij Principis excusantur à tutela, & numero 2.*

3 *Tutela, vel cura excusationem habet, qui indicandi munus subit. Item ministri omnes deputati, num.4.*

5 *Silentiarij excusantur à tutela.*

6 *Silentiarij qui.*

L. Viros clarissimos. XXV. & vlt.

Imp. ANASTASIVS A. *Antiochio præposito sacri cubiculi.*

COnsiliarij Principis excusantur à tutela. Colli- 1
gunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1.n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Petr. 2
Greg. *syntagm.iuris part. 2.lib.12.cap.6.n.7.* ibi, *item excusantur ob dignitatem administratoriam silentiarij Principis, magistratus ciuitatis, excepto Ædili.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo tutela n. 36.* Galganet. *de tutel.lib.1.tit. 8. num. 12.* vbi de Senatoribus.

Item tutelæ, vel curæ excusationem habet, qui 3
iudicandi munus subit, vt expressè tenet *l. Hisp.2. tit.17.part.6.vers.la secunda excusacion*, ibi, *y los que han de iuzgar y cumplir la iusticia por obra.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4.tit. 104. §. 1.* vbi in his computat *os Desembargadores, Corrigidores, Ouuidores, e mais Iuizes*, Gutier. *de tutel.part. 1.cap. 21. num. 4. & 5.* Molin. *de Iustit.tract.2.disp.122.num. 2.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. num. 100.* vbi de Senatoribus, *& à num.103.* Item & ministri omnes deputati connumerantur in ead. Ordin. Reg. *d.§.1.* videlicet, *procuradores, escriuanes, porteiros, carcereiros*, &c. de 4
quibus Molin. *d.disp.222.num.2.*

Silentiarios.] Notatur ad hoc quòd silentiarij 5
excusantur à tutela, de quo Galganet. *de tutel.lib.1. tit.8.num. 23. vers.item in silentiarijs.* De silentiariis vide

Vide Oroscum *in embl.moral.lib.5. emblem.23.* Paul. Montan. *d.cap.35.num.* 116. & 117. Caluin. *in suo*
6 *lexic.iurid.verbo silentiarij,* vbi silentiarios dicit illos, qui audientiam faciunt, murmur voce compescunt, & cohibent, quorum schola in aula Constantinopolitana erat.

Si tutor, vel curator falsis allegationibus excusatus sit.

TIT. LXIII.

NON est liberatus onere tutelæ, §.*vlt. Inst. de excusat. tut.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia titul. vide Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure tom. 1. classi 1. disp.14.num.*106. Galganet. *de tutel. lib.1.tit.8.n.26 in fine,* & 27.

SVMMARIVM.

1 *Tutori non prodest excusatio ex falsis allegationibus, ideoque periculum tutelæ ad eum spectat, & num. 2.*
3 *Minor falsis allegationibus circumuentus, falsitate detecta, sententiam ipso iure nullam dicit. intellige, vt n. 4.*

L. Si absentibus. I.

Imp. ALEXANDER. A. *Symmacho & Diotimo.*

1 APprobatio excusationis ex falsis allegationibus interposita non prodest tutori, & ideo periculum tutelæ spectat ad eum. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*
2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt *l. Hisp.8. in fine tit.23. part.3. vbi gloss.4.* Galganet. *de tutel. lib.1. tit.8. n.26. in fine,* Arim. Tep. *var. sent. tom.2. tit.484. cap.1. vers. excusatio concessa.*
3 Notatur ad hoc quòd minor falsis allegationibus circumuentus, falsitate detecta, sententiam ipso iure nullam dicere potest, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 15. *num.*11. Gam. *Lusit. decis.*110. *n.*42. Sfort. Odd. *de in integrum restit. quæst.*77. à 5. *num.*35. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis num.* 164. *C. de in integr. rest. min.* & *num.*160. intelligit procedere vbi
4 non adest fauor libertatis; sed tamen *num.*160. animaduertit textum in præsenti non bene adduci ad probandum hanc resolutionem, quia loquitur in decreto, quod ex falsa causa vitiatur, & *num.* 167. cum Cumano dicit hanc l. ex eo decidere nullam fuisse sententiam, quia non modò ex causa falsa, sed etiam aduersùs minorem absentem, & indefensum fuit lata, quo casu nullam esse ait.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator si postquam incœpit administrare, se excusauerit, non valet excusatio, & num.2. nisi confirmatus fuerit inuitus, n.3.*
4 *Tutor, vel curator si administret, vel patiatur se confirmari, tollitur excusatio.*
5 *Muneri alicui se sponte volensque addicens, non poterit se postea auctoritate propria eximere.*

L. Tutores. II.

Imp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. *Aulizano.*

SI tutor, vel curator postquam incœpit administrare, se excusauerit, non valet excusatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num.1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Arimin. Tepat. *var. sent. tom.2. tit.478. cap.2. vers. habens priuilegium.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris par. 2. lib.12. cap.6. num.* 12. *in princ.* ibi, *primum vt ea ante administrationem, vel confirmationem tutoriam edatur, nam si postea proponatur, serò fit, nec proficit.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis num.*167. *vers. pro communi, C. de in integr. restit. min.* vbi intelligit Anton. Piag. *de tut. & curat. quæst.* 10. *num.*8. 3 vbi limitat, nisi confirmatus fuerit inuitus, quia tunc non clauditur sibi via ad excusationem allegandam, Gutier. *de tutel. par.1. cap.21. num.*35. *in princ.* vbi 4 quòd si tutor, vel curator administret, vel patiatur se confirmari, tollitur excusatio, Alex. Trentacinq. *part.1. cons.* 10. *n.* 1. vbi ait in hoc text. haberi quòd post susceptam administrationem frustra qui se excusat, vbi *n.*5. intelligit quando datio & susceptio tutelæ fuit valida; secus verò si ipso iure inualida erat, quia textus in præsenti & iura similia dum dicunt post susceptam tutelam non posse tutorem petere excusationem ab illa, præsupponunt terminos habiles, & sic dationem, & susceptionem tutelæ validam fuisse. 2

A Præside prouinciæ, &c.] Notatur ad hoc quòd 5 si quis sponte volensque alicui muneri se addixerit, non se poterit hinc postea propria auctoritate eximere, sed iudice interueniente si adsit iusta causa, vt per Tiraq. *de retract. conuent. §.4. gl.7. n.5.*

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator si de facto excuset, & iudex gratia, vel amore eum admisit, & à tutela absoluit, nihilominus adhuc tutor permanebit, habita absolutione pro nulla. Falsis allegationibus à tutela, vel cura liberatus; cogi potest munus suscipere, num.2.*

L. Si vt proponis. III. & vlt.

Idem A. & C. *Octauiano.*

SI tutor, vel curator de facto se excuset, & iudex 1 gratia, vel amore eum admisit, & à tutela absoluerit, nihilominus adhuc tutor permanebit habita absolutione pro nulla. Colligunt ex Ordin Doctores citati *in l.1. num.1. sup. hoc tit.*

Notari potest ad hoc quòd qui falsis excusatio- 2 nibus à tutela, vel cura fuerit liberatus, cogi potest munus suscipere, §.*vlt. Inst. hoc tit.* Molin. *de Iustit. tract.2. disp.222. n.17. in fine.*

Si tutor, vel curator Reipubl. causa aberit.

Tit. LXIV.

EXcusatur donec redeat, *l. 1.* & à noua tutela anni excusationem habet, *l. 2.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hisp. 2. tit. 17. part. 6. vers. la tercera escusacion*, Montan. *de tutel. cap. 35. num. 88. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 222. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Tutela suscepta debet tutor petere se excusari si sit absuturus Reipubl. causa, aliàs periculum spectat ad ipsum, & reuersi à noua tutela suscipienda habent vacationem per annum, & n. 2. si ille, qui quadam gessit, & postea Reipubl. causa absuturus, medij temporis periculo non obstringitur, num. 3.*

L. Qui tutores. I.

Imp. Gordianvs. A. *Guttio.*

1 A Tutela suscepta debet tutor petere se excusari si sit absuturus Reipublicæ causa, aliàs periculum spectat ad ipsum, & reuersi à noua tutela suscipienda habent vacationem per annum. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hispua. 2. tit. 17. part. 6.* ibi, *la terzera excusacion es de aquellos que ouissen de ir en seruicio del Rey por su mandado à alguna parte, que fuesse mui lueñe; o fusse alla por seruicio, o por pro communal de la tierra en que bine porque a este deuenle attender basta que venga, però deue dexar lo moços e sus bienes en guarda, o en recado de tal ome, que piense bien dellos de mientra que el tornare, e quando veniere deue cobrar e auer los huerfanos en su guarda bien aasi como los tenia en antes, e desde aquella saron que veniere basta vn año no le deuen dar otro huerfano nueuamente en guarda, fuerusende si pluguiera u el mismo de lo recibir*, Gutier. *de tutel. part. 1. cap. 21. num. 6.* Montan. *in simili tract. c. 35. n. 88. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 22. disp. 222. num. 3.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 23. vers. item potest exemplificari in eo, qui causa Reip. abest. & lib. 1.*
3 *tit. 26. n. 26.* vbi ait, quòd si ille, qui quædam gessit, & postea Reip. causa abesse cœpit, se excusauit, vt Reip. causa absuturus, medij temporis periculo non obstringitur.

L. Certum est. II. & vlt.

Idem A. *Reginio.*

1 EI, qui absfuit Reip. causa, & reuersus est, datur annus vt à tutela se excuset. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Vide Doctores citatos *in l. præcedenti*, & hanc eandem conclus. ex hoc tex. desumit Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 23. vers. & reuersus.*

De excusationibus veteranorum.

Tit. LXV.

VEterani sunt, qui legitima viginti annorum stipendia confecerunt: quibus confectis honestam dimissionem merentur. Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide Iust. Lipsium *in militia Romana, sub verbo Veteranorum priuilegia*, Montan. *de tutel. cap. 35. num. 186.* Galganet. etiam *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 23. vers. sed si veterani.*

Veterani milites, qui dicantur, vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 19. cap. 3. num. 23.* vbi quòd veterani dicebantur, qui à militia immunes erant postquam per viginti annos militassent, & *c. 4. n. 5.* vbi quòd anni viginti erant per quos antequam veterani dicerentur, & honestaria militia soluti oportuerat in legione, vel vexillatione militasse, & tunc decursis omnibus stipendiis, & vacationem à ciuilibus habebant muneribus, & honoribus, & *cap. 16. num. 4.* vbi de veteranorum militum priuilegiis, & immunitatibus, Donell. *commentar. iuris Ciuilis lib. 19. cap. 5. col. pen.* vbi quòd veteranus dicitur, qui emeritis stipendiis militia missus, seu sacramento militiæ solutus miles esse desit.

L. Qui causaria. I.

Imp. Antonin. A. *Saturnino.*

VEterani excusantur à tutelis præterquam filiorum veteranorum, vel commilitonum suorum, & vnam tantùm tunc suscipere compelluntur. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Angel Fulgos. Castr. Bald. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 23. vers. sed si veterani sint.* 2

De veteranorum vacationibus à ciuilibus muneribus & honoribus, vide Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 19. cap. 4. num. 3. & cap. 16. num. 4. cum sequentib.* 3

Qui numero liberorum se excusant.

Tit. LXVI.

TRium in vrbe, quatuor in Italia, quinque in prouincia. *Instit. de excus. tut. in princ.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. vide *l. Hispan. 1. vers. la primera es, tit. 17. part. 6.* Ordin Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 104. in princ.* Ferdin. Paez *Lusit. in speciali tract. de excusandis parentibus ob numerum liberorum.* Paul Montan. *de tutel. cap. 35. num. 33. & 46.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 21. num. 2. cum seqq.* Donat. à Fina. Kirchou. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 19. pag. 768. & sequentib.*

Petr.

Petr. Gregor. *syntag. iuris part. 2. lib. 12. cap. 6. num.* 8. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 222. *n.* 1. Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. n. 2. cum seqq.*

SUMMARIUM.

1 à *Tutela excusant parentes tres liberi in Roma, quatuor in Italia, quinque in prouincia, & num.* 2. *Amplia.*

I. etiamsi aliqui ex huiusmodi filiis sint Religiosi, vel Sacris initiati, num. 3.

II. in filiis emancipatis, num. 4.

III. in filiabus nuptis, num. 5.

IV. etiamsi liberi postea moriantur, si eos tempore delatæ tutelæ viuos habebat, num. 6. *at semel excusatus à tutela propter quinque liberos, non excusabitur à noua tutela, si eo tempore filios quinque non habeat, num.* 7. *Limita.*

I. in filiis in vtero existentibus, & qui nondum nati sunt, num. 8.

II. in filiis adoptiuis, num. 9.

L. Qui ad tutelam. I.

Impp. Sever. & Antonin. AA. *Herodiano.*

1 Tres liberi in Roma, quatuor in Italia, quinque in prouincia excusant parentes à tutela. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Angel Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 4. tit. 104. in princip. l. Hispan. 2. tit. 17. part. 6.* ibi, *la primera es quando aquel que es dado por guardador ha cinquo hijos legitimos,* &c. Couarr. *de sponsalib. par. 2. cap. 8. in initio, num. 2. cum seqq.* Ferdinand. Paëz *in tract. de excusandis parentib. ob numerum liberorum, à num.* 6. Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 18. num. 1. pag.* 768. Petr. Gregor. *syntag. iuris par. 2. lib. 12. cap. 6. num.* 8. *vers. Romæ sufficientibus tribus,* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 222. *num.* 1. Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. num.* 33. & 46. Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 21. num.* 2. Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, num.* 31. Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom. 2. tit.* 478. *cop.* 2. *versic. numerus* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. n.* 2.

3 Amplia primò etiamsi aliqui ex huiusmodi filiis sint Religiosi, vel Sacris initiati, vt per Vincent. de Franchis *Neapol. decis.* 532. *part.* 2. vbi quòd filia monialis cuiuscunque Ordinis prodest patri ad excusationem tutelæ, & *num. 4. cum seqq.* idem dicit de Religiosis S. Benedicti, & S. Francisci, quia mortui pro cœlesti patria prosunt sicut mortui pro temporali, & monachus potius viuit, quàm alter, qui moritur in bello, Ferdinand. Paëz *d. tract. num.* 72. & 73. Molfes. *in consuetud. Neapol. par. 3. quæst. 23. num.* 9. Thor. *in compendio decis. verbo Moniales,* Paul. Montan. *d. cap. 35. n. 67. cum seqq.*

4 Amplia secundò in filiis emancipatis, quia prosunt parentibus ad excusationem à tutela, Vincent. de Franchis *d. decis.* 532. *num.* 8. Ferdinand. Paëz. *dict. tract. num.* 62. Molin. *d. disp.* 222. *num.* 1. *in princ.* Galganet. *d. lib. 1. tit. 8. num.* 2. quicquid dicat Montan. *d. cap. 35. n.* 55.

5 Amplia tertiò in filiabus nuptis, vt per Thesaur. *decis.* 267. *num.* 5. Nouar. *in addit. ad Vincent. de Franchis d. decis.* 532.

Amplia quartò etiamsi liberi postea moriantur, si eos tempore delatæ tutelæ viuos habebat, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo susceperit liberos, n.* 192. *C. de reuoc. donat.* Perez *l. 1. tit. 3. lib. 5. Ordin. pag.* 148. Ferdin. Paëz *d. tract. num.* 36. D. Barbos. *in l. quia tale 14. num. 20. ff. soluto matrim.* vbi quòd semel excusatus à tutela propter quinque liberos, non excusabitur à noua tutela, si eo tempore filios quinque non habeat. Galganet. *d. lib. 1. tit. 7. n. 2. vers. sed oportet.* 6 7

Limita primò in filiis in vtero existentibus, & qui nondum nati sunt, ex Paul. Montano *dicto c. 35. num.* 75. 8

Limita secundò in filiis adoptiuis. Ferdinand. Paëz *d. tract. num.* 57. & 58. Paul. Montan. *d. cap. 35. n.* 70. Gutier. *d. part. 1. cap. 21. n.* 2. Cardos. *in praxi iudicum, verbo filius, n.* 69. Molin. *d. tract. 2. disp. 222. n. 1. vers. & non sufficit si sint naturales, aut adoptiui.* Galganet. *d. lib. 1. tit. 8. n. 2. vers. liberi adoptiui.* 9

SUMMARIUM.

1 à *Tutela non excusant filij mortui, neque nepotes filio superstite.*

2 à *Tutela excusatur habens quinque filios superstites, etsi aliquis in acie pugnando cum hostibus interfectus sit. Vel tantùm in acie vulnerati, domi postea mortui fuerint, num.* 3. *Nepotes, neptésve ex filiis masculis filio superstite non computantur ad hunc effectum vt anum excusent à tutela, nisi filius esset defunctus, num.* 4. *omnes nepotes, & neptes cuiusque filij defuncti, pro vno tantùm computatur libero, num.* 5.

L. Neque filia. II. & vlt.

Imp. Antonin. A. *Marcello.*

Filij mortui non excusant à tutela, neque nepotes filio superstite. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Nota quòd excusatur à tutela habens quinque filios superstites, etsi aliquis in acie pugnando cum hostibus interfectus sit, nam hic per gloriam viuere reputatur, vt patrem excuset, *l. bello amissi, ff. de excus. tut.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 104. in princ. l. Hisp. 2. vers. la primera, tit. 17. part. 6.* ibi, *en este numero entran los perdidos en batalla en seruicio de Dios y del Rey.* Petr. Greg. *syntagm. iuris p. 2. lib. 12. cap. 6. n. 8. vers. & qui in bello cecidere pro Republ.* Ferdin. Paëz *in tract. de excusandis parentibus ob numerum liberorum, n.* 39. vbi *num.* 40. ampliat etiamsi tantùm in acie vulnerati domi postea mortui fuerint, Paul. Montan. *de tutel. cap. 35. num. 62. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 22. num.* 1. Gutier. *de tutel. p. 1. cap. 21. n. 2. in fine,* Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, n.* 51. Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. n. 2. vers. sed oportet, & vers. si liberi mortui sunt.* 2 3

Neque nepotes numerantur, &c.] Notatur ad hoc quòd nepotes, neptésve ex filiis masculis filio superstite non computatur ad hunc effectum vt auum excusent à tutela, nisi filius esset defunctus, vt per Petr. Gregor. *d. lib. 12. cap. 6. num. 8. vers. in quorum recipiuntur seriem nepotes,* Molin. *d. disput. 222. num.* 1. vbi intelligit omnibus nepotibus, & neptibus cuiusque filij defuncti computatis pro vno tantùm libero, Paul. Montan. *dict. cap. 35. num.* 56. Gutier. *dict. par. cap. 21. num. 2. vers. item nepotes.* Cardos. *dict. verbo tutela. num.* 31. Galganet. *d. lib. 1. tit. 8. num. 2. versic. nepotes.* 4 5

Qui morbo se excusant.

Tit. LXVII.

Qvidam morbi sunt totius corporis, vt febris: alij partis corporis, vt cæcitas: alij animi, vt insania. hos omnes morbos à tutela, vel cura excusare ostendit, *l. vnic. hoc tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 174. §. 4. *l. Hispan.* 2. *vers. otrosy se podria escusar, tit.* 17. *par.* 6. Donat à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 28. *n.* 23. *pag.* 768. Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 9. *vers. vt si obyciatur*, Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 221. *num.* 18. *& disp.* 222. *num.* 7. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 145. *cum seqq.* Gutier. *in simili tract. part.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Cardos. *in praxi iudicum verbo tutela*, *num.* 28. Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Tutelæ, seu curæ excusationem habet luminibus captus, aut surdus, aut mutus, aut furiosus, aut perpetua valetudine tentus, & num.* 2. *infirmitas tutelæ excusationem præstat, num.* 3. *procedit non tantum in tutore testamentario, sed etiam in legitimo, & datiuo, num.* 4. *Quid si post susceptam tutelam, vel curam quis efficiatur mutus, aut surdus, desinente esse tutor, vel curator, num.* 5.

L. Luminibus captus. Vnic.

Imp. Philippvs A. *&* Philippvs C. *Sabino.*

1 Lvminibus captus, aut surdus, aut mutus, aut furiosus, aut perpetua valetudine tentus, tutelæ, seu curæ excusationem habet. Sunt verba text. super quo scripserunt Cyn. Bart. Salic. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Vide Petr. Gregor. *syntag. iuris part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 4. *num.* 4. *vers. secundò*, vbi quòd tutores esse nequeunt furiosus, mutus, cæcus, surdus, & perpetua valetudine afflictus, Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 221. *num.* 3. vbi de muto & surdo, qui omnino non audit, & de cæco, qui omnino visu est priuatus, & *num.* 6. de furioso, & *num.* 5. de prodigo, Cardos. *in praxi iudicum,*
3 *verbo tutela, num.* 28. vbi quòd tutelæ excusationem præstat infirmitas, nam oculorum luminibus captus, vel surdus, mutus, furiosus, aut detentus aliqua valetudine, ob quam suis negotiis interesse non possit, habet excusationem tutelæ. Paul. Montan. *de tutelis, cap.* 3. *num.* 145. *cum seqq.* Gutier. *in simili tract. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. *cum seqq.* vbi de mutuo, surdo, &
4 mentecapto, hoc est furioso, & *n.* 4. intelligit hunc textum & similes procedere non tantùm in tutore testamentario, sed etiam in legitimo, & datiuo, &
5 *n.* 1. *cum seqq.* disputat an si quis post susceptam tutelam, vel curam efficiatur mutus, aut surdus, desinat esse tutor, vel curator, ita quòd ampliùs in tutela, vel cura procedere non possit, nec administrare, & prouideri debeat eius loco alius tutor, vel curator, necne; & *n.* 11. ampliat textum vt procedat etiamsi mutus, aut surdus intelligeret ad motum labiorum, & *num.* 12. declarat vt locum habeat in eo, qui penitus esset surdus, aut mutus, non verò in eo, qui nimis audit, & sic est surdaster, vel parum audiens. & à *n.* 13. de furioso agit Galganet. *de tutel. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 7. vbi quòd excusat à tutela, vel cura delata aduersa valetudo, puta si sit luminibus captus, aut surdus aut mutus, aut furiosus, *& lib.* 1. *quæst.* 9. *n.* 2. *&* 3. vbi de surdo & muto.

Qui ætate se excusant.

Tit. LXVIII.

Ideſt, maiores 70 annis, *l. vnic. hoc tit.* nam minor 25. annis non eget excusatione, quia nec volens admittitur, *Instit. de excus.* §. *item maior.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 104. §. 3. *l. Hispan. versic. la vndecima, tit.* 17. *par.* 6. Petr. Gregor. *syntagm. iuris part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 6. *n.* 10. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 35. *num.* 171. *cum seqq.* Gutier. *in simili tract. part.* 1. *cap.* 21. *n.* 24. Galganet. *eod. tract. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *à Tutela & cura excusatur septuagenarius, & n.* 2. *septuagesimum annum ingredi non sufficit, n.* 3. *de probatione huius ætatis, & cui incumbat, remissiuè, n.* 4.

L. Pater tuus. Vnic.

Impp. Sever. *&* Antonin. AA. *Seuero.*

Septuagenarius excusatur à tutela, & cura. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 104. §. 3. ibi, *maior de setenta años. l. Hispan.* 2. *tit.* 17. *part.* 6. ibi, *la vndecima es en el maior de setenta años.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 10. *in princip.* ibi, *maior etiam septuaginta annorum à tutela & cura se potest excusare*, Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 222. *num.* 10. ibi, *qui excedit septuagesimum annum potest se excusare à tutela, & cura aliorum.* Menoch. *cons.* 839. *num.* 3. vbi quòd non sufficit septuagesimum annum ingredi, Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 5. Paul. Montan. *de tutelis, cap.* 35. *n.* 171. *cum seqq.* Gutier. *in simili tract. par.* 1. *cap.* 21. *num.* 24. Cardos. *in praxi iudicum, verbo ætas, n.* 5. *& verbo tutela, n.* 30. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 328. *num.* 4. vbi à princip. cap. plura senum refert priuilegia. 2 3

De probatione huius ætatis, & cui incumbat, vide Caualcan. *de tutor. & curat. n.* 295. Mascard. *de probat. conclus.* 667. Paul. Montan. *dicto cap.* 35. *num.* 175. 4

Qui

Qui numero tutelarum se excusant.

Tit. LXIX.

TRIA onera tutelæ, vel curæ non affectatæ excusant à quarto onere, *l. vnic. hoc tit. & l. 2. §. vlt. & ll. seqq. ff. de excus.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide *l. Hispan. 2. vers. la quinta escusa, tit. 17. part. 6.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris part. 2. lib. 12. cap. 6. num. 6.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 222. num. 5.* Paul. Montan. *de tutelis, cap. 35. num. 119. & 135.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 22. num. 8. cum seqq.* Henric. Bocer. *in disput. de vniuerso iure tom. 1. classi 1. disp. 14. num. 73.* Galganet. *de tutel. lib. 1. tit. 8. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *à Tutela & cura excusant tria onera tutelarum non affectata, quandiu durant, & num. 2. in istis tribus tutelis non connumerari tutelam quam pater gerit suorum liberorum quos habet in potestate, secus quos emancipauit; num. 3. Vnam tantum tutelam sufficere ad excusationem secundæ, si tam diffusa, & negotiosa illa sit, vt cedat pro pluribus, num. 4. fideiussionem tutelæ non numerari in hoc numero trium tutelarum, num. 5.*

L. Si tres tutelas. Vnic.

Impp. SEVER. *&* ANTONINVS. AA. *Pompeiano.*

1 TRia onera tutelarum non effectata excusationem præbent à quocunque quandiu durant, & duæ imperfectæ excusationes diuersi generis non faciunt vnam perfectam. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 2. tit. 17. par. 6.* ibi; *la quinta escusa es si aquno ouiesse tres guardas de huerfanos porque entonces si le quisiessen echar otra bien se puede escusar desta quarta.* Donat. à Firia *tom. 1. commum. opin. lib. 3. tit. 28. num. 2. pag. 768.* vbi quòd habens tres tutelas, aut tres curas; aut duas tutelas, & vnam curam, & è contrario, excusatur ab alia tutela, aut cura. Galganet. *de*
3 *tutelis, lib. 1. tit. 8. n. 4.* vbi tenet quòd, in istis tribus tutelis non connumeratur tutela, quã pater gerit suorum liberorum, quos habet in potestate, quos emãcipauit secus erit; & tria huiusmodi onera sic accipienda esse asserit, vt non numerus pupillorum tutelas faciat, sed patrimoniorum separatio, nec minus administratio duorum patrimoniorum vnius facit numerum duorum onerum; nec minus si plurium tutelam gerat, quibus sit vnum, ac idem patrimonium; sed si inter pupillos patrimonium diuidatur, tũc habebitur pro duabus, vel pluribus tutelis. Petr. Gregor. *syntagm. iuris p. 2. lib. 12. c. 6. n. 6.* ibi, *vt qui tres iam verè tutelas, vel curas habet, & administrat,* quia aliis & istis, non posset cõmodè superesse, nisi eas affectauerit, quia affectatæ non adscribuntur numero, nec honorariæ, Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 222. n. 5.* vbi quòd si quis habet tres tutelas, quæ onerosæ sint, & non idcirco leues, quia faciles, vel quia aliqua earũ intra semestre finitur, excusatur à quarta, nisi illas affectasset, nam tunc à quarta non excusaretur, finita autem aliqua trium, non excusatur à noua suscipienda. Enenckel. *de priuil. parẽtum, & liberorum, priuil. 10.* Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure, to. 1. classi 1. disp. 14. n. 73.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo tutela, num. 54.* vbi quòd tres tutelas potest quis habere si pollet fide, & facultatibus, quatuor verò nõ potest, Paul. Montan. *de tutel. & curis cap. 35. n. 119. & n. 135. & cap. 26. n. 60.* Gutier. *in simili tract. p. 1. cap. 21. n. 8.* vbi *num. 10. per l. si is qui, in princ. ff. de excus. tut.* tenet textus conclusionem non procedere quoties antequam tutor se excusauerit à quarta tutela, finita erat vna ex tribus, & *num. 11.* per eandem l. subdit vnam 4 tantùm tutelam sufficere ad excusationem secundæ si tam diffusa, & negotiosa illa sit, vt pro pluribus cedat, & *num. 12.* per *l. spadonem, §. si ciuitatis, cod. tit.* tradit fideiussionem tutelæ non numerari in hoc numero trium tutelarum, quia licèt quis sit fideiussor 5 tutori, ac proinde sit debitor, non tamen est tutor, nec habet officium tutoris, & *par. 3. cap. 17. n. 10.* ait quòd licèt aliàs tres tutelæ excusent ab onere quartæ, duæ tamen tutelæ, vel curæ simul cum alia cura bonorum non excusant ab onere quartæ tutelæ, vel curæ, quia duæ imperfectæ excusationes diuersis generis non faciunt vnam plenam, & perfectam, Galganet *d. lib. 1. tit. 8. n. 4. vers. sed si quis habeat.*

De curatore furiosi, vel prodigi.

Tit. LXX.

FVRIOSORVM appellatione continentur etiã mente capti, *l. 2.* quamuis, propriè loquendo, distinguantur, quia furiosus stimulis furoris agitatur; mẽte captus verò sine furore desipit, ac fatuus est. Prodigus est, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando &, dissipando profundit: isque furioso comparatur, & lege XII tabularum ad gentiles & agnatos deduci iubetur, *l. 1. ff. de cur. furios.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusit. *lib. 4. tit. 103.* Mich. Grass. Kirchou. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 30. pag. 769. cum seqq.* Gasp. Baeç. *de decima tut. cap. 3. per tot.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris p. 2. lib. 5. c. 5. de curatore mente captorum, & furiosorum, & c. 6. de curatore prodigi,* Cardos. *in praxi iudicum, verbo curator. n. 7. & 9.* Arim. Tepat. *var. sent. tom. 2. tit. 476.* Paul. Montan. *de tut. c. 28.* Gutier. *in simili tract. p. 1. c. 12. n. 5. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 365. n. 46. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Curator datur furioso, vel prodigo post 25. annos; & num. 2.*
3 *Prodigus furioso æquiparatur.*
4 *Prodigi qui.*
5 *Mulieri luxuriosè viuenti interdicitur administratio, & datur curator, secus in muliere nupta, n. 6.*
7 *Masculo etsi luxuriosè & inhonestè viuat, non fit interdictio bonorum; nec curator datur.*

L. Curatores. I.

Imp. ANTONIN. A. *Marinianæ.*

1 POst vigintiquinque annos datur curator furioso, vel prodigo. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. in *concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 5. *tit.* 103. *in princip.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 22. Molin *de instit. tract.* 2. *disp.* 220. *n.* 9. *in princ.* Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 54.

3 *Prodigo, vel furiosis.*] Ergo prodigus æquiparatur furioso, de quo Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *num.* 160.

4 In gloss. *Prodigis.* ibi, *qui neque tempus, neque finem habent expensarum,* &c. Ita Gregor. Lopez *l.* 5. *tit.* 11. *part.* 5. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cùm non absimilis, num.* 4. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 13. *cap.* 6. *num.* 2. *in princ.*

5 In gloss. *Furiosis.* ibi, *item & detur luxuriosè viuenti*, &c. Notatur ad hoc quòd mulieri luxuriosè viuenti interdicitur administratio bonorum, & datur curator, vt per *l. mulieri, ff. hoc tit.* tenent Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum cap.* 14. *num.* 33. Anton. August. *lib.* 4. *emendat. cap.* 11. Pinel. *in l.* 4. *num.* 23. *&* 24. *C. de bonis maternis*, Baëç. *de decim. tut. cap.* 14. *num.* 10. vbi
6 *num.* 14. ait id non procedere in muliere nupta, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo cùm non absimilis, n.* 13. *&* 14. *cum seqq.* Petr. Gregor. *d. lib.* 13. *cap.* 6. *num.* 5. ibi, *huius ordinis est persona, quæ luxuriosè viuit, cui, vt meretrici bonis interdici potest, & luxuriosè viuenti sid est, nimium splendidè*, &c. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 28. *num.* 49. *cum seqq.* Ceuall. *commun. contra communes quæst.* 833. *num.* 1. *cum seqq.* Benedict. Ægid. *Lusitan. in repetit. l.* 1. *C. de sacros. Eccles. par.* 1. §. 2. *num.* 14.
7 *&* 15. qui omnes tradunt dispositionem huius legis non habere locum in masculo, itavt si luxuriosè, & inhonestè viuat, non fiat sibi interdictio bonorum, nec detur curator.

SVMMARIVM.

1 *Curator non potest alienare res furiosi sine decreto, sicut nec res pupilli, & num.* 2. *dispositita in tutore pupillorum, extenduntur ad curatorem furiosorum, num.* 3.

4 *Curator furiosi tenetur de culpa lata, & leui, & de dolo.*

5 *Minoribus quæ competunt beneficia, extendenda sunt ad furiosum, & ad prodigum, num.* 6. 7.

8 *Minor & prodigus exæquati.*

9 *Furiosus & mente captus æquiparati in iure.*

10 *Pupillus, minor, prodigus, & generaliter omnes, qui curatorum adminiculo reguntur, exequantur, & num.* 11. 12.

13 *Præscriptio non currit contra prodigos ac furiosos.*

L. Orationis. II.

Imp. GORDIANVS. A. *Auitio.*

1 RES furiosi non alienantur sine decreto, sicut nec res pupilli. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 60. *tit.* 18. *part.* 3. *vbi gloss. fin.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 31. Petr. Gregor. *syntag. iuris part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 24. Gutier. *de tutel. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti, num.* 4. *C. de in integr. restit. minor.* vbi quòd curator furiosi prædium, seu bona absque decreto alienare non potest.

Notatur ad hoc quòd disposita in tutore pupillo- 3
rum, extenduntur ad curatorem furiosorum, vt per Gasp. Baëç. *de decima tutori Hispanico iure præstanda, cap.* 3. *n.* 34. vbi *num.* 36. quòd onera imposita tutori adolescentis, incumbunt curatori furiosi, & *n.* 37. quòd curator furiosi tenetur de lata culpa, & leui, & 4
de dolo, ad similitudinem tutoris, & curatoris adolescentis, Cald. Pereira *d. num.* 4. *in med.* vbi quòd om- 5
nia beneficia minoribus concessa ad furiosum sunt extendenda. Anton. Gom. *tom.* 2. *variarum cap.* 14. *num.* 30. *ante fin.* vbi quòd omnia beneficia & priuilegia, quæ de iure competunt minoribus, competunt etiam prodigis, Gutier. *cons.* 14. *num.* 17. vbi quòd iu- 6
ra loquentia de minoribus extenduntur & procedunt etiam in furiosis, podigis & mentecaptis, *& de tutel. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 23. vbi quòd omnia priui- 7
legia concessa minoribus extenduntur ad furiosos, & mentecaptos, & similes. D. Barbos. *in l.* 3. *n.* 21. *ff. soluto matrim.* vbi quòd postquam prodigo datus 8
fuerit curator, minor & prodigus æquiparantur. Gam. *Lusitan. decis.* 100. *num.* 1. vbi quòd furiosus & mentecaptus æquiparantur in iure. latè idem Cald. 9
Pereira *in d. l. si curatorem, verbo cùm non absimilis, à num.* 1. vbi quòd pupillus, minor prodigus, & gene- 10
raliter omnes, qui curatorum adminiculo, patrocinióque reguntur, exæquantur, & *n.* 2. ideo affirmat quòd omnia priuilegia, quæ de iure communi adulto curatorem habenti conceduntur, prodigo etiam concessa censentur.

Vnde si prodigus, vel furiosus, cui est datus cura- 11
tor, & bonis interdictum, lædatur in contractu gesto cum auctoritate sui curatoris, competit ei beneficium restitutionis, sicut minori, Cald. Pereira *d. verbo cum non absimilis, n.* 3. Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 32. *num.* 4. vbi cum Gregor. Lopez etiam tenet competere restitutionem pro gestis ante interdictionem, D. Barbos. *in l.* 3. *n.* 21. *ff. sol. matrim.*

Et etiam bona curatoris furiosi & prodigi sunt 12
tacitè hypothecata pro cura & administratione, sicut & tutorum ac curatorum minorum 25. annorum, Greg. Lopez *l.* 23. *in gloss. magna, vers. sed quid de bonis, tit.* 13. *part.* 5. Gutier. *d. part.* 1. *cap.* 23. *n.* 5. *& de tutel. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 23.

In gloss. *Ad agnatum.* ibi, *idem in præscriptione,* &c. 13
Notatur ad hoc quòd contra prodigos ac furiosos non currit præscriptio, vt per Bald. *de prescript.* 1. *p.* 6. *princ. vers. vigesimusquartus, num.* 46. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 30. *num.* 14. *pag.* 770.

SVMMARIVM.

1 *Patri mentecapto filius petere debet curatorem, per quem si quid alienatum est, reuocari poterit, & num.* 2.

3 *Furiosus in quo à mentecapto differat.*

L. Si pater tuus. III.

Idem A. *Aurelio.*

FIlius patri mentecapto curatorem petere debet, 1
per quem si quid alienatum est, reuocari poterit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc

4 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.2. lib.13. cap.5. num.27.* ibi, *Item & Prator non dubitauit filium patri furioso curatorem dare, si tamen probus sit.* Paul. Montan. *de tutel.cap.28. num.30.* vbi quòd filius potest dari curator patri prodigo, Duen. *regul.87. versic. amplia 6.* vbi idem in matre ait.

5 *Mentis compos non est*, &c.] In quo differat furiosus à mentecapto? vide Menoch. *consil.81. num.195. cum seqq. & de prasump.lib.5. prasump.45.* Duen. *regul.259. ampliat. 9.* Mascard. *de prob. conclus.* 1045. *num.* 1. Cald. Pereira *post quast. forens. consil. 24. num.28. in med.* Farinac. *fragm.crimin.par.1. lit.F, numer.221.*

L. Cùm repudiante. IV.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. *Asclepiodoto.*

1 FVriosi nulla est repudiatio matrimonio, nec mater præiudicat filio, si non sit eius administratrix. Colligunt ex Ord. Doctor. citati *in l.1. num.1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem quoad secundam eius partem ex hoc text. desumit Petr. Greg. *syntagm. iuris p.2. lib.13. cap.5. n.27.* ibi, *ad matrem furiosi filij, vel filia, non pertinet iure defensio, vel bonorum administratio.*

L. Ne lucrum. V.

Imp. Anastasius A. *ad populum.*

1 FRatres emancipati, qui hodie vocantur ad successionem sororum, eis furentibus sunt curatores legitimi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. iuris p.2. lib.13. c.5. n.27. in fine*, ibi, *sunt & fratres fratrum & sororum furiosorum curatores, qui ad furiosorum successionem vocantur*, Paul. Montan. *de tutel. cap.28. num.12. cum seqq.* Henric. Bocer. *in disp. de vniuerso iure, tom.1. classi 1. disp. 35. n.22.*

SVMMARIVM.

1 *Curator datus furioso habenti dilucida interualla, non desinit esse curator tempore, quo ille sana mentis efficitur; sed exercitium administrationis sibi non competit, &c. & n.2.*

3 *Curator habebit solùm decimam pro tempore furoris, non verò interualli dilucidi.*

4 *Furor ac quempiam inuasit, continuari prasumitur, licèt quis interualla habeat dilucida. intellige vt num. 5.*

6 *Furiosus habens dilucida interualla si fecerit aliquem contractum, testamentum, aut quid aliud prasumitur factum furoris, non sana mentis tempore. intellige vt n.7.*

L. Cùm aliis. VI.

Imp. Iustinian. A. *Iuliano. P.P.*

1 CVrator datus furioso habenti dilucida interualla, nō desinit curator esse tempore, quo ille sanæ mentis efficitur, sed exercitium administrationis sibi non competit, & potest tunc ille, qui curator est datus, omnia per se gerere, sed furore superueniente exercitium restituitur curatori. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin, Reg. Lusit. *lib.4. tit.103. §.3.* Gasp. Baëc. *de decima tut. Hispanico iure prastanda, cap.3. num.43. cum seqq.* vbi *num.45.* per hunc text. tenet quòd curator solùm habebit decimam pro tempore furoris, 3
non verò pro tempore dilucidi interualli, quia licèt secundùm hunc text. curator eius, cuius furor per vices recedit, & redit, semper pro toto tempore sit curator, tamen pro tempore, quo furor recedit non potest res furiosi administrare, sed ipsemet furiosus pro eo interuallo administrabit. Petr. Gregor. *syntag. iur. p.2. lib.13. c.5. n.24.* ibi, *quòd si furioso habenti intermissionem morbi, curator datus sit, perpetua erit cura eius, etsi intercepta & interpolata sit administratio.* Anton. Gom. *var. tom.1. cap.14. num. 28. prope fin.* vbi quòd habens furorem per dilucida interualla illo medio tempore sanæ mentis, potest omnia facere & gerere ac si esset perpetuò sanæ mentis, modò habeat curatorem, modò non, quia si habet illo medio tempore, cessat & suspenditur eius administratio, licèt virtus & substantia officij duret.

4 *Sed manere quidem eum donec talis furiosus viuit*, &c.] Notatur ad hoc quòd furor simul ac quempiam inuasit, continuari præsumitur, licèt quis habeat dilucida interualla, quia furiosus, seu demens qui semel fuit, semper & in futurum furiosus, & demens præsumitur, vt per Roder. Xuar. *allegat.1. n.21.* Mascard. *de prob. concl.825. à num.1. & concl. 1045. num.32. & concl. 1219. num.17.* Menoch. *de prasump. lib.6. prasump.44. in fine, num.7. & prasump.45. n.59. & num.61.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.2. tit.5. num.6. vers. & ideo vt res planiùs intelligatur*, Cald. Pereira *post quast. forens. consil.24. num.4. & 5.* latè Farinac. *fragm. crim. par.1. lit.F, num. 317. cum seqq.* vbi *num.323.* intelligit quando furor non fuit 5
momentaneus, & breui tempore, per aliquos putà dies hominem agitans, sed successiuus per longum tempus, vtputa per annum, & mensem, & *num.325.* limitat quando directè, aut indirectè, verè, aut præsumptiuè fuisset probata sana mens illius, qui retro fuit furiosus.

6 *Sed per interualla*, &c.] Nota quòd furiosus habens dilucida interualla si fecerit aliquem contractum, testamentum, seu quid aliud, præsumitur factum tempore furoris, non tempore sanæ mentis; vt per Menoch. *d. lib.8. prasump. 45. num.63. cum seqq.* Mascard. *conclus.8. 4. num.10. 18. & 38. & concl.825. num.10* Farin. *d. lit. F, num.329.* vbi *num.331. & seqq.* 7
intelligit quando ille actus esset talis, vt potius saperet insanam mentem & furorem, quàm sanam mentem; secus si actus talis esset vt quilibet prudens, & sapiens vir sic illum gessisset, & fuerit spōte sic gestus, non autem ad alterius interrogationē.

SVMMARIVM.

1 *Curator non datur furioso in potestate patris constituto, sed eius pater est administrator legitimus; ei verò existenti sui iuris, pater curator dabitur, & num.2*

3 *in Sacris parentis sui constitutus, id est, in familia & potestate patris.*

4 *Tutor tali dari debet, qui non sit recasurus in potestatem patris. limitatur n.5.*

6 *nullus Amor vincit paternum.*
7 *Pater in casu filij non sanæ mentis est curator legitimus, non datiuus.*
8 *Pater potest filium furiosum hæredem instituere, & ei secundùm formam iuris substituere, & si decedat ab intestato, hæreditas deuoluitur ad filium furiosum etiam sui iuris constitutum.*
9 *Pater exemplariter substituit filio furioso, siue fatuo. limitatur n.10.*
11 *Hæreditas paterna siue legitima in vita patris dicitur filio quasi debita.*
12 *Curator potest dari furioso in patris testamento, & non tenetur satisdare, &c. & n.13.*
14 *Tutor iurare tenetur se omnia rectè, & ad minoris vtilitatem gestorum.*
15 *Curator furiosi tenetur inuentarium facere, & satisdare atque iurare sicut tutor.*
16 *Furiosus rectè exhæredari potest ex causa ingratitudinis commissa ante furorem.*
17 *Florentissima ciuitas, de Constantinopoli.*
18 *Tutor debet expressè obligare bona. intellige vt numer.19.*
20 *Hæreditas furiose delata potest per eius tutorem adiri, & n.21.*
22 *Hæreditas extranei si deuoluitur ad furiosum, non petit ipse bonorum possessionem, sed eius curator.*
23 *Intellectus* l. cùm furiosus, vers, quæ antea ex decreto dabatur, C. hoc tit.

L. Cùm furiosus. VII. & vlt.

Idem A. Iuliano P. P.

1 FVrioso in potestate patris constituto non datur curator, sed eius pater est legitimus administrator; ei verò existenti sui iuris pater curator dabitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.4. tit.* 103. *in princ.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris par.1. lib.13. cap.5. n.27.* ibi, *Itaque datur curator, & pater filio furioso si emancipatus, alioquin enim sufficiens curator dicitur ex patria potestate.* Ascan. *de patria potest. cap.6. effectu* 44. Marc. Anton. de Amatis *Marchia dec.* 129. Galganer. *de tutel. lib.1. tit.7. num.*57. vbi quòd filiusfamil. qui in sui patris potestate sit, tutorem, seu curatorem à iudice non recipit, sed eius pater est legitimus administrator.

3 *In sacris parentis sui constitutus.*] Id est, In familia & potestate patris, vt per Ioan. Garc. *de coniugali acquæstu, num.*10. Guid. Panciról. *in thesaur. var. lection. lib.1. c.77.* quia quælibet familia sua habebat sacra, quæ emancipatus filius obseruare non tenebatur, secundùm Alciat. *lib.1. prætermiss. verbo sacra*, sed Conan. *comment. iuris lib.2. cap.13. ad finem*, à persona patris, quæ sacra filio videri debet, deductum putat.

4 Notatur ad hoc quòd tali debet dari tutor, qui non sit recasurus in patris potestatem, vt per Ant.
5 Piag. *de tut. & cur. quæst.4. num.6.* vbi *num.* 7. limitat quando pariter dissipatet omnia bona filij, tunc enim propter malos mores patris dari posset curator bonis pupilli. Gutier. *de tutelis, par.1. c.3. n.2.*

6 *Quis enim talis affectus,* &c.] Notatur ad hoc quòd nullus amor vincit paternum, vt per Mascard. *de probat. concl.* 571. *num.*4. Mexi. *in tract. tassa panis, concl.2. num.58. cum seq.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.45. num.6. vers. ratio autem*, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent. tom.1 lib.21. tit.10. n.21.*

7 *Indubitatò curatorem habere non potest,* &c.] Obseruat Steph. Gratian, *disc. for. tom.2. c.365. num.*48. quod pater in casu filij non sanæ mentis est legitimus, non datiuus curator.

§. Sin autem parentes.

Pater potest filium furiosum hæredem instituere, 8
& ei secundùm formam iuris substituere, & si decedat ab intestato, hæreditas deuoluitur ad filium furiosum etiam sui iuris constitutum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1. sup. hoc tit.*

Nota quòd pater exemplariter substitui filio fu- 9
rioso, siue fatuo, sic, Instituo filium meum hæredem,
& si in stultitia moriatur, Titium sibi substituo, vt
expressè decidit *l. Hispan.* 11. *tit.5. par.6.* Couar. *in
cap. Raynutius, §.6. num.1. de testam.* Substitutio enim
exemplaris potest fieri filio furioso, vt per Alexand.
Trentacinq. *de substit. par.3. cap.4. num.1.* Vincent.
Fusar. *eod. tract. quæst.* 185. ex *num.*5. vbi limitat si ha- 10
beret dilucida interualla, vel quando nõ perseuerauerit in furore vsque ad tempus mortis, & *num.*10. tenet posse fieri mentecapto perpetuo exemplarem substitutionem, & *num.*13. idem dicit de fatuo, nisi fatuitas esset modica proueniens ex simplicitate, vel leuitate, & à *num.*15. extendit ad prodigum, dummodo sit talis, qui non possit testari.

In paterna quidem hæreditate, quæ quasi debita, &c.] 11
Notatur ad hoc quòd hæreditas paterna, siue legitima in vita patris dicitur filio quasi debita, vt per Palat. *in rep. cap. per vestras, de don. inter vir. & vxor. notab.3. §.21. num.4. & 5.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo susceperis liberos, num.* 113. *C. de reuoc. don.* Padil. *in l.3. num.31. C. de iuris & facti ignor.* Anton. Gom. *l.21. Tauri num.1. in fine*, filius enim in vita patris dicitur quasi dominus hæreditatis paternæ. *l. in suis, ff. de liber. & posthum.* vbi Ias. *num.*14. Tiraquel. *in d. l. si vnquam, in præfat. n.19. & 20.* Menoch. *cons.1. n.*487. Fusar. *de substitut. quæst.*193. *num.*25. Robles *de repræsent. lib.1. cap.7. num.16. cum seqq.* Et ideo potius videtur continuatum, quàm translatum, quod in filium confertur. Tiraquel. *in præf. num.*10. Stephan. Gratian. *discep. forens. tom.1. cap.135. num.*35. Vnde filius mortuo patre non dicitur capere hæreditatem. Donell. *comment. iuris ciuilis lib.7. cap.2. vers. quid si necessarium*, Anton. Fab. *par.1. iurisprud. tit.2. princ. 5. illat.3.* sed dominium continuare, & liberiorem rerum suarum suscipere administrationem, idem Ant. Fab. *tom.3. de errorib. pragm. decad.55. errore* 1. Robles *d. c.7. n.18.*

§. Sed cum antiquitas.

Curator potest dari furioso in patris testamento, 12
& non tenetur satisdare, debet tamen antequam administret obseruare, & iura hîc scripta; & si nullus ei à patre sit datus, peruenitur ad legitimum idoneum, aliàs ad datiuum, qui forma hîc scripta debet creari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. supr.
hoc tit.* 13
Vide Petr. Greg. *syntagm. iurisp.* 4. *lib.*13. *c.5. n.28.*
ibi, *dari & potest testamento patris filio furioso curator
exemplo testamentarij tutoris, qui non tenetur satisdare
paterno testimonio sufficiente, sed iurare omnia se ex fide
gestorum, & ad vtilitatem furiosi, & ideo omnia inuentario
includere tertium est.* Gutier. *de tutel. p.1. cap.12.* 14
n 8. & p.3. cap.6. n.4. vbi per hunc text. dicit quòd tutor
tenetur iurare se omnia rectè, & ad minoris vtilitatem
gesturum, neque prætermissurũ, vtilia, neque
admissurum inutilia, Gasp. Baëc. *de dec. ma tut. Hispanico
iure præstanda, cap.3 n.38.* vbi per hunc text. tra- 15
dit

dit quòd curator furiosi tenetur inuentarium conficere,& satisdare ac iurare sicut tutor.

16 *Hæredibus institutis, vel exhæredatis*, &c.] Notatur ad hoc quòd furiosus rectè exhæredari potest ex causa ingratitudinis commissæ ante tutorem, vt per Greg. Lop. *l.11.gloss.2.verbo fijos tit.5.part.6.* Ias.*in l.patrem num.42.ff.de his qui sunt sui*, Mench.*illustr. controu. part.1. lib.3. cap.96. num.12.* vbi per hunc text. resoluit, quòd si filius ante furorem verberauit patrem, vel commisit causam ingratitudinis, propter quam de iure potest exhæredari, deinde efficiatur furiosus, talis furor non purgat vitium ingratitudinis, imò potest exhæredari à patre.

17 *Vt in hac florentissima ciuitate.*] Id est, Constantinopoli, secundùm Guid.Pancirol. *in thesauro var.lectionum lib.1.cap.8.de epithetis.*

18 *Et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda.*] Notatur ad hoc quòd tutor debet expresse obligare bona, vt per Hippol.*sing.*108. Steph.Gra-
19 tian.*discept.forens.tom.1.cap.81.num.39.* quod intellige quando interesset minoris habere hypothecam expressam vltra tacitam, Surd.*de aliment.tit.9.q.44. num.50.& 51.* Stephan.Gratian.*d.cap.2.num.40.cum seqq.* Pupillus enim tacitam hypothecam, & iuris priuilegium habet in bonis suorum tutorum, aut curatorum pro administratione tutelæ, vel curæ, *l. Hisp. 23. tit.13. part.5.* Neguzant. *de pignorib. 4. memb.2.part.princ.num.6. cum sequent.* Capyc. *decis.* 129. Franc. Balduin. *de pignorib. & hypoth. cap.7.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ tit. de constit.reddit. art.1.gloss.14.num.161.* Valderan. *de priuil. credit. cap.6.* Surd. *de aliment. tit.8.priuil.49.num.18.& decis.271.num.1.& 2.* Escobar *de ratiocin.c.39.*Gutier. *de tutel. part.2.cap.16. ex num.1.* Amat. Roderic. *in tract.de priuil.credit.part.1.art.4.à princ.*

§. Tali itaque ordinatione.

20 Hæreditas furioso delata potest per eius curatorem adiri, itavt si furiosus efficiatur sanæ mentis, possit eam sibi retinere, vel respuere, & si respuerit, vel in furore decesserit, ad substitutum deuoluitur, & si nullus sit substitutus, deuoluitur ad eos, qui succederent si furiosus in medio non fuisset; legata verò ad eius hæredes transmittit cum potestate repudiandi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. num.1.supr.hoc tit.*

21 Vide Gregor.Lop. *l.13.gloss.14.verbo mas si el heredero tit.6.part.6.* vbi quòd curator furiosi vel mente capti adit hæreditatem agnoscendo bonorum possessionem, itavt si furiosus in furore decedat, habeatur pro non agnita. Pinel.*in l.1.part.1.n.67.vers. de hæreditate,C.de bonis maternis.* vbi remissiuè quid agendum de hæreditate delata furioso. Anton Gom. *l.40.Tauri num.69. in fine*, vbi ex hoc text.ait quòd quando agitur de successione bonorum, demens, furiosus, vel mente captus est capax ex testamento, vel ab intestato, Tiraq. *de iure primog. quæst.23. n.5.* vbi per hunc text.tenet quòd furiosi, mente capti, & dementes, quocunque vitio animi, aut corporis laborantes, modò non sint monstrosi, non minus succedunt quàm cæteri, & *num.16.* subdit quòd licèt furiosus, & demens sit inhabilis ad successionem iuris, vt in hæreditate extranei, tamen quando debet alij restituere, est habilis ad eam successionem, Molin.*de primog.lib.1.cap.13.num.22.*

§. Sin autem ex alia.

22 Si hæreditas extranei deuoluitur ad furiosum, non petit ipse bonorum possessionem, sed eius curator. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1. sup. hoc tit.*

Quæ antea ex decreto dabatur, &c] Vide de intellectu horum verborum Nicol.Bellon. *supput.iuris lib.3. cap. 2.* vbi aduertit quòd inter antiquos Iureconsultos erat maxima altercatio an curator furiosi deberet admitti ad petendam bonorum possessionem, vt hîc dicitur; item est in hoc vt adhibita causæ cognitione cum decreto admitteretur ad petitionem, vt est text. expressus *in l.2.§.si quis ex liberis, in fine, ff.ad Tertull.* & de hoc decreto intelligit hîc Iustinianus, qui tollit illam scrupulositatem iuris antiqui, & statuit duo. Primum quòd nunc curator furiosi nullo præcedente decreto, sed simpliciter possit agnoscere eam bonorum possessionem, quæ antea ex decreto sibi dabatur, id est, quam Prætor non dabat, vel decernebat, nisi eo admisso ad petitionem, per decretum *d.§.si quis ex liberis.* Secundum quòd eam habeat ad similitudinem bonorum possessionis, scilicet cuiusvis alterius, id est, sufficiat agnitio sine petitione, vt postea subdit, & hoc modo procedet & fluet contextus sine scrupulo. Hactenus Bellonus. 25

In glos. *Ex decreto.* ibi, *hodie verò*, &c. Hæc glos. refert aliquos censuisse adhuc decretum esse necessarium, & per *l.fin.C.qui admitti*, sublatum tantùm libellum, & petitionem, non autem decretum, de quo vide Alciat.*paradox.lib.2.cap.13.*Anton.Bellon. *d.lib.4.cap.1.in princ.*

De prædiis, & aliis rebus minorum, sine decreto non alienandis, vel obligandis.

TIT. LXXI.

DE *prædijs.*] id est, rebus immobilibus. *Ex alijs rebus.*] Subaudi, mobilibus, quæ seruando seruari possunt.

Minorum.] id est, pupillorum, vel adolescentium in tutela, vel curatione constitutorum: supple, & aliarum personarum quæ in cura sunt.

Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tituli vide *l. Hisp.4.tit.5.part.5.& l.18. tit.16.part.6.* Bellacomb. Villalob. Fichard. & alios *tom.1.commun.opin.lib.5.tit.31.part.771.* Card. Mantic.*de tacitis & ambig.conuent.lib.4.tit.6.num.15. cum seqq.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 33. à princip.* Gutier.*in simili tract.part.2.cap.5.* Henric.Bocer. *in disput. de vniuerso iure tom.1. classi 1. disp.14. n.126.* Molin. *de Iustit. tract.2. disp.224.num.20. cum seqq.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo contractum fecisti n.1.cum seqq.C.de in integr.restit.min.* Alexand. Trentacinq. *var.resolut. lib.2.tit.2.de minorib. resol.9.* Galganet. *de tutel. lib.2.tit.21.*

SVMMARIVM.

1 *Alienationis rerum minoris sine decreto prohibito non extenditur ad alienationes necessarias, sed ex causa dabitur restitutio. Iudex hic competens quis, num. 2. cognitio causæ requiritur cùm agitur de alienatione rerum immobilium*

minoris, qua ante decreti impositionem precedere debet, num. 3.

L. Venditio. I.

Imp. ANTONIN. A. *Minutiano.*

1 Prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto non extenditur ad alienationes necessarias, sed ex causa datur restitutio. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salic. Bart. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. Aloys. Leo *super 5. pag. 69. versa*, remissiue Ximen. Tolet. *in concord.* & Casal. *in annot.*

2 *Auctore Pratore*, &c.] Nota iudicem domicilij minoris esse competentem ad interponendum decretum cùm agitur de alienatione rerum immobilium, vt per Gregor. Lop. *l. 4. glos. 8. tit. 5. part. 5.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 14. num. 27.* Castan. *cons. 54. num. 4. & cons. 31. num. 38.* Lambertin. *de iurepatron. lib. 1. part. 1. art. 8. quæst. 2. princ. num. 3.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 23. & 24.* vbi tamen ait decretum vtriusque iudicis requiri, quando res sita est in vno territorio, & minor habet domicilium in alio. Gutier. *d. tutel. p. 1. c. 16. n. 19.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 555. num. 6.* vbi ampliat etsi essent diuersa statuta in loco domicilij, in loco rei sitæ, de cuius alienatione agitur. Si verò minor sit Clericus, à iudice ecclesiastico decretum interponendum est, Cald. Pereira *de empt. cap. 13. num. 16.*

3 *Causa cognita*, &c.] Notatur ad hoc quòd cognitio causæ requiritur cùm agitur de alienatione rerum immobilium minoris, quæ ante decreti impositionem præcedere debet, Paris. *cons. 98. num. 7. & 8. lib. 1.* Roland. *cons. 33. num. 10. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 171. n. 23.* Paul. Pic. *cons. 44. num. 8.* Simoncel. *in tract. de decretis lib. 5. tit. 1. num. 17. & 26.* qui post multos dicit constare debere adhibitam fuisse maturam causæ cognitionem antequam interponatur decretum, Sylnan. *cons. 49. num. 63.* idem Menoch. *cons. 726. num. 17.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 13. num. 48.* vbi ait tutorem debere iudici porrigere libellum, & in eo casum exponere, rémque minoris necessariò esse alienandam, repetendo iudici, vt omnia circùmspectè prouideat, & rem minus vtilem venundari percipiat, & tunc iudicem libellum, & inuentarium bonorum pupilli, & acta tradi iubere, & re examinata ex integro causam cognoscere, & sedendo pro tribunali decretum in scriptis opponere, & in eo vrgentes causas alienandum enarrare, rémque minus fructuosam alienari permittere.

SVMMARIVM.

2 *Venditio pignoris vbi est ipso iure nulla, restitutio ratione ætatis non ipso iure necessaria est, secus si sit aliqua, & si interuenit læsio non modica, vel fraus cum emptore sit participata, & numero 2.*

3 *Alienatio quando est nulla, ex eo quòd in ea non interuenerunt solemnitates requisitæ, vel quid simile, restitutio non est necessaria.*

4 *Restitutionis beneficium competit minori non solùm contra primum emptorem, sed etiam contra secundum, si sciuit rem minoris esse; si verò ignorauit, in subsidium.*

5 *Restitutio non datur pro minimo.*

L. Non est vobis. II.

Imp. GORDIANVS A. *Clearcho & aliis.*

Vbi venditio pignoris est ipso iure nulla, restitutio ratione ætatis non est ipso iure necessaria, secus si sit aliqua, & si interuenit læsio non modica, vel fraus cum emptore sit participata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 21. num. 20.* 2

3 Notatur ad hoc quòd quando alienatio est nulla, ex eo quòd in ea non interuenerunt solemnitates requisitæ, vel quid simile restitutio non est necessaria, quia minor reseruatur illæsus, vt per Auendan. *de exequend. mand. part. 1. cap. 4. num. 42.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti num. 1. vers. si denique*, Menoch. *cons. 100. num. 500.* Sfort. Odd. *de restit. in integ. quæst. 17. art. 7. num. 62. part. 1.* Morl. *in emporio iuris vtrius part. 1. sub tit. de restitut. in integ. quæst. 1. num. 21. & 26.* Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 5. num. 5.*

4 *Quod si creditores id fecerunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd restitutionis beneficium competit minori, non solùm contra primum emptorem, sed etiam contra secundum, si sciuit rem minoris esse; si verò ignorauit, in subsidium, *l. in causa 14. §. interdum, & §. Pomponius, ff. de minorib.* Fab. de Monte *in tract. de empt. & vendit. quæst. 4. num. 32.* Roder. Xuar. *alleg. 21. num. 7.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 41. & cap. 14. num. 7.* Caualcan. *de tut. & curat. num. 125. & 151.* Cou. *lib. 2. var. cap. 3. à num. 10.* Eman. à Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 2. à n. 49. ff. de liber. & posth.* Sfort. Odd. *d. par. 1. quæst. 31. art. 17. à n. 85.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare n. 15. C. de in integ. restit. minor.* Morl. *in d. tit. de restit. in integ. quæst. 2.*

5 Io glos. *Decetur, fin.* ibi, *pro minimo autem non daretur restitutio*, &c. Ita Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 2. sub tit. de in integr. restitut. art. 1. gloss. 3. num. 11.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo omnia, vel partem num. 15.* Eman. Costa *in d. §. & quod si tantum part. 2. num. 76.* Xuar. *d. alleg. 21. num. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 74. in princ.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 1. num. 16.* Mascard. *de probat. concl. 1058. num. 5.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo num. 7.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 7. num. 27. & 28. lib. 11. quæst. 4. num. 66. & 67.* Valasc. *cons. 112. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Alienare prædia sine decreto nequit pater curator filij etiam emancipati, & num. 2. non procedit in patre legitimo administratore sui filiifam.*

L. Cùm emancipatis. III.

Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Theodosiano & aliis.*

Pater curator filij etiam emancipati non potest prædia alienare sine decreto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 14. num. 13. vers. quod primò* 2

primò extende , *& l.48. Tauri num.* 18. Pinel. *in l.1. part.3.num.21.C. de bonis mat.* Simoocel. *de decretis lib.3.tit.8.inspect.1. num.1. cum seqq.* Menoch. *de arbitr.casu* 171. *num.* 54. Caldas Pereira *in l. si curatorem* , *verbo contractumnum.* 5. *C. de in integ. restit. min.* Cardoſ. *in praxi iudicum* , *& Aduocat. verbo fundus num.*8. Paul.Montan. *de tutel. cap.*33. *n.*486. Gutier. *in simili tract. par.2. cap.5. num.* 22. Caldas Pereira *de empt. & vend. cap.* 13. *num.* 3. Alexand. Trentacinq. *variar.resol.lib.2.tit.2. de minorib.resol.*9. *num.*10. Galganet. *de tutel. lib.2.tit.* 21. *num.* 16. *& l.3.q.41.n.1.*

3 Intellige non procedere in patre legitimo adminiſtratore ſui filijfam. hic namque pater ex cauſa iuſta & neceſſaria,& iure permiſſa poteſt vendere, & alienare rem immobilem ſui filij minoris 25. annis abſque peereto, & auctoritate iudicis , vt per Azon. *in sum.C. de bonis quæ liber. num.* 11. de quo an verum ſit vide Anton.Gom.& Pinel. *citatis locis*, Cou. *var.lib.1. cap.*8. *num.*6. Cald. Pereira *d. verbo contractum fecisti num.* 5. *vers. sin autem* . Gutier. *d. par.2.cap.5.num.22. vers. non tamen procedit.* Card. Mantic. *de tacit.& ambig. convention.lib.4.tit.*6. Alexand.Trentacinq. *d.resol.6.num.*10. *in med.* Galganet. *d.lib.4. quæst.42. num.* 2. vbi *num.*3. quòd cauſa neceſſaria eſt probanda per emptorem cùm non ſtetur aſſertioni patris.

S V M M A R I V M.

1 *Alienari nullo titulo possunt immobilia minorum sine decreto , ideo tradita vendicantur , redditis tamen quæ acceperunt , & num.*2. *nec etiam adulti minores 25. annorum curatoribus carentes possunt prædicta bona sine decreto alienare,num.*3. *nec transigi potest super rebus immobilibus minoris,sine decreto,num.4.nisi res minoris melior fiat, & dando alteri parti pretium per viam transactionis , remaneat cum re ,super qua lis agitur, num.*5.

6 *Permutari nequeunt res immobiles minoris absque decreto,etiam pro euidenti vtilitate.*

7 *Donare bona minoris est prohibitum.*

8 *Donat pupillus , & remunerat ob honorem familiæ, nec propterea dicitur læsus si tutor id faciat.*

9 *Compromissum super rebus mobilibus minoris prohibitum.*

10 *Censum super rebus minoris absque iudicis decreto imponere non permissum tutoribus , nec alienare sine solemnitatibus,quæ in alienationibus bonorum immobilium requiruntur , n.* 11. *nec super rem immobilem seruitutem imponere,neque eam remittere , n.* 12. *aut hypothecare , n.*13. *nec ab actione quam minor habet ad rem immobilem , tutor cadere potest , n.* 14. *nec in emphyteusim rem minoris dare , n.* 15. *nec renuntiare, vel desinere acquirere aliquam rem immobilem , in qua est minori quæsitum dominium ipso iure, vt legatum, vel fideicommissum , n.*16. *ne fructus fundi alienare perpetuo,n.*17. *nec locare fundum ad longum tempus,n.*18.

19 *Fructus regulariter veniunt quando contra dispositionem iuris nulliter actum est.*

20 *Minor rem alienatam vendicans, pretium à se receptum restituere debet.*

L. Non ſolùm, I V.

Iidem AA. *Mitridati.*

Immobilia minorum nullo titolo alienantur ſine decreto,ideo tradita vendicantur, redditis tamen quæ acceperunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.1. num* 1. *supr. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc quòd bona immobilia minorum non poſſunt per eorum tutores , & curatores ſine iuſta cauſa & decreto alienari, aliàs alienatio nulla erit , & alienata poterunt à quocunque poſſeſſore vendicari , de quo Afflict. *decis.* 229 Capyc. *decis.* 313. Duen. *reg.48.num.*5. Menoch. *remed.15 recuper. num.*146. Gregor. Lop *l.4.gloss.2.tit.5.par.*5. Anton. Gom. *tom.2.var.cap.14.num.14.in fine*, Cald, Pereira *in l.si curatorem,verbo res num.2.& verbo contractum fecisti num.1. C. de in integ.restit. min. & de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 15. Caualcan. *de tut. & curat. num.*130. Auendan. *de censib cap.*81. *num.*6. *vers. ex quo* , Molin. *de iust. tract.2. disp.* 124. *num.* 20. *cum seqq.* Alexand.Trentacinq. *var.resol.lib.2. tit. de minorib.resol.9. à princip. & pacipuè num.*14. Stephan. Gratian. *discept forens.tom.3.cap* 644. *num.*11. *&* 17. Cardin.Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib* 4. *tit.5.num.*1. Iacob.Cancer. *var.resolut.par.1.cap.7. de tutorib.num.*115. *cum seqq.* Gutier. *de tutel. par.* 2. *cap.5. à princ.* Paul. Montan. *in simili tract. cap.*33. *num.1.cum seqq.* Nec etiam adulti minores 25. annorum curatoribus carentes poſſunt prædicta bona ſine decreto alienare,vt per Menchaq. *de success.creat.* §.10.*num.*73. Cald. Pereira *in d.l.si curatorem* , *verbo res num.1.vers.denique* , Sanch. *de matrim.lib.6.disp.*38.*num.*6. Sigiſm. Scacc. *de commerc.*§.1.*quæst.7.p.*1. *lim.17.num.*5. vbi tradit quòd non valet obligatio à minore facta quando ex contractu deueniendum eſſet ad aliquam ſpeciem alienationis bonorum immobilium. 3

Sed neque trãsactionis ratione,&c.]Notatur ad hoc quòd ſuper rebus immobilibus minoris tranſigi ſine decreto nequit,vt per Tiraq. *de retract.lig.*§.1 *gl.*14. *num.*68. *&* 70. *& de iure marit. gloss.* 5. *n.* 205. Iaſ. *in l.2.num.3.& 4.ff.de officio eius* , Anton.Gom. *dict. tom.2.cap.14. num.14. in fine* , Pinel. *in l. 1. par.* 3. *num.44.& 45.C.de bonis mat.* Alexand.Trentacinq. *d.lib.2. tit.de minorib.resol.9.num.14.* Menchaq. *dict.* §.10.*num.72.ampl.*20. Viu. *decis.* 22. *num.* 16. Paul. Montan. *d.cap.*33. *num.* 259. *cum seqq.* Gutier. *dict. par.2.cap.5.num.*28. Ioſeph. Seſſe *Arag. decis.* 168. *num.*2. Bernard.Græue. *ad pract.Cameræ Imper.lib.2. concl.*72. Molin. *de Iust.tract.* 2. *disp.* 557. *in princip.* Iacob.Cancer. *d. par.1. cap.* 7. *de tutorib. num.* 115. *vers.imò non potest transigere*, Galganet. *de tutel.lib.2. tit.* 15. 4

Limita niſi rem minoris meliorem faciat,& dando alteri parti pretium per viam tranſactionis,remaneat cum re,ſuper qua lis agitur , *l. si pignora* , §. *fin. l.interdum* , §. *qui tutelam* , *ff. de furtis*, Pinel. *vbi sup. num.* 46. Bertaz. *de clausulis instrument. claus.* 10. *gloss.2. num.*18. Cald.Pereira *de resol. emphyt. cap.*9. *num.*36. Ioſeph.Seſſe *d.loco*, Paul.Montan. *d.cap.*33. *num.247.cum seqq.* Gutier. *d.cap.5.num.* 28. Cancer. *d.c.7.n.*117. 5

Neque permutatione ,&c.] Notatur ad hoc quòd res immobiles minoris abſque decreto etiam pro euidenti vtilitate nõ poſſunt permutari, vt per Paz. *in proœm.leg.Tauri num.* 351. Molin. *de primog.lib.4. cap.4. num.1.cum seqq.* Petram *de fideicom. quæst.* 8. *num.*528. *cum seqq.* Vincent. de Franchis *dec.* 355. *num.* 6. 6

n.6. Anton. Gom. *dict. tom. 2. cap. 14. num. 14. vers. quintò extende*, Cald. Pereira *de empt. cap. 8. n. 27.* Mastrill. *Sicil. decis. 121. n. 34.* Castill. *controuers. lib. 5. cap. 65. n. 59. cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 9. num. 14.* Ceuall. *commun. quæst. 781. n. 8.*

7 *Et multo magis donatione*, &c.] Notatur ad hoc quòd donare bona minoris tanquam species alienationis est prohibitum, vt per Fab. de Monte *de empt. 4. quæst. princ. quæst. 22. n. 11.* Alex. Trentac. *d. resol. 9. num. 14.* Nisi donatio esset remuneratoria, ex Tiraq. *in l. si vnquam, verbo donatione largitus n. 25. & 29.* Viui. *decis. 87. n. 10.* Alexand. Trentacinq. *d. resol. 9. n. 18.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. n. 33.* Burg. *cons. 3. n. 33. & seq.* Rot. apud Farin. *decis. 341. n. 12. part. 1. re-*
8 *centior.* vbi quòd pupillus ob honorem familiæ potest donare & remunerare, nec propterea dicitur læsus si tutor id faciat. Menoch. *cons. 19. n. 5. & 35. & cons. 1003. n. 34.*

9 *Nec alio quoque modo transferre*, &c.] Veluti per compromissum, quod sanè prohibetur super rebus immobilibus minoris, quia potest sequi alienatio, de quo Alciat. *in l. cum te n. 4. C. de transact.* Blanc. *de comprom. part. 4. n. 18.* Roland. *tract. de dote quæst. 44 sub n. 10. & cons. 76. n. 16. & seq. lib. 1.* Afflict. *decis. 185. n. 13.* Franc. Viui. *dec. 22. n. 20.* Simoncel *de decret. tit. 6. inspect. 8. n. 77.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 47. n. 13.* Ioseph. Sesse. *Aragon. decis. 168.* Menoch. *de arbitr. casu 171. n. 43. cum seqq.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 16. n. 31. & 33.* Paul. Montan. *d. cap. 33. n. 218. cum seqq.* Iacob. Cancer. *d. cap. 7. de tutor. n. 116.* Ceuall. *d. quæst. 781. num. 8.*

10 Hinc censum super rebus minoris absque iudicis decreto imponere tutoribus non est permissum, Simoncel. *in tract. de decret. lib. 2. tit. 3. num. 33.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 22. num. 40. cum seqq.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 35. num. 5. in fine*, Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo contractum fecisti num. 3.* Paul. Montan. *d. cap. 33. num. 124. cum seqq.* Gutier. *d. part. 2. cap. 5. num. 24.* Castill. *controu. lib. 4. cap. 61. à num. 29. vsque ad 45.* Auendan. *de censib. cap. 81. num. 5.* Quamuis contrarium, immo censum à minore sine iudicis decreto imponi posse, teneant Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 14 n. 15.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 4. num. 11. vers. ex qua resolutione.* quia eorum fundamentis bene satisfacit Castill. *citato loco*, & ex Auendan. rem componere nititur Ludou. Cenei. *de censib. part. 1 cap. 2. quæst. 2. art. 2. num. 3.* vbi in adulto respondet cum distinctione, aut curatorem non habebat, & tunc impositionem absque curatoris auctoritate esse ipso iure nullam tenet; aut curatorem habebat, & tunc mero iure valere, sed posse rescindi per restitutionem in integrum affirmat.

11 Nec censum minori debitum alienare sine solemnitatibus, quæ in alienationibus bonorum immobilium requiruntur, Tiraq. *de retractu lig. §. 1. glos. 6. num. 12.* Surd. *decis. 204. num. 4.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 14. num. 2.* Mendez de Castro *de annonis in princ. num. 36.* Paul. Montan. *d. cap. 33. num. 123.* Ludou. Cene. *de censib. part. 1. cap. 5. quæst. 1. art. 2. num. 16.* Castill. *d. cap. 61. num. 14. & 36.*

12 Nec super rem immobilem seruitutem imponere, nec eam remittere possunt, *l. 3. §. similimodo, l. sed si pecunia, §. si eius, cum seq. ff. de reb. eorum.* Fabian. de Monte *in tract. de empt. 4. quæst. princ. q. 22. num. 13.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mat. part. 3. num. 69.* Gutier. *d. part. 2. cap. 5. num. 24.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de minorib. resol. 9. n. 8.* Galganet. *de tutel. lib. 3. quæst. 43. n. 4.*

Nec eam hypothecare, vt dixi *in collect. ad l. etsi Præses, in hoc eod. tit.* 13

Nec ab actione quam minor habet ad rem immobilem tutor cadere potest, vt dixi *in collect. ad l. si ad resoluendum, inf. hoc eod. tit.* 14

Nec in emphyteusim rem minoris dare, vt dixi *in collect. ad l. etiam, in hoc eod. tit.* Galganet. *de tut. l. 3. q. 43. n. 2.* 15

Nec renunciare, vel desinere acquirere aliquam 16 rem immobilem in qua est minori quæsitum dominium ipso iure, vt legatum, vel fideicommissum relictum, *l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. eorum*, Anton. Gom. *d. tom. 1. cap. 14 num. 14* Menchaq. *dict. §. 10. num. 72. ampl. 13.* Paul. Montan. *dict. cap. 33. num. 150. & num. 177. & 381.* Gutier. *d. cap. 5. n. 40.* Alexand. Trentacinq. *dict. tit. de minorib. resolut. 9. num. 3.*

Nec fructus fundi perpetuò alienare, vt per Si- 17 moncel. *de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 16. n. 19.* Cancer. *var. resol. part. 2. c. 1. n. 243.* Ludou. Cenei. *de censib. par. 2. c. 2. q. 2. art. 3. n. 8.* Perez de Lara *de vita hominis c. 21. n. 56.*

Nec locare fundum ad longum tempus, *l. sed si* 18 *pecunia, §. fin. ff. de rebus eor.* Fabian. de Monte *dict. 4. quæst. princip. quæst. 22. num. 8. & 9.* Bocer. *decis. 234.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mat. part. 3. num. 64.* Menchaq. *d. §. 10. num. 78. vers. intellige in vocatione ordinaria*, Molin. *de primog. lib. 1. cap. 21. num. 1.* Maticos. *l. 6. gloss. 3. num. 16. tit. 7. lib. 5. noua Recop.* Paul. Montan. *d. cap. 33. num. 396. cum seqq.* Gutier. *d. part. 2. cap. 5. num. 28.* Alexand Trentacinq. *d. tit. de minor. resol. 9. num. 39.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap. 1. n. 2. cum seqq. & c. 4. n. 44.*

Et si quid inuicem, &c.] Notatur ad hoc quòd 19 fructus regulariter veniunt quando contra dispositionem iuris nulliter actum est, vt per Rimin. iun. *cons. 3. num. 41.* Imol. *cons. 73. In casu proposito, in fine num. 9. vers. item aduertendum*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 45. num. 28.* vbi *num. 30. cum seq.* rationem assignat quoniam faciens actum contra iuris & statuti dispositionem, censetur in mala fide, ac proinde tenetur ad fructuum restitutionem, & *n. 32.* tenet quòd nulla causa excusat à fructibus quando ius resistit.

Id mutuò restituere debes.] Notatur ad hoc quòd 20 minor rem alienatam vendicans, pretium à se receptum restituere debet, vt per Menoch. *de præsumpt. l. 3. præs. 84. n. 1.* vbi *num. et n. seqq.* declarat.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ex falsa causa interpositum ipso iure nullum est, ideo illo non obstante non tenet alienatio, & num. 2. quamuis decretum esset partim ex causa vera, partim ex causa falsa, num. 3. & 4.*

5 *Minor & eius tutor non potest immobilia hypothecare procedit, non solùm quando hypothecares rem simpliciter suam, sed etiam eam, quam emit, si pretium non soluit, pro eius solutione, n. 6.*

7 *Minor asserens iudicem fuisse falsis allegationibus circumuentam, id probaret.*

L. Etsi

L. Etsi præses. V.

Iidem AA. Sereno.

1 DEcretum ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum, ideo illo non obstante non tenet alienatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1. n.1 sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis n. 163.* 3 *prope fin. C. de in integr. rest. minor.* quod ampliatur, quãuis decretum esset partim ex causa vera, partim ex causa falsa, quia adhuc nullum est, vt per Capyc. *decis.* 51. Simoncel. *de decret. 6. inspect. 5. num.* 59. *&* 60. Sigism. Scacc. *de iudic. part. 1. lib. 2. cap. 11. num.* 1122. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 13.* 4 *n.* 52. vbi tradit quòd falsa causa vitiat decretum etiamsi causa sit partim vera, & partim falsa, & extendit etsi non esset falsa ipso iure, sed per exceptionem, & siue expressa esset in decreto, siue non, dummodo ex actis constet. Vnde apparet quòd obreptio vitiat decretum, secundùm Cald. Pereira *d. cap. 13. num.* 52. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 6.* vbi tradit quòd in hoc casu datur actio pupillo contra tutorem ex eo quòd per obreptionem obtinuit decretum.

5 *Vel obligandum*, &c.] Notatur ad hoc quòd minor & eius tutor non potest immobilia hypothecare, vt per Fabian. de Monte *de empt. & vend. 4. quæst. princip. quæst. 22. num.* 10. Gregor. Lop. *l. 4. gloss. 2. titul. 5. part. 5.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. part. 3. num.* 19. Mench. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 72. vers. denique*, Cald. Pereira *in d. l. si curatorem. verbo contractum num. 6. vers. septimo, & de empt. & vend. dict. cap. 13. num.* 15. Surd. *cons.* 191. *num.* 17. *& dec.* 254. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst.* 14. *num.* 9. Auendan. *de censib. cap. 79. num.* 3. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 35. *n.* 182. *cum seqq.* Gutier. *in simili tract. part. 2. cap. 5. num.* 35. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp.* 224. *num.* 16. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap.* 580. *n.* 7. Castill. *controuers. lib. 4. cap. 61. num.* 31. Perez de Lara *de vita hominis cap. 22. numer.* 58.

6 Amplia procedere non solùm quando minor hypothecaret rem simpliciter suam, sed etiam eam, quam emit, si pretium non soluit, pro eius solutione; nam adhuc talis hypotheca non valet; quamuis eo pacto à venditore res sit vendita & tradita, iuxta text. *in l. 1. §. si minor, ff. de rebus eorum*, de quo vide Menchaq. *d. §. 10. num. 62. ampl.* 4. Sarmient. *lib. 3. select. cap. 8. à num.* 3. Pinel. *in d. l. 1. part. 3. num.* 52. Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo contractum fecisti n.* 6. Alexand. Trentacinq. *par. resol. lib.* 1. *tit. de minorib resol. 9. n.* 8. Monter. Cueua *decis.* 1. *n.* 3. Surd. *decis.* 173. *n. 3. in fine*, Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 5. n. 36. cum seqq.* Castill. *d. cap. 61. n.* 33. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap.* 242. *n.* 5. *&* 6. Simoncel. *de decretis lib. 2. tit. 5. inspect. 1. n.* 14. Perez de Lara *dict. tract. de vita hominis cap. 22. à num.* 1.

7 *Si falsis allegationibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd minor asserens iudicem fuisse falsis allegationibus circumuentum, probare id debet, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. q. 75. n.* 13. Bertazz. *de clausulis instrum. claus. 10. gloss. 2. n.* 16. Viui. *decis. 2. n.* 10. *& decis.* 426. *n.* 7. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. n.* 30. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 564. *n.* 22. *&* 23. *& cap.* 555. *n.* 15. 34. *&* 37.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis causam coram iudice proponi non sufficit, sed necesse est vt apud acta probetur, & vt interponatur decretum, & num. 2. vt decretum interponatur, non potest peti à tutore per procuratorem, num. 3. sed personaliter ab ipso tutore, num. 4.*

5 *in Precibus expressa probari debent ab exprimente, si de eis ipsi controuersia fuerit cum aliquo, num. 5.*

6 *de Alienatione rerum minoris immobilium cum agitur, requiritur cognitio causæ, quæ ante decreti interpositionem præcedere debet. Causæ necessariæ vt bonorum immobilium minoris alienatio permittatur solitis interuenientibus à iure requisitis solemnitatibus, plures, num.* 7. 8. 9. 10. 11.

L. Minorum. IV.

Imppp. CARVS, CARIN. *&* NVMERIAN. AAA. *Varo.*

NOn sufficit causam alienationis proponi coram iudice, sed est necesse vt apud acta probetur, & vt decretum interponatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Gałganet. *de tutel. l. 2. tit. 21. n.* 8. 2

Per procuratorem delato, &c.] Notatur ad hoc quòd tutor non potest petere per procuratorem vt interponatur decretum, vt ex Aret. tenet Tiraq. *de iure mariti gloss. 6. num.* 23. vbi subdit huius rei nullam aliam esse rationem, quàm quia petendo interponi decretum à iudice ipse auctoritatem præstat venditioni, Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 13. *n.* 40. vbi tradit decretum esse personaliter à tutore postulandum, & à iudice præstandum, nec posse hoc per procuratorem expediri, quemadmodum nec iudex per subdelegatum. 3 4

Notatur etiam ad hoc quòd expressa in precibus probari debent ab exprimente si de eis cōtrouersia ipsi cum aliquo fuerit, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 1210. *alias* 12. 6. *num* 1. 5

Causis probatis, &c.] Notatur ad hoc quòd cognitio causæ requiritur, cùm agitur de alienatione rerum immobilium minoris, quæ ante decreti interpositionem præcedere debet, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 172. *num.* 13. *& cons.* 726. *num.* 17. Cald. Pereira *de emp. cap. 13. num.* 48. Gregor. Lop. *l. 4. gloss. 6. tit. 5. par.* 5. 6

Causæ autem necessariæ vt bonorum immobilium minoris permittatur alienatio solitis interuenientibus à iure requisitis solemnitatibus, plures sunt. Veluti si minor ære alieno sit grauatus; iuxta posita *in l. ob æs, inf. hoc eod. tit.* Secundò si minor fame laboret, nam pro eius alimentis bona sua immobilia alienari possunt interuenientibus dictis solemnitatibus, vt per Bertazzol. *de clausul. instrum. claus. 10. gloss. 2. num.* 4. vbi extendit etiam pro coniunctorum alimentis vendi posse, Franc. Viui. *decis.* 25. vbi etiam extendit pro alendis seruis, & familia, *& decis.* 426. Greg. Lop. per text. *ibi in l. 20. gloss. 1. tit. 16. par.* 6. Gutier. *alleg. 24. num. 5. & 6. & de tutel. par. 2. cap. 5. num.* 34. Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 45. n.* 2. Sigism. Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 2. num.* 286. Cald. Pereira *de empt. cap. 14. num.* 26. Castill. *controuers. lib. 4. cap. 61. num.* 7 8

num. 29. Quamuis contrarium, immo quòd proprietas bonorum immobilium minorum pro eorum alimentis non debet alienari, etsi cogerentur medicare, teneant Gasp. Baëc. *de decima tut. cap.* 10. *num.* 16. Muñoz *de ratiocin. c.* 22. *n.* 48. *cum seqq.* Paul. Montan. *de tutel. c.* 32. *n.* 224.

Tertiò iusta causa alienationis bonorum immo-
9 bilium minoris est ob defensionem pupilli, vt per Sigism. Scacc. *d. l.* 2 a. *c.* 2. *n.* 286.

10 Quartò est etiam dotis constitutio, pro qua alienatio cum decreto interuenire valet, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 8. *num.* 199. Bertaz. *d. clausul.* 10. *gloss.* 2. *num.* 3. Couar. *practic. cap.* 28. *num.* 10. Paul. Montan. *d. cap.* 33. *num.* 418. Gutier. *d. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 51. & 52. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 583. *num.* 2. & 3 Si enim maritus non velit contrahere, nisi dos ei in pecunia numerata detur, decreto iudicis vendi poterunt, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 6. Card. Pereira *de empt. & vend. cap.* 14. *num.* 20. Cenc. *de censibus par.* 1. *cap.* 2. *quaest.* 1. *art.* 2. *num.* 28. Rota apud ipsum *decis.* 23. & apud Pacific. *post tract. de Saluiano interdicto dec.* 5. 104. *n.* 4. eadem Rota apud Farin. *dec.* 545. *num.* 8. *par.* 1. *recentior.* Et pro dotanda sorore similiter licitam esse alienationem, tenuerunt Cald. Pereira *d. cap.* 14. *num.* 21. Ludou. Cenc. *citato loco.* Et dicit Rota apud Farin. *decis.* 675. *n.* 6. *par.* 2. *recentior.* quòd recusante marito recipere bona stabilia in dotem, tunc licitum esse tutori illa alienare, vt dos detur in pecunia.

11 Quintò donatio propter nuptias est etiam iusta causa alienationis bonorum immobilium, vt illa iudicis decreto interueniente valida existat, Roderic. Xuar. *l.* 1. *tit. de las arrhas lib.* 3. *fori à num.* 61. Anton. Gom. *l.* 50. *Tauri num.* 14. Azeued. *l.* 2. *num.* 12. *tit.* 12. *lib.* 2. *noue Recopil.* & *ibi* Matiens. *gloss.* 1. *num.* 3. Surd. *decis.* 278. Valasc. *cons.* 2. *num.* 6. D. Barbos. *in l. si ante num.* 23. *ff. soluto matrim.* Gutier. *de tutel. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 53. *& seq.* Aloys. Ricc. *in collectan. decis. par.* 1. *collect.* 345. Stephan. Gratian. *discep. forens. cap.* 367. *num.* 1. 7. & 15. Camill. Borrell. *in summ. decis. tom.* 3. *tit.* 4. *à num.* 21. Perez de Lara *de vita hominis c.* 22. *num.* 34. Gabr. Pereira *Lus. decis.* 28. *num.* 1. vbi quòd non sufficit iusta causa cum auctoritate tutoris, vel curatoris, vel aliis solemnitatibus, nisi & iudicis decretum interueniat.

SVMMARIVM.

1 *Minor sicut non potest alienare immobilia sine decreto, ita nec ad alienandum se obligare. non potest se obligare ad resoluendum donationem sibi factam, num.* 2. *vel rem immobilem alteri dare, vel tradere, num.* 3. *nec actionem competentem remittere, num.* 4. *non pactum facere de retrouendendo rem immobilem ab illis emptam ex interuallo, num.* 5. *intellige vt num.* 6. *non cedere, vel remittere actionem personalem, quam habet ad rem immobilem consequendam, numero* 6.

7 *Alienatione prohibita prohibetur omnis actus, per quem alienatio sequi potest, & sic prohibetur promissio, n.* 8.

9 *Solemnitas qua requiritur in contractu, requiritur etiam in distractu.*

L. Si ad resoluendam. VII.

Iidem AAA. Theodoro.

SIcut minor non potest alienare immobilia sine 1
decreto, ita nec ad alienandum se obligare. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

Notatur ad hoc quòd minor non potest se obli- 2
gare ad resoluendum donationem sibi factam, vt
per Surd. *d. decis.* 173. *num.* 3. vel rem immobilem al- 3
teri dare, vel tradere. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 14. *vers. quarto.* Galgauet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 21.
num. 37. vbi quòd non potest actionem competen- 4
tem remittere. & *lib.* 3. *quaest.* 45. *num.* 11. vbi quòd 5
non potest facere pactum de retrouendendo rem immobilem ab illis emptam ex interuallo. Intellige quando ex interuallo post perfectum contractum apponeretur pactum, vel conditio; at vbi adiicitur incontinenti sustinetur, & cogitur contrahens acceptare in totum, vel repudiare in totum contractum, vt per Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit.* 1. 2. *& seq.* Pinel. *in l.* 1. *par.* 3. *num.* 53. *vers. infertur decimonono, C. de bonis mat.* Corbul. *de iure emphyt. tit. de causa priuat. ob non solut. canon. ampl.* 28. *num.* 2. *cum seq.* Surd. *decis.* 220. *num.* 24. *& seq.* D. Barbos. *in l. si constante* 25. *in princip. num.* 125. *ff. soluto matrimon.*

Notatur etiam ad hoc quòd minor non potest ce- 6
dere, vel remittere actionem personalem, quam habet ad rem immobilem consequendam. nam eiusdem iuris est actio personalis ad rem consequendam quàm ipsamet res, vt per Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 14. *vers. quartò extende*, Pinel. *in rub. C. de bonis mat. par.* 1. *num.* 33. Menchaq. *de success. creat. lib.* 1 §. 10. *num.* 72. *col.* 4. *vers. quod autem diximus*, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti num.* 7. & *in tract. de empt. & vend. cap.* 13. *num.* 11. Gutier. *de tutel par.* 2. *cap.* 5. *num.* 27. Auendan. *de censib. cap.* 56. *num.* 16. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 150. *cum seqq.* Ratio est, quia actio, quam minor habet ad rem immobilem, connumeratur inter bona immobilia minoris, Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 3. Coler. *de processib. execut. par.* 1. *cap.* 3. *à num.* 236. Menoch. *de praesump. lib.* 4. *praes.* 142. *à num.* 16. Valasc. *cons.* 77. *in princip.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap.* 12. *num.* 9. & 10. & *de empt. cap.* 13. *num.* 11. Et semper actio & obligatio iudicatur mobilis, vel immobilis secundùm naturam rei, pro qua competit, vt citato hoc text. tenet Ant. Gom. *d. tom.* 2. *var. c.* 10. *n.* 2.

Notatur etiam ad hoc quòd prohibita alienatio- 7
ne prohibetur, & omnis actus per quem alienatio
sequi potest, vt per Surd. *decis.* 254. *num.* 20. Et sic 8
prohibetur promissio, de quo Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 1. *num.* 52. & *gloss.* 13. *n.* 13. & *de retract. conuent. ad finem tit. num.* 1. *cum seqq.* & *num.* 30. & *de iure mariti gloss.* 5. *n.* 11.

Notatur etiam ad hoc quòd illa solemnitas quae 9
requiritur in contractu, exigitur etiam in distractu, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 5. *num.* 89. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri n.* 16. *col.* 2. Cald. Pereira. *de potest. eligen. c.* 7. *n.* 13.

SVMMARIVM.

1 *non Alienantur immobilia sine decreto ex causa sponsalitia largitatis.*

2 *Alienari*

4 *Alienari possunt bona immobilia ex causa dotis. requiritur tamen ad validitatem huius dationis auctoritas curatoris, num. 3. procedit in donatione propter nuptias, quæ in omnibus doti æquiparatur, num. 4.*

L. Prædia rustica. VIII.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Theodotæ.*

1 EX causa sponsalitiæ largitatis immobilia non alienantur sine decreto. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l.1.n.1. sup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc quòd bona immobilia minoris possunt alienari ex causa dotis, vt per Roland. *de lucro dotis, quæst.45. à num. 1.* Neguzant. *de pignor. 4. memb. 2. partis num. 75.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuention. lib. 4. tit. 6. num. 57.* Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 22. num. 35.* D. Barbos. *in l. si ante 6. num. 22. ff. soluto matr.* vbi tamen aduertit quòd re-
3 quiritur quòd ad validitatem huius dationis interueniat auctoritas curatoris, *l. mulier 28. ad fin. C. de iure dot.* & decretum iudicis, *l. lex quæ tutores, post princip. C. de administr. tut.* quia scilicet dotis causa præstat quidem iustam causam alienandi, & nihilominus etiam exiguntur solemnitates requisitæ in alienatione rerum minoris immobilium, Cou. *practic. cap. 28. num. 10.* Subditque idem D. Barbos. *cita-*
4 *to loco*, supradicta procedere in donatione propter nuptias, quæ in omnibus doti æquiparatur, non obstante text. *in l. fin. §. cum autem, C. si maior factus alienationem*, qui videtur probare donationem propter nuptias indistinctè posse fieri per minorem; nam ita interpretanda est, vt aliæ donationes non possint fieri per minorem etiam cum decreto, tamen donatio propter nuptias poterit fieri cum decreto, quasi donatio propter nuptias inducat quidem iustam donandi causam, & tamen debeant interuenire solemnitates requisitæ in aliénandis rebus immobilibus minorum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio licèt sit prohibita fauore minorum, tamen alij non prohibentur se, & res suas obligare.*

2 *Prohibitio extra personam & causam prohibitionis non egreditur.*

3 *Pupillus, seu minor si tutore, vel curatore authore rem suam immobilem sine iudicis decreto alienauerit, nihil agit.*

4 *Res minoris si vendatur sine decreto, contractus rescinditur, sed accessoria obligatio pignoris facta per curatorem tenet.*

5 *Tutor, & curator validè obligare possunt bona propriè pro euictione bonorum minoris sine solemnitate alienationis.*

6 *Contractus factus per minorem licèt sit nullus pignora tamen remanent, quando alius principali nomine se obligauit.*

7 *Euictionis promissio facta per mulieres in alienatione rei minoris, in qua non interuenit decretum, valet, & agi potest contra bona illorum, qui promiserunt de euictione.*

8 *Accessorium non sequitur suum principale vbi in accessorio non est eadem ratio.*

L. Et si is, quem. IX.

Iidem AA. Mutiano.

LIcèt alienatio sit prohibita minorum fauore, ta- 1
men alij non prohibentur se, & res suas obligare. Item prohibitio extra personam & causam
prohibitionis non egreditur. Colligunt ex Ordin. 2
Doctores citati *in l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Notator ad hoc quòd si pupillus, seu minor tu- 3
tore, vel curatore authore rem suam immobilem sine iudicis decreto alienauerit, nihil agit, quia ita gestum à pupillo sine iudicis decreto, quamuis intercesserit tutoris auctoritas, ratum non erit, vt per Rot *decis. 93. n. 3. p. 2. diu.* Galg. *de tut. lib. 2. tit. 22. n. 3.*

Notatur etiam ad hoc quòd si res minoris venda- 4
tur sine decreto, contractum rescinditur, sed accessoria obligatio pignoris facta per curatorem tenet, vide Alex. *cons. 66. in fine vol. 4.* Bellac *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 35. n. 7. pag. 771.* Neguzant. *de pignorib. 3. p. memb. 1. n. 42. & 5. p. memb. 1. n. 22. ad fin.* Aym. *post tract. de antiquitate temp. in quæst. de indemnitate mulieris, vers. quartò principaliter n. 19. 20. 21. & 39.* vbi eleganter explicat hunc text. Menoch. *cons. 58. n. 68. & de arbitr. casu 171. num. 77.* vbi quòd tutor &
curator validè obligare possunt bona propria pro 5
euictione bonorum minoris sine solemnitate alienationum. Vincent. de Franchis *decis. 400. n. 3.* vbi 6
citato hoc text. dicit in eo disponi quòd licèt contractus factus per minorem sit auctus, pignora tamen remanent, quando alius principali nomine se obligauit, & *num. 10.* subdit hunc text. specialiter procedere in contractu, qui fit de re minoris sine decreto iudicis, qui non tenet, tamen quoad maiorem, quia priuilegium, quod datur minori, illum non egreditur, idem Vincent. de Franchis *decis. 665. n. 4.* Caualc. *de tut. & cur. n. 172.* Rot. Auen. *decis. 103. n. 6.* Simoncel. *in tract. de decret. lib. 2. fol. 75. n. 28. cum seq.* Pinel. *in lib. 1. C. de rescind. vend. p. 3. c. 2. n. 17. &*
18. Verall. *decis. 316. n. 2. part. 1.* vbi per hunc text. 7
ait quòd euictionis promissio facta per mulieres in alienatione minoris, in qua non interuenit decretum, valet, & agi potest contra bona illorum, qui promiserant de euictione, & *num. 2.* subdit non obstare quòd intellectus Salyceti ad hanc l. loquitur in matre, & non in fœmina, quia Salic. bene loquitur in casu, videlicet in muliere alienante fundum dotalem. Caualc. *decis. 31. n. 27. p. 1.* Ann. *in collect. 198.* latè & eleganter D. Barb. *in l. 1. n. 5. n. 25. ff. sol. matr.* vbi dicit quòd in hac l. curator nomine minoris vendidit, & eius etiã nomine vẽdicat. pignora autem pro euictione præstitit proprio nomine, & ideo quãuis minoris alienatio nõ valeat, tamẽ pignoris datio facta nomine proprio valebit: deinde verius esse respõdie quòd si minor prohibitus alienare præstet pignora pro euictione, non subsistet pignoris datio, *l. non dubium, C. de leg.* sed si curator præstet pignus ex bonis suis, subsistet pignus, quia respectu curatoris nulla inuenitur facta prohibitio, & *n. 26.* id confirmat, quia in specie huius text. curator vendidit tanquam curator, & sic nomine minoris, ac proinde in ea venditione non debet considerari persona curatoris, sed potiùs ipsius minoris, cuius nomine facta fuit venditio, *l. illud 4. §. 1. ff. de euict.* ergo & pignoris datio eiusdem nomine facta valere non debet, atque ita necessariò videtur dicendum quòd in terminis huius l. curator vendidit tanquam curator, & sic nomine minoris, & tamen nomine proprio obligauit se de euictione, & pignora dedit de bonis propriis, vnde meritò ex propria persona tenebitur.

5 Notari solet hic text. ad hoc quòd accessorium non sequitur suum principale, vbi in accessorio non est eadem ratio Ita Brunor. à Sole *in locis communib. verbo accessorium* 1. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *litt. A. concl.* 76. *num.* 36. *& concl.* 79. *n.* 4. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 22. Ego ipse *in axiom. iuris vsufreq. axiom.* 4. *n.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Minor vendicans eius prædia non iure alienata, tenetur restituere pretium quatenus probetur in eius vtilitatem versum, & n.* 2. *implorans beneficium restitutionis in integrum debet restituere quod ex illo contractu accepit, num.* 3. *minorem teneri restituere pretium & emptorem rem cum fructibus, num.* 4.

5 *Minor qui agit, & se læsum dicit, an teneatur probare pretium perdidisse, vel emptor, à quo res petita, versum fuisse in minoris vtilitatem, distinguitur n.* 6. *resoluitur verosimilius, n.* 7.

L. Prædiorum. X.

Iidem AA. *Grato.*

1 MInor vendicans eius prædia non iure alienata, tenetur restituere pretium quatenus probetur in eius vtilitatem versum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Boër. *decis.* 80. *num.* 6. Roland. à Valle *consil.* 7. *num.* 3. 28. 29. *&* 30. *vol.* 3. *& cons.* 50. *num.* 38. *lib.* 4. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 3. *c.* 1. *n.* 29. Cacheran. *decis.* 160 *n.* 16. *cum seqq.* Gutier. *de tutel. p.* 2. *cap.* 5. *num* 19. Paul. Montan. *in simili tract. cap.* 33. *à n.* 89. *& n.* 615. Perez de Lara *de vita hominis, cap.* 18. *n.* 34. *cum seq.* Iacob. Cancer. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 164.
3 *cum seqq. & n.* 268. vbi quòd implorans beneficium restitutionis in integrum debet restituere quod ex illo contractu accepit. Morl. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 45. *in fine.* Cald. Pereira *de empt. & vend.*
4 *cap.* 13. *n.* 37. vbi minorem teneri restituere pretium ait, & emptorem rem cum fructibus.

In gloss. *Constiterit.* Hîc agitur de quæst. vtrùm
5 minor qui agit, & se læsum dicit, teneatur probare pretiũ perdidisse, vel emptor, à quo res petitur, versum fuisse in minoris vtilitatem? In qua gloss. *in præsenti*, cui similis verbo *probetur*, in *l. si sine* 33. §. *in-*
6 *terposito ff. de administr. tutor.* distinguit inter restitutionem, & nullitatem, itavt cùm minor restitutionem petit aduersùs alienationem ex eo quòd in vẽditione, vel in pretio læsus fuit, & onus probationis quòd pretium fuit malè perditum, vel consumptum, incumbere docent: si verò nullam dicat venditionem ex defectu decreti, & aliarum solemnitatum, emptori onus probandi versionem in vtilitatem minoris incumbere; sequuntur Socin. sen. *cons.* 615. *col. pen. n.* 13. *vers. circa tertiam quæst. vol.* 1. Cacheran. *Pedem. decis.* 171. *n.* 9. Anton. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit. de probat. concl.* 7. *n.* 18. Vini. *decis.* 447. *n.* 25. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 84 *n.* 2. *cum seqq. & lib.* 6. *præsumpt.* 27. *n.* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 1162 aliàs 1167. *n.* 18. *cum seqq.* Alex. Trentacinq. *variarum resolut. lib.* 2. *tit. de minorib. resolut.* 6. *n.* 6. *vers. alia est opinio.* Rimin. iun. *cons.* 5. *n.* 96. *lib.* 1. Simoncel. *in tract. de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 10. Iacob. Cancer. *var. resol. p.* 2. *cap.* 1. *de minorib. n.* 270. Galgan. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 21. *n.* 42. *prope fin.*

Verùm licèt hæc distinctio communis sit, tamen 7
magis iuri consona videtur resolutio aliorum, qui indistinctè tenent emptorem semper teneri ad probationem versionis pretij in vtilitatem minoris, si minor restitutionem petens probauerit se læsum in vendendo fuisse, nisi in simul dicat se læsum ex eo quòd pretium sibi solutum malè perdidit, seu consumpsit, quia tunc tanquam fundamentum suæ intentionis amissionem pecuniæ probare debet. Ita Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 26. *&* 27. Mench. *controuers. vsufrequent. lib.* 3. *cap.* 66. *num.* 1. *cum seqq.* vbi latè & eleganter hanc materiam declarat, & plures casus distinguit, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo per quod pristinum, num.* 3. *&* 4. *C. de in integrum restitut. minor.* Sfort. Odd. *in tract. de in integrum restitut. minor. quæst.* 47. *art.* 4. *&* 5. *à num.* 23. Morl. *in emporio iuris ciuilis tom.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 45. *versic. sed licèt hæc distinctio*, latè Fachinæ. *controuers. iuris lib.* 2. *cap.* 46. vbi quatuor opiniones in hac materia refert, & opinionem eorum sequitur, qui indistinctè docent probandam esse pecuniam in eorum vtilitatem versam, & non sufficere probare pecuniam ad minorem, vel alium peruenisse, Montan. *de tutel. cap.* 33. *num.* 137. *cum seqq.* Donell. enucleat. *part.* 1. *lib.* 21. *cap.* 10. *col.* 8. *in fine, litt. CC. vers. hinc Duarenus.* Perez de Lara *de vita hominis, cap.* 18. *num.* 41. idem Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 13. *num.* 37. *in fine, & num* 38 qui duo vltimo loco citati concludunt quòd quando contractus cum solemnitatibus est initus, sed minor dicit pretium perdidisse, incumbet ipsi minori onus probandi rem non fuisse versam in suam vtilitatem: at verò quando dicit se læsum ex eo quòd contraxit, quia sibi non expediebat vendere, & probauit læsionem, & tunc actor, qui vult retinere prætextu pretij, debet probare in vtilitatem minoris fuisse versum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio vbi est nulla, minori non est necessaria restitutio, secus si sit aliqua, & læsio in pretio sit sequuta. Præsidis decretum non excludit minoris restitutionem si aduersùs alienationem se restitui postulauerit, num.* 2.

3 *in Contractibus minorum an & quando competente ordinario remedio, cesset extraordinarium restitutionis in integrum.*

L. Si quidem. XI.

Iidem AA. *Trophimo.*

VBi alienatio est nulla, minori restitutio non est 1
necessaria, secus si sit aliqua, & læsio in pretio sequuta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

Notari solet hic text. ad hoc quòd Præsidis decre- 2
tum non excludit minoris restitutionem, si aduersùs alienationem se restitui postulauerit, vt per Greg. Lopez *l.* 2. *gloss.* 2. *tit.* 19. *part.* 6. Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 4. *col.* 2. *vers. & si quæras*, Sfort. Odd. *de in integrum restit. minor. part.* 1. *quæst.* 22. *art.* 9. *ex num.* 54. Cald. Perira *in l. si curatorem, verbo implorare, num.* 2. *& verbo læsis, num.* 81. *C. de in integrum restit. minor. & de empt. & vend. cap.* 13. *num.* 33. Gutier. *d. tutel. p.* 2. *cap.* 22. *n.* 24.

In gloss. *Restitutionem, fin. ibi, sed videtur iudicis de-* 3
cretum facere cessare restitutionem, &c. Verùm autem

&

& quando in contractibus minorum competēte ordinario remedio, *l. 2. C. de rescind. vendit.* cesset extraordinarium restitutionis in integrum? vide Pinel. *in d. l. 2. part. 2. cap. 2. num.* 18. *& part.* 3. *cap.* 1. *num.* 20. Anton. Gom. *tom.* 1. *variarum cap.* 14. *num.* 1. *col.* 3. Roland. à Valle *cons.* 59. *in princ. lib.* 1. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. concl.* 1. *num.* 11. Maurit. *de restit. in integrum cap.* 289. Sfort. Odd. *in simili tract. quæst.* 17. *num.* 111. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 83. *num.* 58. Simonc. *de decretis lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 13. Menchaq. *controv. usufreq. cap.* 65. *n.* 2. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 18. *num.* 19. Morl. *in emporio iuris par.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 30. *& quæst.* 7. *num.* 22. Perez de Lara *de vita hominis cap.* 25. *num.* 98. & Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 13. *n.* 35. *&* 36.

SVMMARIVM.

1 *Minor si ære alieno sit grauatus, tunc pro eius solutione solemnitatibus interuenientibus immobilium bonorum suorum permittitur alienatio, & num.* 2.

3 *Æs alienum quando dicatur vrgere, arbitrio iudicis relinquitur.*

4 *Tutor non distrahat prædia pupilli ad æs alienum soluendum vltra quam opus sit.*

5 *Tutor vendens prædium minoris vltra æs alienum vrgens, dicitur sine causa alienare, & consequenter versari in dolo. Iudicique considerandum circa alienationem rei immobilis minoris antequam decretum proferat., num.* 6.

7 *Subhastatio in venditione bonorum immobilium minorum necessaria.*

8 Τὸ Tantùm *non excludit casus similes, in quibus eadem, vel vrgentior ratio militat.*

9 *Alienatio bonorum immobilium minoris pro dote constituenda, licita, solemnitatibus à iure requisitis interuenientibus, licita, si minor fame laboret, pro eius alimentis, num.* 10. *vel illius coniunctæ personæ, num.* 11.

12 *Alienari licitè potest res minoris sterilis, & infructuosa, & quæ magis incommodum, quàm commodum illi affert. Alienari bona stabilia, quando fœnus & vsura superant fructus bonorum hæreditariorum, num.* 13.

14 *Alienatio etiam pro magna vtilitate minoris fieri nequit.*

L. Ob æs alienum. XII.

Iidem AA. *&* CC. *Leontio.*

1 SI minor ære alieno sit grauatus, tunc pro eius solutione solemnitatibus interuenientibus immobilium bonorum suorum permittitur alienatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* Aloys. Leo *super* 5. *fol* 70.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 1. *tit.* 87. §. 26. *l. Hispan.* 60. *tit.* 18. *part.* 3. *vbi gloss.* 3. 8. *&* 9. Roland. à Valle *cons.* 33. *à num.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 60. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 4. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *num.* 6. Afflict. *decis.* 249. *n.* 1. Capyc. *decis.* 113. *num.* 6. *&* 7. Rebuff. *ad leges Galliæ tract. de restit. in integrum. gloss.* 7. *art.* 2. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 171. *num.* 5. Bertazz. *de clausul. instrument. clausul.* 10. *gloss.* 2. *num.* 2. Surd. *cons.* 115. *num.* 35. Sigism. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 286. Garc. Mastrill. *Sicil. decis.* 121. *num.* 1. *&* 2. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 131. Gutier. *de tutel. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 73. *&* 75. Paul. Montan. *in simili tract. c.* 33. Molin. *de*

Instit. tract. 2. *disput.* 224. *num.* 2. Castill. *controuers. lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 24. *&* 43. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 14. *num.* 23. Cardin. Mantic. *de tacitu & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 6. Mari. Antonin. *variarum resolut. lib.* 2. *resol.* 31. *num.* 7. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 226. *à num.* 1. *p.* 2. Ludou. Cenci. *de censib. p.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *n.* 31. Fachinæ. *controu. iuris lib.* 3. *cap.* 3. Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 21. *num.* 36.

Iudicis arbitrio relinquitur quando dicatur vrgere æs alienum, vt per Menoch. *d. casu* 171. *num.* 6. *&* 7. Roland. *d. cons.* 33. *num.* 2. *vol.* 1. *d. cons.* 60. *num.* 2. 4. *&* 5. *vol.* 4. vbi dicit quòd iudex debet adhibere causæ cognitionem an creditor instet & petat sibi solui, quia aliàs ei non est soluendum, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 555. *n.* 14. vbi tradit non requiri necessariò quòd contra executio immineat per relaxationem mandati, sed sufficere quòd creditores instent, & debitum petant. Vnde non sufficit quòd Notarius asserat in instrumento venditionis creditores institisse, & sibi solui petiisse, sed aliter constare de instantia debet, Roland. *d. cons.* 33. *n.* 13. *& d. cons.* 60. *num.* 5. Menoch. *de casu* 172. *num.* 8. *& cons.* 214. *num.* 2. vbi quòd tutor non debet distrahere 4
prædia pupilli ad æs alienum soluendum vltra quàm opus sit, & *num.* 4. quòd tutor vendens prædium mi- 5
noris vltra æs alienum vrgens, dicitur sine causa alienare, & consequenter dicitur in dolo versari. Mari. Antonin. *d. resol.* 31. *num.* 8. Gutier. *d. part.* 1. *c.* 5. *n.* 75. Duen. *regul.* 186. *ampl.* 3. *cum seqq.* Cald. Pereira *d. cap.* 14. *num.* 27.

Sed antequam iudex per suum decretum proferat 6
rem immobilem minoris alienari posse pro debito soluendo, debet primò considerare si æs alienum vrgeat, ita vt non possit alienatio in tempus differri, Escob. *de ratioc. c.* 16. *n.* 20. *vers. quibus.* Paul. Montan. *d. cap.* 33. *n.* 6. 7. 10. *&* 19. Secundò vtrùm pecuniam minor habeat, vel nomina debitorum, qui conueniri possint, vel fructus, vel alia bona mobilia, ex quibus creditoribus solui possit, Afflict. *decis.* 249. *n.* 1. Roland. *cons.* 33. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 147. *vers.* 2. *& d. casu* 171. *n.* 9. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 8. *&* 11. Paul. Montan. *d. c.* 33. *n.* 11. *&* 12. Rota apud Ludou. Cenci. *post suum tract. de censib. decis.* 23. *n.* 8. *&* 9. vbi priùs esse alienanda mobilia inquit. Tertiò an tutius, & vtilius sit prædia pignorare, quàm vendere, Menoch. *d. casu* 171. *n.* 15. Paul Montan. *d. cap.* 33. *n.* 32. *cum seqq.* Quartò quòd vendatur res minus damnosa, Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 147. *vers. tertio, & d. casu* 171. *n.* 20. Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 12. Paul. Montan. *d. cap.* 33. *n.* 13. *&* 14. Quintò quòd pro paruo debito non vendatur res magna, Menoch. *d. remed.* 15. *n.* 147. *vers.* 4. *& d. casu* 171. *n.* 21. Cardin. Mantic. *vbi suprà n.* 13. De his omnibus iudex debet se informare, & non nimis credere tutoribus, & curatoribus, sed requirere pupilli, vel minoris consanguineos, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarum habeat, & iubere quòd sibi edantur rationes & inuentarium bonorum pupilli, & de omnibus probationes accipere, vt aduertunt Roland. *d. cons.* 33. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 1. *& d. cons.* 60. *lib.* 4. Menoch. *d. casu* 171. *n.* 23. *&* 24. Card. Mantic. *d. tit.* 6. *n.* 11. Paul. Montan. *d. cap.* 33. *n.* 26. *cum seqq.* Anton. Fab. *in iurisprud. Papin. tit.* 12. *de tutel. p.* 7. *illat.* 87.

In venditione bonorū immobilium minorū sub- 7
hastationem esse necessariam, probat *l. & si sine*, §. 1. *ff. de minorib. l. Hisp.* 60. *tit.* 18. *p.* 3. *& ibi gloss.* 2. vbi quòd debent subhastari per spatium triginta dierum, Roland. *d. cons.* 33. *n.* 14. *vol.* 1. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges*

leges Galliæ, tit. de restit. art. 2. gloss. 7 num. 8. Afflict. *decis.* 248. Fabian. de Monte *de empt. 5. quæst. princ. in prin.* Neguzant. *de pignorib. 1. membr. 5. part. princip. num* 47. Viui. *decis. 22. num. 14. & decis. 25. num. 11.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 3. num.* 46. alt. Molin. *de disput. 224. num. 11.* Menoch. *d. remed. 15. recuper. num. 147. & à casu 171. num. 27. & 28. & casu 129. num. 3.* Bertazz. *d. clausul. 10. gloss. 2. num. 7.* Surd. *consil. 49. n. 19. cum seqq.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 3. num. 4. versic. nam in alienatione*, D. Barbos. *in l. si mora, ff. soluto matrim. part. 2. num.* 60. Cardin. Mantic. *d. lib. 4. tit. 6. num. 31.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 4. q. 75. num. 78.* Gutier. *d. part. 2. cap. 5. num. 5.* Cald. Pereira *de empt. cap. 13. num. 48.* Quamuis omissionem huius solemnitatis non vitiare venditionem teneant plures, quos refert & sequitur Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 473. num. 9. & cap. 564. n. 24. & decis. 130. num. 2. cum seqq.* In quo autem loco bona minoris debeant subhastari & præconizari, declarat Bertazz *d. clausul. 10. gloss. 2. num. 7.* vbi ait optimum consilium esse si subhastatiò huiusmodi fiat in vtroque loco, vbi scilicet res sita est, & pupillus habitat. Sed praxim ponit Cald. Pereira *d. tractat. de empt. cap. 13. num. 19.* vbi si vrgeat debitum in loco originis, iudex originis debet cognoscere an sint bona, quæ alienari magis expediat, eaque subhastari mandabit in territorio, in quo res sitæ sunt, & ad id litteras requisitorias ad iudicẽ territorij dirigit: si verò administratio diuisa est, tunc iudex easdem litteras mittet, & propositam alienandi causam, & bonorum domicilij minoris, & qualitatem bonorum, & conditionem, consulétque à iudice vtrum in sua prouincia alia bona minus vtilia existant, quæ minori pro ære alieno alienare vtilius sit.

8 *Ob æs alienum tantum causa cognita.*] Ita hic punctuando legit Alciat. *lib. 4. dispunct. cap. 5.* sed iuxta communem sensum punctuandum esse post dict. *tantùm*, tradit Menoch. *d. casu 171. n. 61.*

In gloss. *Alienum tantùm* 1. ibi, *vel similem causam*, &c. Notatur ad hoc quòd dictio taxatiua *tantùm*, vel quæ similis non excludit casus similes, in quibus eadem, vel vigentior ratio militat, vt per Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap. 11. num. 12.* Gutier. *lib. 1. canon. quæst. cap. 14. num. 5.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. idem iuris, n. 49. ff. de liber. agnosc.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 2. num. 10.* Menoch. *consil. 432. num. 36. & cons. 1122. num. 24.* Sanchez *de matrim. lib. 7. quæst. 31. num. 6.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 504. num. 4.* Cald. Pereira *d. tract. de empt. & vendit. cap. 14. num. 23.* Melch. Phœbos *Lusit. decis. 54. num. 14. tom. 1.* & plures quos retuli *de diction. vsufrequent. dict.* 401. *n. 8.*

9 In eadem gloss. ibi, *vt dotem.* Notatur ad hoc quòd pro dote constituenda licita est alienatio bonorum immobilium minoris, solemnitatibus à iure requisitis interuenientibus, vide citatos *in collect. ad l. 6. vers. quartò, super eod. tit.*

In eadem gloss. ibi, *vel donationem propter nuptias*, &c. Et de hac vide relatos *d. l. 6. versic. quintò donatio.*

10 In eadem gloss. ibi, *item ob famem*, &c. Notatur ad hoc quòd si minor fame laboret, prò eius alimentis bona sua immobilia alienari poterunt interuenientibus à iure requisitis solemnitatibus, vt per Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, super declarat. leg. Regni 9. num. 3. col. 3.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 26. gloss. 1. num. 18.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 45. num. 2.* Molin. *dict. tract. 2. disput. 224. num. 22.* & citatos *in collectan. ad d. l. 6. versic. causæ autem necessariæ.*

In eadem gloss. ibi, *fortè & ob famem coniunctarum personarum.* Notatur ad hoc quòd ob famem coniunctarum personarum pupilli, eius bona distrahi possunt, vt per Cald. Pereira *d. cap. 14. n. 26.* 11

In eadem gloss. ibi, *idem dicunt de fundo sterili*, &c. 12 Notatur ad hoc quòd res minoris sterilis, & infructuosa, & quæ magis incommodum, quàm commodum illi affert, alienari licitè potest, vt per Natt. *consil. 631. n. 37.* Imol. *consil. 98. num. 4.* Rota apud Ludou. Cenci. *post suum tract. de censib. decis. 23. num. 2.* & apud Farinac. *decis. 675. num. 2. part. 2 recentiorum*, vbi ait licitum esse alienare bona stabilia minorum, quando fœnus & vsuræ superant fructus bonorum hæreditariorum. 13

In eadem gloss. ibi, *quod non placet*, &c. Notatur 14 ad hoc quòd alienatio etiam pro magna vtilitate minoris fieri non valet, vt per Afflict. *decis. 87 n. 1. & 2.* Capyc. *decis. 113.* Surd. *cons. 155. num. 59.* Menoch. *de arbit. casu 171 num. 60. cum seqq.* Cal. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti, n. 14. C. de in integrum restit. minor.* Gutier. *de tutel part. 2. cap. 5. n. 33.* Garc. Mastrill. *Sicil. decis. 121. num. 1.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 226. n. 2. & 3.* Alexand. Trentacinq. *var. lib. 2. tit. de minor. resolut. 9. num. 9.*

L. Etiam vectigalia. XIII.

Iidem AA. & CC. Zenophilæ.

Minor non potest vendere suam emphyteusim 1 sine decreto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Menoch. *de arbitr. casu 171. num. 56.* vbi per hunc textum idem dicit si esset fundus vectigalis, & *cons. 29. num. 17.* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 14. num. 14. versic. sextò extende, cum seq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti, num. 3. C. de in integrum restit. minor.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 33. num. 519.* Gutier. *in simili tract. part. 2. cap. 5. num. 24.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disput. 224. num. 27.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolut. lib. 2. tit. de minorib. resolut. 9. n. 8.* Galganet. *de tutel. lib. 3. q. 43. in princ.* 2

L. Vetere. XIV.

Iidem AA. & CC. Phrominio.

Minor à vendicando alienata repellitur si pretium suum debitum versum non restituat cum vsuris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Conducunt posita *in collectan. ad l. prædiorum 10. suprà hoc eod. tit.*

L. Si minor. XV.

Iidem AA. & CC. Sabino.

Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Tiraquel. *de retract. lign. 8. 1. gloss. 14. n. 2.* Boër. *decis. 49.* Afflict. *decis. 335. n. 18.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 14. n. 14. vers. quartò extende*, Simoncel. *de decret. lib. 2. tit. 6. insp. 14. fol. 321.* Menoch. *de arbitr. casu 172. n. 50.* Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 6. num. 5. & tit. 21. n. 30.* 2

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta immobilia sine decreto iudicis, possunt cum fructibus vindicari, sed pretium in vtilitatem minoris versum cum vsuris debet restitui, & sumptus meliorationis.*

2 *Suburbia in materia fauorabili, & largè interpretanda, ciuitatis appellatione continentur.*

3 *in Alienatione rerum immobilium minoris, ad interponendum decretum competens est iudex territorij vbi res minoris sita est.*

4 *Minor rem minus legitimè alienatam recuperat cum fructibus.*

5 *Restitutio in integrum propter læsionem minori & Ecclesiæ competentem fit vnà cum fructibus, limitatur num.6.*

7 *Melioramenta si qua sunt facta in re alienata, obiici possunt minori illam cum fructibus recuperare volenti.*

L. Si prædium. XVI.

Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

1 IMmobilia aliena sine decreto iudicis, in cuius territorio sunt sita, possunt cum fructibus vindicari, sed pretium in vtilitatem minoris versum cum vsuris debet restitui, & sumptus meliorationis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1.num.1. suprà hoc tit.*

2 *Quòd ab vrbanis non loco, sed qualitate secernitur.*] Vnde sububia in materia fauorabili & largè interpretanda ciuitatis appellatione continentur, Abb. *cons.5 1.num.7.lib.2.* Crauet.*cons.297.num.1.* Cardin. Tusch.*pract.concl.tom.1.lit.C.concl.280.num.6.* Garc. Gironda *de priuileg.seu exempt.explicat.n. 54.* & alij per me citati *de appellatiua verborum vtriusque iuris significat.appell.49.num.1.*

3 *In qua situm est*, &c.] Ergo ad interponendum decretum in alienatione rerum immobilium minoris, competens est iudex territorij, vbi res minoris sita est, de quo tamen vide Greg.Lopez *l.32.gloss.9. tit.2.part.3.& l.4.gloss.8.tit.5.part.5.* Tiraquell.*de retractu lign.§.36.gloss.3.n.22. cum seqq.* Anton. Gom. *tom.1.variarum cap.14. num. 17. post princ.* Rodoan. *de rebus Eccles.non alienand.cap.27. de auctorit. Prælati in alienat.interponenda, num. 40.cum seqq.* Cald. Perira *de empt.& vend.cap.14.num. 13. 15. & 18.in fine*, Card.Mantic.*de tacitis & ambiguis conuent.lib.4. tit.6.num.23.& 24.* Gutier.*de tutel.par.1.cap.16.n.19.* Gonzal.*ad regul.8. Cancell.gloss.5.§. 7. num. 58.* Stephan. Gratian. *discept.forens. tom.3.cap.555.num.6.* Molin.*de Iustit.tract.2.disp.224.n.29.in fine.*

4 *Sed vindicationum eius, & fructuum*, &c.] Notatur ad hoc quòd minor rem minus legitimè alienatam recuperat vnà cum fructibus, vt per Neuiz.*cons.85. num.12.* Osach.*decis. Pedem.160.n.6.* Rot.*decis.545. in fine*, apud Fario.*part.2.recentiorum*, Surd.*decis.45. num. 9.* vbi per totam illam decis. tradit quando teneatur ad fructus consumptos, & ad eos, quos percipere potuit quando datio in solutum rei minoris, vel Ecclesiæ fuit facta sine solemnitatibus, & *decis.179.n.1.& 2.* tenet quòd emens, aut in solutum accipiens rem minoris sine solemnitatibus iuris, dicitur esse in mala fide, & tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos, Perez de Lara *de vita hominis cap.25.num.102.* Giurb.*decis. 89. num. 31.* vbi dicit quòd si titulus possessionis est ipso iure nullus, vt si gestus est contractus cum minore non seruatis iuris solemnitatibus, tunc restituuntur bona cum fructibus, siue extent, siue non, Pinel.*in l.2. C.de rescind. vend.part.2.cap.4.num.10.* Menoch. *remed.15.recup. num.617.& 634.& cons.1173.num.7.* Stephan. Gratian.*discept.forens.tom.2.cap.45. num.32. & 33.* quia vbi emptor non est bonæ fidei, poterit minor fructus vniuersos vendicare, Couarr.*variar.lib.1.cap.3. num.1.cum seqq.* Bertaz. *de clausul. instrum. claus.10. gloss.2.num.14.* Tiber. Decian.*cons.20.num.51.& 83. lib.5.* Gamb. *Lusit.decis.312.num.1.* Viui.*decis.22.n.6.* Ioseph.Sesse *Aragon.decis.136. num. 12. & 25. cum seqq.* Mastrill. *Sicil.decis.121.num.5.part.2.* Gutier.*de tutel.part.2.cap.5.num.10.cum seqq.* Alex.Raudens.*de analog.cap.30.n.46.*

Notatur etiam ad hoc quòd restitutio in inte- 5 grum propter læsionem minori & Ecclesiæ competentem fit vnà cum fructibus, vt per Bernard *reg.219.* Ioann Garcian.*reg.316.* Eman.Costa *in l.Gallus,§.& quid si tantum, part.2.num.71.ff.de liber & posthum.* Menchaq.*vsufreq.quæst.cap. 71. num.6.* Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsumpt.46.& seq.* Cald.Pereira *in l.si curatorem, verbo implorare, n.15.* Sforr. Odd. *de in integrum restit.quæst.45 art.2.num.13.* Morl. *in emporio iuris part.1.tit.5. in præmis.num. 319.* Pichard. *in §.extraneus 6.num. 40. Instit. de hæred. qualit.* Castill. *controuers.lib.3.cap.23 num. 51.* vbi dicit huiusmodi 6 regulam limitandam esse quoties æquitatis ratio contrarium postulauerit, iudicémque ad remittendos fructus mouere potuerit.

Et sumptus meliorati prædij, &c.] Notatur ad hoc 7 quòd melioramenta si quæ sunt facta in re alienata obiici minori possunt illam cum fructibus recuperare volenti, vt per Thesaur.*quæst.forens.lib 4.q.75. num.1n.* Paul. Montan.*de tutel.cap.33.num.616.* Perez de Lara *de vita hominis cap.18.num.27.* Galgan. *de tutel.lib.1.tit.21.num.42.vers.& ideo.*

L. Inter omnes. XVII.

Iidem AA. & CC. Philippo.

1 SI minor cum minore habeat rem communem, sine decreto alienare non licet, sed nec ad communi diuidundo iudicium prouocare. Colligunt ex Ordin doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2 munt Socin.*regul.183* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin.lib.5.tit.vlt.num.24. pag 774.* vbi quòd minor non potest diuidere nec ad diuisionem socium, vel hæredem prouocare, nisi ipsi minori diuisionem facere expediret, puta si socium haberet rixosum & contumeliosum; vel si res communis ipsi minori foret damnosa, Fabian.de Monte *de empt.4.quæs.princ. quæst.22.num.16.* Simoncel.*de decret.lib.2.tit.4.de diuis.fol.179.* Petr. Gregor.*syntagm. iuris lib.12.cap.3. n.16.prope fin.* Mench.*de success.creat.§.10.n.78.tom.1.* Rebuff.*ad leges Galliæ tit.de restit.art.1.glos.3.n.22.* Menoch.*de arbit.casu 171.n.34.& cons.80. num.25.* Gutier.*de iuram.confirm.part.1.cap.58.n.11.* vbi quòd minor ad diuisionem prouocare non potest, licèt prouocari possit ad eam per maiorem; quod ipse intelligit quando non est vtile minoribus, nam si sit vtile, & eis expediat, bene poterunt minores prouocare ad diuisionem cum auctoritate tutorum, & *n.12.* subdit quòd minores possunt inter se diuidere prædia communia quoad culturam & redditus, licèt non quoad proprietatem. Cald. Pereira *de resol.emphyt.cap.5.n.43.* Cardos. *in praxi iudic. & Aduocat. verbo diu sit, num.15.* Valasc.*consult.53.num.5.tom.1.* Galganet.*de tutel.lib.2.tit.21.num.29.post med.*

L. Si minores. XVIII. & vlt.

Impp. CONSTANT. A. & CONSTANT. C. *ad Seuerum.*

PRædia minorum alienari non possunt etiam propter debita fiscalia, nisi causa probata, & interueniente decreto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.num.1 supr.hoc tit.*

Quando decreto opus non est.

TIT. LXXII.

DECRETVM non requiritur, I. si alienatio fiat secundùm voluntatem patris, vel testatoris, ex cuius bonis res ad minorem peruenit, *l.1.&* §. II. si Princeps alienari permiserit, *l.2.* III. si res, quæ alienatur, sit vestis detrita, vel animal superuacuum, vel quidvis aliud, quod seruando seruari non possit, *l.vlt.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec.

SVMMARIVM.

1 *Alienari sine decreto possunt immobilia pupilli ex voluntate patris, & num.2.5.7.*
3 *Minor tenetur reuendere ex pacto reuendendi à suo prædecessore facto.*
4 *Minor sine decreto vendit quando testator vendi iussit.*
6 *Prædia minorum distrahi possunt à tutoribus, & curatoribus, si id fieri parentes testamento cauissent.*
8 *Tutor reddito pretio retrouendere potest absque iudicis decreto, si probetur defunctum pactum fuisse de retrouendendo, intellige vt num.9.*

L. Si probare potest. I.

Impp. SEVER. & ANTONINVS. AA. *Valentino.*

IMmobilia pupilli ex voluntate patris alienari sine decreto possunt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Fulgos. Castrens. Bald. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem exornant Tiraquel.
3 *de retractu conuent.* §.1.*gloss.*6. *num.* 28. vbi quòd mi-
nor tenetur reuendere ex pacto reuendendi à suo
præcessore facto, & de iure mariti, *gloss.8.num.*194.
vbi quòd minor sine decreto vendit quod testator
4 vendi iussit, Afflict. *decis.*285.*n.*10. vbi quòd quan-
5 do pater pupilli dedit licentiam alienandi rem pro
debito, potest alienari sine decreto, Petr. Gregor.
*syntagm.iuris part.2.lib.*12. *cap.* 9. *num.* 16. vbi quòd
6 tutores, & curatores prædia minorũ distrahere pos-
sunt si id fieri parentes testamento cauissent, Ant.
Gom. *tom.2.variarum cap.*14.*num* 16. *versic. item quæ-
ro*, Vincent. de Franchis *Neapol.decis.*302.*num.*2. vbi
quòd decretum nõ requiritur in alienatione rei mi-
7 noris patre mandante vendi, etiam quòd volũtas sit
minus solemnis, Surd. *decis.*77.*num.*1. vbi quòd non est curandum quòd patris voluntas per contractum accesserit, vel per vltimam voluntatem, quia quocunque modo interuenerit necessitas, cessat decretum, *& aliment.tit.*8.*priuil.*56.*num.*91. vbi quòd minor licitè alienat sine solemnitate ex permissu testatoris, Stephan. Gratian. *Marchia decis.*131.*num.*1. Gutier. *de tutel.part.*1.*cap.*5.*n.*54. Ioan. Bapt. Costa *de rata, & quota quæst.*123.*num.*13. Molin. *de Iustit. tract.*2.*disput.*224.*num.* 28. vbi quòd quando pater, aut testator iussit testamento, aut codicillo vt bonum immobile minoris hæredis sine iudicis decreto posset alienari, valida est alienatio sine tali decreto, etiãsi testamẽto minus solẽni tradita sit ea facultas.

Notatur ad hoc quòd si probetur defunctum pa- 8
ctum fuisse de retrouendendo, potest tutor reddito
pretio licitè retrouendere absque iudicis decreto, vt
per Vincent. de Franchis *decis.*206.*num.*24. vbi in- 9
telligit vt quo ad retrotransactionem dominij nõ sit
necessarium iudicis decretum, quia fit ex causa præ-
cedenti, refert Iacob. Çancer. *variarum resolut.par.*2.
*cap.*6.*num.*11.

SVMMARIVM.

1 *Concessio Principis specialis habet vim decreti, & num.2.*
3 *Res minorum an & quando nequeant distrahi sine tutoris, vel curatoris auctoritate, & decreto Prætoris & causa cognitione, nisi rescriptum Principis interueniat, & num.4.*

L. Illud requirendum. II.

Imp. AVRELIAN. A. *Pulchro.*

COncessio Principis specialis habet vim decreti. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.*
sup.hoc tit.
Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Ruin. *cons.*68 *in princip. & cons.*161.*num.* 26.
*lib.*1. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis conuent.*
*tom.1.lib.*4.*tit.*6. *num.* 46. vbi quòd res minorum si- 3
ne tutoris, vel curatoris auctoritate & decreto Prætoris & causæ cognitione distrahi non possunt, nisi rescriptum Principis interueniat. Quæ resolutio locum non habet si minor à Principe veniam ætatis impetrauit, vt pro maiore habeatur, nam hæc venia solum operatur quoad administrationem suorũ bonorum, & alienationem bonorum mobilium, non verò quoad alienationem bonorum immobilium, quę sine decreto, aut Principis rescripto alienari nõ possunt, *l.1.2.& 3. C.de his qui ven. ætat.impetr.* vbi *in collect.d.l.*3.*n.*2. plures citantur Doctores, quibus addo Simoncel. *de decret.lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 23. *cum seqq.* Cardin. Mantic. *d.tit.*6.*num.*47. Bertaz. *de clausul.instrum.claus.*10.*glos.*2.*n.*11. *in fine*, Paul. Montan. *de tutel.cap.*33.*n.*76.& 77. Iacob. Cancer. *var.resol. tom.* 2. *cap.*1. *n.* 183. Perez de Lara *de vita hominis cap.*35.*n.*8. Galganet. *de tutel.lib.*2.*tit.*21.*n.*15.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta ex patris voluntate, vel testatoris, valet sine decreto, & num.2.*
3 *Distrahere nequeunt executores testamentarij rem magni valoris, vt satisfaciant dispositioni testatoris de leui.*

L. Prædium

L. Prædium rusticum. III.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Stratoniciano.*

1 ALienatio facta ex patris voluntate, vel testatoris, valet sine decreto. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. probant citati *in l. 1. sup. hoc eod. tit.* quibus addo Sarmient. *select. interpret. l. 5. cap. 8. num. 10.* vbi per hunc text. tenet quòd seruanda est voluntas & dispositio super alienanda re minoris, quam antequam esset minoris, dominus illius rei imposuit, Greg. Lop. *l. 8. gloss. 4. tit. 10. p. 6.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 58.* vbi *num. 59. & 60.* extendit vt habeat locum etiamsi parentes id permiserint in testamento, quod postea irritum factnm sit, quia ex eo etiam voluntas declaratur, & vt etiam huiusmodi licentia possit concedi non solùm in vltima voluntate, sed etiam in actu inter viuos; & ibi etiam quærit quid si aliquis in genere dat licentiam hæredibus suis, vt possint alienare prædium, an sub ista licētia generali comprehendantur etiam pupilli hæredes.

3 Notatur ad hoc quòd executores testamentarij non possunt rem magni valoris distrahere, vt satisfaciant dispositioni testatoris de re leui, vt per Menoch. *de arbitr. casu 182. n. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Alienari possunt sine decreto vestes detritæ; & animalia superuacua; & num. 2. Vnde vestes pretiosæ, aut grex ouium, caprarum, vel boum, non possunt vendi, nisi concurrant solemnitates, n. 3.*

L. Et sine. IV. & vlt.

Imp. CONSTANTIN. A. *ad populum.*

1 VEstes detritæ, & animalia superuacua possunt alienari sine decreto. Colligunt ex Ord. Doct. citati *in l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 1. num. 119.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 224. num. 14.* Galganet. *de tutel. l. 1.*

3 *tit. 21. num. 27. in princip.* Vnde vestes pretiosæ, aut grex ouium, caprarum, vel boum non possunt vendi, nisi concurrant solemnitates, de quo vide Rodoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst. 8.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp. 265. num. 4.* Filliuc. *in quæst. moralib. tract. 44. de alienat. rerum. Eccles. c. 4. n. 24.*

Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauerit.

TIT. LXXIII.

NOn solùm is qui à tutore, vel curatore emit, præscribere potest, *l. 1.* sed etiam secundus emptor, qui à primo emptore emit, *l. 3.* necnon qui emit à donatario, si fortè tutor, vel curator rem donauit, *l. vlt.* Qui verò mala fide accepit, non præscribit, *d. l. 1.* Malæ fidei possessor rem restituit cum fructibus; bonæ fidei possessor sine fructibus, *l. 2.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesembec. De materia tit. Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 2. num. 10. cum seqq.* Galganet. *eod. tract. lib. 2. tit. 21. n. 40. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Emens rem minoris tanquam minoris non præscribit; secus si tanquam maioris, & num. 2. si non à minore, nec eius tutore, sed ab alio res pupillaris vendita sit, tunc ex temporis interuallo emptor nullam potest acquirere defensionem, nisi fortè non vt pupillaris, sed alterius bona fide emerit, num. 3.*

L. Si ea quæ. I.

Imp. GORDIAN. A. *Felici.*

QVi emit rem minoris tanquam minoris non præscribit, si autem tanquam maioris bona fide, præscribit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Angel. Fulgos. Bald. Castrens. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in an. or.* & Ximen. *in concord.* 1

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti, num. 1. vers. si denique, C. de in integ. rest. minor.* Gutier. *de tutel. par. 2. cap. 5. num. 11.* Galganet. etiam *de tutel. lib. 2. tit. 21. num. 40. in medio.* vbi ait quòd si

3 non à minore, nec eius tutore, sed ab alio res pupillaris vendita sit, tunc ex tēporis interuallo emptor nullam potest acquirere defensionem, nisi fortè nō vt res pupillaris, sed alterius bona fide emerit.

SVMMARIVM.

1 *Minor rem alienatam sine decreto cum fructibus vendicat, nisi emptor fuerit bonæ fidei, & n. 2. 3.*

4 *Adultus carens curatore alienando rem sine decreto posset transferre possessionem; pupillus verò sine tutoris auctoritate, vel adultus habens curatorem sine curatoris auctoritate non posset alienando, vel contrahendo transferre in alium possessionem ciuilem, nec naturalem. Decretum non interuenisse probatur si in contractu recenter celebrato nulla de ipso facta sit mentio, n. 5.*

6 *Error iuris excusat à mala fide, licèt bona prorsus non inducat.*

7 *Errantem in iure bona fide acquirere fructus ex contractu nullo, & iure reprobato ob defectum solemnitatis.*

8 *Præscriptio, & acquisitio fructuum à pari procedunt.*

9 *Errans in iure an bonam fidem habere possit; & consequenter an præscribere valeat, remissiuè.*

L. Si contra amplissimi. II.

Iidem AA. *Crispinæ.*

REm alienatam sine decreto vendicat minor cum fructibus, nisi emptor fuerit bonæ fidei. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

2 Hanc eandem conclusion. ex hoc text. desumunt exornántque, ac diuersimodè intelligunt, *l. Hisp.* 44. *tit.* 28. *part.* 5. *vbi glos.* 1. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 6. *ad fin.* Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. part.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 30. Ioann. Garc. *de expens. cap.* 23. *num.* 35. Sfort. Odd. *de in integr. restitut. quaest.* 45. *art.* 2. *num.* 22. Anton. Fab. *decad.* 7. *errore* 6. Octauian. *Pedem. decis.* 160. *num.* 12. *cum seqq.* Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. Cardos. *in praxi iudicum & Aduocat. verbo emptio, num.* 40. Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 5. *quaest.* 1. *num.* 42. Galganet. *de tutel. lib.* 3. *quaest.* 41. *à num.* 1.

3 *Si non bona fide emptorem fuisse*, &c.] Postquam Imperator regulam ponit, vt immobilia minoris distracta sine iuris solemnitate cum vniuersis fructibus retrahantur, exceptionem tradit his verbis, *si non bona fide emptorem fuisse constiterit*, quae difficultatem pati videtur, eo quòd qualitas bonae fidei non videbatur applicari posse ei, qui rem minoris emit, non obseruatis iuris solemnitatibus, attenta doctrina text. *in l. quemadmodum, vers. malae fidei, C. de agricol. & censit.* In qua difficultate resoluenda *glos. in praesenti*, quam refert & defendit Pinel. *d. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 31. *&* 32. intelligit eo casu de quo hic, bonam fidem induci & iuris errore, & Ioann. Garc. *d. cap.* 23. *n.* 34. textum istum egregium vocat ad probandum quòd qui habet titulum reprobatum à iure, potest habere nihilominus bonam fidem iuris ignarus, quia titulus illegitimus malam fidem inducit praesumptam, quae excluditur probata vera bona fide, quam mulier, rusticus, & vir iuris ignarus probare poterit ex variis circumstantiis, & *num.* 29. tradit textum *in praesenti* agere de hac re bona fide, quae verificabitur in emente rem minoris, vel ab ipso minore, vel à tertio, qui emerat à minore si bona fide id facit, vndecumque bona illa fides procedat; bona enim fides tota ratio est acquirendorum, vel amittendorum fructuum industrialium, non titulus iustus, vel iniustus, legitimus, vel illegitimus, cùm sine titulo haec mala fides reperiri possit, & *n.* 34. *vers. at verò*, subdit talem iuris errorem non excusare, neque iurare iurisperitum; verùm aliter Morl. *d. num.* 42. in haec verba. Ex praedictis facilè dissolui poterit grandis illa difficultas, quam aduersùs *l.* 2. *C. si quis ignor. rem minor.* excitarunt Molin. & Pinel. *vbi suprà*, probat ille text. eum, qui sine solemnitate rem minoris comparauit propter bonam fidem excusari à fructuum restitutione, quod quidem absurdum videtur: nam si in iudicio restitutionis in integrum etiam bonae fidei possessor fructus restituit, multò magis *in d. l.* 2. restituere debebat: nam in restitutione in integrum praesupponitur titulum mero iure valere: aliàs enim necessaria non est *l.* 1. *C. de praediis min.* At *in d. l.* 2. *C. si ignor. rem minor.* cùm venditio sine decreto facta sit ipso iure nulla, *d. l.* 2. *C. de praed. min.* sine titulo possidere videtur emptor, *l. ne vtilem*, §. 1. *de petit. hered.* faciliùs autem excusari debuisset à fructuum restitutione bonae fidei possessor titulum habens, quam is, qui nullo titulo possidebat, vt probat *l. bonae fidei emptor*, *ff. de acquir. rerum domin.* iuncto text. *in l. fructus*, *ff. de vsur.* secundùm communem earum legum interpretationem, quam ponit Accurs. *in d. l. fructus*, probauit Bart. *in l. ex diuerso num.* 5. *ff. de rei vindic.* & est communis secundùm Pinel. *in d. l.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 55. Couarr. *dict. cap.* 3. *num.* 6. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 5. *num.* 193. & Ioan. Garc. *d. cap.* 13. *num.* 15. à qua difficultate non facilè se explicare potuerunt Pinel. & Molin. *vbi suprà.* Sed haec difficultas facilè dissolui poterit perspecta natura restitutionis in integrum, quae venditionem rescindit non prout ex nunc, sed prout ex tunc, *d. l. facta*, *& d. l. videamus*, §. *in Fabiana.* Quae retrotractio efficit, vt omnes fructus ex tunc ad minorem pertineat, ac si res ab eo alienata non fuisset, argum. text. *in l. mortis causa* 40. *de donat. causa mort.* iuncta Accurs. interpretatione *in l. donationes, quas parentes, verbo referatur, C. de donat. inter.* conferunt ea, quae actione redhibitoria dicimus, in qua similis retrotractio fit, vt fructus omnes indistinctè restituantur, *l. cùm autem*, §. *cùm redhibetur, de edil. edicto*, quem text. rectè in proposito expendit Fulg. *in l. emptor*, *ff. de rei vind.* at quoties venditio est ipso iure nulla, prout *in d. l.* 2. *C. si quis ignor.* nulla fit retrotractio: nam quamuis titulus ab initio sit nullus, tamen possessio, quae iuncta bona fide fructuum acquisitionem operatur, *l. qui scit*, §. *in alieno, & ibi glos. verbo separati, ff. de vsur.* notat glos. magna *in l.* 3. §. *ex contrario, ff. de acquir. possess.* non reuocatur prout ex tunc, sed prout ex nunc, & ideo fructus restituere non debet. Hactenus Morla.

Retrahatur.] Ergo translata fuit, vt per Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri num.* 25. *vers. tertio*, ex quo deducit quòd adultus carens curatore alienando rem sine decreto posset transferre possessionem; pupillus verò sine tutoris auctoritate, vel adultus habens curatorem sine curatoris auctoritate non posset alienando, vel contrahendo transferre in alium possessionem ciuilem, nec naturalem. 4

In glos. *Probaueris.* ibi, *quod est eo ipso quòd contrarium non probatur*, &c. Notatur ad hoc quòd decretum non interuenisse probatur si in contractu recenter celebrato nulla de ipso facto sit mentio, vt per Simoncel. *de decreto lib.* 3. *tit.* 7. *insp.* 3. *post n.* 35. Mascard. *de probat. concl.* 489. *num.* 10. 5

In glos. *Si non bona fide.* ibi, *etiam in iure errantem*, &c. Notatur ad hoc quòd iuris error excusat à mala fide, licèt bonam prorsus non inducat, vt per Pinel. *in auth. nisi num.* 11. *C. de bonis maternis*, Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 8. vbi per hanc glos. tenet errantem in iure bona fide acquirere fructus ex contractu nullo, & iure reprobato ob defectum solemnitatis, Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri num* 106 *col.* 2. vbi quòd à pari procedunt praescriptio, & acquisitio fructuum, Menchaq. *controu. illustr. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 81. *num.* 6. vbi quòd ad praescriptionem tam sufficiens esset bona fides, quae nasceretur ex iniusta causa etiam profecta ab errore iuris, quàm si à causa legitima descenderet. 6 7 8

Vtrùm autem errans in iure bonam fidem habere possit, & consequenter an praescribere valeat? vide Duen. *reg.* 255. Cou. *in reg. possess. part.* 2. §. 7. *num.* 5. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 68. Anton. Gabr. *commun. tit. de praescript. concl.* 14. *num.* 4. Corras *lib.* 4. *miscel. cap.* 2. *num.* 14. Mascard. *de probat. concl.* 1219. *num.* 29. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. mora in prelud. num.* 14. *ff. soluto matrim.* Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. *cum seqq.* 9

L. Possessiones tuae. III.

Impp. Dioclet. & Maximian. AA. *Agathae.*

Minus legitimè alienata vendicantur etiam à secundo emptore, nisi sit munitus praescriptione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 14. 2

L. Quoniam

L. Quoniam. IV. & vlt.

Iidem AA. & CC. Alexandro.

1 IS, qui emit ab eo, cui minor donauit sine decreto, præscribit contra eum à die, quo factus est maior spatio decem annorum eo præsente, vel viginti eo absente. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.*

2 Latè de materia text. Mayn. *lib.2. action. cap.3. à princip.* Menoch. *remed.15. recup. num.175.* vbi ait huic text. locum esse, non verò constitutioni, *l.vlt. inf. tit. seq.* quando tutor ipse solus, vel curator rem minoris non vt minoris, sed vt propriam alienauit, & *n.176.* subdit in toto hoc tit. non agi cùm tutor, vel curator nomine pupilli, vel minoris distrahit, sed solam in illo esse hæsitationem ex latere acquirentis an sciens, vel ignorans rem minoris sine decreto emat, & tandem concludit, ideo in hoc text. requiri præscriptionem illius decennij, vel viginti annorum, quia in venditorem donationis titulo res peruenerat, à quo venditore emptor deinde, successórque ius suum metitur, Galganet. *de tutel. lib.2. tit.21.n.40.*

Si maior factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit.

TIT. LXXIV.

ALIENATIO rerum ad minorem pertinentium facta, contra Senatusconsultum, id est, sine decreto, etsi ab initio non valet, tamen ex post facto confirmatur, *hoc tit.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. Quæ autem sit differentia inter hunc tit. & alium similem *l. 2. si maior factus ratum habuerit*, dixi *ibidem. & ibi* citatis addo Perez de Lara *de vita hominis cap.22.n.53.*

SVMMARIVM.

1 *Minor factus licèt ratam habeat alienationem prædij intra dimidiam iusti pretij venditi, potest nihilominus ipsam vendicare, nisi sibi iustum pretium suppleatur, vel in debito compensetur, & num.2.*

3 *Taciturnitas quinquennij defectum supplet decreti, at non iustitiam causatam aliunde.*

4 *Supplementum pretij esse in obligatione, rescissionem verò contractus in facultate soluendi.*

5 *Emptor qui maluerit potius rem restituere, quàm supplere iustum pretium, non potest fructus retinere.*

L. Cùm proponas. I.

Imp. GORDIANVS A. *Liciniæ.*

1 LIcèt minor factus maior ratam habeat alienationem prædij intra dimidiam iusti pretij venditi, potest nihilominus ipsam vendicare, nisi iustum pretium suppleatur, vel in debito compensetur. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bartol. Salicet. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Næui. remissiuè Casal. *in annot.* & Xim. *in concord.* post omnes Aloys. Leo *super 5.pag.70.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *var. tom.2.c.14.n.11.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. vend. par. 2. c. 4. num. 5. & par. 3. cap.3.num.14.* Menoch. *remed.15. recup. num.184. & cons.19.num.49.ad med.* Cordub. de Lara *in l.si quis à liberis, §. sed vtrum num.10. ff. de liber. agnosc.* Simoncel. *de decret. lib.3. tit.9. insp.1. pag. 493.* Sfort. Odd. *de in integr. rest. quæst.25.n.75.* Paul. Montan. *de tutel. cap.32.num.570.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.3. cap.513. num. 9.* vbi *num. 10.* ex Surd. 3 *cons.49.num.29.* ait quòd taciturnitas quinquennij supplet defectum decreti, sed non iniustitiam aliunde causatam, Iacob. Cancer. *var. resol. par. 1. cap.1. num.31.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent. l.4.tit.6.n.64.*

Superfluum pretij, &c.] Notabilis est hic text. pro 4 opinione Fulgosij *in l.2. C. de rescind. vend.* asserentis supplementum pretij esse in obligatione, rescissionem verò contractus in facultate soluendi, de quo vide Pinel. *in d.l.2. par.3. cap.3. num.2.* Gutier. *pract. lib.2. quæst.134.* D. Barbos. *in l.diuortio, §. ob donationes n.16. & 31. ff. soluto matr.*

An velit possessionem cum fructibus, &c.] Ergo 5 emptor, qui maluerit potius rem restituere, quàm iustum pretium supplere, non potest fructus retinere, vt per Eman. Costa *in l.Gallus, § & quid si tantum par.2.num.72. ff. de liber. & posthum.* Cou. *lib.2. var. cap.2. num.9.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.6. §.1. num.6.* Menchaq. *controuers. vsufreq. lib. 3. cap. 71. num.2. cum seqq.* Matiens. *l.1. gloss.5.num.12.tit.11. lib. 5. noue Recop.* latè Morl. *in emporio iuris Ciuilis, par.1.tit.9. quæst.21. à num. 2.* vbi *num.5.* reprobat Pinell. *d.par.2.cap.4.num.2.* contrarium sentientem, & non rectè existimantem ideo in præsenti fieri restitutionem cum fructibus, quia adfuit duplex vitium in contractu, alterum quòd fuit factum à minore sine iudicis decreto, alterum quòd fuit læsus minor vltra dimidiam, quod etiam sentit Ceuall. *commun. quæst.762. la 2. num.36.* & tandem respondet idem Morla quòd licèt *in l.2. C. de rescind. vend.* fructuum mentio non habeatur, satis est quòd ex natura restitutionis colligatur, & ex decisione huius text. vt debeamus sentire quod quando quis nequaquam vult pretium rei emptæ supplere, debet emptam simul cum fructibus restituere.

L. Si sine decreto. II.

Idem A. Alexandro.

PRædium minoris minus legitimè alienatum reuocatur, nisi præscriptio, vel ratihabitio post maiorem ætatem interuenerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.1.n.1.sup.hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Simoncel. *de decreto lib.3.tit.9.num.33. & 34.* Menoch. *remed.15.recup.num.179. cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.9. quæst.17. n.64.* Anton. Gom. *var. tom.2.c.14.n.11. vers. si verò contractus*, Cardos. *in praxi Iudicum, verbo emptio, n.40.* 2

SVMMARIVM.

1 *Immobilia si sunt alienata sine decreto titulo oneroso ab ipso minore, vel ab eius administratore eo scientes*

ſciente, & patiente, & factus maior taceat per quinquennium, inducitur quædam tacita ratihabitio, contra quam venire non poteſt, ſi autem alienata titulo lucratiuo, requiritur taciturnitas longi temporis, ad reuocationem autem admittitur etiam hæres, &c. num. 1. Textus hic locum habet,

I. Quando minor auctoritate tutoris, vel curatoris vendit, n. 3.

II. Quando tutor vendit præſente & volente minore, n. 4.

III. Quando minor ſine tutore, vel curatore conſtitutus vendit, nec ætatis impetrauit veniam, num. 5.

IV. Quando minor ſine tutore, vel curatore alienauit, & ætatis veniam impetrauit, num. 6. Limita diſpoſitionem huius text. locum non habere,

I. Quando tutor ſolus, vel curator rem minoris non vt minoris, ſed vt propriam alienauerit, numero 7.

II. Quando tutor, vel curator contraheret cum ipſo minore, n. 8.

III. Quando minor habens curatorem ſine eo contraheret, n. 9.

IV. Quando contractus laborat vitio nullitatis, & læſionis, n. 10.

V. Quando minor maior factus ignorauit nullitatem contractus, num. 11. extenditur ad minorem dubitantem quomodo fuerit celebratus contractus. num. 12.

VI. Si minor non fuerit præſens alienationi, & ignorauit contractum, n. 13.

VII. Si contractus ſit ſimulatus, & pigneratus, num. 14.

VIII. Si in contractu dolus, aut metus interfuit, num. 15. in dolo eſſe qui emit à minore non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, num. 16. & in dolo præſumpto non militare diſpoſitionem huius l. neque cenſeri factam aliquam ratificationem, num. 17.

IX. Si minor intra quinquennium in contractibus onerosis, ſiue decennium in lucratiuis, declaret ſe nolle habere ratum dictum contractum, licèt extraiudicialiter diceret emptori, vel donatario, num. 18.

X. Non procedere de iure Canonico, quo attento non habet locum diſpoſitio huius l. propter malam fidem illius, qui ſcit contractum non valere, n. 19. contra hanc limitationem tenent magis communiter Doctores, n. 20.

21 *Ætatis obtinenti veniam à Principe currit quadriennium ad petendam reſtitutionem eorum, quæ antea geſſit, à tempore veniæ, & ſi impetrauerit veniam in vigeſimo anno, habebit quinquennium.*

22 *Alienationem approbare per tranſcurſum quadriennij poſt legitimam ætatem ſufficit. An per ſolam facti ratificationem ante quinquennium repellatur actor, & ex ſolo tranſcurſu quinquennij abſque vllo actu inducente ratificationem, ratificatio inducatur, remiſſiuè, num. 23. vel per exactionem redituum minor iam maior factus videatur cenſum ratificare, num. 24. Ratihabitionem hanc expreſſam, vel præſumptam trahi retro ad tempus contractus, num. 25. intellige, vt num. 26.*

27 *Donatio facta à minore vt ſit irreuocabilis, requiritur ſpatium decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. extenditur etiam ad donationem ob cauſam, ibid.*

28 *Minor non poteſt donare etiam cum auctoritate curatoris, vel decreto iudicis.*

29 *Donatio propter nuptias fieri poteſt per minorem.*

30 *Diſpoſitionem huius text. locum habere quando contractus eſt nullus ratione cuiuſlibet nullitatis, vel ex defectu cuiuſque ſolemnitatis.*

L. Si quando. III. & vlt.

Imp. IVSTINIAN. A. *Mennæ P. P.*

SI immobilia ſunt alienata ſine decreto titulo 1
oneroſo ab ipſo minore, vel ab eius adminiſtratore eo ſciente, & patiente, & factus minor taceat per quinquennium, inducitur quædam tacita ratihabitio, contra quam venire non poteſt. Sin autem ſunt alienata titulo lucratiuo, requiritur taciturnitas longi temporis: ad reuocationem autem admittitur etiam hæres, qui ſi & ipſe ſit minor, tempus quod ſupererat defuncto ex decennio, vel quinquennio non currit, ſed demum eo facto maiore. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* Aloyſ. Leo *ſuper 5. ſol. 70.*

Hanc eandem concluſion. ex hoc text. deſumunt 2
multiſque exornant Roman. *ſing. 771.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 14. verſ. vnum, & tom. 2. var. 14. n. 21.* Caualcan. *de tutor. num. 76.* Menoch. *remed. 15. recuper. num. 156. cum ſeqq. & conſ. 1. num. 337. & conſ. 29. num. 1. cum ſeqq. & num. 32. cum ſeq. & à num. 45. & conſ. 314. num. 10. cum ſeqq.* Maſcard. *de prob. concl. 1255. num. 17. cum ſeqq.* Gam. *Luſ. deciſ. 76. & 275.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo infra legitimum, n. 21. cum ſeqq. C. de in integ. reſt. min.* latè Aldouin. *conſ. 78. per tot.* latè etiam Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. tit. de minorib. reſol. 10. per tot.* Paul Montan. *de tutel. cap. 33. num. 551. cum ſeq. & num. 560.* Gutier. *in ſimili tract. par. 2. cap. 6. num. 57. & 71.* Gaſp. Anton. Theſau. *quæſtion. forenſ. lib. 4. quæſt. 17. num. 10.* Cæſ. Barz. *Bonon. deciſ. 75. n. 13. & deciſ. 96. num. 47.* Garc. Maſtrill. *Sicil. deciſ. 131. num. 22.* Iacob. Cancer. *var. par. 2. cap. 1. num. 29. cum ſeqq.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 65.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 24. n. 124. & tom. 2. cap. 489. num. 26.* Bened. Ægid. *repet. l. ex hoc iure, par. 1. cap. 5. num. 22. verſ. cæterùm,* Ludou. Cenci. *de cenſib. par. 1. cap. 2. quæſ. 1. art. 2. num. 23.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 22. num. 45. & 46.* Rot. apud Farin. *in nouiſſ. nouiſſim. ſeu part. 4. diuerſor. deciſ. 282. n. 6. cum ſeqq.*

Aduertit Alexand. Trentacinq. *d. reſol. 10. num. 1.* 3
hũc text. habere locum in quatuor caſibus, & extra illos non extendi. Primus eſt quando minor auctoritate tutoris, vel curatoris vendit. Secundus quan- 4
do tutor vendit præſente & volente minore. Tertius 5
quando minor ſine tutore, vel curatore conſtitutus vendit, nec ætatis veniam impetrauit. Quartus 6
quando minor ſine tutore, vel curatore alienauit, & ætatis veniam impetrauit.

Primo limita diſpoſitionem huius text. locum nõ 7
habere quando tutor ſolus, vel curator rem minoris non vt minori, ſed vt propriam alienauerit, vt per Menoc. *d. remed. 15. recup. num. 173.* Paul. Montan. *d. c. 33. n. 569.*

Secundò limita quando tutor, vel curator contra- 8
heret cum ipſo minore, vt ex Anton. de Butrio tradit Alex. Trentac. *d. reſol. 10. n. 12.*

Tertiò limita quando minor habens curatorem 9
ſine eo contraheret, Capyc. *deciſ. 92.* Alex. Trentac. *d. reſol. 10. n. 4.*

Quartò

10 Quartò limita quando contractus laborat vitio nullitatis, & læsionis, quia licèt causa nullitatis temporis cursu præscribatur, non tamen præscribitur causa læsionis, Menoch. *d. remed.* 15. *recup. num.* 184. Sfort. Odd. *de in integr. restitut. quæst.* 25. *num.* 75. Paul. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 570. Iacob. Cancer. *d. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 32. Stephan. Gratian. *disc. forens. tom.* 3. *cap.* 513. *n.* 9.

11 Quintò limita quando minor maior factus ignorauit nullitatem contractus, Menoch. *dict. remed.*
12 15. *recuper. num.* 185. vbi extendit ad minorem
dubitantem quomodo fuit celebratus contractus, Cacheran. *decis.* 79. *num.* 13. Sfort. Odd. *dict. quæst.* 25. *num.* 60. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 571. Gratian. *dict. cap.* 513. *num.* 11. Muta *decis.* 105. *num.* 82. Garc. Mastrill. *Sicil. decis.* 121. *num.* 37. *cum duobus seqq.* Perez de Lara *de vita hominis cap.* 22. *num.* 42. & 53.

13 Sextò limita si minor non fuerit præsens alienationi, & ignorauit contractum, quia ignorans non dicitur ratificare, vt per Natt. *cons.* 162. *num.* 30. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 15. *num.* 177. & *seq.* quos refert Alex. Trentacinq. *d. resol.* 10. *n.* 5.

14 Septimò limita si contractus sit simulatus, & pignoratitius, Alexand. Trentacinq. *dict. resolut.* 10. *num.* 14. Paul. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 567. & 573.

15 Octauò limita si in contractu dolus, aut metus
16 interfuit, Roland. *cons.* 60. *à n.* 41. *lib.* 4. vbi *num.* 44. subdit in dolo esse, qui emit à minore non seruatis iuris solemnitatibus, Caputaq. *decis.* 1. *par.* 3. Cacheran. *decis.* 58. *num.* 32. Sfort. Odd. *dict. quæst.* 25. *num.* 72. Paul. Montan. *dict. cap.* 33. *num.* 564. Alexand. Trentacinq. *dict. resol.* 10. *num.* 8. Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 3. *num.* 20. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 513. *num.* 12. Ludou. Cenci. *de censib. part.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *num.* 26. Perez de
17 Lara *de vita hominis cap.* 22. *num.* 49. Et in dolo
quoque præsumpto non militare dispositionem huius l. neque censeri factam aliquam ratificationem, tenent Curt. iun. *cons.* 50. *num.* 6. & 7. Ruin. *cons.* 170. *num.* 29. *lib.* 1. Caputaq. *dict. decis.* 1. *part.* 3. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 513. *num.* 13. quicquid contrarium senserint Menoch. *dict. remed.* 5. *recuper. num.* 179. *cum seqq.* Anton. Gabr. *cons.* 13. *lib.* 1. & *cons.* 20. *num.* 36. *lib.* 1. Sfort. *dict. quæst.* 25. *num.* 75. Alexand. Trentacinq. *dict. num.* 8. Et quamuis Perez de Lara *dict. cap.* 22. *num.* 53. ex Cacherano existimauerit nunquam ratificationem conualidare actum dolo initum, siue ratificatio sit tacita, siue expressa, id tamen intelligi debet in ratificatione expressa verbis generalibus; secus autem specialibus; quia aliàs esset absurdum quòd minor volens non posset specialiter ratificare actum, quem de nouo posset facere, maximè quia generalis dispositio non est æquè potens atque specialis, vt bene resoluit Steph. Grat. *d. c.* 513. *n.* 26.

18 Nonò limita si minor intra quinquennium in contractibus onerosis, siue decennium in lucratiuis, declaret se nolle habere ratum dictum contractum, licèt extraiudicialiter diceret emptori, vel donatario, glos. *verbo conquestus, in hoc text.* Bellon. *cons.* 12. *num.* 17. Alexand. *cons.* 117. *viso processu num.* 5. *vol.* 5. Anton. Cioffi *cons.* 134. *num.* 16. *vol.* 1. Gam. *Lusit. decis.* 174. *num.* 3. Alexand. Trentacinq. *dict. tit. de minorib. resol.* 10. *num.* 11. Iacob. Cancer. *variar. resolut. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 35. Perez de Lara *dict. cap.* 22. *num.* 53. vbi dicit quòd debet denuntiari parti, etsi non appareat iudici fieri debere: sed si adsit pars, & ipsi non audeat nuntiare, quia eius potentiam perhorescat, sufficere coram honestis viris notum facere & rationibus comprobat.

Decimò limita non procedere de iure Canonico, 19
quo attento non habet locum dispositio huius l. propter malam fidem illius, qui scit contractum non valere, ita Butr. *cons.* 45. *col.* 3. *vers. non obstat*, Natt. *cons.* 265. *num.* 3. Guid. Pancirol. *cons.* 152. *num.* 49. Anton. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de minorib. conclus.* 4. *num.* 13. Perez de Lara *dict. cap.* 22. *num.* 34. vbi tradit minorem, qui per quinquennium tacuit, in foro ecclesiastico posse reuocare alienationem: Stephan. Gratian. *March. decis.* 102. *num.* 14. Francisc. Hieron. Leo *Valent. decis.* 173. *num.* 216. *lib.* 2. *in resp. iuris cap.* 5. Et quòd existente mala fide non procedat dispositio huius l. tenent Natt. *cons.* 162. *num.* 34. *lib.* 1. Crauet. *cons.* 160. *num.* 4. *part.* 1. Cornazan. *decis.* 99. *num.* 34. quos refert Franc. Hieron. Leo *vbi suprà*.

Contra hanc limitationem tenent magis com- 20
muniter Doctores, ex quorum numero sunt Menoch. *dict. remed.* 15. *recup. num.* 188. Hieron. Gabr. *cons.* 20. *num.* 38. & 39. *lib.* 1. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 43. Aldouin. *cons.* 78. *num.* 14. Stephan. Gratian. sibi contrarius *d. tom.* 3. *cap.* 513. *num.* 4. *cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *dict. titul. de minorib. resol.* 16. *num.* 12. Iacob Cancer. *dict. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 34. Ludou. Cenci. *de censib. part.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *n.* 25. *in fine*.

Vel per veniam ætatis, &c.] Nota quòd obtinenti 21
veniam ætatis à Principe quadriennium currit ad petendam restitutionem eorum, quæ antea gessit, à tempore veniæ, & si impetrauerit veniam in vigesimo anno, habebit quinquennium, Bernard. Diaz *reg.* 653. Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. Sfort. Odd. *dict. part.* 1. *quæst.* 23. *art.* 9. *num.* 41. Perez de Lara *de vita hominis c.* 25. *n.* 81.

Si per quinque continuos annos, &c.] Sufficere ta- 22
citè alienationem approbare, per transcursum scilicet quadriennij post legitimam ætatem, tenent Menoch. *d. remed.* 15. *recup. n.* 114. Sfort. Odd. *dict. tract. de in integ. restit. quæst.* 124. *art.* 5. *n.* 44. Cæsar Barz. *decis.* 96. *n.* 47.

Vtrùm per solam facti ratificationem ante quin- 23
quennium repellatur actor, & an ex solo transcursu quinquennij absque vllo actu inducente ratificationem, ratificatio inducatur? Doctores ferè omnes superiùs citati in his duabus quæst. videntur concludere sufficere ratificationem tacitam facto deprehensam ante lapsum quinquennij, & tacitam absque vlla per quinquennium voluntatis declaratione, vt actor de nullitate agens repellatur. Sed contrarium sustinet Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 65. dum tenet non sufficere minorem soluisse redditus census, vt ante quinque annos excusetur emptor probare pretium in minoris vtilitatem versum fuisse: item subiicit quòd si maior factus nihil soluerit, nec recognouerit per totum quinquennium, etsi soluisset in minori ætate etiam lapso quinquennio à dicta probatione non excusatur, quia ex simplici silentio creditor nihil possedit, & ita non potest dici minorem approbasse contractum, etsi esset de facto suo, & tutoris, Anton. Fab. *in suo Cod. sub hoc tit. decis.* 1. vbi ait quòd licèt maior factus vsus fuerit pretij solutione, non censetur ratificare, refert & sequitur Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 264. Simonc. *de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *insp.* 1. *num.* 5. Ioan. Griuel. *Dolana decis.* 14. *num.* 6. vbi refert Senatum illum iudicasse, reditus annui constitutionem à minore factam sine tutoris auctoritate validam esse ex eo quòd maior factus per quinquennium

quennium annuatim reditum soluisset, Perez de Lara *d. cap. 22. num. 45.* vbi induci ratificationem in censu ait quando minor maior factus per quinquennium soluerit, & *num. 51.* subdit non censeri ratificatum, licèt maior factus vsus fuerit pretij solutione, ante lapsum quinquennium. Sfort. Odd. *d. tract. quaest. 25. art. 4. num. 38.* vbi ait quòd taciturnitas per quinquennium in solutione census non sufficit, nisi solutio aliquibus annis facta sit, nec ante quinquennium solutio inducit ratificationem.

24 An etiam per exactionem redituum minor iam maior factus videatur censum ratificare? Negatiuam partem tuentur Rebuff. *ad leges Gallia tit. de in integr. restit. art. 2. gloss. vlt. num. 5.* Paul. Montan. *dict. cap. 33. num. 538.* Sforr. Odd. *dict. quaest. 25. num. 60.* vbi assignat rationem, quia fructus recipere videtur ne in damno sit, & ne pars aduersa re, & pretio frueretur, & ideo eos in pretij compensationem recipit, & comprobatur ex traditis ab eodem Sfort. *ibid. num. 66.* dum ait minorem non videri approbare contractum emptionis ante lapsum quinquennij si factus maior rem emptam detineret, & fructus ex ea perciperet. Contrarium tamen, immo per exactionem reddituum minorem iam maiorem factum videri censum ratificare, melius sustinent Bald. *cons. 34. num. 1. lib. 2.* Bellon. *cons. 18. num. 17.* Tiraq. *de iure constituti part. 3. limit. 30. num. 12.* Menoch. *dict. remed. 15. recup. num. 120. & cons. 439. num. 44. vers. quartò*, Surd. *cons. 60. num. 11. & cons. 331. n. 4.* Alexand. Trentacinq. *dict. tit. de minorib. resolut. 10. num. 1. vers. hinc infertur*, Mut. *decis. 67. n. 12.*

25 *Quasi ab initio* &c.] Ergo ratihabitio hæc expressa, vel præsumpta trahitur ad retro tempus contractus vt per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig.*
26 *conuent. lib. 4. tit. 6. num. 65.* Intellige quæ fit ex dispositione legis, prout in præsenti, quia retrotrahitur ad tempus contractus cùm lex fingere possit, secus in ratificatione quæ fit ab homine, qui contractum nullum per eam validare potest à tempore ratificationis, cum fingendi facultatem non habeat, Simoncel. *dict. tractat. de decret. lib. 3. tit. 9. casu 2. num. 18.* Caualcan. *in tract. de tutor. & curator. num. 148.* Ioseph. Ludou. *Lucens. decis. 18. num. 16. cum seqq.* Paul. Montan. *dict. c. 33. num. 316.* Surd. *dec. 245. à princ.*

27 *Cùm autem donationes à minoribus*, &c.] Notatur ad hoc quòd vt donatio facta à minore sit irretractabilis, requiritur spacium decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes, vt per Paris. *cons. 16. num. 96. vol. 2.* Calcan. *cons. 22. col. fin. vers. sed licèt non praescripserit*, Cels. *cons. 117. num. 1.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de minoribus resol. 10. num. 15.* vbi etiam extendit ad donationem ob causam.

28 Notatur etiam ad hoc quòd minor non potest donare etiam cum auctoritate curatoris, vel decreto iudicis, vt per Rip. *lib. 5. resp. 15. num. 13.* Natta *cons. 162. num. 17. & cons. 173. per tot. lib. 1.* Roland. *cons. 54. num. 29. lib. 2.* Roder. Xuar. *alleg. 20. num. 7.* Simoncel. *de decret. lib. 1. tit. 2. insp. 1. numero 1.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 56. num. 107.* Menoch. *dict. remed. 15. recup. num. 162. & cons. 29. num. 14.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 277. num. 2.* Sfort. Odd. *dict. tract. de in integr. restitut. part. 2. quaest. 55. art. 1. num. 2.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum fecisti, part. 47.* Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 5. num. 57.* D. Barbos. *in l. si ante num. 21. ff. soluto matrim.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quaest. 15. num. 57.* Castill. *controuers. lib. 3. cap. 2. num. 5.* Galganet. *de tutel. lib. 3. quaest. 46. à n. 1. cum seqq.*

Excepta propter nuptias donatione.] Ergo donatio propter nuptias per minorem fieri potest, de quo D. Barbos. *in dict. l. si ante, num. 22. vers. nec repugnat*, vbi textum ita interpretandum asserit vt aliæ donationes non possint fieri per minorem etiam cum decreto, quasi donatio propter nuptias inducat quidem iustam donandi causam, & debeant interuenire solemnitates requisitæ in alienandis rebus immobilibus minorum, & ad hoc citat Roder. Xuar. *tit. de las arrhas num. 63.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 14.* De donatione, seu promissione arrharum facta à minore sine decreto quòd sit nulla tradunt Roder. Xuar. *dict. tit. de las arrhas num. 64. cum seqq.* Gregor. Lop. *lib. 1. verbo en España tit. 11. part. 4.* Anton. Gom. *vbi sup.* D. Barbos. *in dict. l. si ante num. 23.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 38. num. 37.* 29

In Gloss. *Minorum.* Hæc gloss. citari solet ad hoc quòd lex ista solùm habet locum in nullitate ex defectu decreti, vt per Corn. *cons. 207. num. 7. lib. 3.* Natt. *cons. 297. col. 1. in fine, & col. 2. in princip. & cons. 162. num. 34.* Roland. à Valle *cons. 72. num. 16. vol. 6.* Mari. Antonin. Maceratens. *variar. resol. lib. 2. resol. 3. num. 20.* Stephan. Gratian. *d. tom. 3. c. 513. n. 15.*

Verùm contrariam sententiam, immo dispositionem huius text. locum habere quando contractus est nullus ratione cuiuslibet nullitatis, vel ex defectu cuiuscunque solemnitatis, meliùs tenent Paris. *cons. 49. num. 58. vol. 1.* Beroi. *quaest. 43. num. 4. & seq.* Grat. *resp. 47. à num. 21. lib. 1.* Caualcan. *de tutor. & curat. sub num. 146.* Menoch. *dict. remed. 15. recup. num. 143. & 148. & cons. 13. num. 104.* Simoncel. *de decret. lib. 3. tit. 9. insp. 2. num. 26.* Paul. Montan. *dict. cap. 33. num. 556.* Alexand. Trentacinq. *dict. tit. de minorib. resol. 10. num. 7. vers. contrarium*, Griuel. *Dolana decis. 14. num. 65.* Ludou. Cenci. *de censib. part. 1. cap. 2. quaest. 1. art. 2. num. 24.*

De Magistratibus conueniendis.

TIT. LXXV. & vlt.

ACTIO quæ ex hoc tit. competit, est vtilis subsidiaria, *l. 1. 4. 5.* Datur his, quos ius in tutela, vel cura esse voluit, *l. 1. 5.* In prouincia datur, I. contra magistratus municipales, id est, duumviros, qui tutorem, vel curatorem non idoneum dederunt, vel dominarunt; nec idoneos fideiussores acceperunt, *l. 1. 3. 4. 5.* hinc sumpta est hæc rubrica, *de Magistratibus conueniendis.* II. contra dictorum magistratuum hæredes, *l. 2.* Magistratui autem subsidiaria actione côuento competit aduersùs minorem, I. Beneficium ordinis. *l. 1.* II. Beneficium diuisionis, si ambo collegæ, qui tutorem, vel curatorem dederunt, seu nominarunt, soluendo sint, *l. 3.* Scripserunt in hanc rubr. Cuiac. Pac. & VVesemb. De materia tit. Galganet. *in tract. de tutel. lib. 1. tit. 3. n. 7. & l. 2. tit. 35.*

L. Si

L. Si Magiſtratus. I.

Imp. ANTONIN. A. *Mutiano.*

MInores in ſubſidium habent regreſſum contra Magiſtratus,qui eis tutores,vel curatores dederunt,& contra fideiuſſores,quos illi de indemnitate receperunt.Colligunt ex Ordin.Cyn.Bart.Salicet.Angel.Fulgoſ.Caſtrenſ.Bal.Sichard.Sebaſt.Næui. Aloyſ. Leo *fol.*70.*verſo.*remiſſiuè Caſal.*in annot.* & Ximen.*in concord.*

Vide Paul. Montan. *de tutelis cap.* 32.*reg.*7.*n.* 66. Galganet.*in ſimili tractat.lib.*2. *tit.* 35.*num.* 16.vbi quòd ex ſolo dolo,& lata culpa defuncti,non ex leui tenetur hæres.

L. In hærede. II.

Imp. ALEXANDER. A. *Paterno.*

1 EX lata culpa Magiſtratus tenetur eius hæres, non ex leui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*n.*1.*ſupr.hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Petr. Gregor.*ſyntagm.iuris lib.*13.*cap.*10.*n.*33. Paul.Montan.*de tutel.cap.*32.*regul.*7.*n.*45.Galganet. *in ſimili tract.lib.*2.*tit.*35.*n.*16.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus qui ſunt ſoluendo, habent beneficium diuiſionis.*
2 *Iudex & magiſtratus ſi tutores, vel curatores minus idoneos dederunt, ſubſidiaria actione tenentur.*
3 *Iudex ſi fideiuſſores non idoneos accepit, tenetur.*
4 *Iudices ſinguli eiuſdem magiſtratus non tenentur niſi pro parte virili.*

L. Si tu & collega. III.

Imp. GORDIAN. A. *Probiono.*

1 MAgiſtratus,qui ſunt ſoluendo,habent beneficium diuiſionis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*num.*1.*ſupr.hoc tit.*

2 Vide de materia Paul.Montan.*de tutel.cap.*32.*regul.*7.*num.* 42. Galganet. *eodem tractat. lib.*2.*tit.*35.*num.*3.vbi quòd ſi iudex & Magiſtratus tutores,vel curatores minus idoneos dederint,ſubſidiaria actio-
3 ne tenentur, & *num.*5.per hunc textum tenet quòd ſi iudex fideiuſſores non idoneos accepit,tenetur,&
4 *num.* 20. quòd ſinguli iudices eiuſdem Magiſtratus non niſi pro virili parte tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Contra Magiſtratum agitur in ſubſidium; & numero* 2.
3 *Actio tutelæ datur contra nominatorem tutoris.*
4 *Tutor, vel curator, & eorum fideiuſſores ſi ſoluendo ſint, tutus erit iudex ſeu magiſtratus.*

L. Aduersùs. IV.

Idem A. *Aruntiano.*

CONtra Magiſtratum agitur in ſubſidium,id eſt, 1 excuſſis tutoribus collegis, & fideiuſſoribus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *n.*1.*ſupr. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2 munt Petr. Gregor.*ſyntagm.iuris lib.*13.*cap.*10.*n.*31. *verſ.conuenitur,*Galganet.*de tutel.lib.*2.*tit.*26.*num.*41. vbi per hunc textum tenet quòd datur actio tutelæ 3 contra nominatorem tutoris,ſed eſt priùs experienda contra tutorem,contutorem, & eorum fideiuſſores,& *tit.*35.*num.*11.ait quòd ſi tutor, vel curator, 4 & eorum fideiuſſores ſoluendo ſint, tutus erit iudex, ſeu magiſtratus.

L. In Magiſtratus. V.

Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Eugeniæ.*

ADuersùs Magiſtratum vtilis in ſubſidium pu- 1 pilli competit actio,ſi nec tutor,nec fideiuſſor qui fideiuſſit rem pupilli ſaluam fore,fuerit ſoluendo.Colligunt ex Ordin.Doctores citati *in l.*1.*num.*1. *ſupr.hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2 munt Petr. Gregor.*ſyntagm.iuris lib.*13.*cap.*10.*n.*31. vbi citato hoc textu ait quòd conuenitur Magiſtratus,vt nominator tutoris, vel curatoris minus idonei,poſtquam bona nominati,& fideiuſſorum eius, nec non collegarum,ad quos periculum adminiſtrationis ſpectat,excuſſa fuerint, nec per ea indemnitati minoris ſatisfactum eſt. Paul. Montan.*de tutel. cap.*32.*regul.*7.*n.*63.*cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius qui inuentarium ſcripſit; ſi minorem æſtimationem rerum fecerit, & ſecundùm illam fideiuſſorem recepit, tenetur minori per actionem in factum, nec vitiatur ex hoc tutoris datio.*
2 *Fideiuſſor tutoris tutelæque qualis ſit, & num.*5.
3 *Tutor vendens rem minoris viliori pretio; præcedente iudicis æſtimatione, an & qualiter excuſandus; cum num.*4.
6 *Notarius conficiens inſtrumentum imperfectum,partibus ad intereſſe obligatur, illúdque contrahentibus reſarcire tenetur.*
7 *Notarius doloſus tenetur ad damna & intereſſe, & probato illius dolo; ſtatur de omnibus damnis & intereſſe iuramento partium.*

L. Cùm ſit. VI. & vlt.

Imp. ZENO A. *Æliano P.P.*

SI Notarius, qui inuentarium ſcripſit, minorem 1 æſtimationem rerum fecerit, & ſecundùm illam fideiuſſorem recepit, tenetur minori per actionem in factum, nec ex hoc vitiatur datio curatoris.Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.*1.*num.* 1.*ſuprà hoc tit.*

De materia text. vide Roderic. Xuar. *de los em-* 2 *plazamientos,*id eſt,de compęrędinationibus, §.*nunc*

FFf *oppor*

*opportunè, num.*14.*&* 15. vbi quòd fideiossor tutoris
debet esse locuples, & idoneus secundum quanti-
tatem inuentarij, Hippol.*ad rubr. de fideiussor.n.*345.
quem refert Azeued. *l.*13.*num.*7.*tit.*9.*lib.*2.*noua Re-*
3 *copil.* vbi per hunc textum tenet quòd iudices reci-
pientes malos fideiussores, qui ex officio tenentur
4 bonos recipere, obligantur ad interesse partis, vel
Reipubl. quando pars aliqua vel Resp. ex hoc læde-
setur. Roman.*singul.*79.*incip. Excusatur tutor*, quem
citat Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4.
*tit.*6.*num.*10. vbi quòd si tutor vendidit rem mino-
ris pretio viliori præcedente iudicis æstimatione,
excusatur; sed id eum Bart. *in præsenti num.*4. intelli-
git nisi manifestum sit illam æstimationem esse in-
iustam, & de hoc esset fama publica inter vicinos.
Montan. *de tutel.c.*52.*reg.*7.*num.*56.

5 Notatur ad hoc quòd fideiussor tutelæ debet esse
locuples secundùm quantitatem inuentarij, vt per
Gasp. Baëc. *de decima tutor. cap.*2. *num.*73. Gutier.
*de tutelis, part.*1. *cap.* 12. *num.*22. qui etiam tenere
non vitiari tutelam, etiamsi fideiussor non sit ido-
neus.

Sed super negligentia, vel dolo scriba, &c.] Notatur 6
ad hoc quòd Notarius conficiens instrumentum im-
perfectum, partibus ad interesse obligatur, illúdque
contrahentibus resarcire tenetur, vt per Menes *in*
*l.*4.*n.*13. *C. de diuers. rescript.* Rebuff. *tom.*1. *ad leges*
*Galliæ, tit. de litteris oblig. art.*4.*gloss.*4.*n.*4. *&* 5. Cald.
Pereira *de empt. & vend. cap.*5.*num* 4. *& cap.*34.*n.*47.
Menoch. *cons.*37.*n.*3. Ratio est, quoniam Notarius
qui omisit necessarias solemnitates, est in dolo, Al-
ciat. *de præsumpt. regul.*3.*præsumpt.*13.*n.*13. Cald. Pe-
reira *d.c.*34.*n.*47.*vers. ratio est.*

Notatur etiam ad hoc quòd Notarius dolosus te- 7
netur ad damna & interesse, probato illius dolo,
de omnibus damnis & interesse statur iuramento
partis, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 44.*n.*28.
Mascard. *de prob. concl.*934. aliàs 935.*n.*13.

FINIS.

INDEX

INDEX VI.

RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM.

Primus numerus paginam, alter columnam signat; tertius est marginalis.

A

vel

Alit

A P.

eu

C E

Contractus

 ad

C R

D A

D E

Debitum

XXI. in

Despon

Ampli-

An

procedit

an

Filius

Filia

limitatur

mobilium

Hæres

LA

LE

tenetur

ME.

amplia

NA

Naturales

si

fructu

Pater

PE

Probatio

Renunciatio

Seruus

SY

TA

TE

de

re

ff

OOo 4 frumen

V T

V X

FINIS RERVM INDICIS.